ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

ΤΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

LUCIANI

SAMOSATENSIS OPERA.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

ΤΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

LUCIANI

SAMOSATENSIS OPERA

EX RECENSIONE

GUILIELMI DINDORFII.

GRÆCE ET LATINE CUM INDICIBUS.

EDITIO ALTERA EMENDATIOR.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC XLII.

PRÆFATIO.

Tradimus Tibi Luciani scripta, sicut nuper Polybiana, talibus formis expressa, ut uno volumine nequaquam inhabili comprehensa tractare possis. Quod quum per se videretur multis exoptatum accidere, tum in ornando et expoliendo volumine nec impensæ nec labori parsimus. Nam in ea editione, qua *Jacobitzius* Lipsiensis præclaro instituto totum Lucianum primus ad optimorum codicum præscriptionem revocavit, multa leguntur quæ a tali scriptore, atque adeo illa ætate sic scribi non poterant. Quare literis appellavimus *Guilielmum Dindorfium,* virum celeberrimum, ut, quæ eum scibamus parata habere ad emendandum Lucianum, ea nobiscum pro sua in nos benevolentia communicaret. Misit autem exemplum editionis Jacobitzianæ, cujus vix una alterave pagina non esset manu ipsius notata. Neque ex codicibus modo et conjecturis criticorum protraxit quæ ipsi videbatur Lucianus scripsisse, sed suis emendationibus ad centum sexaginta locos male affectos sanavit. In *Tragodopodagra* et *Ocypode* multum profuit varia scriptura codicum trium, in ipsius usus collatorum; in *Epigrammatis* Anthologia Palatina, cujus indicio epigrammata quædam, ut aliorum poetarum, ejecta, nova quinque addita sunt. Ceterum exemplo, quod criticus celeberrimus transmiserat, ita nos astrinximus, ut in græcis nihil contra mentem ipsius positum esse confidamus (*).

Translationem latinam condere inchoaverat *Hemsterhusius,* præstantissimam illam et qualis a tali viro poterat exspectari, sed in qua non raro desiderabis argutam simplicitatem et claram facundiam Luciani : nam multa nimis artificiose nec satis usitato genere loquendi expressa leguntur. In Nigrino servavit versionem *Solani*, in Timone, *Tanaquilli Fabri*, quam utpote liberrimam, plurimis locis ad sententiam aut modum græcæ orationis revocavi-

(*) Sero nobiscum communicata est hæc admonitio. « Pag.37, Halcyon. § 3, versu 11, post voc. δυνάμεις inserenda sunt verba ἢ τὰς τῆς ὅλης φύσεως ».

mus. Hemsterhusianas ea qua decebat modestia tractabamus, nihil mutationis admittentes nisi ubi vel græca nostra diserte præcipe-rent, vel latina nimis essent impedita.

Reliqua omnia, a libro *de Sacrificiis*, pag. 525 ed. Reitzianæ, ad finem, nobis judicibus, eximie transtulit *Matthias Gesnerus*. « Illud, » inquit, « inter alia dedi operam, ut, quantum ejus per « utriusque linguæ rationes liceret, non discederem a singulorum « verborum significatione, nec ab ordine verborum et figura di- « ctionis; sed ipsum quoque genus dicendi eumque quem chara- « ctera vocant exprimerem. » Et paullo post : « Voluimus ergo « interpretationem nostram Lucianeæ orationi, quantum ejus con- « sequi potuimus, esse simillimam. » Quæ res ei successit egregie, neque minuuntur laudes huic operi debitæ locorum aliquam-multorum notatione, in quibus græca non recte assecutus est : nam ea sorte utuntur translationes latinæ, ut taceantur sexcentæ difficultates feliciter superatæ, lapsus unus et alter protrahatur in lucem, ducatur in triumphum. Nos licet longe plura *Gesneri* cor-rexerimus quam quæ ante nos notata fuerant, permulta prorsus aliter verterimus, propius ad mentem et verba Luciani accessisse opinantes, tamen Gesneriani operis, si universum spectas, præ-stantiam plane singularem læti testamur. Illud solum mirati su-mus, in libro *de dea Syria* Gesnerum immemorem fuisse pro-missorum de *charactere* servando; nam orationem Herodoteam, quæ ibi regnat, in latinis ligavit et compsit. Ceterum per se intelligitur, omnia nostris græcis, quæ sæpissime discrepant ab Reitzianis, esse accommodata. In carminibus de Podagra non vi-debamur operæ pretium facturi, si versus recte modulatos Gesne-rianis substitueremus. Epigrammata pleraque ab *Hugone Grotio* versa sunt, quattuor aut quinque ab nobis.

Indicem denique Reitzianum multis locis correximus, et qua-dringentis fere additamentis auximus. Tituli asteriscis notati libros supposititios indicant.

SCRIPTA LUCIANI.

INDEX ALPHABETICUS.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

I.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝΥΠΝΙΟΥ ἬΤΟΙ ΒΙΟΣ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

1. Ἄρτι μὲν ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος ὤν, ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φίλων ὅ τι καὶ διδάξαιτό με. Τοῖς πλείστοις οὖν ἔδοξε παιδεία μὲν καὶ πόνου πολλοῦ καὶ χρόνου μακροῦ καὶ δαπάνης οὐ μικρᾶς καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς, τὰ δ' ἡμέτερα μικρά τε εἶναι καὶ ταχεῖάν τινα τὴν ἐπικουρίαν ἀπαιτεῖν· εἰ δέ τινα τέχνην τῶν βαναύσων τούτων ἐκμάθοιμι, τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα παρὰ τῆς τέχνης καὶ μηκέτ' οἰκόσιτος εἶναι τηλικοῦτος ὤν, οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ τὸν πατέρα εὐφρανεῖν ἀποφέρων ἀεὶ τὸ γιγνόμενον.

2. Δευτέρας οὖν σκέψεως ἀρχὴ προὐτέθη, τίς ἀρίστη τῶν τεχνῶν καὶ ῥᾴστη ἐκμαθεῖν καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα καὶ πρόχειρον ἔχουσα τὴν χορηγίαν καὶ διαρκῆ τὸν πόρον. Ἄλλου τοίνυν ἄλλην ἐπαινοῦντος, ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τὸν θεῖον ἀπιδών, — παρῆν γὰρ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ἄριστος ἑρμογλύφος εἶναι δοκῶν — Οὐ θέμις, εἶπεν, ἄλλην τέχνην ἐπικρατεῖν σοῦ παρόντος, ἀλλὰ τοῦτον ἄγε — δείξας ἐμέ — καὶ δίδασκε παραλαβὼν λίθων ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι καὶ συναρμοστὴν καὶ ἑρμογλυφέα· δύναται γὰρ καὶ τοῦτο φύσεώς γε, ὡς οἶσθα, τυχὼν δεξιᾶς. Ἐτεκμαίρετο δὲ ταῖς ἐκ τοῦ κηροῦ παιδιαῖς· ὁπότε γὰρ ἀφεθείην ὑπὸ τῶν διδασκάλων, ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν ἢ βόας ἢ ἵππους ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλαττον, εἰκότως, ὡς ἐδόκουν τῷ πατρί· ἐφ' οἷς παρὰ μὲν τῶν διδασκάλων πληγὰς ἐλάμβανον, τότε δὲ ἔπαινος εἰς τὴν εὐφυΐαν καὶ ταῦτα ἦν, καὶ χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας, ὡς ἐν βραχεῖ μαθήσομαι τὴν τέχνην, ἀπ' ἐκείνης γε τῆς πλαστικῆς.

3. Ἅμα τε οὖν ἐπιτήδειος ἐδόκει ἡμέρα τέχνης ἐνάρχεσθαι, κἀγὼ παρεδεδόμην τῷ θείῳ μὰ τὸν Δί' οὐ σφόδρα τῷ πράγματι ἀχθόμενος, ἀλλά μοι καὶ παιδιάν τινα οὐκ ἀτερπῆ ἐδόκει ἔχειν καὶ πρὸς τοὺς ἡλικιώτας ἐπίδειξιν, εἰ φαινοίμην θεούς τε γλύφων καὶ ἀγαλμάτιά τινα μικρὰ κατασκευάζων ἐμαυτῷ τε κἀκείνοις οἷς προῃρούμην. Καὶ τό γε πρῶτον ἐκεῖνο καὶ σύνηθες τοῖς ἀρχομένοις ἐγίγνετο· ἐγκοπέα γάρ τινά μοι δοὺς ὁ θεῖος ἐκέλευσέ μοι ἠρέμα καθικέσθαι πλακὸς ἐν μέσῳ κειμένης, ἐπειπὼν τὸ κοινὸν « ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. »

LUCIANI

SAMOSATENSIS

DIALOGI.

I.

DE SOMNIO, SEU VITA LUCIANI.

Editionis Reitz. p. 1-8.

1. Nuper admodum quum desiissem in scholas ventitare, jam pubertati proximus, tum pater consilium inire cum amicis, quid me doceret. Plerisque igitur eruditio visa fuit et labore multo, et longo tempore, et sumtu non exiguo, et fortuna indigere splendida; reculas autem nostras tum tenues esse, tum promtum quoddam subsidium postulare : sin aliquam vilium istarum artium, quæ manu constant, edidicissem, primum me quidem ipsum statim inde habiturum quo vitam tuear, neque amplius domi cœnaturum (paternæ mensæ gravem) id ætatis; dein non diu fore quin patrem sim hilaraturus, allato usque quod mihi natum erit mercedis.

2. Ergo secundæ deliberationis initium est propositum, quæ optima sit artium, et ad ediscendum facillima, et homini libero conveniens, et expedito sumtu parabilis, et quæstu commodo. Alio aliam commendante, ut cujusque sensus aut experientia ferebat, pater ad avunculum conversus (aderat enim maternus avunculus, qui optimus statuarius ferebatur), Fas non est, inquit, aliam artem primas tenere, te præsente : quin tu illum ducito (me demonstrans), tuamque in curam receptum effice lapidum artificem bonum, et coagmentatorem, ac statuarium : potest enim, idque ingenio præditus, ut nosti, dextro. Scilicet argumentum capiebat ab istis e cera ludicris : nam dimissus a magistris, derasa cera boves aut equos aut, ita me Jupiter amet, homines effingebam, scitule, ut videbar patri : ob quæ quidem a magistris vapulabam; at tunc ad ingenii felicis laudem ista quoque pertinebant : quare bona tenebantur de me spe, fore ut brevi artem discerem, idque ex ista fingendi dexteritate.

3. Simul igitur atque idonea videbatur dies arti auspicandæ, committebar avunculo, rem haud sane quam valde gravatus : quin et ludum quendam non injucundum mihi videbatur habere, et ad æquales ostentationem, si deos sculperem, et simulacra quædam parva concinnarem mihimet ipsi, et quibus vellem. Tum primum illud, et quod solet incipientibus, accidit : scalpro mihi dato avunculus jussit leniter perstringere tabulam in medio jacentem, addens vulgatum illud, « Dimidium facti, qui cœpit, habet : »

Σκληρότερον δὲ κατενεγκόντος ὑπ' ἀπειρίας, κατεάγη μὲν ἡ πλάξ, ὁ δὲ ἀγανακτήσας σκυτάλην τινὰ πλησίον κειμένην λαβὼν οὐ πράως οὐδὲ προτρεπτικῶς μου κατήρξατο, ὥστε δάκρυά μοι τὰ προοίμια τῆς τέχνης.

4. Ἀποδρὰς οὖν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀφικνοῦμαι συνεχὲς ἀνολολύζων καὶ δακρύων τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπόπλεως, καὶ διηγοῦμαι τὴν σκυτάλην, καὶ τοὺς μώλωπας ἐδείκνυον· καὶ κατηγόρουν πολλήν τινα ὠμότητα, προσθεὶς ὅτι ὑπὸ φθόνου ταῦτα ἔδρασε, μὴ αὐτὸν ὑπερβάλωμαι κατὰ τὴν τέχνην. Ἀγανακτησαμένης δὲ τῆς μητρὸς καὶ πολλὰ τῷ ἀδελφῷ λοιδορησαμένης, ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθε, κατέδαρθον ἔτι ἔνδακρυς καὶ τὴν νύχθ' ὅλην ἐννοῶν.

5. Μέχρι μὲν δὴ τούτων γελάσιμα καὶ μειρακιώδη τὰ εἰρημένα· τὰ μετὰ ταῦτα δὲ οὐκέτι εὐκαταφρόνητα, ὦ ἄνδρες, ἀκούσεσθε, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιληκόων ἀκροατῶν δεόμενα· ἵνα γὰρ καθ' Ὅμηρον εἴπω

Θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος
ἀμβροσίην διὰ νύκτα

ἐναργὴς οὕτως ὥστε μηδὲν ἀπολείπεσθαι τῆς ἀληθείας· ἔτι γοῦν καὶ μετὰ τοσοῦτον χρόνον τά τε σχήματά μοι τῶν φανέντων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παραμένει καὶ ἡ φωνὴ τῶν ἀκουσθέντων ἔναυλος· οὕτω σαφῆ πάντα ἦν.

6. Δύο γυναῖκες λαβόμεναι ταῖν χεροῖν εἷλκόν με πρὸς ἑαυτὴν ἑκατέρα μάλα βιαίως καὶ καρτερῶς· μικροῦ γοῦν με διεσπάσαντο πρὸς ἀλλήλας φιλοτιμούμεναι· καὶ γὰρ ἄρτι μὲν ἂν ἡ ἑτέρα ἐπεκράτει καὶ παρὰ μικρὸν ὅλον εἶχέ με, ἄρτι δ' ἂν αὖθις ὑπὸ τῆς ἑτέρας εἰχόμην. Ἐβόων δὲ πρὸς ἀλλήλας ἑκατέρα, ἡ μὲν ὡς αὐτῆς ὄντα με κεκτῆσθαι βούλοιτο, ἡ δὲ ὡς μάτην τῶν ἀλλοτρίων ἀντιποιοῖτο. Ἦν δὲ ἡ μὲν ἐργατικὴ καὶ ἀνδρικὴ καὶ αὐχμηρὰ τὴν κόμην, τὼ χεῖρε τύλων ἀνάπλεως, διεζωσμένη τὴν ἐσθῆτα, τιτάνου καταγέμουσα, οἷος ἦν ὁ θεῖος, ὁπότε ξέοι τοὺς λίθους· ἡ ἑτέρα δὲ μάλα εὐπρόσωπος καὶ τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς καὶ κόσμιος τὴν ἀναβολήν. Τέλος δ' οὖν ἐφιᾶσί μοι δικάζειν ὁποτέρᾳ βουλοίμην συνεῖναι αὐτῶν. Προτέρα δὲ ἡ σκληρὰ ἐκείνη καὶ ἀνδρώδης ἔλεξεν·

7. Ἐγώ, φίλε παῖ, Ἑρμογλυφικὴ τέχνη εἰμί, ἣν χθὲς ἤρξω μανθάνειν, οἰκεία τέ σοι καὶ συγγενὴς οἴκοθεν· ὅ τε γὰρ πάππος σου — εἰποῦσα τοὔνομα τοῦ μητροπάτορος — λιθοξόος ἦν καὶ τὼ θείω ἀμφοτέρω καὶ μάλα εὐδοκιμεῖτον δι' ἡμᾶς. Εἰ δ' ἐθέλεις λήρων μὲν καὶ φληνάφων τῶν παρὰ ταύτης ἀπέχεσθαι, — δείξασα τὴν ἑτέραν — ἕπεσθαι δὲ καὶ συνοικεῖν ἐμοί, πρῶτα μὲν θρέψῃ γεννικῶς καὶ τοὺς ὤμους ἕξεις καρτερούς, φθόνου δὲ παντὸς ἀλλότριος ἔσῃ καὶ οὔποτε ἄπει ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπήν, τὴν πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους καταλιπών· οὐδὲ ἐπὶ λόγοις, ἀλλ' ἐπ' ἔργοις ἐπαινέσονταί σε πάντες.

8. Μὴ μυσαχθῇς δὲ τοῦ σώματος τὸ εὐτελὲς μηδὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν· ἀπὸ γὰρ μὲν τοιούτων ὁρμώμενος καὶ Φειδίας ἐκεῖνος ἔδειξε τὸν Δία καὶ Πολύκλειτος τὴν Ἥραν εἰργάσατο καὶ Μύρων ἐπῃνέθη καὶ

me vero durius impingente præ imperitia, confracta est tabula : ille indignatus, scutica, quæ sub manu erat, capta, haud placide neque adhortantis more me initiavit, sic ut lacrimæ mihi prooemium essent artis.

4. Hinc ergo me domum proripio, crebros singultus ducens lacrimisque oculos oppletus : commemoro scuticam, vibicibusque ostensis et incusata multa quadam (avunculi) crudelitate, adjeci, hæc illum ex invidia fecisse, (metuentem) ne arte se superarem. Indigne ferens mater quum multa fratri dixisset convicia, ego primis tenebris obdormivi adhuc in lacrimis, totamque noctem cogitabundus.

5. Hactenus quidem, quæ dixi, ridicula sunt et puerilia : quæ vero deinceps consequuntur, non jam contemtu digna, o viri, accipietis, sed talia, quæ valde diligentes auditores requirant : ut enim cum Homero dicam, Divinum mihi secundum quietem venit insomnium almam per noctem, tam clarum, ut nihil abesset a veritate : adeo post tantum tempus species rerum visarum in oculis usque inhæret, et sonus auditorum auribus insonat; tam erant omnia manifesta.

6. Duæ mulieres prehensis manibus me utraque ad se trahebant vehementer sane et valide, sic ut parum abesset, quin me discerperent illo mutuo contendendi studio : namque modo hæc superior pæne me totum habebat, modo rursus ab altera tenebar : interea vociferabantur invicem ambæ; hæc, eam me suum possidere velle : illa, frustra res alienas istam sibi vindicare. Erat autem una operaria, virilis, squalida coma, manibus callo plenis, succincta vestem, calce referta, qualis erat avunculus, quum poliret lapides : altera vero facie valde formosa, habitu decora, atque eleganti vestitu. Tandem ergo mihi permittunt arbitrari, utri malim adesse. Prior autem inculta illa et virilis sic est locuta :

7. Ego, care puer, ars sum Statuaria, quam heri cœpisti discere, et domestica tibi et cognata genere : etenim et avus tuus (matris ipso nomine patrem appellabat) lapidum erat sculptor, et avunculus uterque magnam sunt adepti laudem ex nobis. Quodsi optes nugis et quisquiliis, quas illa præbet, abstinere (monstrabat alteram) et me sectari mecumque degere, primum tu quidem aleris firmo cibo, et humeros habebis robustos, ab omni autem invidia eris alienus, neque unquam abibis in peregrinas regiones, patria familiaribusque relictis : nec te sane propter verba laudabunt cuncti, sed propter opera.

8. Cave autem fastidiveris habitus vilitatem, aut illud vestimenti sordidum : a talibus enim initiis profectus etiam Phidias ille Jovem exhibuit, et Polycletus Junonem effinxit, et Myron in laude, et Praxiteles in admiratione

Πραξιτέλης ἐθαυμάσθη· προσκυνοῦνται γοῦν οὗτοι μετὰ τῶν θεῶν. Εἰ δὴ τούτων εἷς γένοιο, πῶς μὲν οὐ κλεινὸς αὐτὸς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἔσῃ, ζηλωτὸν δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποδείξεις, περίβλεπτον δὲ ἀποφανεῖς καὶ τὴν πατρίδα; Ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα διαπταίουσα καὶ βαρβαρίζουσα πάντοθεν εἶπεν ἡ Τέχνη, μάλα δὴ σπουδῇ συνείρουσα καὶ πείθειν με πειρωμένη· ἀλλ' οὐκέτι μέμνημαι· τὰ πλεῖστα γάρ μου τὴν μνήμην ἤδη διέφυγεν. Ἐπεὶ δ' οὖν ἐπαύσατο, ἄρχεται ἡ ἑτέρα ὧδέ πως·

9. Ἐγὼ δέ, ὦ τέκνον, Παιδεία εἰμὶ ἤδη συνήθης σοι καὶ γνωρίμη, εἰ καὶ μηδέπω εἰς τέλος μου πεπείρασαι. Ἡλίκα μὲν οὖν τἀγαθὰ ποριῇ λιθοξόος γενόμενος αὕτη προείρηκεν· οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ τῷ σώματι πονῶν κἀν τούτῳ τὴν ἅπασαν ἐλπίδα τοῦ βίου τεθειμένος, ἀφανὴς μὲν αὐτὸς ὤν, ὀλίγα καὶ ἀγεννῆ λαμβάνων, ταπεινὸς τὴν γνώμην, εὐτελὴς δὲ τὴν πρόοδον, οὔτε φίλοις ἐπιδικάσιμος οὔτε ἐχθροῖς φοβερὸς οὔτε τοῖς πολίταις ζηλωτός, ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς, ἀεὶ τὸν προὔχοντα ὑποπτήσσων καὶ τὸν λέγειν δυνάμενον θεραπεύων, λαγὼ βίον ζῶν καὶ τοῦ κρείττονος ἕρμαιον ὤν· εἰ δὲ καὶ Φειδίας ἢ Πολύκλειτος γένοιο καὶ θαυμαστὰ πολλὰ ἐξεργάσαιο, τὴν μὲν τέχνην ἅπαντες ἐπαινέσονται, οὐκ ἔστι δὲ ὅστις τῶν ἰδόντων, εἰ νοῦν ἔχοι, εὔξαιτ' ἂν ὅμοιός σοι γενέσθαι· οἷος γὰρ ἂν ᾖς, βάναυσος καὶ χειρῶναξ καὶ ἀποχειροβίωτος νομισθήσῃ.

10. Ἢν δ' ἐμοὶ πείθῃ, πρῶτον μέν σοι πολλὰ ἐπιδείξω παλαιῶν ἀνδρῶν ἔργα καὶ πράξεις θαυμαστὰς, καὶ λόγους αὐτῶν ἀπαγγέλλουσα καὶ πάντων ὡς εἰπεῖν ἔμπειρον ἀποφαίνουσα, καὶ τὴν ψυχήν, ὅπερ σου κυριώτατόν ἐστι, κατακοσμήσω πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι, σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐσεβείᾳ, πρᾳότητι, ἐπιεικείᾳ, συνέσει, καρτερίᾳ, τῷ τῶν καλῶν ἔρωτι, τῇ πρὸς τὰ σεμνότατα ὁρμῇ· ταῦτα γάρ ἐστιν ὁ τῆς ψυχῆς ἀκήρατος ὡς ἀληθῶς κόσμος. Λήσει δέ σε οὔτε παλαιὸν οὐδὲν οὔτε νῦν γενέσθαι δέον, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα προόψει μετ' ἐμοῦ, καὶ ὅλως ἅπαντα, ὁπόσα ἐστὶ, τά τε θεῖα τά τ' ἀνθρώπινα, οὐκ εἰς μακράν σε διδάξομαι.

11. Καὶ ὁ νῦν πένης ὁ τοῦ δεῖνος, ὁ βουλευσάμενός τι περὶ ἀγεννοῦς οὕτω τέχνης, μετ' ὀλίγον ἅπασι ζηλωτὸς καὶ ἐπίφθονος ἔσῃ, τιμώμενος καὶ ἐπαινούμενος καὶ ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις εὐδοκιμῶν καὶ ὑπὸ τῶν γένει καὶ πλούτῳ προὐχόντων ἀποβλεπόμενος, ἐσθῆτα μὲν τοιαύτην ἀμπεχόμενος, — δείξασα τὴν ἑαυτῆς· πάνυ δὲ λαμπρὰν ἐφόρει — ἀρχῆς δὲ καὶ προεδρίας ἀξιούμενος· κἂν που ἀποδημῇς, οὐδ' ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς καὶ ἀφανὴς ἔσῃ· τοιαῦτά σοι περιθήσω τὰ γνωρίσματα, ὥστε τῶν ὁρώντων ἕκαστος τὸν πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ « οὗτος ἐκεῖνος » λέγων.

12. Ἂν δέ τι σπουδῆς ἄξιον ᾖ καὶ τοὺς φίλους ἢ καὶ τὴν πόλιν ὅλην καταλαμβάνῃ, εἰς σὲ πάντες ἀποβλέψονται· κἄν πού τι λέγων τύχῃς, κεχηνότες οἱ πολλοὶ

fuerunt : hi nunc propterea cum diis adorantur. Jam si tu unus eorum fias, qui potest fieri quin celebris apud omnes homines ipse habeare? imo patrem efficies ut beatus prædicetur te filio, patriamque insuper reddes illustrem. Ista atque istis itidem plura titubans et usquequaque barbare locuta dixit Statuaria, perquam sane sedulo composita, ut quæ mihi persuadere conaretur : sed non amplius recordor; nam plurima jam quidem memoriam effugerunt. Postquam igitur desiit, infit altera hunc fere in modum :

9. Ego, fili, Eruditio sum, jam tibi familiaris et nota, etsi necdum ad finem usque me pertentaveris. Quanta quidem tu bona sis consecuturus, si statuarius fias, ista prædixit : nihil utique nisi operarius eris, corpus labori impendens, in eoque spem vitæ omnem habens repositam; dum ipse sis obscurus, parvam eamque illiberalem accipias mercedem, humilis animo, vilisque prodeas et incomitatus in publicum, neque amicis utilis advocatus, nec inimicis metuendus, nec quem tui cives æmulentur; sed ipsum illud operarius, unusque e plebe multa, qui semper præstantiorem revereatur, dicendo promtum colat, leporis vitam vivens, potentiorisque præda facilis. Fac autem te Phidiam aut Polycletum fieri, multaque admiranda affabre perficere : artem cuncti laudabunt; at nullus eorum, qui spectant, si quidem sapiat, optet se tibi similem esse : qualiscumque enim fueris, vilis artifex mercenariusque et manibus vitam quærens habebere.

10. Verum mihi si morem geras, primum equidem tibi multa ostendam veterum virorum acta, resque gestas admirabiles, dum eorum scripta tibi recito, atque omnium, ut plane dicam, te peritum reddo. Quin et animum, quæ tui pars est primaria, excolam multis bonisque ornamentis, temperantia, justitia, pietate, placiditate, æquitate, prudentia, constantia, honesti amore, acri denique præstantissimarum rerum studio; ista enim vere sunt sincera mentis decora. Præteribit autem te nec vetustum quicquam, nec quod nunc fieri expediat : quin et futura prospicies mecum; et in universum quicquid est rerum divinarum humanarumque, non diu erit quod te docebo.

11. Tum qui nunc pauper audis, et istius, cujus nomen vix constat, filius, qui jam fere deliberasti de tam ignobili arte, paulo post omnibus eris æmulationi et invidendus : honores laudemque consequeris, ob rerum optimarum cultum insignis, quique genere ac divitiis excellunt te suspicient; porro tali veste (sua, quam splendidissimam gerebat, ostentata) amictus, magistratu primæque sedis honore dignus habeberis; si quo peregre proficiscaris, ne in extera quidem regione ignotus eris obscurusve : ejusmodi tibi circumdabo insignia, ut videntium unusquisque proximum impellat, teque digito designans, Hic ille est, aiat.

12. Si quid autem majoris momenti aut amicos aut civitatem etiam universam occuparit, ad te cuncti respicient : dixeris aliquando publice, a tuo dicentis ore plerique pen-

ἀκούσονται, θαυμάζοντες καὶ εὐδαιμονίζοντές σε τῶν λόγων τῆς δυνάμεως καὶ τὸν πατέρα τῆς εὐποτμίας· ὃ δὲ λέγουσιν, ὡς ἄρα καὶ ἀθάνατοί τινες γίγνονται ἐξ ἀνθρώπων, τοῦτό σοι περιποιήσω· καὶ γὰρ ἢν αὐτὸς ἐκ τοῦ βίου ἀπέλθῃς, οὔποτε παύσῃ συνὼν τοῖς πεπαιδευμένοις καὶ προσομιλῶν τοῖς ἀρίστοις. Ὁρᾷς τὸν Δημοσθένην ἐκεῖνον, τίνος υἱὸν ὄντα ἐγὼ ἡλίκον ἐποίησα; ὁρᾷς τὸν Αἰσχίνην, ὃς τυμπανιστρίας υἱὸς ἦν; ἀλλ' ὅμως αὐτὸν δι' ἐμὲ Φίλιππος ἐθεράπευσεν. Ὁ δὲ Σωκράτης καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῇ ἑρμογλυφικῇ ταύτῃ τραφεὶς ἐπειδὴ τάχιστα συνῆκε τοῦ κρείττονος καὶ δραπετεύσας παρ' αὐτῆς ηὐτομόλησεν ὡς ἐμέ, ἀκούεις ὡς παρὰ πάντων ᾄδεται.

13. Ἀφεὶς δὲ σὺ τοὺς τηλικούτους καὶ τοιούτους ἄνδρας καὶ πράξεις λαμπρὰς καὶ λόγους σεμνοὺς καὶ σχῆμα εὐπρεπὲς καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ ἔπαινον καὶ προεδρίας καὶ δύναμιν καὶ ἀρχὰς καὶ τὸ ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμεῖν καὶ τὸ ἐπὶ συνέσει εὐδαιμονίζεσθαι, χιτώνιόν τι πιναρὸν ἐνδύσῃ καὶ σχῆμα δουλοπρεπὲς ἀναλήψῃ καὶ μοχλία καὶ γλυφεῖα καὶ κοπέας καὶ κολαπτῆρας ἐν ταῖν χεροῖν ἕξεις κάτω νενευκὼς εἰς τὸ ἔργον, χαμαιπετὴς καὶ χαμαίζηλος καὶ πάντα τρόπον ταπεινός, ἀνακύπτων δὲ οὐδέποτε οὐδὲ ἀνδρῶδες οὐδὲ ἐλευθέριον οὐδὲν ἐπινοῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα ὅπως εὔρυθμα καὶ εὐσχήμονα ἔσται σοι προνοῶν, ὅπως δὲ αὐτὸς εὔρυθμος καὶ κόσμιος ἔσῃ, ἥκιστα πεφροντικώς, ἀλλ' ἀτιμότερον ποιῶν σεαυτὸν λίθων.

14. Ταῦτα ἔτι λεγούσης αὐτῆς οὐ περιμείνας ἐγὼ τὸ τέλος τῶν λόγων ἀναστὰς ἀπεφηνάμην, καὶ τὴν ἄμορφον ἐκείνην καὶ ἐργατικὴν ἀπολιπὼν μετέβαινον πρὸς τὴν Παιδείαν μάλα γεγηθώς, καὶ μάλιστα ἐπεί μοι εἰς νοῦν ἦλθεν ἡ σκυτάλη καὶ ὅτι πληγὰς οὐκ ὀλίγας εὐθὺς ἀρχομένῳ μοι χθὲς ἐνετρίψατο. Ἡ δὲ ἀπολειφθεῖσα τὸ μὲν πρῶτον ἠγανάκτει καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει καὶ τοὺς ὀδόντας συνέπριε· τέλος δέ, ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀκούομεν, ἐπεπήγει καὶ εἰς λίθον μετεβέβλητο. Εἰ δὲ παράδοξα ἔπαθε, μὴ ἀπιστήσητε· θαυματοποιοὶ γὰρ οἱ ὄνειροι.

15. Ἡ ἑτέρα δὲ πρός με ἀπιδοῦσα, Τοιγαροῦν ἀμείψομαί σε, ἔφη, τῆσδε τῆς δικαιοσύνης, ὅτι καλῶς τὴν δίκην ἐδίκασας, καὶ ἐλθὲ ἤδη, ἐπίβηθι τούτου τοῦ ὀχήματος, — δείξασά τι ὄχημα ὑποπτέρων ἵππων τινῶν τῷ Πηγάσῳ ἐοικότων — ὅπως εἰδῇς οἷα καὶ ἡλίκα μὴ ἀκολουθήσας ἐμοὶ ἀγνοήσειν ἔμελλες. Ἐπεὶ δὲ ἀνῆλθον, ἡ μὲν ἤλαυνε καὶ ὑφηνιόχει, ἀρθεὶς δὲ εἰς ὕψος ἐγὼ ἐπεσκόπουν ἀπὸ τῆς ἕω ἀρξάμενος ἄχρι πρὸς τὰ ἑσπέρια πόλεις καὶ ἔθνη καὶ δήμους, καθάπερ ὁ Τριπτόλεμος ἀποσπείρων τι ἐς τὴν γῆν· οὐκέτι μέντοι μέμνημαι ὅ τι τὸ σπειρόμενον ἐκεῖνο ἦν, πλὴν τοῦτο μόνον, ὅτι κάτωθεν ἀφορῶντες ἄνθρωποι ἐπῄνουν καὶ μετ' εὐφημίας καθ' οὓς γενοίμην τῇ πτήσει, παρέπεμπον.

16. Δείξασα δέ μοι τὰ τοσαῦτα κἀμὲ τοῖς ἐπαινοῦσιν ἐκείνοις ἐπανήγαγεν αὖθις οὐκέτι τὴν ἐσθῆτα ἐκεί-

debunt auditores admirabundi, et gratulabuntur tum tibi disertæ orationis potentiam, tum patri prolis felicitatem. Quod autem ferunt immortales fieri quosdam ex mortalibus, id tibi conciliabo : etenim quum e vita discesseris, non tu desines unquam adesse doctis, et consuetudinem habere cum optimis. Viden' Demosthenem illum, quo patre natum ego quantum reddiderim? viden' Æschinem, qui piatricis tympanum pulsantis erat filius? et tamen ipsum propter me Philippus coluit. Socrates autem et ipse sub ista Statuaria nutritus, simul atque meliora percepit illaque deserta transfugit ad me, audis ut ab omnibus celebretur?

13. His tu missis tantis talibusque viris, rebus splendidis, sermonibus sapientissimis, habitu decoro, honore, gloria, laude, principe considendi loco, opibus, dignitate, facundæ orationis fama, publica prudentiæ gratulatione, tuniculam indues sordidam, et habitum suscipies servilem, vecticulos, cæla, malleolos, scalpra in manibus habebis, vultu ad opus prono, humilis et humilia consectans, omnemque in modum abjectus : nunquam tu rectum caput efferes, virile nihil, nihil liberale cogitabis; sed opera quomodo tibi concinna et elegantia procedant, providebis; ut ipse sis concinnus et honestis moribus ornatus, minime curabis, sed lapidibus te viliorem reddes.

14. Hæc quum adhuc diceret, ego, non exspectato sermonum fine, surgens litem decrevi, atque deformi illa et operaria spreta, conferebam me ad Eruditionem valde lætus : maxime quandoquidem in mentem mihi venit scutica, et plagas statim non paucas inchoanti mihi hesterno die fuisse impositas. Illa deserta primum indignabatur manibus complosis, et dentibus infrendens : tandem, quomodo Nioben audimus, fixa diriguit, inque lapidem fuit versa. Si vero passa videatur incredibilia, ne tamen non credatis; miras enim somnia præstigias objiciunt.

15. Tum altera, quum ad me respexisset, At ego jam, inquit, tibi vices rependam causæ justissime dijudicatæ : age ergo, inscende in hunc currum (currum aliquem ostendebat equorum alatorum, Pegaso similium), ut perspicias qualia et quanta, si te mihi non dedisses, fuisses ignoraturus. Simul autem ascendi, agitabat illa et moderabatur : atque ego in altum evectus contemplabar, ab Aurora cursu instituto ad Occidentem usque, urbes, gentes populosque, quasi Triptolemus seminis quiddam in terram projiciens : quanquam haud sane memini, qualenam esset sparsum illud semen, nisi hoc tantum, homines ad me suspicientes laudare, et faustis acclamationibus, quoscumque volatu adiissem, prosequi.

16. Postquam igitur tot res mihi meque laudantibus istis ostendisset, reduxit iterum non ista quidem veste in-

νην ἐνδεδυκότα, ἣν εἶχον ἀφιπτάμενος, ἀλλ' ἐμοὶ ἐδόκουν εὐπάρυφός τις ἐπανήκειν. Καταλαβοῦσα οὖν καὶ τὸν πατέρα ἑστῶτα καὶ περιμένοντα ἐδείκνυεν αὐτῷ ἐκείνην τὴν ἐσθῆτα κἀμὲ, οἷος ἥκοιμι, καί τι καὶ ὑπέμνησεν, οἷα μικροῦ δεῖν περὶ ἐμοῦ ἐβουλεύσαντο. Ταῦτα μέμνημαι ἰδὼν ἀντίπαις ἔτι ὤν, ἐμοὶ δοκεῖ, ἐκταραχθεὶς πρὸς τὸν τῶν πληγῶν φόβον.

17. Μεταξὺ δὲ λέγοντος, Ἡράκλεις, ἔφη τις, ὡς μακρὸν τὸ ἐνύπνιον καὶ δικανικόν. Εἶτ' ἄλλος ὑπέκρουσε, Χειμερινὸς ὄνειρος, ὅτε μήκισταί εἰσιν αἱ νύκτες, ἢ τάχα που τριέσπερος, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς, καὶ αὐτός ἐστι. Τί δ' οὖν ἐπῆλθεν αὐτῷ ληρῆσαι ταῦτα πρὸς ἡμᾶς καὶ μνησθῆναι παιδικῆς νυκτὸς καὶ ὀνείρων παλαιῶν καὶ ἤδη γεγηρακότων; ἕωλος γὰρ ἡ ψυχρολογία· μὴ ὀνείρων ὑποκριτάς τινας ἡμᾶς ὑπείληφεν; Οὐχ, ὠγαθέ· οὐδὲ γὰρ ὁ Ξενοφῶν ποτε διηγούμενος τὸ ἐνύπνιον, ὡς ἐδόκει αὐτῷ [πυρκαϊὰ ἀναστῆναι] ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ καὶ τὰ ἄλλα (ἴστε γάρ), οὐχ ὑπόκρισιν τὴν ὄψιν οὐδ' ὡς φλυαρεῖν ἐγνωκὼς αὐτὰ διεξῄει, καὶ ταῦτα ἐν πολέμῳ καὶ ἀπογνώσει πραγμάτων, περιεστώτων πολεμίων, ἀλλά τι καὶ χρήσιμον εἶχεν ἡ διήγησις.

18. Καὶ τοίνυν κἀγὼ τοῦτον τὸν ὄνειρον ὑμῖν διηγησάμην ἐκείνου ἕνεκα, ὅπως οἱ νέοι πρὸς τὰ βελτίω τρέπωνται καὶ παιδείας ἔχωνται, καὶ μάλιστα, εἴ τις αὐτῶν ὑπὸ πενίας ἐθελοκακεῖ καὶ πρὸς τὴν ἥττω ἀποκλίνει φύσιν οὐκ ἀγεννῆ διαφθείρων· ἐπιρρωσθήσεται εὖ οἶδ' ὅτι κἀκεῖνος ἀκούσας τοῦ μύθου, ἱκανὸν ἑαυτῷ παράδειγμα ἐμὲ προστησάμενος, ἐννοῶν οἷος μὲν ὢν πρὸς τὰ κάλλιστα ὥρμησα καὶ παιδείας ἐπεθύμησα μηδὲν ἀποδειλιάσας πρὸς τὴν πενίαν τὴν τότε, οἷος δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐπανελήλυθα, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, οὐδενὸς γοῦν τῶν λιθογλύφων ἀδοξότερος.

dutum, quam habebam, quum volucri curru efferrer: sed videbar omnino mihi in amictu honoratiore et prætextato redire. Quin et, ut patrem invenit astantem meque opperientem, monstrabat ipsi vestem illam, et me qualis reverterer: imo etiam submonefecit, quam malum de me consilium pæne jam inivissent cognati. Ista me vidisse memini pueritiam tantum quod egressus, ut mihi quidem videtur, conturbatus ex verberum metu.

17. Hæc dum exsequor, Hercules, inquit nonnemo, quam longum somnium et judiciale: tum alius interpellat, Hibernum scilicet, quando longissimæ sunt noctes: aut si forte trinoctiale et ipsum, quemadmodum Hercules: quid vero ipsi in mentem venit, ut ista nugaretur ad nos, puerilemque noctem commemoraret, et somnia vetera jamque obsoleta? futile profecto hoc narrationis frigus: num nos somniorum interpretes esse quosdam statuit? Minime certe, o tu, quisquis es: nec enim Xenophon, quum narraret aliquando somnium, sibi visum [incendium oriri] in paterna domo et reliqua (nostis enim), velut histrionicam, visionem istam, neque nugaturus de industria persequebatur, idque in bello et desperatione rerum, urgente hoste; sed sane et utile quiddam habebat ista narratio.

18. Similiter et ego somnium istud meum enarravi vobis ejus rei causa, ut juvenes ad meliora convertantur, et eruditioni studeant: imprimis si quis eorum ob paupertatem animo deficiat, seque deterioribus applicet, indolem haud ignobilem corrumpens: hic, sat scio, confirmabitur, audita somnii nostri fabula, meque sibi idoneum exemplum ob oculos ponet considerando, ex quali conditione ad pulcherrima me contuli, eruditionemque concupivi, nequaquam ignave cedens rei familiaris, quæ tum premebant, angustiis; itemque qualis ad vos me recepi, si nihil aliud, at saltem nemine sculptorum obscurior.

II.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΙΠΟΝΤΑ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΕΙ ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ.

1. Οὐκοῦν Προμηθέα με εἶναι φής; εἰ μὲν κατὰ τοῦτο, ὦ ἄριστε, ὡς πηλίνων κἀμοὶ τῶν ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα καί φημι ὅμοιος εἶναι αὐτῷ, οὐδ' ἀναίνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν, εἰ καὶ φαυλότερος ἐμοὶ ὁ πηλὸς οἷος ἐκ τριόδου, βόρβορός τις παρὰ μικρόν· εἰ δὲ ὑπερεπαινῶν τοὺς λόγους ὡς δῆθεν εὐμηχάνους ὄντας τὸν σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπιφημίζεις αὐτοῖς, ὅρα μή τις εἰρωνείαν φῇ καὶ μυκτῆρα οἷον τὸν Ἀττικὸν προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ. Ἢ πόθεν γὰρ εὐμήχανον τοὐμόν; τίς δ' ἡ περιττὴ σοφία καὶ προμήθεια ἐν τοῖς γράμμασιν; ὡς ἔμοιγε ἱκανὸν, εἰ μὴ πάνυ σοι γήϊνα ἔδοξε μηδὲ κομιδῇ ἄξια τοῦ Καυκάσου. Καίτοι πόσῳ δικαιότερον ὑμεῖς ἂν εἰκάζοισθε τῷ Προμηθεῖ, ὁπόσοι ἐν δίκαις εὐδοκιμεῖτε ξὺν ἀληθείᾳ ποιούμενοι τοὺς ἀγῶνας; ζῶντα γοῦν ὡς ἀληθῶς καὶ ἔμψυχα ὑμῖν τὰ ἔργα, καὶ νὴ

II.

AD EUM QUI DIXERAT, PROMETHEUS ES IN VERBIS.

1. Prometheum igitur me esse ais? si ea ratione, o optime, quod et mea opera lutea sint, agnosco imaginem, meque similem illi esse fateor, neque luti figulus dici recuso; tametsi lutum mihi vilius sit, quale ex triviis colligitur, cœnum propemodum: sin vero extollens orationem meam, perinde ut artificiosam, doctissimi illius Titanum nomine eam cohonestas, vide ne quis ironiam dixerit, et quasi quandam Atticam subsannationem subesse huic laudi. Vel dic, undenam artificiosum, quod ego facio? quæ vero eximia sapientia et prudentia in scriptis meis? Mihi certe illud satis fuerit, si non lutea prorsus, aut digna Caucaso tibi videantur. At vero quanto justius vos comparari Prometheo poteratis, quicumque in causis agendis celebres estis, vera certamina subeuntes! Viva enim revera atque animata vobis opera sunt, et per Jovem etiam calor illorum

Δία καὶ τὸ θερμὸν αὐτῶν ἐστι διάπυρον· καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ Προμηθέως ἂν εἴη, πλὴν εἰ μὴ διαλλάττοιτε, ὅτι μὴ ἐκ πηλοῦ πλάττετε, ἀλλὰ χρυσᾶ ὑμῖν τοῖς πολλοῖς τὰ πλάσματα.

2. Ἡμεῖς δὲ οἱ ἐς τὰ πλήθη παριόντες καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἀκροάσεων ἐπαγγέλλοντες εἴδωλα ἄττα ἐπιδεικνύμεθα· καὶ τὸ μὲν ὅλον ἐν πηλῷ, καθάπερ ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ἡ πλαστικὴ κατὰ ταὐτὰ τοῖς κοροπλάθοις· τὰ δ' ἄλλα οὔτε κίνησις ὁμοία πρόσεστιν οὔτε ψυχῆς δεῖγμά τι, ἀλλὰ τέρψις ἄλλως καὶ παιδιὰ τὸ πρᾶγμα. Ὥστε μοι ἐνθυμεῖσθαι ἔπεισι μὴ ἄρα οὕτω με Προμηθέα λέγεις εἶναι, ὡς ὁ κωμικὸς τὸν Κλέωνα· φησὶ δὲ, οἶσθα, περὶ αὐτοῦ·

Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα.

Καὶ αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἰπνοποιοὺς καὶ πάντας, ὅσοι πηλουργοὶ, Προμηθέας ἀπεκάλουν ἐπισκώπτοντες ἐς τὸν πηλὸν καὶ τὴν ἐν πυρὶ οἶμαι τῶν σκευῶν ὄπτησιν· καὶ εἴ γε σοι τοῦτο βούλεται εἶναι ὁ Προμηθεὺς, πάνυ εὐστόχως ἀποτετόξευται καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν δριμύτητα τῶν σκωμμάτων, ἐπεὶ καὶ εὔθρυπτα ἡμῖν τὰ ἔργα, ὥσπερ ἐκείνοις τὰ χυτρίδια, καὶ μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν συντρίψειεν ἂν ἅπαντα.

3. Καίτοι, φαίη τις ἂν παραμυθούμενος, οὐ ταῦτα εἴκασέ σε τῷ Προμηθεῖ, ἀλλὰ τὸ καινουργὸν τοῦτο ἐπαινῶν καὶ μὴ πρός τι ἄλλο ἀρχέτυπον μεμιμημένον, ὥσπερ ἐκεῖνος οὐκ ὄντων ἀνθρώπων τέως, ἐννοήσας αὐτοὺς ἀνέπλασε, τοιαῦτα ζῷα μορφώσας καὶ διακοσμήσας, ὡς εὐκίνητά τε εἴη καὶ ὀφθῆναι χαρίεντα· καὶ τὸ μὲν ὅλον ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν, συνειργάζετο δέ τι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα. Ὁ μὲν ταῦτα ἂν εἴποι πρός γε τὸ εὐφημότατον ἐξηγούμενος τὸ εἰρημένον. Καὶ ἴσως οὗτος ὁ νοῦς ἦν τῷ λελεγμένῳ. Ἐμοὶ δὲ οὐ πάνυ ἱκανὸν, εἰ καινοποιεῖν δοκοίην, μηδὲ ἔχοι τις λέγειν ἀρχαιότερόν τι τοῦ πλάσματος, οὗ τοῦτο ἀπόγονόν ἐστιν, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ χάριεν φαίνοιτο, αἰσχυνοίμην ἂν, εὖ ἴσθι, ἐπ' αὐτῷ καὶ ξυμπατήσας ἂν ἀφανίσαιμι· οὐδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτὸ, παρά γοῦν ἐμοὶ, ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ συντετρῖφθαι ἄμορφον ὄν. Καὶ εἴ γε μὴ οὕτω φρονοίην, ἄξιος ἂν εἶναί μοι δοκῶ ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν κείρεσθαι, οὐ συνιεὶς ὡς πολὺ ἀμορφότερα τὰ μετὰ τοῦ ξένου ταὐτὸ πεπονθότα.

4. Πτολεμαῖος γοῦν ὁ Λάγου δύο καινὰ ἐς Αἴγυπτον ἄγων, κάμηλόν τε Βακτριανὴν παμμέλαιναν καὶ δίχρωμον ἄνθρωπον, ὡς τὸ μὲν ἡμίτομον αὐτοῦ ἀκριβῶς μέλαν εἶναι, τὸ δ' ἕτερον ἐς ὑπερβολὴν λευκὸν, ἐπ' ἴσης δὲ μεμερισμένον, ἐς τὸ θέατρον συναγαγὼν τοὺς Αἰγυπτίους ἐπεδείκνυτο αὐτοῖς ἄλλα τε πολλὰ θεάματα καὶ τὸ τελευταῖον καὶ ταῦτα, τὴν κάμηλον καὶ τὸν ἡμίλευκον ἄνθρωπον, καὶ ᾤετο ἐκπλήξειν τῷ θεάματι. Οἱ δὲ πρὸς μὲν τὴν κάμηλον ἐφοβήθησαν καὶ ὀλίγου δεῖν ἔφυγον ἀναθορόντες, καίτοι χρυσῷ πᾶσα ἐκεκόσμητο καὶ ἁλουργίδι ἐπέστρωτο καὶ ὁ χαλινὸς ἦν λιθοκόλλη-

ignitus est. Quod ipsum a Prometheo profectum videri possit, nisi quod hoc discriminis inest, quod ex luto vos non fingitis, sed aurea vobis plerisque figmenta sunt.

2. Nos autem, qui ad multitudinem prodimus, atque ibi hujusmodi declamationes profitemur, simulacra tantum quædam spectanda exhibemus. Et in summa, circa lutum, uti paulo ante dixi, hæc figulina versatur, quemadmodum puparum figuli : ceterum neque motus similis inest, neque animæ significatio ulla, sed delectatio quædam ad summum, et lusus merus est. Ut cogitare incipiam, num ita me Prometheum dixeris, ut Comicus Cleonem : de quo (nosti) hoc ille dixit :

Cleon Prometheus ipse post negotia est.

Ipsi etiam Athenienses figulos ollarum, furnorum constructores, et quicumque circa lutum versantur, Prometheos vocabant olim, alludentes ad lutum, opinor, et ad illam, quæ fit in igne, vasorum cocturam. Quod si hoc sibi vult Prometheus iste tuus, admodum directe jaculatus es, et secundum Atticam illam mordendi acerbitatem; quoniam et nostra opera fragilia sunt, perinde ut illorum ollulæ; et modicum quispiam lapillum injiciens, facile contriverit omnia.

3. Atqui, dixerit aliquis consolando nos, nequaquam in hanc partem te assimilavit Prometheo; sed novitatem illam laudans et ad nullum aliud exemplar effictum opus; velut ille, quum nondum essent homines, sua solertia excogitatos illos finxit, ac talia animantia formavit atque adornavit, quæ et moverentur facile, et aspectu gratiosa forent; et in summa, architectus ipse erat, sed cooperabatur tamen etiam Minerva, quæ et lutum inspirabat et figmenta illa animata reddebat. Talia quidem ille dixerit, in optimam partem dictum istud exponens. Et fortassis hæc sententia etiam dicti fuit. Verum mihi non sane satis est, si videar nova finxisse, figmentoque nostro nihil vetustius afferri possit, cujus progenies censeatur : sed nisi elegans videatur, pudeat me sane (sat scias) illius, et conculcans disperdiderim; neque illi profuerit apud me novitas, quominus conteratur, si non et formosum videatur. Ac nisi ita sentiam, dignus mihi videor qui a sedecim vulturibus arrodar : ut qui non intelligam longe deformiora ea esse, quæ cum peregrinitate conjunctam habent turpitudinem.

4. Ptolemæus certe Lagi filius, quum duas res novas in Ægyptum adduxisset, camelum Bactrianam totam nigram, et hominem bicolorem, cujus dimidia pars plane nigra, altera autem supra modum candida erat, ex æquo distributis quæ uterque color occupabat locis; congregavit in theatrum Ægyptios, et exhibuit illis cum alia multa spectacula, tum postremo loco hæc quoque, camelum et semialbum hominem : putabatque se magnam admirationem isto spectaculo concitaturum esse. At illi ad cameli quidem conspectum perterriti sunt, et parum abfuit quin exsilientes profugerent, quanquam tota ea auro exornata, ac purpura instrata erat, frenum etiam gemmis distinctum habebat,

τος, Δαρείου τινὸς ἢ Καμβύσου ἢ Κύρου αὐτοῦ κειμήλιον· πρὸς δὲ τὸν ἄνθρωπον οἱ μὲν πολλοὶ ἐγέλων, οἱ δέ τινες ὡς ἐπὶ τέρατι ἐμυσάττοντο· ὥστε ὁ Πτολεμαῖος συνεὶς ὅτι οὐκ εὐδοκιμεῖ ἐπ' αὐτοῖς οὐδὲ θαυμάζεται ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἡ καινότης, ἀλλὰ πρὸ αὐτῆς τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ εὔμορφον κρίνουσι, μετέστησεν αὐτὰ καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐκέτι διὰ τιμῆς ἦγεν ὡς πρὸ τοῦ· ἀλλ' ἡ μὲν κάμηλος ἀπέθανεν ἀμελουμένη, τὸν ἄνθρωπον δὲ τὸν διττὸν Θέσπιδι τῷ αὐλητῇ ἐδωρήσατο καλῶς αὐλήσαντι παρὰ τὸν πότον.

5. Δέδοικα δὲ μὴ καὶ τοὐμὸν κάμηλος ἐν Αἰγυπτίοις ᾖ, οἱ δὲ ἄνθρωποι τὸν χαλινὸν ἔτι αὐτῆς θαυμάζωσι καὶ τὴν ἁλουργίδα, ἐπειδὴ οὐδὲ τὸ ἐκ δυοῖν τοῖν καλλίστοιν συγκεῖσθαι, διαλόγου καὶ κωμῳδίας, οὐδὲ τοῦτο ἀπόχρη εἰς εὐμορφίαν, εἰ μὴ καὶ ἡ μῖξις ἐναρμόνιος καὶ κατὰ τὸ σύμμετρον γίγνοιτο· ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν ἀλλόκοτον τὴν ξυνθήκην εἶναι· οἷον ἐκεῖνο τὸ προχειρότατον, ὁ ἱπποκένταυρος· οὐ γὰρ ἂν φαίης ἐπέραστόν τι ζῷον τουτὶ γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑβριστότατον, εἰ χρὴ πιστεύειν τοῖς ζωγράφοις ἐπιδεικνυμένοις τὰς παροινίας καὶ σφαγὰς αὐτῶν. Τί οὖν; οὐχὶ καὶ ἔμπαλιν γένοιτ' ἂν εὔμορφόν τι ἐκ δυοῖν τοῖν ἀρίστοιν ξυντεθέν, ὥσπερ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος τὸ ξυναμφότερον ἥδιστον; Φημὶ ἔγωγε· οὐ μὴν περί γε τῶν ἐμῶν ἔχω διατείνεσθαι ὡς τοιούτων ὄντων, ἀλλὰ δέδια μὴ τὸ ἑκατέρου κάλλος ἡ μῖξις συνέφθειρεν.

6. Οὐ πάνυ γοῦν συνήθη καὶ φίλα ἐξ ἀρχῆς ἦν ὁ διάλογος καὶ ἡ κωμῳδία, εἴ γε ὁ μὲν οἴκοι καθ' ἑαυτὸν καὶ νὴ Δία ἐν τοῖς περιπάτοις μετ' ὀλίγων τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, ἡ δὲ παραδοῦσα τῷ Διονύσῳ ἑαυτὴν θεάτρῳ ὡμίλει καὶ ξυνέπαιζε καὶ ἐγελωτοποίει καὶ ἐπέσκωπτε καὶ ἐν ῥυθμῷ ἔβαινε πρὸς αὐλὸν ἐνίοτε, καὶ τὸ ὅλον, ἀναπαίστοις μέτροις ἐποχουμένη τὰ πολλά, τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύαζε φροντιστὰς καὶ μετεωρολέσχας καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσα· καὶ μίαν ταύτην προαίρεσιν ἐπεποίητο ἐκείνους ἐπισκώπτειν καὶ τὴν Διονυσιακὴν ἐλευθερίαν καταχεῖν αὐτῶν, ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας δεικνύουσα καὶ νεφέλαις ξυνόντας, ἄρτι δὲ ψυλλῶν πηδήματα διαμετροῦντας, ὡς δῆθεν τὰ ἀέρια λεπτολογουμένους. Ὁ διάλογος δὲ σεμνοτάτας ἐποιεῖτο τὰς συνουσίας φύσεώς τε πέρι καὶ ἀρετῆς φιλοσοφῶν· ὥστε τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν εἶναι τὴν ἁρμονίαν, ἀπὸ τοῦ ὀξυτάτου ἐς τὸ βαρύτατον. Καὶ ὅμως ἐτολμήσαμεν ἡμεῖς τὰ οὕτως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ξυναγαγεῖν καὶ ξυναρμόσαι οὐ πάνυ πειθόμενα οὐδὲ εὐμαρῶς ἀνεχόμενα τὴν κοινωνίαν.

7. Δέδια τοίνυν μὴ αὖθις ὅμοιόν τι τῷ Προμηθεῖ τῷ σῷ πεποιηκὼς φαίνωμαι τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι ἐγκαταμίξας καὶ δι' αὐτὸ δίκην ὑπόσχω· μᾶλλον δὲ μὴ καὶ ἄλλο τι τοιοῦτος φανείην ἐξαπατῶν ἴσως τοὺς ἀκούοντας καὶ ὀστᾶ παραθεὶς αὐτοῖς κεκαλυμμένα τῇ πιμελῇ, γέλωτα κωμικὸν ὑπὸ σεμνότητι φιλοσόφῳ· τὸ γὰρ τῆς κλεπτικῆς — καὶ γὰρ κλεπτικῆς ὁ θεός — ἄπαγε· τοῦτο μόνον οὐκ ἂν εἴποις ἐνεῖναι τοῖς ἡμετέροις· ἢ

ex Darii, aut Cambysis, aut etiam ipsius Cyri thesauris depromtum : homine autem viso, plerique ridebant; quidam etiam ut monstrum sunt aversati. Quare Ptolemæus intelligens parum laudis capere neque in admiratione esse apud Ægyptios novitatem, sed præ ipsa concinnitatem probari justamque formam, abduci ea jussit; hominemque non amplius eodem honore habuit, quo antea. Camelus neglecta mortua est : hominem autem illum duplicem Thespidi cuidam tibicini, cum in convivio belle cecinisset, dono dedit.

5. Vereor itaque ne et mea sint camelus in Ægypto, cujus homines adhuc frenum et purpuram admirentur : neque enim ad elegantiam sufficit, quod ex duobus optimis constat, dialogo et comœdia, nisi et ipsa compositio inter se consentiens, justaque proportione temperata fuerit. Ex pulchris certe duobus compositio absurda fieri potest, quale illud vulgatissimum est Hippocentaurus. Non enim amabile hoc animal esse dixeris, sed potius contumeliosissimum, si modo convenit pictoribus credere, temulentiam et cædes illorum exhibentibus. Quid ergo? an non rursus ex duobus optimis compositum fieri potest pulchrum, ut ex vino et melle commistum et temperatum suavissimum? Potest sane : meas vero compositiones contendere non ausim tales esse; quin potius vereor, ne utriusque pulchritudinem ipsa mixtura corruperit.

6. Neque enim omnino consueta inter se atque affinia ab initio dialogus et comœdia fuere : siquidem ille domi et seorsum, ac, mehercle, in ambulacris cum paucis quibusdam disputationes suas habebat : hæc vero, Baccho se totam tradens, in theatris versabatur, simulque ludebat, et risum movebat, gaudebatque salibus et dicacitate, et ad numeros tibiæ incedebat interdum; sæpe etiam anapæsticis versibus vecta, dialogi sectatores utplurimum subsannabat, meditatores, ac vanos sublimium rerum disceptatores, et id genus alia vocitando. Atque id solum ei cordi erat, ut eos sugillaret, et Dionysiacam istam libertatem in eos effunderet; nunc in aere ambulantes et cum nubibus versantes illos exhibens, nunc pulicum saltus metientes, de aereis videlicet et sublimibus istis rebus nimis exiliter argutantes. Dialogus vero gravissimas disputationes habebat, de natura rerum deque virtute philosophans : ita ut musicorum illud, bis per omnes chordas, ab acutissimo nimirum ad gravissimum sonum, ipsorum esset concentus. Et tamen ausi fuimus nos, hæc ita sese habentia inter sese conjungere et coaptare, non admodum obsequentia nec facile societatem sustinentia.

7. Vereor itaque ne denuo simile aliquid Prometheo isti tuo fecisse videar, ut qui feminam cum mari commiscuerim, et ob id ipsum nunc reus agar : vel potius ne in alia re talis qualis ille appaream, dum decipio fere auditores, ossa apponens ipsis pinguedine obducta, risum scilicet comicum sub philosophica gravitate. Ad furtum enim quod attinet (nam et furandi arte hic deus insignis est), absit;

παρὰ τοῦ γὰρ ἂν ἐκλέπτομεν; εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοιούτους πιτυοκάμπτας καὶ τραγελάφους καὶ αὐτὸς συντεθεικώς· πλὴν ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι; ἐμμενετέον γὰρ οἷς ἅπαξ προειλόμην· ἐπεὶ τό γε μεταβουλεύεσθαι Ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ Προμηθέως ἐστίν.

hoc certe nostris inesse non dices. Unde enim furatus sim? nisi forte quis me fugit, qui ejusmodi Pityocamptas et Hircocervos et ipse composuerit. Verum quid faciam? Perseverandum enim est in iis quæ semel elegi; mutare enim consilium, Epimethei, non Promethei est.

III.

ΠΡΟΣ ΝΙΓΡΙΝΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Λουκιανὸς Νιγρίνῳ εὖ πράττειν.

Ἡ μὲν παροιμία φησί, Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, ὡς γελοῖον ὂν εἴ τις ἐκεῖ κομίζοι γλαῦκας, ὅτι πολλαὶ παρ' αὐτοῖς εἰσιν. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν δύναμιν λόγων ἐπιδείξασθαι βουλόμενος ἔπειτα Νιγρίνῳ γράψας βιβλίον ἔπεμπον, εἰχόμην ἂν τῷ γελοίῳ γλαῦκας ὡς ἀληθῶς ἐμπορευόμενος· ἐπεὶ δὲ μόνην σοι δηλῶσαι τὴν ἐμὴν γνώμην ἐθέλω, ὅπως τε νῦν ἔχω καὶ ὅτι μὴ παρέργως εἴλημμαι πρὸς τῶν σῶν λόγων, ἀποφεύγοιμ' ἂν εἰκότως καὶ τὸ τοῦ Θουκυδίδου λέγοντος ὅτι ἡ ἀμαθία μὲν θρασεῖς, ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται· δῆλον γὰρ ὡς οὐχ ἡ ἀμαθία μοι μόνη τῆς τοιαύτης τόλμης, ἀλλὰ καὶ ὁ πρὸς τοὺς λόγους ἔρως αἴτιος. Ἔρρωσο.

III.

EPISTOLA AD NIGRINUM.

Lucianus Nigrino salutem.

Noctuas Athenas, inquit proverbium : quasi ridiculum sit si quis eo noctuas apportet, quoniam apud illos abundent. Ego vero si dicendi facultatem ostendere volens Nigrino librum a me scriptum mitterem, plane obnoxius equidem huic ridiculo forem : nunc autem, quum id solum agam, ut sententiam meam tibi aperiam, et quo nunc sim animo, et quod non leviter oratione tua affectus fuerim, effugero sane merito etiam Thucydidis illud, dicentis : Imperitia audaces, res autem cogitata atque considerata cunctatores efficit. Manifestum est enim, mihi non imperitiam solum, verum etiam amorem ac studium literarum, hujus audaciæ causam esse. Vale.

ΝΙΓΡΙΝΟΣ Η ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΗΘΟΥΣ.

ΕΤΑΙΡΟΣ, ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ.

1. ΕΤΑΙ. Ὡς σεμνὸς ἡμῖν σφόδρα καὶ μετέωρος ἐπανελήλυθας. Οὐ τοίνυν προσβλέπειν ἡμᾶς ἔτι ἀξιοῖς οὔθ' ὁμιλίας μεταδίδως οὔτε κοινωνεῖς τῶν ὁμοίων λόγων, ἀλλ' ἄφνω μεταβέβλησαι καὶ ὅλως ὑπεροπτικῷ τινι ἔοικας. Ἡδέως δ' ἂν παρὰ σοῦ πυθοίμην ὅθεν οὕτως ἀτόπως ἔχεις καὶ τί τούτων αἴτιον.

ΛΟΥΚ. Τί γὰρ ἄλλο γε, ὦ ἑταῖρε, ἢ εὐτυχία;

ΕΤΑΙ. Πῶς λέγεις;

ΛΟΥΚ. Ὁδοῦ πάρεργον ἥκω σοι εὐδαίμων τε καὶ μακάριος γεγενημένος καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἀπὸ τῆς σκηνῆς ὄνομα, τρισόλβιος.

ΕΤΑΙ. Ἡράκλεις, οὕτως ἐν βραχεῖ;

ΛΟΥΚ. Καὶ μάλα.

ΕΤΑΙ. Τί δὲ τὸ μέγα τοῦτό ἐστιν, ἐφ' ὅτῳ καὶ κομᾷς, ἵνα μὴ ἐν κεφαλαίῳ μόνῳ εὐφραινώμεθα, ἔχωμεν δέ τι καὶ ἀκριβὲς εἰδέναι τὸ πᾶν ἀκούσαντες;

ΛΟΥΚ. Οὐ θαυμαστὸν εἶναί σοι δοκεῖ πρὸς Διός, ἀντὶ μὲν δούλου με ἐλεύθερον, ἀντὶ δὲ πένητος ὡς ἀληθῶς πλούσιον, ἀντὶ δὲ ἀνοήτου τε καὶ τετυφωμένου γενέσθαι μετριώτερον;

2. ΕΤΑΙ. Μέγιστον μὲν οὖν· ἀτὰρ οὔπω μανθάνω σαφῶς ὅ τι καὶ λέγεις.

ΛΟΥΚ. Ἐστάλην μὲν εὐθὺ τῆς πόλεως βουλόμενος ἰατρὸν ὀφθαλμῶν θεάσασθαί τινα· τὸ γάρ μοι πάθος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ μᾶλλον ἐπετείνετο.

NIGRINUS SIVE DE MORIBUS PHILOSOPHORUM.

AMICUS, LUCIANUS.

1. AM. Quam oppido gravis nobis et sublimis rediisti! Neque enim aspicere nos amplius dignaris, neque conversaris nobiscum, nec sermones ut antea confers; sed repente immutatus es, et omnino fastidiosus videris evasisse. Lubens vero audierim ex te, unde ad hoc insolentiæ pervene ris, et quæ ejus rei causa sit.

LUC. Quid enim aliud, o amice, quam felicitas?

AM. Quid ais?

LUC. Dum aliud ago, felicem me et beatum vides factum, et, quod in scena solet usurpari, ter beatum.

AM. Papæ! tam subito?

LUC. Ita res habet.

AM. Quidnam autem tantum illud est quo te sic effers? ut non summatim modo lætemur, sed, singulis etiam auditis, accurate scire possimus.

LUC. An non admiratione dignum tibi videtur, per Jovem, pro servo me liberum, pro paupere vere divitem, pro stulto autem et insano factum modestum?

2. AM. Immo vero maximum. Sed nondum tamen plane intelligo quidnam illud sit quod dicis.

LUC. Recta in urbem profectus sum, ut ibi oculorum aliquem medicum circumspicerem : nam ille oculi affectus, quo laborabam, magis ac magis ingravescebat.

ΕΤΑΙ. Οἶδα τούτων ἕκαστα, καὶ ηὐξάμην σέ τινι σπουδαίῳ ἐπιτυχεῖν.

ΛΟΥΚ. Δόξαν οὖν μοι διὰ πολλοῦ προσειπεῖν Νιγρῖνον τὸν Πλατωνικὸν φιλόσοφον, ἕωθεν ἐξαναστὰς ὡς αὐτὸν ἀφικόμην καὶ κόψας τὴν θύραν τοῦ παιδίου εἰσαγγείλαντος ἐκλήθην· καὶ παρελθὼν εἴσω καταλαμβάνω τὸν μὲν ἐν χερσὶ βιβλίον ἔχοντα, πολλὰς δὲ εἰκόνας παλαιῶν σοφῶν ἐν κύκλῳ κειμένας. Προὔκειτο δὲ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων καταγεγραμμένον καὶ σφαῖρα καλάμου πρὸς τὸ τοῦ παντὸς μίμημα ὡς ἐδόκει πεποιημένη.

3. Σφόδρα οὖν με φιλοφρόνως ἀσπασάμενος ἠρώτα ὅ τι πράττοιμι. Κἀγὼ πάντα διηγησάμην αὐτῷ, καὶ δῆτα ἐν μέρει καὶ αὐτὸς ἠξίουν εἰδέναι ὅ τι τε πράττοι καὶ εἰ αὖθις αὐτῷ ἐγνωσμένον εἴη στέλλεσθαι τὴν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος. Ὁ δὲ ἀρξάμενος, ὦ ἑταῖρε, περὶ τούτων λέγειν καὶ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην διηγεῖσθαι τοσαύτην τινά μου τῷ λόγῳ ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν, ὥστε καὶ τὰς Σειρῆνας ἐκείνας, εἴ τινες ἄρα ἐγένοντο, καὶ τὰς Κηληδόνας καὶ τὸν Ὁμήρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι· οὕτω θεσπέσια ἐφθέγξατο.

4. Προήχθη γὰρ αὐτήν τε φιλοσοφίαν ἐπαινέσαι καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν καὶ τῶν δημοσίᾳ νομιζομένων ἀγαθῶν καταγελάσαι, πλούτου καὶ δόξης καὶ βασιλείας καὶ τιμῆς, ἔτι τε χρυσοῦ καὶ πορφύρας καὶ τῶν πάνυ περιβλέπτων τοῖς πολλοῖς, τέως δὲ κἀμοὶ δοκούντων· ἅπερ ἔγωγε ἀτενεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ τῇ ψυχῇ δεξάμενος αὐτίκα μὲν οὐδὲ εἶχον εἰκάσαι ὅπερ ἐπεπόνθειν, ἀλλὰ παντοῖος ἐγιγνόμην· καὶ ἄρτι μὲν ἐλυπούμην, ἐληλεγμένων μοι τῶν φιλτάτων, πλούτου τε καὶ ἀργυρίου καὶ δόξης, καὶ μόνον οὐκ ἐδάκρυον ἐπ' αὐτοῖς καθῃρημένοις, ἄρτι δὲ αὐτὰ μὲν ἐδόκει μοι ταπεινὰ καὶ καταγέλαστα· ἔχαιρον δ' αὖ ὥσπερ ἐκ ζοφεροῦ τινος ἀέρος τοῦ βίου τοῦ πρόσθεν ἐς αἰθρίαν τε καὶ μέγα φῶς ἀναβλέπων· ὥστε δή, τὸ καινότατον, τοῦ ὀφθαλμοῦ μὲν καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἀσθενείας ἐπελανθανόμην, τὴν δὲ ψυχὴν ὀξυδερκέστερος κατὰ μικρὸν ἐγιγνόμην· ἐλελήθειν γὰρ τέως αὐτὴν τυφλώττουσαν περιφέρων.

5. Προϊὼν δὲ ἐς τόδε περιήχθην, ὅπερ ἀρτίως ἡμῖν ἐπεκάλεις· γαῦρός τε γὰρ ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ μετέωρός εἰμι καὶ ὅλως μικρὸν οὐκέτι οὐδὲν ἐπινοῶ· δοκῶ γάρ μοι ὅμοιόν τι πεπονθέναι πρὸς φιλοσοφίαν οἷόνπερ καὶ οἱ Ἰνδοὶ πρὸς τὸν οἶνον λέγονται παθεῖν, ὅτε πρῶτον ἔπιον αὐτοῦ· θερμότεροι γὰρ ὄντες φύσει πιόντες ἰσχυρὸν οὕτω ποτὸν αὐτίκα μάλα ἐξεβακχεύθησαν καὶ διπλασίως ὑπὸ τοῦ ἀκράτου ἐξεμάνησαν. Οὕτω σοι καὶ αὐτὸς ἔνθεος καὶ μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων περιέρχομαι.

6. ΕΤΑΙ. Καὶ μὴν τοῦτό γε οὐ μεθύειν, ἀλλὰ νήφειν τε καὶ σωφρονεῖν ἐστιν. Ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἄν, εἰ οἷόν τε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν λόγων· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν οἶμαι θέμις, ἄλλως τε εἰ καὶ φίλος καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακὼς ὁ βουλόμενος ἀκούειν εἴη.

ΛΟΥΚ. Θάρρει, ὠγαθέ· τοῦτο γάρ τοι τὸ τοῦ Ὁμή-

AM. Ordine hæc omnia novi, ideoque optabam, ut in bonum atque peritum aliquem incideres.

LUC. Quum igitur statuissem, Nigrinum quoque illum Platonicum philosophum, ut quem longo temporis intervallo non videram, compellare, mane surgens, ad ipsum adeo, et pulsata janua, quum puer intro de me renunciasset, arcessitus sum. Ingressus, deprehendo ipsum quidem manibus librum tenentem, circum autem undique multas veterum sapientum imagines positas. In medio autem erat etiam tabella quædam, in qua geometricæ quædam figuræ descriptæ erant, ac sphæra arundinea, ad imitationem universi, ut videbatur, composita.

3. Amantissime igitur me amplexatus ille interrogavit de rebus meis. Quibus omnibus illi expositis, ego quoque vicissim ex eo quæsivi, et quid ipse ageret, et numquid apud se statuisset in Græciam denuo navigare. Ibi vero ille, o amice, posteaquam cœpisset de hisce rebus dicere suamque sententiam explicare, tantam verborum ambrosiam mihi affudit, ut mihi plane Sirenes illas, si quæ umquam fuerunt, et Celedones et Loton illam Homeri obscurasse et obliterasse videretur: adeo divina erant quæ loquebatur.

4. Huc enim dicendo provectus est, ut philosophiam laudaret, et quæ ab ea manat, libertatem, et ista, quæ vulgo pro bonis habentur, irrideret, divitias nimirum, gloriam, regna, honores; præterea aurum quoque et purpuram, et cetera quæ admodum spectabilia plerisque, antea vero etiam mihi videbantur. Quæ ego animo intento atque aperto accipiens, continuo ita affectus fui, ut quid paterer ipse nescirem, atque in omnes partes raperer: nunc quidem dolebam, quod vanitatis coarguerentur ea quæ mihi carissima fuerant, divitiæ videlicet, argentum, et gloria: ac tantum non lacrimabar, quum de gradu dimota cernerem: eadem mox mihi videbantur vilia et ridicula esse; gaudebamque rursum tanquam ex tenebroso quodam aere prioris vitæ ad serenitatem et magnam aliquam lucem prospiciens: adeo ut, novo sane exemplo, neglecto oculo ejusque infirmitate, animo perspicaciori paulatim evaserim, quem ad id tempus cæcutientem insciens circumtuleram.

5. Tandemque in eum statum adductus sum, quem modo mihi exprobrabas: nam et elatus oratione illius, et tanquam in sublime evectus sum, et omnino humile nihil jam cogito. Videor enim mihi a philosophia non aliter affectus, quam Indi a vino feruntur, quando primum bibere eis contigit: natura enim calidiores quum jam essent, accedente potu adeo vehementi, continuo bacchari cœperunt, ac duplo magis ex mero insanire. Ita et ego oratione ejus quasi furore captus atque ebrius obambulo.

6. AM. Atqui hoc quidem non est ebrium, sed sobrium atque temperantem esse. Ego vero optarim, si fieri possit, ipsam illam audire orationem. Neque enim contemnere eam, opinor, fas est; præsertim si qui audire cupit, et amicus est, et eodem tenetur studio.

5. Καὶ ὅ γε πρῶτος ἡμῖν τοὺς νόμους τούτους διατυπώσας, εἴτε Κάδμος ὁ νησιώτης εἴτε Παλαμήδης ὁ Ναυπλίου — καὶ Σιμωνίδῃ δὲ ἔνιοι προσάπτουσι τὴν προμήθειαν ταύτην —, οὐ τῇ τάξει μόνον, καθ' ἣν αἱ προεδρίαι βεβαιοῦνται, διώρισαν, τί πρῶτον ἔσται ἢ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ ποιότητας, ἃς ἕκαστον ἡμῶν ἔχει, καὶ δυνάμεις συνεῖδον. Καὶ ὑμῖν μὲν, ὦ δικασταὶ, τὴν μείζω δεδώκασι τιμὴν, ὅτι καθ' αὑτὰ δύνασθε φθέγγεσθαι, ἡμιφώνοις δὲ τὴν ἐφεξῆς, ὅτι προσθήκης εἰς τὸ ἀκουσθῆναι δεῖται· πασῶν δὲ ἐσχάτην ἐνόμισαν ἔχειν μοῖραν ἐννέα τῶν πάντων, οἷς οὐδὲ φωνὴ πρόσεστι καθ' αὑτά. Τὰ μὲν οὖν φωνήεντα φυλάσσειν ἔοικε τοὺς νόμους τούτους.

6. Τὸ δέ γε ταῦ τοῦτο, οὐ γὰρ ἔχω χείρονι αὐτὸ ὀνομάσαι ῥήματι ἢ ᾧ καλεῖται, ὃ μὰ τοὺς θεοὺς, εἰ μὴ ἐξ ὑμῶν δύο συνῆλθον ἀγαθοὶ καὶ καθήκοντες ὁραθῆναι, τό τε ἄλφα καὶ τὸ ὖ, οὐκ ἂν ἠκούσθη μόνον, τοῦτο τοίνυν ἐτόλμησεν ἀδικεῖν με πλείω τῶν πώποτε βιασαμένων, ὀνομάτων μὲν καὶ ῥημάτων ἀπελάσαι πατρῴων, ἐκδιῶξαι δὲ ὁμοῦ συνδέσμων ἅμα καὶ προθέσεων, ὡς μηκέτι φέρειν τὴν ἔκτοπον πλεονεξίαν· ὅθεν δὲ καὶ ἀπὸ τίνων ἀρξάμενον, ὥρα λέγειν.

7. Ἐπεδήμουν ποτὲ Κυβέλῳ — τὸ δέ ἐστι πολίχνιον οὐκ ἀηδὲς, ἄποικον (ὡς ἔχει λόγος) Ἀθηναίων — ἐπηγόμην δὲ καὶ τὸ κράτιστον ῥῶ, γειτόνων τὸ βέλτιστον· κατηγόμην δὲ παρὰ κωμῳδιῶν τινι ποιητῇ, Λυσίμαχος ἐκαλεῖτο, Βοιώτιος μὲν, ὡς ἐφαίνετο, τὸ γένος ἀνέκαθεν, ἀπὸ μέσης δὲ ἀξιῶν λέγεσθαι τῆς Ἀττικῆς· παρὰ τούτῳ δὴ τῷ ξένῳ τὴν τοῦ ταῦ τούτου πλεονεξίαν ἐφώρασα· μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει, τετταράκοντα λέγειν ἀξιοῦν, ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον, συνήθειαν ᾤμην ἴδια ταυτὶ λέγειν, καὶ οἰστὸν ἦν μοι τὸ ἄκουσμα καὶ οὐ πάνυ τι ἐδακνόμην ἐπ' αὐτοῖς.

8. Ὁπότε δ' ἐκ τούτων ἀρξάμενον ἐτόλμησε καττίτερον εἰπεῖν καὶ κάττυμα καὶ πίτταν, εἶτα ἀπερυθριάσαν καὶ βασίλιτταν ὀνομάζειν, ἀποστεροῦν με τῶν συγγεγεννημένων μοι καὶ συντεθραμμένων γραμμάτων, οὐ με-

permiseritis, non video quomodo sua quique ordines jura, juxta quæ a principio constituti sunt, tuebuntur. Sed non existimo vos unquam ad tantam incuriam vel negligentiam perventuros, ut ea feratis, quæ cum æquo et jure pugnant: nec, si vos certamen declinaveritis, mihi, qui injuria affectus sum, negligendum erit.

4. Atque utinam aliarum quoque literarum audacia ab initio statim, quum cœperunt contra leges delinquere, esset repressa: neque enim digladiaretur ad hunc usque diem λάμβδα cum ῥῶ disceptans de voce κίσηρις et κεφαλαργία: neque etiam τῷ γάμμα esset cum κάππα certamen, neque tam sæpe ad manus propemodum venisset in fullonia de dictionibus γναφεῖον et γνάφαλλα: quin cessasset etiam hoc γάμμα cum λάμβδα contendere, dictionem μόγις illi extorquens, immo suffurans: adeoque reliquæ item literæ quievissent, nec confusionem legibus vetitam inferrent. Est enim pulchrum unamquamque literam in eo ordine, quem primum sortita est, manere: transcendere vero eo, quo non oportet, ejus est qui jus et æquum evertit.

5. Et qui primus nobis has leges fixit, sive Cadmus fuerit ille insularis, sive Palamedes Nauplii filius (sunt et qui hanc curam Simonidi tribuant), non ordinem tantum, per quem sua quibusque literis sedes stabilita est, finierunt, quæ debeat esse prima, quæ secunda; sed qualitates etiam et virtutes, quas habent singulæ nostrum, perspexerunt. Et vobis quidem, judices, honorem tribuerunt maximum, propterea quod sonum edere sine ope aliena valetis: semivocalibus vero secundum, quia, ut perfecte audiantur, aliqua accessione egent: omnium autem postremum novem inter omnes literis decreverunt, quibus ne vox quidem per se ulla est. Et vocales quidem, ut apparet, his legibus obtemperant.

6. Hoc vero ταῦ (neque enim possum ipsum turpiori nomine appellare, quam quo nominari solet), quod per deos, nisi duæ quædam bonæ ex vobis, et specie decenti, ἄλφα scilicet et ὑψιλὸν, (ejus misertæ) convenissent, ne audiretur quidem, hoc inquam ταῦ mihi majorem vim, quam ullæ unquam literæ, inferre ausum est. Nam nominibus et verbis patriis me extrudere, præterea ex ipsis etiam conjunctionibus et præpositionibus expellere tentat; adeo ut istam immanem aviditatem ferre ulterius nequeam. Verum jam tempus est dicere, unde et a quibus initiis cœperit.

7. Peregrinabar aliquando Cybeli (id oppidulum est non injucundum, colonia, sicuti fertur, Atheniensium), adduxeramque mecum fortissimum illud ῥῶ, ex vicinis meis optimum. Divertebam vero apud comicum quendam poetam, Lysimachum nomine, genere, quantum apparebat, Bœotium, sed qui se tamen e media Attica oriundum dici volebat. Apud hunc hospitem ego hujus ταῦ aviditatem deprehendi: quod dum pauca modo aggrederetur, τετταράκοντα dicere amans, præterea τήμερον, et similes quasdam voces ad sese pertrahens, consuetudinem ipsi hanc esse opinabar, ut suo illa more proferret, ac patienter audiebam, nec vehementer admodum me ea res mordebat.

8. Sed postquam, sumto ab his initio, eo audaciæ processit etiam, ut καττίτερον, et κάττυμα, et πίτταν pronunciaret, deinde, abjecto omni pudore, βασίλιτταν quoque nominaret, privans me iis literis quæ mecum essent natæque

τρίως ἐπὶ τούτοις ἀγανακτῶ καὶ πίμπραμαι δεδιὼς μὴ τῷ χρόνῳ καὶ τὰ σῦκα τῦκά τις ὀνομάσῃ. Καί μοι πρὸς Διὸς ἀθυμοῦντι καὶ μεμονωμένῳ τῶν βοηθησόντων σύγγνωτε τῆς δικαίας ὀργῆς· οὐ γὰρ περὶ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα ἐστὶν ὁ κίνδυνος, ἀφαιρουμένῳ τῶν συνήθων καὶ συνεσχολακότων μοι γραμμάτων· κίσσαν μου, λάλον ὄρνεον, ἐκ μέσων ὡς ἔπος εἰπεῖν τῶν κόλπων ἁρπάσαν κίτταν ὠνόμασεν· ἀφείλετο δέ μου φάσσαν ἅμα νήσσαις τε καὶ κοσσύφοις ἀπαγορεύοντος Ἀριστάρχου· περιέσπασε δὲ καὶ μελισσῶν οὐκ ὀλίγας· ἐπ' Ἀττικὴν δὲ ἦλθε καὶ ἐκ μέσης αὐτῆς ἀνήρπασεν ἀνόμως Ὑμηττὸν, ὁρώντων ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων συλλαβῶν.

9. Ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Θεσσαλίας με ἐξέβαλεν ὅλης Θετταλίαν ἀξιοῦν λέγειν, καὶ πᾶσαν ἀποκέκλεικέ μοι τὴν θάλασσαν οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φεισάμενον σευτλίων, ὡς τὸ δὴ λεγόμενον μηδὲ πάσσαλόν μοι καταλιπεῖν. Ὅτι δὲ ἀνεξίκακόν εἰμι γράμμα, μαρτυρεῖτέ μοι καὶ αὐτοὶ μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῷ ζῆτα σμάραγδον ἀποσπάσαντι καὶ πᾶσαν ἀφελομένῳ Σμύρναν, μηδὲ τῷ ξῦ πᾶσαν παραβάντι συνθήκην καὶ τὸν συγγραφέα τῶν τοιούτων ἔχοντι Θουκυδίδην σύμμαχον· τῷ μὲν γὰρ γείτονί μου ῥῶ νοσήσαντι συγγνώμη, καὶ παρ' αὐτῷ φυτεύσαντί μου τὰς μυρρίνας καὶ παίσαντί μέ ποτε ὑπὸ μελαγχολίας ἐπὶ κόρρης. Κἀγὼ μὲν τοιοῦτον.

10. Τὸ δὲ ταῦ τοῦτο σκοπῶμεν ὡς φύσει βίαιον καὶ πρὸς τὰ λοιπά. Ὅτι δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέσχετο γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ δέλτα καὶ τὸ θῆτα καὶ τὸ ζῆτα, μικροῦ δεῖν πάντα ἠδίκησε τὰ στοιχεῖα, αὐτά μοι κάλει τὰ ἀδικηθέντα γράμματα. Ἀκούετε, Φωνήεντα δικασταί, τοῦ μὲν δέλτα λέγοντος· ἀφείλετό μου τὴν ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν ἀξιοῦν λέγεσθαι παρὰ πάντας τοὺς νόμους· τοῦ θῆτα κρούοντος καὶ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας τίλλοντος ἐπὶ τῷ καὶ τῆς κολοκύνθης ἐστερῆσθαι· τοῦ ζῆτα, τὸ συρίζειν καὶ σαλπίζειν, ὡς μηκέτ' αὐτῷ ἐξεῖναι μηδὲ γρύζειν. Τίς ἂν τούτων ἀνάσχοιτο; τίς ἐξαρκέσει δίκη πρὸς τὸ πονηρότατον τουτὶ ταῦ;

11. Τὸ δὲ ἄρα οὐ τὸ ὁμόφυλον τῶν στοιχείων μόνον ἀδικεῖ γένος, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπειον μεταβέβηκε τουτονὶ τὸν τρόπον· οὐ γὰρ ἐπιτρέπει γε αὐτοὺς κατ' εὐθὺ φέρεσθαι ταῖς γλώσσαις· μᾶλλον δὲ, ὦ δικασταί, μεταξὺ γάρ με πάλιν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα ἀνέμνησε περὶ τῆς γλώσσης, ὅτι καὶ ταύτης με τὸ μέρος ἀπήλασε καὶ γλῶτταν ποιεῖ τὴν γλῶσσαν. Ὦ γλώσσης ἀληθῶς νόσημα ταῦ. Ἀλλὰ μεταβήσομαι πάλιν ἐπ' ἐκεῖνο καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναγορεύσω ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτοὺς πλημμελεῖ· δεσμοῖς γάρ τισι στρεβλοῦν καὶ σπαράττειν αὐτῶν τὴν φωνὴν ἐπιχειρεῖ. Καὶ ὁ μέν τι καλὸν ἰδὼν καλὸν εἰπεῖν αὐτὸ βούλεται, τὸ δὲ παρεισπεσὸν ταλὸν εἰπεῖν αὐτοὺς ἀναγκάζει ἐν ἅπασι προεδρίαν ἔχειν ἀξιοῦν· πάλιν ἕτερος περὶ κλήματος διαλέγεται, τὸ δὲ — τλῆμον γάρ ἐστιν ἀληθῶς — τλῆμα πεποίηκε τὸ κλῆμα. Καὶ οὐ μόνον γε τοὺς τυχόντας ἀδικεῖ, ἀλλ' ἤδη καὶ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ, ᾧ καὶ γῆν καὶ θά-

et educatæ : tum vero haud leviter sum commotus, et ira accensus, timens ne quis temporis successu etiam σῦκα, τῦκα appellet. Oro autem vos per Jovem, ut afflicti et omni ope et auxilio destituti justam indignationem feratis Neque enim parvum hoc aut vulgare periculum est, quum assuetis et familiaribus me verbis spoliat; nam κίσσαν (id est picam) meam, avem loquacissimam, ex medio, ut ita dicam, sinu abreptam, κίτταν appellavit : quin et φάσσαν (id est palumbum), una cum νήσσαις (id est anatibus) et κοσσύφοις (id est merulis), interdicente Aristarcho, mihi eripuit. Pertraxit etiam ad se non paucas μέλισσας (apes) : in Atticam vero veniens, ex media illa regione Ὑμηττὸν præter jus rapuit, idque vobis ipsis ceterisque inspectantibus.

9. Verum quid ego ista commemoro? tota me Thessalia expulit, vultque eam Thettaliam dici : toto insuper θαλάσσῃ (mari) sum exclusus. Neque a σεύτλοις (betis) hortensibus sibi temperat, ut jam, quod dici solet, ne πάτταλος (paxillus) quidem mihi reliquus sit. Quod vero litera sim injuriarum patiens, vos ipsi mihi testes estis : neque enim unquam accusavi literam ζῆτα, quæ mihi σμάραγδον abstulit, et totam Σμύρναν surripuit; nec ipsam etiam ξῦ, omnes συνθήκας (fœdera omnia) rumpentem et συγγραφέα (scriptorem historiarum) Thucydidem in tali re nactam σύμμαχον (socium). Etenim vicino meo ῥῶ venia danda, quod morbo laborans meas apud se μυῤῥίνας (myrtus) plantarit, et aliquando atra bile percitum me ἐπὶ κόῤῥης (in maxillam) percusserit. Talis quidem ego sum.

10. Hoc vero ταῦ quam sit natura violentum adversus reliquas etiam literas, jam consideremus. Nam quod a ceteris quoque minime abstinuerit, sed et δέλτα et θῆτα et ζῆτα et prope omnia elementa injuria affecerit, de hoc mihi literas læsas ipsas accerse in testimonium. Auditis, Vocales judices, ipsum δέλτα dicens : Surripuit mihi meam ἐνδελέχειαν, pro qua ἐντελέχειαν dicere jubet; quod sane contrarium est omnibus legibus. Auditis θῆτα plangens et capiti capillos evellens, eo quod privatum est κολοκύνθῃ (cucurbita). Auditis ipsum etiam ζῆτα, querens sibi ablatum esse συρίζειν et σαλπίζειν (fistula et tuba canere), adeo ut ne γρύζειν quidem (id est mutire) illi porro liceat. Quis ista quæso ferat? aut quæ pœna satis magna erit tam scelesto Tau?

11. Verum hoc non tantum cognatum sibi elementorum genus lædit, sed jam in homines ipsos grassatur, in hunc modum. Neque enim iis permittit, ut recta ferantur linguis : immo vero, Judices : interim enim res humanæ rursus me admonuerunt γλώσσης (id est linguæ) : nam me hac quoque ex parte extrusit, et γλῶσσαν facit γλῶτταν. O γλώσσης vere morbus ταῦ. Verum redeo ad illud quod cœperam, hominibusque patrocinabor in iis, in quibus adversus eos delinquit. Nam vinculis quibusdam vocem eorum torquere et discerpere conatur. Quum quis pulchrum quidpiam videns, id καλὸν (pulchrum) appellare velit, hoc ταῦ ex transverso irruens ταλὸν ipsum dicere cogit : adeo cupit in omnibus primas sedes obtinere. Rursum alius quispiam dicit, περὶ κλήματος (id est, de palmite) : hoc vero, est enim revera τλῆμον (id est scelestum), τλῆμα facit, quod erat κλῆμα. Nec plebeios tantum homines injuria afficit, sed jam etiam magno illi regi, cui fama est ipsam terram et

λασσαν εἶξαί φασι καὶ τῆς αὐτῶν φύσεως ἐκστῆναι, τὸ δὲ καὶ τούτῳ ἐπιβουλεύει καὶ Κῦρον αὐτὸν ὄντα Τῦρόν τινα ἀπέφηνεν.

12. Οὕτω μὲν οὖν ὅσον ἐς φωνὴν ἀνθρώπους ἀδικεῖ· ἔργῳ δὲ πῶς; Κλάουσιν ἄνθρωποι καὶ τὴν αὐτῶν τύχην ὀδύρονται καὶ Κάδμῳ καταρῶνται πολλάκις, ὅτι τὸ ταῦ ἐς τὸ τῶν στοιχείων γένος παρήγαγε· τῷ γὰρ τούτου σώματί φασι τοὺς τυράννους ἀκολουθήσαντας καὶ μιμησαμένους αὐτοῦ τὸ πλάσμα ἔπειτα σχήματι τοιούτῳ ξύλα τεκτήναντας ἀνθρώπους ἀνασκολοπίζειν ἐπ' αὐτά· ἀπὸ δὴ τούτου καὶ τῷ τεχνήματι τῷ πονηρῷ τὴν πονηρὰν ἐπωνυμίαν συνελθεῖν. Τούτων οὖν ἁπάντων ἕνεκα πόσων θανάτων τὸ ταῦ ἄξιον εἶναι νομίζετε; Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δικαίως τοῦτο μόνον ἐς τὴν τοῦ ταῦ τιμωρίαν ὑπολείπεσθαι, τὸ τῷ σχήματι τῷ αὐτοῦ τὴν δίκην ὑποσχεῖν, ὃ δὴ σταυρὸς εἶναι ὑπὸ τούτου μὲν ἐδημιουργήθη, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται.

mare cessisse atque naturam suam mutasse, insidiatur et ex ipso, quum Κῦρος sit, τῦρον (caseum) quendam efficit.

12. Atque in hunc modum vocem hominum lædit. Quomodo vero re ipsa et opere eosdem lædat, audite. Plorant homines atque suæ fortunæ vices deflent, atque ipsum sæpe Cadmum exsecrantur, quod ταῦ in elementorum genus invexerit: aiunt enim Tyrannos ejus literæ corpus secutos atque figuram imitatos, postea simili figura cruces fabricasse, quibus homines affigerent: atque ex hoc huic tam perniciosæ fabricæ pessimum nomen (σταυροῦ) obvenisse. Propter ista omnia quot mortibus ipsum ταῦ dignum esse censetis? Ego quidem existimo merito hoc solum ad supplicium ipsius ταῦ relinqui, ut pœnam in sua illa figura sustineat, quæ sane ut σταυρὸς (crux) esset istius opera effectum est, nomenque hoc apud homines sortiretur.

V.

ΤΙΜΩΝ Η ΜΙΣΑΝΘΡΩΠΟΣ.

ΤΙΜΩΝ, ΖΕΥΣ, ΕΡΜΗΣ, ΠΛΟΥΤΟΣ, ΠΕΝΙΑ, ΓΝΑΘΩΝΙΔΗΣ, ΦΙΛΙΑΔΗΣ, ΔΗΜΕΑΣ, ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ.

1. ΤΙΜ. Ὦ Ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε καὶ ἑταιρεῖε καὶ ἐφέστιε καὶ ἀστεροπητὰ καὶ ὅρκιε καὶ νεφεληγερέτα καὶ ἐρίγδουπε καὶ εἴ τί σε ἄλλο οἱ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καλοῦσι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀπορῶσι πρὸς τὰ μέτρα· τότε γὰρ αὐτοῖς πολυώνυμος γινόμενος ὑπερείδεις τὸ πῖπτον τοῦ μέτρου καὶ ἀναπληροῖς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ· ποῦ σοι νῦν ἡ ἐρισμάραγος ἀστραπὴ καὶ ἡ βαρύβρομος βροντὴ καὶ ὁ αἰθαλόεις καὶ ἀργήεις καὶ σμερδαλέος κεραυνός; Ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀναπέφηνε καὶ καπνὸς ἀτεχνῶς ποιητικὸς ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων. Τὸ δὲ ἀοίδιμόν σου καὶ ἑκηβόλον ὅπλον καὶ πρόχειρον οὐκ οἶδ' ὅπως τελέως ἀπέσβη καὶ ψυχρόν ἐστι μηδὲ ὀλίγον σπινθῆρα ὀργῆς κατὰ τῶν ἀδικούντων διαφυλάττον.

2. Θᾶττον γοῦν τῶν ἐπιορκεῖν τις ἐπιχειρούντων ἕωλον θρυαλλίδα φοβηθείη ἂν ἢ τὴν τοῦ πανδαμάτορος κεραυνοῦ φλόγα· οὕτω δαλόν τινα ἐπανατείνεσθαι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲν ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι, μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος, ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου. Ὥστε ἤδη διὰ ταῦτά σοι καὶ ὁ Σαλμωνεὺς ἀντιβροντᾶν ἐτόλμα, οὐ πάντη ἀπίθανος ὤν, πρὸς οὕτω ψυχρὸν τὴν ὀργὴν Δία θερμουργὸς ἀνὴρ μεγαλαυχούμενος. Πῶς γάρ; ὅπου γε καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις, ὃς οὔτε τῶν ἐπιορκούντων ἀκούεις οὔτε τοὺς ἀδικοῦντας ἐπισκοπεῖς, λημᾷς δὲ καὶ ἀμβλυώττεις πρὸς τὰ γιγνόμενα καὶ τὰ ὦτα ἐκκεκώφησαι καθάπερ οἱ παρηβηκότες.

3. Ἐπεὶ νέος γε ἔτι καὶ ὀξύθυμος ὢν καὶ ἀκμαῖος τὴν ὀργὴν πολλὰ κατὰ τῶν ἀδίκων καὶ βιαίων ἐποίεις

V.

TIMON, SIVE MISANTHROPOS.

TIMON, JUPITER, MERCURIUS, PLUTUS, PAUPERTAS, GNATHONIDES, PHILIADES, DEMEA, THRASYCLES.

1. TIM. O Jupiter Philie, et Xenie, et Hetærie, et Ephestie, et Asteropeta, et Horcie, et Nephelegereta, et Erigdupe, et si quo te alio vocant nomine attoniti poetæ, idque adeo quum in versu faciundo hærent impediti (tunc enim iis magno nominum agmine sustines versum labantem, et rhythmum hiantem reples): ubi nunc fulgur illud tuum tanto strepitu erumpens? ubi tonitru tanto fremitu boans? ubi illud flammans, candens ac terribile fulmen? Cuivis sane constare potest, ea omnia nihil esse aliud quidquam præter nugas ac fumum plane poeticum, nominum strepitum si demas. Telum autem tuum decantatum illud et longe feriens et expeditum, nescio quo pacto plane restinctum est, et refrixit, ne tantillulam quidem iræ scintillam adversus sceleratos retinens.

2. Inde est quod perjuri potius metuerint hesternum aliquod ellychnium, quam fulminis cuncta domantis flammam: ita videris illis titionem jaculari, ut ignem ejus vel fumum haud timeant, hocque unum ex vulnere malum sibi accidere existiment, quod fuligine operiantur atque inquinentur. Hinc adeo est quod Salmoneus ille, te contemto, contra tonare ausus est, vir qui hanc de se opinionem in animis hominum facile tueretur, audax quippe et ardens animo adversus Jovem tam frigidum. Quidni enim? quum tu veluti ex mandragoræ potu dormiens perjuros non audias, neque injustos aspicias: contra autem lippis et lusciosis oculis ea quæ fiunt videas; atque auribus, velut senes, obsurdueris.

3. Nam quum adhuc juvenis eras, ardenti animo et iracundia gravi, multa quotidie adversus injustos ac violento-

καὶ οὐδέποτε ἦγες τότε πρὸς αὐτοὺς ἐκεχειρίαν, ἀλλ ἀεὶ ἐνεργὸς πάντως ὁ κεραυνὸς ἦν καὶ ἡ αἰγὶς ἐπεσείετο καὶ ἡ βροντὴ ἐπαταγεῖτο καὶ ἡ ἀστραπὴ συνεχὲς ὥσπερ εἰς ἀκροβολισμὸν προηκοντίζετο· οἱ σεισμοὶ δὲ κοσκινηδὸν καὶ ἡ χιὼν σωρηδὸν καὶ ἡ χάλαζα πετρηδόν· καὶ ἵνα σοι φορτικῶς διαλέγωμαι, ὑετοί τε ῥαγδαῖοι καὶ βίαιοι, ποταμὸς ἑκάστη σταγών· ὥστε τηλικαύτη ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ναυαγία ἐπὶ τοῦ Δευκαλίωνος ἐγένετο, ὡς ὑποβρυχίων ἁπάντων καταδεδυκότων μόγις ἕν τι κιβώτιον περισωθῆναι προσοκεῖλαν τῷ Λυκωρεῖ ζώπυρόν τι τοῦ ἀνθρωπίνου σπέρματος διαφυλάττον εἰς ἐπιγονὴν κακίας μείζονος.

4. Τοιγάρτοι ἀκόλουθα τῆς ῥᾳθυμίας τἀπίχειρα κομίζῃ παρ' αὐτῶν, οὔτε θύοντος ἔτι σοί τινος οὔτε στεφανοῦντος, εἰ μή τις ἄρα πάρεργον Ὀλυμπίων, καὶ οὗτος οὐ πάνυ ἀναγκαῖα ποιεῖν δοκῶν, ἀλλ' εἰς ἔθος τι ἀρχαῖον συντελῶν· καὶ κατ' ὀλίγον Κρόνον σε, ὦ θεῶν γενναιότατε, ἀποφανοῦσι παρωσάμενοι τῆς τιμῆς. Ἐῶ λέγειν ποσάκις ἤδη σου τὸν νεὼν σεσυλήκασιν· οἱ δὲ καὶ αὐτῷ σοι τὰς χεῖρας Ὀλυμπίασιν ἐπιβεβλήκασι, καὶ σὺ ὁ ὑψιβρεμέτης ὤκνησας ἢ ἀναστῆσαι τοὺς κύνας ἢ τοὺς γείτονας ἐπικαλέσασθαι, ὡς βοηδρομήσαντες αὐτοὺς συλλάβοιεν ἔτι συσκευαζομένους πρὸς τὴν φυγήν· ἀλλ' ὁ γενναῖος καὶ Γιγαντολέτωρ καὶ Τιτανοκράτωρ ἐκάθησο τοὺς πλοκάμους περικειρόμενος ὑπ' αὐτῶν, δεκάπηχυν κεραυνὸν ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ. Ταῦτα τοίνυν, ὦ θαυμάσιε, πηνίκα παύσεται οὕτως ἀμελῶς παρορώμενα; ἢ πότε κολάσῃ τὴν τοσαύτην ἀδικίαν; πόσοι Φαέθοντες ἢ Δευκαλίωνες ἱκανοὶ πρὸς οὕτως ὑπέραντλον ὕβριν τοῦ βίου;

5. Ἵνα γὰρ τὰ κοινὰ ἐάσας τἀμὰ εἴπω, τοσούτους Ἀθηναίων εἰς ὕψος ἄρας καὶ πλουσίους ἐκ πενεστάτων ἀποφήνας καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις ἐπικουρήσας, μᾶλλον δὲ ἀθρόον εἰς εὐεργεσίαν τῶν φίλων ἐκχέας τὸν πλοῦτον, ἐπειδὴ πένης διὰ ταῦτα ἐγενόμην, οὐκέτι οὐδὲ γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν οὐδὲ προσβλέπουσιν οἱ τέως ὑποπτήσσοντες καὶ προσκυνοῦντες κἀκ τοῦ ἐμοῦ νεύματος ἀπηρτημένοι, ἀλλ' ἤν που καὶ ὁδῷ βαδίζων ἐντύχω τινὶ αὐτῶν, ὥσπερ τινὰ στήλην παλαιοῦ νεκροῦ ὑπτίαν ὑπὸ τοῦ χρόνου ἀνατετραμμένην παρέρχονται μηδὲ ἀναγνόντες, οἱ δὲ καὶ πόρρωθεν ἰδόντες ἑτέραν ἐκτρέπονται δυσάντητον καὶ ἀποτρόπαιον θέαμα ὄψεσθαι ὑπολαμβάνοντες τὸν οὐ πρὸ πολλοῦ σωτῆρα καὶ εὐεργέτην αὐτῶν γεγενημένον.

6. Ὥστε ὑπὸ τῶν κακῶν ἐπὶ ταύτην τὴν ἐσχατιὰν τραπόμενος ἐναψάμενος διφθέραν ἐργάζομαι τὴν γῆν ὑπόμισθος ὀβολῶν τεττάρων, τῇ ἐρημίᾳ καὶ τῇ δικέλλῃ προσφιλοσοφῶν. Ἐνταῦθα τοῦτο γοῦν μοι δοκῶ κερδανεῖν, μηκέτι ὄψεσθαι πολλοὺς παρὰ τὴν ἀξίαν εὖ πράττοντας· ἀνιαρότερον γὰρ τοῦτό γε. Ἤδη ποτὲ οὖν, ὦ Κρόνου καὶ Ῥέας υἱέ, τὸν βαθὺν τοῦτον ὕπνον ἀποσεισάμενος καὶ νήδυμον — ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην γὰρ κεκοίμησαι — καὶ ἀναρριπίσας τὸν κεραυνὸν ἢ ἐκ τῆς Οἴτης ἐναυσάμενος μεγάλην ποιήσας τὴν

parabas, sublataque omni induciarum spe, bella cum iis gerebas, neque unquam otiosum erat fulmen; ægis concussa illis intentabatur, tonitru remugiebat, fulgur in morem velitaris pugnæ usque et usque mittebatur: terræ autem motus ita frequenter fiebant, ut cribri agitationem plane referrent; nix acervatim ruebat, grandinem autem saxa diceres; et ut violentius elatiusque tecum loquar, imbres effusi et vehementes deferebantur in terras; singulæ guttæ fluvium æquabant. Quamobrem puncto temporis sub Deucalione tantum factum est naufragium, ut omnibus aqua obrutis unica modo superfuerit arcula ad Lycoreum montem appulsa, veluti quendam generis humani fomitem servans, quo majora deinde scelera sobolescerent.

4. Ergo condignum pretium ob socordiam ab iis tulisti, cui nemo hodie rem sacram facit, nec coronam imponit, nisi forte unus aut alter quasi Olympiorum corollarium, idque qui tibi præstat, rem se haud sane pernecessariam facere existimat, sed veteri nescio cui instituto id dandum credit. Illi te, o deorum præstantissime, paulatim in Saturni locum redigent, omni te honore spoliantes. Mitto jam dicere quoties templum tuum expilarint: quidam etiam manus tibi apud Olympiam sunt admoliti; et tu, quem ὑψιβρεμέτην (altitonantem) poetæ vocitant, ne ausus quidem es excitare canes vel vicinos advocare, qui e vestigio concurrentes comprehenderent sacrilegos, res suas etiamnum convasantes, ut in pedes se protinus darent. Sed tu, fortis bellator, et qui γιγαντολέτωρ et τιτανοκράτωρ (Gigantum et Titanum victor) prædicaris, sedebas, manu decemcubitale fulmen sustinens, interea dum cincinnos aureos otiose tibi attondebant. Hæc igitur, o deus admirabilis, quando tandem dissimulare desines? quando erit ut tanta facinora ultum eas? quot orbis conflagrationes Phaëthonteæ, quot Deucalionea diluvia satis esse queant, ut tam inexhausta hominum insolentia compescatur?

5. De me enim ut dicam, iis, quæ ad ceteros pertinent, omissis, postquam tot Athenienses evexi, divitesque ex pauperrimis reddidi, atque omnibus ea, quibus egebant, benigne largitus sum, seu, ut verius dicam, postquam acervatim, ut in amicos beneficus essem, opes effudi, atque ea re factum est, ut ad inopiam redactus sim: illi me prorsus ignorant, ac ne aspiciunt quidem, quum tamen antea me revererentur, adorarent et ex meo penderent nutu: quin etiam si forte cui ipsorum in via occurram, ii me veluti eversum hominis jamdudum sepulti titulum, temporis diuturnitate collapsum, prætereunt, ne legentes quidem: alii autem quum longe me vident, in aliam deflectunt viam, rati quippe visuros se spectaculum aliquod occursu infaustum atque aversandum, me, inquam, qui non ita pridem servator ipsis audiebam et beneficiorum auctor.

6. Tot itaque malis circumvallatus, in hunc remotum et desertum agrum concessi, et suspenso ex humeris rhenone terram colo, quatuor in diem obolis locata opera, cum ligone et hac solitudine philosophans. Hic enim hoc certe laboris mei videor præmium consequi, quod plerosque præter æquum et meritum fortunatos non sum visurus: id enim mihi nimis molestum. At nunc tandem aliquando, Saturni ac Rheæ fili, excutiens altissimum istum somnum ac νήδυμον [depositu difficillimum] (nam Epimenidem dormiendo vicisti), flatu denuo suscitans fulmen, aut ex Œta

φλόγα ἐπιδείξαιό τινα χολὴν ἀνδρώδους καὶ νεανικοῦ Διός, εἰ μὴ ἀληθῆ ἐστι τὰ ὑπὸ Κρητῶν περὶ σοῦ καὶ τῆς ἐκεῖ ταφῆς μυθολογούμενα.

7. **ΖΕΥΣ.** Τίς οὗτός ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ κεκραγὼς ἐκ τῆς Ἀττικῆς παρὰ τὸν Ὑμηττὸν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ πιναρὸς ὅλος καὶ αὐχμῶν καὶ ὑποδίφθερος; σκάπτει δὲ οἶμαι ἐπικεκυφώς· λάλος ἄνθρωπος καὶ θρασύς. Ἦ που φιλόσοφός ἐστιν· οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἀσεβεῖς τοὺς λόγους διεξῄει καθ' ἡμῶν.

ΕΡΜ. Τί φής, ὦ πάτερ; ἀγνοεῖς Τίμωνα τὸν Ἐχεκρατίδου τὸν Κολλυτέα; οὗτός ἐστιν ὁ πολλάκις ἡμᾶς καθ' ἱερῶν τελείων ἑστιάσας, ὁ νεόπλουτος, ὁ τὰς ὅλας ἑκατόμβας, παρ' ᾧ λαμπρῶς ἑορτάζειν εἰώθαμεν τὰ Διάσια.

ΖΕΥΣ. Φεῦ τῆς ἀλλαγῆς· ὁ καλὸς ἐκεῖνος, ὁ πλούσιος, περὶ ὃν οἱ τοσοῦτοι φίλοι; τί παθὼν οὖν τοιοῦτός ἐστιν; αὐχμηρός, ἄθλιος καὶ σκαπανεὺς καὶ μισθωτός, ὡς ἔοικεν, οὕτω βαρεῖαν καταφέρων τὴν δίκελλαν.

8. **ΕΡΜ.** Οὑτωσὶ μὲν εἰπεῖν, χρηστότης ἐπέτριψεν αὐτὸν καὶ φιλανθρωπία καὶ ὁ πρὸς τοὺς δεομένους ἅπαντας οἶκτος, ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ, ἄνοια καὶ εὐήθεια καὶ ἀκρισία περὶ τῶν φίλων, ὃς οὐ συνίει κόραξι καὶ λύκοις χαριζόμενος, ἀλλ' ὑπὸ γυπῶν τοσούτων ὁ κακοδαίμων κειρόμενος τὸ ἧπαρ φίλους εἶναι αὐτοὺς καὶ ἑταίρους ᾤετο, ὑπ' εὐνοίας τῆς πρὸς αὐτὸν χαίροντας τῇ βορᾷ· οἱ δὲ τὰ ὀστᾶ γυμνώσαντες ἀκριβῶς καὶ περιτραγόντες, εἰ δέ τις καὶ μυελὸς ἐνῆν, ἐκμυζήσαντες καὶ τοῦτον εὖ μάλα ἐπιμελῶς, ᾤχοντο αὖον αὐτὸν καὶ τὰς ῥίζας ὑποτετμημένον ἀπολιπόντες, οὐδὲ γνωρίζοντες ἔτι οὐδὲ προσβλέποντες — πόθεν γάρ; — ἢ ἐπικουροῦντες ἢ ἐπιδιδόντες ἐν τῷ μέρει. Διὰ ταῦτα δικελλίτης καὶ διφθερίας, ὡς ὁρᾷς, ἀπολιπὼν ὑπ' αἰσχύνης τὸ ἄστυ μισθοῦ γεωργεῖ μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς, ὅτι οἱ πλουτοῦντες παρ' αὐτοῦ μάλα ὑπεροπτικῶς παρέρχονται οὐδὲ τοὔνομα, εἰ Τίμων καλοῖτο, εἰδότες.

9. **ΖΕΥΣ.** Καὶ μὴν οὐ παροπτέος ἀνὴρ οὐδὲ ἀμελητέος· εἰκότως γὰρ ἠγανάκτει δυστυχῶν· ἐπεὶ καὶ ὅμοια ποιήσομεν τοῖς καταράτοις κόλαξιν ἐκείνοις ἐπιλελησμένοι ἀνδρὸς τοσαῦτα μηρία ταύρων τε καὶ αἰγῶν πιότατα καύσαντος ἡμῖν ἐπὶ τῶν βωμῶν· ἔτι γοῦν ἐν ταῖς ῥισὶ τὴν κνῖσαν αὐτῶν ἔχω. Πλὴν ὑπ' ἀσχολίας τε καὶ θορύβου πολλοῦ τῶν ἐπιορκούντων καὶ βιαζομένων καὶ ἁρπαζόντων, ἔτι δὲ καὶ φόβου τοῦ παρὰ τῶν ἱεροσυλούντων — πολλοὶ γὰρ οὗτοι καὶ δυσφύλακτοι καὶ οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον καταμύσαι ἡμῖν ἐφιᾶσι — πολὺν ἤδη χρόνον οὐδὲ ἀπέβλεψα ἐς τὴν Ἀττικήν, καὶ μάλιστα ἐξ οὗ φιλοσοφία καὶ λόγων ἔριδες ἐπεπόλασαν αὐτοῖς· μαχομένων γὰρ πρὸς ἀλλήλους καὶ κεκραγότων οὐδὲ ἐπακούειν ἔστι τῶν εὐχῶν· ὥστε ἢ ἐπιβυσάμενον χρὴ τὰ ὦτα καθῆσθαι ἢ ἐπιτριβῆναι πρὸς αὐτῶν, ἀρετήν τινα καὶ ἀσώματα καὶ λήρους μεγάλῃ τῇ φωνῇ ξυνειρόντων. Διὰ ταῦτά τοι καὶ τοῦτον ἀμεληθῆναι ξυνέβη πρὸς ἡμῶν οὐ φαῦλον ὄντα.

10. Ὅμως δὲ τὸν Πλοῦτον, ὦ Ἑρμῆ, παραλαβὼν

accendens, ingenti edita flamma, iræ aliquid fortis illius se manu promti Jovis exseras, nisi forte vera illa sunt, quæ de te Cretes et de sepulcro tuo apud se sito fabulantur.

7. **JUP.** Quis hic est, Mercuri, qui ex Attica vociferatur ad radicem montis Hymetti, sordidatus plane et squalidus, et caprinis pellibus semiamictus? incurvus autem, opinor, fodit; homo garrulus atque audax. Haud dubie philosophus est; neque enim sermones de nobis adeo impios deblaterasset.

MER. Quid ais, o pater? tun' ut Timonem Colyttensem, Echecratidæ filium, haud noris? hic ille est, qui nos toties sacris rite factis opipare accepit; ille recens dives; qui totas hecatombas mactabat; apud quem splendide solebamus agere Diasia.

JUP. Heu! quæ istæc rerum conversio? illene pridem honestus, dives, quem tot amici colebant? Unde igitur eo miseriarum devenit, squalidus, infelix, et fossor mercede conductus, uti ex ligone conjicere est, quem ille adeo gravem in terram demittit?

8. **MER.** Sua illum, ut solent loqui, comitas perdidit atque humanitas, præterea effusa in omnes inopes misericordia: vere autem ut dicam, stultitia et simplicitas, et imprudentia in admittendis amicis; qui non animadverteret corvis se et lupis gratificari; sed existimaret tot vultures jecur sibi assidue exedentes, amicos esse et sodales, qui aliqua in ipsum benevolentia permoti obsoniis ejus gauderent. Ii vero sedulo nudatis Timonis ossibus et circumrosis, ac medulla etiam, si qua inerat, probe et diligenter exsucta, aridum illum et ab radicibus imis excisum relinquentes abierunt, ne noscentes quidem amplius aut aspicientes (cur enim id facerent?) aut opem ferentes, vel aliquid vicissim largientes. Itaque ligone, uti vides, et rhenone instructus, urbe præ pudore relicta, agrum mercede conductus colit, tot malis ad insaniam adactus, quod certos homines a se antea ditatos prætereuntes superbissime videat, ne hoc quidem tenentes, Timon necne dicatur.

9. **JUP.** Sane nobis talis vir haudquaquam contemnendus negligendusve est. Infelix enim jure indignabatur, siquidem eadem faciemus ac scelesti illi assentatores, virum talem negligentes, qui nobis tot caprarum, tot taurorum femora pinguissima in altaribus cremaverit; eorum certe nidorem etiamnum in naribus habeo. Ceterum propter negotia, quibus districtus fui, ingentemque pejerantium turbam, et eorum qui per vim rapiunt; tum vero propter metum sacrilegorum (ii enim bene multi sunt, et quos haud facile quis vitet, neque nobis connivendi spatium relinquunt), jam diu est ex quo in Atticam oculos non conjeci; maxime postquam philosophia et verbosæ illæ concertationes inter eos exortæ sunt. Quum enim inter sese digladientur perpetuoque vociferentur, non est ut quisquam nostrum preces et vota hominum possit exaudire: quare vel obstructis auribus otiose sedendum est, aut ab iis molestia confici necesse, virtutem nescio quam, et incorporea, et meras nugas magna voce connectentibus. Hanc ipsam ob causam evenit, ut hic Timon, vir sane neutiquam contemnendus, a nobis usque adhuc fuerit neglectus.

10. Sed utut hæc se habent, assumto tecum Pluto abi,

ἄπιθι παρ' αὐτὸν κατὰ τάχος· ἀγέτω δὲ ὁ Πλοῦτος καὶ Θησαυρὸν μετ' αὐτοῦ καὶ μενέτωσαν ἄμφω παρὰ τῷ Τίμωνι μηδὲ ἀπαλλαττέσθωσαν οὕτω ῥᾳδίως, κἂν ὅτι μάλιστα ὑπὸ χρηστότητος αὖθις ἐκδιώκῃ αὐτοὺς τῆς οἰκίας. Περὶ δὲ τῶν κολάκων ἐκείνων καὶ τῆς ἀχαριστίας, ἣν ἐπεδείξαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ αὖθις μὲν σκέψομαι καὶ δίκην δώσουσιν, ἐπειδὰν τὸν κεραυνὸν ἐπισκευάσω· κατεαγμέναι γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀπεστομωμέναι εἰσὶ δύο ἀκτῖνες αἱ μέγισται, ὁπότε φιλοτιμότερον ἠκόντισα πρῴην ἐπὶ τὸν σοφιστὴν Ἀναξαγόραν, ὃς ἔπειθε τοὺς ὁμιλητὰς μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τοὺς θεούς. Ἀλλ' ἐκείνου μὲν διήμαρτον, — ὑπερέσχε γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς — ὁ δὲ κεραυνὸς εἰς τὸ Ἀνακεῖον παρασκήψας ἐκεῖνό τε κατέφλεξε καὶ αὐτὸς ὀλίγου δεῖν συνετρίβη περὶ τῇ πέτρᾳ. Πλὴν ἱκανὴ ἐν τοσούτῳ καὶ αὕτη τιμωρία ἔσται αὐτοῖς, εἰ ὑπερπλουτοῦντα τὸν Τίμωνα ὁρῶσιν.

11. ΕΡΜ. Οἷον ἦν τὸ μέγα κεκραγέναι καὶ ὀχληρὸν εἶναι καὶ θρασύν. Οὐ τοῖς δικαιολογοῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον· ἰδού γέ τοι αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐκ πενεστάτου καταστήσεται ὁ Τίμων βοήσας καὶ παρρησιασάμενος ἐν τῇ εὐχῇ καὶ ἐπιστρέψας τὸν Δία· εἰ δὲ σιωπῇ ἔσκαπτεν ἐπικεκυφὼς, ἔτι ἂν ἔσκαπτεν ἀμελούμενος.

ΠΛΟΥΤ. Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ' αὐτόν.

ΖΕΥΣ. Διὰ τί, ὦ ἄριστε Πλοῦτε, καὶ ταῦτα ἐμοῦ κελεύσαντος;

12. ΠΛΟΥΤ. Ὅτι νὴ Δία ὕβριζεν εἰς ἐμὲ καὶ ἐξεφόρει καὶ ἐς πολλὰ κατεμέριζε καὶ ταῦτα πατρῷον αὐτῷ φίλον ὄντα, καὶ μονονουχὶ δικράνοις ἐξεώθει με τῆς οἰκίας καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν χειρῶν ἀπορριπτοῦντες. Αὖθις οὖν ἀπέλθω παρασίτοις καὶ κόλαξι καὶ ἑταίραις παραδοθησόμενος; Ἐπ' ἐκείνους, ὦ Ζεῦ, πέμπε με τοὺς αἰσθησομένους τῆς δωρεᾶς, τοὺς περιέψοντας, οἷς τίμιος ἐγὼ καὶ περιπόθητος· οὗτοι δὲ οἱ λάροι τῇ πενίᾳ ξυνέστωσαν, ἣν προτιμῶσιν ἡμῶν, καὶ διφθέραν παρ' αὐτῆς λαβόντες καὶ δίκελλαν ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες, οἱ δεκαταλάντους δωρεὰς ἀμελητὶ προϊέμενοι.

13. ΖΕΥΣ. Οὐδὲν ἔτι τοιοῦτον ὁ Τίμων ἐργάσεται περὶ σέ· πάνυ γὰρ αὐτὸν ἡ δίκελλα πεπαιδαγώγηκεν, εἰ μὴ παντάπασιν ἀνάλγητός ἐστι τὴν ὀσφῦν, ὡς χρῆν σὲ ἀντὶ τῆς πενίας προαιρεῖσθαι. Σὺ μέντοι πάνυ μεμψίμοιρος εἶναί μοι δοκεῖς, ὃς νῦν μὲν τὸν Τίμωνα αἰτιᾷ, διότι σοι τὰς θύρας ἀναπετάσας ἠφίει περινοστεῖν ἐλευθέρως οὔτε ἀποκλείων οὔτε ζηλοτυπῶν· ἄλλοτε δὲ τοὐναντίον ἠγανάκτεις κατὰ τῶν πλουσίων κατακεκλεῖσθαι λέγων πρὸς αὐτῶν ὑπὸ μοχλοῖς καὶ κλεισὶ καὶ σημείων ἐπιβολαῖς, ὡς μηδὲ παρακῦψαί σοι ἐς τὸ φῶς δυνατὸν εἶναι. Ταῦτα γοῦν ἀπωδύρου πρός με ἀποπνίγεσθαι λέγων ἐν πολλῷ τῷ σκότῳ· καὶ διὰ τοῦτο ὠχρὸς ἡμῖν ἐφαίνου καὶ φροντίδος ἀνάπλεως, συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους πρὸς τὸ ἔθος τῶν λογισμῶν καὶ ἀποδράσεσθαι

Mercuri, ad illum quam ocissime. Adjungat sibi comitem Thesaurum Plutus; maneantque ambo apud Timonem, neque tam cito ex ejus ædibus concedant, licet vel maxime eos Timon, qua bonitate est, denuo emittat. De assentatoribus autem illis, qui se adeo immemores beneficiorum præbuerunt, post videro: eos plectere certum est, ubi fulmen recusum fuerit; radii enim ejus duo omnium maximi diffracti sunt et retusi, quum illud nuper vehementius paullo in Anaxagoram sophistam jacularer, qui discipulis suis persuadebat nos deos in rerum natura prorsus non exsistere; et ab illo quidem aberravi frustrato ictu (protenta namque manu tutatus eum est Pericles); fulmen autem in Castorum ædem quum præter spem delatum esset, eam exussit; ipsum vero tantum non ad saxum comminutum est. Quanquam interim satis pœnarum luent assentatores, si in re perquam ampla Timonem viderint.

11. MER. Quantam affert utilitatem magnis clamoribus rem agere, et molestum esse atque audacem! neque id modo causarum actoribus utile est, sed iis etiam, qui deos comprecantur. Vel hic Timon, quam repente dives ex pauperrimo factus est! nimirum ingenti clamore vociferans et magna dicendi libertate in precibus usus, Jovem ad sese advertit denique: sin vero tacitus incurvusque fodisset, etiamnum neglectus foderet.

PLUT. At ego, Jupiter, ad ipsum non ibo.

JUP. Quid ita autem, optime Plute, me præsertim jubente?

12. PLUT. Quia per Jovem in me injurius erat, domo me extrudens ac frustulatim partiens, qui tamen ipsi paternus essem amicus; neque tantum non furca expellebat, et ut eos facere videmus, qui ignem manibus hærentem excutiunt. Quid igitur? redeamne ad eum, parasitis, assentatoribus et meretriculis objiciendus? Ad illos, Jupiter, me, quæso, mittas, qui benignitatis modum intelligant, qui me amplectantur, quibus pretiosus sim et desiderabilis: hi vero fatui cum Paupertate usque et usque versentur, quando illam me potiorem ducunt, acceptoque ab ea rhenone et ligone, miseri quatuor obolorum mercedula contenti vivant, qui decem talentorum munera sic neglectim abjiciunt.

13. JUP. Nihil tale posthac adversus te Timon faciet; a ligone probe perdoctus fuit te Paupertati anteponere, nisi si lumbos forte sortitus est cuilibet dolori impenetrabiles. At tu mihi mirum in modum querulus videris, qui nunc Timonem accuses, quod tibi reclusis foribus hac illac vagari, prout libitum fuit, permisit, neque domi claudens, neque in te zelotypia ardens: olim vero adversus divites indignabaris, claudi te ab iis conquerens repagulis, clavibus et annulo impresso, ut ne oculis quidem obliquis lucem tibi fas esset aspicere. Hæc igitur apud me lamentabaris, in tantis tenebris suffocari te dictitans: ac propterea nobis pallidus videbaris, curis perditus, digitosque contractos habebas ob frequentem computandi consuetudinem; quin et

ἀπειλῶν, εἰ καιροῦ λάβοιο, παρ' αὐτῶν· καὶ ὅλως, τὸ πρᾶγμα ὑπέρδεινον ἐδόκει σοι, ἐν χαλκῷ ἢ σιδηρῷ τῷ θαλάμῳ καθάπερ τὴν Δανάην παρθενεύεσθαι ὑπ' ἀκριβέσι καὶ παμπονήροις παιδαγωγοῖς ἀνατρεφόμενον, τῷ Τόκῳ καὶ τῷ Λογισμῷ.

14. Ἄτοπα γοῦν ποιεῖν ἔφασκες αὐτοὺς ἐρῶντας μὲν ἐς ὑπερβολὴν, ἐξὸν δὲ ἀπολαύειν οὐ τολμῶντας, οὐδὲ ἐπ' ἀδείας χρωμένους τῷ ἔρωτι κυρίους γε ὄντας, ἀλλὰ φυλάττειν ἐγρηγορότας, ἐς τὸ σημεῖον καὶ τὸν μοχλὸν ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας, ἱκανὴν ἀπόλαυσιν οἰομένους οὐ τὸ αὐτοὺς ἀπολαύειν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ μεταδιδόναι τῆς ἀπολαύσεως, καθάπερ τὴν ἐν τῇ φάτνῃ κύνα μήτε αὐτὴν ἐσθίουσαν τῶν κριθῶν μήτε τῷ ἵππῳ πεινῶντι ἐπιτρέπουσαν. Καὶ προσέτι γε καὶ κατεγέλας αὐτῶν φειδομένων καὶ φυλαττόντων καὶ τὸ καινότατον αὐτοὺς ζηλοτυπούντων, ἀγνοούντων δὲ ὡς κατάρατος οἰκέτης ἢ οἰκονόμος ἢ πεδότριψ ὑπεισιὼν λαθραίως ἐμπαροινήσει τὸν κακοδαίμονα καὶ ἀνέραστον δεσπότην πρὸς ἀμαυρόν τι καὶ μικρόστομον λυχνίδιον καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον ἐπαγρυπνεῖν ἐάσας τοῖς τόκοις. Πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταῦτα, πάλαι μὲν ἐκεῖνα αἰτιᾶσθαι, νῦν δὲ τῷ Τίμωνι τὰ ἐναντία ἐπικαλεῖν;

15. ΠΛΟΥΤ. Καὶ μὴν εἴ γε τἀληθὲς ἐξετάζοις, ἄμφω σοι εὔλογα δόξω ποιεῖν· τοῦ τε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ τοῦτο ἀνειμένον ἀμελὲς καὶ οὐκ εὐνοϊκὸν ὡς πρὸς ἐμὲ εἰκότως ἂν δοκοίη· τούς τε αὖ κατάκλειστον ἐν θύραις καὶ σκότῳ φυλάττοντας, ὅπως αὐτοῖς παχύτερος γενοίμην καὶ πιμελὴς καὶ ὑπέρογκος ἐπιμελουμένους, οὔτε προσαπτομένους αὐτοὺς οὔτε ἐς τὸ φῶς προάγοντας, ὡς μηδὲ ὀφθείην πρός τινος, ἀνοήτους ἐνόμιζον εἶναι καὶ ὑβριστὰς, οὐδὲν ἀδικοῦντά με ὑπὸ τοσούτοις δεσμοῖς κατασήποντας, οὐκ εἰδότας ὡς μετὰ μικρὸν ἀπίασιν ἄλλῳ τινὶ τῶν εὐδαιμόνων με καταλιπόντες.

16. Οὔτ' οὖν ἐκείνους οὔτε τοὺς πάνυ προχείρους εἰς ἐμὲ τούτους ἐπαινῶ, ἀλλὰ τοὺς, ὅπερ ἄριστόν ἐστι, μέτρον ἐπιθήσοντας τῷ πράγματι καὶ μήτε ἀφεξομένους τὸ παράπαν μήτε προησομένους τὸ ὅλον. Σκόπει γὰρ, ὦ Ζεῦ, πρὸς τοῦ Διὸς, εἴ τις νόμῳ γήμας γυναῖκα νέαν καὶ καλὴν ἔπειτα μήτε φυλάττοι μήτε ζηλοτυποῖ τὸ παράπαν, ἀφιεὶς καὶ βαδίζειν ἔνθα ἂν ἐθέλοι νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ ξυνεῖναι τοῖς βουλομένοις, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἀπάγοι μοιχευθησομένην ἀνοίγων τὰς θύρας καὶ μαστροπεύων καὶ πάντας ἐπ' αὐτὴν καλῶν, ἆρα ὁ τοιοῦτος ἐρᾶν δόξειεν ἄν; οὐ σύ γε, ὦ Ζεῦ, τοῦτο φαίης ἂν ἐρασθεὶς πολλάκις.

17. Εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ παραλαβὼν ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων, ὁ δὲ μήτε αὐτὸς προσάπτοιτο ἀκμαίας καὶ καλῆς παρθένου μήτε ἄλλῳ προσβλέπειν ἐπιτρέποι, ἄγονον δὲ καὶ στεῖραν κατακλείσας παρθενεύοι, καὶ ταῦτα ἐρᾶν φάσκων καὶ δῆλος ὢν ἀπὸ τῆς χρόας καὶ τῆς σαρκὸς ἐκτετηκυίας καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑποδεδυκότων, ἔσθ' ὅπως ὁ τοιοῦτος οὐ παραπαίειν δόξειεν ἄν, δέον παιδοποιεῖσθαι καὶ ἀπολαύειν τοῦ γάμου, καταμαραίνων εὐπρόσωπον

minitabaris te quandoque aufugiturum, si quam nancisci occasionem posses. Ad pauca ut redeam, gravissimum tibi videbatur, in ferreo aut æreo thalamo virginem custodiri velut alteram Danaen, et sub acribus et scelerosis pædagogis educari, Fœnore et Ratiocinio.

14. Eos itaque plane ineptos esse dicebas, qui quum te misere amarent, possentque frui, non auderent tamen : neque amore suo secure uterentur, quibus id liberum esset, sed te pervigili custodia servarent, sigillum aut repagulum oculis haudquaquam demotis aspicientes; seque abunde potiri existimantes, non si fruerentur ipsi, sed omnibus fruendi facultatem si præreptum irent; quod plane canem in præsepio factitare videmus, qui nec ipse hordeum attingat, nec equum esurientem sinat attingere. Insuper etiam irridebas eos, qui perpetuo parcerent, et custodirent, et (quod prodigii instar sit) in se ipsos zelotypi forent, ignorarent autem scelestissimum aliquem servulum aut dispensatorem aut furciferum, clanculum subeuntem in vino lascivire, interea dum herum inamabilem et diis iratis natum ad lucernam obscuram et exiguum habentem ellychnium paululoque instructam oleo usuris computandis sinat invigilare. Qui autem, o Plute, absurdum non sit, hæc olim divitibus objecisse te, nunc vero plane contraria Timoni vitio vertere?

15. PLUT. Atqui si vera lubet inquirere, utrumque cum ratione videbor facere. Nam hujus quidem Timonis soluta licentia, mera negligentia, non benevolentia, ad me quod spectat, haberi debet : illos autem qui me clausum tot ostiis in tenebris detinerent, dantes operam, ut me crassiorem redderent et pinguiorem atque corpulentiorem æquo, neque ipsi me attingentes, neque in lucem producentes, ut ne a quoquam conspicerer, prorsus desipere et in me contumeliosos esse rebar, qui nihil peccantem computrescere juberent tot vinculis impeditum, nescientes interim post paullo se e vita decessuros, meque fortunatorum cuipiam relicturos.

16. Itaque adeo neque illos restrictos laudem, neque eos rursus, qui me libentius contrectant et insumunt, sed potius eos, qui, quod apprime in vita utile est, moderationem adhibeant, qui neque prorsus abstineant, neque omnino projiciant, et cuilibet obtrudant. Illud enim per Jovem vide, quæso, Jupiter; si quis legitimis nuptiis formosulam aliquam uxorem in ipso ætatis flore duxerit, deinde neque domi custodiat, neque ullo zelotypiæ sensu moveatur, noctu et interdiu qua visum est ei vagari permittens, et cum obviis quibusque ætatulam suam oblectare; aut ipse potius aliquo corrumpendam ab adulteris ducat, fores aperiens, prostituens et omnes ad eam convocans : talis, quæso, vir uxorem amare videatur? Haud istud tu quidem dixeris, Jupiter, qui quid sit amor, re sæpenumero expertus es.

17. Si quis contra uxorem lege domum duxerit ad procreandos liberos ingenuos, florentem autem puellam neque attingat ipse, neque alium quenquam ad illam oculos adjicere sinat; domi autem conclusam custodiat virginem, nullam ex ea prolem suscipiens, ejus tamen amore flagrare se dictitans, idque indicans vultus colore, macrescente in dies et horas corpore, concavis et introrsum recedentibus oculis; an non ejusmodi vir pro cerrito circumferri debeat, qui quasi Cereri sacerdotem per totam vitam nutriens, tam venustam tam-

οὕτω καὶ ἐπέραστον κόρην καθάπερ ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ τρέφων διὰ παντὸς τοῦ βίου; Ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ πρὸς ἐνίων μὲν ἀτίμως λακτιζόμενος καὶ λαφυσσόμενος καὶ ἐξαντλούμενος, ὑπ' ἐνίων δὲ ὥσπερ στιγματίας δραπέτης πεπεδημένος.

18. ΖΕΥΣ. Τί οὖν ἀγανακτεῖς κατ' αὐτῶν; διδόασι γὰρ ἄμφω καλὴν τὴν δίκην οἱ μὲν ὥσπερ ὁ Τάνταλος ἄποτοι καὶ ἄγευστοι καὶ ξηροὶ τὸ στόμα, ἐπικεχηνότες μόνον τῷ χρυσίῳ, οἱ δὲ καθάπερ ὁ Φινεὺς ἀπὸ τῆς φάρυγγος τὴν τροφὴν ὑπὸ τῶν Ἁρπυιῶν ἀφαιρούμενοι. Ἀλλ' ἄπιθι ἤδη σωφρονεστέρῳ παρὰ πολὺ τῷ Τίμωνι ἐντευξόμενος.

ΠΛΟΥΤ. Ἐκεῖνος γάρ ποτε παύσεται ὥσπερ ἐκ κοφίνου τετρυπημένου, πρὶν ὅλως εἰσρυῆναί με, κατὰ σπουδὴν ἐξαντλῶν, φθάσαι βουλόμενος τὴν ἐπιῤῥοήν, μὴ ὑπέραντλος εἰσπεσὼν ἐπικλύσω αὐτόν; ὥστε ἐς τὸν τῶν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, τοῦ κύτους μὴ στέγοντος, ἀλλὰ πρὶν εἰσρυῆναι, σχεδὸν ἐκχυθησομένου τοῦ ἐπιῤῥέοντος· οὕτως εὐρύτερον τὸ πρὸς τὴν ἔκχυσιν κεχηνὸς τοῦ πίθου καὶ ἀκώλυτος ἡ ἔξοδος.

19. ΖΕΥΣ. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἐμφράξεται τὸ κεχηνὸς τοῦτο καὶ ἐς τὸ ἅπαξ ἀναπεπταμένον, ἐκχυθέντος ἐν βραχεῖ σου ῥᾳδίως εὑρήσει τὴν διφθέραν αὖθις καὶ τὴν δίκελλαν ἐν τῇ τρυγὶ τοῦ πίθου. Ἀλλ' ἄπιτε ἤδη καὶ πλουτίζετε αὐτόν· σὺ δὲ μέμνησο, ὦ Ἑρμῆ, ἐπανιὼν πρὸς ἡμᾶς ἄγειν τοὺς Κύκλωπας ἐκ τῆς Αἴτνης, ὅπως τὸν κεραυνὸν ἀκονήσαντες ἐπισκευάσωσιν· ὡς ἤδη γε τεθηγμένου αὐτοῦ δεησόμεθα.

20. ΕΡΜ. Προΐωμεν, ὦ Πλοῦτε. Τί τοῦτο; ὑποσκάζεις; ἐλελήθεις με, ὦ γεννάδα, οὐ τυφλὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ χωλὸς ὤν.

ΠΛΟΥΤ. Οὐκ ἀεὶ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλ' ὁπόταν μὲν ἀπίω παρά τινα πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Διός, οὐκ οἶδ' ὅπως βραδύς εἰμι καὶ χωλὸς ἀμφοτέροις, ὡς μόλις τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα, προγηράσαντος ἐνίοτε τοῦ περιμένοντος, ὁπόταν δὲ ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πτηνὸν ὄψει, πολὺ τῶν ὀνείρων ὠκύτερον· ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκώς, ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον οὐδὲ ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν.

ΕΡΜ. Οὐκ ἀληθῆ ταῦτα φής· ἐγὼ δέ τοι πολλοὺς ἂν εἰπεῖν ἔχοιμί σοι χθὲς μὲν οὐδὲ ὀβολόν, ὥστε πρίασθαι βρόχον, ἐσχηκότας, ἄφνω δὲ τήμερον πλουσίους καὶ πολυτελεῖς ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους ἐξελαύνοντας, οἷς οὐδὲ κἂν ὄνος ὑπῆρξε πώποτε· καὶ ὅμως πορφυροῖ καὶ χρυσόχειρες περιέρχονται οὐδ' αὐτοὶ πιστεύοντες οἶμαι ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσιν.

21. ΠΛΟΥΤ. Ἑτεροῖον τοῦτ' ἐστίν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οὐχὶ τοῖς ἐμαυτοῦ ποσὶ βαδίζω τότε, οὐδὲ ὁ Ζεύς, ἀλλ' ὁ Πλούτων ἀποστέλλει με παρ' αὐτοὺς ἅτε πλουτοδότης καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐτὸς ὤν· δηλοῖ γοῦν καὶ τῷ ὀνόματι. Ἐπειδὰν τοίνυν μετοικισθῆναι δέῃ με παρ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον, ἐς δέλτον ἐμβαλόντες με καὶ κατασημηνάμενοι ἐπιμελῶς φορηδὸν ἀράμενοι μετακομί-

que amabilem puellam deflorescere absque omni veneris usu sineret, quum contra liberos ex ea tollere et conjugio frui deberet? Hæc ipsa ego indignor, dum quidam me calcibus ignominiose quatiunt, luxuriaque sua effundunt atque exhauriunt, a nonnullis autem velut fugitivus aliquis notis compunctus vincior.

18. JUP. Quid, quæso, illis succenses? utrique enim pulchras pœnas dant : veluti Tantalus aliquis, ore sicco ac jejuno persiant, ad auri modo aspectum rictu diducto hiantes : illi autem sibi, itidem ut Phineus, cibum ex ipsis faucibus ab Harpyiis eripi vident. Sed jam abi : nam Timonem multo impensius quam antea sapere deprehendes.

PLUT. Quid autem? an is aliquando desinet consulto, veluti ex perforato cophino, exhaurire me, priusquam totus influxero, veluti prævenire studens nimiarum opum influxum, ne copiosior incidens ipsum inundem? Quare videor mihi aquam in Danaidum dolium congesturus et frustra infusurus, quum vas perfluat, et id quod ingeratur, jam jamque sit effluxurum, priusquam influxerit : adeo latus est ad effluxum liquoris hiatus dolii ac facilis exitus.

19. JUP. Proinde rimam istam et perpetuo fluentem fissuram nisi obstruxerit, in fæce dolii rhenonem una cum ligone reperiet facile, postquam tu cito effusus fueris. Sed jam aliquando abite, atque hominem ditate. At heus tu, Mercuri, revertens curato adductos tecum ex Ætna Cyclopas, qui mihi fulmen exacuant ac reficiant; eo enim bene acuto nobis jam erit opus.

20. MER. Pergamus, Plute. Quid hoc autem? claudicas? Ignorabam, o bone, esse te non modo cæcum, sed claudum etiam.

PLUT. Id mihi non semper usu venit : sed quum ab Jove ad quempiam mittor, nescio quomodo repente tardus fio et utroque crure claudus, ita ut vix atque ægre itineris finem attingam, quum is jam, ad quem missus fueram, senio confectus plerumque jacet. At si quando discedendum sit, tum vero me alatum dicas, ipsis somniis citiorem. Itaque ubi primum cecidit circi repagulum, jam me victorem proclamat præco, qui stadium tanta pernicitate percurrerim, ut aliquando spectatores ipsi oculis me currentem sequi non potuerint.

MER. Minus vere istæc, Plute, dicis : nam multos ego memorare possum, qui, quum heri ne obolum quidem haberent, qui sibi pararent laqueum, hodie repente divites exsistunt, sumtus ingentes faciunt, et bigis albis vehuntur, quibus ne asellus quidem unquam domi fuit; et tamen purpura aureisque annulis fulgentes incedunt, qui, ut opinor, nondum satis sibi persuadere possunt, suas illas opes somnium non esse.

21. PLUT. Istuc quod dicis, Mercuri, longe diversum est; nec tunc meis me pedibus porto, neque me tunc Jupiter, sed Pluto ad eos mittit, utpote qui πλουτοδότης (opum largitor) et ipse sit et splendidorum munerum dator, quod et suo ipsius nomine satis indicat. Itaque quum mihi ab alio ad alium migrandum est, me in tabulas testamentarias conjiciunt, ac diligenter obsignantes domo me baju-

ζουσι· καὶ ὁ μὲν νεκρὸς ἐν σκοτεινῷ που τῆς οἰκίας πρόκειται ὑπὲρ τὰ γόνατα παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ σκεπόμενος, περιμάχητος ταῖς γαλαῖς, ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες ὥσπερ τὴν χελιδόνα προσπετομένην τετριγότες οἱ νεοττοί.

22. Ἐπειδὰν δὲ τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῇ καὶ τὸ λίνον ἐντμηθῇ καὶ ἡ δέλτος ἀνοιχθῇ καὶ ἀνακηρυχθῇ μου ὁ καινὸς δεσπότης ἤτοι συγγενής τις ἢ κόλαξ ἢ καταπύγων οἰκέτης ἐκ παιδικῶν τίμιος, ὑπεξυρημένος ἔτι τὴν γνάθον, ἀντὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ἡδονῶν, ἃς ἤδη ἔξωρος ὢν ὑπηρέτησεν αὐτῷ, μέγα τὸ μίσθωμα ὁ γενναῖος ἀπολαβών, ἐκεῖνος μὲν, ὅστις ἂν ᾖ ποτε, ἁρπασάμενός με αὐτῇ δέλτῳ θεῖ φέρων ἀντὶ τοῦ τέως Πυρρίου ἢ Δρόμωνος ἢ Τιβίου Μεγακλῆς ἢ Μεγάβυζος ἢ Πρώταρχος μετονομασθεὶς, τοὺς μάτην κεχηνότας ἐκείνους ἐς ἀλλήλους ἀποβλέποντας καταλιπὼν ἀληθὲς ἄγοντας τὸ πένθος, οἷος αὐτοὺς ὁ θύννος ἐκ μυχοῦ τῆς σαγήνης διέφυγεν οὐκ ὀλίγον τὸ δέλεαρ καταπιών.

23. Ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἀθρόως εἰς ἐμὲ ἀπειρόκαλος καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος, ἔτι τὴν πέδην πεφρικὼς καὶ εἰ παριὼν ἄλλος μαστίξειέ τις, ὄρθιον ἐφιστὰς τὸ οὖς καὶ τὸν μυλῶνα ὥσπερ τὸ Ἀνάκτορον προσκυνῶν οὐκέτι φορητός ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλὰ τούς τε ἐλευθέρους ὑβρίζει καὶ τοὺς ὁμοδούλους μαστιγοῖ ἀποπειρώμενος εἰ καὶ αὐτῷ τὰ τοιαῦτα ἔξεστιν, ἄχρι ἂν ἢ ἐς πορνίδιόν τι ἐμπεσὼν ἢ ἱπποτροφίας ἐπιθυμήσας ἢ κόλαξι παραδοὺς ἑαυτὸν ὀμνύουσιν, ἦ μὴν εὐμορφότερον μὲν Νιρέως εἶναι αὐτὸν, εὐγενέστερον δὲ τοῦ Κέκροπος ἢ Κόδρου, συνετώτερον δὲ τοῦ Ὀδυσσέως, πλουσιώτερον δὲ συνάμα Κροίσων ἑκκαίδεκα, ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου ἄθλιος ἐκχέῃ τὰ κατ' ὀλίγον ἐκ πολλῶν ἐπιορκιῶν καὶ ἁρπαγῶν καὶ πανουργιῶν συνειλεγμένα.

24. ΕΡΜ. Αὐτά που σχεδὸν φῂς τὰ γιγνόμενα· ὁπόταν δ' οὖν αὐτόπους βαδίζῃς, πῶς οὕτω τυφλὸς ὢν εὑρίσκεις τὴν ὁδόν; ἢ πῶς διαγιγνώσκεις ἐφ' οὓς ἄν σε ὁ Ζεὺς ἀποστείλῃ κρίνας εἶναι τοῦ πλουτεῖν ἀξίους;

ΠΛΟΥΤ. Οἴει γὰρ εὑρίσκειν με οἵτινές εἰσι; μὰ τὸν Δία οὐ πάνυ· οὐ γὰρ ἂν Ἀριστείδην καταλιπὼν Ἱππονίκῳ καὶ Καλλίᾳ προσῄειν καὶ πολλοῖς ἄλλοις Ἀθηναίων οὐδὲ ὀβολοῦ ἀξίοις.

ΕΡΜ. Πλὴν ἀλλὰ τί πράττεις καταπεμφθείς;

ΠΛΟΥΤ. Ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι περινοστῶν, ἄχρι ἂν λάθω τινὶ ἐμπεσών· ὁ δὲ, ὅστις ἂν πρῶτός μοι περιτύχῃ, ἀπαγαγὼν παρ' αὐτὸν ἔχει, σὲ τὸν Ἑρμῆν ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τοῦ κέρδους προσκυνῶν.

25. ΕΡΜ. Οὐκοῦν ἐξηπάτηται ὁ Ζεὺς οἰόμενός σε κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν πλουτίζειν ὅσους ἂν οἴηται τοῦ πλουτεῖν ἀξίους;

ΠΛΟΥΤ. Καὶ μάλα δικαίως, ὠγαθὲ, ὅς γε τυφλὸν ὄντα εἰδὼς ἔπεμπεν ἀναζητήσοντα δυσεύρετον οὕτω χρῆμα καὶ πρὸ πολλοῦ ἐκλελοιπὸς ἐκ τοῦ βίου, ὅπερ οὐδ' ὁ Λυγκεὺς ἂν ἐξεύροι ῥᾳδίως, ἀμαυρὸν οὕτω καὶ μικρὸν ὄν. Τοιγαροῦν ἅτε τῶν μὲν ἀγαθῶν ὀλίγων ὄντων, πονηρῶν δὲ πλείστων ἐν ταῖς πόλεσι τὸ πᾶν ἐπεχόν-

lorum opera efferunt; interea mortuus in obscuro aliquo ædium loco jacet, detrito linteo obtectis genibus, dum circa ipsum decertant feles ejus cadaver attingere gestientes; me vero ii, qui jam diu speraverant, ad forum itidem ut hirundinem advolantem pulli stridentes, ore hiante exspectant.

22. Ubi autem sublatum est sigillum, et lineum testamenti vinculum incisum est, tabulæque apertæ, ac novus dominus meus declaratus est, cognatus aliquis, aut assentator, aut servulus denique, qui ad obsequium venereum præsto erat, et ea gratia ceteris prælatus omnibus, rasa etiamnum mala; magnum pretium ferens ille præstantissimus tam multiplicium voluptatum, quas hero attulit, dum se, jam exoletus, ei ad omnia obsequiose permittebat. Is igitur, quisquis tandem est, me cum testamenti tabulis arripiens, curriculo domum contendit, mutato repente nomine, ut qui antea Byrria, vel Dromo, aut, si mavis, Tibius vocabatur, deinceps Megacles, Protarchus, aut Megabyzus dicatur : illos incassum hiantes et inter se aspicientes relinquens, jam dolore non ficto lugentes, qui tantum thynnum ex intimo sagenæ recessu elapsum amiserint, esca plurima inutiliter consumta.

23. In me igitur irruens talis vir, omnis honesti imperitus, stolidus; qui pedicas etiamnum exhorrescit, et, si quis temere præteriens loris increpuerit, arrectis auribus repente resistit, pistrinum autem veluti templum adorat, talis, inquam, vir, iis, quibuscum versatur, non amplius tolerabilis, sed et in homines liberos contumeliosus est, et conservos suos flagellis urit, quasi experiundi gratia, num id sibi quoque liceat; usque adeo donec meretriculam aliquam nactus, vel equorum alendorum studio insaniens, aut assentatoribus sese totum dedens, dejerantibus formosiorem ipsum Nireo esse, Cecrope aut Codro nobiliorem, Ulysse prudentiorem, sedecim simul una Crœsis ditiorem; puncto temporis ea effundat infelix, quæ unciatim ex multis perjuriis, rapinis ac fraudibus erant parta.

24. MER. Id ferme, quod res est, dicis. Quum vero tuis ipsius pedibus uteris, qui, quæso, tanta in te quum sit cæcitas, viam tamen invenis? aut qui tandem dijudicas, ad quos te miserit Jupiter, divitiis illos esse dignos deputans?

PLUT. Credis videlicet invenire me, quinam illi sint? minime vero, per Jovem : neque enim rejecto Aristide ad Hipponicum me aut Calliam contulissem, multosque alios ex Atheniensibus, homines vix obolares.

MER. Ceterum ab Jove missus quid facis?

PLUT. Sursum deorsum vagor perambulans, donec imprudens in quempiam incidam; is autem, qui me cumque primus obvium habuerit, abductum domi servat, te, Mercuri, ob lucrum adeo insperatum venerans.

25. MER. Deceptus ergo est Jupiter, eos a te ditari de suo decreto existimans, quos ipse opibus dignos judicarat?

PLUT. Neque vero injuria, o bone; qui quidem me cæcum esse sciens, eos quæsiturum mittebat, rem, ut vides, quam non sine summo labore quis reperiat, quæque jam pridem inter homines defecit; illam ne Lynceus quidem facile reperiat, quum adeo sit evanida et exilis. Itaque quum boni perquam pauci sint, pravi autem homines et scelerati in

των, ῥᾷον ἐς τοὺς τοιούτους ἐμπίπτω περιιὼν καὶ σαγηνεύομαι πρὸς αὐτῶν.

ΕΡΜ. Εἶτα πῶς, ἐπειδὰν καταλίπῃς αὐτούς, ῥᾳδίως φεύγεις οὐκ εἰδὼς τὴν ὁδόν;

ΠΛΟΥΤ. Ὀξυδερκὴς τότε πως καὶ ἀρτίπους γίγνομαι πρὸς μόνον τὸν καιρὸν τῆς φυγῆς.

26. ΕΡΜ. Ἔτι δή μοι καὶ τοῦτο ἀπόκριναι, πῶς τυφλὸς ὤν, εἰρήσεται γάρ, καὶ προσέτι ὠχρὸς καὶ βαρὺς ἐκ τοῖν σκελοῖν τοσούτους ἐραστὰς ἔχεις, ὥστε πάντας ἀποβλέπειν εἰς σέ, καὶ τυχόντας μὲν εὐδαιμονεῖν οἴεσθαι, εἰ δὲ ἀποτύχοιεν, οὐκ ἀνέχεσθαι ζῶντας; οἶδα γοῦν τινας οὐκ ὀλίγους αὐτῶν οὕτω σου δυσέρωτας ὄντας, ὥστε καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον φέροντες ἔρριψαν αὑτοὺς καὶ πετρῶν κατ' ἠλιβάτων ὑπερορᾶσθαι νομίζοντες ὑπὸ σοῦ, ὅτιπερ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἑώρας αὐτούς. Πλὴν ἀλλὰ καὶ σὺ ἂν εὖ οἶδα ὅτι ὁμολογήσειας, εἴ τι ξυνίῃς σαυτοῦ, κορυβαντιᾶν αὐτοὺς ἐρωμένῳ τοιούτῳ ἐπιμεμηνότας.

27. ΠΛΟΥΤ. Οἴει γὰρ τοιοῦτον, οἷός εἰμι, ὁρᾶσθαι αὐτοῖς, χωλὸν ἢ τυφλὸν ἢ ὅσα ἄλλα μοι πρόσεστιν;

ΕΡΜ. Ἀλλὰ πῶς, ὦ Πλοῦτε, εἰ μὴ τυφλοὶ καὶ αὐτοὶ πάντες εἰσίν;

ΠΛΟΥΤ. Οὐ τυφλοί, ὦ ἄριστε, ἀλλ' ἡ ἄγνοια καὶ ἡ ἀπάτη, αἵπερ νῦν κατέχουσι τὰ πάντα, ἐπισκιάζουσιν αὐτούς· ἔτι δὲ καὶ αὐτός, ὡς μὴ παντάπασιν ἄμορφος εἴην, προσωπεῖόν τι ἐρασμιώτατον περιθέμενος, διάχρυσον καὶ λιθοκόλλητον, καὶ ποικίλα ἐνδὺς ἐντυγχάνω αὐτοῖς· οἱ δὲ αὐτοπρόσωπον οἰόμενοι ὁρᾶν τὸ κάλλος ἐρῶσι καὶ ἀπόλλυνται μὴ ἐντυγχάνοντες. Ὡς εἴ γέ τις αὐτοῖς ὅλον ἀπογυμνώσας ἐπέδειξέ με, δῆλον ὡς κατεγίγνωσκον ἂν αὑτῶν ἀμβλυώττοντες τὰ τηλικαῦτα καὶ ἐρῶντες ἀνεράστων καὶ ἀμόρφων πραγμάτων.

28. ΕΡΜ. Τί οὖν ὅτι καὶ ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ πλουτεῖν γενόμενοι καὶ τὸ προσωπεῖον αὐτὸ περιθέμενοι ἔτι ἐξαπατῶνται, καὶ ἤν τις ἀφαιρῆται αὐτούς, θᾶττον ἂν τὴν κεφαλὴν ἢ τὸ προσωπεῖον πρόοιντο; οὐ γὰρ δὴ καὶ τότε ἀγνοεῖν εἰκὸς αὐτοὺς ὡς ἐπίχριστος ἡ εὐμορφία ἐστίν, ἔνδοθεν τὰ πάντα ὁρῶντας.

ΠΛΟΥΤ. Οὐκ ὀλίγα, ὦ Ἑρμῆ, καὶ πρὸς τοῦτό μοι συναγωνίζεται.

ΕΡΜ. Τὰ ποῖα;

ΠΛΟΥΤ. Ἐπειδάν τις ἐντυχὼν τὸ πρῶτον ἀναπετάσας τὴν θύραν εἰσδέχηταί με, συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τῦφος καὶ ἡ ἄνοια καὶ ἡ μεγαλαυχία καὶ μαλακία καὶ ὕβρις καὶ ἀπάτη καὶ ἄλλ' ἄττα μυρία· ὑπὸ δὴ τούτων ἁπάντων καταληφθεὶς τὴν ψυχὴν θαυμάζει τε τὰ οὐ θαυμαστὰ καὶ ὀρέγεται τῶν φευκτῶν κἀμὲ τὸν πάντων ἐκείνων πατέρα τῶν εἰσεληλυθότων κακῶν τέθηπε δορυφορούμενον ὑπ' αὐτῶν, καὶ πάντα πρότερον πάθοι ἂν ἢ ἐμὲ προέσθαι ὑπομείνειεν ἄν.

29. ΕΡΜ. Ὡς δὲ λεῖος εἶ, ὦ Πλοῦτε, καὶ ὀλισθηρὸς καὶ δυσκάτοχος καὶ διαφευκτικός, οὐδεμίαν ἀντιλαβὴν παρεχόμενος βεβαίαν, ἀλλ' ὥσπερ αἱ ἐγχέλεις ἢ οἱ

urbibus omnia teneant, facilius in hos quam in illos, dum hac illac vagor, incido, et eorum retibus impeditus hæreo.

MER. At vero quum illos relinquis, quo pacto tam facile aufugis, qui viam non noris?

PLUT. Ad solam fugiendi occasionem oculi mihi ac pedes vigent.

26. MER. Hoc mihi quoque responde; qui tandem fiat, ut, quum cæcus sis, insuper etiam (neque enim vera libet reticere) pallidus, et cruribus gravior, tot amatores habeas, ut omnes omnino homines unum te aspiciant; sique potiri te licuerit, beatos se existiment; sin minus, vitam sibi abjudicent. Novi enim permultos, qui te ita misere amarunt, ut se præcipites piscosa per æquora saltu sublimi e scopulo dederint, existimantes a te contemni, quod ipsos ne primo quidem congressu aspicere voluisses. Ceterum tute ipse confiteberis, opinor, si modo te nosti, insanire istos, qui talem amasium tam vehementi tamque perdito amore prosequantur.

27. PLUT. Censes nimirum, eum me ipsis videri qualis sum, claudum videlicet, cæcum, et quæ alia in me sunt vitia?

MER. Qui, quæso, Plute, nisi et ipsi cæci sunt omnes?

PLUT. Haud ita est, o bone; sed ignorantia et error, quæ nunc omnia invaserunt, caliginem ipsis objiciunt. Adde quod ipse quoque, ne prorsus deformis videar, aptata mihi persona perquam amabili, inaurata gemmisque distincta, insuper varia veste ornatus, iis me offero: illi autem, qui credant videre se non personatam aliquam pulchritudinem, sed in ipso vultu efflorescentem, amore inardescunt, ac, nisi potiantur, præ doloris impatientia sese ipsi perditum eunt. Sane si quis me penitus nudatum iis ostenderet, damnarent ipsi sese, qui tantopere cæcutirent, et res prorsus inamabiles et invenustas peterent tam studiose.

28. MER. Quid quod, postquam jam divites facti sunt, ac sibi personam aptavere, adhuc falluntur? atque adeo nonnulli capite libentius careant quam persona, si quis hanc illis eripere postulet? Neque enim cuiquam credibile sit, ipsos etiam tum, quum omnia introrsus videant, ignorare totam illam pulchritudinem fucatam esse.

PLUT. Plurima sunt, o Mercuri, quæ me in hoc quoque adjuvant.

MER. Quænam illa?

PLUT. Quum aliquis primum mecum congressus apertis foribus me admittit, ingreditur una mecum, eo non animadvertente, Arrogantia, Dementia, Jactantia, Mollities, Insolentia, Fraus, aliaque sexcenta: quæ ubi cuncta hominis animum invaserunt, ibi tum quæ miranda non sunt miratur, et quæ fugienda, appetit; me autem tot malorum, quæ ingressa sunt, parentem suspicit, illorum cinctum satellitio; cruciatus denique quoslibet patiatur facilius, quam me abjicere sustinuerit.

29. MER. Quam vero lævis es et lubricus, Plute, quamque ægre retineris; facile autem fugis, ansam nullam, quæ firma sit, præbens; sed veluti anguillæ, aut angues, inter

ἄψεις διὰ τῶν δακτύλων δραπετεύεις οὐκ οἶδ' ὅπως· ἡ Πενία δ' ἔμπαλιν ἰξώδης τε καὶ εὐλαβὴς καὶ μυρία τὰ ἄγκιστρα ἐκπεφυκότα ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος ἔχουσα, ὡς πλησιάσαντας εὐθὺς ἔχεσθαι καὶ μὴ ἔχειν ῥαδίως ἀπολυθῆναι. Ἀλλὰ μεταξὺ φλυαροῦντας ἡμᾶς πρᾶγμα ἤδη οὐ μικρὸν διέλαθε.

ΠΛΟΥΤ. Τὸ ποῖον;

ΕΡΜ. Ὅτι τὸν Θησαυρὸν οὐκ ἐπηγαγόμεθα, οὗπερ ἔδει μάλιστα.

30. ΠΛΟΥΤ. Θάρρει τούτου γε ἕνεκα· ἐν τῇ γῇ αὐτὸν ἀεὶ καταλείπων ἀνέρχομαι παρ' ὑμᾶς ἐπισκήψας ἔνδον μένειν ἐπικλεισάμενον τὴν θύραν, ἀνοίγειν δὲ μηδενί, ἢν μὴ ἐμοῦ ἀκούσῃ βοήσαντος.

ΕΡΜ. Οὐκοῦν ἐπιβαίνωμεν ἤδη τῆς Ἀττικῆς· καί μοι ἕπου ἐχόμενος τῆς χλαμύδος, ἄχρι ἂν πρὸς τὴν ἐσχατιὰν ἀφίκωμαι.

ΠΛΟΥΤ. Εὖ ποιεῖς, ὦ Ἑρμῆ, χειραγωγῶν· ἐπεὶ ἤν γε ἀπολίπῃς με, Ὑπερβόλῳ τάχα ἢ Κλέωνι ἐμπεσοῦμαι περινοστῶν. Ἀλλὰ τίς ὁ ψόφος οὗτός ἐστι καθάπερ σιδήρου πρὸς λίθον.

31. ΕΡΜ. Ὁ Τίμων οὑτοσὶ σκάπτει πλησίον ὀρεινὸν καὶ ὑπόλιθον γήδιον. Παπαῖ, καὶ ἡ Πενία πάρεστι καὶ ὁ Πόνος ἐκεῖνος, ἡ Καρτερία τε καὶ ἡ Σοφία καὶ ἡ Ἀνδρεία καὶ ὁ τοιοῦτος ὄχλος τῶν ὑπὸ τῷ Λιμῷ ταττομένων ἁπάντων, πολὺ ἀμείνους τῶν σῶν δορυφόρων.

ΠΛΟΥΤ. Τί οὖν οὐκ ἀπαλλαττόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, τὴν ταχίστην; οὐ γὰρ ἄν τι ἡμεῖς δράσαιμεν ἀξιόλογον πρὸς ἄνδρα ὑπὸ τηλικούτου στρατοπέδου περιεσχημένον.

ΕΡΜ. Ἄλλως ἔδοξε τῷ Διί· μὴ ἀποδειλιῶμεν οὖν.

32. ΠΕΝ. Ποῖ τοῦτον ἀπάγεις, ὦ Ἀργειφόντα, χειραγωγῶν;

ΕΡΜ. Ἐπὶ τουτονὶ τὸν Τίμωνα ἐπέμφθημεν ὑπὸ τοῦ Διός.

ΠΕΝ. Νῦν ὁ Πλοῦτος ἐπὶ Τίμωνα, ὁπότε αὐτὸν ἐγὼ κακῶς ἔχοντα ὑπὸ τῆς Τρυφῆς παραλαβοῦσα, τουτοισὶ παραδοῦσα, τῇ Σοφίᾳ καὶ τῷ Πόνῳ, γενναῖον ἄνδρα καὶ πολλοῦ ἄξιον ἀπέδειξα; οὕτως ἄρα εὐκαταφρόνητος ὑμῖν ἡ Πενία δοκῶ καὶ εὐαδίκητος, ὥσθ' ὃ μόνον κτῆμα εἶχον, ἀφαιρεῖσθαί με, ἀκριβῶς πρὸς ἀρετὴν ἐξειργασμένον, ἵν' αὖθις ὁ Πλοῦτος παραλαβὼν αὐτὸν Ὕβρει καὶ Τύφῳ ἐγχειρίσας ὅμοιον τῷ πάλαι, μαλθακὸν καὶ ἀγεννῆ καὶ ἀνόητον ἀποφήνας ἀποδῷ πάλιν ἐμοὶ ῥάκος ἤδη γεγενημένον;

ΕΡΜ. Ἔδοξε ταῦτα, ὦ Πενία, τῷ Διί.

33. ΠΕΝ. Ἀπέρχομαι· καὶ ὑμεῖς δέ, ὦ Πόνε καὶ Σοφία καὶ οἱ λοιποί, ἀκολουθεῖτέ μοι. Οὗτος δὲ τάχα εἴσεται οἵαν με οὖσαν ἀπολείψει, ἀγαθὴν συνεργὸν καὶ διδάσκαλον τῶν ἀρίστων, ᾗ συνὼν ὑγιεινὸς μὲν τὸ σῶμα, ἐρρωμένος δὲ τὴν γνώμην διετέλεσεν, ἀνδρὸς βίον ζῶν καὶ πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπων, τὰ δὲ περιττὰ καὶ πολλὰ ταῦτα, ὥσπερ ἐστίν, ἀλλότρια ὑπολαμβάνων.

ΕΡΜ. Ἀπέρχονται· ἡμεῖς δὲ προσίωμεν αὐτῷ.

34. ΤΙΜ. Τίνες ἐστέ, ὦ κατάρατοι; ἢ τί βουλόμενοι δεῦρο ἥκετε ἄνδρα ἐργάτην καὶ μισθοφόρον ἐνο-

digitos nescio quo pacto elaberis; at contra viscosa ac tenax Paupertas est, facilem ansam præbens, et infinitos uncos ex omnibus corporis partibus exsertos habet, ita ut, qui ad eam accesserint, continuo arripiantur, nec se facile illinc expedire queant. Verum interea dum sermones nugando cædimus, rem haud negligendam obliti sumus.

PLUT. Quam?

MER. Thesaurum non adduximus, quo tamen vel maxime nobis opus erat.

30. PLUT. Hac quidem causa animo otioso esto. Eum enim semper sub terra relinquo, quum ad vos ascendo, imperans domi ut maneat foribus occlusis, neve cuiquam aperiat, ni me clamantem audierit.

MER. Sed jam Atticos fines ingrediamur; tu vero sequere hac prehensum me chlamyde tenens, donec ad extremos limites pervenero.

PLUT. Recte sane, o Mercuri, quod mihi cæco viam præis; sin me deseras, fortasse in Hyperbolum aliquem aut Cleonem oberrans incidam. Sed quis hic sonus, quasi si ferrum ad saxum allidatur?

31. MER. Hic Timon videlicet montanum ac saxosum agellum fodit. Papæ! et Paupertas adest, et ille Labor, tum etiam Tolerantia, et Sapientia, nec non Fortitudo, et totum illud agmen, quod secum sub signis habere solet Fames; multo haud dubie animosiores sunt tuis illis satellitibus.

PLUT. Quid igitur causæ sit, quin hinc quam ocissime fugiamus? neque enim est ut quidquam a nobis memorabile geratur cum eo viro, qui tanto instructus exercitu sit.

MER. Jovi aliter visum est; quare strenui simus.

32. PAUP. Cæcum istum, o Argiphonta Mercuri, quonam abducis?

MER. Nos ad hunc Timonem legavit Jupiter.

PAUP. Quid? nunc ad Timonem Plutus mittitur, quando ego, pessime a Luxu habitum quum accepissem, his, quos vides, Mercuri, Sapientiæ et Labori tradens virum fortem et quantivis pretii effeci? Itane vobis idonea Paupertas visa est, in qua sic illudatis, ut quem unum mihi habebam, eripere postuletis, postquam ad virtutem probe factus est, ut illum Plutus denuo acceptum Contumeliæ et Arrogantiæ tradens, qualis olim fuit, talem eum efficiat, mollem scilicet, ignavum et stolidum; mihi denique illum reddat, ubi nullius pretii fuerit et detrito panno haud melior?

MER. Jovi sic visum est, o Paupertas.

33. PAUP. Abeo igitur: vosque adeo, Labor, Sapientia, vosque ceteri, qui mecum aderatis, sequimini. Næ iste posterius sentiet, qualem me reliquerit, optimam nempe operis consortem, et quæ ipsum ad præstantissima quæque erudierim; me, inquam, quacum degens tum salubri corpore, tum animo vegetus fuit, viri vitam agens, et sese respiciens; cetera autem supervacanea existimans, ut re ipsa talia sunt.

MER. Abeunt: nostrum nunc est hominem convenire.

34. TIM. Qui estis vos, o scelera? aut quorsum huc venistis? mihine ut molesti sitis, homini mercede conducto?

χλήσοντες; ἀλλ' οὐ χαίροντες ἄπιτε μιαροὶ πάντες ὄντες· ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς αὐτίκα μάλα βάλλων ταῖς βώλοις καὶ τοῖς λίθοις συντρίψω.

ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ὦ Τίμων, μὴ βάλῃς· οὐ γὰρ ἀνθρώπους ὄντας βαλεῖς, ἀλλ' ἐγὼ μὲν Ἑρμῆς εἰμι, οὑτοσὶ δὲ ὁ Πλοῦτος· ἔπεμψε δὲ ὁ Ζεὺς ἐπακούσας τῶν εὐχῶν. Ὥστε ἀγαθῇ τύχῃ δέχου τὸν ὄλβον ἀποστὰς τῶν πόνων.

ΤΙΜ. Καὶ ὑμεῖς οἰμώξεσθε ἤδη καίτοι θεοὶ ὄντες, ὥς φατε· πάντας γὰρ ἅμα καὶ ἀνθρώπους καὶ θεοὺς μισῶ, τουτονὶ δὲ τὸν τυφλόν, ὅστις ἂν ᾖ, καὶ ἐπιτρίψειν μοι δοκῶ τῇ δικέλλῃ.

ΠΛΟΥΤ. Ἀπίωμεν, ὦ Ἑρμῆ, πρὸς τοῦ Διός· μελαγχολᾷν γὰρ ὁ ἄνθρωπος οὐ μετρίως μοι δοκεῖ, μή τι κακὸν ἀπέλθω προσλαβών.

35. ΕΡΜ. Μηδὲν σκαιόν, ὦ Τίμων, ἀλλὰ τὸ πάνυ τοῦτο ἄγριον καὶ τραχὺ καταβαλὼν προτείνας τὼ χεῖρε λάμβανε τὴν ἀγαθὴν τύχην καὶ πλούτει πάλιν καὶ ἴσθι Ἀθηναίων τὰ πρῶτα καὶ ὑπερόρα τῶν ἀχαρίστων ἐκείνων μόνος αὐτὸς εὐδαιμονῶν.

ΤΙΜ. Οὐδὲν ὑμῶν δέομαι· μὴ ἐνοχλεῖτέ μοι· ἱκανὸς ἐμοὶ πλοῦτος ἡ δίκελλα· τὰ δ' ἄλλα εὐδαιμονέστατός εἰμι, μηδενός μοι πλησιάζοντος.

ΕΡΜ. Οὕτως, ὦ τᾶν, ἀπανθρώπως;

τόνδε φέρω Διὶ μῦθον ἀπηνέα τε κρατερόν τε;

Καὶ μὴν εἰκὸς ἦν μισάνθρωπον μὲν εἶναί σε τοσαῦτα ὑπ' αὐτῶν δεινὰ πεπονθότα, μισόθεον δὲ μηδαμῶς, οὕτως ἐπιμελουμένων σου τῶν θεῶν.

36. ΤΙΜ. Ἀλλὰ σοὶ μέν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῷ Διὶ πλείστη χάρις τῆς ἐπιμελείας, τουτονὶ δὲ τὸν Πλοῦτον οὐκ ἂν λάβοιμι.

ΕΡΜ. Τί δή;

ΤΙΜ. Ὅτι καὶ πάλαι μυρίων μοι κακῶν αἴτιος οὗτος κατέστη κόλαξί τε παραδοὺς καὶ ἐπιβούλους ἐπαγαγὼν καὶ μῖσος ἐπεγείρας καὶ ἡδυπαθείᾳ διαφθείρας καὶ ἐπίφθονον ἀποφήνας, τέλος δὲ ἄφνω καταλιπὼν οὕτως ἀπίστως καὶ προδοτικῶς· ἡ βελτίστη δὲ Πενία πόνοις με τοῖς ἀνδρικωτάτοις καταγυμνάσασα καὶ μετ' ἀληθείας καὶ παρρησίας προσομιλοῦσα τά τε ἀναγκαῖα κάμνοντι παρεῖχε καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων καταφρονεῖν ἐπαίδευεν ἐξ αὐτοῦ ἐμοῦ τὰς ἐλπίδας ἀπαρτήσασά μοι τοῦ βίου καὶ δείξασα ὅστις ἦν ὁ πλοῦτος ὁ ἐμός, ὃν οὔτε κόλαξ θωπεύων οὔτε συκοφάντης φοβῶν, οὐ δῆμος παροξυνθείς, οὐκ ἐκκλησιαστὴς ψηφοφορήσας, οὐ τύραννος ἐπιβουλεύσας ἀφελέσθαι δύναιτ' ἄν.

37. Ἐρρωμένος τοιγαροῦν ὑπὸ τῶν πόνων τὸν ἀγρὸν τουτονὶ φιλοπόνως ἐργαζόμενος, οὐδὲν ὁρῶν τῶν ἐν ἄστει κακῶν, ἱκανὰ καὶ διαρκῆ ἔχω τὰ ἄλφιτα παρὰ τῆς δικέλλης. Ὥστε παλίνδρομος, ὦ Ἑρμῆ, ἄπιθι τὸν Πλοῦτον ἐπαγαγὼν τῷ Διί· ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν ἦν, πάντας ἀνθρώπους ἡβηδὸν οἰμώζειν ποιῆσαι.

ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ὠγαθέ· οὐ γὰρ πάντες εἰσὶν ἐπιτήδειοι πρὸς οἰμωγήν. Ἀλλ' ἔα τὰ ὀργίλα ταῦτα

Sed non sine infortunio estis hinc abituri, quum pessimi mortalium sitis omnes : jam enim vos et glebis et saxis opertos male perdam.

MER. Cave, Timon, cave saxis nos petas : non enim tu homines percusseris. Videlicet ego Mercurius sum, hic vero, Plutus. Ad te autem Jupiter, auditis precibus uis, nos misit. Itaque adeo, quod tibi faustum sit, felicitatem et opes excipe, laboribus in posterum valere jussis.

TIM. Vos quoque, etsi, ut prædicatis, dii estis, vapulabitis tamen; nam et deos et homines omnes ex æquo odi. Cæcum vero istum, quisquis est, hoc meo ligone comminuere certum est.

PLUT. Per Jovem, o Mercuri, abeamus, ne quod malum mihi accersam : plane enim homo insanire videtur.

35. MER. Ne quid inscite facias, Timon; quin potius agrestissimum istuc et asperum ingenium mitte, porrectisque manibus bonam fortunam excipe, ac denuo dives fias, et Atheniensium esto primus; illosque ingratos despice, unice unus beatus.

TIM. Ne mihi negotium facessite : vobis haudquaquam egeo : affatim copiarum in hoc ligone habeo; cetera felix, si ad me nemo accedat.

MER. Teno adeo inhumane agere, amice?

Hæcne Jovi referam tam dura atque aspera dicta?

Non sane incredibile erat, invisos esse tibi homines, a quibus tot tibi ortæ essent injuriæ; deos autem odisse, qui tibi optime consultum velint, haud sane par fuit.

36. TIM. Tibi quidem, Mercuri, ac Jovi præterea maximam habeo gratiam, quod me haud neglexistis : istunc vero Plutum haudquaquam admittam.

MER. Quamobrem?

TIM. Quia et olim infinitorum mihi causa malorum hic fuit, assentatoribus me prodens, mihi insidiatores immittens, odium exsuscitans, deliciis corrumpens et livori objiciens; ad postremum me repente per summam perfidiam, ut proditore dignum erat, deserens. Contra autem optima Paupertas labore perquam virili me exercens, ac mecum perpetuo agens cum veracitate et libertate dicendi, quæ tempus postulavit, ea mihi opus facienti præbuit, et tot illas res despicere docuit, efficiens ut omnes spes vitæ in memet sitæ essent; ostendens præterea, quænam divitiæ meæ forent, quas neque assentator palpans, neque sycophanta me terrens, non populus exasperatus, non quilibet in concione suffragium ferens, non denique tyrannus insidias struens mihi posset eripere.

37. Aucto itaque per laborem robore, agrum hunc industrie colens, nihil videns malorum eorum, quæ tot in urbe occurrunt, sufficientem ac perennem victum hujus ligonis ope mihi paro. Quare iter tuum relegens abito, Mercuri, Plutum ad Jovem abducens : mihi autem hoc sat erit, si omnes omnino homines ejulare coegerim.

MER. Cave istuc dicas, o bone : neque enim omnes ad ejulandum recte comparati sunt. Sed istam tuam iracun-

καὶ μειρακιώδη καὶ τὸν Πλοῦτον παράλαβε. Οὔτοι ἀπόβλητά ἐστι τὰ δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός.

ΠΛΟΥΤ. Βούλει, ὦ Τίμων, δικαιολογήσωμαι πρὸς σέ; ἢ χαλεπαίνεις μοι λέγοντι;

ΤΙΜ. Λέγε, μὴ μακρὰ μέντοι, μηδὲ μετὰ προοιμίων, ὥσπερ οἱ ἐπίτριπτοι ῥήτορες· ἀνέξομαι γάρ σε ὀλίγα λέγοντα διὰ τὸν Ἑρμῆν τουτονί.

38. ΠΛΟΥΤ. Ἐχρῆν μὲν ἴσως καὶ μακρὰ εἰπεῖν, οὕτω πολλὰ ὑπὸ σοῦ κατηγορηθέντα· ὅμως δὲ ὅρα εἴ τί σε, ὡς φής, ἠδίκηκα, ὃς τῶν μὲν ἡδίστων ἁπάντων αἴτιός σοι κατέστην, τιμῆς καὶ προεδρίας καὶ στεφάνων καὶ τῆς ἄλλης τρυφῆς, περίβλεπτός τε καὶ ἀοίδιμος δι' ἐμὲ ἦσθα καὶ περισπούδαστος· εἰ δέ τι χαλεπὸν ἐκ τῶν κολάκων πέπονθας, ἀναίτιος ἐγώ σοι· μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἠδίκημαι τοῦτο ὑπὸ σοῦ, διότι με οὕτως ἀτίμως ὑπέβαλες ἀνδράσι καταράτοις ἐπαινοῦσι καὶ καταγοητεύουσι καὶ πάντα τρόπον ἐπιβουλεύουσί μοι· καὶ τό γε τελευταῖον ἔφησθα ὡς προδέδωκά σε, τοὐναντίον δὲ αὐτὸς ἐγκαλέσαιμί σοι πάντα τρόπον ἀπελαθεὶς ὑπὸ σοῦ καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθεὶς τῆς οἰκίας. Τοιγαροῦν ἀντὶ μαλακῆς χλανίδος ταύτην τὴν διφθέραν ἡ τιμιωτάτη σοι Πενία περιτέθεικεν. Ὥστε μάρτυς ὁ Ἑρμῆς οὑτοσὶ πῶς ἱκέτευον τὸν Δία μηκέθ' ἥκειν παρὰ σὲ οὕτω δυσμενῶς μοι προσενηνεγμένον.

39. ΕΡΜ. Ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς, ὦ Πλοῦτε, οἷος ἤδη γεγένηται; ὥστε θαρρῶν ξυνδιάτριβε αὐτῷ· καὶ σὺ μὲν σκάπτε ὡς ἔχεις· σὺ δὲ τὸν Θησαυρὸν ὑπάγαγε τῇ δικέλλῃ· ὑπακούσεται γὰρ ἐμβοήσαντί σοι.

ΤΙΜ. Πειστέον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ αὖθις πλουτητέον. Τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπότε οἱ θεοὶ βιάζοιντο; Πλὴν ὅρα γε, ἐς οἷά με πράγματα ἐμβάλλεις τὸν κακοδαίμονα, ὃς ἄχρι νῦν εὐδαιμονέστατα διάγων χρυσὸν ἄφνω τοσοῦτον λήψομαι οὐδὲν ἀδικήσας καὶ τοσαύτας φροντίδας ἀναδέξομαι.

40. ΕΡΜ. Ὑπόστηθι, ὦ Τίμων, δι' ἐμέ, καὶ εἰ χαλεπὸν τοῦτο καὶ οὐκ οἰστόν ἐστιν, ὅπως οἱ κόλακες ἐκεῖνοι διαρραγῶσιν ὑπὸ τοῦ φθόνου· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τὴν Αἴτνην ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσομαι.

ΠΛΟΥΤ. Ὁ μὲν ἀπελήλυθεν, ὡς δοκεῖ· τεκμαίρομαι γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν πτερῶν· σὺ δὲ αὐτοῦ περίμενε· ἀναπέμψω γάρ σοι τὸν Θησαυρὸν ἀπελθών· μᾶλλον δὲ παῖε. Σέ φημι, Θησαυρὲ χρυσοῦ, ὑπάκουσον Τίμωνι τουτῳὶ καὶ παράσχες σεαυτὸν ἀνελέσθαι. Σκάπτε, ὦ Τίμων, βαθείας καταφέρων. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑπεκστήσομαι.

41. ΤΙΜ. Ἄγε, ὦ δίκελλα, νῦν μοι ἐπίρρωσον σεαυτὴν μὴ καὶ κάμῃς ἐκ τοῦ βάθους τὸν Θησαυρὸν ἐς τοὐμφανὲς προκαλουμένη. Ὦ Ζεῦ τεράστιε καὶ φίλοι Κορύβαντες καὶ Ἑρμῆ κερδῷε, πόθεν τοσοῦτον χρυσίον; ἦ που ὄναρ ταῦτά ἐστι; δέδια γοῦν μὴ ἄνθρακας εὕρω ἀνεγρόμενος· ἀλλὰ μὴν χρυσίον ἐστὶν ἐπίσημον, ὑπέρυθρον, βαρὺ καὶ τὴν πρόσοψιν ὑπερήδιστον.

Ὦ χρυσέ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς·
αἰθόμενον γὰρ πῦρ ἅτε διαπρέπεις καὶ νύκτωρ καὶ

diam et inconsulti adolescentis impetum mittas, ac Plutum recipe. Quæ a Jove mittuntur dona, ea neutiquam aspernanda sunt.

PLUT. Quid, Timon, vin' me causam adversus te agere? an tibi molestum est loqui me?

TIM. Dic, sino, modo ne longam orationem nec prooemiis instructam habeas, ut perditissimi isti rhetores : sustinebo enim te pauca dicentem, Mercurii hujusce gratia.

38. PLUT. Consentaneum quidem erat prolixa oratione uti me, quem tam graviter accusasti; tamen dispice an te, quod ais, injuria affecerim, qui tibi suavissimarum quarumque rerum, honoris scilicet, primi loci, coronarum aliarumque voluptatum causa fui : propter me spectabilis eras, et ab omnibus celebratus ac cultus; si quid autem, quod nolis, ab assentatoribus tibi accidit, in me non hæret culpa, imo mihi abs te hæc facta injuria est, quem adeo contumeliose sceleratorum illorum libidini subjeceris, laudantium, adulantium, omni arte insidiantium mihi. Quin etiam post omnia dixisti proditum te a me fuisse : at contra ego te accusaverim, omni modo ex ædibus excussus et capite protrusus foras. Quare pro molli chlamyde rhenonem tibi induit veneranda ista Paupertas; itaque hic Mercurius testabitur, quam enixe Jovem obsecraverim, ne ad te denuo mitterer, qui tantum in me odium exseruisses.

39. MER. At nunc viden', Plute, qualis repente factus sit? itaque cum eo jam audacter facito ut consuescas. Tu quidem, Timon, terram fodito, quod facis; at tu, Plute, Thesaurum sub ejus ligonem adductum facito; tibi enim inclamanti auscultabit.

TIM. Parere necesse est, Mercuri, et de integro ditescendum. Quum enim dii ipsi vim adhibeant, quid, quæso, te fiat? Tamen illud vide, in quæ me conjecturus sis incommoda, qui vita usque adhuc feliciter exacta, repente tantam auri vim accepturus sim, et tot me curis impliciturus, quum nihil mali fecerim.

40. MER. Perfer atque obdura, Timon, mea causa, etiamsi istuc molestum est et ægre tolerandum; perfer, inquam, saltem ut invidia disrumpantur assentatores. Ego autem in cælum, ubi supra Ætnæ cacumen ascendero, rursus volabo.

PLUT. Abiit quidem Mercurius, ut videtur : id enim ex alarum remigatione conjicio. Tu vero, Timon, istic maneto; hinc enim ubi abiero, Thesaurum ad te mittam; imo autem ligone impacto terram feri. Heus, heus, tibi dico, auri Thesaure, huic Timoni ausculta, teque illi tollendum e terra objice. Heus, Timon, strenue fodito, ligonem altius impingens. At ego vobis nunc abscedam.

41. TIM. Age, o ligo, mihi nunc validissimus fias, ne defatigere, dum Thesaurum ex terræ penetralibus in lucem eruis. O Jupiter prodigialis, et propitii Corybantes, et Mercuri lucri præses, unde mihi tantum auri? hoccine somnium fuerit? Male metuo, ne expergefactus pro thesauro carbones (quod aiunt) reperiam. At profecto aurum signatum video, subrubescens, ponderosum, et aspectu quam gratissimum.

Aurum, suave munus es mortalibus :
namque ignis instar eximie micas et noctu et interdiu.

μεθ' ἡμέραν. Ἐλθὲ, ὦ φίλτατε καὶ ἐρασμιώτατε. Νῦν πείθομαί γε καὶ Δία ποτὲ γενέσθαι χρυσόν· τίς γὰρ οὐκ ἂν παρθένος ἀναπεπταμένοις τοῖς κόλποις ὑπεδέξατο οὕτω καλὸν ἐραστὴν διὰ τοῦ τέγους καταρρέοντα;

42. Ὦ Μίδα καὶ Κροῖσε καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τίμωνα καὶ τὸν Τίμωνος πλοῦτον, ᾧ γε οὐδὲ ὁ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἴσος. Ὦ δίκελλα καὶ φιλτάτη διφθέρα, ὑμᾶς μὲν τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι καλόν· αὐτὸς δὲ ἤδη πᾶσαν πριάμενος τὴν ἐσχατιὰν, πυργίον οἰκοδομησάμενος ὑπὲρ τοῦ θησαυροῦ, μόνῳ ἐμοὶ ἱκανὸν ἐνδιαιτᾶσθαι, τὸν αὐτὸν καὶ τάφον ἀποθανὼν ἕξειν μοι δοκῶ. Δεδόχθω δὲ ταῦτα καὶ νενομοθετήσθω πρὸς τὸν ἐπίλοιπον βίον, ἀμιξία πρὸς ἅπαντας καὶ ἀγνωσία καὶ ὑπεροψία· φίλος δὲ ἢ ξένος ἢ ἑταῖρος ἢ Ἐλέου βωμὸς ὕθλος πολύς· καὶ τὸ οἰκτεῖραι δακρύοντα ἢ ἐπικουρῆσαι δεομένῳ παρανομία καὶ κατάλυσις τῶν ἐθῶν· μονήρης δὲ ἡ δίαιτα καθάπερ τοῖς λύκοις, καὶ φίλος εἷς Τίμων.

43. Οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἐχθροὶ καὶ ἐπίβουλοι· καὶ τὸ προσομιλῆσαί τινι αὐτῶν μίασμα· καὶ ἥν τινα ἴδω μόνον, ἀποφρὰς ἡ ἡμέρα· καὶ ὅλως ἀνδριάντων λιθίνων ἢ χαλκῶν μηδὲν ἡμῖν διαφερέτωσαν· καὶ μήτε κήρυκα δεχώμεθα παρ' αὐτῶν μήτε σπονδὰς σπενδώμεθα· ἡ ἐρημία δὲ ὅρος ἔστω πρὸς αὐτούς. Φυλέται δὲ καὶ φράτορες καὶ δημόται καὶ ἡ πατρὶς αὐτὴ ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα καὶ ἀνοήτων ἀνδρῶν φιλοτιμήματα. Πλουτείτω δὲ Τίμων μόνος καὶ ὑπεροράτω ἁπάντων καὶ τρυφάτω μόνος καθ' ἑαυτὸν, κολακείας καὶ ἐπαίνων φορτικῶν ἀπηλλαγμένος· καὶ θεοῖς θυέτω καὶ εὐωχείτω μόνος ἑαυτῷ γείτων καὶ ὅμορος, ἐκὰς ὢν τῶν ἄλλων. Καὶ ἅπαξ ἑαυτὸν δεξιώσασθαι δεδόχθω, ἢν δέῃ ἀποθανεῖν, καὶ ἑαυτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν.

44. Καὶ ὄνομα μὲν ἔστω ὁ Μισάνθρωπος ἥδιστον, τοῦ τρόπου δὲ γνωρίσματα δυσκολία καὶ τραχύτης καὶ σκαιότης καὶ ὀργὴ καὶ ἀπανθρωπία· εἰ δέ τινα ἴδοιμι ἐν πυρὶ καταδιαφθειρόμενον καὶ σβεννύναι ἱκετεύοντα, πίττῃ καὶ ἐλαίῳ κατασβεννύναι· καὶ ἥν τινα τοῦ χειμῶνος ὁ ποταμὸς παραφέρῃ, ὁ δὲ τὰς χεῖρας ὀρέγων ἀντιλαβέσθαι δέηται, ὠθεῖν καὶ τοῦτον ἐπὶ κεφαλὴν βαπτίζοντα, ὡς μηδὲ ἀνακῦψαι δυνηθείη· οὕτω γὰρ ἂν τὴν ἴσην ἀπολάβοιεν. Εἰσηγήσατο τὸν νόμον Τίμων Ἐχεκρατίδου Κολλυτεὺς, ἐπεψήφισε τῇ ἐκκλησίᾳ Τίμων ὁ αὐτός. Εἶεν, ταῦτα ἡμῖν δεδόχθω καὶ ἀνδρικῶς ἐμμένωμεν αὐτοῖς.

45. Πλὴν ἀλλὰ περὶ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην ἅπασι γνώριμά πως ταῦτα γενέσθαι, διότι ὑπερπλουτῶ· ἀγχόνη γὰρ ἂν τὸ πρᾶγμα γένοιτο αὐτοῖς. Καίτοι τί τοῦτο; φεῦ τοῦ τάχους. Πανταχόθεν συνθέουσι κεκονιμένοι καὶ πνευστιῶντες, οὐκ οἶδα ὅθεν ὀσφραινόμενοι τοῦ χρυσίου. Πότερον οὖν ἐπὶ τὸν πάγον τοῦτον ἀναβὰς ἀπελαύνω αὐτοὺς τοῖς λίθοις ἐξ ὑπερδεξίων ἀκροβολιζόμενος, ἢ τό γε τοσοῦτον παρανομήσομεν εἰσάπαξ αὐτοῖς ὁμιλήσαντες, ὡς πλέον ἀνιῷντο ὑπερορώμενοι;

Ades huc, o mea voluptas. Nunc sane mihi credibile fit, etiam Jovem se in aurum olim convertisse : quæ enim virgo amantem adeo formosum, per impluvium defluentem, expanso sinu non excipiat?

42. O Mida, o Crœse, et vos Delphici templi donaria, quam nihil estis præ Timone et Timonis opulentia! ad quem magnus ille Persarum rex ne comparandus quidem est. O ligo, et tu rheno suavissime, optimum erit vos huic Pani consecrasse : at ego jam universum hunc agrum coemam, turremque asservando auro exstruam, quæ me unum excipere possit, non plures : eam quoque sepulchrum mihi, ut opinor, mortuo habebo. Ceterum quoad vivam, hæc sancita sunto, et lege confirmata : hominum omnium congressum fugere, notum habere neminem, omnes autem despicere; amicus autem vel hospes, vel ara Misericordiæ, logi ac nugæ : cujusquam lamentantis misereri, vel inopi subvenire, legis transgressio habeatur et morum subversio : mihi autem vita sit solitaria itidem ut lupis; et unus omnino amicus, Timon.

43. At ceteri mihi in hostium loco sint et insidiatorum. Eorum quempiam si alloquar, impurus habear; si quando aliquem videro tantum, is nefastus dies esto : denique nihil apud me statuatur discriminis eos inter et simulacra marmorea aut ærea : neque missum ab iis legatum recipiamus, neque cum iis percutiamus fœdus; fines inter me atque illos sunto deserta atque solitudines; tribules vero, et curiales, et populares, quin et patria ipsa, frigida et inutilia nomina habeantur, ac fatuorum hominum ambitio. Solus Timon dives esto, ceterosque omnes despicetur : molliter secum vivat, procul ab assentatoribus et iis qui immodice laudare solent; diis sacrificet ac splendide epuletur solus, sibi vicinus et finitimus, longe a ceteris remotus hominibus. Denique hæc lex esto, se unum amplecti atque amare, si vel mori oporteat, et coronam sibi ipsum imponere.

44. Nomen suavissimum sit Μισάνθρωπος. Morum autem character esto morositas, asperitas, rusticitas, iracundia atque inhumanitas; si quem autem forte igne pereuntem videro, atque ut restinguam obsecrantem, picis atque olei injectu exstinguere decretum esto : tum porro si quem hieme fluvius auferat, atque is manibus porrectis oret ut retineatur, is in caput trudatur et submergatur, quo ne se attollere possit : sic enim isti scelerati par pro pari acceperint. Hanc legem scripsit Timon Echecratidæ F. Colyttensis, concionem in suffragium misit idem Timon. Sic esto, statuta hæc sunto nobis; hæc viriliter observemus.

45. Verum quantivis mihi hoc foret pretii, ut omnes resciscant, esse me satis superque divitem : ea enim res ipsos ad suspendium adaxit. Sed hem, quid istuc, quæso, est? vah quanta properatio! undique pulvere respersi atque exanimati concurrunt; nescio certe unde ipsis aurum suboluerit. Utrum igitur in hunc collem evadens, lapidibus ex superiori loco missis ipsos arceam? an hoc unum adversus legem modo latam faciemus, eos semel ut alloquamur? quo videlicet in congressu contemti,

τοῦτο οἶμαι καὶ ἄμεινον. Ὥστε δεχώμεθα ἤδη αὐτοὺς ὑποστάντες. Φέρ' ἴδω, τίς ὁ πρῶτος αὐτῶν οὗτός ἐστι; Γναθωνίδης ὁ κόλαξ, ὁ πρῴην ἔρανον αἰτήσαντί μοι ὀρέξας τὸν βρόχον, πίθους ὅλους παρ' ἐμοὶ πολλάκις ἐμημεκώς. Ἀλλ' εὖ γε ἐποίησεν ἀφικόμενος· οἰμώξεται γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων.

46. ΓΝΑΘ. Οὐκ ἐγὼ ἔλεγον, ὡς οὐκ ἀμελήσουσι Τίμωνος ἀγαθοῦ ἀνδρὸς οἱ θεοί; Χαῖρε Τίμων εὐμορφότατε καὶ ἥδιστε καὶ συμποτικώτατε.

ΤΙΜ. Νηδὶ καὶ σύ γε, ὦ Γναθωνίδη, γυπῶν ἁπάντων βορώτατε καὶ ἀνθρώπων ἐπιτριπτότατε.

ΓΝΑΘ. Ἀεὶ φιλοσκώμμων σύ γε· ἀλλὰ ποῦ τὸ συμπόσιον; ὡς καινόν τί σοι ᾆσμα τῶν νεοδιδάκτων διθυράμβων ἥκω κομίζων.

ΤΙΜ. Καὶ μὴν ἐλεγεῖά γε ᾄσῃ μάλα περιπαθῶς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δικέλλῃ.

ΓΝΑΘ. Τί τοῦτο; παίεις, ὦ Τίμων; μαρτύρομαι· ὦ Ἡράκλεις, ἰοὺ ἰοὺ, προσκαλοῦμαί σε τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον.

ΤΙΜ. Καὶ μὴν ἂν γε μικρὸν ἐπιβραδύνῃς, φόνου τάχα προσκεκλήσῃ με.

ΓΝΑΘ. Μηδαμῶς· ἀλλὰ σύ γε πάντως τὸ τραῦμα ἴασαι μικρὸν ἐπιπάσας τοῦ χρυσίου· δεινῶς γὰρ ἰσχαιμόν ἐστι τὸ φάρμακον.

ΤΙΜ. Ἔτι γὰρ μένεις;

ΓΝΑΘ. Ἄπειμι· σὺ δὲ οὐ χαιρήσεις οὕτω σκαιὸς ἐκ χρηστοῦ γενόμενος.

47. ΤΙΜ. Τίς οὗτός ἐστιν ὁ προσιὼν, ὁ ἀναφαλαντίας; Φιλιάδης, κολάκων ἁπάντων ὁ βδελυρώτατος. Οὗτος δὲ ἀγρὸν ὅλον παρ' ἐμοῦ λαβὼν καὶ τῇ θυγατρὶ προῖκα δύο τάλαντα, μισθὸν τοῦ ἐπαίνου, ὁπότε ᾄσαντά με πάντων σιωπώντων μόνος ὑπερεπῄνεσεν ἐπομοσάμενος ᾠδικώτερον εἶναι τῶν κύκνων, ἐπειδὴ νοσοῦντα πρῴην εἶδέ με καὶ προσῆλθον ἐπικουρίας δεόμενος, πληγὰς ὁ γενναῖος προσενέτεινεν.

48. ΦΙΛ. Ὢ τῆς ἀναισχυντίας. Νῦν Τίμωνα γνωρίζετε; νῦν Γναθωνίδης φίλος καὶ συμπότης; τοιγαροῦν δίκαια πέπονθεν οὗτος ἀχάριστος ὤν. Ἡμεῖς δὲ οἱ πάλαι ξυνήθεις καὶ ξυνέφηβοι καὶ δημόται ὅμως μετριάζομεν, ὡς μὴ ἐπιπηδᾶν δοκῶμεν. Χαῖρε, ὦ δέσποτα, καὶ ὅπως τοὺς μιαροὺς τούτους κόλακας φυλάξῃ, τοὺς ἐπὶ τῆς τραπέζης μόνον, τὰ ἄλλα δὲ κοράκων οὐδὲν διαφέροντας. Οὐκέτι πιστευτέα τῶν νῦν οὐδενί· πάντες ἀχάριστοι καὶ πονηροί. Ἐγὼ δὲ τάλαντόν σοι κομίζων, ὡς ἔχοις πρὸς τὰ κατεπείγοντα χρῆσθαι, καθ' ὁδὸν ἤδη πλησίον ἤκουσα ὡς πλουτοίης ὑπερμεγέθη τινὰ πλοῦτον. Ἥκω τοιγαροῦν ταῦτά σε νουθετήσων· καίτοι σύ γε οὕτω σοφὸς ὢν οὐδὲν ἴσως δεήσῃ τῶν παρ' ἐμοῦ λόγων, ὃς καὶ τῷ Νέστορι τὸ δέον παραινέσειας ἄν.

ΤΙΜ. Ἔσται ταῦτα, ὦ Φιλιάδη. Πλὴν ἀλλὰ πρόσιθι· καὶ σὲ φιλοφρονήσομαι τῇ δικέλλῃ.

ΦΙΛ. Ἄνθρωποι, κατέαγα τοῦ κρανίου ὑπὸ τοῦ ἀχαρίστου, διότι τὰ συμφέροντα ἐνουθέτουν αὐτόν.

urantur impensius. Erit id, ut opinor, melius. Quare hic subsistentes, jam eos excipiamus. Age, videam quis hic sit, qui agmen ducit? Is est Gnathonides assentator, qui nuper mihi eranum petenti laqueum porrexit, quum integra dolia sæpe apud me vomuisset. Sed bene sane factum quod venit; ante ceteros enim ejulabit.

46. GNATH. Nonne dixi ego sæpius, Timonem virum bonum a diis non semper neglectum iri? Salve, Timon formosissime, et suavissime, et potator hilarissime.

TIM. Salve tu quoque, Gnathonide, vulturum omnium voracissime, et hominum nequissime.

GNATH. Tu quidem semper dicax es; sed ubi paratæ sunt epulæ? affero enim tibi novum quoddam canticum ex recentibus dithyrambis.

TIM. Atqui elegiaca tu ad hunc ligonem canes, et quidem perquam pathetice.

GNATH. Quid istuc? o Timon, men' tu percutis? testes capiam. O Hercules! hei, hei. Vulneris tibi dicam dico apud Areopagum.

TIM. At si paululum modo cesses, tu mihi fortasse dicam cædis dixeris.

GNATH. Non fiet. Sed tu non committes quin huic vulneri facias medicinam, auri aliquid ei inspergens; facit enim aurum inprimis ad sistendum sanguinem.

TIM. Etiamne hic manes?

GNATH. Abeo vero. At tibi male erit, qui, olim perquam benignus, nunc te adeo agrestem et inhumanum præbeas.

47. TIM. Quis hic recalvaster horsum veniens? Is Philiades est, supra omnes assentatores exsecrandus. Hic vero, qui a me integrum agrum accepit, tum in dotem filiæ talenta duo, quia canentem me, ceteris tacentibus, solus dilaudasset, jurejurando affirmans, me vel cycnis ipsis suavius canere; ubi me nuper ægrotantem vidit (ad eum enim me contuleram, mihi ut subveniret, orans), plagas etiam bonus vir mihi infligere sustinuit.

48. PHIL. O impudentiam! nunc Timonem agnoscitis? nunccine Gnathonides amicus et conviva? Merito vero, qui adeo ingratus sit, a Timone ita depexus exornatusque est. At nos, qui jam pridem ejus familiares et synephebi sumus, ad hæc populares, tamen verecunde agimus, ut ne in ejus congressum irrumpere videamur. Here, salve; a sceleratis istis assentatoribus caveto, qui ad mensam tantum præsto sunt : ceterum eos inter et corvos nihil discriminis. Nostræ ætatis hominibus nulla fides habenda est : ingrati omnes sunt et impuri. At ego talentum tibi afferens, quo uti ad ea, quæ res postularet, posses, in itinere, quum jam huc viciniæ pervenissem, accepi in re amplissima te esse constitutum. Venio igitur, hæc, quæ jam audies, præcepta daturus; etsi fortasse, quum tanta sis præditus sapientia, his meis sermonibus haud egeas, qui vel Nestori præcipere possis quid factu opus sit.

TIM. Sane bene, o Philiade; sed adesdum, ut te quoque hoc ligone amantissime excipiam.

PHIL. O cives, fractum mihi ab hoc ingrato cranium est; quoniam quæ ipsi conducibilia sunt monebam.

49. ΤΙΜ. Ἰδοὺ τρίτος οὗτος ὁ ῥήτωρ Δημέας προσέρχεται ψήφισμα ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ καὶ συγγενὴς ἡμέτερος εἶναι λέγων. Οὗτος ἑκκαίδεκα παρ' ἐμοῦ τάλαντα μιᾶς ἡμέρας ἐκτίσας τῇ πόλει — κατεδεδίκαστο γὰρ καὶ ἐδέδετο οὐκ ἀποδιδοὺς, κἀγὼ ἐλεήσας ἐλυσάμην αὐτόν — ἐπειδὴ πρῴην ἔλαχε τῇ Ἐρεχθηΐδι φυλῇ διανέμειν τὸ θεωρικὸν κἀγὼ προσῆλθον αἰτῶν τὸ γιγνόμενον, οὐκ ἔφη γνωρίζειν πολίτην ὄντα με.

50. ΔΗΜ. Χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τοῦ γένους, τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων, τὸ πρόβλημα τῆς Ἑλλάδος· καὶ μὴν πάλαι σε ὁ δῆμος ξυνειλεγμένος καὶ αἱ βουλαὶ ἀμφότεραι περιμένουσι. Πρότερον δὲ ἄκουσον τὸ ψήφισμα, ὃ ὑπὲρ σοῦ γέγραφα· « Ἐπειδὴ « Τίμων Ἐχεκρατίδου Κολλυτεὺς, ἀνὴρ οὐ μόνον καλὸς « κἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ σοφὸς ὡς οὐκ ἄλλος ἐν τῇ Ἑλλάδι, « παρὰ πάντα χρόνον διατελεῖ τὰ ἄριστα πράττων τῇ « πόλει, νενίκηκε δὲ πὺξ καὶ πάλην καὶ δρόμον ἐν « Ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας καὶ τελείῳ ἅρματι καὶ συνωρίδι πωλικῇ —

ΤΙΜ. Ἀλλ' οὐδὲ ἐθεώρησα ἐγὼ πώποτε εἰς Ὀλυμπίαν.

ΔΗΜ. Τί οὖν; θεωρήσεις ὕστερον· τὰ τοιαῦτα δὲ πολλὰ προσκεῖσθαι ἄμεινον. « Καὶ ἠρίστευσε δὲ ὑπὲρ « τῆς πόλεως πέρυσι πρὸς Ἀχαρναῖς καὶ κατέκοψε Πε« λοποννησίων δύο μοίρας —

51. ΤΙΜ. Πῶς; διὰ γὰρ τὸ μὴ ἔχειν ὅπλα οὐδὲ προὐγράφην ἐν τῷ καταλόγῳ.

ΔΗΜ. Μέτρια τὰ περὶ σαυτοῦ λέγεις, ἡμεῖς δὲ ἀχάριστοι ἂν εἴημεν ἀμνημονοῦντες. « Ἔτι δὲ καὶ « ψηφίσματα γράφων καὶ ξυμβουλεύων καὶ στρατηγῶν « οὐ μικρὰ ὠφέλησε τὴν πόλιν. Ἐπὶ τούτοις ἅπασι δε« δόχθω τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ καὶ τῇ Ἡλιαίᾳ κατὰ « φυλὰς καὶ τοῖς δήμοις ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πᾶσι χρυσοῦν « ἀναστῆσαι τὸν Τίμωνα παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἐν τῇ ἀκρο« πόλει, κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα καὶ ἀκτῖνας ἑπτὰ « ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσοῖς στεφά« νοις καὶ ἀνακηρυχθῆναι τοὺς στεφάνους τήμερον Διο« νυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς — ἀχθῆναι γὰρ δι' αὐτὸν « δεῖ τήμερον τὰ Διονύσια. — Εἶπε τὴν γνώμην Δημέας « ὁ ῥήτωρ, συγγενὴς αὐτοῦ ἀγχιστεὺς καὶ μαθητὴς « ὤν· καὶ γὰρ ῥήτωρ ἄριστος ὁ Τίμων καὶ τὰ ἄλλα « πάντα ὁπόσα ἂν ἐθέλῃ. »

52. Τουτὶ μὲν οὖν σοι τὸ ψήφισμα. Ἐγὼ δὲ καὶ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν παρὰ σὲ, ὃν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμακα.

ΤΙΜ. Πῶς, ὦ Δημέα, ὃς οὐδὲ γεγάμηκας, ὅσα γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι;

ΔΗΜ. Ἀλλὰ γαμῶ, ἢν διδῷ θεὸς, ἐς νέωτα καὶ παιδοποιήσομαι καὶ τὸ γεννηθησόμενον — ἄρρεν γὰρ ἔσται — Τίμωνα ἤδη καλῶ.

ΤΙΜ. Οὐκ οἶδα, εἰ γαμήσεις ἔτι, ὦ οὗτος, τηλικαύτην παρ' ἐμοῦ πληγὴν λαμβάνων.

ΔΗΜ. Οἴμοι τί τοῦτο; τυραννίδι Τίμων ἐπιχειρεῖς καὶ τύπτεις τοὺς ἐλευθέρους οὐ καθαρῶς ἐλεύθερος οὐδ'

49. TIM. Ecce autem tertius ille advenit, rhetor ille Demea, decretum in dextra ferens, seque mihi cognatum dicens. Hic quum de meo solvisset reipublicæ uno die sedecim talenta (damnatus enim fuerat et in vincula conjectus, quum solvere nequiret; atque ego, quem illius commisresceret, hominem liberavi), nuper autem sortito theoricum Erechteidi tribui diriberet, ego vero accessissem, ut, quod mihi obtingebat, acciperem, dixit non constare sibi civis necne forem.

50. DEM. Salve, Timon, totius gentis salus, Atheniensium fulcrum, Græciæ propugnaculum; jam diu te totius populi conventus et utraque curia exspectant. Sed prius audito decretum, quod in honorem tuum a me scriptum est : « Quandoquidem Timon Colyttensis Echecratidæ F., vir non tantum probitate præstans, sed sapientia etiam præditus, quanta haud in quoquam Græci nominis reperiatur, per omne tempus multa pro republica præclare gessit; vicit autem uno die pugilatu et lucta et cursu in ludis Olympicis, quadrigis præterea et bigis equestribus —

TIM. Qui pote, Demea, quum nunquam ludos Olympicos ne spectaverim quidem?

DEM. Quid tum? eos postea spectabis : talia præterea hujus generis multa addi satius est. « Quin et anno præterito strenue se circa Acharnas adversus Peloponnesios pro republica gessit, et duas ipsorum moras cecidit —

51. TIM. Qui tandem? nam arma mihi deerant; inde conscribi cum ceteris non potui.

DEM. De te modeste loqueris, Timon; nos autem plane ingrati haberemur, nisi memores essemus. « Insuper scriptis decretis, et consilio dato, exercitu ducto, civitati inprimis prŏfuit. Ob hæc omnia placuit curiæ, et populo, et Heliææ per tribus, populis autem Atticæ singillatim, omnibus communiter, aureum Timonem collocare juxta Minervam in arce, fulmen dextra tenentem, radiato septies capite; eum præterea aureis coronis redimire, eumque honorem hodie in Dionysiis tragœdis novis proclamari : nam hodie Timonis causa Dionysia hic sunto. Hanc sententiam dixit Demea rhetor, Timonis cognatus genere proximus, ejusque discipulus; etenim optimus rhetor est Timon, et quicquid ei esse libuerit. »

52. Ad hunc igitur modum se tibi habet decretum : ego autem præterea de adducendo ad te filio cogitabam, quem de tuo nomine Timonem vocavi.

TIM. Quo pacto, Demea, qui, quod sciam, nunquam uxorem duxisti?

DEM. At, deo juvante, ducam anno proximo, et liberis procreandis operam dabo; et, quod nascetur, Timonem ei jam dico nomen; nam mas erit.

TIM. Haud equidem scio, utrum uxorem unquam sis ducturus, a me tam gravi ictu accepto.

DEM. Hei, hei. Quid hoc? tyrannidem invadere cogitas, Timon, liberos homines percutiens, tu, de cujus li-

αὐτὸς ὤν; Ἀλλὰ δώσεις ἐν τάχει τὴν δίκην τά τε ἄλλα καὶ ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας.

53. ΤΙΜ. Ἀλλ' οὐχ ἐμπέπρησται, ὦ μιαρέ, ἡ ἀκρόπολις· ὥστε δῆλος εἶ συκοφαντῶν.

ΔΗΜ. Ἀλλὰ καὶ πλουτεῖς τὸν ὀπισθόδομον διορύξας.

ΤΙΜ. Οὐ διώρυκται οὐδὲ οὗτος· ὥστε ἀπίθανά σου καὶ ταῦτα.

ΔΗΜ. Διορυχθήσεται μὲν ὕστερον· ἤδη δὲ σὺ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἔχεις.

ΤΙΜ. Οὐκοῦν καὶ ἄλλην λάμβανε.

ΔΗΜ. Οἴμοι τὸ μετάφρενον.

ΤΙΜ. Μὴ κέκραχθι· κατοίσω γάρ σοι καὶ τρίτην· ἐπεὶ καὶ γελοῖα πάμπαν ἂν πάθοιμι δύο μὲν Λακεδαιμονίων μοίρας κατακόψας ἄνοπλος, ἓν δὲ μιαρὸν ἀνθρώπιον μὴ ἐπιτρίψας· μάτην γὰρ ἂν εἴην καὶ νενικηκὼς Ὀλύμπια πὺξ καὶ πάλην.

54. Ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐ Θρασυκλῆς ὁ φιλόσοφος οὗτός ἐστιν; Οὐ μὲν οὖν ἄλλος· ἐκπετάσας γοῦν τὸν πώγωνα καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας καὶ βρενθυόμενός τι πρὸς αὑτὸν ἔρχεται, τιτανῶδες βλέπων, ἀνασεσοβημένος τὴν ἐπὶ τῷ μετώπῳ κόμην, Αὐτοβορέας τις ἢ Τρίτων, οἵους ὁ Ζεῦξις ἔγραψεν. Οὗτος ὁ τὸ σχῆμα εὐσταλὴς καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα καὶ σωφρονικὸς τὴν ἀναβολὴν ἕωθεν μυρία ὅσα περὶ ἀρετῆς διεξιὼν καὶ τῶν ἡδονῇ χαιρόντων κατηγορῶν καὶ τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινῶν, ἐπειδὴ λουσάμενος ἀφίκοιτο ἐπὶ τὸ δεῖπνον καὶ ὁ παῖς μεγάλην τὴν κύλικα ὀρέξειεν αὐτῷ — τῷ ζωροτέρῳ δὲ χαίρει μάλιστα — καθάπερ τὸ Λήθης ὕδωρ ἐκπιὼν ἐναντιώτατα ἐπιδείκνυται τοῖς ἑωθινοῖς ἐκείνοις λόγοις προαρπάζων ὥσπερ ἰκτῖνος τὰ ὄψα καὶ τὸν πλησίον παραγκωνιζόμενος, καρύκης τὸ γένειον ἀνάπλεως, κυνηδὸν ἐμφορούμενος, ἐπικεκυφώς, καθάπερ ἐν ταῖς λοπάσι τὴν ἀρετὴν εὑρήσειν προσδοκῶν, ἀκριβῶς τὰ τρύβλια τῷ λιχανῷ ἀποσμήχων, ὡς μηδὲ ὀλίγον τοῦ μυττωτοῦ καταλίποι.

55. Μεμψίμοιρος ἀεί, κἂν τὸν πλακοῦντα ὅλον ἢ τὸν σῦν μόνος τῶν ἄλλων λάβῃ, ὅ τι περ λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος, μέθυσος καὶ πάροινος, οὐκ ἄχρι ᾠδῆς καὶ ὀρχηστύος μόνον, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας καὶ ὀργῆς. Προσέτι καὶ λόγοι πολλοὶ ἐπὶ τῇ κύλικι, τότε δὴ καὶ μάλιστα, περὶ σωφροσύνης καὶ κοσμιότητος· καὶ ταῦτά φησιν ἤδη ὑπὸ τοῦ ἀκράτου πονήρως ἔχων καὶ ὑποτραυλίζων γελοίως· εἶτα ἔμετος ἐπὶ τούτοις· καὶ τὸ τελευταῖον, ἀράμενοί τινες ἐκφέρουσιν αὐτὸν ἐκ τοῦ συμποσίου τῆς αὐλητρίδος ἀμφοτέραις ἐπειλημμένον. Πλὴν ἀλλὰ καὶ νήφων οὐδενὶ τῶν πρωτείων παραχωρήσειεν ἂν ψεύσματος ἕνεκα ἢ θρασύτητος ἢ φιλαργυρίας· ἀλλὰ καὶ κολάκων ἐστὶ τὰ πρῶτα καὶ ἐπιορκεῖ προχειρότατα, καὶ ἡ γοητεία προηγεῖται καὶ ἡ ἀναισχυντία παρομαρτεῖ, καὶ ὅλως πάνσοφόν τι χρῆμα καὶ πανταχόθεν ἀκριβὲς καὶ ποικίλως ἐντελές. Οἰμώξεται τοιγαροῦν οὐκ εἰς μακρὰν χρηστὸς ὤν. Τί τοῦτο; παπαῖ, χρόνιος ἡμῖν Θρασυκλῆς.

56. ΘΡΑΣ. Οὐ κατὰ ταὐτά, ὦ Τίμων, τοῖς πολλοῖς

bertate et civitate non plane constat? Sed cito pœnas dabis, tum ob alia multa, tum quod ignem arci subjeceris.

53. TIM. At enim, o scelus, incensa arx non est: quare cuivis apparet esse te sycophantam.

DEM. At perfodisti ærarium, et inde natæ tibi sunt opes.

TIM. Sed perfossum non est; quare ne istæc quidem credibilia sunt, quæ dicis.

DEM. Perfodietur quidem postea; sed jam tu illa omnia penes te habes, quæ istud continet.

TIM. Itaque hunc tibi ictum habeto alterum.

DEM. Hei, hei tergo meo.

TIM. Mitte clamorem; sin minus, tertium tibi ictum inflixero: alioquin hoc plane ridiculum mihi acciderit, si unicum modo homuncionem eumque impurissimum haud perdam, qui Lacedæmoniorum duas moras, inermis ipse, internecione deleverim: nam frustra quoque vicerim Olympia et pugilatu et lucta.

54. Quid hoc autem? ecquid hic est Thrasycles philosophus? Et certe is est: sane exporrecta barba, in frontem sublatis superciliis, graviter secum ac superbe murmurans venit, Titanice spectans, capillis anterioribus retrorsum rejectis, plane illum ipsum Boream aut Tritonem referens, quales pinxit Zeuxis. Hic ille est, qui habitu simplicitatem, incessu modestiam, pallio sapientiam ac moderationem præ se fert; qui mane plurima de virtute disserit, et eos, qui voluptate gaudent, graviter accusat, frugalitatem laudans; at ubi lautus a balneo ad cœnam venit, et ei capaciorem calicem servulus porrexit (meracius autem libenter bibit), quasi letheum poculum hauserit, ea omnia facit, quæ planissime cum matutinis illis sermonibus pugnant, convivis cibaria veluti milvus præripiens, et sibi accumbentem cubito propellens, mentum caryca illitum habens, canum more sese cibis implens, incurvus, quasi in patinis virtutem inventurum se sperans, lances digito indice sedulo detergens, ut nihil ex intrito quidquam relinquat.

55. Iniquius partita obsonia semper querens, etiam si solus placentam aut aprum integrum sibi habet; porro (qui gulæ et insatiabilis voracitatis fructus est) ebrius ac temulentus, non ad cantum usque et saltationem, sed ad convicia et iracundiam provehitur. Ibi sumto in manum calice, multos sermones funditat: tum enimvero maxime de sobrietate et modestia agit, idque jam vino fere depositus et ridicule balbutiens: post hæc vomit. Ad postremum e triclinio a nonnullis effertur, tibicinam ambabus retinens manibus. Ceterum quum siccus est, nemini homini palmam vel mendacii, vel audaciæ, vel avaritiæ concesserit; sed assentatorum quoque longe princeps est, et pejerat promtissime: illum in quovis negotio anteit fallacia, juxta autem sequitur impudentia; denique homo plane sapiens, et undiquaque consummatus est, et varia quadam perfectione præstans. Quare dabo operam, ut tam bonus vir jamjam auferat hinc grande infortunium. Quid hoc? papæ! tam diu est quum venire distulit Thrasycles?

56. THRAS. Alia me causa ad te ut venirem compulit,

τούτοις ἀφῖγμαι, ὥσπερ οἱ τὸν πλοῦτόν σου τεθηπότες ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ δείπνων πολυτελῶν ἐλπίδι συνδεδραμήκασι πολλὴν τὴν κολακείαν ἐπιδειξόμενοι πρὸς ἄνδρα οἷον σὲ ἁπλοϊκὸν καὶ τῶν ὄντων κοινωνικόν· οἶσθα γὰρ ὡς μᾶζα μὲν ἐμοὶ δεῖπνον ἱκανόν, ὄψον δὲ ἥδιστον θύμον ἢ κάρδαμον ἢ εἴ ποτε τρυφῴην, ὀλίγον τῶν ἁλῶν· ποτὸν δὲ ἡ ἐννεάκρουνος· ὁ δὲ τρίβων οὗτος ἧς βούλει πορφυρίδος ἀμείνων. Τὸ χρυσίον μὲν γὰρ οὐδὲν τιμιώτερον τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων μοι δοκεῖ. Σοῦ δὲ αὐτοῦ χάριν ἐστάλην, ὡς μὴ διαφθείρῃ σε τὸ κάκιστον τοῦτο καὶ ἐπιβουλότατον κτῆμα ὁ πλοῦτος, ὁ πολλοῖς πολλάκις αἴτιος ἀνηκέστων συμφορῶν γεγενημένος· εἰ γάρ μοι πείθοιο, μάλιστα ὅλον ἐς τὴν θάλατταν ἐμβαλεῖς αὐτὸν, οὐδὲν ἀναγκαῖον ἀνδρὶ ἀγαθῷ ὄντι καὶ τὸν φιλοσοφίας πλοῦτον ὁρᾶν δυναμένῳ· μὴ μέντοι ἐς βάθος, ὦγαθέ, ἀλλ' ὅσον ἐς βουβῶνας ἐπεμβὰς ὀλίγον πρὸ τῆς κυματωγῆς, ἐμοῦ ὁρῶντος μόνου·

57. εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλει, σὺ δὲ ἄλλον τρόπον ἀμείνω κατὰ τάχος ἐκφόρησον αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας μηδ' ὀβολὸν σαυτῷ ἀνείς, διαδιδοὺς ἅπασι τοῖς δεομένοις, ᾧ μὲν πέντε δραχμάς, ᾧ δὲ μνᾶν, ᾧ δὲ ἡμιτάλαντον· εἰ δέ τις φιλόσοφος εἴη, διμοιρίαν ἢ τριμοιρίαν φέρεσθαι δίκαιος· ἐμοὶ δὲ — καίτοι οὐχ ἐμαυτοῦ χάριν αἰτῶ, ἀλλ' ὅπως μεταδῶ τῶν ἑταίρων τοῖς δεομένοις — ἱκανὸν εἰ ταυτηνὶ τὴν πήραν ἐκπλήσας παράσχοις οὐδὲ ὅλους δύο μεδίμνους χωροῦσαν Αἰγινητικούς. Ὀλιγαρκῆ δὲ καὶ μέτριον χρὴ εἶναι τὸν φιλοσοφοῦντα καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν.

ΤΙΜ. Ἐπαινῶ ταῦτά σου, ὦ Θρασύκλεις· πρὸ γοῦν τῆς πήρας, εἰ δοκεῖ, φέρε σοι τὴν κεφαλὴν ἐμπλήσω κονδύλων ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ.

ΘΡΑΣ. Ὦ δημοκρατία καὶ νόμοι, παιόμεθα ὑπὸ τοῦ καταράτου ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει.

ΤΙΜ. Τί ἀγανακτεῖς, ὦγαθέ; μῶν παρακέκρουσμαί σε; καὶ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας.

58. Ἀλλὰ τί τοῦτο; πολλοὶ ξυνέρχονται· Βλεψίας ἐκεῖνος καὶ Λάχης καὶ Γνίφων καὶ ὅλως τὸ σύνταγμα τῶν οἰμωξομένων. Ὥστε τί οὐχ ἐπὶ τὴν πέτραν ταύτην ἀνελθὼν τὴν μὲν δίκελλαν ὀλίγον ἀναπαύω πάλαι πεπονηκυῖαν, αὐτὸς δὲ ὅτι πλείστους λίθους ξυμφορήσας ἐπιχαλαζῶ πόρρωθεν αὐτούς;

ΒΛΕΨ. Μὴ βάλλε, ὦ Τίμων· ἄπιμεν γάρ.

ΤΙΜ. Ἀλλ' οὐκ ἀναιμωτί γε ὑμεῖς οὐδὲ ἄνευ τραυμάτων.

quam quæ multitudem; qui divitiarum tuarum amore perculsi huc concurrerunt, auri et argenti et sumtuosarum cœnarum spe, experiundi gratia quid in te assentationibus suis possint, virum simplicem, et qui facultates tuas libenter aliis elargiaris. Nosti enim, opinor, mazam satis esse mihi, ut recte cœnem, cæpe autem et nasturtium jucundissimum mihi esse obsonium, aut, si quando mihi melius esse volo, salis paululum: potus mihi est ex Enneacruno fonte (Callirrhoe); pallium autem hoc qualibet purpura præstantius est. Nam aurum mihi quidem haud pretiosius videtur iis lapillis, quibus plena sunt litora. Sed huc tui unius gratia me contuli, ne te divitiæ, perniciosissima illa atque insidiosissima possessio, corrumpant, quæ multis sæpe gravissimas calamitates importarunt. Nam si mihi auscultabis, relictis omnibus totas in mare conjicies, quippe quas non desideret vir bonus et qui philosophiæ opes possit contemplari. Ne tamen, o bone, eas in altum mittas, sed inguinum tenus aquam ingressus, paulo infra litoris crepidinem projicito, me uno vidente.

57. Id vero si minus placet, meliore alia ratione tu illas, quantum potest, ædibus ejicito, neu tibi vel obolum relinquas, sed omnia egentibus distribuas, huic quinque drachmas, huic minam, huic semitalentum: si quis vero ex iis philosophus erit, duplam is aut triplam partem auferre debet: mihi autem (quanquam non mea causa peto, sed ut amicis, si qui forte egebunt, largiar) abunde erit, si hanc peram aureis offertam mihi reddas, quæ duos Ægineticos modios non prorsus capit: paucis enim esse contentum et mediocritatem sequi hominem philosophantem decet, neque supra peram suam sapere.

TIM. Istuc recte, o Thrasycles; sed ante peram, si videtur, ecce caput tibi implebo pugnis, auctarium hoc ligone addens.

THRAS. O democratia et leges, in libera civitate ab homine sceleratissimo percutimur.

TIM. Quid conquereris, bone Thrasycles? an quod te inter admetiendum circumveni? atqui auctarii etiam loco adjiciam chœnices quatuor.

58. Sed quid hoc? multi concurrunt simul, Blepsias videlicet, et Laches, et Gniphon, ac denique illorum legio hominum, quos ego miris modis mulcabo. Quid itaque causæ quin petram hanc conscendam, et aliqua requie ligonem meum reficiam, quem jam tantopere exercui? ipse autem, magna vi lapidum in unum collata, eos grandinis in morem e longinquo feriam?

BLEPS. Parce quæso mittere, Timon: abimus enim.

TIM. At ego certe sine cruore et vulneribus ne abeatis faxo.

VI.

ΑΛΚΥΩΝ Η ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΣ.

ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

1. ΧΑΙΡ. Τίς ἡ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, πόρρωθεν ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν καὶ τῆς ἄκρας ἐκείνης; ὡς ἡδεῖα ταῖς ἀκοαῖς. Τί ποτ' ἄρ' ἐστὶ τὸ φθεγ-

VI.

HALCYON, SEU DE TRANSFORMATIONE.

CHÆREPHON, SOCRATES.

1. CHÆR. Quæ ista vox nos pepulit, o Socrates, eminus a litoribus illoque promontorio? quam suavis auribus!

γόμενον ζῷον; ἄφωνα γὰρ δή τά γε καθ' ὕδατος διαιτώμενα.

ΣΩ. Θαλαττία τις, ὦ Χαιρεφῶν, ὄρνις ἀλκυὼν ὀνομαζομένη, πολύθρηνος καὶ πολύδακρυς, περὶ ἧς δὴ παλαιὸς ἀνθρώποις μεμύθευται λόγος· φασὶ γυναῖκά ποτε οὖσαν Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος θυγατέρα κουρίδιον ἄνδρα τὸν αὑτῆς τεθνεῶτα θρηνεῖν πόθῳ φιλίας, Κήϋκα τὸν Τραχίνιον τὸν Ἑωσφόρου τοῦ ἀστέρος, καλοῦ πατρὸς καλὸν υἱόν· εἶτα δὴ πτερωθεῖσαν διά τινα δαιμονίαν βούλησιν εἰς ὄρνιθος τρόπον περιπέτεσθαι τὰ πελάγη ζητοῦσαν ἐκεῖνον, ἐπειδὴ πλαζομένη γῆν περὶ πᾶσαν οὐχ οἵα τ' ἦν εὑρεῖν.

2. **ΧΑΙΡ.** Ἀλκυὼν τοῦτ' ἔστιν, ὃ σὺ φῄς; οὐ πώποτε πρόσθεν ἠκηκόειν τῆς φωνῆς, ἀλλά μοι ξένη τις τῷ ὄντι προσέπεσε· γοώδη γοῦν ὡς ἀληθῶς τὸν ἦχον ἀφίησι τὸ ζῷον. Πηλίκον δέ τι καὶ ἔστιν, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οὐ μέγα· μεγάλην μέντοι διὰ τὴν φιλανδρίαν εἴληφε παρὰ θεῶν τιμήν· ἐπὶ γὰρ τῇ τούτων νεοττείᾳ καὶ τὰς ἀλκυονίδας προσαγορευομένας ἡμέρας ὁ κόσμος ἄγει κατὰ χειμῶνα μέσον διαφερούσας ταῖς εὐδίαις, ὧν ἐστι καὶ ἡ τήμερον παντὸς μᾶλλον. Οὐχ ὁρᾷς ὡς αἴθρια μὲν τὰ ἄνωθεν, ἀκύμαντον δὲ καὶ γαλήνιον ἅπαν τὸ πέλαγος, ὅμοιον ὡς εἰπεῖν κατόπτρῳ;

ΧΑΙΡ. Λέγεις ὀρθῶς· φαίνεται γὰρ ἀλκυονὶς ἡ τήμερον ὑπάρχειν ἡμέρα, καὶ χθὲς δὲ τοιαύτη τις ἦν. Ἀλλὰ πρὸς θεῶν, πῶς ποτε χρὴ πεισθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκές ποτε ἐγένοντο ἢ ὄρνιθες ἐκ γυναικῶν; παντὸς γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον φαίνεται πᾶν τὸ τοιοῦτον.

3. **ΣΩ.** Ὦ φίλε Χαιρεφῶν, ἐοίκαμεν ἡμεῖς τῶν δυνατῶν τε καὶ ἀδυνάτων ἀμβλυωποί τινες εἶναι κριταὶ παντελῶς· δοκιμάζομεν γὰρ δὴ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην ἄγνωστον οὖσαν καὶ ἄπιστον καὶ ἀόρατον· πολλὰ οὖν φαίνεται ἡμῖν καὶ τῶν εὐπόρων ἄπορα καὶ τῶν ἐφικτῶν ἀνέφικτα, συχνὰ μὲν δι' ἀπειρίαν, συχνὰ δὲ καὶ διὰ νηπιότητα φρενῶν· τῷ ὄντι γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ γέρων, ἐπεί τοι μικρὸς πάνυ καὶ νεογιλὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα. Τί δ' ἄν, ὠγαθέ, οἱ ἀγνοοῦντες τὰς τῶν θεῶν καὶ δαιμονίων δυνάμεις ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν, πότερον δυνατὸν ἢ ἀδύνατόν τι τῶν τοιούτων; Ἑόρακας, Χαιρεφῶν, τρίτην ἡμέραν ὅσος ἦν ὁ χειμών; κἂν ἐνθυμηθέντι γάρ τῳ δέος ἐπέλθοι τὰς ἀστραπὰς ἐκείνας καὶ βροντὰς ἀνέμων τε ἐξαίσια μεγέθη· ὑπέλαβεν ἄν τις τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καὶ δὴ συμπεσεῖσθαι.

4. Μετὰ μικρὸν δὲ θαυμαστή τις κατάστασις εὐδίας ἐγένετο καὶ διέμεινεν αὕτη γε ἕως τοῦ νῦν· πότερον οὖν οἴει μεῖζόν τι καὶ ἐργωδέστερον εἶναι τοιαύτην αἰθρίαν ἐξ ἐκείνης τῆς ἀνυποστάτου λαίλαπος καὶ ταραχῆς μεταθεῖναι καὶ εἰς γαλήνην ἀναγαγεῖν τὸν ἅπαντα κόσμον, ἢ γυναικὸς εἶδος μεταπλασθὲν εἰς ὄρνιθός τινος ποιῆσαι; τὸ μὲν γὰρ τοιοῦτον καὶ τὰ παιδάρια τὰ παρ' ἡμῖν τὰ πλάττειν ἐπιστάμενα, πηλὸν ἢ κηρὸν ὅταν λάβῃ, ῥᾳδίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολλάκις ὄγκου μετασχηματίζει

Quodnam est tandem animal illud vocem edens? etenim muta sunt, quæ quidem in aqua degunt.

SOCR. Maritima quædam, o Chærephon, avis, Halcyon vocata, luctu lacrimisque abundans, de qua sane vetus hominibus est conficta fabula: ferunt illam, quum mulier esset quondam, Æoli Hellenis filii nata, maritum, qui virginem duxerat, suum fato functum luxisse desiderio consuetudinis, Ceycem Trachinium Lucifero stella prognatum, pulchri parentis filium pulchrum; deinde vero alis instructam divina voluntate in avis morem circumvolitare maria, quærentem illum, quandoquidem oberratis terris omnibus non poterat invenire.

2. CHÆR. Halcyon id est, quod tu dicis? nunquam ante audiveram ejus vocem, quæ mihi insolens revera accidit: flebilem ergo plane sonum emittit animal istud. Quali autem corporis est magnitudine, Socrates?

GAN. Nequaquam (hic manere velim), desidero enim jam patrem. Quodsi deduxeris me, polliceor tibi et alium ab eo hircum iri immolatum, pretium scilicet mei recepti: habemus autem trimum istum grandem, qui dux est gregi ad pastionem.

3. JUP. Quam apertus puer est et simplex, ipsumque illud plane, puer adhuc! At, Ganymedes, ista quidem omnia valere jube, atque obliviscere gregis et Idæ: tu quippe (etenim jam cœlestis es) multum hinc bene facies patri patriæque: pro caseo et lacte ambrosiam edes et nectar bibes; hoc quidem adeo reliquis nobis tu præbebis infusum: quodque maximum, non homo amplius, sed immortalis eris, sidusque tuum apparere faciam pulcherrimum; denique beatus eris.

ΓΑΝ. Ἢν δὲ παίζειν ἐπιθυμήσω, τίς συμπαίξεταί μοι; ἐν γὰρ τῇ Ἴδῃ πολλοὶ ἡλικιῶται ἦμεν.

ΖΕΥΣ. Ἕξεις κἀνταῦθα τὸν συμπαιξόμενόν σοι τουτονὶ τὸν Ἔρωτα καὶ ἀστραγάλους μάλα πολλούς. Θάρρει μόνον καὶ φαιδρὸς ἴσθι καὶ μηδὲν ἐπιπόθει τῶν κάτω.

4. ΓΑΝ. Τί δαὶ ὑμῖν χρήσιμος ἂν γενοίμην; ἢ ποιμαίνειν δεήσει κἀνταῦθα;

ΖΕΥΣ. Οὔκ, ἀλλ' οἰνοχοήσεις καὶ ἐπὶ τοῦ νέκταρος τετάξῃ καὶ ἐπιμελήσῃ τοῦ συμποσίου.

ΓΑΝ. Τοῦτο μὲν οὐ χαλεπόν· οἶδα γὰρ ὡς χρὴ ἐγχέαι τὸ γάλα καὶ ἀναδοῦναι τὸ κισσύβιον.

ΖΕΥΣ. Ἰδού, πάλιν οὗτος γάλακτος μνημονεύει καὶ ἀνθρώποις διακονήσεσθαι οἴεται· ταυτὶ δ' ὁ οὐρανός ἐστι, καὶ πίνομεν, ὥσπερ ἔφην, τὸ νέκταρ.

ΓΑΝ. Ἥδιον, ὦ Ζεῦ, τοῦ γάλακτος;

ΖΕΥΣ. Εἴσῃ μετ' ὀλίγον καὶ γευσάμενος οὐκέτι ποθήσεις τὸ γάλα.

ΓΑΝ. Κοιμήσομαι δὲ ποῦ τῆς νυκτός; ἢ μετὰ τοῦ ἡλικιώτου Ἔρωτος;

ΖΕΥΣ. Οὔκ, ἀλλὰ διὰ τοῦτό σε ἀνήρπασα, ὡς ἅμα καθεύδοιμεν.

ΓΑΝ. Μόνος γὰρ οὐκ ἂν δύναιο, ἀλλ' ἥδιόν σοι καθεύδειν μετ' ἐμοῦ;

ΖΕΥΣ. Ναί, μετά γε τοιούτου οἷος εἶ σύ, Γανύμηδες, οὕτω καλός.

5. ΓΑΝ. Τί γάρ σε πρὸς τὸν ὕπνον ὀνήσει τὸ κάλλος;

ΖΕΥΣ. Ἔχει τι θέλγητρον ἡδὺ καὶ μαλακώτερον ἐπάγει αὐτόν.

ΓΑΝ. Καὶ μὴν ὅ γε πατὴρ ἤχθετό μοι συγκαθεύδοντι καὶ διηγεῖτο ἕωθεν ὡς ἀφεῖλον αὐτοῦ τὸν ὕπνον στρεφόμενος καὶ λακτίζων καί τι φθεγγόμενος μεταξὺ ὁπότε καθεύδοιμι· ὥστε παρὰ τὴν μητέρα ἔπεμπέ με κοιμησόμενον τὰ πολλά. Ὥρα δή σοι, εἰ διὰ τοῦτο, ὡς φής, ἀνήρπασάς με, καταθεῖναι αὖθις ἐς τὴν γῆν, ἢ πράγματα ἕξεις ἀγρυπνῶν· ἐνοχλήσω γάρ σε συνεχῶς στρεφόμενος.

ΖΕΥΣ. Τοῦτ' αὐτό μοι τὸ ἥδιστον ποιήσεις, εἰ ἀγρυπνήσαιμι μετὰ σοῦ φιλῶν πολλάκις καὶ περιπτύσσων.

ΓΑΝ. Αὐτὸς ἂν εἰδείης· ἐγὼ δὲ κοιμήσομαι σοῦ καταφιλοῦντος.

ΖΕΥΣ. Εἰσόμεθα τότε ὃ πρακτέον. Νῦν δὲ ἄπαγε αὐτόν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ πιόντα τῆς ἀθανασίας ἄγε οἰνοχοήσοντα ἡμῖν διδάξας πρότερον ὡς χρὴ ὀρέγειν τὸν σκύφον.

GAN. Sed si ludere cupiam, quis mecum ludet? in Ida enim multi æquales eramus.

JUP. Habebis etiam hic, qui tecum ludet, Cupidinem istum, talosque bene multos : bono animo solum esto, et hilaris, nullumque te rerum terrestrium capiat desiderium.

4. GAN. Quo autem vobis utilis sim? hiccine etiam pastorem agere oportebit?

JUP. Minime; sed vinum temperabis, nectari præficieris, curamque geres convivii.

GAN. Id quidem haud arduum : etenim satis scio, quomodo deceat infundere lac, et scite porrigere cymbium.

JUP. Ecce iterum ille lactis reminiscitur, et hominibus se ministraturum putat: atqui cœlum hoc est, bibimusque, ut dixi, nectar.

GAN. Suaviusne, Jupiter, lacte?

JUP. Scies paullo post, et eo gustato porro non desiderabis lac.

GAN. Ubi autem cubitum ibo nocte? an cum æquali Cupidine?

JUP. Non : sed eapropter te subripui, ut una dormiamus.

GAN. Tu quippe solus non possis, sed jucundius tibi dormire mecum?

JUP. Utique cum tali quidem, qualis tu es, Ganymedes, tam pulcher.

5. GAN. Quid tandem ad somnum te juvabit forma?

JUP. Habet aliquod delinimentum suave, somnumque molliorem inducit.

GAN. At pater sane mihi succensebat una dormienti, atque enarrabat mane, quemadmodum ejus intervertissem somnum volutando, calcitrando, et voce, interea dum dormiebam, missa : quare ad matrem ablegabat me plerumque dormitum. Curandum enimvero tibi, si idcirco, ut ais, subripuisti me, ut deponas iterum in terram : ceteroquin negotium habebis vigilando : incommodabo enim tibi continuo corpus versans.

JUP. Hoc ipsum a te mihi suavissimum accidet, si vigilavero tecum : usque enim deosculabor te et amplexabor.

GAN. Tu videris : ego somnum capiam vel te dissuaviante.

JUP. Sciemus tum quid factu opus sit. Nunc autem abduc ipsum, Mercuri, et ubi hauserit immortalitatis potum, reduc vinum nobis ministraturum, postquam docueris prius, quomodo porrigere deceat scyphum.

5.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

1. ΗΡΑ. Ἐξ οὗ τὸ μειράκιον τοῦτο, ὦ Ζεῦ, τὸ Φρύγιον ἀπὸ τῆς Ἴδης ἁρπάσας δεῦρο ἀνήγαγες, ἔλαττόν μοι τὸν νοῦν προσέχεις.

ΖΕΥΣ. Καὶ τοῦτο γάρ, ὦ Ἥρα, ζηλοτυπεῖς ἤδη ἀφελὲς οὕτω καὶ ἀλυπότατον; ἐγὼ δὲ ᾤμην ταῖς γυναιξὶ μόναις χαλεπήν σε εἶναι, ὁπόσαι ἂν ὁμιλήσωσί μοι.

2. ΗΡΑ. Οὐδ' ἐκεῖνα μὲν εὖ ποιεῖς οὐδὲ πρέποντα σεαυτῷ, ὃς ἁπάντων θεῶν δεσπότης ὢν ἀπολιπὼν ἐμὲ τὴν νόμῳ γαμετὴν ἐπὶ τὴν γῆν κάτει μοιχεύσων χρυσίον ἢ σάτυρος ἢ ταῦρος γενόμενος. Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖναι μέν σοι κἂν ἐν γῇ μένουσι, τὸ δὲ Ἰδαῖον τουτὶ παιδίον ἁρπάσας ἀνέπτης, ὦ γενναιότατε θεῶν, καὶ συνοικεῖ ἡμῖν ἐπὶ κεφαλήν μοι ἐπαχθέν, οἰνοχοοῦν δὴ τῷ λόγῳ. Οὕτως ἠπόρεις οἰνοχόων, καὶ ἀπηγορεύκασιν ἄρα ἥ τε Ἥβη καὶ ὁ Ἥφαιστος διακονούμενοι; σὺ δὲ καὶ τὴν κύλικα οὐκ ἂν ἄλλως λάβοις παρ' αὐτοῦ ἢ φιλήσας πρότερον αὐτὸν ἁπάντων ὁρώντων, καὶ τὸ φίλημά σοι ἥδιον τοῦ νέκταρος, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ διψῶν πολλάκις αἰτεῖς πιεῖν· ὁτὲ δὲ καὶ ἀπογευσάμενος μόνον ἔδωκας ἐκείνῳ, καὶ πιόντος ἀπολαβὼν τὴν κύλικα ὅσον ὑπόλοιπον ἐν αὐτῇ πίνεις, ὅθεν καὶ ὁ παῖς ἔπιε καὶ ἔνθα προσήρμοσε τὰ χείλη, ἵνα καὶ πίνῃς ἅμα καὶ φιλῇς· πρῴην δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ ἁπάντων πατὴρ ἀποθέμενος τὴν αἰγίδα καὶ τὸν κεραυνὸν ἐκάθησο ἀστραγαλίζων μετ' αὐτοῦ ὁ πώγωνα τηλικοῦτον καθειμένος. Ἅπαντα οὖν ὁρῶ ταῦτα, ὥστε μὴ οἴου λανθάνειν.

3. ΖΕΥΣ. Καὶ τί δεινόν, ὦ Ἥρα, μειράκιον οὕτω καλὸν μεταξὺ πίνοντα καταφιλεῖν καὶ ἥδεσθαι ἀμφοῖν καὶ τῷ φιλήματι καὶ τῷ νέκταρι; ἢν γοῦν ἐπιτρέψω αὐτῷ κἂν ἅπαξ φιλῆσαί σε, οὐκέτι μέμψῃ μοι προτιμότερον τοῦ νέκταρος οἰομένῳ τὸ φίλημα εἶναι.

ΗΡΑ. Παιδεραστῶν οὗτοι λόγοι. Ἐγὼ δὲ μὴ οὕτω μανείην, ὡς τὰ χείλη προσενεγκεῖν τῷ μαλθακῷ τούτῳ Φρυγὶ οὕτως ἐκτεθηλυμένῳ.

ΖΕΥΣ. Μή μοι λοιδοροῦ, ὦ γενναιοτάτη, τοῖς παιδικοῖς· οὑτοσὶ γὰρ ὁ θηλυδρίας, ὁ βάρβαρος, ὁ μαλθακός, ἡδίων καὶ ποθεινότερος — οὐ βούλομαι δὲ εἰπεῖν, μή σε παροξύνω ἐπὶ πλέον.

4. ΗΡΑ. Εἴθε καὶ γαμήσειας αὐτὸν ἐμοῦ γε ἕνεκα· μέμνησο γοῦν οἷά μοι διὰ τὸν οἰνοχόον τοῦτον ἐμπαροινεῖς.

ΖΕΥΣ. Οὐκ, ἀλλὰ τὸν Ἥφαιστον ἔδει τὸν σὸν υἱὸν οἰνοχοεῖν ἡμῖν χωλεύοντα, ἐκ τῆς καμίνου ἥκοντα, ἔτι τῶν σπινθήρων ἀνάπλεων, ἄρτι τὴν πυράγραν ἀποτεθειμένον, καὶ ἀπ' ἐκείνων αὐτοῦ τῶν δακτύλων λαμβάνειν ἡμᾶς τὴν κύλικα καὶ ἐπισπασαμένους γε φιλῆσαι μεταξύ, ὃν οὐδ' ἂν ἡ μήτηρ σὺ ἡδέως φιλήσειας ὑπὸ τῆς ἀσβόλου κατηθαλωμένον τὸ πρόσωπον. Ἡδίω ταῦτα· οὐ γάρ; καὶ παρὰ πολὺ ὁ οἰνοχόος ἐκεῖνος ἐμπρέπει τῷ συμποσίῳ τῶν θεῶν, ὁ Γανυμήδης δὲ καταπεμπτέος

5.

JUNONIS ET JOVIS.

1. JUNO. Ex quo adolescentulum illum, Jupiter, Phrygium ab Ida raptum huc subduxisti, minus me curas.

JUP. Illumne etiam, o Juno, æmularis, tam simplicem et nulli plane molestum? equidem opinabar in mulieres solas difficilem esse te, quæcumque consueverint mecum.

2. JUN. Ne ista quidem recte facis, nec digna tua persona, qui omnium deorum quum dominus sis, relicta me legitima uxore, in terram descendis mœchaturus, in aurum vel satyrum taurumve mutatus. Attamen illæ tibi saltem in terra manent: verum Idæum istum puerum rapuisti et huc evolasti, generosissime deorum: et nobiscum nunc habitat supra caput mihi inductus, verbo quidem pincerna. Tantane tibi erat pincernarum penuria? defecerunt scilicet delassati Hebe et Vulcanus ministrando: et tu sane calicem non aliter accipere soles ab eo, quam osculo prius dato in omnium conspectu: ac suavium hoc tibi suavius est nectare: ideo ne sitiens quidem sæpe poscis bibere: interdum etiam degustato solum poculo, præbere soles ipsi: quumque biberit receptum calicem, quantum in eo reliquum est, educis, unde et ipse bibit quaque parte applicuit labia, ut et bibas simul et osculeris. Nuper adeo rex et omnium pater, positis ægide ac fulmine, sedebas talis cum eo ludens, qui tantam barbam promittis. Ista video equidem cuncta, ut nihil sit cur putes te latere.

3. JUP. Et quid tantum in eo criminis est, Juno, si adolescentulum ea forma inter bibendum perbasiem, et delecter ambobus, et osculo et nectare? imo si permisero ipsi vel semel osculari te, jam non amplius vitio mihi vertes, quod anteferendum nectari arbitrer suavium.

JUN. Hi sunt eorum, qui pueros sectantur, sermones: at mihi ne contigerit usque eo insanire, ut admoveam labia molli huic Phrygi tamque effeminato.

JUP. Ne tu conviciis incesse, optima, meos amores: hicce enim muliebris, hic barbarus, hicce mollis; suavior et amabilior est — sed tempero verbis, ne te magis irritem.

4. JUN. Utinam et uxorem illum ducas mea quidem gratia! memento tamen, quam indigna propter istum pincernam in me admittas.

JUP. Non hunc scilicet, at Vulcanum potius oportebat tuum filium vina nobis ministrare claudicantem, a fornace venientem, stricturis adhuc opertum, forcipe jam modo deposito; ab istisque ipsis nos digitis accipere calicem, et eum amplexu attractum osculari interea, cui ne tu quidem mater libenter osculum feras, fuligine nigra infecto faciem. Hæc jucundiora; nonne? multumque interest, ut hic a poculis minister magis deceat symposium deorum: Ganymedes autem demittendus iterum in Idam: mundus est enim,

αὖθις ἐς τὴν Ἴδην· καθάριος γὰρ καὶ ῥοδοδάκτυλος καὶ ἐπισταμένως ὀρέγει τὸ ἔκπωμα, καὶ ὅ σε λυπεῖ μάλιστα, καὶ φιλεῖ ἥδιον τοῦ νέκταρος.

5. ΗΡΑ. Νῦν καὶ χωλὸς, ὦ Ζεῦ, ὁ Ἥφαιστος καὶ οἱ δάκτυλοι αὐτοῦ ἀνάξιοι τῆς σῆς κύλικος καὶ ἀσβόλου μεστός ἐστι, καὶ ναυτιᾷς ὁρῶν αὐτὸν, ἐξ ὅτου τὸν καλὸν κομήτην τοῦτον ἡ Ἴδη ἀνέθρεψε· πάλαι δὲ οὐχ ἑώρας ταῦτα, οὐδ' οἱ σπινθῆρες οὐδὲ ἡ κάμινος ἀπέτρεπόν σε μὴ οὐχὶ πίνειν παρ' αὐτοῦ.

ΖΕΥΣ. Λυπεῖς, ὦ Ἥρα, σεαυτὴν, οὐδὲν ἄλλο, κἀμοὶ ἐπιτείνεις τὸν ἔρωτα ζηλοτυποῦσα· εἰ δὲ ἄχθῃ παρὰ παιδὸς ὡραίου δεχομένη τὸ ἔκπωμα, σοὶ μὲν ὁ υἱὸς οἰνοχοείτω, σὺ δὲ, ὦ Γανύμηδες, ἐμοὶ μόνῳ ἀναδίδου τὴν κύλικα καὶ ἐφ' ἑκάστῃ δὶς φίλει με καὶ ὅτε πλήρη ὀρέγοις κᾆτα αὖθις ὁπότε παρ' ἐμοῦ ἀπολαμβάνοις. Τί τοῦτο; δακρύεις; μὴ δέδιθι· οἰμώξεται γὰρ, ἤν τίς σε λυπεῖν ἐθέλῃ.

et roseo digitorum nitore, et scite porrigit poculum, quodque te maxime urit, osculatur nectare suavius.

5. JUN. Nunc et claudus, o Jupiter, est Vulcanus, et digiti ejus indigni qui tuum calicem contingant, et fuliginis plenus, illoque tu conspecto nauseas, ex quo tempore pulchrum comatulum istum Ida enutrivit: dudum ista non videbas, nec scintillæ neque caminus avertebant te, quin biberes ab eo.

JUP. Angis, Juno, temet ipsam, nihil aliud, meumque amorem intendis æmulando. Quodsi graveris a puero formoso accipere poculum, tibi filius vinum ministret: at tu, Ganymedes, soli mihi præbe calicem, et ad singulos bis suaviare me, et quum plenum porrigis, et iterum deinde, quum a me recipis. Quid hoc? lacrimare? ne time: plorabit enim si quis tibi molestiam afferre voluerit.

6.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

1. ΗΡΑ. Τὸν Ἰξίονα τοῦτον, ὦ Ζεῦ, ποῖόν τινα τὸν τρόπον ἡγῇ;

ΖΕΥΣ. Ἄνθρωπον εἶναι χρηστὸν, ὦ Ἥρα, καὶ συμποτικόν· οὐ γὰρ ἂν συνῆν ἡμῖν ἀνάξιος τοῦ συμποσίου ὤν.

ΗΡΑ. Ἀλλ' ἀνάξιός ἐστιν, ὑβριστής γε ὤν· ὥστε μηκέτι συνέστω.

ΖΕΥΣ. Τί δαὶ ὕβρισε; χρὴ γὰρ, οἶμαι, κἀμὲ εἰδέναι.

ΗΡΑ. Τί δ' ἄλλο; — καίτοι αἰσχύνομαι εἰπεῖν αὐτό· τοιοῦτόν ἐστιν ὃ ἐτόλμησε.

ΖΕΥΣ. Καὶ μὴν διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον εἴποις ἂν, ὅσῳ καὶ αἰσχροῖς ἐπεχείρησε. Μῶν οὖν ἐπείρα τινά; συνίημι γὰρ ὁποῖόν τι τὸ αἰσχρὸν, ὅπερ ἂν σὺ ὀκνήσειας εἰπεῖν.

1. ΗΡΑ. Αὐτὴν ἐμὲ, οὐκ ἄλλην τινὰ, ὦ Ζεῦ, πολὺν ἤδη χρόνον. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἠγνόουν τὸ πρᾶγμα, διότι ἀτενὲς ἀφεώρα ἐς ἐμέ· ὁ δὲ καὶ ἔστενε καὶ ὑπεδάκρυε, καὶ εἴ ποτε πιοῦσα παραδοίην τῷ Γανυμήδει τὸ ἔκπωμα, ὁ δὲ ᾔτει ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ πιεῖν καὶ λαβὼν ἐφίλει μεταξὺ καὶ πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς προσῆγε καὶ αὖθις ἀφεώρα ἐς ἐμέ· ταῦτα δὲ ἤδη συνίειν ἐρωτικὰ ὄντα. Καὶ ἐπὶ πολὺ μὲν ᾐδούμην λέγειν πρὸς σὲ καὶ ᾤμην παύσεσθαι τῆς μανίας τὸν ἄνθρωπον· ἐπεὶ δὲ καὶ λόγους ἐτόλμησέ μοι προσενεγκεῖν, ἐγὼ μὲν ἀφεῖσα αὐτὸν ἔτι δακρύοντα καὶ προκυλινδούμενον, ἐπιφραξαμένη τὰ ὦτα, ὡς μηδὲ ἀκούσαιμι αὐτοῦ ὑβριστικὰ ἱκετεύοντος, ἀπῆλθον σοὶ φράσουσα· σὺ δὲ αὐτὸς ὅρα ὅπως μέτει τὸν ἄνδρα.

3. ΖΕΥΣ. Εὖ γε ὁ κατάρατος ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν καὶ μέχρι τῶν Ἥρας γάμων; τοσοῦτον ἐμεθύσθη τοῦ νέκταρος; ἀλλ' ἡμεῖς τούτων αἴτιοι καὶ πέρα τοῦ μετρίου

6.

JUNONIS ET JOVIS.

1. JUNO. Ixionem istum, o Jupiter, qualem moribus esse putas?

JUP. Commodum hominem, Juno, atque ad hilaritatem convivii factum: non enim nobiscum versaretur, si quidem indignus esset symposio.

JUN. Indignus vero; quippe injuriæ gravis auctor: quare nobiscum amplius ne sit.

JUP. Quam tandem injuriam fecit? oportet enim, ut arbitror, me quoque certiorem fieri.

JUN. Quid autem aliud? — at pudor impedit ne dicam; tale facinus est ausus.

JUP. Et eam quidem ob rem magis etiam dixeris, quod turpia fuerit conatus. An igitur aliquam tentavit? etenim intelligo, cujusmodi sit flagitiosum illud, quod eloqui refugias.

2. JUN. Imo me ipsam, non aliam quandam, Jupiter, jam dudum. Primum equidem ignorabam rem, cur intentis oculis aspiceret in me: hic autem et gemebat, et sublacrimabatur: si quando, ut biberam, traderem Ganymedi poculum, tum hic poscebat in eodem bibere; acceptumque poculum osculabatur interea, oculis admovebat, atque iterum intuebatur in me. Illa jam intelligebam amatoria esse; et diu quidem me pudebat hæc apud te dicere, putabamque cessaturum hominem ab insania: at postquam blandis sermonibus ausus est me sollicitare, ego destituens illum adhuc in lacrimis et pedibus advolutum, obturatis auribus, ne audirem contumeliosa suppliciter petentem, abii tibi indicatura: tu autem vide quomodo virum ulciscaris.

3. JUP. Siccine infandus ille in memet ipsum, et ad Junonis usque concubitus? adeone inebriatus fuit nectare? verum nosmet eorum causa sumus, et ultra modum aman-

φιλάνθρωποι, οἵ γε καὶ συμπότας αὐτοὺς ἐποιησάμεθα. Συγγνωστοὶ οὖν, εἰ πιόντες ὅμοια ἡμῖν καὶ ἰδόντες οὐράνια κάλλη καὶ οἷα οὔ ποτε εἶδον ἐπὶ γῆς, ἐπεθύμησαν ἀπολαῦσαι αὐτῶν ἔρωτι ἁλόντες· ὁ δ' ἔρως βίαιόν τί ἐστι καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἄρχει, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐνίοτε.

ΗΡΑ. Σοῦ μὲν καὶ πάνυ οὗτός γε δεσπότης ἐστὶ καὶ ἄγει σε καὶ φέρει τῆς ῥινός, φασὶν, ἕλκων, καὶ ἕπῃ αὐτῷ ἔνθα ἂν ἡγῆταί σοι, καὶ ἀλλάττῃ ῥᾳδίως ἐς ὅ τι ἂν κελεύσῃ, καὶ ὅλως κτῆμα καὶ παιδιὰ τοῦ ἔρωτος σύ γε· καὶ νῦν τῷ Ἰξίονι οἶδα καθότι συγγνώμην ἀπονέμεις ἅτε καὶ αὐτὸς μοιχεύσας ποτὲ αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, ἥ σοι τὸν Πειρίθουν ἔτεκεν.

4. ΖΕΥΣ. Ἔτι γὰρ σὺ μέμνησαι ἐκείνων, εἴ τι ἐγὼ ἔπαιξα ἐς γῆν κατελθών; ἀτὰρ οἶσθα ὅ μοι δοκεῖ περὶ τοῦ Ἰξίονος; κολάζειν μὲν μηδαμῶς αὐτὸν μηδὲ ἀπωθεῖν τοῦ συμποσίου· σκαιὸν γάρ· ἐπεὶ δὲ ἐρᾷ καὶ ὡς φῂς δακρύει καὶ ἀφόρητα πάσχει —

ΗΡΑ. Τί, ὦ Ζεῦ; δέδια γὰρ μή τι ὑβριστικὸν καὶ σὺ εἴπῃς.

ΖΕΥΣ. Οὐδαμῶς· ἀλλ' εἴδωλον ἐκ νεφέλης πλασάμενοι αὐτῇ σοι ὅμοιον, ἐπειδὰν λυθῇ τὸ συμπόσιον κἀκεῖνος ἀγρυπνῇ, ὡς τὸ εἰκὸς, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, παρακατακλίνωμεν αὐτῷ φέροντες· οὕτω γὰρ ἂν παύσαιτο ἀνιώμενος οἰηθεὶς τετυχηκέναι τῆς ἐπιθυμίας.

ΗΡΑ. Ἄπαγε, μὴ ὥρασιν ἵκοιτο τῶν ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμῶν.

ΖΕΥΣ. Ὅμως ὑπόμεινον, ὦ Ἥρα. Ἢ τί γὰρ ἂν καὶ πάθοις δεινὸν ἀπὸ τοῦ πλάσματος, εἰ νεφέλῃ ὁ Ἰξίων συνέσται;

5. ΗΡΑ. Ἀλλὰ ἡ νεφέλη ἐγὼ εἶναι δόξω, καὶ τὸ αἰσχρὸν ἐπ' ἐμὲ ποιήσει διὰ τὴν ὁμοιότητα.

ΖΕΥΣ. Οὐδὲν τοῦτο φῄς· οὔτε γὰρ ἡ νεφέλη ποτὲ Ἥρα γένοιτ' ἂν οὔτε σὺ νεφέλη· ὁ δ' Ἰξίων μόνον ἐξαπατηθήσεται.

ΗΡΑ. Ἀλλ' οἱ πάντες ἄνθρωποι ἀπειρόκαλοί εἰσιν· αὐχήσει κατελθὼν ἴσως καὶ διηγήσεται ἅπασι λέγων συγγεγενῆσθαι τῇ Ἥρᾳ καὶ σύλλεκτρος εἶναι τῷ Διί, καί που τάχ' ἂν ἐρᾶν με φήσειεν αὐτοῦ, οἱ δὲ πιστεύσουσιν οὐκ εἰδότες ὡς νεφέλῃ συνῆν.

ΖΕΥΣ. Οὐκοῦν, ἥν τι τοιοῦτον εἴπῃ, ἐς τὸν ᾅδην ἐμπεσὼν τροχῷ ἄθλιος προσδεθεὶς συμπεριενεχθήσεται μετ' αὐτοῦ ἀεὶ καὶ πόνον ἄπαυστον ἕξει δίκην διδοὺς οὐ τοῦ ἔρωτος — οὐ γὰρ δεινὸν τοῦτό γε — ἀλλὰ τῆς μεγαλαυχίας.

tes hominum, qui convivas etiam eos adsciverimus. Ignoscendum igitur ipsis, si hausto pari atque nos potu, visisque cœlestibus formis, quales nunquam spectarunt in terra, desiderarunt frui illis amore capti : amor autem violentum quidquam est, neque hominibus solum imperat, sed et nobismet ipsis aliquando.

JUN. In te quidem valde dominium hicce exercet, teque agit ac fert, naso, ut aiunt, trahens : et tu sequeris ipsum, quocumque ducat, mutarisque facile in quamcumque jusserit formam : atque omnino possessio ludusque amoris es profecto : etiam nunc Ixioni scio cur veniam tribuas, quippe qui ejus uxorem ipse aliquando adulteraris, quæ tibi Pirithoum peperit.

4. JUP. Tune etiamnum recordaris eorum, si quid ego lusi in terram descendens? at scin' quid mihi de Ixione videatur? punire quidem nequaquam ipsum, neque extrudere symposio; inurbanum enim : quandoquidem vero amat, et, ut ais, plorat, et intolerabilia suffert —

JUN. Quid porro, Jupiter? nam metuo ne quid flagitiosum tu quoque dicas.

JUP. Neutiquam : sed simulacrum ex nebula ubi finxerimus ipsi tibi simile, postquam solutum fuerit convivium illeque vigilat, ut credi par est, præ amore, acclinemus juxta ipsum : sic enim sedatus fuerit ejus dolor, si putarit se, quod concupierat, adeptum esse.

JUN. Apage : pessime pereat, ut qui rem supra suam sortem affectet.

JUP. Sustine tamen, o Juno : quid enim ad te mali redundabit ab isto figmento, si cum nebula fuerit Ixion congressus?

5. JUN. At nebula ista ego esse videbor, et turpe illud in me patrabit ob similitudinem.

JUP. Nihil dicis : neque enim nebula unquam Juno fiat, nec tu nebula : Ixion tantum decipietur.

JUN. At, quales cuncti homines decori rudes sunt, gloriabitur fortasse, ubi in terram venerit, et narrabit omnibus se Junonem iniisse, in eodem, quo Jovem, lecto cubuisse : quin porro non abhorret, ut me dicat amare se : atque credent homines, ignari scilicet cum nebula ipsum fuisse.

JUP. Ergo, si quid ejusmodi dixerit, in orcum detrusus, rotæque miser alligatus circumagetur cum ea semper, laboremque perpetuum habebit pœnas dans, non amoris (nam hoc quidem grave non est), sed jactantiæ.

7.

ΗΦΑΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

1. ΗΦ. Ἑόρακας, ὦ Ἄπολλον, τὸ τῆς Μαίας βρέφος τὸ ἄρτι τεχθέν; ὡς καλόν τέ ἐστι καὶ προσμειδιᾷ πᾶσι καὶ δηλοῖ ἤδη μέγα τι ἀγαθὸν ἀποβησόμενον.

7.

VULCANI ET APOLLINIS.

1. VULC. Vidistin', Apollo, Maiæ filiolum modo editum? quam pulcher est; arridetque omnibus, et jam patefacit aliquid, quod magni boni spem faciat.

ΑΠ. Ἐκεῖνο τὸ βρέφος, ὦ Ἥφαιστε, ἦ μέγα ἀγαθὸν, ὃ τοῦ Ἰαπετοῦ πρεσβύτερόν ἐστιν ὅσον ἐπὶ τῇ πανουργίᾳ;

ΗΦ. Καὶ τί ἂν ἀδικῆσαι δύναιτο ἀρτίτοκον ὄν;

ΑΠ. Ἐρώτα τὸν Ποσειδῶνα, οὗ τὴν τρίαιναν ἔκλεψεν, ἢ τὸν Ἄρη· καὶ τούτου γὰρ ἐξείλκυσε λαθὼν ἐκ τοῦ κολεοῦ τὸ ξίφος, ἵνα μὴ ἐμαυτὸν λέγω, ὃν ἀφώπλισε τοῦ τόξου καὶ τῶν βελῶν.

2. ΗΦ. Τὸ νεογνὸν ταυτα, ὃ μόλις ἕστηκε, τὸ ἐν τοῖς σπαργάνοις;

ΑΠ. Εἴσῃ, ὦ Ἥφαιστε, ἤν σοι προσέλθῃ μόνον.

ΗΦ. Καὶ μὴν προσῆλθεν ἤδη.

ΑΠ. Τί οὖν; πάντα ἔχεις τὰ ἐργαλεῖα καὶ οὐδὲν ἀπόλωλεν αὐτῶν;

ΗΦ. Πάντα, ὦ Ἄπολλον.

ΑΠ. Ὅμως ἐπίσκεψαι ἀκριβῶς.

ΗΦ. Νὴ Δία, τὴν πυράγραν οὐχ ὁρῶ.

ΑΠ. Ἀλλ' ὄψει που ἐν τοῖς σπαργάνοις αὐτὴν τοῦ βρέφους.

ΗΦ. Οὕτως ὀξύχειρ ἐστὶ καθάπερ ἐν τῇ γαστρὶ ἐκμελετήσας τὴν κλεπτικήν;

3. ΑΠ. Οὐ γὰρ ἤκουσας αὐτοῦ καὶ λαλοῦντος ἤδη στωμύλα καὶ ἐπίτροχα· ὁ δὲ καὶ διακονεῖσθαι ἡμῖν ἐθέλει. Χθὲς δὲ προκαλεσάμενος τὸν Ἔρωτα κατεπάλαισεν εὐθὺς οὐκ οἶδ' ὅπως ὑφελὼν τὼ πόδε· εἶτα μεταξὺ ἐπαινούμενος τῆς Ἀφροδίτης μὲν τὸν κεστὸν ἔκλεψε προσπτυξαμένης αὐτὸν ἐπὶ τῇ νίκῃ, τοῦ Διὸς δὲ γελῶντος ἔτι, τὸ σκῆπτρον· εἰ δὲ μὴ βαρύτερος ὁ κεραυνὸς ἦν καὶ πολὺ τὸ πῦρ εἶχε, κἀκεῖνον ἂν ὑφείλετο.

ΗΦ. Γοργόν τινα τὸν παῖδα φῄς.

ΑΠ. Οὐ μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ μουσικόν.

ΗΦ. Τῷ τοῦτο τεκμαίρεσθαι ἔχεις;

4. ΑΠ. Χελώνην που νεκρὰν εὑρὼν ὄργανον ἀπ' αὐτῆς συνεπήξατο· πήχεις γὰρ ἐναρμόσας καὶ ζυγώσας, ἔπειτα κολλάβους ἐμπήξας καὶ μαγάδα ὑποθεὶς καὶ ἐντεινάμενος ἑπτὰ χορδὰς ἐμελῴδει πάνυ γλαφυρὸν, ὦ Ἥφαιστε, καὶ ἐναρμόνιον, ὡς κἀμὲ αὐτῷ φθονεῖν πάλαι κιθαρίζειν ἀσκοῦντα. Ἔλεγε δὲ ἡ Μαῖα ὡς μηδὲ μένοι τὰς νύκτας ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλ' ὑπὸ περιεργίας ἄχρι τοῦ ᾅδου κατίοι, κλέψων τι κἀκεῖθεν δηλαδή. Ὑπόπτερος δ' ἐστὶ καὶ ῥάβδον τινὰ πεποίηται θαυμασίαν τὴν δύναμιν, ᾗ ψυχαγωγεῖ καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς.

ΗΦ. Ἐγὼ ἐκείνην ἔδωκα αὐτῷ παίγνιον εἶναι.

ΑΠ. Τοιγαροῦν ἀπέδωκέ σοι τὸν μισθὸν, τὴν πυράγραν —

ΗΦ. Εὖ γε ὑπέμνησας· ὥστε βαδιοῦμαι ἀποληψόμενος αὐτὴν, εἴ που ὡς φῂς εὑρεθείη ἐν τοῖς σπαργάνοις.

AP. Illumne infantem, Vulcane, esse insigne bonum, qui Iapeto sit senior, quantum ad astutiam?

VULC. Ecquid male facere possit recens natus?

AP. Roga Neptunum, cujus tridentem furatus est, aut Martem; illius enim eduxit clam vagina gladium : ne me ipsum dicam, quem exarmavit arcu et sagittis.

2. VULC. Hæc iste recens natus, qui vix pedibus stat, etiamnum in fasciis?

AP. Experiere, Vulcane, mox atque ad te accesserit.

VULC. Atqui jam accessit.

AP. Quid ergo? cunctane habes instrumenta, nullumque eorum tibi periit?

VULC. Cuncta, Apollo.

AP. Tamen inspice diligenter.

VULC. Ita me Jupiter amet, forcipem non video.

AP. At videbis eum alicubi in cunabulis infantis.

VULC. Tamne acutis est manibus, ac si in utero meditatus fuerit artem furandi!

3. AP. Non tu illum audivisti jam loquentem argutula quædam et volubilia : quin et ministrare nobis vult. Heri vero provocatum Cupidinem luctando dejecit statim nescio quomodo subducens pedes : tum interea dum laudabatur, Veneris cestum surripuit, illum amplexæ ob victoriam; Jovis autem ridentis sceptrum, et, nisi gravius esset fulmen, multumque ignem haberet, illud quoque surripuisset.

VULC. Agilem quendam et alacrem puerum narras.

AP. Non hoc tantum, sed et jam musicum.

VULC. Id quo indicio colligere potes?

4. AP. Testudinem alicubi mortuam quum invenisset, instrumentum ex ea musicum compegit : manubriis enim adaptatis, jugo addito, tum claviculis infixis, et asserculo supposito, fidesque intendens septem, canit valde tenerum quiddam, o Vulcane, et concinnum, ut egomet ipsi invideam, qui dudum arte pulsandæ citharæ exerceor. Præterea dicebat Maia, illum ne noctu quidem manere in cœlo, sed curiositatis ergo usque ad inferos descendere, nempe furaturum aliquid inde etiam : alis autem est instructus : et virgam quandam sibi confecit mirabili virtute præditam, qua animas ducit, deducitque mortuos.

VULC. Hanc ipsi donavi, ludicrum ut esset.

AP. Proinde reddidit tibi mercedem, forcipem —

VULC. Recte sane admonuisti : quare ibo ad eum recuperandum, sicubi, ut ais, reperiatur in fasciis.

8.

ΗΦΑΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

ΗΦ. Τί με, ὦ Ζεῦ, χρὴ ποιεῖν; ἥκω γάρ, ὡς ἐκέλευσας, ἔχων τὸν πέλεκυν ὀξύτατον, εἰ καὶ λίθον δέοι μιᾷ πληγῇ διακόψαι.

ΖΕΥΣ. Εὖ γε, ὦ Ἥφαιστε· ἀλλὰ δίελέ μου τὴν κεφαλὴν ἐς δύο κατενεγκών.

ΗΦ. Πειρᾷ μου, εἰ μέμηνα; πρόσταττε δ' οὖν τἀληθὲς ὅπερ ἐθέλεις σοι γενέσθαι.

ΖΕΥΣ. Τοῦτο αὐτό, διαιρεθῆναί μοι τὸ κρανίον· εἰ δὲ ἀπειθήσεις, οὐ νῦν πρῶτον ὀργιζομένου πειράσῃ. Ἀλλὰ χρὴ καθικνεῖσθαι παντὶ τῷ θυμῷ, μηδὲ μέλλειν· ἀπόλλυμαι γὰρ ὑπὸ ὠδίνων, αἵ μοι τὸν ἐγκέφαλον ἀναστρέφουσιν.

ΗΦ. Ὅρα, ὦ Ζεῦ, μὴ κακόν τι ποιήσωμεν· ὀξὺς γὰρ ὁ πέλεκύς ἐστι καὶ οὐκ ἀναιμωτὶ οὐδὲ κατὰ τὴν Εἰλείθυιαν μαιώσεταί σε.

ΖΕΥΣ. Κατένεγκε μόνον, ὦ Ἥφαιστε, θαρρῶν· οἶδα ἐγὼ τὸ συμφέρον.

ΗΦ. Ἄκων μέν, κατοίσω δέ· τί γὰρ χρὴ ποιεῖν σοῦ κελεύοντος; Τί τοῦτο; κόρη ἔνοπλος; Μέγα, ὦ Ζεῦ, κακὸν εἶχες ἐν τῇ κεφαλῇ· εἰκότως γοῦν ὀξύθυμος ἦσθα τηλικαύτην ὑπὸ τῇ μήνιγγι παρθένον ζῳογονῶν καὶ ταῦτα ἔνοπλον· ἦ που στρατόπεδον, οὐ κεφαλὴν ἐλελήθεις ἔχων. Ἡ δὲ πηδᾷ καὶ πυρριχίζει καὶ τὴν ἀσπίδα τινάσσει καὶ τὸ δόρυ πάλλει καὶ ἐνθουσιᾷ, καὶ τὸ μέγιστον, καλὴ πάνυ καὶ ἀκμαία γεγένηται ἤδη ἐν βραχεῖ· γλαυκῶπις μέν, ἀλλὰ κοσμεῖ καὶ τοῦτο ἡ κόρυς. Ὥστε, ὦ Ζεῦ, μαίωτρά μοι ἀπόδος ἐγγυήσας ἤδη αὐτήν.

ΖΕΥΣ. Ἀδύνατα αἰτεῖς, ὦ Ἥφαιστε· παρθένος γὰρ ἀεὶ ἐθελήσει μένειν. Ἐγὼ δ' οὖν τό γε ἐπ' ἐμοὶ οὐδὲν ἀντιλέγω.

ΗΦ. Τοῦτ' ἐβουλόμην· ἐμοὶ μελήσει τὰ λοιπά, καὶ ἤδη συναρπάσω αὐτήν.

ΖΕΥΣ. Εἴ σοι ῥᾴδιον, οὕτω ποίει· πλὴν οἶδα ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς.

8.

VULCANI ET JOVIS.

VULC. Quid me, Jupiter, oportet facere? venio enim, ut jussisti, securim habens acutissimam, etiam si lapidem opus sit uno ictu dissecare.

JUP. Recte sane, o Vulcane. At tu divide meum caput in duas partes dejecta securi.

VULC. Tentasne me an insaniam? Quin impera vere quod vis tibi fieri.

JUP. Divide mihi calvariam: quod si morem non gesseris, non nunc primum iratum experiere me. Sed vide ut ferias omni animi contentione, neu cuncteris: pereo enim præ doloribus, qui meum cerebrum convellunt.

VULC. Vide, Jupiter, ne mali quid faciamus: acuta enim securis est, et non sine sanguine, neque ad Lucinæ morem, tibi obstetricabitur.

JUP. Incute modo, Vulcane, audacter: ego enim novi quid conducat.

VULC. Invitus quidem, sed tamen feriam: quid enim aliquis faciat, te jubente? Quid hoc? puella armata? Magnum, o Jupiter, malum habuisti in capite: merito igitur iracundus eras, qui tantam sub cerebri membrana virginem vivam nutrires, idque armatam: profecto castra, non caput clam nobis habuisti. Hæc vero saltat, inque armis tripudiat, clypeum concutit, et hastam vibrat, ac furore concitatur: quodque maximum est, formosa admodum ac matura jam exstitit brevi: cæsia quidem, sed ornat hoc etiam ipsum galea. Quare, o Jupiter, obstetriciam mercedem redde illa virgine mihi desponsa.

JUP. Quæ fieri nequeant petis, Vulcane: perpetuo enim virgo manere vult. Attamen, quantum in me est, nihil obloquor.

VULC. Hoc volebam: reliqua mihi curæ erunt: jamque ipsam corripiam.

JUP. Si tibi hoc facile, ita fac: novi tamen, quæ fieri non possint, te appetere.

9.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

1. ΠΟΣ. Ἔστιν, ὦ Ἑρμῆ, νῦν ἐντυχεῖν τῷ Διί;

ΕΡΜ. Οὐδαμῶς, ὦ Πόσειδον.

ΠΟΣ. Ὅμως προσάγγειλον αὐτῷ.

ΕΡΜ. Μὴ ἐνόχλει, φημί· ἄκαιρον γάρ ἐστιν, ὥστε οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν ἐν τῷ παρόντι.

ΠΟΣ. Μῶν τῇ Ἥρᾳ σύνεστιν;

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλ' ἑτεροῖόν τί ἐστι.

ΠΟΣ. Συνίημι· ὁ Γανυμήδης ἔνδον.

ΕΡΜ. Οὐδὲ τοῦτο· ἀλλὰ μαλακῶς ἔχει αὐτός.

ΠΟΣ. Πόθεν, ὦ Ἑρμῆ; δεινὸν γὰρ τοῦτο φῄς.

ΕΡΜ. Αἰσχύνομαι εἰπεῖν, τοιοῦτόν ἐστιν.

9.

NEPTUNI ET MERCURII.

1. NEPT. Estne, Mercuri, nunc convenire Jovem?

MERC. Nequaquam, Neptune.

NEPT. Attamen adesse me renuncia ipsi.

MERC. Ne molestus sis, inquam: non opportunum enim, atque adeo visere non licet eum in præsentia.

NEPT. Num Junoni dat operam?

MERC. Minime: sed longe aliud quiddam est.

NEPT. Intelligo: Ganymedes intus.

MERC. Neque hoc: at ipse sane non optime valet.

NEPT. Unde vero, Mercuri? nam mirificum hoc est quod narras.

MERC. Pudet eloqui, tale est.

ΠΟΣ. Ἀλλ' οὐ χρὴ πρὸς ἐμὲ θεῖόν γε ὄντα.

ΕΡΜ. Τέτοκεν ἀρτίως, ὦ Πόσειδον.

ΠΟΣ. Ἄπαγε, τέτοκεν ἐκεῖνος; ἐκ τίνος; οὐκοῦν ἐλελήθει ἡμᾶς ἀνδρόγυνος ὤν; ἀλλ' οὐδὲ ἐπεσήμανεν ἡ γαστὴρ αὐτῷ ὄγκον τινά.

ΕΡΜ. Εὖ λέγεις· οὐ γὰρ ἐκείνη εἶχε τὸ ἔμβρυον.

ΠΟΣ. Οἶδα· ἐκ τῆς κεφαλῆς ἔτεκεν αὖθις ὥσπερ τὴν Ἀθηνᾶν· τοκάδα γὰρ τὴν κεφαλὴν ἔχει.

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλ' ἐν τῷ μηρῷ ἐκύει τὸ ἐκ τῆς Σεμέλης βρέφος.

ΠΟΣ. Εὖ γε ὁ γενναῖος, ὡς ὅλος ἡμῖν κυοφορεῖ καὶ πανταχόθι τοῦ σώματος. Ἀλλὰ τίς ἡ Σεμέλη ἐστί;

2. ΕΡΜ. Θηβαία, τῶν Κάδμου θυγατέρων μία. Ταύτῃ συνελθὼν ἐγκύμονα ἐποίησεν.

ΠΟΣ. Εἶτα ἔτεκεν, ὦ Ἑρμῆ, ἀντ' ἐκείνης;

ΕΡΜ. Καὶ μάλα, εἰ καὶ παράδοξον εἶναί σοι δοκεῖ· τὴν μὲν γὰρ Σεμέλην ὑπελθοῦσα ἡ Ἥρα — οἶσθα δὲ ὡς ζηλότυπός ἐστι — πείθει αἰτῆσαι παρὰ τοῦ Διὸς μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν ἥκειν παρ' αὐτήν· ὡς δὲ ἐπείσθη καὶ ἧκεν ἔχων καὶ τὸν κεραυνόν, ἀνεφλέγη ὁ ὄροφος, καὶ ἡ Σεμέλη μὲν διαφθείρεται ὑπὸ τοῦ πυρός, ἐμὲ δὲ κελεύει ἀνατεμόντα τὴν γαστέρα τῆς γυναικὸς ἀνακομίσαι ἀτελὲς ἔτι αὐτῷ τὸ ἔμβρυον ἑπταμηνιαῖον· καὶ ἐπειδὴ ἐποίησα, διελὼν τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν ἐντίθησιν, ὡς ἀποτελεσθείη ἐνταῦθα, καὶ νῦν τρίτῳ ἤδη μηνὶ ἐξέτεκεν αὐτὸ καὶ μαλακῶς ἀπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει.

ΠΟΣ. Νῦν οὖν ποῦ τὸ βρέφος ἐστίν;

ΕΡΜ. Ἐς τὴν Νῦσαν ἀποκομίσας παρέδωκα ταῖς Νύμφαις ἀνατρέφειν Διόνυσον ἐπονομασθέντα.

ΠΟΣ. Οὐκοῦν ἀμφότερα τοῦ Διονύσου τούτου καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ ὁ ἀδελφός ἐστιν;

ΕΡΜ. Ἔοικεν. Ἄπειμι δ' οὖν ὕδωρ αὐτῷ πρὸς τὸ τραῦμα οἴσων καὶ τἄλλα ποιήσων ἃ νομίζεται ὥσπερ λεχοῖ.

10.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.

1. ΕΡΜ. Ὦ Ἥλιε, μὴ ἐλάσῃς τήμερον, ὁ Ζεύς φησι, μηδὲ αὔριον μηδὲ ἐς τρίτην ἡμέραν, ἀλλ' ἔνδον μένε, καὶ τὸ μεταξὺ μία τις ἔστω νὺξ μακρά· ὥστε λυέτωσαν μὲν αἱ Ὧραι αὖθις τοὺς ἵππους, σὺ δὲ σβέσον τὸ πῦρ καὶ ἀνάπαυε διὰ μακροῦ σεαυτόν.

ΗΛ. Καινὰ ταῦτα, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ἀλλόκοτα ἥκεις παραγγέλλων. Ἀλλὰ μὴ παραβαίνειν τι ἔδοξα ἐν τῷ δρόμῳ καὶ ἔξω ἐλάσαι τῶν ὅρων, κᾆτά μοι ἄχθεται καὶ τὴν νύκτα τριπλασίαν τῆς ἡμέρας ποιῆσαι διέγνωκεν;

ΕΡΜ. Οὐδὲν τοιοῦτον, οὐδὲ ἐς ἀεὶ τοῦτο ἔσται· δεῖται δέ τι νῦν αὐτὸς ἐπιμηκεστέραν γενέσθαι οἱ τὴν νύκτα.

ΗΛ. Ποῦ δὲ καὶ ἔστιν ἢ πόθεν ἐξεπέμφθης ἀγγελῶν ταῦτά μοι;

NEPT. At non decet apud me quippe patruum.

MERC. Peperit jam modo, Neptune.

NEPT. Apage : illene peperit? ex quo? ergo nobis necopinantibus fuit ambiguo sexu? sed nec indicium fecit ejus uterus tumoris ullius.

MERC. Recte ais : neque enim ille habebat fœtum.

NEPT. Teneo : ex capite peperit iterum, ut Minervam : puerperum enim habet caput.

MERC. Neutiquam : sed in femore ferebat ex Semele infantem.

NEPT. Euge : ut bonus ille totus nobis uterum gestat, et in omni parte corporis. At quænam est Semele?

2. MERC. Thebana, Cadmi filiarum una : illam congressus gravidam fecit.

NEPT. Tum peperit, Mercuri, ejus vice?

MERC. Ita plane, tametsi fidem mereri res tibi non videatur : Semelen enim dolis aggressa Juno (nosti gravem ejus æmulationem) inducit ad petendum a Jove cum tonitrubus ac fulminibus ut veniat ad se : quum morigeratus accessit fulmen habens, succensum est tectum, ipsaque Semele perit ab igne : tum me jubet, exsecto utero mulieris, deferre nondum maturum ad se fœtum septimestrem : postquam feci, perscisso femori suo indit, ut maturaretur ibi. Nunc tertio jam mense partum edidit, atque imbecillius ex laboribus habet.

NEPT. Ubinam nunc infans est?

MERC. In Nysam ablatum tradidi Nymphis educandum, imposito Dionysi nomine.

NEPT. Ergo utrumque Dionysi istius et mater et pater est frater meus?

MERC. Ita quidem videtur. At abeo, aquam ipsi ad vulnus laturus, ceteraque curaturus, quæ solent, tanquam puerperæ.

10.

MERCURII ET SOLIS.

1. MERC. Sol, ne currum egeris hodie, Jupiter ait, nec cras, neque perendie; sed intus mane : idque temporis intervallum una esto nox longa. Quare solvunto Horæ iterum equos : tu restingue ignem, teque recrea quiete post longum tempus.

SOL. Insolita hæc, o Mercuri, atque inusitata nuncians ades : sed numquid de via aberrare visus sum in cursu, et extra limites equos agere, idque mihi succenset, et propterea noctem triplo majorem die facere constituit?

MERC. Nihil quidem tale; neque semper illud erit : sed ita nunc ipsi usus est, ut noctem sibi fieri productiorem velit.

SOL. Ille autem ubi est, aut unde missus tu, ut hæc mihi nunciares?

ΕΡΜ. Ἐκ Βοιωτίας, ὦ Ἥλιε, παρὰ τῆς Ἀμφιτρύωνος γυναικὸς, ᾗ σύνεστιν ἐρῶν αὐτῆς.

ΗΛ. Εἶτα οὐχ ἱκανὴ νὺξ μία;

ΕΡΜ. Οὐδαμῶς· τεχθῆναι γάρ τινα δεῖ ἐκ τῆς ὁμιλίας ταύτης μέγαν καὶ πολύαθλον θεόν· τοῦτον οὖν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀποτελεσθῆναι ἀδύνατον.

2. ΗΛ. Ἀλλὰ τελεσιουργείτω μὲν ἀγαθῇ τύχῃ. Ταῦτα δ' οὖν, ὦ Ἑρμῆ, οὐκ ἐγίγνετο ἐπὶ τοῦ Κρόνου — αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμέν — οὐδ' ἀπόκοιτός ποτε ἐκεῖνος παρὰ τῆς Ῥέας ἦν οὐδὲ ἀπολιπὼν ἂν τὸν οὐρανὸν ἐν Θήβαις ἐκοιμᾶτο, ἀλλ' ἡμέρα μὲν ἡμέρα, νὺξ δὲ κατὰ μέτρον τὸ αὐτῆς ἀνάλογον ταῖς ὥραις, ξένον δὲ ἢ παρηλλαγμένον οὐδὲν, οὐδ' ἂν ἐκοινώνησέ ποτε ἐκεῖνος θνητῇ γυναικί· νῦν δὲ δυστήνου γυναίου ἕνεκα χρὴ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα καὶ ἀκαμπεστέρους μὲν γενέσθαι τοὺς ἵππους ὑπὸ τῆς ἀργίας, δύσπορον δὲ τὴν ὁδὸν ἀτριβῆ μένουσαν τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν, τοὺς δ' ἀνθρώπους ἀθλίως ἐν σκοτεινῷ διαβιοῦν. Τοιαῦτα ἀπολαύσονται τῶν Διὸς ἐρώτων καὶ καθεδοῦνται περιμένοντες, ἔστ' ἂν ἐκεῖνος ἀποτελέσῃ τὸν ἀθλητὴν, ὃν λέγεις, ὑπὸ μακρῷ τῷ ζόφῳ.

ΕΡΜ. Σιώπα, ὦ Ἥλιε, μή τι κακὸν ἀπολαύσῃς τῶν λόγων. Ἐγὼ δὲ παρὰ τὴν Σελήνην ἀπελθὼν καὶ τὸν Ὕπνον ὑπαγγελῶ κἀκείνοις ἅπερ ὁ Ζεὺς ἐπέστειλε, τὴν μὲν σχολῇ προβαίνειν, τὸν δὲ Ὕπνον μὴ ἀνιέναι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἀγνοήσωσι μακρὰν οὕτω τὴν νύκτα γεγενημένην.

11.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΣΕΛΗΝΗΣ.

1. ΑΦΡ. Τί ταῦτα, ὦ Σελήνη, φασὶ ποιεῖν σε; ὁπόταν κατὰ τὴν Καρίαν γένῃ, ἱστάναι μέν σε τὸ ζεῦγος ἀφορῶσαν ἐς τὸν Ἐνδυμίωνα καθεύδοντα ὑπαίθριον ἅτε κυνηγέτην ὄντα, ἐνίοτε δὲ καὶ καταβαίνειν παρ' αὐτὸν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ;

ΣΕΛ. Ἐρώτα, ὦ Ἀφροδίτη, τὸν σὸν υἱὸν, ὅς μοι τούτων αἴτιος.

ΑΦΡ. Ἔα· ἐκεῖνος ὑβριστής ἐστιν· ἐμὲ γοῦν αὐτὴν τὴν μητέρα οἷα δέδρακεν, ἄρτι μὲν ἐς τὴν Ἴδην κατάγων Ἀγχίσου ἕνεκα τοῦ Ἰλιέως, ἄρτι δὲ ἐς τὸν Λίβανον ἐπὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον, ὃ καὶ τῇ Φερσεφάττῃ ἐπέραστον ποιήσας ἐξ ἡμισείας ἀφείλετό με τὸν ἐρώμενον· ὥστε πολλάκις ἠπείλησα, εἰ μὴ παύσεται τοιαῦτα ποιῶν, κλάσειν μὲν αὐτοῦ τὰ τόξα καὶ τὴν φαρέτραν, περιαιρήσειν δὲ καὶ τὰ πτερά· ἤδη δὲ καὶ πληγὰς αὐτῷ ἐνέτεινα ἐς τὰς πυγὰς τῷ σανδάλῳ· ὁ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως τὸ παραυτίκα δεδιὼς καὶ ἱκετεύων μετ' ὀλίγον ἐπιλέλησται ἁπάντων.

2. Ἀτὰρ εἰπέ μοι, καλὸς ὁ Ἐνδυμίων ἐστίν; εὐπαραμύθητον γὰρ οὕτω τὸ δεινόν.

ΣΕΛ. Ἐμοὶ μὲν καὶ πάνυ καλὸς, ὦ Ἀφροδίτη, δο-

MERC. Ex Bœotia, Sol, ab Amphitryonis uxore, cum qua una est, amans illam.

SOL. Tum porro non satis est una nox?

MERC. Neutiquam : creari enim aliquem oportet ex illo congressu magnum et multis certaminibus insignem deum : is talis ut una nocte absolvatur, fieri non potest.

2. SOL. Quin ergo, quod bene vortat, illud consummato. At hæc certe, Mercuri, non fiebant ætate Saturni (sumus autem soli sine arbitris), neque secubabat ille unquam a Rhea, nec relicto cœlo Thebis in lectum ibat : sed dies erat dies, et nox itidem pro mensura sua exacta ad anni tempestates; insolens vero, aut præter ordinem mutatum nihil; nec unquam ille rem habuisset cum mortali femina. Nunc contra miseræ mulieris gratia cuncta sunt sursum deorsum vertenda; minus agiles fiunt equi quiescendo; via difficilior, non terenda quippe per continuos tres dies; homines interea misere in caligine degent. Hos scilicet fructus capient ex Jovis amoribus, sedebuntque exspectantes usque dum ille perficiat athletam, quem dicis, inter longas istas tenebras.

MERC. Tace, Sol, ne infortunium tibi afferant isti sermones. Ego vero ad Lunam properans et Somnum, renunciabo iis etiam, quæ Jupiter mandavit; illa quidem ut lente progrediatur, Somnus autem ne remittat homines, ignoraturos nempe tam longam exstitisse noctem.

11.

VENERIS ET LUNÆ.

1. VEN. Quid ista, Luna, dicunt facere te? quum adversus Cariam veneris, sistere te bigas, et despectare in Endymionem dormientem sub divo, quippe venatorem; aliquando etiam descendere ad ipsum ex media via?

LUN. Sciscitare, Venus, ex filio tuo, qui mihi horum causa.

VEN. Hem : ille insolenter injuriosus est : en, in me matrem qualia designavit, nunc in Idam deducens Anchisæ Iliensis gratia; alias in Libanum, ad Assyrium illum adolescentulum, quem quum et Proserpinæ amabilem fecit, ex dimidia parte mihi subripuit meos amores. Atque adeo sæpe comminata fui, nisi desistat talia facere, me confracturam esse ejus arcus et pharetram, imo etiam circumcisuram alas; quin jam plagas ipsi intentavi in nates sandalio : is autem nescio quo pacto, in præsentia quidem timefactus et supplex, post paullo oblitus est omnium.

2. At dic mihi, pulcherne Endymion est? malum enim hoc maxime solatio mitigetur.

LUN. Mihi quidem sane pulcher, o Venus, videtur; tum

κεῖ, καὶ μάλιστα ὅταν ὑποβαλόμενος ἐπὶ τῆς πέτρας τὴν χλαμύδα καθεύδῃ τῇ λαιᾷ μὲν ἔχων τὰ ἀκόντια ἤδη ἐκ τῆς χειρὸς ὑπορρέοντα, ἡ δεξιὰ δὲ περὶ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸ ἄνω ἐπικεκλασμένη ἐπιπρέπῃ τῷ προσώπῳ περικειμένη, ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ ὕπνου λελυμένος ἀναπνέῃ τὸ ἀμβρόσιον ἐκεῖνο ἆσθμα. Τότε τοίνυν ἐγὼ ἀψοφητὶ κατιοῦσα ἐπ' ἄκρων τῶν δακτύλων βεβηκυῖα, ὡς ἂν μὴ ἀνεγρόμενος ἐκταραχθείη — οἶσθα· τί οὖν ἄν σοι λέγοιμι τὰ μετὰ ταῦτα; πλὴν ἀπόλλυμαί γε ὑπὸ τοῦ ἔρωτος.

que maxime, quando subjecta super rupem chlamyde dormit, sinistra tenens jacula ex manu jam defluentia; dextra vero circa caput sursum reflexa admodum decet faciem ambiens, atque ipse somno solutus efflatum reciprocat ambrosium illum halitum. Tunc igitur ego sine ullo strepitu delapsa, summisque pedum digitis innixa, ne expergefactus subito conturbetur — rem nosti : quid ergo tibi porro dicam quæ consequuntur? hoc tantum, dispereo amore.

12.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΕΡΩΤΟΣ.

1. ΑΦΡ. Ὦ τέκνον Ἔρως, ὅρα οἷα ποιεῖς· οὐ τὰ ἐν τῇ γῇ λέγω, ὁπόσα τοὺς ἀνθρώπους ἀναπείθεις καθ' αὑτῶν ἢ κατ' ἀλλήλων ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ, ὃς τὸν μὲν Δία πολύμορφον ἐπιδεικνύεις ἀλλάττων ἐς ὅ τι ἄν σοι ἐπὶ τοῦ καιροῦ δοκῇ, τὴν Σελήνην δὲ καθαιρεῖς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, τὸν Ἥλιον δὲ παρὰ τῇ Κλυμένῃ βραδύνειν ἐνίοτε ἀναγκάζεις ἐπιλελησμένον τῆς ἱππασίας· ἃ μὲν γὰρ ἐς ἐμὲ τὴν μητέρα ὑβρίζεις, θαρρῶν ποιεῖς. Ἀλλὰ σύ, ὦ τολμηρότατε, καὶ τὴν Ῥέαν αὐτὴν γραῦν ἤδη καὶ μητέρα τοσούτων θεῶν οὖσαν ἀνέπεισας παιδεραστεῖν καὶ τὸ Φρύγιον μειράκιον ποθεῖν, καὶ νῦν ἐκείνη μέμηνεν ὑπὸ σοῦ καὶ ζευξαμένη τοὺς λέοντας, παραλαβοῦσα καὶ τοὺς Κορύβαντας ἅτε μανικοὺς καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἄνω καὶ κάτω τὴν Ἴδην περιπολοῦσιν, ἡ μὲν ὀλολύζουσα ἐπὶ τῷ Ἄττῃ, οἱ Κορύβαντες δὲ ὁ μὲν αὐτῶν τέμνεται ξίφει τὸν πῆχυν, ὁ δὲ ἀνεὶς τὴν κόμην ἵεται μεμηνὼς διὰ τῶν ὀρῶν, ὁ δὲ αὐλεῖ τῷ κέρατι, ὁ δὲ ἐπιβομβεῖ τῷ τυμπάνῳ ἢ ἐπικτυπεῖ τῷ κυμβάλῳ, καὶ ὅλως θόρυβος καὶ μανία τὰ ἐν τῇ Ἴδῃ ἅπαντά ἐστι. Δέδια τοίνυν ἡ τὸ τοιοῦτον κακὸν ἐγὼ τεκοῦσα μὴ ἀπομανεῖσά ποτε ἡ Ῥέα ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι ἐν αὑτῇ οὖσα κελεύσῃ τοὺς Κορύβαντας συλλαβόντας σε διασπάσασθαι ἢ τοῖς λέουσι παραβαλεῖν.

2. ΕΡΩΣ. Θάρρει, μῆτερ, ἐπεὶ καὶ τοῖς λέουσιν αὐτοῖς ἤδη ξυνήθης εἰμί, καὶ πολλάκις ἐπαναβὰς ἐπὶ τὰ νῶτα καὶ τῆς κόμης λαβόμενος ἡνιοχῶ αὐτούς, οἱ δὲ σαίνουσί με καὶ τὴν χεῖρα δεχόμενοι ἐς τὸ στόμα περιλιχμησάμενοι ἀποδιδόασί μοι· αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ῥέα πότε ἂν ἐκείνη σχολὴν ἀγάγοι ἐπ' ἐμὲ ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ; Καίτοι τί ἐγὼ ἀδικῶ δεικνὺς τὰ καλὰ οἷά ἐστιν; ὑμεῖς δὲ μὴ ἐφίεσθε τῶν καλῶν· μὴ τοίνυν ἐμὲ αἰτιᾶσθε τούτων. Ἦ θέλεις σύ, ὦ μῆτερ, αὐτὴ μηκέτι ἐρᾶν μήτε σὲ τοῦ Ἄρεως μήτε ἐκεῖνον σοῦ;

ΑΦΡ. Ὡς δεινὸς εἶ καὶ κρατεῖς ἁπάντων· ἀλλὰ μεμνήσῃ μού ποτε τῶν λόγων.

12.

VENERIS ET CUPIDINIS.

1. VEN. O fili Cupido, vide qualia facis : non ea, quæ in terra contingunt, dico, quæcumque homines inducis ut in se quisque aut alii in alios admittant; sed etiam quæ in cœlis : qui Jovem quidem multas in formas conversum identidem exhibes, eum mutans in quodcumque tibi commodum videtur, Lunam deducis ex cœlo, Solem apud Clymenen commorari nonnunquam cogis oblitum cursus ordiendi : nam quæ in me genitricem committis, confidenter quasi jure tuo facis. Sed tu, audacissime, Rheam etiam ipsam jam vetulam et matrem tot deorum impulisti, ut puerum amet Phrygiumque adolescentulum appetat. Nunc illa furit opera tua; junctisque leonibus et assumtis in comitatum Corybantibus, qui scilicet fanatici sint et ipsi, sursum deorsum Idam circumvagantur, hæc ululatus edens ob Attin, Corybantes autem, hic conscindit sibi ense cubitum, ille effusa coma fertur furiatus per montes, alius tibiam inflat adunco cornu, alius bombum excitat pulso tympano, aut increpat cymbalo : et in summa, tumultus furorisque in Ida omnia sunt plena. Metuo igitur, quæ te tam magnum malum pepererim, ne quando plane in furorem acta Rhea, vel dixero potius mentis suæ compos, jubeat Corybantas comprehensum te discerpere, aut leonibus objicere.

2. CUP. Bono esto animo, mater, quandoquidem et leonibus ipsis jam familiaris sum, et sæpe conscensis eorum tergis, prehensaque juba tanquam habenis eos rego; illi autem adulantur mihi et manum acceptam in os delambentes, restituunt : de ipsa vero Rhea, quando tandem illa otium agat, adversum me ut quicquam conetur, tota in Attide occupata? At porro quid ego delinquo, si ostendam pulchra qualia sunt? vosmet autem ipsæ ne teneamini desiderio pulchrorum; proinde me ne insimuletis. An hoccine vis, mater, ut non amplius ames neque ipsa Martem, nec ille te?

VEN. Quam mirificus es et superior omnibus : sed erit quum recordabere dicta mea.

13.

ΔΙΟΣ, ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

1. ΖΕΥΣ. Παύσασθε, ὦ Ἀσκληπιὲ καὶ Ἡράκλεις, ἐρίζοντες πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ ἄνθρωποι· ἀπρεπῆ γὰρ ταῦτα καὶ ἀλλότρια τοῦ συμποσίου τῶν θεῶν.

ΗΡΑΚ. Ἀλλὰ ἐθέλεις, ὦ Ζεῦ, τουτονὶ τὸν φαρμακέα προκατακλίνεσθαί μου;

ΑΣΚ. Νὴ Δία· καὶ ἀμείνων γάρ εἰμι.

ΗΡΑΚ. Κατὰ τί, ὦ ἐμβρόντητε; ἢ διότι σε ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσεν ἃ μὴ θέμις ποιοῦντα, νῦν δὲ κατ' ἔλεον αὖθις ἀθανασίας μετείληφας;

ΑΣΚ. Ἐπιλέλησαι γὰρ καὶ σύ, ὦ Ἡράκλεις, ἐν τῇ Οἴτῃ καταφλεγείς, ὅτι μοι ὀνειδίζεις τὸ πῦρ;

ΗΡΑΚ. Οὔκουν ἴσα καὶ ὅμοια βεβίωται ἡμῖν, ὃς Διὸς μὲν υἱός εἰμι, τοσαῦτα δὲ πεπόνηκα ἐκκαθαίρων τὸν βίον, θηρία καταγωνιζόμενος καὶ ἀνθρώπους ὑβριστὰς τιμωρούμενος· σὺ δὲ ῥιζοτόμος εἶ καὶ ἀγύρτης, νοσοῦσι μὲν ἴσως ἀνθρώποις χρήσιμος ἐπιθήσειν τῶν φαρμάκων, ἀνδρῶδες δὲ οὐδὲν ἐπιδεδειγμένος.

2. ΑΣΚ. Εὖ λέγεις, ὅτι σου τὰ ἐγκαύματα ἰασάμην, ὅτε πρῴην ἀνῆλθες ἡμίφλεκτος ὑπ' ἀμφοῖν διεφθαρμένος τὸ σῶμα, καὶ τοῦ χιτῶνος καὶ μετὰ τοῦτο τοῦ πυρός· ἐγὼ δὲ εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, οὔτε ἐδούλευσα ὥσπερ σὺ οὔτε ἔξαινον ἔρια ἐν Λυδίᾳ πορφυρίδα ἐνδεδυκὼς καὶ παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ, ἀλλ' οὐδὲ μελαγχολήσας ἀπέκτεινα τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα.

ΗΡΑΚ. Εἰ μὴ παύσῃ λοιδορούμενός μοι, αὐτίκα μάλα εἴσῃ ὡς οὐ πολύ σε ὀνήσει ἡ ἀθανασία, ἐπεὶ ἀράμενός σε ῥίψω ἐπὶ κεφαλὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε μηδὲ τὸν Παιῶνα ἰάσασθαί σε τὸ κρανίον συντριβέντα.

ΖΕΥΣ. Παύσασθε, φημί, καὶ μὴ ἐπιταράττετε ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν, ἢ ἀμφοτέρους ἀποπέμψομαι ὑμᾶς τοῦ ξυμποσίου. Καίτοι εὔγνωμον, ὦ Ἡράκλεις, προκατακλίνεσθαί σου τὸν Ἀσκληπιὸν ἅτε καὶ πρότερον ἀποθανόντα.

13.

JOVIS, ÆSCULAPII ET HERCULIS.

1. JUP. Cessate, Æsculapi et Hercules, rixantes inter vos quasi homines : indecora enim hæc et aliena convivio deorum.

HERC. Et tu velis, o Jupiter, istum veneficum supra me accumbere?

ÆSC. Sic sane decet : etenim melior sum.

HERC. Quo in genere, attonite? ideone, quod te Jupiter fulmine percussit, quæ fas non erat facientem, nunc autem per misericordiam iterum immortalitatem participasti?

ÆSC. Oblitusne es, Hercules, in Œta te quoque conflagrasse, qui mihi exprobres ignem?

HERC. Nequaquam pari similique ratione vita nobis est exacta, ut qui Jovis sum filius, tantosque labores suscepi expurgando hominum ætatem, feris debellandis, et in homines injuriosos animadvertendo : tu vero præsectas herbarum radices colligis, et circulator es, ægrotis ut maxime hominibus utilis ad imponenda medicamenta, qui virile tamen nihil præstiteris.

2. ÆSC. Recte narras : nam inusta tibi flammæ vestigia sanavi, quando nuper huc ascendisti semiustus, ab utrisque corrupto corpore, tum tunica, tum deinde igne. Ego vero si nihil aliud, neque servivi, quemadmodum tu, neque carminavi lanam in Lydia purpuream vestem indutus, ictusque ab Omphale aureo sandalio : sed neque atra bile percitus interfeci liberos et uxorem.

HERC. Nisi desieris conviciari mihi, confestim scies, quam tibi non multum profutura sit immortalitas : etenim sublatum te projiciam præcipitem in caput e cœlo, ut ne Pæan quidem ipse mederi tibi possit, cranio contrito.

JUP. Finem, inquam, altercandi facite, et non conturbate nobis consuetudinis jucunditatem : sin, ambos ego ablegabo vos foras a convivio. Enimvero æquum est, Hercules, priorem decumbere Æsculapium, ut qui prior etiam obierit.

14.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

1. ΕΡΜ. Τί σκυθρωπός, ὦ Ἄπολλον;

ΑΠ. Ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, δυστυχῶ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς.

ΕΡΜ. Ἄξιον μὲν λύπης τὸ τοιοῦτο· σὺ δὲ τί δυστυχεῖς; ἢ τὸ κατὰ τὴν Δάφνην σε λυπεῖ ἔτι;

ΑΠ. Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἐρώμενον πενθῶ τὸν Λάκωνα τὸν Οἰβάλου.

ΕΡΜ. Τέθνηκε γάρ, εἰπέ μοι, ὁ Ὑάκινθος;

ΑΠ. Καὶ μάλα.

ΕΡΜ. Πρὸς τίνος, ὦ Ἄπολλον; ἢ τίς οὕτως ἀνέραστος ἦν ὡς ἀποκτεῖναι τὸ καλὸν ἐκεῖνο μειράκιον;

14.

MERCURII ET APOLLINIS.

1. MERC. Quid contracto vultu es, Apollo?

AP. Quia enim, Mercuri, parum ex sententia mihi procedunt res amatoriæ.

MERC. Dignum certe mœrore tale negotium : tu vero qua parte infortunatus est? num casus Daphnes te pungit adhuc?

AP. Nequaquam; sed delicias lugeo Laconem illum Œbali filium.

MERC. Interiitne, dic, quæso, mihi, Hyacinthus?

AP. Maxime.

MERC. A quo, Apollo? et quis adeo amoris expers erat, ut occiderit formosum illum juvenem?

ΑΠ. Αὐτοῦ ἐμοῦ τὸ ἔργον.

ΕΡΜ. Οὐκοῦν ἐμάνης, ὦ Ἄπολλον;

ΑΠ. Οὔκ, ἀλλὰ δυστύχημά τι ἀκούσιον ἐγένετο.

ΕΡΜ. Πῶς; ἐθέλω γὰρ ἀκοῦσαι τὸν τρόπον.

2. ΑΠ. Δισκεύειν ἐμάνθανε κἀγὼ συνεδίσκευον αὐτῷ, ὁ δὲ κάκιστα ἀνέμων ἀπολούμενος ὁ Ζέφυρος ἤρα μὲν ἐκ πολλοῦ καὶ αὐτός, ἀμελούμενος δὲ καὶ μὴ φέρων τὴν ὑπεροψίαν, ἐγὼ μὲν ἀνέρριψα, ὥσπερ εἰώθειμεν, τὸν δίσκον ἐς τὸ ἄνω, ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου καταπνεύσας ἐπὶ κεφαλὴν τῷ παιδὶ ἐνέσεισε φέρων αὐτόν, ὥστε ἀπὸ τῆς πληγῆς αἷμά τε ῥυῆναι πολὺ καὶ τὸν παῖδα εὐθέως ἀποθανεῖν. Ἀλλ' ἐγὼ τὸν μὲν Ζέφυρον αὐτίκα ἠμυνάμην κατατοξεύσας, φεύγοντι ἐπισπόμενος ἄχρι τοῦ ὄρους, τῷ παιδὶ δὲ καὶ τὸν τάφον μὲν ἐχωσάμην ἐν Ἀμύκλαις, ὅπου ὁ δίσκος αὐτὸν κατέβαλε, καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἄνθος ἀναδοῦναι τὴν γῆν ἐποίησα ἥδιστον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ εὐανθέστατον ἀνθέων ἁπάντων, ἔτι καὶ γράμματα ἔχον ἐπαιάζοντα τῷ νεκρῷ. Ἆρά σοι ἀλόγως λελυπῆσθαι δοκῶ;

ΕΡΜ. Ναί, ὦ Ἄπολλον· ᾔδεις γὰρ θνητὸν πεποιημένος τὸν ἐρώμενον· ὥστε μὴ ἄχθου ἀποθανόντος.

15.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

1. ΕΡΜ. Τὸ δὲ καὶ χωλὸν αὐτὸν ὄντα καὶ χαλκέα τὴν τέχνην, ὦ Ἄπολλον, τὰς καλλίστας γεγαμηκέναι, τήν τε Ἀφροδίτην καὶ τὴν Χάριν.

ΑΠ. Εὐποτμία τις, ὦ Ἑρμῆ· πλὴν ἐκεῖνό γε θαυμάζω, τὸ ἀνέχεσθαι συνούσας αὐτῷ, καὶ μάλιστα ὅταν ὁρῶσιν ἱδρῶτι ῥεόμενον, ἐς τὴν κάμινον ἐπικεκυφότα, πολὺν αἴθαλον ἐπὶ τοῦ προσώπου ἔχοντα· καὶ ὅμως τοιοῦτον ὄντα περιβάλλουσί τε αὐτὸν καὶ φιλοῦσι καὶ ξυγκαθεύδουσι.

ΕΡΜ. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ καὶ τῷ Ἡφαίστῳ φθονῶ· σὺ δὲ κόμα, ὦ Ἄπολλον, καὶ κιθάριζε καὶ μέγα ἐπὶ τῷ κάλλει φρόνει, κἀγὼ ἐπὶ τῇ εὐεξίᾳ καὶ τῇ λύρᾳ· εἶτα, ἐπειδὰν κοιμᾶσθαι δέῃ, μόνοι καθευδήσομεν.

2. ΑΠ. Ἐγὼ μὲν καὶ ἄλλως ἀναφρόδιτός εἰμι ἐς τὰ ἐρωτικά· δύο γοῦν, οὓς μάλιστα ἠγάπησα, τὴν Δάφνην καὶ τὸν Ὑάκινθον, ἡ μὲν Δάφνη οὕτως ἐμίσησέ με ὥστε εἵλετο ξύλον γενέσθαι μᾶλλον ἢ ἐμοὶ ξυνεῖναι, τὸν Ὑάκινθον δὲ ὑπὸ τοῦ δίσκου ἀπώλεσα, καὶ νῦν ἀντ' ἐκείνων στεφάνους ἔχω.

ΕΡΜ. Ἐγὼ δὲ ἤδη ποτὲ τὴν Ἀφροδίτην — ἀλλ' οὐ χρὴ αὐχεῖν.

ΑΠ. Οἶδα, καὶ τὸν Ἑρμαφρόδιτον ἐκ σοῦ λέγεται τεκεῖν. Πλὴν ἐκεῖνό μοι εἰπέ, εἴ τι οἶσθα, πῶς οὐ ζηλοτυπεῖ ἡ Ἀφροδίτη τὴν Χάριν ἢ ἡ Χάρις ταύτην;

3. ΕΡΜ. Ὅτι, ὦ Ἄπολλον, ἐκείνη μὲν αὐτῷ ἐν τῇ Λήμνῳ σύνεστιν, ἡ δ' Ἀφροδίτη ἐν τῷ οὐρανῷ· ἄλλως τε

AP. Meum ipsius hoc est facinus.

MERC. Num ergo te furor agitavit, Apollo?

AP. Haud sane: sed infortunium quoddam involuntarium accidit.

MERC. Quo tandem pacto? nam volo rem audire quomodo acciderit.

2. AP. Discum tractare discebat, egoque una cum eo disco exercebar: tum, qui pessime ventorum pereat, Zephyrus amabat jamdudum et ipse, sed neglectus, neque ferens istud fastidium, dum projicio, ut solebamus, discum in altum, Zephyrus, inquam, a Taygeto deorsum spirans in caput puero impegit, quam poterat vehementissime, discum illum, sic ut ex vulnere sanguis manaret multus, et puer statim emoreretur. At ego Zephyrum e vestigio ultus sum sagittis immissis, fugientem persecutus usque ad montem; puero vero sepulcrum exaggeravi Amyclis, ubi discus illum dejecit; atque a sanguine florem submittere terram feci suavissimum, Mercuri, et floridissimum omnium florum, qui præterea literas habet luctum super mortuo testantes. Num tibi sine ratione tristitia videor affectus?

MERC. Utique, Apollo: noras enim, qui mortalis esset, te tibi nactum fuisse amatum: quare ne graviter feras eo mortuo.

15.

MERCURII ET APOLLINIS.

1. MERC. Et quale tandem, claudum istum Vulcanum, et fabrilis artis opificem, Apollo, pulcherrimas in matrimonio habere, Venerem et Gratiam!

AP. Fati quædam felicitas, o Mercuri: verum illud demiror, qui pati possint consuetudinem ejus, maxime quando vident sudore manantem, in fornacem pronum atque intentum, multam fuliginem in facie habentem: at tamen talem amplectuntur, osculantur et una cubant.

MERC. Illud et ipse indignor, Vulcanoque invideo. Jam tu capillos ale, Apollo, et citharam pulsa, et superbius ob pulchritudinem effer te, atque ego ob palæstricum corporis habitum et artem lyræ temperandæ; tum ubi cubitum erit eundum, soli scilicet dormiemus.

2. AP. Ego quidem et alias invenustus sum in rebus amatoriis: duorum ergo, quos maxime supra ceteros dilexi Daphnen et Hyacinthum, hæc odio me habuit usque eo, ut præoptarit arbor fieri, quam mecum esse; ille autem disci jactu interiit: et nunc illorum vicem coronas habeo.

MERC. At ego jam aliquando Venerem — sed non oportet gloriari.

AP. Scio: Hermaphroditum etiam ex te dicitur peperisse. Verum illud mihi, si forte scis, expone, quo pacto non æmuletur Venus Charitem, aut Charis illam?

3. MERC. Quoniam, Apollo, illa in Lemno cum ipso degit, Venus in cœlo: quæ præterea circa Martem est occu-

περὶ τὸν Ἄρη ἔχει τὰ πολλὰ κἀκείνου ἐρᾷ, ὥστε ὀλίγον αὐτῇ τοῦ χαλκέως τούτου μέλει.

ΑΠ. Καὶ ταῦτα οἴει τὸν Ἥφαιστον εἰδέναι;

ΕΡΜ. Οἶδεν· ἀλλὰ τί ἂν δρᾶσαι δύναιτο γενναῖον ὁρῶν νεανίαν καὶ στρατιώτην αὐτόν; ὥστε τὴν ἡσυχίαν ἄγει· πλὴν ἀπειλεῖ γε δεσμά τινα ἐπιμηχανήσεσθαι αὐτοῖς καὶ συλλήψεσθαι σαγηνεύσας ἐπὶ τῆς εὐνῆς.

ΑΠ. Οὐκ οἶδα· εὐξαίμην δ' ἂν αὐτὸς ὁ ξυλληφθησόμενος εἶναι.

pata plurimum, eumque amat; ideoque parum ipsam fabri istius ferrarii cura tangit.

AP. Hæc tu putas Vulcanum scire?

MERC. Sane : sed quid efficere possit, quum strenuum videt juvenem, eumque militem? quare quiescit sibique temperat; nisi quod minatur, vincula se quædam machinaturum adversus illos, et capturum irretitos in lecto.

AP. Nescio : at equidem optaverim is esse, qui sit capiendus.

16.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΛΗΤΟΥΣ.

1. ΗΡΑ. Καλὰ μέν, ὦ Λητοῖ, καὶ τὰ τέκνα ἔτεκες τῷ Διί.

ΛΗΤ. Οὐ πᾶσαι, ὦ Ἥρα, τοιούτους τίκτειν δυνάμεθα, οἷος ὁ Ἥφαιστός ἐστιν.

ΗΡΑ. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ χωλὸς ὅμως χρήσιμός γέ ἐστι τεχνίτης ὢν ἄριστος καὶ κατακεκόσμηκεν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν Ἀφροδίτην ἔγημε καὶ σπουδάζεται πρὸς αὐτῆς, οἱ δὲ σοὶ παῖδες ἡ μὲν αὐτῶν ἀρρενικὴ πέρα τοῦ μετρίου καὶ ὄρειος, καὶ τὸ τελευταῖον ἐς τὴν Σκυθίαν ἀπελθοῦσα πάντες ἴσασιν οἷα ἐσθίει ξενοκτονοῦσα καὶ μιμουμένη τοὺς Σκύθας αὐτοὺς ἀνθρωποφάγους ὄντας· ὁ δ' Ἀπόλλων προσποιεῖται μὲν πάντα εἰδέναι καὶ τοξεύειν καὶ κιθαρίζειν καὶ ἰατρὸς εἶναι καὶ μαντεύεσθαι καὶ καταστησάμενος ἐργαστήρια τῆς μαντικῆς τὸ μὲν ἐν Δελφοῖς, τὸ δ' ἐν Κλάρῳ καὶ ἐν Διδύμοις ἐξαπατᾷ τοὺς χρωμένους αὐτῷ λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι τὸ σφάλμα. Καὶ πλουτεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ τοιούτου· πολλοὶ γὰρ οἱ ἀνόητοι καὶ παρέχοντες αὑτοὺς καταγοητεύεσθαι· πλὴν οὐκ ἀγνοεῖταί γε ὑπὸ τῶν ξυνετωτέρων τὰ πολλὰ τερατευόμενος· αὐτὸς γοῦν ὁ μάντις ἠγνόει ὅτι φονεύσει μὲν τὸν ἐρώμενον τῷ δίσκῳ, οὐ προεμαντεύσατο δὲ ὡς φεύξεται αὐτὸν ἡ Δάφνη, καὶ ταῦτα οὕτω καλὸν καὶ κομήτην ὄντα. Ὥστε οὐχ ὁρῶ καθότι καλλιτεκνοτέρα τῆς Νιόβης ἔδοξας.

2. ΛΗΤ. Ταῦτα μέντοι τὰ τέκνα, ἡ ξενοκτόνος καὶ ὁ ψευδόμαντις, οἶδα, ὅπως λυπεῖ σε ὁρώμενα ἐν τοῖς θεοῖς, καὶ μάλιστα ὁπόταν ἡ μὲν ἐπαινῆται ἐς τὸ κάλλος, ὁ δὲ κιθαρίζῃ ἐν τῷ συμποσίῳ θαυμαζόμενος ὑφ' ἁπάντων.

ΗΡΑ. Ἐγέλασα, ὦ Λητοῖ· ἐκεῖνος θαυμαστός, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια αἱ Μοῦσαι δικάσαι ἤθελον, ἀπέδειρεν ἂν αὐτὸς κρατήσας τῇ μουσικῇ; νῦν δὲ κατασοφισθεὶς ἄθλιος ἀπόλωλεν ἀδίκως ἁλούς· ἡ δὲ καλή σου παρθένος οὕτω καλή ἐστιν ὥστε ἐπεὶ ἔμαθεν ὀφθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ἀκταίωνος, φοβηθεῖσα μὴ ὁ νεανίσκος ἐξαγορεύσῃ τὸ αἶσχος αὐτῆς, ἐπαφῆκεν αὐτῷ τοὺς κύνας· ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι οὐδὲ τὰς τικτούσας ἐμαιοῦτο παρθένος γε αὐτὴ οὖσα.

16.

JUNONIS ET LATONÆ.

1. JUN. Pulchros enimvero, Latona, etiam liberos peperisti Jovi.

LAT. Non omnes, Juno, tales parere possumus, qualis est Vulcanus.

JUN. Sed hic claudus tamen utilis est, quippe artifex optimus, et adornavit nobis cœlum, et Venerem duxit, ab eaque observatur. De tuis autem liberis, illorum hæc virilis ultra modum et montana; ac denique in Scythiam profecta nemo nescit quales cibos capiat hospitibus interfectis, atque imitata Scythas ipsos, qui hominibus vescuntur : Apollo autem præ se fert cuncta se scire, et jaculari, et cithara ludere, et medicum agere, et vaticinari : tum, postquam constituit officinas artis divinandi Delphis, Clari et Didymis, frustratur consulentes, obliqua et ambigua in utramque interrogationis partem respondens, ne periculum sit ut arguatur error. Inde quidem ditescit : plures enim sunt stulti, quique se præbent fascinandos; nec tamen præterit prudentiores, plerumque præstigias ipsum offundere. Ignorabat certe ipse ille vates se occisurum esse delicias suas disco; nec prædivinavit fore ut fugeret ipsum Daphne, idque tam pulchrum et bellule comatum. Itaque non video, qua parte prolis laude Nioben præstare videaris.

2. LAT. Isti quidem liberi, hospitum interfectrix et mendax vates, non me fugit quem tibi dolorem afferant conspecti inter deos; tum maxime, quando hæc laudatur ob formam, ille, dum cithara ludit in convivio, admirationi est omnibus.

JUN. Ridere libet, Latona : illene dignus admiratione, cui Marsyas, si quidem justum Musæ judicium ferre voluissent, pellem detraxisset, ipse victor arte musica? nunc dolo captus miser interiit, iniqua sententia damnatus : illa autem pulchra tua virgo tam est pulchra, ut, postquam comperit se visam esse ab Actæone, verita ne juvenis evulgaret turpitudinem suam, immiserit in eum canes : mitto dicere, neque parturientibus obstetricaturam fuisse, virgo si modo foret.

ΛΗΤ. Μέγα, ὦ Ἥρα, φρονεῖς, ὅτι ξύνει τῷ Διὶ καὶ συμβασιλεύεις αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο ὑβρίζεις ἀδεῶς· πλὴν ἀλλ' ὄψομαί σε μετ' ὀλίγον αὖθις δακρύουσαν, ὁπόταν σε καταλιπὼν ἐς τὴν γῆν κατίῃ ταῦρος ἢ κύκνος γενόμενος.

LAT. Arroganter, o Juno, te effers, quia conjux es Jovis, cumque eo regnum tenes; propterea contumeliam facis perlicenter: at videbo te post paullo iterum lacrimantem, quum te Jupiter relicta in terram descenderit, tauri cygnive sumta specie.

17.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

1. ΑΠ. Τί γελᾷς, ὦ Ἑρμῆ;

ΕΡΜ. Ὅτι γελοιότατα, ὦ Ἄπολλον, εἶδον.

ΑΠ. Εἰπὲ οὖν, ὡς καὶ αὐτὸς ἀκούσας ἔχω ξυγγελᾶν.

ΕΡΜ. Ἡ Ἀφροδίτη ξυνοῦσα τῷ Ἄρει κατείληπται καὶ ὁ Ἥφαιστος ἔδησεν αὐτοὺς ξυλλαβών.

ΑΠ. Πῶς; ἡδὺ γάρ τι ἐρεῖν ἔοικας.

ΕΡΜ. Ἐκ πολλοῦ, οἶμαι, ταῦτα εἰδὼς ἐθήρευεν αὐτούς, καὶ περὶ τὴν εὐνὴν ἀφανῆ δεσμὰ περιθεὶς εἰργάζετο ἀπελθὼν ἐπὶ τὴν κάμινον· εἶτα ὁ μὲν Ἄρης εἰσέρχεται λαθών, ὡς ᾤετο, καθορᾷ δὲ αὐτὸν ὁ Ἥλιος καὶ λέγει πρὸς τὸν Ἥφαιστον. Ἐπεὶ δὲ ἐπέβησαν τοῦ λέχους καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν καὶ ἐντὸς ἐγεγένηντο τῶν ἀρκύων, περιπλέκεται μὲν αὐτοῖς τὰ δεσμά, ἐφίσταται δὲ ὁ Ἥφαιστος. Ἐκείνη μὲν οὖν — καὶ γὰρ ἔτυχε γυμνὴ οὖσα — οὐκ εἶχεν ὅπως ἐγκαλύψαιτο αἰδουμένη, ὁ δὲ Ἄρης τὰ μὲν πρῶτα διαφυγεῖν ἐπειρᾶτο καὶ ἤλπιζε ῥήξειν τὰ δεσμά, ἔπειτα δὲ συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν ἱκέτευε.

2. ΑΠ. Τί οὖν; ἀπέλυσεν αὐτοὺς ὁ Ἥφαιστος;

ΕΡΜ. Οὐδέπω, ἀλλὰ ξυγκαλέσας τοὺς θεοὺς ἐπιδείκνυται τὴν μοιχείαν αὐτοῖς· οἱ δὲ γυμνοὶ ἀμφότεροι κάτω νενευκότες ξυνδεδεμένοι ἐρυθριῶσι, καὶ τὸ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον.

ΑΠ. Ὁ δὲ χαλκεὺς ἐκεῖνος οὐκ αἰδεῖται καὶ αὐτὸς ἐπιδεικνύμενος τὴν αἰσχύνην τοῦ γάμου;

ΕΡΜ. Μὰ Δί', ὅς γε καὶ ἐπιγελᾷ ἐφεστὼς αὐτοῖς. Ἐγὼ μέντοι, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐφθόνουν τῷ Ἄρει μὴ μόνον μοιχεύσαντι τὴν καλλίστην θεόν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς.

ΑΠ. Οὐκοῦν καὶ δεδέσθαι ἂν ὑπέμεινας ἐπὶ τούτῳ;

ΕΡΜ. Σὺ δ' οὐκ ἄν, ὦ Ἄπολλον; ἰδὲ μόνον ἐπελθών· ἐπαινέσομαι γάρ σε, ἢν μὴ τὰ ὅμοια καὶ αὐτὸς εὔξῃ ἰδών.

17.

APOLLINIS ET MERCURII.

1. AP. Quid rides, Mercuri?

MERC. Quia scilicet maxime ridicula, Apollo, vidi.

AP. Quin narra, ut et ipse re audita una tecum possim ridere.

MERC. Venus concumbens cum Marte constricta est, et Vulcanus vinxit eos captos.

AP. Quo tandem modo? nam facetum quiddam dicturus videris.

MERC. Jampridem, opinor, ista quum sciret, venabatur eos; circaque lectum vinculis, quæ oculos fugerent, circumpositis, postquam abierat ad caminum, operi scilicet erat intentus. Tum Mars intrat clam, ut arbitrabatur: verum conspicit eum Sol, et indicium defert ad Vulcanum. Ubi autem ascenderunt lectum, intraque casses recepti in opere erant, ibi circumquaque implicantur ipsis vincula, et supervenit repente Vulcanus. Illa vero (etenim erat nuda) non habebat quemadmodum obtegeret sese pudibunda: Mars primum effugere conabatur, sperabatque se rupturum vincula; dein, ut sensit, tam arcte se teneri, ut inde spes evadendi sit nulla, supplicabat.

2. AP. Quid ergo? absolvit eos Vulcanus?

MERC. Nondum; sed convocatis diis spectandum præbet adulterium. Hi autem nudi ambo colligatique demisso vultu rubore suffunduntur; spectaculumque sane jucundissimum mihi fuit visum tantum non patratum opus ipsum.

AP. Fabrum autem istum non pudet ipsum oculis exponere dedecus matrimonii?

MERC. Nequaquam, ut qui etiam juxta astans irrideat eos. Equidem, si verum est dicendum, invidebam Marti non solum adulteranti formosissimam deam, sed et alligato cum ea.

AP. Tune ergo vinciri te patereris ea mercede?

MERC. Tu nolles, Apollo? propius accede tantum et vide: magnus eris mihi Apollo, nisi, quum videris, idem optabis.

18.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

1. ΗΡΑ. Ἐγὼ μὲν ᾐσχυνόμην ἄν, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι τοιοῦτος υἱὸς ἦν θῆλυς οὕτω καὶ διεφθαρμένος ὑπὸ τῆς μέθης, μίτρᾳ μὲν ἀναδεδεμένος τὴν κόμην, τὰ πολλὰ δὲ μαινομέναις ταῖς γυναιξὶ συνών, ἁβρότερος αὐτῶν

18.

JUNONIS ET JOVIS.

1. JUN. Me quidem puderet, Jupiter, talis filii, tam feminei et corrupti ebrietate; qui mitra revinctam gerat comam, plurimum cum furibundis mulieribus versetur,

ἐκείνων, ὑπὸ τυμπάνοις καὶ αὐλῷ καὶ κυμβάλοις χορεύων, καὶ ὅλως παντὶ μᾶλλον ἐοικὼς ἢ σοὶ τῷ πατρί.

ΖΕΥΣ. Καὶ μὴν οὗτός γε ὁ θηλυμίτρης, ὁ ἁβρότερος τῶν γυναικῶν οὐ μόνον, ὦ Ἥρα, τὴν Λυδίαν ἐχειρώσατο καὶ τοὺς κατοικοῦντας τὸν Τμῶλον ἔλαβε καὶ τοὺς Θρᾷκας ὑπηγάγετο, ἀλλὰ καὶ ἐπ' Ἰνδοὺς ἐλάσας τῷ γυναικείῳ τούτῳ στρατιωτικῷ τούς τε ἐλέφαντας εἷλε καὶ τῆς χώρας ἐκράτησε καὶ τὸν βασιλέα πρὸς ὀλίγον ἀντιστῆναι τολμήσαντα αἰχμάλωτον ἀπήγαγε, καὶ ταῦτα πάντα ἔπραξεν ὀρχούμενος ἅμα καὶ χορεύων θύρσοις χρώμενος κιττίνοις, μεθύων, ὡς φῄς, καὶ ἐνθεάζων. Εἰ δέ τις ἐπεχείρησε λοιδορήσασθαι αὐτῷ ὑβρίσας ἐς τὴν τελετήν, καὶ τοῦτον ἐτιμωρήσατο ἢ καταδήσας τοῖς κλήμασιν ἢ διασπασθῆναι ποιήσας ὑπὸ τῆς μητρὸς ὥσπερ νεβρόν. Ὁρᾷς ὡς ἀνδρεῖα ταῦτα καὶ οὐκ ἀνάξια τοῦ πατρός; Εἰ δὲ παιδιὰ καὶ τρυφὴ πρόσεστιν αὐτοῖς, οὐδεὶς φθόνος, καὶ μάλιστα εἰ λογίσαιτό τις οἷος ἂν οὗτος νήφων ἦν, ὅπου ταῦτα μεθύων ποιεῖ.

2. ΗΡΑ. Σύ μοι δοκεῖς ἐπαινέσεσθαι καὶ τὸ εὕρημα αὐτοῦ, τὴν ἄμπελον καὶ τὸν οἶνον, καὶ ταῦτα ὁρῶν οἷα οἱ μεθυσθέντες ποιοῦσι σφαλλόμενοι καὶ πρὸς ὕβριν τρεπόμενοι καὶ ὅλως μεμηνότες ὑπὸ τοῦ ποτοῦ· τὸν γοῦν Ἰκάριον, ᾧ πρώτῳ ἔδωκε τὸ κλῆμα, οἱ ξυμπόται αὐτοὶ διέφθειραν παίοντες ταῖς δικέλλαις.

ΖΕΥΣ. Οὐδὲν τοῦτο φῄς· οὐ γὰρ ὁ οἶνος ταῦτα οὐδὲ ὁ Διόνυσος ποιεῖ, τὸ δὲ ἄμετρον τῆς πόσεως καὶ τὸ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐμφορεῖσθαι τοῦ ἀκράτου· ὃς δ' ἂν ἔμμετρα πίνῃ, ἱλαρώτερος μὲν καὶ ἡδίων γένοιτ' ἄν· οἷον δὲ ὁ Ἰκάριος ἔπαθεν, οὐδὲν ἂν ἐργάσαιτο οὐδένα τῶν ξυμποτῶν. Ἀλλὰ σὺ ἔτι ζηλοτυπεῖν ἔοικας, ὦ Ἥρα, καὶ τῆς Σεμέλης μνημονεύειν, ἥ γε διαβάλλεις τοῦ Διονύσου τὰ κάλλιστα.

mollior iis ipsis, ad tympana tibiasque et cymbala choreas agens, atque omnino cuivis similior, quam tibi patri.

JUP. Atqui hicce mitra feminea redimitus, mollior mulieribus, non solum, Juno, Lydiam subegit, incolentesque Tmolum cepit, et Thracas sibi subjecit; sed et adversus Indos rapto muliebri isto exercitu elephantos in potestatem redegit, et regione tota potitus est, regemque paululum resistere ausum captivum abduxit: et ista quidem omnia perfecit saltans simul et choreas ducens, thyrsis usus hederaceis, ebrius, ut ais, et furore concitus. Tum si quis in animum induxit male dicere ipsi, contumeliis in sacrorum initia jactis, ab eo quoque pœnas expetiit, vel ligatum obstringens palmitibus, vel ut discerperetur efficiens a matre tanquam hinnulus. Viden' ut virilia sint ista atque haud indigna patre? Si vero lusus et lascivia simul adsint, nihil est ea in re, quod invidiam faciat; inprimis si quis reputet, qualis sobrius hicce foret, ubi istæc facit ebrius.

2. JUN. Tu mihi videris laudaturus etiam inventum ejus, vitem et vinum; idque tametsi videas qualia perpetrent inebriati titubantes atque ad injuriam versi, et plane furentes a potu. Icarium quidem, cui primo donavit palmitem, ipsi compotatores interemerunt concisum ligonibus.

JUP. Nihil hoc ad rem, quod dicis : non enim vinum ista, neque Bacchus facit; sed potus immoderate sumtus, et ultra quam deceat ingurgitari mero : qui vero bibendi modum servat, hilarior et suavior exstitit; neque hujusmodi, quale Icario contigit, quicquam designaverit in ullum compotatorem. At tu adhuc æmulari videris, Juno, et Semeles meminisse, ut quæ crimineris Bacchi pulcherrimas dotes.

19.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΕΡΩΤΟΣ.

1. ΑΦΡ. Τί δήποτε, ὦ Ἔρως, τοὺς μὲν ἄλλους θεοὺς κατηγωνίσω ἅπαντας, τὸν Δία, τὸν Ποσειδῶ, τὸν Ἀπόλλω, τὴν Ῥέαν, ἐμὲ τὴν μητέρα, μόνης δὲ ἀπέχῃ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ ἐπ' ἐκείνης ἄπυρος μέν σοι ἡ δᾴς, κενὴ δ' οἰστῶν ἡ φαρέτρα, σὺ δὲ ἄτοξος εἶ καὶ ἄστοχος;

ΕΡ. Δέδια, ὦ μῆτερ, αὐτήν· φοβερὰ γάρ ἐστι καὶ χαροπὴ καὶ δεινῶς ἀνδρική· ὁπόταν γοῦν ἐντεινάμενος τὸ τόξον ἴω ἐπ' αὐτήν, ἐπισείουσα τὸν λόφον ἐκπλήττει με καὶ ὑπότρομος γίνομαι καὶ ἀπορρεῖ μου τὰ τοξεύματα ἐκ τῶν χειρῶν.

ΑΦΡ. Ὁ Ἄρης γὰρ οὐ φοβερώτερος ἦν; καὶ ὅμως ἀφώπλισας αὐτὸν καὶ νενίκηκας.

ΕΡ. Ἀλλ' ἐκεῖνος ἑκὼν προσίεταί με καὶ προσκαλεῖται, ἡ Ἀθηνᾶ δὲ ὑφορᾶται ἀεί, καί ποτε ἐγὼ μὲν ἄλλως παρέπτην πλησίον ἔχων τὴν λαμπάδα, ἡ δέ, Εἴ μοι πρόσει, φησί, νὴ τὸν πατέρα, τῷ δορατίῳ σε διαπείρασα

19.

VENERIS ET CUPIDINIS.

1. VEN. Quid est enimvero, Cupido, quod alios quidem deos debellaris omnes, Jovem, Neptunum, Apollinem, Rheam, me quoque matrem; a sola vero abstineas Minerva, et in illa igne careat tibi fax, vacua sit sagittis pharetra, tuque ipse quasi tractandi arcus et collimandi sis imperitus.

CUP. Metuo, mater, eam : nam formidabilis est et torva et vehementer virilis : quando igitur intento arcu aggredior ad eam, quassata crista perterrefacit me, et contremisco, defluuntque tela meis de manibus.

VEN. At Mars nonne terribilior erat? et tamen exarmasti ipsum, ac vicisti.

CUP. At iste ultro admittit me, atque invitat : Minerva contra semper suspiciosa torve me intuetur; factumque jam adeo, ut ego sic prætervolarem, propius admota face; illa confestim, Si ad me accedis, inquit, per patrem juro,

ἢ τοῦ ποδὸς λαβομένη καὶ ἐς τὸν Τάρταρον ἐμβαλοῦσα ἢ αὐτὴ διασπασαμένη διαφθερῶ. Πολλὰ τοιαῦτα ἠπείλησε· καὶ ὁρᾷ δὲ δριμὺ καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους ἔχει πρόσωπόν τι φοβερὸν ἐχίδναις κατάκομον, ὅπερ ἐγὼ μάλιστα δέδια· μορμολύττεται γάρ με καὶ φεύγω, ὅταν ἴδω αὐτό.

2. ΑΦΡ. Ἀλλὰ τὴν μὲν Ἀθηνᾶν δέδιας, ὡς φῄς, καὶ τὴν Γοργόνα, καὶ ταῦτα, μὴ φοβηθεὶς τὸν κεραυνὸν τοῦ Διός. Αἱ δὲ Μοῦσαι διὰ τί σοι ἄτρωτοι καὶ ἔξω βελῶν εἰσιν; ἢ κἀκεῖναι λόφους ἐπισείουσι καὶ Γοργόνας προφαίνουσιν;

ΕΡ. Αἰδοῦμαι αὐτάς, ὦ μῆτερ· σεμναὶ γάρ εἰσι καὶ ἀεί τι φροντίζουσι καὶ περὶ ᾠδὴν ἔχουσι καὶ ἐγὼ παρίσταμαι πολλάκις αὐταῖς κηλούμενος ὑπὸ τοῦ μέλους.

ΑΦΡ. Ἔα καὶ ταύτας, ὅτι σεμναί· τὴν δὲ Ἄρτεμιν τίνος ἕνεκα οὐ τιτρώσκεις;

ΕΡ. Τὸ μὲν ὅλον οὐδὲ καταλαβεῖν αὐτὴν οἷόν τε φεύγουσαν ἀεὶ διὰ τῶν ὀρῶν· εἶτα καὶ ἴδιόν τινα ἔρωτα ἤδη ἐρᾷ.

ΑΦΡ. Τίνος, ὦ τέκνον;

ΕΡ. Θήρας καὶ ἐλάφων καὶ νεβρῶν, αἱρεῖν τε διώκουσα καὶ κατατοξεύειν, καὶ ὅλως πρὸς τῷ τοιούτῳ ἐστίν· ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς, καίτοι τοξότην καὶ αὐτὸν ὄντα καὶ ἑκηβόλον —

ΑΦΡ. Οἶδα, ὦ τέκνον, πολλὰ ἐκεῖνον ἐτόξευσας.

20.

ΘΕΩΝ ΚΡΙΣΙΣ.

ΖΕΥΣ, ΕΡΜΗΣ, ΗΡΑ, ΑΘΗΝΑ, ΑΦΡΟΔΙΤΗ, ΠΑΡΙΣ η ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

1. ΖΕΥΣ. Ἑρμῆ, λαβὼν τουτὶ τὸ μῆλον ἄπιθι ἐς τὴν Φρυγίαν παρὰ τὸν Πριάμου παῖδα τὸν βουκόλον — νέμει δὲ τῆς Ἴδης ἐν τῷ Γαργάρῳ — καὶ λέγε πρὸς αὐτὸν ὅτι σέ, ὦ Πάρι, κελεύει ὁ Ζεύς, ἐπειδὴ καλός τε αὐτὸς εἶ καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά, δικάσαι ταῖς θεαῖς ἥτις αὐτῶν ἡ καλλίστη ἐστί· τοῦ δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον ἡ νικῶσα λαβέτω τὸ μῆλον. Ὥρα δὲ ἤδη καὶ ὑμῖν αὐταῖς ἀπιέναι παρὰ τὸν δικαστήν· ἐγὼ γὰρ ἀπωθοῦμαι τὴν δίαιταν ἐπ' ἴσης τε ὑμᾶς ἀγαπῶν καὶ εἴ γε οἷόν τε ἦν, ἡδέως ἂν ἁπάσας νενικηκυίας εἶδον. Ἄλλως τε καὶ ἀνάγκη, μιᾷ τὸ καλλιστεῖον ἀποδόντα πάντως ἀπεχθάνεσθαι ταῖς πλείοσι. Διὰ ταῦτα μὲν αὐτὸς οὐκ ἐπιτήδειος ὑμῖν δικαστής, ὁ δὲ νεανίας ὁ Φρύξ, ἐφ' ὃν ἄπιτε, βασιλικὸς μέν ἐστι καὶ Γανυμήδους τούτου ξυγγενής, τἄλλα δὲ ἀφελὴς καὶ ὄρειος· οὐκ ἄν τις αὐτὸν ἀπαξιώσειε τοιαύτης θέας.

2. ΑΦΡ. Ἐγὼ μέν, ὦ Ζεῦ, εἰ καὶ τὸν Μῶμον αὐτὸν ἐπιστήσειας ἡμῖν δικαστήν, θαρροῦσα βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ἐπίδειξιν· τί γὰρ ἂν καὶ μωμήσαιτό μου; χρὴ δὲ καὶ ταύταις ἀρέσκειν τὸν ἄνθρωπον.

hasta te transfixum, aut pede correptum in Tartarum injiciam, aut ipsa dilaceratum pessumdabo. Multa hujusmodi est interminata : tum porro acerbum spectat habetque ad pectus faciem quandam formidolosam, serpentibus comatam, quam ego maxime metuo : territat enim me, et, quum eo oculos converto, in fugam propellor.

2. VEN. At expavescis Minervam, ut ais, et Gorgonem; idque tu, qui non formidaris fulmen Jovis. Musæ vero cur tibi sunt invulneratæ et extra teli jactum positæ? an et illæ cristas concutiunt, et Gorgonas ostendunt?

CUP. Revereor illas, mater; nam venerandæ sunt, et semper quiddam commeditantur, et cantu otium fallunt : atque ipse asto sæpius illis delinitus carmine.

VEN. Age, mitte et istas, quia venerandæ : at Dianam quid est cur non vulneres?

CUP. In summa, ne consequi quidem illam licet fugientem semper per montes : tum etiam sibi proprium quendam amorem jam amat.

VEN. Cujus, fili?

CUP. Venationis et cervorum hinnulorumque, ut capiat persecuta, et sagittis configat; tota denique huic rei est intenta : ceteroquin fratrem ejus arcitenentem et ipsum, ac longe jaculantem —

VEN. Scio, nate, quid velis : frequenter ipsum arcu fixisti.

20.

DEARUM JUDICIUM.

JUPITER, MERCURIUS, JUNO, MINERVA, VENUS, PARIS aut ALEXANDER.

1. JUP. Accepto, Mercuri, isto pomo abi in Phrygiam ad Priami filium boum pastorem (pascit autem Idæ montis in Gargaro), ipsique dic : Te, Pari, jubet Jupiter, quandoquidem et formosus ipse es et sapiens in rebus amatoriis, sententia deabus lata pronunciare, quæ illarum pulcherrima sit : certaminis autem præmium victrix recipiat hoc pomum. Jamque commodum est, ut ipsæmet abeatis ad judicem : equidem plane repudio munus arbitri, ut qui ex æquo vos amem, et, si fieri posset, libenter cunctas vicisse videam : hoc porro, ut alia ne dicam, necesse, uni si formæ præmium tribuam, pluribus esse in odio. Propterea ipse quidem haud idoneus vobis sim judex : juvenis autem hicce Phryx, ad quem abibitis, regiæ stirpis est et Ganymedis istius cognatus; ceterum simplex et montanus : nemo illum indignum censuerit ejusmodi spectatione.

2. VEN. Equidem, o Jupiter, etiamsi vel Momum ipsum imponas nobis judicem, confidenter accedam ad formæ ostentationem : quid enim ille mei reprehenderit? attamen oportet illis quoque placere hominem.

ΗΡΑ. Οὐδ' ἡμεῖς, ὦ Ἀφροδίτη, δέδιμεν, οὐδ' ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν· ἀλλὰ δεχόμεθα καὶ τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ, τὸν Πάριν.

ΖΕΥΣ. Ἦ καὶ σοὶ ταῦτα, ὦ θύγατερ, συνδοκεῖ; τί φῄς; ἀποστρέφῃ καὶ ἐρυθριᾷς; ἔστι μὲν ἴδιον τὸ αἰδεῖσθαι τά γε τοιαῦτα ὑμῶν τῶν παρθένων· ἐπινεύεις δὲ ὅμως. Ἄπιτε οὖν καὶ ὅπως μὴ χαλεπήνητε τῷ δικαστῇ αἱ νενικημέναι μηδὲ κακὸν ἐντρίψησθε τῷ νεανίσκῳ· οὐ γὰρ οἷόν τε ἐπ' ἴσης πάσας εἶναι καλάς.

3. ΕΡΜ. Προΐωμεν εὐθὺ τῆς Φρυγίας, ἐγὼ μὲν ἡγούμενος, ὑμεῖς δὲ μὴ βραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι, καὶ θαρρεῖτε· οἶδα ἐγὼ τὸν Πάριν, νεανίας ἐστὶ καλὸς καὶ τὰ ἄλλα ἐρωτικὸς καὶ τὰ τοιαῦτα κρίνειν ἱκανώτατος· οὐκ ἂν ἐκεῖνος δικάσειε κακῶς.

ΑΦΡ. Τοῦτο μὲν ἅπαν ἀγαθὸν καὶ πρὸς ἐμοῦ λέγεις τὸ δίκαιον ἡμῖν εἶναι τὸν δικαστήν· πότερα δὲ ἄγαμός τίς ἐστιν οὗτος ἢ καὶ γυνή τις αὐτῷ σύνεστιν;

ΕΡΜ. Οὐ παντελῶς ἄγαμος, ὦ Ἀφροδίτη.

ΑΦΡ. Πῶς λέγεις;

ΕΡΜ. Δοκεῖ τις αὐτῷ συνοικεῖν Ἰδαία γυνή, ἱκανὴ μέν, ἀγροῖκος δὲ καὶ δεινῶς ὄρειος, ἀλλ' οὐ σφόδρα προσέχειν αὐτῇ ἔοικε. Τίνος δ' οὖν ἕνεκα ταῦτα ἐρωτᾷς;

ΑΦΡ. Ἄλλως ἠρόμην.

4. ΑΘ. Παραπρεσβεύεις, ὦ οὗτος, ἰδίᾳ ταύτῃ κοινολογούμενος.

ΕΡΜ. Οὐδέν, ὦ Ἀθηνᾶ, δεινὸν οὐδὲ καθ' ὑμῶν, ἀλλ' ἤρετό με εἰ ἄγαμος ὁ Πάρις ἐστίν.

ΑΘ. Ὡς δὴ τί τοῦτο πολυπραγμονοῦσα;

ΕΡΜ. Οὐκ οἶδα· φησὶ δ' οὖν ὅτι ἄλλως ἐπελθόν, οὐκ ἐξεπίτηδες ἤρετο.

ΑΘ. Τί οὖν; ἄγαμός ἐστιν;

ΕΡΜ. Οὐ δοκεῖ.

ΑΘ. Τί δαί; τῶν πολεμικῶν ἐστιν αὐτῷ ἐπιθυμία καὶ φιλόδοξός τις ἢ τὸ πᾶν βουκόλος;

ΕΡΜ. Τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν, εἰκάζειν δὲ χρὴ νέον ὄντα καὶ τούτων ὀρέγεσθαι τυχεῖν καὶ βούλεσθαι ἂν πρῶτον αὐτὸν εἶναι κατὰ τὰς μάχας.

ΑΦΡ. Ὁρᾷς; οὐδὲν ἐγὼ μέμφομαι οὐδὲ ἐγκαλῶ σοι τὸ πρὸς ταύτην ἰδίᾳ λαλεῖν· μεμψιμοίρων γὰρ καὶ οὐκ Ἀφροδίτης τὰ τοιαῦτα.

ΕΡΜ. Καὶ αὕτη σχεδὸν ταὐτά με ἤρετο· διὸ μὴ χαλεπῶς ἔχε μηδ' οἴου μειονεκτεῖν, εἴ τι καὶ ταύτῃ κατὰ τὸ ἁπλοῦν ἀπεκρινάμην.

5. Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πολὺ προϊόντες ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων καὶ σχεδόν γε κατὰ τὴν Φρυγίαν ἐσμέν. Ἐγὼ δὲ καὶ τὴν Ἴδην ὁρῶ καὶ τὸ Γάργαρον ὅλον ἀκριβῶς, εἰ δὲ μὴ ἐξαπατῶμαι, καὶ αὐτὸν ὑμῶν τὸν δικαστὴν τὸν Πάριν.

ΗΡΑ. Ποῦ δέ ἐστιν; οὐ γὰρ κἀμοὶ φαίνεται.

ΕΡΜ. Ταύτῃ, ὦ Ἥρα, πρὸς τὰ λαιὰ περισκόπει, μὴ πρὸς ἄκρῳ τῷ ὄρει, παρὰ δὲ τὴν πλευράν, οὗ τὸ ἄντρον, ἔνθα τὴν ἀγέλην ὁρᾷς.

ΗΡΑ. Ἀλλ' οὐχ ὁρῶ τὴν ἀγέλην.

ΕΡΜ. Πῶς φῄς; οὐχ ὁρᾷς βοΐδια κατὰ τὸν ἐμὸν οὐ-

JUN. Nec nos, Venus, reformidamus, ne Marti quidem tuo si commissum fuerit arbitrium; sed accipimus istum, quicumque est, Parin.

JUP. Tibine, nata, eadem placent? quid ais? faciemne avertis et erubescis? est hoc quidem proprium, ut verecundiores sitis ad talia, vobis virginibus : attamen annuis. Abite ergo : at ne quid acerbius indignemini judici, quæ victæ eritis, nec malum inferatis juveni : fieri quippe non potest, ut æque sitis pulchræ omnes.

3. MERC. Proficiscamur recta in Phrygiam, ego viæ dux, vos autem ne lente sequimini me : bonoque estote animo; novi Parin, juvenis est formosus, præterea amori deditus, et ad talia dijudicanda inprimis idoneus; is sane non male jus dixerit.

VEN. Hoc quidem omne bonum atque e re mea narras, nimirum justum nobis esse judicem : utrum vero innuptus est, an uxor aliqua cum eo vivit?

MERC. Haud omnino innuptus est, o Venus.

VEN. Quid ais?

MERC. Est cum eo, ut arbitror, Idæa quædam mulier, commoda quidem facie, at rustica et valde montana : sed non admodum curare illam videtur. Quid est autem cur ista roges?

VEN. Sic rogabam, nullo consilio.

4. MIN. Heus tu, iniquum agis legatum privatim cum ea sermones communicans.

MERC. Nihil, o Minerva, quod metuas, nec quod vobis obsit : scilicet rogabat me, innuptusne esset Paris.

MIN. Quid ita tandem hoc curiose sciscitata?

MERC. Nescio : ait autem se, quod casu in mentem venerat, non de industria rogasse.

MIN. Quid ergo? an cælebs est?

MERC. Haud putem.

MIN. Quid porro? bellicarumne rerum studio tenetur et gloriæ cupidus est, an totus bubulcus?

MERC. Ea de re quid verum sit, haud facile dixerim : nisi quod conjicere licet juvenem expetere, horum quoque ut sibi facultas fiat, et velle sane se primum esse in præliis.

VEN. Viden? nihil ego criminor neque insimulo te, quod cum ea privatim loquaris : earum enim quæ ad querelas sunt proclives, non Veneris hoc est.

MERC. Hæc Minerva eadem fere me rogavit : quare nihil est quod ægre feras, aut putes deteriore te esse loco, si quid huic etiam ita simpliciter respondi.

5. Sed interea, dum sermones cædimus, jam longius progressi multum discessimus a stellis, et circiter ex adverso Phrygiæ sumus : quin etiam Idam video Gargarumque totum accurate, et, ni fallor, ipsum vestrum judicem Paridem.

JUN. Ubi vero est? necdum enim mihi apparet.

MERC. Illac, Juno, ad sinistrum respice; non ad summum montem, sed juxta latus, ubi antrum est et gregem vides.

JUN. Atqui non video gregem.

MERC. Quid ais? non tu vides vacculas ad hocce fere

τωσὶ δάκτυλον ἐκ μέσων τῶν πετρῶν προερχόμενα καί τινα ἐκ τοῦ σκοπέλου καταθέοντα καλαύροπα ἔχοντα καὶ ἀνείργοντα μὴ πρόσω διασκίδνασθαι τὴν ἀγέλην;

ΗΡΑ. Ὁρῶ νῦν, εἴ γε ἐκεῖνός ἐστιν.

ΕΡΜ. Ἀλλ' ἐκεῖνος. Ἐπειδὴ δὲ πλησίον ἤδη ἐσμέν, ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ δοκεῖ, καταστάντες βαδίζωμεν, ἵνα μὴ διαταράξωμεν αὐτὸν ἄνωθεν ἐξ ἀφανοῦς καθιπτάμενοι.

ΗΡΑ. Εὖ λέγεις, καὶ οὕτω ποιῶμεν. Ἐπεὶ δὲ καταβεβήκαμεν, ὥρα σοι, ὦ Ἀφροδίτη, προϊέναι καὶ ἡγεῖσθαι ἡμῖν τῆς ὁδοῦ· σὺ γὰρ ὡς τὸ εἰκὸς ἔμπειρος εἶ τοῦ χωρίου πολλάκις, ὡς λόγος, κατελθοῦσα πρὸς Ἀγχίσην.

ΑΦΡ. Οὐ σφόδρα, ὦ Ἥρα, τούτοις ἄχθομαι τοῖς σκώμμασιν.

6. ΕΡΜ. Ἀλλ' ἐγὼ ὑμῖν ἡγήσομαι· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνδιέτριψα τῇ Ἴδῃ, ὁπότε δὴ ὁ Ζεὺς ἤρα τοῦ μειρακίου τοῦ Φρυγός, καὶ πολλάκις δεῦρο ἦλθον ὑπ' ἐκείνου καταπεμφθεὶς ἐς ἐπισκοπὴν τοῦ παιδός, καὶ ὁπότε γε ἤδη ἐν τῷ ἀετῷ ἦν, συμπαριπτάμην αὐτῷ καὶ συνεκούφιζον τὸν καλόν, καὶ εἴ γε μέμνημαι, ἀπὸ ταυτησὶ τῆς πέτρας αὐτὸν ἀνήρπασεν· ὁ μὲν γὰρ ἔτυχε τότε συρίζων πρὸς τὸ ποίμνιον· καταπτάμενος δὲ ὄπισθεν αὐτὸς ὁ Ζεὺς κούφως μάλα τοῖς ὄνυξι περιβαλὼν καὶ τῷ στόματι τὴν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν ἔχων ἀνέφερε τὸν παῖδα τεταραγμένον καὶ τῷ τραχήλῳ ἀπεστραμμένῳ ἐς αὐτὸν ἀποβλέποντα. Τότε οὖν ἐγὼ τὴν σύριγγα λαβὼν — ἀποβεβλήκει γὰρ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ δέους — — ἀλλὰ γὰρ ὁ διαιτητὴς οὑτοσὶ πλησίον, ὥστε προσείπωμεν αὐτόν.

7. Χαῖρε, ὦ βουκόλε.

ΠΑΡ. Νηδὶ καὶ σύ γε, ὦ νεανίσκε. Τίς δὲ ὢν δεῦρο ἀφῖξαι πρὸς ἡμᾶς; ἢ τίνας ταύτας ἄγεις τὰς γυναῖκας; οὐ γὰρ ἐπιτήδειαι ὀρεοπολεῖν, οὕτω γε οὖσαι καλαί.

ΕΡΜ. Ἀλλ' οὐ γυναῖκές εἰσιν, Ἥραν δέ, ὦ Πάρι, καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Ἀφροδίτην ὁρᾷς, κἀμὲ τὸν Ἑρμῆν ὁ Ζεὺς ἀπέστειλεν. Ἀλλὰ τί τρέμεις καὶ ὠχριᾷς; μὴ δέδιθι· χαλεπὸν γὰρ οὐδέν· κελεύει δέ σε δικαστὴν γενέσθαι τοῦ κάλλους αὐτῶν· Ἐπεὶ γάρ, φησί, καλός τε αὐτὸς εἶ καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά, σοὶ τὴν γνῶσιν ἐπιτρέπω, τοῦ δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον εἴσῃ ἀναγνοὺς τὸ μῆλον.

ΠΑΡ. Φέρ' ἴδω τί καὶ βούλεται. Η ΚΑΛΗ, φησί, ΛΑΒΕΤΩ. Πῶς ἂν οὖν, ὦ δέσποτα Ἑρμῆ, δυνηθείην ἐγὼ θνητὸς αὐτὸς καὶ ἀγροῖκος ὢν δικαστὴς γενέσθαι παραδόξου θέας καὶ μείζονος ἢ κατὰ βουκόλον; τὰ γὰρ τοιαῦτα κρίνειν τῶν ἁβρῶν μᾶλλον καὶ ἀστικῶν· τὸ δὲ ἐμόν, αἶγα μὲν αἰγὸς ὁποτέρα καλλίων καὶ δάμαλιν ἄλλης δαμάλεως, τάχ' ἂν δικάσαιμι κατὰ τὴν τέχνην·

8. αὗται δὲ πᾶσαί τε ὁμοίως καλαὶ καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἐπὶ τὴν ἑτέραν μεταγάγοι τὴν ὄψιν ἀποσπάσας· οὐ γὰρ ἐθέλει ἀφίστασθαι ῥᾳδίως, ἀλλ' ἔνθα ἂν ἀπερείσῃ τὸ πρῶτον, τούτου ἔχεται καὶ τὸ παρὸν ἐπαινεῖ· κἂν ἐπ' ἄλλο μεταβῇ, κἀκεῖνο καλὸν ὁρᾷ καὶ παραμένει καὶ ὑπὸ τῶν πλησίον παραλαμβάνεται, καὶ ὅλως περικέχυταί μοι τὸ κάλλος αὐτῶν καὶ

digiti mei indicium ex mediis rupibus prodeuntes, et quendam ex scopulo decurrentem, qui pedum habeat, et repellat, ne protenus dissipetur armentum?

JUN. Video nunc, si quidem is est.

MERC. Is adeo ipse. Quoniam vero prope sumus, in terra, si videtur, positis vestigiis incedamus, ne conturbemus eum desuper ex improviso devolantes.

JUN. Commode dicis; atque ita faciamus. Quandoquidem autem degressi sumus, tui jam muneris, Venus, præire teque ducem præbere nobis viæ: etenim te par est peritam esse loci, quæ sæpe, ut fama fert, descenderis ad Anchisen.

VEN. Non admodum, Juno, istis commoveor cavillationibus tuis.

6. MERC. Atque ego adeo vobis viam monstrabo: etenim ipse olim commoratus sum in Ida, quando Jupiter amabat adolescentulum Phrygem: tum sæpiuscule huc veni ab eo demissus ad invisendum puerum; quumque jam mutatus in aquila lateret, juxta simul volabam, allevabamque pulcellum: quin, si quidem memini, ab ista rupe illum subripuit: hic tum forte fistula ludebat ad gregem; devolans autem pone eum ipse Jupiter valde leviter unguibus amplexus, et oris quam in capite gerebat tiaram morsu prehendens tollebat puerum turbatum, cerviceque reflexa in ipsum respicientem: tunc ego fistulam tuli; nam abjecerat eam præ timore. At enim arbiter hicce prope adest: quare alloquamur eum.

7. Salve, boum pastor.

PAR. Et tu sane, juvenis: quis autem huc advenisti ad nos? aut quas istas ducis mulieres? haud enim ita factæ, ut montes frequentent, quæ tam egregia sint forma.

MERC. Multum abest, ut sint mulieres. Junonem, Pari, Minervam et Venerem intueris, meque Mercurium misit Jupiter. At quid trepidas et palles? quin tu omnem metum pone; incommodi nihil est. Jubet autem te Jupiter judicem fieri harum pulchritudinis: Quandoquidem enim, inquit, et ipse formosus es, et doctus rebus amatoriis, tibi cognitionem permitto: certaminis autem præmium scies, ubi legeris hoc pomum.

PAR. Cedo, videam, quid tandem velit: FORMA PRÆSTANS, ait, ACCIPIAT. At quomodo, domine Mercuri, possim ego mortalis omnino, et rusticus, judicem agere admirandi spectaculi, majorisque quam ut bubulco conveniat? hæc enim talia dijudicare delicatulorum potius et urbanorum hominum: de me autem, quæ capella capellam forma præstet, item quæ juvenca juvencam aliam, id quidem forte judicaverim ex arte.

8. Hæ vero omnes perinde pulchræ, et sane nescio, quo pacto ab una quis ad alteram traducat visum abstractum; non enim vult absistere facile; sed ubi se defixerit primum, in eo hæret, illudque præsens probat: quodsi ad aliud transierit, id æque pulchrum videt, atque immoratur, et a proximis abripitur: atque adeo, ne longum faciam, circumfusa mihi est forma earum, totumque me occupavit: indi-

ὅλον περιείληφέ με καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς ὥσπερ ὁ Ἄργος ὅλῳ βλέπειν δύναμαι τῷ σώματι. Δοκῶ δ' ἄν μοι καλῶς δικάσαι πάσαις ἀποδοὺς τὸ μῆλον. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε, ταύτην μὲν εἶναι συμβέβηκε τοῦ Διὸς ἀδελφὴν καὶ γυναῖκα, ταύτας δὲ θυγατέρας· πῶς οὖν οὐ χαλεπὴ καὶ οὕτως ἡ κρίσις;

ΕΡΜ. Οὐκ οἶδα· πλὴν οὐχ οἷόν τε ἀναδῦναι πρὸς τοῦ Διὸς κεκελευσμένον.

9. **ΠΑΡ.** Ἓν τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, πεῖσον αὐτάς, μὴ χαλεπῶς ἔχειν μοι τὰς δύο τὰς νενικημένας, ἀλλὰ μόνων τῶν ὀφθαλμῶν ἡγεῖσθαι τὴν διαμαρτίαν.

ΕΡΜ. Οὕτω φασὶ ποιήσειν· ὥρα δέ σοι ἤδη περαίνειν τὴν κρίσιν.

ΠΑΡ. Πειρασόμεθα· τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις; ἐκεῖνο δὲ πρότερον εἰδέναι βούλομαι, πότερα ἐξαρκέσει σκοπεῖν αὐτάς, ὡς ἔχουσιν, ἢ καὶ ἀποδῦσαι δεήσει πρὸς τὸ ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως;

ΕΡΜ. Τοῦτο μὲν σὸν ἂν εἴη τοῦ δικαστοῦ, καὶ πρόσταττε, ὅπῃ καὶ θέλεις.

ΠΑΡ. Ὅπῃ καὶ θέλω; γυμνὰς ἰδεῖν βούλομαι.

ΕΡΜ. Ἀπόδυτε, ὦ αὗται· σὺ δ' ἐπισκόπει· ἐγὼ δ' ἂν ἀποστραφείην.

10. **ΗΡΑ.** Καλῶς, ὦ Πάρι· καὶ πρώτη γε ἀποδύσομαι, ὅπως μάθῃς ὅτι μὴ μόνας ἔχω τὰς ὠλένας λευκὰς μηδὲ τῷ βοῶπις εἶναι μέγα φρονῶ, ἐπ' ἴσης δέ εἰμι πᾶσα καὶ ὁμοίως καλή.

ΠΑΡ. Ἀπόδυθι καὶ σύ, ὦ Ἀφροδίτη.

ΑΘ. Μὴ πρότερον ἀποδύσῃς αὐτήν, ὦ Πάρι, πρὶν ἂν τὸν κεστὸν ἀπόθηται — φαρμακὶς γάρ ἐστι — μή σε καταγοητεύσῃ δι' αὐτοῦ· καίτοι γε ἐχρῆν μηδὲ οὕτω κεκαλλωπισμένην παρεῖναι μηδὲ τοσαῦτα ἐντετριμμένην χρώματα καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἑταίραν τινά, ἀλλὰ γυμνὸν τὸ κάλλος ἐπιδεικνύειν.

ΠΑΡ. Εὖ λέγουσι τὸ περὶ τοῦ κεστοῦ, καὶ ἀπόθου.

ΑΦΡ. Τί οὖν οὐχὶ καὶ σύ, ὦ Ἀθηνᾶ, τὴν κόρυν ἀφελοῦσα ψιλὴν τὴν κεφαλὴν ἐπιδεικνύεις, ἀλλ' ἐπισείεις τὸν λόφον καὶ τὸν δικαστὴν φοβεῖς; ἢ δέδιας μή σοι ἐλέγχηται τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων ἄνευ τοῦ φοβεροῦ βλεπόμενον;

ΑΘ. Ἰδού σοι ἡ κόρυς αὕτη ἀφῄρηται.

ΑΦΡ. Ἰδοὺ καί σοι ὁ κεστός.

ΗΡΑ. Ἀλλὰ ἀποδυσώμεθα.

11. **ΠΑΡ.** Ὦ Ζεῦ τεράστιε τῆς θέας, τοῦ κάλλους, τῆς ἡδονῆς. Οἵα μὲν ἡ παρθένος, ὡς δὲ βασιλικὸν αὕτη καὶ σεμνὸν ἀπολάμπει καὶ ἀληθῶς ἄξιον τοῦ Διός, ὡς δὲ ὁρᾷ ἥδε ἡδέως, καὶ γλαφυρόν τι καὶ προσαγωγὸν ἐμειδίασεν — ἀλλ' ἤδη μὲν ἅλις ἔχω τῆς εὐδαιμονίας, εἰ δοκεῖ δέ, καὶ ἰδίᾳ καθ' ἑκάστην ἐπιδεῖν βούλομαι, ὡς νῦν γε ἀμφίβολός εἰμι καὶ οὐκ οἶδα πρὸς ὅ τι ἀποβλέψω πάντῃ τὰς ὄψεις περισπώμενος.

ΑΦΡ. Οὕτω ποιῶμεν.

ΠΑΡ. Ἄπιτε οὖν αἱ δύο· σὺ δέ, ὦ Ἥρα, περίμενε.

ΗΡΑ. Περιμενῶ, κἀπειδάν με ἀκριβῶς ἴδῃς, ὥρα σοι καὶ ἄλλα ἤδη σκοπεῖν, εἰ καλά σοι καὶ τὰ δῶρα τῆς

gnor equidem, quod non et ipse, quemadmodum Argus, toto videre possim corpore. Videar ergo mihi recte judicaturus, omnibus si tribuam pomum. Huc porro accedit, hæc ut sit Jovis soror et conjux, illæ filiæ: qui ergo non ardua sit hoc etiam nomine pronunciatio?

MERC. Haud scio : attamen fieri non potest ut subterfugias a Jove jussus.

9. **PAR.** Unicum illud, Mercuri, fac ut iis persuadeas, ut ne infensæ sint in me, quæ inferiores discesserint ambæ, sed solum oculorum hunc esse putent errorem.

MERC. Ita aiunt se facturas : curandum tibi nunc, ut peragas judicium.

PAR. Conabimur quidem : quid enim quis faciat? Illud autem primum scire volo, utrum satis erit spectare illas, sicut sunt, an insuper exuere oportebit, ut explorate examen habeatur?

MERC. Id quidem erit tua judicis in manu : impera, qua fieri velis.

PAR. Qua velim? nudas intueri volo.

MERC. Vos, deponite vestes : tu inspice : ego vero me averto.

10. **JUN.** Optime, Pari: equidem prima vestes ponam, ut discas, me non solas habere ulnas candidas, neque eo, quod grandes mihi sint oculi, efferri : namque æqualiter sum tota et similem in modum pulchra.

PAR. Exue tu quoque, Venus.

MIN. Ne prius illam exuas, o Pari, quam cestum deposuerit (est enim venefica), ne te fascinet ejus ope : quin etiam haud oportebat ita exornatam adesse, neque tot fucatam pigmentis, quasi revera meretricem quandam, sed nudam formam exhibere.

PAR. Recte monent de cesto : atque ergo depone.

VEN. Quid igitur nec tu, Minerva, galea detracta nudum caput ostendis, sed quatis cristas, ac judicem territas? num metus est ne tibi arguatur nihilque ad formam conferat cæsium illud oculorum, si absque illo galeæ terrore spectetur?

MIN. Ecce tibi, cassis hæc est demta.

VEN. Ecce tibi, cestus quoque.

JUN. At exuamur.

11. **PAR.** Jupiter prodigialis! quod spectaculum, quæ forma, quanta voluptas! qualis hæc virgo! quam regium ista et verendum resplendet, vereque dignum Jove! hæc autem ut suaviter intuetur! imo etiam festivum quiddam atque illecebrosum subrisit. At jam ego quod satis est habeo felicitatis : verum, si placet, seorsum singulas etiam inspicere volo; nam nunc quidem ambiguus hæreo, nec scio, quo potissimum oculos convertam quaquaversum visu distracto.

VEN. Ita faciamus.

PAR. Recedite ergo vos ambæ : tu, Juno, resta.

JUN. Resto : verum postquam me diligenter inspexeris, aliud etiam tibi atque etiam est considerandum, an pla-

ψήφου τῆς ἐμῆς· ἢν γάρ με, ὦ Πάρι, δικάσῃς εἶναι καλὴν, ἁπάσης ἔσῃ τῆς Ἀσίας δεσπότης.

ΠΑΡ. Οὐκ ἐπὶ δώροις μὲν τὰ ἡμέτερα. Ἀλλ' ἄπιθι· πεπράξεται γὰρ ἅπερ ἂν δοκῇ.

12. Σὺ δὲ πρόσιθι ἡ Ἀθηνᾶ.

ΑΘ. Παρέστηκά σοι, κἄτα ἤν με, ὦ Πάρι, δικάσῃς καλὴν, οὔποτε ἥττων ἄπει ἐκ μάχης, ἀλλ' ἀεὶ κρατῶν· πολεμιστὴν γάρ σε καὶ νικηφόρον ἀπεργάσομαι.

ΠΑΡ. Οὐδὲν, ὦ Ἀθηνᾶ, δεῖ μοι πολέμου καὶ μάχης· εἰρήνη γὰρ, ὡς ὁρᾷς, τὰ νῦν ἐπέχει τὴν Φρυγίαν τε καὶ Λυδίαν καὶ ἀπολέμητος ἡμῖν ἡ τοῦ πατρὸς ἀρχή. Θάρρει δέ· οὐ μειονεκτήσεις γὰρ, κἂν μὴ ἐπὶ δώροις δικάζωμεν. Ἀλλ' ἔνδυθι ἤδη καὶ ἐπίθου τὴν κόρυν· ἱκανῶς γὰρ εἶδον. Τὴν Ἀφροδίτην παρεῖναι καιρός.

13. ΑΦΡ. Αὕτη σοι ἐγὼ πλησίον, καὶ σκόπει καθ' ἓν ἀκριβῶς μηδὲν παρατρέχων, ἀλλ' ἐνδιατρίβων ἑκάστῳ τῶν μερῶν. Εἰ δ' ἐθέλεις, ὦ καλὲ, καὶ τάδε μου ἄκουσον· ἐγὼ γὰρ πάλαι ὁρῶσά σε νέον ὄντα καὶ καλὸν, ὁποῖον οὐκ οἶδ' εἴ τινα ἕτερον ἡ Φρυγία τρέφει, μακαρίζω μὲν τοῦ κάλλους, αἰτιῶμαι δὲ τὸ μὴ ἀπολιπόντα τοὺς σκοπέλους καὶ ταυτασὶ τὰς πέτρας κατ' ἄστυ ζῆν, ἀλλὰ διαφθείρειν τὸ κάλλος ἐν ἐρημίᾳ· τί μὲν γὰρ ἂν σὺ ἀπολαύσειας τῶν ὀρῶν; τί δ' ἂν ἀπόναιντο τοῦ σοῦ κάλλους αἱ βόες; ἔπρεπε δὲ ἤδη σοι καὶ γεγαμηκέναι, μὴ μέντοι ἀγροϊκόν τινα καὶ χωρῖτιν, οἷαι κατὰ τὴν Ἴδην αἱ γυναῖκες, ἀλλά τινα ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἢ Ἀργόθεν ἢ ἐκ Κορίνθου ἢ Λάκαιναν, οἵαπερ ἡ Ἑλένη ἐστὶ, νέα τε καὶ καλὴ καὶ κατ' οὐδὲν ἐλάττων ἐμοῦ, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ἐρωτική· ἐκείνη γὰρ δὴ εἰ καὶ μόνον θεάσαιτό σε οἶδα ἐγὼ πάντα ἀπολιποῦσα καὶ παρασχοῦσα ἑαυτὴν ἔκδοτον ἕψεται καὶ συνοικήσει. Πάντως δὲ καὶ σὺ ἀκήκοάς τι περὶ αὐτῆς.

ΠΑΡ. Οὐδὲν, ὦ Ἀφροδίτη· νῦν δὲ ἡδέως ἂν ἀκούσαιμί σου τὰ πάντα διηγουμένης.

14. ΑΦΡ. Αὕτη θυγάτηρ μέν ἐστι Λήδας, ἐκείνης τῆς καλῆς, ἐφ' ἣν ὁ Ζεὺς κατέπτη κύκνος γενόμενος.

ΠΑΡ. Ποία δὲ τὴν ὄψιν ἐστί;

ΑΦΡ. Λευκὴ μὲν, οἵαν εἰκὸς ἐκ κύκνου γεγεννημένην, ἁπαλὴ δὲ, ὡς ἐν ᾠῷ τραφεῖσα, γυμνὰς τὰ πολλὰ καὶ παλαιστικὴ, καὶ οὕτω δή τι περισπούδαστος ὥστε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι, τοῦ Θησέως ἄωρον ἔτι ἁρπάσαντος. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐς ἀκμὴν κατέστη, πάντες οἱ ἄριστοι τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὴν μνηστείαν ἀπήντησαν, προεκρίθη δὲ Μενέλεως τοῦ Πελοπιδῶν γένους· εἰ δὴ θέλοις, ἐγώ σοι καταπράξομαι τὸν γάμον.

ΠΑΡ. Πῶς φής; τὸν τῆς γεγαμημένης;

ΑΦΡ. Νέος εἶ σὺ καὶ ἀγροῖκος, ἐγὼ δὲ οἶδα ὡς χρὴ τὰ τοιαῦτα δρᾶν.

ΠΑΡ. Πῶς; ἐθέλω γὰρ καὶ αὐτὸς εἰδέναι.

15. ΑΦΡ. Σὺ μὲν ἀποδημήσεις ὡς ἐπὶ θέαν δὴ τῆς Ἑλλάδος, κἀπειδὰν ἀφίκῃ ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ὄψεταί σε ἡ Ἑλένη, τοὐντεῦθεν δὲ ἐμὸν ἂν εἴη τὸ ἔργον ὅπως ἐρασθήσεταί σου καὶ ἀκολουθήσει.

ceant tibi dona, quæ præmium tribuam calculi pro me lati. Siquidem me, Pari, judicaveris esse forma præstantem, universæ eris Asiæ dominus.

PAR. Non donorum spe nostra constant. Jam recede: fient in hac lite finienda, quæ videbuntur.

12. Accede tu, Minerva.

MIN. Adsum tibi: at hoc, quæso: si me, Pari, pronunciaris formosam, nunquam inferior abibis ex pugna, sed perpetuo victor: bellatorem enim te et victorias reportantem reddam.

PAR. Nihil, Minerva, opus mihi est bello ac pugna; nam pax, uti vides, nunc quidem obtinet Phrygiam et Lydiam, belloque nullo infestatur patris imperium. At bono esto animo: nequaquam jus tuum imminuetur, etiamsi donorum spes nos judices minime commoveat. Sed indue jam vestes, atque impone galeam; satis enim vidi. Venerem adesse tempus.

13. VEN. En adsum prope: quin tu specta singulas partes curate, nihil prætercurrens, verum immoratus unicuique membrorum. Si lubet autem, formose, et istæc ex me audi. Ego sane jam dudum, quum te viderem juvenem et pulchrum, qualem haud scio an alium Phrygia nutriat, beatum te prædico ob formæ decus; id autem incuso, quod non, relictis scopulis istisque rupibus, in urbe vivas, sed corrumpas formam in solitudine: quem enim tu fructum capias ex montibus? quidve juvet honesta species tua boves? par fuerat jam te nuptias iniisse, non quidem agrestis alicujus ac rusticæ, quales per Idam sunt mulieres, sed cujusdam ex Græcia, aut Argis, aut Corintho, vel Lacænæ, qualis Helene, ætate integra, pulchra, nullaque parte inferior me, quodque maximum est, amatoriæ nequitiæ perita. Hæc, si te tantummodo aspexerit, sat scio, omnibus relictis et in tuam potestatem dedita, sequetur et una tecum habitabit. Sine dubio autem tu quoque inaudivisti aliquid de ea.

PAR. Nihil quicquam, o Venus: at nunc perlibenter audiverim ex te cuncta denarrante.

14. VEN. Est filia Ledæ, illius formosæ, ad quam Jupiter devolavit in cygnum mutatus.

PAR. Qualinam facie?

VEN. Candida, qualem decet esse ex cygno natam; tum mollis, ut in ovo nutrita: nuda plerumque luctæ et palæstræ dedita: denique tanto studio expetita, ut bellum etiam propter eam exstiterit, Theseo immaturam adhuc rapiente. Enimvero postquam ad florem ætatis pervenit, omnes Achivorum principes ad illam sibi despondendam convenerunt: prælatus est Menelaus ex Pelopidarum gente. Si tu velis, ego tibi perficiam has nuptias.

PAR. Quid ais? nuptias jam nuptæ?

VEN. Scilicet juvenis es rudis et rusticus: ego vero novi, ut conveniat ista facere.

PAR. At quomodo? etenim velim et ipse scire.

15. VEN. Tu quidem peregrinaberis ad lustrandam nimirum Græciam; tum ubi perveneris Lacedæmonem, videbit te Helena: exinde jam mearum fuerit partium curare, ut amore capta te sectetur.

ΠΑΡ. Τοῦτ' αὐτὸ καὶ ἄπιστον εἶναί μοι δοκεῖ, τὸ ἀπολιποῦσαν τὸν ἄνδρα ἐθελῆσαι βαρβάρῳ καὶ ξένῳ συνεκπλεῦσαι.

ΑΦΡ. Θάρρει τούτου γε ἕνεκα. Παῖδε γάρ μοι ἐστὸν δύο καλώ, Ἵμερος καὶ Ἔρως, τούτω σοι παραδώσω ἡγεμόνε τῆς ὁδοῦ γενησομένω· καὶ ὁ μὲν Ἔρως ὅλος παρελθὼν ἐς αὐτὴν ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾶν, ὁ δ' Ἵμερος αὐτῷ σοι περιχυθεὶς τοῦθ' ὅπερ ἐστιν, ἱμερτόν τε θήσει καὶ ἐράσμιον, καὶ αὐτὴ δὲ συμπαροῦσα. Δεήσομαι δὲ καὶ τῶν Χαρίτων ἀκολουθεῖν, ἅπαντες αὐτὴν ἵνα πείσωμεν.

ΠΑΡ. Ὅπως μὲν ταῦτα χωρήσει, ἄδηλον, ὦ Ἀφροδίτη· πλὴν ἐρῶ γε ἤδη τῆς Ἑλένης καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ ὁρᾶν αὐτὴν οἴομαι καὶ πλέω εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῇ Σπάρτῃ ἐπιδημῶ καὶ ἐπάνειμι ἔχων τὴν γυναῖκα καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ ταῦτα ἤδη πάντα ποιῶ.

16. ΑΦΡ. Μὴ πρότερον ἐρασθῇς, ὦ Πάρι, πρὶν ἐμὲ τὴν προμνήστριαν καὶ νυμφαγωγὸν ἀμείψασθαι τῇ κρίσει· πρέποι γὰρ ἂν κἀμὲ νικηφόρον ὑμῖν συμπαρεῖναι καὶ ἑορτάζειν ἅμα καὶ τοὺς γάμους καὶ τὰ ἐπινίκια· πάντα γὰρ ἔνεστί σοι, τὸν ἔρωτα, τὸ κάλλος, τὸν γάμον τουτονὶ τοῦ μήλου πρίασθαι.

ΠΑΡ. Δέδοικα μή μου ἀμελήσῃς μετὰ τὴν κρίσιν.

ΑΦΡ. Βούλει οὖν ἐπομόσωμαι;

ΠΑΡ. Μηδαμῶς, ἀλλὰ ὑπόσχου πάλιν.

ΑΦΡ. Ὑπισχνοῦμαι δή σοι τὴν Ἑλένην παραδώσειν γυναῖκα καὶ ἀκολουθήσειν γε ἔτι αὐτὴν καὶ ἀφίξεσθαι παρ' ὑμᾶς ἐς τὴν Ἴλιον, καὶ αὐτὴ παρέσομαι καὶ συμπράξω τὰ πάντα.

ΠΑΡ. Καὶ τὸν Ἔρωτα καὶ τὸν Ἵμερον καὶ τὰς Χάριτας ἄξεις;

ΑΦΡ. Θάρρει, καὶ τὸν Πόθον καὶ τὸν Ὑμέναιον ἔτι πρὸς τούτοις παραλήψομαι.

ΠΑΡ. Οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις δίδωμι τὸ μῆλον, ἐπὶ τούτοις λάμβανε.

PAR. Id ipsum incredibile esse mihi videtur, ut, deserto marito, animum inducat cum homine barbaro et peregrino navigationi se dare.

VEN. Bonum animum habe istius quidem rei causa. Nati mihi sunt duo, pulcherrima forma, Himerus et Cupido: ambos tibi tradam duces viæ futuros. Et Cupido quidem se totum insinuabit in eam, cogetque mulierem amare; Himerus autem tibimet ipsi circumfusus, quod scilicet ipse est, desiderabilem te faciet atque amabilem : egomet etiam una adero. Præterea rogabo Gratias, ut nos comitentur : quo conjuncti omnes ipsi persuadeamus.

PAR. Quomodo ista possint fieri, non liquet, Venus : attamen amo jam Helenam, et nescio quo pacto videre illam mihi videor, et navigo recta in Græciam, et Spartæ deversor, redeoque compos mulieris, idque me male habet, quod nondum hæc omnia facio.

16. VEN. At tu ne prius ames, Pari, quam mihi conciliatrici et pronubæ gratiam retuleris sententia secundum me data : decet enim me victricem vobis una adesse, ac festum agere simul nuptiarum et victoriæ meæ : omnia quippe licet tibi, amorem, formam et has nuptias isto pomo comparare.

PAR. Metuo, ne me negligas post judicium.

VEN. Vin' jusjurandum interponam?

PAR. Neutiquam : sed promitte denuo.

VEN. Recipio enimvero tibi Helenam me tradituram esse uxorem, eamque porro te secuturam esse, atque Ilium ad vos profecturam : ipsa ego adero, et adjutrix ero ad hæc omnia.

PAR. Etiam Cupidinem et Himerum et Gratias adduces?

VEN. Ne dubita : Pothum etiam et Hymenæum insuper assumam.

PAR. Quin ergo ea conditione trado tibi pomum, ea conditione accipe.

21.

ΑΡΕΩΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

1. ΑΡ. Ἤκουσας, ὦ Ἑρμῆ, οἷα ἠπείλησεν ἡμῖν ὁ Ζεύς, ὡς ὑπεροπτικὰ καὶ ὡς ἀπίθανα; Ἢν ἐθελήσω, φησίν, ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ σειρὰν καθήσω, ὑμεῖς δὲ ἀποκρεμασθέντες κατασπᾶν βιάσεσθέ με, ἀλλὰ μάτην πονήσετε· οὐ γὰρ δὴ καθελκύσετε· εἰ δὲ ἐγὼ θελήσαιμι ἀνελκύσαι, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἅμα καὶ τὴν θάλατταν συναρτήσας μετεωριῶ· καὶ τἄλλα ὅσα καὶ σὺ ἀκήκοας. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν καθ' ἕνα πάντων ἀμείνων καὶ ἰσχυρότερός ἐστιν οὐκ ἂν ἀρνηθείην, ὁμοῦ δὲ τῶν τοσούτων ὑπερφέρειν, ὡς μὴ καταπονήσειν αὐτόν, κἂν τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν προσλάβωμεν, οὐκ ἂν πεισθείην.

21.

MARTIS ET MERCURII.

1. MARS. Audistin', Mercuri, qualia minitatus sit nobis Jupiter, quam superba et absurda? Si voluero, inquit, ego ex cœlo catenam demittam; vos inde suspensi si detrahere me magna vi contenderitis, frustra laborabitis; non enim profecto detraxeritis. Ego contra si voluero sursum attrahere, non vos solum, sed et terram simul ac mare adducta in sublime tollam : et cetera, quæcumque ipsemet audivisti. Ego autem, si singulos compares, omnibus fortiorem esse et validiorem infitias non iverim : sed una junctis tot diis superiorem esse, ut devincere eum non valeamus, etsi terram et pontum assumserimus, haud sane mihi persuaserim.

2. ΕΡΜ. Εὔφημει, ὦ Ἄρες· οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μὴ καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν τῆς φλυαρίας.

ΑΡ. Οἴει γάρ με πρὸς πάντας ἂν ταῦτα εἰπεῖν, οὐχὶ δὲ πρὸς μόνον σὲ, ὃν ἐχεμυθεῖν ἠπιστάμην; Ὁ δ' οὖν μάλιστα γελοῖον ἔδοξέ μοι ἀκούοντι μεταξὺ τῆς ἀπειλῆς, οὐκ ἂν δυναίμην σιωπῆσαι πρὸς σέ· μέμνημαι γὰρ οὐ πρὸ πολλοῦ, ὁπότε ὁ Ποσειδῶν καὶ ἡ Ἥρα καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐπαναστάντες ἐπεβούλευον συνδῆσαι λαβόντες αὐτὸν, ὡς παντοῖος ἦν δεδιὼς, καὶ ταῦτα τρεῖς ὄντας, καὶ εἰ μή γε ἡ Θέτις κατελεήσασα ἐκάλεσεν αὐτῷ σύμμαχον Βριάρεων ἑκατόγχειρα ὄντα, κἂν ἐδέδετο ἂν αὐτῷ κεραυνῷ καὶ βροντῇ. Ταῦτα λογιζομένῳ ἐπῄει μοι γελᾶν ἐπὶ τῇ καλλιρρημοσύνῃ αὐτοῦ.

ΕΡΜ. Σιώπα, φημί· οὐ γὰρ ἀσφαλὲς οὔτε σοὶ λέγειν οὔτ' ἐμοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα.

2. MERC. Bona verba, Mars! non enim tutum eloqui talia, ne quid etiam mali redundet ad nos ab ista garrulitate.

MARS. Num tu putas ad omnes me promiscue hæc dicturum, non tibi soli, quem linguæ temperare posse noveram? Quod igitur ridiculum maxime visum fuit mihi audienti inter illas minas, non possim reticere ad te: memini equidem non ita diu, quando Neptunus et Juno et Minerva seditione mota structisque insidiis voluerunt eum vincire comprehensum, quam multa ille tentarit præ metu, idque trium tantummodo: quod ni Thetis miserata vocasset ipsi auxiliatorem Briareum centimanum, vinculis constrictus foret cum ipso fulmine ac tonitru. Ista mecum perpendens, teneri non poteram quin riderem magniloquentiam ejus.

MERC. Tace, inquam: nam tutum haud est nec tibi loqui, nec mihi audire talia.

22.

ΠΑΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

1. ΠΑΝ. Χαῖρε, ὦ πάτερ Ἑρμῆ.

ΕΡΜ. Νηδὶ καὶ σύ γε. Ἀλλὰ πῶς ἐγὼ σὸς πατήρ;

ΠΑΝ. Οὐχ ὁ Κυλλήνιος Ἑρμῆς ὢν τυγχάνεις;

ΕΡΜ. Καὶ μάλα. Πῶς οὖν υἱὸς ἐμὸς εἶ;

ΠΑΝ. Μοιχίδιός εἰμι, ἐξαίρετός σοι γενόμενος.

ΕΡΜ. Νὴ Δία, τράγου ἴσως τινὸς μοιχεύσαντος αἶγα· ἐμοὶ γὰρ πῶς, κέρατα ἔχων καὶ ῥῖνα τοιαύτην καὶ πώγωνα λάσιον καὶ σκέλη διχαλὰ καὶ τραγικὰ καὶ οὐρὰν ὑπὲρ τὰς πυγάς;

ΠΑΝ. Ὁπόσα ἂν ἀποσκώψῃς εἰς ἐμὲ, τὸν σεαυτοῦ υἱὸν, ὦ πάτερ, ἐπονείδιστον ἀποφαίνεις, μᾶλλον δὲ σεαυτὸν, ὃς τοιαῦτα γεννᾷς καὶ παιδοποιεῖς, ἐγὼ δὲ ἀναίτιος.

ΕΡΜ. Τίνα δὲ καὶ φῄς σου μητέρα; ἤ που ἔλαθον αἶγα μοιχεύσας ἔγωγε;

ΠΑΝ. Οὐχ αἶγα ἐμοίχευσας, ἀλλ' ἀνάμνησον σεαυτὸν, εἴ ποτε ἐν Ἀρκαδίᾳ παῖδα ἐλευθέραν ἐβιάσω. Τί δακὼν τὸν δάκτυλον ζητεῖς καὶ ἐπὶ πολὺ ἀπορεῖς; τὴν Ἰκαρίου λέγω Πηνελόπην.

ΕΡΜ. Εἶτα τί παθοῦσα ἐκείνη ἀντ' ἐμοῦ τράγῳ σε ὅμοιον ἔτεκεν;

2. ΠΑΝ. Αὐτῆς ἐκείνης λόγον σοι ἐρῶ· ὅτε γάρ με ἐξέπεμπεν ἐπὶ τὴν Ἀρκαδίαν, Ὦ παῖ, μήτηρ μέν σοι, ἔφη, ἐγώ εἰμι, Πηνελόπη ἡ Σπαρτιᾶτις, τὸν πατέρα δὲ γίγνωσκε θεὸν ἔχων Ἑρμῆν Μαίας καὶ Διός. Εἰ δὲ κερασφόρος καὶ τραγοσκελὴς εἶ, μὴ λυπείτω σε· ὁπότε γάρ μοι συνείη ὁ πατὴρ ὁ σὸς, τράγῳ ἑαυτὸν ἀπείκασεν, ὡς λάθοι, καὶ διὰ τοῦτο ὅμοιος ἀπέβης τῷ τράγῳ.

ΕΡΜ. Νὴ Δία, μέμνημαι ποιήσας τοιοῦτόν τι. Ἐγὼ οὖν ὁ ἐπὶ κάλλει μέγα φρονῶν, ἔτι ἀγένειος αὐτὸς

22.

PANIS ET MERCURII.

1. PAN. Salve, pater Mercuri.

MERC. Imo et tu quoque: sed quomodo sim ego tuus pater?

PAN. Non tu Cyllenius es Mercurius?

MERC. Ita sane: at quo pacto filius meus es?

PAN. Ex adulterio natus sum, tibi peculiaris.

MERC. Profecto hirco potius, ni fallor, aliquo adulterante capram: meus enim qui fieri potest ut sis cum cornibus, et naso tali, et barba hirsuta, cruribusque bifidis ac hircinis, et cauda super nates?

PAN. Quicquid in me ridiculi dixeris, tuum ipsius filium, o pater, probris ac dedecore afficis: quin potius temet ipsum, utpote qui tales gignis et procreas; ego vero culpa vaco.

MERC. At quam tu tandem dicis matrem tuam? numquid imprudens in capra stuprum commisi?

PAN. Non capram quidem stuprasti; sed fac ut in memoriam redeas, si forte in Arcadia puellæ ingenuæ vim intulisti: quid commorso digito quæris, multumque hæsitas? Icarii filiam inquam, Penelopen.

MERC. Et quid tandem est rei, quod, quum illa mihi deberet, hirco te similem peperit?

2. PAN. Ea ipsa quæ dixit, enarrabo tibi. Quando me ablegabat in Arcadiam, Fili, mater quidem tua, inquit, ego sum, Penelope Spartana: at patrem scito deum habere te, Mercurium Maiæ et Jovis filium: quod autem cornutus hircinisque pedibus es, id tibi ne dolori sit: quando enim mecum congrediebatur pater tuus, hirco se assimilavit, ut lateret: ea est causa, cur similis evaseris hirco.

MERC. Sane commemini fecisse me tale quiddam. Ergo ego, cui forma spiritus facit, adhuc imberbis ipse, tuus pa-

ὧν σὺς πατὴρ κεκλήσομαι καὶ γέλωτα ὀφλήσω παρὰ πᾶσιν ἐπὶ τῇ εὐπαιδίᾳ;

3. ΠΑΝ. Καὶ μὴν οὐ καταισχυνῶ σε, ὦ πάτερ· μουσικός τε γάρ εἰμι καὶ συρίζω πάνυ καπυρὸν, καὶ ὁ Διόνυσος οὐδὲν ἐμοῦ ἄνευ ποιεῖν δύναται, ἀλλ' ἑταῖρον καὶ θιασώτην πεποίηταί με, καὶ ἡγοῦμαι αὐτῷ τοῦ χοροῦ· καὶ τὰ ποίμνια δὲ εἰ θεάσαιό μου, ὁπόσα περὶ Τεγέαν καὶ ἀνὰ τὸ Παρθένιον ἔχω, πάνυ ἡσθήσῃ· ἄρχω δὲ καὶ τῆς Ἀρκαδίας ἁπάσης· πρῴην δὲ καὶ Ἀθηναίοις συμμαχήσας οὕτως ἠρίστευσα Μαραθῶνι, ὥστε καὶ ἀριστεῖον ᾑρέθη μοι, τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον. Ἢν γοῦν ἐς Ἀθήνας ἔλθῃς, εἴσῃ ὅσον ἐκεῖ τοῦ Πανὸς ὄνομα.

4. ΕΡΜ. Εἰπὲ δέ μοι, γεγάμηκας, ὦ Πὰν, ἤδη; τοῦτο γὰρ, οἶμαι, καλοῦσί σε.

ΠΑΝ. Οὐδαμῶς, ὦ πάτερ· ἐρωτικὸς γάρ εἰμι καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι συνὼν μιᾷ.

ΕΡΜ. Ταῖς οὖν αἰξὶ δηλαδὴ ἐπιχειρεῖς.

ΠΑΝ. Σὺ μὲν σκώπτεις, ἐγὼ δὲ τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ σύνειμι καὶ ἁπάσαις ταῖς τοῦ Διονύσου Μαινάσι καὶ πάνυ σπουδάζομαι πρὸς αὐτῶν.

ΕΡΜ. Οἶσθα οὖν, ὦ τέκνον, ὅ τι χαρίσῃ τὸ πρῶτον αἰτοῦντί μοι;

ΠΑΝ. Πρόσταττε, ὦ πάτερ, ἵν' ἡμεῖς μὲν εἰδῶμεν.

ΕΡΜ. Ταῦτα ποίει· καὶ πρόσιθί μοι καὶ φιλοφρονοῦ· πατέρα δὲ ὅρα μὴ καλέσῃς με ἄλλου ἀκούοντος.

23.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ.

1. ΑΠ. Τί ἂν λέγοιμεν; ὁμομητρίους, ὦ Διόνυσε, ἀδελφοὺς εἶναι Ἔρωτα καὶ Ἑρμαφρόδιτον καὶ Πρίαπον ἀνομοιοτάτους ὄντας τὰς μορφὰς καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα; ὁ μὲν γὰρ πάγκαλος καὶ τοξότης καὶ δύναμιν οὐ μικρὰν περιβεβλημένος ἁπάντων ἄρχων, ὁ δὲ θῆλυς καὶ ἡμίανδρος καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν· οὐκ ἂν διακρίναις εἴτ' ἔφηβός ἐστιν εἴτε καὶ παρθένος· ὁ δὲ καὶ πέρα τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικὸς ὁ Πρίαπος.

ΔΙΟ. Μηδὲν θαυμάσῃς, ὦ Ἄπολλον· οὐ γὰρ Ἀφροδίτη αἰτία τούτου, ἀλλὰ οἱ πατέρες διάφοροι γεγενημένοι, ὅπου γε καὶ ὁμοπάτριοι πολλάκις ἐκ μιᾶς γαστρὸς, ὁ μὲν ἄρρην, ἡ δὲ θήλεια, ὥσπερ ὑμεῖς, γίνονται.

ΑΠ. Ναί· ἀλλ' ἡμεῖς ὅμοιοί ἐσμεν καὶ ταὐτὰ ἐπιτηδεύομεν· τοξόται γὰρ ἄμφω.

ΔΙΟ. Μέχρι μὲν τόξου τὰ αὐτὰ, ὦ Ἄπολλον, ἐκεῖνα δὲ οὐχ ὅμοια, ὅτι ἡ μὲν Ἄρτεμις ξενοκτονεῖ ἐν Σκύθαις, σὺ δὲ μαντεύῃ καὶ ἰᾷ τοὺς κάμνοντας.

ΑΠ. Οἴει γὰρ τὴν ἀδελφὴν χαίρειν τοῖς Σκύθαις, ἥ γε καὶ παρεσκεύασται, ἤν τις Ἕλλην ἀφίκηταί ποτε ἐς τὴν Ταυρικὴν, συνεκπλεῦσαι μετ' αὐτοῦ μυσαττομένη τὰς σφαγάς;

ΔΙΟ. Εὖ γε ἐκείνη ποιοῦσα.

ter dicar, et ludibrium debebo omnibus ob elegantiam prolis?

3. PAN. Atqui nec pudori nec probro ero tibi, pater: musices enim peritus sum, et fistula ludo valde argutum quiddam; Bacchusque nihil sine me facere potest: imo sodalem et thiasi socium constituit me, duxque ipsi sum chori. Quodsi greges meos spectes, quotcumque circa Tegeam et per Parthenium habeo, multum lætabere. Nuper etiam auxilio Atheniensibus lato tam strenue rem gessi Marathone, ut virtutis præmium attributa sit mihi, quæ sub arce est, spelunca: si ergo Athenas veneris, intelliges quantum ibi Panis sit nomen.

4. MERC. At, quæso, dic mihi, duxistin' jam uxorem, o Pan? hoc enim, opinor, nomine te compellant.

PAN. Neutiquam, pater: sum enim lascivior aliquantulum; nec contentus sim una, quacum rem habeam.

MERC. Capras videlicet inis.

PAN. Tu quidem irrides: ego vero et Echo et Pityn ineo, et cunctas Bacchi Mænadas, ac valde color ab ipsis atque observor.

MERC. Scin' igitur, quid mihi gratificabere, fili, jam primum petenti a te?

PAN. Impera, pater, ut ego sciam.

MERC. Ita facias: et accede ad me, et comitate blanda complectere: patrem vero vide ne appellaris me, audiente aliquo.

23.

APOLLINIS ET BACCHI.

1. APOL. Quid dicamus? eademne matre natos, Bacche, fratres esse Cupidinem, Hermaphroditum et Priapum, dissimiles plane forma et vitæ instituto? etenim hic quidem undiquaque pulcher arcum tractat, et potentia non mediocri circumdatus omnibus imperat: iste muliebris, semivir, et ambigua facie; haud plane dignoscas, ephebus sit an virgo: ille vero etiam ultra decorum virilis, Priapus inquam.

BAC. Nihil est, quod mireris, Apollo: neque enim Venus hujus discriminis causa, sed patres inter se dispares: ubi sane eodem geniti patre sæpius ex uno utero hic masculus, illa femina, quemadmodum vos, nascuntur.

AP. Profecto: sed nos tamen similes, et eadem studia tractamus, quippe ambo arcus usu periti.

BAC. Usque ad arcum, eadem utique, Apollo: sed ista jam dissident, quod Diana hospites mactet apud Scythas; tu autem vaticineris, et sanes ægrotos.

AP. Putan' sororem delectari Scythis, quæ ita se jam comparavit, ut, si quis Græcus pervenerit aliquando in Tauricam, abitura sit simul cum eo navi, aversata cædes.

BAC. Jure quidem illa merito.

2. Ὁ μέντοι Πρίαπος, γελοῖον γάρ τί σοι διηγήσομαι, πρῴην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος, ἐγὼ μὲν παρῄειν τὴν πόλιν, ὁ δὲ ὑποδεξάμενός με καὶ ξενίσας παρ' αὐτῷ, ἐπειδὴ ἀνεπαυσάμεθα ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι, κατ' αὐτάς που μέσας νύκτας ἐπαναστὰς ὁ γενναῖος — αἰδοῦμαι δὲ λέγειν.

ΑΠ. Ἐπείρα σε, Διόνυσε;

ΔΙΟ. Τοιοῦτόν ἐστι.

ΑΠ. Σὺ δὲ τί πρὸς ταῦτα;

ΔΙΟ. Τί γὰρ ἄλλο ἢ ἐγέλασα;

ΑΠ. Εὖ γε, τὸ μὴ χαλεπῶς μηδὲ ἀγρίως· συγγνωστὸς γάρ, εἰ καλόν σε οὕτως ὄντα ἐπείρα.

ΔΙΟ. Τούτου μὲν ἕνεκα καὶ ἐπὶ σὲ ἄν, ὦ Ἄπολλον, ἀγάγοι τὴν πεῖραν· καλὸς γὰρ σὺ καὶ κομήτης, ὡς καὶ νήφοντα ἄν σοι τὸν Πρίαπον ἐπιχειρῆσαι.

ΑΠ. Ἀλλ' οὐκ ἐπιχειρήσει γε, ὦ Διόνυσε· ἔχω γὰρ μετὰ τῆς κόμης καὶ τόξα.

2. Verum ad Priapum ut redeam, ridiculum enim quiddam tibi narrabo, qui nuper Lampsaci fuerim : igitur præteribam urbem; hic autem quum hospitio me excepisset, postquam requievimus, in convivio satis vino rigati, tum nocte admodum media insurgens bonus ille — sed pudor vetat dicere.

AP. Tentabat te, Bacche?

BAC. Rem tenes.

AP. Tu autem quid ad hæc?

BAC. Quid aliud quam risi?

AP. Laudo, quod nihil iracunde tu nec ferociter : nam venia dignus est, si te tam pulchrum tentavit.

BAC. Istius quidem rei causa vel tui tentandi, Apollo, faciat periculum : tu enim formosus et comatus, ut vel sobrius te Priapus adoriatur.

AP. At cavebit, Bacche, ne sollicitet : habeo enim cum coma etiam arcum.

24.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΙΑΣ.

1. ΕΡΜ. Ἔστι γάρ τις, ὦ μῆτερ, ἐν οὐρανῷ θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ;

ΜΑΙ. Μὴ λέγε, ὦ Ἑρμῆ, τοιοῦτον μηδέν.

ΕΡΜ. Τί μὴ λέγω, ὃς τοσαῦτα πράγματα ἔχω μόνος κάμνων καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας διασπώμενος; ἕωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα σαίρειν τὸ συμπόσιον δεῖ καὶ διαστρώσαντα τὴν κλισίαν εὐθετίσαντά τε ἕκαστα παρεστάναι τῷ Διὶ καὶ διαφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς παρ' αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω ἡμεροδρομοῦντα, καὶ ἐπανελθόντα ἔτι κεκονιμένον παρατιθέναι τὴν ἀμβροσίαν· πρὶν δὲ τὸν νεώνητον τοῦτον οἰνοχόον ἥκειν, καὶ τὸ νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον. Τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲ νυκτὸς καθεύδω μόνος τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε τῷ Πλούτωνι ψυχαγωγεῖν καὶ νεκροπομπὸν εἶναι καὶ παρεστάναι τῷ δικαστηρίῳ· οὐ γὰρ ἱκανά μοι τὰ τῆς ἡμέρας ἔργα, ἐν παλαίστραις εἶναι κἀν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττειν καὶ ῥήτορας ἐκδιδάσκειν, ἀλλ' ἔτι καὶ νεκρικὰ συνδιαπράττειν μεμερισμένον.

2. Καίτοι τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα παρ' ἡμέραν ἑκάτερος ἐν οὐρανῷ ἢ ἐν ᾅδου εἰσίν, ἐμοὶ δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κἀκεῖνα καὶ ταῦτα ποιεῖν ἀναγκαῖον, καὶ οἱ μὲν Ἀλκμήνης καὶ Σεμέλης ἐκ γυναικῶν δυστήνων γενόμενοι εὐωχοῦνται ἀφρόντιδες, ὁ δὲ Μαίας τῆς Ἀτλαντίδος διακονοῦμαι αὐτοῖς. Καὶ νῦν ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος παρὰ τῆς Κάδμου θυγατρός, ἐφ' ἣν πέπομφέ με ὀψόμενον ὅ τι πράττει ἡ παῖς, μηδὲ ἀναπνεύσαντα πέπομφεν αὖθις ἐς τὸ Ἄργος ἐπισκεψόμενον τὴν Δανάην, εἶτ' ἐκεῖθεν ἐς Βοιωτίαν, φησίν, ἐλθὼν ἐν παρόδῳ τὴν Ἀντιόπην ἰδέ. Καὶ ὅλως ἀπηγόρευκα ἤδη. Εἰ γοῦν δυνατὸν ἦν, ἡδέως ἂν ἠξίωσα πεπρᾶσθαι, ὥσπερ οἱ ἐν γῇ κακῶς δουλεύοντες.

24.

MERCURII ET MAJÆ.

1. MERC. Estne enim aliquis, mater, in cœlo deus miserior me?

MAJ. Ne dixeris, Mercuri, tale quicquam.

MERC. Ne dixerim, qui tot negotia sustineo solus, lassitudine confectus, inque tot ministeria distractus? mane quidem mox atque surrexi, everrere symposium oportet, et postquam instravi triclinium, tum ordine disposui singula, apparere Jovi, et perferre quoquo versus nuncios ab eo sursum deorsum in dies ingens spatium emetientem : quumque rediero adhuc pulverulentus, apponenda est ambrosia : prius vero quam recens emtus ille pincerna veniret, ego etiam nectar infundebam. Quod autem omnium est molestissimum, ne nocte quidem dormio solus deorum; sed oportet me tunc quoque Plutoni umbras deducere, defunctosque prosequi, et adesse ad tribunal. Mihi scilicet non satis sunt quæ de die facio, quum in palæstris versor, in concionibus præconem ago, rhetoras edoceo; sed præterea quæ ad mortuos spectant administranda sunt mihi in tot partes obeundas diviso.

2. Atqui Ledæ liberi alternis uterque in cœlo et apud inferos degunt : mihi autem singulis diebus et hæc et ista sunt facienda. Alcmenæ et Semelæ filii, ex mulieribus misellis procreati, epulantur curarum expertes : ego Maja Atlantis filia natus ministro illis. Quin imo jam modo venientem me Sidone a Cadmi filia, ad quam me miserat visurum quid agat puella, antequam respirassem, legavit iterum Argos, ut visitarem Danaen : tum inde in Bœotiam, inquit, profectus in transitu Antiopam vise. Jamque plane confectus animum despondi : atque adeo, si mihi facultas foret, perlibenter equidem postulaverim vendi, ut in terris solent qui malam servitutem serviunt.

ΜΑΙ. Ἔα ταῦτα, ὦ τέκνον· χρὴ γὰρ πάντα ὑπηρετεῖν τῷ πατρὶ νεανίαν ὄντα. Καὶ νῦν ὥσπερ ἐπέμφθης, σόβει ἐς Ἄργος, εἶτα ἐς τὴν Βοιωτίαν, μὴ καὶ πληγὰς βραδύνων λάβῃς· ὀξύχολοι γὰρ οἱ ἐρῶντες.

25.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.

1. ΖΕΥΣ. Οἷα πεποίηκας, ὦ Τιτάνων κάκιστε; ἀπολώλεκας τὰ ἐν τῇ γῇ ἅπαντα, μειρακίῳ ἀνοήτῳ πιστεύσας τὸ ἅρμα, ὃς τὰ μὲν κατέφλεξε πρόσγειος ἐνεχθείς, τὰ δὲ ὑπὸ κρύους διαφθαρῆναι ἐποίησε πολὺ αὐτῶν ἀποσπάσας τὸ πῦρ, καὶ ὅλως οὐδὲν ὅ τι οὐ ξυνετάραξε καὶ ξυνέχεε, καὶ εἰ μὴ ἐγὼ ξυνεὶς τὸ γιγνόμενον κατέβαλον αὐτὸν τῷ κεραυνῷ, οὐδὲ λείψανον ἀνθρώπων ἐπέμεινεν ἄν· τοιοῦτον ἡμῖν ἡνίοχον τὸν καλὸν ἐκεῖνον καὶ διφρηλάτην ἐκπέπομφας.

ΗΛ. Ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ, ἀλλὰ μὴ χαλέπαινε, εἰ ἐπείσθην υἱῷ πολλὰ ἱκετεύοντι· πόθεν γὰρ ἂν καὶ ἤλπισα τηλικοῦτο γενήσεσθαι κακόν;

ΖΕΥΣ. Οὐκ ᾔδεις ὅσης ἐδεῖτο ἀκριβείας τὸ πρᾶγμα καὶ ὡς, εἰ βραχύ τις ἐκβαίη τῆς ὁδοῦ, οἴχεται πάντα; ἠγνόεις δὲ καὶ τῶν ἵππων τὸν θυμόν, ὡς δεῖ ξυνέχειν ἀνάγκῃ τὸν χαλινόν; εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, ἀφηνιάζουσιν εὐθύς, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοῦτον ἐξήνεγκαν, ἄρτι μὲν ἐπὶ τὰ λαιά, μετ' ὀλίγον δὲ ἐπὶ τὰ δεξιά, καὶ ἐς τὸ ἐναντίον τοῦ δρόμου ἐνίοτε, καὶ ἄνω καὶ κάτω, ὅλως ἔνθα ἐβούλοντο αὐτοί· ὁ δὲ οὐκ εἶχεν ὅ τι χρήσαιτο αὐτοῖς.

2. ΗΛ. Πάντα μὲν ἠπιστάμην ταῦτα καὶ διὰ τοῦτο ἀντεῖχον ἐπὶ πολὺ καὶ οὐκ ἐπίστευον αὐτῷ τὴν ἔλασιν· ἐπεὶ δὲ κατελιπάρησε δακρύων καὶ ἡ μήτηρ Κλυμένη μετ' αὐτοῦ, ἀναβιβασάμενος ἐπὶ τὸ ἅρμα ὑπεθέμην ὅπως μὲν χρὴ βεβηκέναι αὐτόν, ἐφ' ὁπόσον δὲ ἐς τὸ ἄνω ἀφέντα ὑπερενεχθῆναι, εἶτα ἐς τὸ κάταντες αὖθις ἐπινεύειν καὶ ὡς ἐγκρατῆ εἶναι τῶν ἡνιῶν καὶ μὴ ἐφιέναι τῷ θυμῷ τῶν ἵππων· εἶπον δὲ καὶ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ μὴ ὀρθὴν ἐλαύνοι· ὁ δὲ — παῖς γὰρ ἦν — ἐπιβὰς τοσούτου πυρὸς καὶ ἐπικύψας ἐς βάθος ἀχανὲς ἐξεπλάγη, ὡς τὸ εἰκός· οἱ δὲ ἵπποι ὡς ᾔσθοντο οὐκ ὄντα ἐμὲ τὸν ἐπιβεβηκότα, καταφρονήσαντες τοῦ μειρακίου ἐξετράποντο τῆς ὁδοῦ καὶ τὰ δεινὰ ταῦτα ἐποίησαν· ὁ δὲ τὰς ἡνίας ἀφείς, οἶμαι δεδιὼς μὴ ἐκπέσῃ αὐτός, εἴχετο τῆς ἄντυγος. Ἀλλὰ ἐκεῖνός τε ἤδη ἔχει τὴν δίκην κἀμοί, ὦ Ζεῦ, ἱκανὸν τὸ πένθος.

3. ΖΕΥΣ. Ἱκανὸν λέγεις τοιαῦτα τολμήσας; Νῦν μὲν οὖν συγγνώμην ἀπονέμω σοι, ἐς δὲ τὸ λοιπόν, ἤν τι ὅμοιον παρανομήσῃς ἤ τινα τοιοῦτον σεαυτοῦ διάδοχον ἐκπέμψῃς, αὐτίκα εἴσῃ ὁπόσον τοῦ σοῦ πυρὸς ὁ κεραυνὸς πυρωδέστερος. Ὥστε ἐκεῖνον μὲν αἱ ἀδελφαὶ θαπτέτωσαν ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ἵναπερ ἔπεσεν ἐκδιφρευθείς, ἤλεκτρον ἐπ' αὐτῷ δακρύουσαι καὶ αἴγειροι γενέσθωσαν ἐπὶ τῷ πάθει, σὺ δὲ ξυμπηξάμενος τὸ ἅρμα —

MAJ. Mitte ista, fili : oportet enim cuncta morigerari patri te juvenem. Nunc igitur, ut missus es, propera, quantum potes, Argos ; deinde in Bœotiam, ne plagas etiam tardior accipias : nam in iram et bilem proclives sunt qui amant.

25.

JOVIS ET SOLIS.

1. JUP. Qualia patrasti, Titanum pessime! perdidisti quæ in terris sunt omnia, adolescentulo insipienti concredito curru; qui hæc exussit, prope terram latus, illa frigore corrumpi fecit, multum inde abducto igne : utque paucis dicam, nihil est, quod non conturbarit, et confuderit : ac nisi animadversa re dejecissem illum fulmine, ne reliquiæ quidem hominum restarent : talem nobis optimum illum aurigam et currus agitatorem emisisti.

SOL. Peccavi, Jupiter : sed ne acerbius feras, si morem gessi filio multum supplicanti : unde enim sperare potui tantum fore mali?

JUP. Non tu sciebas quanta indigeret accuratione hæc res, et, si quis tantillum evagetur a via, actum esse de omnibus? ignorabasne porro equorum animos, utque deceat continere summa vi fræna? si quis enim relaxat, habenas aspernantur statim ; quemadmodum videlicet istum quoque distulerunt nunc ad sinistra, post paullo ad dextra, interdum etiam in contrariam, quam quo cursus ferebat, partem ; tum sursum et deorsum, ac plane quo vellent ipsi : hic interea nihil habebat quod equis faceret.

2. SOL. Istæc equidem omnia noram, ac propterea renitebar diu, nec committebam ipsi mei currus agitationem. Postquam tandem instando expugnavit et lacrimis, et mater Clymene una cum eo, permisi currum ut conscenderet, et monendo docui, quomodo oporteret firmo gradu consistere, quousque sursum immissis habenis in sublime ferri, tum deorsum rursus vergere, quoque pacto compotem esse habenarum, ac minimum concedere animis equorum. Addidi porro, quantum esset discrimen, nisi per rectam viam ageret. Hic vero, quippe puer, quum conscenderat tantum ignem, et prospexerat in profundum immense patens, stupore perculsus est, ut par fuit : equi autem, ubi senserunt non esse me qui currum insistens regerem, contemto adolescentulo, præcipites extra viam ruerunt, et gravia ista fecerunt : at Phaethon, habenis e manu dimissis, opinor metuens ne excuteretur ipse, arreptam tenebat antygem. Sed et ille jam, quam meruit, habet pœnam, et mihi, Jupiter, satis est supplicii luctus.

3. JUP. Satis esse ais, talia qui fueris ausus? Nunc tamen ignosco tibi : in posterum vero si quid simile deliqueris, aut talem aliquem successorem tibi emiseris, confestim experiere quantum igne tuo fulmen sit magis ignitum. Illum ergo sorores sepeliant ad Eridanum, ubi cecidit quadrigis excussus, electri super eo lacrimas effundentes, et populi fiant ob huncce casum : at tu refecto curru (infractus enim est temo ejus,

κατέαγε δὲ καὶ ὁ ῥυμὸς αὐτοῦ καὶ ἅτερος τῶν τροχῶν συντέτριπται — ἔλαυνε ὑπαγαγὼν τοὺς ἵππους. Ἀλλὰ μέμνησο τούτων ἁπάντων.

26.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

1. ΑΠ. Ἔχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Ἑρμῆ, πότερος ὁ Κάστωρ ἐστὶ τούτων ἢ πότερος ὁ Πολυδεύκης; ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν διακρίναιμι αὐτούς.

ΕΡΜ. Ὁ μὲν χθὲς ἡμῖν ξυγγενόμενος ἐκεῖνος Κάστωρ ἦν, οὗτος δὲ Πολυδεύκης.

ΑΠ. Πῶς διαγιγνώσκεις; ὅμοιοι γάρ.

ΕΡΜ. Ὅτι οὗτος μέν, ὦ Ἄπολλον, ἔχει ἐπὶ τοῦ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν πυκτεύων, καὶ μάλιστα ὁπόσα ὑπὸ τοῦ Βέβρυκος Ἀμύκου ἐτρώθη τῷ Ἰάσονι συμπλέων, ἅτερος δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐμφαίνει, ἀλλὰ καθαρός ἐστι καὶ ἀπαθὴς τὸ πρόσωπον.

ΑΠ. Ὤνησας διδάξας τὰ γνωρίσματα, ἐπεὶ τά γε ἄλλα πάντα ἴσα, τοῦ ᾠοῦ τὸ ἡμίτομον καὶ ἀστὴρ ὑπεράνω καὶ ἀκόντιον ἐν τῇ χειρὶ καὶ ἵππος ἑκατέρῳ λευκός, ὥστε πολλάκις ἐγὼ τὸν μὲν προσεῖπον Κάστορα Πολυδεύκην ὄντα, τὸν δὲ τῷ τοῦ Πολυδεύκους ὀνόματι. Ἀτὰρ εἰπέ μοι καὶ τόδε, τί δήποτε οὐκ ἄμφω ξύνεισιν ἡμῖν, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας ἄρτι μὲν νεκρός, ἄρτι δὲ θεός ἐστιν ἅτερος αὐτῶν;

2. ΕΡΜ. Ὑπὸ φιλαδελφίας τοῦτο ποιοῦσιν· ἐπεὶ γὰρ ἔδει ἕνα μὲν τεθνάναι τῶν Λήδας υἱέων, ἕνα δὲ ἀθάνατον εἶναι, ἐνείμαντο οὕτως αὐτοὶ τὴν ἀθανασίαν.

ΑΠ. Οὐ ξυνετήν, ὦ Ἑρμῆ, τὴν νομήν, οἵ γε οὐδὲ ὄψονται οὕτως ἀλλήλους, ὅπερ ἐπόθουν, οἶμαι, μάλιστα· πῶς γὰρ ὁ μὲν παρὰ θεοῖς, ὁ δὲ παρὰ τοῖς φθιτοῖς ὤν; Πλὴν ἀλλ', ὥσπερ ἐγὼ μαντεύομαι, ὁ δὲ Ἀσκληπιὸς ἰᾶται, σὺ δὲ παλαίειν διδάσκεις παιδοτρίβης ἄριστος ὤν, ἡ δὲ Ἄρτεμις μαιεύεται καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος ἔχει τινὰ τέχνην ἢ θεοῖς ἢ ἀνθρώποις χρησίμην, οὗτοι δὲ τί ποιήσουσιν ἡμῖν; ἢ ἀργοὶ εὐωχήσονται τηλικοῦτοι ὄντες;

ΕΡΜ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ προστέτακται αὐτοῖν ὑπηρετεῖν τῷ Ποσειδῶνι καὶ καθιππεύειν δεῖ τὸ πέλαγος καὶ ἐάν που ναύτας χειμαζομένους ἴδωσιν, ἐπικαθίσαντας ἐπὶ τὸ πλοῖον σώζειν τοὺς ἐμπλέοντας.

ΑΠ. Ἀγαθήν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ σωτήριον λέγεις τὴν τέχνην.

alteraque rotarum contrita), cursum redordire subjunctis equis. Ut tamen memor sis horum omnium.

26.

APOLLINIS ET MERCURII.

1. AP. Potin' ut mihi dicas, Mercuri, uter Castor sit horum, uterve Pollux? nam equidem ut discernam eos, non est.

MERC. Heri qui nobiscum fuit versatus, is Castor erat; hic, Pollux.

AP. Quo pacto dignoscis? similes enim.

MERC. Eo quod hic, Apollo, habet in facie vestigia vulnerum, quæ accepit ab adversariis pugilatu certans; ea maxime, quibus est a Bebryce Amyco vulneratus, quando Iasoni socius navigabat: alter autem nihil tale præfert, sed purus est atque integra facie.

AP. Gratum inprimis fecisti, qui me docueris hæc indicia: ceteroqnin alia cuncta sunt paria, ovi dimidium segmentum, eique addita superne stella, jaculum in manu, et equus utrique albus; quo factum est, ut sæpe hunc appellarim Castora, qui Pollux erat; illum, Pollucis nomine. Verum dic mihi etiam illud, quid tandem sit causæ, cur ambo simul nobiscum non sint, sed partitis vicibus nunc mortuus, nunc deus sit alter eorum.

2. MERC. Fraternus amor suasit ut hoc facerent: quoniam enim oportebat unum oppetere mortem Ledæ filiorum, alterum immortalem esse, inter se diviserunt eo pacto ipsi immortalitatem.

AP. Haud prudenti, Mercuri, partitione; siquidem ne videbunt quidem sese, quod desiderabant, ut puto, maxime: qui enim hoc fieri possit, quum hic apud deos, iste apud defunctos per vices sit? Attamen, sicuti ego vaticinor, Æsculapius medetur, tu luctari doces, exercitator in hoc genere optimus, Diana obstetricatur, ceterorumque deorum singuli habent artem quandam aut diis aut hominibus utilem, quid hi nobis operis facient? an inertes epulabuntur tam grandi natu?

MERC. Neutiquam: illis hæc est mandata provincia, ut ministrent Neptuno; et obequitare decet pelagus, et sicubi nautas hieme vexatos viderint, considere in ea navi, illaque vectos servare.

AP. Bonam, Mercuri, et salutarem narras artem.

IX.

ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

1.

ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΓΑΛΑΤΕΙΑΣ.

1. ΔΩΡ. Καλὸν ἐραστήν, ὦ Γαλάτεια, τὸν Σικελὸν τοῦτον ποιμένα φασὶν ἐπιμεμηνέναι σοί.

ΓΑΛ. Μὴ σκῶπτε, Δωρί· Ποσειδῶνος γὰρ υἱός ἐστιν, ὁποῖος ἂν ᾖ.

ΔΩΡ. Τί οὖν; εἰ καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ παῖς ὢν ἄγριος οὕτω καὶ λάσιος ἐφαίνετο καί, τὸ πάντων ἀμορφότατον, μονόφθαλμος, οἴει τὸ γένος ἄν τι ὀνῆσαι αὐτὸν πρὸς τὴν μορφήν;

ΓΑΛ. Οὐδὲ τὸ λάσιον αὐτοῦ καί, ὡς φής, ἄγριον ἄμορφόν ἐστιν — ἀνδρῶδες γάρ — ὅ τε ὀφθαλμὸς ἐπιπρέπει τῷ μετώπῳ οὐδὲν ἐνδεέστερον ὁρῶν ἢ εἰ δύ' ἦσαν.

ΔΩΡ. Ἔοικας, ὦ Γαλάτεια, οὐκ ἐραστὴν ἀλλ' ἐρώμενον ἔχειν τὸν Πολύφημον, οἷα ἐπαινεῖς αὐτόν.

2. ΓΑΛ. Οὐκ ἐρώμενον, ἀλλὰ τὸ πάνυ ὀνειδιστικὸν τοῦτο οὐ φέρω ὑμῶν, καί μοι δοκεῖτε ὑπὸ φθόνου αὐτὸ ποιεῖν, ὅτι ποιμαίνων ποτὲ ἀπὸ τῆς σκοπῆς παιζούσας ἡμᾶς ἰδὼν ἐπὶ τῆς ᾐόνος ἐν τοῖς πρόποσι τῆς Αἴτνης, καθ' ὃ μεταξὺ τοῦ ὄρους καὶ τῆς θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηκύνεται, ὑμᾶς μὲν οὐδὲ προσέβλεψεν, ἐγὼ δ' ἐξ ἁπασῶν ἡ καλλίστη ἔδοξα, καὶ μόνη ἐμοὶ ἐπεῖχε τὸν ὀφθαλμόν. Ταῦτα ὑμᾶς ἀνιᾷ· δεῖγμα γὰρ ὡς ἀμείνων εἰμὶ καὶ ἀξιέραστος, ὑμεῖς δὲ παρώφθητε.

ΔΩΡ. Εἰ ποιμένι καὶ ἐνδεεῖ τὴν ὄψιν καλὴ ἔδοξας, ἐπίφθονος οἴει γεγονέναι; καίτοι τί ἄλλο ἐν σοὶ ἐπαινέσαι εἶχεν ἢ τὸ λευκὸν μόνον; καὶ τοῦτο, οἶμαι, ὅτι ξυνήθης ἐστὶ τυρῷ καὶ γάλακτι· πάντα οὖν τὰ ὅμοια τούτοις ἡγεῖται καλά.

3. Ἐπεὶ τά γε ἄλλα ὁπόταν ἐθελήσῃς μαθεῖν, οἵα τυγχάνεις οὖσα τὴν ὄψιν, ἀπὸ πέτρας τινός, εἴ ποτε γαλήνη εἴη, ἐπικύψασα ἐς τὸ ὕδωρ ἰδὲ σεαυτὴν οὐδὲν ἄλλο ἢ χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς· οὐκ ἐπαινεῖται δὲ τοῦτο, ἢν μὴ ἐπιπρέπῃ αὐτῷ καὶ τὸ ἐρύθημα.

ΓΑΛ. Καὶ μὴν ἐγὼ μὲν ἡ ἀκράτως λευκὴ ὅμως ἐραστὴν ἔχω κἂν τοῦτον, ὑμῶν δὲ οὐκ ἔστιν ἥντινα ἢ ποιμὴν ἢ ναύτης ἢ πορθμεὺς ἐπαινεῖ· ὁ δὲ Πολύφημος τά τε ἄλλα καὶ μουσικός ἐστι.

4. ΔΩΡ. Σιώπα, ὦ Γαλάτεια· ἠκούσαμεν αὐτοῦ ᾄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρῴην ἐπὶ σέ· Ἀφροδίτη φίλη, ὄνον ἄν τις ὀγκᾶσθαι ἔδοξε. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ πηκτὶς οἵα· κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τῶν σαρκῶν, καὶ τὰ μὲν κέρατα πήχεις ὥσπερ ἦσαν, ζυγώσας δὲ αὐτὰ καὶ ἐνάψας τὰ νεῦρα, οὐδὲ κόλλοπι περιστρέψας, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι καὶ ἀπῳδόν, ἄλλο μὲν αὐτὸς βοῶν, ἄλλο δὲ ἡ λύρα ὑπήχει, ὥστε οὐδὲ κατέχειν τὸν γέλωτα ἐδυ-

IX.

DIALOGI MARINI.

1.

DORIDIS ET GALATEÆ.

1. DOR. Pulchrum amatorem, o Galatea, aiunt, Siculum istum pastorem, insanire in te.

GAL. Ne cavillare, Dori : Neptuni enim est filius, qualiscumque est.

DOR. Quid ergo? si vel Jovis ipsius filius ferus adeo et hirtus videretur, quodque omnium est maxime deforme, unoculus, censen' genus ei profuturum esse ad formam?

GAL. Neque hirtum illud ejus et, ut ais, ferum omni plane pulchritudine destituitur : est enim virile : et oculus decorat frontem, nihil deterius cernens, quam si duo essent.

DOR. Videre, Galatea, non amatorem, sed amatum habere Polyphemum, prout quidem laudas eum.

2. GAL. Haud certe amatum : verum illam nimiam opprobrandi libidinem vestram non fero : quin mihi videmini ex invidia illud facere, quia pascens aliquando, quum a specula ludentes nos videret in littore, ad imos pedes Ætnæ, qua parte inter montem et mare longe litus protenditur, vos ne aspexit quidem; ego contra ex omnibus ipsi pulcherrima sum visa : ideoque soli etiam mihi adjecit oculum. Illa vos pungunt; indicio enim sunt, me forma meliorem esse et amore dignam : at vos despectæ fuistis.

DOR. Tu si pastori et lumine defecto pulchra es visa, ideo te talem putas cui invideamus? atqui quid aliud in te laudare potuit, quam candorem tantummodo? hanc, opinor, ob causam, quod assueverit caseo et lacti : cuncta igitur his similia ducit pulchra.

3. Ceterum ubi volueris discere, qualis tibi sit facies, a rupe quadam, si quando tranquillum fuerit mare, prona in aquam despectans, contemplare temet ipsam, nihil aliud, quam colore candidam exquisite : illud autem non laudatur, nisi enitescat candori immixtus rubor.

GAL. Atqui illa ego mere candida tamen amatorem vel istum habeo; at vestrum nulla est quam seu pastor, sive nauta, seu portitor laudet : Polyphemus autem et aliis rebus excellit, et musicus est.

4. DOR. Tace, Galatea : audivimus illum canentem, quando comessatum ibat nuper ad te : ita mihi Venus sit propitia, ut asinus aliquis rudere est visus. Tum ipsa lyra qualis! cranium cervi nudum carnibus; cornua quidem quasi manubria erant, quibus quum jugum addidisset, atque alligasset nervos, quos nulla clavicula tetenderat, modulabatur agreste quiddam et absonum, dum aliud ipse vociferaretur, aliud lyra subsonaret. Itaque ne continere quidem

νάμεθα ἐπὶ τῷ ἐρωτικῷ ἐκείνῳ ᾄσματι· ἡ μὲν γὰρ Ἠχὼ οὐδὲ ἀποκρίνεσθαι αὐτῷ ἤθελεν οὕτω λάλος οὖσα βρυχωμένῳ, ἀλλ' ᾐσχύνετο, εἰ φανείη μιμουμένη τραχεῖαν ᾠδὴν καὶ καταγέλαστον.

5. Ἔφερε δὲ ὁ ἐπέραστος ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀθυρμάτιον ἄρκτου σκύλακα τὸ λάσιον αὐτῷ προσεοικότα. Τίς οὖν οὐκ ἂν φθονήσειέ σοι, ὦ Γαλάτεια, τοιούτου ἐραστοῦ;

ΓΑΛ. Οὐκοῦν σὺ, Δωρὶ, δεῖξον ἡμῖν τὸν σεαυτῆς, καλλίω δῆλον ὅτι ὄντα καὶ ᾠδικώτερον καὶ κιθαρίζειν ἄμεινον ἐπιστάμενον.

ΔΩΡ. Ἀλλ' ἐραστὴς μὲν οὐδεὶς ἔστι μοι οὐδὲ σεμνύνομαι ἐπέραστος εἶναι· τοιοῦτος δὲ οἷος ὁ Κύκλωψ ἐστὶ, κινάβρας ἀπόζων ὥσπερ ὁ τράγος, ὠμοφάγος, ὥς φασι, καὶ σιτούμενος τοὺς ἐπιδημοῦντας τῶν ξένων, σοὶ γένοιτο καὶ σὺ ἀντερῴης αὐτοῦ.

risum poteramus in amatorio isto cantico : nam vel Echo multum aberat ut respondere ipsi vellet, tam licet garrula, rugienti; sed pudebat eam, si visa fuisset imitari asperum cantum et ridiculum.

5. Imo ferebat etiam amabilis iste in ulnis ludicrum, ursæ catulum, hirsutia ipsi plane similem. Quis non invideat tibi, Galatea, talem amatorem?

GAL. Quin ergo, Dori, monstra nobis tuum, formosiorem scilicet ac doctius canentem, quique cithara ludere melius sciat.

DOR. At amator quidem nullus est mihi, neque me amabilem esse arroganter præ me fero : talis autem, qualis est Cyclops, fœtidum alarum odorem spargens, tanquam hircus, crudivorus, ut aiunt, et cibum capiens, qui eo deferuntur, hospites, tibi eveniat, tuque mutuo ames illum.

2.

ΚΥΚΛΩΠΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

1. ΚΥΚ. Ὦ πάτερ, οἷα πέπονθα ὑπὸ τοῦ καταράτου ξένου, ὃς μεθύσας ἐξετύφλωσέ με κοιμωμένῳ ἐπιχειρήσας.

ΠΟΣ. Τίς δαὶ ἦν ὁ ταῦτα τολμήσας, ὦ Πολύφημε;

ΚΥΚ. Τὸ μὲν πρῶτον Οὖτιν αὑτὸν ἀπεκάλει, ἐπεὶ δὲ διέφυγε καὶ ἔξω ἦν βέλους, Ὀδυσσεὺς ὀνομάζεσθαι ἔφη.

ΠΟΣ. Οἶδα ὃν λέγεις, τὸν Ἰθακήσιον· ἐξ Ἰλίου δ' ἀνέπλει. Ἀλλὰ πῶς ταῦτα ἔπραξεν οὐδὲ πάνυ εὐθαρσὴς ὤν;

2. ΚΥΚ. Κατέλαβον ἐν τῷ ἄντρῳ ἀπὸ τῆς νομῆς ἀναστρέψας πολλούς τινας, ἐπιβουλεύοντας δῆλον ὅτι τοῖς ποιμνίοις· ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα — πέτρα δέ ἐστι παμμεγέθης — καὶ τὸ πῦρ ἀνέκαυσα ἐναυσάμενος ὃ ἔφερον δένδρον ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐφάνησαν ἀποκρύπτειν ἑαυτοὺς πειρώμενοι· ἐγὼ δὲ συλλαβών τινας αὐτῶν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, κατέφαγον λῃστάς γε ὄντας. Ἐνταῦθα ὁ πανουργότατος ἐκεῖνος, εἴτε Οὖτις εἴτε Ὀδυσσεὺς ἦν, δίδωσί μοι πιεῖν φάρμακόν τι ἐγχέας, ἡδὺ μὲν καὶ εὔοσμον, ἐπιβουλότατον δὲ καὶ ταραχωδέστατον· ἅπαντα γὰρ εὐθὺς ἐδόκει μοι περιφέρεσθαι πιόντι καὶ τὸ σπήλαιον αὐτὸ ἀνεστρέφετο καὶ οὐκέτι ὅλως ἐν ἐμαυτοῦ ἤμην, τέλος δὲ ἐς ὕπνον κατεσπάσθην. Ὁ δὲ ἀποξύνας τὸν μοχλὸν καὶ πυρώσας γε προσέτι ἐτύφλωσέ με καθεύδοντα, καὶ ἀπ' ἐκείνου τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον.

3. ΠΟΣ. Ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης, ὦ τέκνον, ὃς οὐκ ἐξέθορες μεταξὺ τυφλούμενος. Ὁ δ' οὖν Ὀδυσσεὺς πῶς διέφυγεν; οὐ γὰρ ἂν εὖ οἶδ' ὅτι ἐδυνήθη ἀποκινῆσαι τὴν πέτραν ἀπὸ τῆς θύρας.

ΚΥΚ. Ἀλλ' ἐγὼ ἀφεῖλον, ὡς μᾶλλον αὐτὸν λάβοιμι ἐξιόντα, καὶ καθίσας παρὰ τὴν θύραν ἐθήρων τὰς χεῖ-

2.

CYCLOPIS ET NEPTUNI.

1. CYC. O pater, qualia sum passus ab illo scelerato hospite, qui, quum inebriasset, excæcavit me dormientem aggressus.

NEP. Quis ista, Polypheme, est ausus?

CYC. Initio semet Neminem appellitabat : at postquam effugit extraque teli jactum erat, Ulyssem sibi nomen esse dixit.

NEP. Novi, quem dicas, Ithacensem illum : ex Ilio domum revehebatur. Quomodo tamen ista patravit, qui haud valde forti sit animo?

2. CYC. Deprehendi in antro a pastu reversus aliquammultos, insidiantes nimirum gregibus : ubi enim opposui januæ operculum (hoc saxum mihi est ingens) ignemque feci succensa quam ferebam arbore a monte, id agere videbantur, ut absconderent sese. Tum ego correptos eorum quosdam, ut æquum erat, commanducavi, quippe latrones : ibi vaferrimus ille sive Nemo sive Ulysses dat mihi bibere medicamentum infusum, suave quidem et odoris boni, sed idem insidiosissimum ac turbulentissimum : etenim cuncta statim videbantur mihi circumagi, hoc potu hausto, ipsaque spelunca sursum deorsum vertebatur, neque amplius omnino apud me eram; denique in somnum devolutus sum. Ibi ille, exacuto vecte et ambusto insuper, lumine me privavit dormientem : ex eoque tempore cæcus sum tibi, Neptune.

3. NEP. Quam tu altum obdormivisti, fili, qui non exsilueris, dum oculus effodiebatur. Ulysses autem quo pacto effugit? nam, ut mihi quidem certo persuadeo, non potuit amovere petram a janua.

CYC. Imo ipse abstuli, ut magis eum caperem exeuntem : nam quum consedissem juxta januam, venabar mani-

ρας ἐκπετάσας, μόνα παρεὶς τὰ πρόβατα ἐς τὴν νομὴν, ἐντειλάμενος τῷ κριῷ ὁπόσα ἐχρῆν πράττειν αὐτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.

4. ΠΟΣ. Μανθάνω· ὑπ' ἐκείνοις ἔλαθον ὑπεξελθόντες· σὲ δὲ τοὺς ἄλλους Κύκλωπας ἔδει ἐπιβοήσασθαι ἐπ' αὐτόν.

ΚΥΚ. Συνεκάλεσα, ὦ πάτερ, καὶ ἧκον· ἐπεὶ δὲ ἤροντο τοῦ ἐπιβουλεύοντος τοὔνομα κἀγὼ ἔφην ὅτι Οὖτίς ἐστι, μελαγχολᾶν οἰηθέντες με ᾤχοντο ἀπιόντες. Οὕτω κατεσοφίσατό με ὁ κατάρατος τῷ ὀνόματι. Καὶ ὃ μάλιστα ἠνίασέ με, ὅτι καὶ ὀνειδίζων ἐμοὶ τὴν συμφορὰν, Οὐδὲ ὁ πατὴρ, φησὶν, ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταί σε.

ΠΟΣ. Θάρρει, ὦ τέκνον· ἀμυνοῦμαι γὰρ αὐτὸν, ὡς μάθῃ ὅτι, καὶ εἰ πήρωσίν μοι ὀφθαλμῶν ἰᾶσθαι ἀδύνατον, τὰ γοῦν τῶν πλεόντων, τὸ σώζειν αὐτοὺς καὶ ἀπολλύναι, ἐπ' ἐμοί ἐστι· πλεῖ δὲ ἔτι.

3.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΑΛΦΕΙΟΥ.

1. ΠΟΣ. Τί τοῦτο, Ἀλφειέ; μόνος τῶν ἄλλων ἐμπεσὼν ἐς τὸ πέλαγος οὔτε ἀναμίγνυσαι τῇ ἅλμῃ, ὡς ἔθος ποταμοῖς ἅπασιν, οὔτε ἀναπαύεις σεαυτὸν διαχυθεὶς, ἀλλὰ διὰ τῆς θαλάττης ξυνεστὼς καὶ γλυκὺ φυλάττων τὸ ῥεῖθρον, ἀμιγὴς ἔτι καὶ καθαρὸς ἐπείγῃ οὐκ οἶδα ὅποι βύθιος ὑποδὺς καθάπερ οἱ λάροι καὶ ἐρωδιοί· καὶ ἔοικας ἀνακύψειν που καὶ αὖθις ἀναφανεῖν σεαυτόν.

ΑΛΦ. Ἐρωτικόν τι τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ὦ Πόσειδον, ὥστε μὴ ἔλεγχε· ἠράσθης δὲ καὶ αὐτὸς πολλάκις.

ΠΟΣ. Γυναικὸς, ὦ Ἀλφειὲ, ἢ νύμφης ἐρᾷς ἢ καὶ τῶν Νηρηΐδων αὐτῶν μιᾶς;

ΑΛΦ. Οὐκ, ἀλλὰ πηγῆς, ὦ Πόσειδον.

ΠΟΣ. Ἡ δὲ ποῦ σοι γῆς αὕτη ῥεῖ;

ΑΛΦ. Νησιῶτίς ἐστι Σικελή· Ἀρέθουσαν αὐτὴν καλοῦσιν.

2. ΠΟΣ. Οἶδα οὐκ ἄμορφον, ὦ Ἀλφειὲ, τὴν Ἀρέθουσαν, ἀλλὰ διαυγής τέ ἐστι καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφῖσιν ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν φαινόμενον ἀργυροειδές.

ΑΛΦ. Ὡς ἀληθῶς οἶσθα τὴν πηγὴν, ὦ Πόσειδον· παρ' ἐκείνην οὖν ἀπέρχομαι.

ΠΟΣ. Ἀλλ' ἄπιθι μὲν καὶ εὐτύχει ἐν τῷ ἔρωτι· ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, ποῦ τὴν Ἀρέθουσαν εἶδες αὐτὸς μὲν Ἀρκὰς ὢν, ἡ δὲ ἐν Συρακόσαις ἐστίν;

ΑΛΦ. Ἐπειγόμενόν με κατέχεις, ὦ Πόσειδον, περίεργα ἐρωτῶν.

ΠΟΣ. Εὖ λέγεις· χώρει παρὰ τὴν ἀγαπωμένην, καὶ ἀναδὺς ἀπὸ τῆς θαλάττης ξυναυλίᾳ μίγνυσο τῇ πηγῇ καὶ ἓν ὕδωρ γίγνεσθε.

bus expansis, solas prætermittens oves ad pastum, præcipiensque arieti quæcumque par erat illum facere pro me.

4. NEP. Intelligere mihi videor eos sub istis latentes clam egressos fuisse. Quin tu ceteros Cyclopas quanto poteras clamore advocasses adversum eum.

CYC. Convocavi, pater, et venerunt : sciscitati autem insidiatoris nomen, ubi ego dicebam Neminem esse, atra me bile percitum ducentes confestim abierunt : sic me circumventum detestabilis ille decepit nomine : quodque maximo mihi fuit dolori, etiam exprobrato mihi damno, Ne pater quidem, inquit, Neptunus sanabit te.

NEP. Bonum animum habe, fili; ulciscar ipsum, ut discat, quamvis cæcitati oculorum mederi non possim, fortunam tamen navigantium, ut servem eos aut perdam, in mea esse potestate : navigat autem adhuc.

3.

NEPTUNI ET ALPHEI.

1. NEP. Quid hoc est rei, Alphee? solus aliorum illapsus in pelagus nec commisceris salo, ut quidem mos est fluviis omnibus, nec requiescis te diffusus; sed per mare concretus, ac dulci servato liquore, non permixtus præterea purusque properas, nescio quo in profundum te demergens, ut gaviæ solent et ardeæ : et videris emersurus alicubi, teque denuo in lucem prolaturus.

ALPH. Amatorium hoc quiddam est, o Neptune : quare ne arguas; amore captus enim et tu fuisti sæpius.

NEP. Mulierem, Alphee, an nympham amas? an Nereidum ipsarum unam?

ALPH. Nequaquam; sed naiadem, Neptune.

NEP. Hæc tamen ubi terrarum tibi fluit?

ALPH. Insularis est Sicula : Arethusam vocitant.

2. NEP. Novi sane non invenustam, Alphee, Arethusam : imo enim est pellucida, e puroque solo scaturit, et aqua lapillis illudens nitet, totaque super eos apparet argentea.

ALPH. Ut vere nosti fontem Arethusam, Neptune : ad illam ipsam ergo me confero.

NEP. At abi, et esto felix in amore. Imo istud etiam mihi expone : ubi Arethusam vidisti tu, qui Arcas es, quum illa sit Syracusis?

ALP. Festinantem me detines, o Neptune, quæ nihil ad rem faciunt sciscitando.

NEP. Bene mones : quin tu perge ad dilectam; quumque emerseris a mari, mutua conspiratione miscetor fonti, et unam in aquam coite.

4.

ΜΕΝΕΛΑΟΥ ΚΑΙ ΠΡΩΤΕΩΣ.

1. ΜΕΝ. Ἀλλὰ ὕδωρ μέν σε γίγνεσθαι, ὦ Πρωτεῦ, οὐκ ἀπίθανον, ἐνάλιόν γε ὄντα, καὶ δένδρον, ἔτι φορητὸν, καὶ ἐς λέοντα δὲ ὁπότε ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως· εἰ δὲ καὶ πῦρ γίγνεσθαι δυνατὸν ἐν θαλάττῃ οἰκοῦντα, τοῦτο πάνυ θαυμάζω καὶ ἀπιστῶ.

ΠΡΩΤ. Μὴ θαυμάσῃς, ὦ Μενέλαε· γίγνομαι γάρ.

ΜΕΝ. Εἶδον καὶ αὐτός· ἀλλά μοι δοκεῖς — εἰρήσεται γὰρ πρὸς σέ — γοητείαν τινὰ προσάγειν τῷ πράγματι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαπατᾶν τῶν δρώντων αὐτὸς οὐδὲν τοιοῦτο γιγνόμενος.

2. ΠΡΩΤ. Καὶ τίς ἂν ἡ ἀπάτη ἐπὶ τῶν οὕτως ἐναργῶν γένοιτο; οὐκ ἀνεῳγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες ἐς ὅσα μετεποίησα ἐμαυτόν; εἰ δὲ ἀπιστεῖς καὶ τὸ πρᾶγμα ψευδὲς εἶναι δοκεῖ, φαντασία τις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἱσταμένη, ἐπειδὰν πῦρ γένωμαι, προσένεγκέ μοι, ὦ γενναιότατε, τὴν χεῖρα· εἴσῃ γὰρ εἰ ὁρῶμαι μόνον ἢ καὶ τὸ κάειν τότε μοι πρόσεστιν.

ΜΕΝ. Οὐκ ἀσφαλὴς ἡ πεῖρα, ὦ Πρωτεῦ.

ΠΡΩΤ. Σὺ δέ μοι, ὦ Μενέλαε, δοκεῖς οὐδὲ πολύπουν ἑορακέναι πώποτε οὐδ' ὃ πάσχει ὁ ἰχθὺς οὗτος εἰδέναι.

ΜΕΝ. Ἀλλὰ τὸν μὲν πολύπουν εἶδον, ἃ πάσχει δὲ, ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ.

3. ΠΡΩΤ. Ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ προσελθὼν ἁρμόσῃ τὰς κοτύλας καὶ προσφὺς ἔχηται, ἐκείνῃ ὅμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτὸν καὶ μεταβάλλει τὴν χρόαν μιμούμενος τὴν πέτραν, ὡς ἂν λάθῃ τοὺς ἁλιέας μὴ διαλλάττων μηδὲ φανερὸς ὢν διὰ τοῦτο, ἀλλ' ἐοικὼς τῷ λίθῳ.

ΜΕΝ. Φασὶ ταῦτα· τὸ δὲ σὸν πολλῷ παραδοξότερον, ὦ Πρωτεῦ.

ΠΡΩΤ. Οὐκ οἶδα, ὦ Μενέλαε, τίνι ἂν ἄλλῳ πιστεύσειας τοῖς ἑαυτοῦ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν.

ΜΕΝ. Ἰδὼν εἶδον· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα τεράστιον, τὸν αὐτὸν πῦρ καὶ ὕδωρ γίγνεσθαι.

5.

ΠΑΝΟΠΗΣ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΗΣ.

1. ΠΑΝ. Εἶδες, ὦ Γαλήνη, χθὲς οἷα ἐποίησεν ἡ Ἔρις παρὰ τὸ δεῖπνον ἐν Θετταλίᾳ, διότι μὴ καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ συμπόσιον;

ΓΑΛ. Οὐ ξυνειστιώμην ὑμῖν ἔγωγε· ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Πανόπη, ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος. Τί δ' οὖν ἐποίησεν ἡ Ἔρις μὴ παροῦσα;

ΠΑΝ. Ἡ Θέτις μὲν ἤδη καὶ ὁ Πηλεὺς ἀπεληλύθεσαν ἐς τὸν θάλαμον ὑπὸ τῆς Ἀμφιτρίτης καὶ τοῦ Ποσειδῶνος παραπεμφθέντες, ἡ Ἔρις δ' ἐν τοσούτῳ λαθοῦσα πάντας — ἐδυνήθη δὲ ῥᾳδίως, τῶν μὲν πι-

4.

MENELAI ET PROTEI.

1. MEN. At aquam te fieri, o Proteu, haud improbabile, quippe marinum; et arborem, id quoque ferri potest: quin in leonem quando mutaris, ne id quidem plane extra fidem est: verum, si et ignis fieri possis, in mari qui habites, id valde admiror ac minime credo.

PROT. Ne mireris, Menelae: nam ita res est, fio.

MEN. Vidi ipse equidem: sed videre mihi, quod pace tua dictum velim, præstigias quasdam admovere huic rei, oculosque fallere spectantium, dum ipse nihil tale fis.

2. PROT. Et quæ tandem fallacia in rebus tam manifestis resideat? non tu apertis oculis es contuitus, quas in formas memet ipse conversum fecerim? sin fidem non habes, et falsa res hæc esse videtur, inanis scilicet quædam species ante oculos consistens, tum tu, ubi ignis factus fuero, admove mihi, vir fortissime, manum: probe scies, videarne solum talis, an facultas etiam urendi tunc mihi adsit.

MEN. Non tutum est hoc experimentum, o Proteu.

PROT. Tu quidem mihi, Menelae, videris polypum vidisse nunquam, quæque hujus piscis sit natura, ignorare.

MEN. Imo polypum vidi: at naturam ejus libenter didicerim abs te.

3. PROT. Ad quamcumque petram accesserit, aptaritque acetabula et agglutinatus ei hæserit, illi similem se reddit, mutatoque colore scopulum imitatur, ut fallat piscatores nihil diversus, propptereaque nec conspicuus, sed plane similis isti lapidi.

MEN. Ista narrant: tuum autem illud multo est incredibilius, Proteu.

PRO. Nescio profecto, Menelae, cui sis alteri fidem habiturus, quam tuis ipsius oculis denegas.

MEN. Videndo sane vidi: sed res est portentosa, idem ut ignis et aqua fiat.

5.

PANOPES ET GALENES.

1. PAN. Vidistin', Galene, heri, qualia designarit Eris inter cœnam in Thessalia, quod non et ipsa fuerit vocata ad convivium?

GAL. Equidem haud epulabar vobiscum: Neptunus enim jussit me, Panope, nullis fluctibus agitatum ac tranquillum interea servare pelagus. Quid ergo fecit Eris, quod non adesset?

PAN. Thetis et Peleus jam abierant in thalamum ab Amphitrite et Neptuno deducti: Eris interim clam omnibus (poterat autem facillime, dum hi quidem biberent, illi salta-

νόντων, ἐνίων δὲ κροτούντων ἢ τῷ Ἀπόλλωνι κιθαρίζοντι ἢ ταῖς Μούσαις ᾀδούσαις προσεχόντων τὸν νοῦν — ἐνέβαλεν ἐς τὸ ξυμπόσιον μῆλόν τι πάγκαλον, χρυσοῦν ὅλον, ὦ Γαλήνη· ἐπεγέγραπτο δὲ « ἡ καλὴ λαβέτω. » Κυλινδούμενον δὲ τοῦτο ὥσπερ ἐξεπίτηδες ἧκεν ἔνθα Ἥρα τε καὶ Ἀφροδίτη καὶ Ἀθηνᾶ κατεκλίνοντο.

2. Κἀπειδὴ ὁ Ἑρμῆς ἀνελόμενος ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα, αἱ μὲν Νηρηίδες ἡμεῖς ἀπεσιωπήσαμεν· τί γὰρ ἔδει ποιεῖν ἐκείνων παρουσῶν; αἱ δὲ ἀντεποιοῦντο ἑκάστη καὶ αὐτῆς εἶναι τὸ μῆλον ἠξίουν, καὶ εἰ μή γε ὁ Ζεὺς διέστησεν αὐτάς, καὶ ἄχρι χειρῶν ἂν προυχώρησε τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ἐκεῖνος, Αὐτὸς μὲν οὐ κρινῶ, φησί, περὶ τούτου, — καίτοι ἐκεῖναι αὐτὸν δικάσαι ἠξίουν — ἄπιτε δὲ ἐς τὴν Ἴδην παρὰ τὸν Πριάμου παῖδα, ὃς οἶδέ τε διαγνῶναι τὴν καλλίονα φιλόκαλος ὤν, καὶ οὐκ ἂν ἐκεῖνος κρίναι κακῶς.

ΓΑΛ. Τί οὖν αἱ θεαί, ὦ Πανόπη;

ΠΑΝ. Τήμερον, οἶμαι, ἀπίασιν ἐς τὴν Ἴδην, καί τις ἥξει μετὰ μικρὸν ἀπαγγέλλων ἡμῖν τὴν κρατοῦσαν.

ΓΑΛ. Ἤδη σοί φημι, οὐκ ἄλλη κρατήσει τῆς Ἀφροδίτης ἀγωνιζομένης, ἢν μὴ πάνυ ὁ διαιτητὴς ἀμβλυώττῃ.

rent, alii vel Apollini citharam pulsanti, vel Musis canentibus adhiberent animum) impulit in convivium malum quam pulcherrimum, aureum totum, Galene: cui erat inscriptum: PULCHRA ACCIPIAT. Id autem provolutum quasi de industria pervenit ubi Juno, Venus et Minerva decumbebant.

2. Tum eo Mercurius sublato postquam perlegit inscripta, nos quidem Nereides conticuimus: quid enim oportebat facere, deabus præsentibus? at hæ sibi quæque vindicabant, suumque esse malum contendebant: quin etiam, nisi Jupiter diremisset eas, ad manus res pervenisset. Ille tamen, Ipse quidem, inquit, judicium non interponam ea de re (quanquam hoc ut faceret, istæ magno opere laborarent); abite vero in Idam ad Priami filium, qui certe noverit dignoscere pulchriorem, formarum elegans spectator; neque is profecto judicaverit male.

GAL. Quid ergo deæ, Panope?

PAN. Hodie, puto, petunt Idam; et aliquis affuturus erit mox, qui nunciet nobis victricem.

GAL. Jam nunc tibi dico, non alia vincet, Venere quidem certante, nisi valde sit arbiter hebeti oculorum acie.

6.

ΤΡΙΤΩΝΟΣ, ΑΜΥΜΩΝΗΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

1. ΤΡΙΤ. Ἐπὶ τὴν Λέρναν, ὦ Πόσειδον, παραγίγνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑδρευσομένη παρθένος, πάγκαλόν τι χρῆμα· οὐκ οἶδα ἔγωγε καλλίω παῖδα ἰδών.

ΠΟΣ. Ἐλευθέραν τινά, ὦ Τρίτων, λέγεις, ἢ θεράπαινά τις ὑδροφόρος ἐστίν;

ΤΡΙΤ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ τοῦ Αἰγυπτίου ἐκείνου θυγάτηρ, μία τῶν πεντήκοντα καὶ αὐτή, Ἀμυμώνη τοὔνομα· ἐπυθόμην γὰρ ἥτις καλοῖτο καὶ τὸ γένος. Ὁ Δαναὸς δὲ σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας καὶ αὐτουργεῖν διδάσκει καὶ πέμπει ὕδωρ τε ἀρυσομένας καὶ πρὸς τὰ ἄλλα παιδεύει ἀόκνους εἶναι αὐτάς.

2. ΠΟΣ. Μόνη δὲ παραγίγνεται μακρὰν οὕτω τὴν ὁδὸν ἐξ Ἄργους ἐς Λέρναν;

ΤΡΙΤ. Μόνη· πολυδίψιον δὲ τὸ Ἄργος, ὡς οἶσθα· ὥστε ἀνάγκη ἀεὶ ὑδροφορεῖν.

ΠΟΣ. Ὦ Τρίτων, οὐ μετρίως με διετάραξας εἰπὼν τὰ περὶ τῆς παιδός· ὥστε ἴωμεν ἐπ' αὐτήν.

ΤΡΙΤ. Ἴωμεν· ἤδη γοῦν καιρὸς τῆς ὑδροφορίας· καὶ σχεδόν που κατὰ μέσην τὴν ὁδόν ἐστιν ἰοῦσα ἐς τὴν Λέρναν.

ΠΟΣ. Οὐκοῦν ζεῦξον τὸ ἅρμα· ἢ τοῦτο μὲν πολλὴν ἔχει τὴν διατριβὴν ὑπάγειν τοὺς ἵππους τῇ ζεύγλῃ καὶ τὸ ἅρμα ἐπισκευάζειν, σὺ δὲ ἀλλὰ δελφῖνά μοι τινα τῶν ὠκέων παράστησον· ἐφιππάσομαι γὰρ ἐπ' αὐτοῦ τάχιστα.

6.

TRITONIS, AMYMONES ET NEPTUNI.

1. TRIT. Ad Lernam, Neptune, accedit quotidie aquatum virgo, res plane pulcherrima: haud equidem scio formosiorem me puellam vidisse.

NEP. Ingenuamne dicis, o Triton, an famula quædam est ad aquam ferendam?

TRIT. Nequaquam: sed Ægyptii istius filia, una quinquagenarum et ipsa, Amymone nomine: sciscitatus enim sum et quomodo vocetur, et genus. Danaus autem durius habet filias, et ad opus suis manibus faciendum instituit, atque etiam mittit aquam hausturas; ad cetera porro ministeria condocefacit, ut impigræ sint.

2. NEP. Solane conficit tam longum iter Argis ad Lernam?

TRIT. Sola: valde autem siticulosum est Argos, ut nosti: atque adeo necesse est semper aquam eo ferre.

NEP. Triton, non mediocriter tu me conturbasti his de puella dictis: quare adeamus ad eam.

TRIT. Eamus: jam enim tempus est aquationis; et fere, ni fallor, in media versatur via petens Lernam.

NEP. Itaque junge currum: aut illud quidem longam habet moram, subdere equos jugo, et currum apparare: quin tu potius delphinum mihi aliquem ex velocioribus adducito: equitans enim in eo proveha r celerrime.

ΤΡΙΤ. Ἰδού σοι οὑτοσὶ δελφίνων ὁ ὠκύτατος.

ΠΟΣ. Εὖ γε· ἀπελαύνωμεν· σὺ δὲ παρανήχου, ὦ Τρίτων. Κἀπειδὴ πάρεσμεν ἐς τὴν Λέρναν, ἐγὼ μὲν λοχήσω ἐνταῦθά που, σὺ ἀποσκόπει· ὁπόταν αἴσθῃ προσιοῦσαν αὐτὴν —

ΤΡΙΤ. Αὕτη σοι πλησίον.

3. ΠΟΣ. Καλή, ὦ Τρίτων, καὶ ὡραία παρθένος· ἀλλὰ συλληπτέα ἡμῖν ἐστιν.

ΑΜ. Ἄνθρωπε, ποῖ με ξυναρπάσας ἄγεις; ἀνδραποδιστὴς εἶ, καὶ ἔοικας ἡμῖν ὑπ' Αἰγύπτου τοῦ θείου ἐπιπεμφθῆναι· ὥστε βοήσομαι τὸν πατέρα.

ΤΡΙΤ. Σιώπησον, ὦ Ἀμυμώνη· Ποσειδῶν ἐστι.

ΑΜ. Τί Ποσειδῶν λέγεις; τί βιάζῃ με, ὦ ἄνθρωπε, καὶ ἐς τὴν θάλατταν καθέλκεις; ἐγὼ δὲ ἀποπνιγήσομαι ἡ ἀθλία καταδῦσα.

ΠΟΣ. Θάρρει, οὐδὲν δεινὸν μὴ πάθῃς· ἀλλὰ καὶ πηγὴν ἐπώνυμόν σοι ἀναδοθῆναι ἐάσω ἐνταῦθα πατάξας τῇ τριαίνῃ τὴν πέτραν πλησίον τοῦ κλύσματος, καὶ σὺ εὐδαίμων ἔσῃ καὶ μόνη τῶν ἀδελφῶν οὐχ ὑδροφορήσεις ἀποθανοῦσα.

7.

ΝΟΤΟΥ ΚΑΙ ΖΕΦΥΡΟΥ.

1. ΝΟΤ. Ταύτην, ὦ Ζέφυρε, τὴν δάμαλιν, ἣν διὰ τοῦ πελάγους ἐς Αἴγυπτον ὁ Ἑρμῆς ἄγει, ὁ Ζεὺς διεκόρευσεν ἁλοὺς ἔρωτι;

ΖΕΦ. Ναί, ὦ Νότε· οὐ δάμαλις δὲ τότε, ἀλλὰ παῖς ἦν τοῦ ποταμοῦ Ἰνάχου· νῦν δὲ ἡ Ἥρα τοιαύτην ἐποίησεν αὐτὴν ζηλοτυπήσασα, ὅτι καὶ πάνυ ἑώρα ἐρῶντα τὸν Δία.

ΝΟΤ. Νῦν οὖν ἔτι ἐρᾷ τῆς βοός;

ΖΕΦ. Καὶ μάλα, καὶ διὰ τοῦτο ἐς Αἴγυπτον αὐτὴν ἔπεμψε καὶ ἡμῖν προσέταξε μὴ κυμαίνειν τὴν θάλατταν ἔστ' ἂν διανήξηται, ὡς ἀποτεκοῦσα ἐκεῖ — κυεῖ δὲ ἤδη — θεὸς γένοιτο καὶ αὐτὴ καὶ τὸ τεχθέν.

2. ΝΟΤ. Ἡ δάμαλις θεός;

ΖΕΦ. Καὶ μάλα, ὦ Νότε· ἄρξει τε, ὡς ὁ Ἑρμῆς ἔφη, τῶν πλεόντων καὶ ἡμῶν ἔσται δέσποινα, ὅντινα ἂν ἡμῶν ἐθέλῃ ἐκπέμψαι ἢ κωλῦσαι ἐπιπνεῖν.

ΝΟΤ. Θεραπευτέα τοιγαροῦν, ὦ Ζέφυρε, ἤδη δέσποινά γε οὖσα.

ΖΕΦ. Νὴ Δί'· εὐνουστέρα γὰρ ἂν οὕτω γένοιτο. Ἀλλ' ἤδη γὰρ διεπέρασε καὶ ἐξένευσεν ἐς τὴν γῆν. Ὁρᾷς ὅπως οὐκέτι μὲν τετραποδιστὶ βαδίζει, ἀνορθώσας δ' αὐτὴν ὁ Ἑρμῆς γυναῖκα παγκάλην αὖθις ἐποίησε;

ΝΟΤ. Παράδοξα γοῦν ταῦτα, ὦ Ζέφυρε· οὐκέτι τὰ κέρατα οὐδὲ οὐρὰ καὶ διχαλὰ τὰ σκέλη, ἀλλ' ἐπέραστος κόρη. Ὁ μέντοι Ἑρμῆς τί παθὼν μεταβέβληκεν ἑαυτὸν καὶ ἀντὶ νεανίου κυνοπρόσωπος γεγένηται;

ΖΕΦ. Μὴ πολυπραγμονῶμεν, ὅτι ἄμεινον ἐκεῖνος οἶδε τὰ πρακτέα.

TRIT. Ecce tibi istum delphinorum ocissimum.

NEP. Bene : avehamur; tu vero juxta adnata, Triton. Quandoquidem venimus Lernam, ego insidiabor isto fere loco; tu prospecta; quumque senseris adventantem illam —

TRIT. En ipsa tibi prope adest.

3. NEP. Pulchra, Triton, et florens virgo : omnino comprehendenda nobis est.

AMY. Mi homo, quo me correptam ducis? plagiarius es, et videris in nos ab Ægypto patruo immissus esse : quare invocabo patrem.

TRIT. Tace, Amymone : Neptunus hic est.

AMY. Quid mihi Neptunum dicis? quid vim affers mihi, homo, inque mare detrahis? misera suffocabor demersa.

NEP. Bonum animum habe; nullum incommodum patieris : imo etiam fontem tui nominis emicare faciam ibi, percussa tridente hac petra, prope maris æstum : tu vero felix eris, sororumque sola non feres aquam mortua.

7.

NOTI ET ZEPHYRI.

1. NOT. Illam ergo, Zephyre, juvencam, quam per pelagus in Ægyptum Mercurius ducit, Jupiter vitiavit amore captus?

ZEPH. Ita est, Note : neque tunc tamen erat juvenca, sed filia fluvii Inachi : nunc Juno talem fecit eam, æmulatione fervida, quod vehementer videret amare Jovem.

NOT. Igitur etiam nunc amat illam vaccam?

ZEPH. Plane : ideoque in Ægyptum eam misit, ac nobis præcepit ne fluctibus agitaremus mare, donec transnarit, ut partum ibi enixa (uterum enim jam fert), dea fiat tum ipsa, tum quod natum erit.

2. NOT. Juvenca ut dea fiat?

ZEPH. Omnino, Note : et præerit, ut Mercurius narravit, navigantibus, nosque erimus in ejus potestate, ut quemcumque nostrûm voluerit emittat, aut prohibeat flare.

NOT. Colenda igitur, o Zephyre, jam quippe domina.

ZEPH. Profecto : magis enim benevola nobis ita reddatur. At ecce jam trajecit, atque evasit in terram. Viden' ut non amplius quadrupedis more incedat, sed eam erectam Mercurius mulierem pulcherrimam iterum effecerit?

NOT. Mirabilia sane sunt ista, Zephyre : abierunt cornua, cauda, bifidi pedes : contra amabilis est virgo. Atqui Mercurius quid est quod semet mutarit, et pro juvene caninam faciem sumserit?

ZEPH. Ne curiosius inquiramus; quandoquidem melius ille sciverit quid sit faciendum.

8.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΕΛΦΙΝΩΝ.

1. ΠΟΣ. Εὖ γε, ὦ Δελφῖνες, ὅτι ἀεὶ φιλάνθρωποί ἐστε, καὶ πάλαι μὲν τὸ τῆς Ἰνοῦς παιδίον ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν ἐκομίσατε ὑποδεξάμενοι ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων μετὰ τῆς μητρὸς ἐμπεσὸν, καὶ νῦν σὺ τὸν κιθαρῳδὸν τουτονὶ τὸν ἐκ Μηθύμνης ἀναλαβὼν ἐξενήξω ἐς Ταίναρον αὐτῇ σκευῇ καὶ κιθάρᾳ, οὐδὲ περιεῖδες κακῶς ὑπὸ τῶν ναυτῶν ἀπολλύμενον.

ΔΕΛΦ. Μὴ θαυμάσῃς, ὦ Πόσειδον, εἰ τοὺς ἀνθρώπους εὖ ποιοῦμεν ἐξ ἀνθρώπων γε καὶ αὐτοὶ ἰχθύες γενόμενοι.

ΠΟΣ. Καὶ μέμφομαί γε τῷ Διονύσῳ, ὅτι ὑμᾶς καταναυμαχήσας μετέβαλε, δέον χειρώσασθαι μόνον, ὥσπερ τοὺς ἄλλους ὑπηγάγετο. Πῶς δ' οὖν τὰ κατὰ τὸν Ἀρίονα τοῦτον ἐγένετο, ὦ Δελφίν;

2. ΔΕΛΦ. Ὁ Περίανδρος, οἶμαι, ἔχαιρεν αὐτῷ καὶ πολλάκις μετεπέμπετο αὐτὸν ἐπὶ τῇ τέχνῃ, ὁ δὲ πλουτήσας παρὰ τοῦ τυράννου ἐπεθύμησε πλεύσας οἴκαδε ἐς τὴν Μήθυμναν ἐπιδείξασθαι τὸν πλοῦτον, καὶ ἐπιβὰς πορθμείου τινὸς κακούργων ἀνδρῶν ὡς ἔδειξε πολὺν ἄγων χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, ἐπεὶ κατὰ μέσον τὸ Αἰγαῖον ἐγένοντο, ἐπιβουλεύουσιν αὐτῷ οἱ ναῦται· ὁ δὲ — ἠκροώμην γὰρ ἅπαντα παρανέων τῷ σκάφει — Ἐπεὶ ταῦτα ὑμῖν δέδοκται, ἔφη, ἀλλὰ τὴν σκευὴν ἀναλαβόντα με καὶ ᾄσαντα θρῆνόν τινα ἐπ' ἐμαυτῷ ἑκόντα ἐάσατε ῥῖψαι ἐμαυτόν. Ἐπέτρεψαν οἱ ναῦται καὶ ἀνέλαβε τὴν σκευὴν καὶ ᾖσε πάνυ λιγυρὸν, καὶ ἔπεσεν ἐς τὴν θάλασσαν ὡς αὐτίκα πάντως ἀποθανούμενος· ἐγὼ δὲ ὑπολαβὼν καὶ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐξενηξάμην ἔχων ἐς Ταίναρον.

ΠΟΣ. Ἐπαινῶ σε τῆς φιλομουσίας· ἄξιον γὰρ τὸν μισθὸν ἀποδέδωκας αὐτῷ ἀκροάσεως.

8.

NEPTUNI ET DELPHINUM.

1. NEP. Recte vero, Delphines, quod semper amantes sitis hominum; etenim olim Inus filium ad Isthmum detulistis exceptum, quum a Scironiis saxis cum matre incideret in mare; tuque nunc citharœdum illum ex Methymna postquam dorso sublevaras cum ipso habitu citharœdico et cithara, enatasti ad Tænarum, neque neglexisti male nautarum scelere pereuntem.

DEL. Ne mireris, Neptune, si hominibus benefacimus, ex hominibus quippe ipsi in pisces versi.

NEP. Imo equidem accuso Bacchum, qui vobis prælio navali victis formam mutavit, quum decuisset in potestatem redigere tantum, quo pacto alios sibi subjecit. At quomodo, quæ ad Arionem istum spectant, sunt facta, Delphin?

2. DEL. Periander, opinor, delectabatur eo, et sæpius eum arcessebat ob artis excellentiam: hunc autem nactum a tyranno divitias desiderium cepit domum redeundi Methymnam ad ostentandas opes. Quare conscensa vectoria navicula maleficorum hominum, ut præ se tulit multum ferre se auri et argenti, ubi medium Ægæum tetigerunt, insidiantur ipsi nautæ. Tum ille (auscultabam enim omnia adnatans navigio), Quandoquidem id vobis constitutum est, inquit, at ornatu sumto, decantatoque lesso sponte sinite me projicere memet ipsum. Permiserunt nautæ: mox citharœdi habitum indutus cecinit admodum argute, ceciditque in mare, quasi statim plane periturus. Ego autem susceptum impositumque dorso ferens enatavi ad Tænarum.

NEP. Equidem laudo te ob studium illud musices; dignam enim mercedem reddidisti ipsi auditæ cantionis.

9.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ.

1. ΠΟΣ. Τὸ μὲν στενὸν τοῦτο, ἔνθα ἡ παῖς κατηνέχθη, Ἑλλήσποντος ἀπ' αὐτῆς καλείσθω· τὸν δὲ νεκρὸν ὑμεῖς, ὦ Νηρηΐδες, παραλαβοῦσαι τῇ Τρῳάδι προσενέγκατε, ὡς ταφείη ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων.

ΑΜΦ. Μηδαμῶς, ὦ Πόσειδον, ἀλλ' ἐνταῦθα ἐν τῷ ἐπωνύμῳ πελάγει τεθάφθω· ἐλεοῦμεν γὰρ αὐτὴν οἴκτιστα ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς πεπονθυῖαν.

ΠΟΣ. Τοῦτο μὲν, ὦ Ἀμφιτρίτη, οὐ θέμις· οὐδ' ἄλλως καλὸν ἐνταῦθά που κεῖσθαι ὑπὸ τῇ ψάμμῳ αὐτὴν, ἀλλ' ὅπερ ἔφην ἐν τῇ Τρῳάδι ἢ ἐν Χερρονήσῳ τεθάψεται. Ἐκεῖνο δὲ παραμύθιον οὐ μικρὸν ἔσται αὐτῇ, ὅτι μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ καὶ ἡ Ἰνὼ πείσεται καὶ ἐμπεσεῖται ὑπὸ τοῦ Ἀθάμαντος διωκομένη ἐς τὸ πέλαγος ἀπ' ἄκρου

9.

NEPTUNI ET NEREIDUM.

1. NEP. Fretum illud angustum, quo puella delapsa est, Hellespontus ab ea vocetur: corpus autem vos, Nereides, acceptum ad Troadem deferte, ut sepeliatur a regionis incolis.

AMPH. Neutiquam, Neptune; verum hoc ipso in pelago, cui nomen dedit, sepeliatur: miseret enim nos ejus, quæ miseranda fuit a noverca passa.

NEP. Id quidem, Amphitrite, fas non est; neque porro decorum istic alicubi jacere eam sub arena: sed, quod dixi, in Troade aut Chersoneso mox sepulturæ mandabitur. Id autem solatium erit ipsi non mediocre, quod post paullo eadem et Ino patietur, præcepsque cadet ab Athamante fu-

τοῦ Κιθαιρῶνος, καθ' ὅπερ καθήκει ἐς τὴν θάλατταν, ἔχουσα καὶ τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆς ἀγκάλης. Ἀλλὰ κἀκείνην σῶσαι δεήσει χαρισαμένους τῷ Διονύσῳ· τροφὸς γὰρ αὐτοῦ καὶ τιτθὴ ἡ Ἰνώ.

ΑΜΦ. Οὐκ ἐχρῆν οὕτω πονηρὰν οὖσαν.

ΠΟΣ. Ἀλλὰ τῷ Διονύσῳ ἀχαριστεῖν, ὦ Ἀμφιτρίτη, οὐκ ἄξιον.

ΝΗΡ. Αὕτη δὲ ἄρα τί παθοῦσα κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κριοῦ; ὁ ἀδελφὸς δὲ ὁ Φρίξος ἀσφαλῶς ὀχεῖται;

ΠΟΣ. Εἰκότως· νεανίας γὰρ καὶ δυνατὸς ἀντέχειν πρὸς τὴν φοράν, ἡ δὲ ὑπ' ἀηθείας ἐπιβᾶσα ὀχήματος παραδόξου καὶ ἀπιδοῦσα ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐκπλαγεῖσα καὶ τῷ θάλπει ἅμα συσχεθεῖσα καὶ ἰλιγγιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων τοῦ κριοῦ, ὧν τέως ἐπειλήπτο, καὶ κατέπεσεν ἐς τὸ πέλαγος.

ΝΗΡ. Οὔκουν ἐχρῆν τὴν μητέρα τὴν Νεφέλην βοηθῆσαι πιπτούσῃ;

ΠΟΣ. Ἐχρῆν· ἀλλ' ἡ Μοῖρα πολλῷ τῆς Νεφέλης δυνατωτέρα.

gata in pelagus ex summo Cithærone, qua parte protenditur ad mare, gerens præterea filium in ulnis. Sed illam quoque servare nos oportebit gratificantes Baccho; nam nutrix præbuit illi mammas Ino.

2. AMPH. Haud oportebat tam malam.

NEP. Sed Baccho gratiam illam negare, Amphitrite, non est æquum.

NER. Helle vero qui factum est ut deciderit ab ariete, quum frater ejus Phrixus absque periculo vehatur?

NEP. Et merito quidem : nam juvenis est, ac potest sustinere se adversus motus celeritatem : illa autem præ insolentia, quum inscendisset vehiculum prorsus inusitatum, et prospectasset in profundum immense patens, obstupefacta, æstuque simul aeris correpta et vertigine ex violentia volatus, e manibus amisit arietis cornua, quæ hactenus prehensa tenuerat, et defluxit in mare.

NER. Non oportebat matrem Nephelen auxilium ferre cadenti?

NEP. Oportebat : sed fatum multo Nephele potentius.

10.

ΙΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

1. ΙΡΙΣ. Τὴν νῆσον τὴν πλανωμένην, ὦ Πόσειδον, ἣν ἀποσπασθεῖσαν τῆς Σικελίας ὕφαλον ἔτι νήχεσθαι συμβέβηκε, ταύτην, φησὶν ὁ Ζεύς, στῆσον ἤδη καὶ ἀνάφηνον καὶ ποίησον ἤδη δῆλον ἐν τῷ Αἰγαίῳ μέσῳ βεβαίως μένειν στηρίξας πάνυ ἀσφαλῶς· δεῖται γάρ τι αὐτῆς.

ΠΟΣ. Πεπράξεται ταῦτα, ὦ Ἶρι. Τίνα δ' ὅμως παρέξει αὐτῷ τὴν χρείαν ἀναφανεῖσα καὶ μηκέτι πλέουσα;

ΙΡΙΣ. Τὴν Λητὼ ἐπ' αὐτῆς δεῖ ἀποκυῆσαι· ἤδη γὰρ πονήρως ὑπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει.

ΠΟΣ. Τί οὖν; οὐχ ἱκανὸς ὁ οὐρανὸς ἐντεκεῖν; εἰ δὲ μὴ οὗτος, ἀλλ' ἥ γε γῆ πᾶσα οὐκ ἂν δύναιτο ὑποδέξασθαι τὰς γονὰς αὐτῆς;

ΙΡΙΣ. Οὐκ, ὦ Πόσειδον· ἡ Ἥρα γὰρ ὅρκῳ μεγάλῳ κατέλαβε τὴν γῆν, μὴ παρασχεῖν τῇ Λητοῖ τῶν ὠδίνων ὑποδοχήν. Ἡ τοίνυν νῆσος αὕτη ἀνώμοτός ἐστιν· ἀφανὴς γὰρ ἦν.

2. ΠΟΣ. Συνίημι. Στῆθι, ὦ νῆσε, καὶ ἀνάδυθι αὖθις ἐκ τοῦ βυθοῦ καὶ μηκέτι ὑποφέρου, ἀλλὰ βεβαίως μένε καὶ ὑπόδεξαι, ὦ εὐδαιμονεστάτη, τοῦ ἀδελφοῦ τὰ τέκνα δύο, τοὺς καλλίστους τῶν θεῶν· καὶ ὑμεῖς, ὦ Τρίτωνες, διαπορθμεύσατε τὴν Λητὼ ἐς αὐτήν· καὶ γαληνὰ ἅπαντα ἔστω. Τὸν δράκοντα δὲ, ὃς νῦν ἐξοιστρεῖ αὐτὴν φοβῶν, τὰ νεογνὰ ἐπειδὰν τεχθῇ, αὐτίκα μέτεισι καὶ τιμωρήσει τῇ μητρί. Σὺ δὲ ἀπάγγελλε τῷ Διὶ πάντα εἶναι εὐτρεπῆ· ἕστηκεν ἡ Δῆλος· ἡκέτω ἡ Λητὼ ἤδη καὶ τικτέτω.

10.

IRIDIS ET NEPTUNI.

1. IR. Insula ista errans, Neptune, quæ avulsa a Sicilia, fluctu tecta adhuc natat : eam, ait Jupiter, e vestigio constitue, inque lucem profer, et fac jam ut conspicua in Ægæo medio stabilisque maneat, firmata immotis radicibus : usus enim ejus erit.

NEP. Jamjam factum erit, Iri. Verumtamen quem præbebit ipsi usum in lucem educta neque amplius innatans?

IR. Latonam in ea insula oportet partum deponere : jam enim male a doloribus habet.

NEP. Quid ergo? non idoneum est cœlum, in quo pariat? hoc si minus, at universa saltem terra nonne excipere possit Latonæ partus?

IR. Minime, Neptune : nam Juno jurejurando gravi obstrinxit terram, ne præberet Latonæ commodam pariendo sedem; jam istæc insula jurata non est, quippe nondum conspicua.

2. NEP. Rem teneo. Consiste, insula, atque emerge rursus ex profundo, nec porro sub undis ferare; sed fixa mane, ac suscipe, fortunatissima, fratris liberos binos, pulcherrimos deorum. Vos, Tritones, transvehite Latonam eo; cunctaque stent tranquilla. Draconem vero, qui nunc velut œstro exagitat illam territans, infantes, statim atque nati fuerint, ulciscentur, ac pœnas expetent pro matre. Tu renuncia Jovi, omnia esse parata : constitit Delus; veniat Latona et pariat.

11.

ΞΑΝΘΟΥ ΚΑΙ ΘΑΛΑΤΤΗΣ.

ΞΑΝΘ. Δέξαι με, ὦ θάλαττα, δεινὰ πεπονθότα καὶ κατάσβεσόν μου τὰ τραύματα.

ΘΑΛ. Τί τοῦτο, ὦ Ξάνθε; τίς σε κατέκαυσεν;

ΞΑΝΘ. Ὁ Ἥφαιστος. Ἀλλ' ἀπηνθράκωμαι ὅλος ὁ κακοδαίμων καὶ ζέω.

ΘΑΛ. Διὰ τί δαί σοι καὶ ἐνέβαλε τὸ πῦρ;

ΞΑΝΘ. Διὰ τὸν ταύτης υἱὸν τῆς Θέτιδος· ἐπεὶ γὰρ φονεύοντα τοὺς Φρύγας ἱκετεύσας οὐκ ἔπαυσα τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν νεκρῶν ἐνέφραττέ μοι τὸν ῥοῦν, ἐλεήσας τοὺς ἀθλίους ἐπῆλθον ἐπικλύσαι ἐθέλων, ὡς φοβηθεὶς ἀπόσχοιτο τῶν ἀνδρῶν.

2. Ἐνταῦθα ὁ Ἥφαιστος — ἔτυχε γὰρ πλησίον που ὤν — πᾶν ὅσον, οἶμαι, πῦρ εἶχε καὶ ὅσον ἐν τῇ Αἴτνῃ καὶ εἴ ποθι ἄλλοθι, φέρων ἐπῆλθέ μοι, καὶ ἔκαυσε μὲν τὰς πτελέας καὶ μυρίκας, ὤπτησε δὲ καὶ τοὺς κακοδαίμονας ἰχθῦς καὶ τὰς ἐγχέλεις, αὐτὸν δὲ ἐμὲ ὑπερκοχλάσαι ποιήσας μικροῦ δεῖν ὅλον ξηρὸν εἴργασται. Ὁρᾷς γοῦν, ὅπως διάκειμαι ὑπὸ τῶν ἐγκαυμάτων.

ΘΑΛ. Θολερός, ὦ Ξάνθε, καὶ θερμός, ὡς εἰκός, τὸ αἷμα μὲν ἀπὸ τῶν νεκρῶν, ἡ θέρμη δέ, ὡς φῄς, ἀπὸ τοῦ πυρός· καὶ εἰκότως, ὦ Ξάνθε, ὃς ἐπὶ τὸν ἐμὸν υἱωνὸν ὥρμησας οὐκ αἰδεσθεὶς ὅτι Νηρηΐδος υἱὸς ἦν.

ΞΑΝΘ. Οὐκ ἔδει οὖν ἐλεῆσαι γείτονας ὄντας τοὺς Φρύγας;

ΘΑΛ. Τὸν Ἥφαιστον δὲ οὐκ ἔδει ἐλεῆσαι Θέτιδος υἱὸν ὄντα τὸν Ἀχιλλέα;

11.

XANTHI ET MARIS.

1. XAN. Recipe me, Mare, gravia passum; restingue mea vulnera.

MAR. Quid hoc est rei, Xanthe? quis te exussit?

XAN. Vulcanus. Imo torrefactus sum totus ego miser, et ferveo.

MAR. Quam vero ob causam tibi injecit ignem?

XAN. Ob filium Thetidis hujus: quum enim occidentem Phrygas supplex adirem, atque ille tamen iram non remitteret, quin etiam cadaveribus obstrueret mihi flumen, miseratus infelices irrui tanquam undis eum mersurus, quo territus abstineret se a virorum cæde.

2. Ibi tum Vulcanus (forte enim propius aderat) quantum, credo, habebat ignis, et quodcumque in Ætna, et sicubi uspiam, collecto, impetum in me fecit, incenditque ulmos ac myricas; tum assavit etiam infelicissimos pisces et anguillas: ipsum vero me quum effervefecisset, parum abest quin totum aridum reddiderit. Vides certe, quomodo sim affectus ab istis incendii notis.

MAR. Turbidus, o Xanthe, atque æstuans, ut par erat: sanguis a cadaveribus; æstus, ut ais, ab igne. Neque id immerito, Xanthe, qui in meum nepotem irrueris, non veritus nec cogitans Nereidis esse filium.

XAN. Non decebat ergo misericordia tangi vicinorum meorum Phrygum?

MAR. Vulcanum vero non decebat misericordia tangi Achillis, qui Thetidis esset filius?

12.

ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΘΕΤΙΔΟΣ.

1. ΔΩΡ. Τί δακρύεις, ὦ Θέτι;

ΘΕΤ. Καλλίστην, ὦ Δωρί, κόρην εἶδον ἐς κιβωτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐμβληθεῖσαν, αὐτήν τε καὶ βρέφος αὐτῆς ἀρτιγέννητον· ἐκέλευσε δὲ ὁ πατὴρ τοὺς ναύτας ἀναλαβόντας τὸ κιβώτιον, ἐπειδὰν πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσωσιν, ἀφεῖναι ἐς τὴν θάλατταν, ὡς ἀπόλοιτο ἡ ἀθλία, καὶ αὐτὴ καὶ τὸ βρέφος.

ΔΩΡ. Τίνος δὲ ἕνεκα, ὦ ἀδελφή; εἰπέ, εἴ τι ἔμαθες ἀκριβῶς ἅπαντα.

ΘΕΤ. Ὁ Ἀκρίσιος ὁ πατὴρ αὐτῆς καλλίστην οὖσαν ἐπαρθένευεν ἐς χαλκοῦν τινα θάλαμον ἐμβαλών· εἶτα, εἰ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν, φασὶ δ' οὖν τὸν Δία χρυσὸν γενόμενον ῥυῆναι διὰ τοῦ ὀρόφου ἐπ' αὐτήν, δεξαμένην δ' ἐκείνην ἐς τὸν κόλπον καταρρέοντα τὸν θεὸν ἐγκύμονα γενέσθαι. Τοῦτο αἰσθόμενος ὁ πατήρ, ἄγριός τις καὶ ζηλότυπος γέρων, ἠγανάκτησε καὶ ὑπό τινος μεμοιχεῦσθαι οἰηθεὶς αὐτὴν ἐμβάλλει ἐς τὴν κιβωτὸν ἄρτι τετοκυῖαν.

12.

DORIDIS ET THETIDIS.

1. DOR. Quid lacrimare, Theti?

THET. Formosissimam, Dori, vidi puellam in cistam a patre conjectam, tum ipsam, tum infantem ejus modo natum: jussit autem pater nautas sublatam arcam, ubi longe a terra processerint, demittere in mare, ut intereat misera, et ipsa et infans.

DOR. Quam ob causam, soror? dic, si forte accurate didicisti omnia?

THET. Acrisius pater ejus forma præstantem servabat virginem, in æreum quendam thalamum inclusam. Tum porro quid revera sit factum, si dicere non habeo, aiunt tamen Jovem in aurum mutatum fluxisse per tectum ad eam; quæ, recepto in sinum defluente deo, gravida sit facta. Hoc quum sensisset pater, ferus aliquis et æmulatione fervidus senex, ægerrime tulit; et ab aliquo adulteratam suspicatus immittit in arcam partu modo edito.

2. ΔΩΡ. Ἡ δὲ τί ἔπραττεν, ὦ Θέτι, ὁπότε καθίετο;

ΘΕΤ. Ὑπὲρ αὐτῆς μὲν ἐσίγα, ὦ Δωρὶ, καὶ ἔφερε τὴν καταδίκην, τὸ βρέφος δὲ παρῃτεῖτο μὴ ἀποθανεῖν δακρύουσα καὶ τῷ πάππῳ δεικνύουσα αὐτὸ, κάλλιστον ὄν· τὸ δὲ ὑπ' ἀγνοίας τῶν κακῶν ὑπεμειδία πρὸς τὴν θάλατταν. Ὑποπίμπλαμαι αὖθις τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων μνημονεύουσα αὐτῶν.

ΔΩΡ. Κἀμὲ δακρῦσαι ἐποίησας. Ἀλλ' ἤδη τεθνᾶσιν;

ΘΕΤ. Οὐδαμῶς· νήχεται γὰρ ἔτι ἡ κιβωτὸς ἀμφὶ τὴν Σέριφον ζῶντας αὐτοὺς φυλάττουσα.

ΔΩΡ. Τί οὖν οὐχὶ σώζομεν αὐτὴν τοῖς ἁλιεῦσι τούτοις ἐμβαλοῦσαι ἐς τὰ δίκτυα τοῖς Σεριφίοις; οἱ δὲ ἀνασπάσαντες σώσουσι δῆλον ὅτι.

ΘΕΤ. Εὖ λέγεις, οὕτω ποιῶμεν· μὴ γὰρ ἀπολέσθω μήτε αὐτὴ μήτε τὸ παιδίον οὕτως ὂν καλόν.

2. DOR. Illa vero quid faciebat, Theti, quando demittebatur?

THET. Pro se quidem tacebat, Dori, æquo animo ferens sententiam : at infantem deprecabatur, ne interiret, multis cum lacrimis avo ostendens illum pulcherrima specie : is autem ignarus malorum etiam arridebat ad mare. Complentur mihi iterum oculi lacrimis ista repetenti.

DOR. Et me ad lacrimas provocasti. Verum num mortui jam sunt?

THET. Nondum : natat enim hactenus arca circa Seriphum, vivosque eos custodit.

DOR. Quid itaque non servamus eam, et piscatoribus injicimus in retia Seriphiis istis? hi nimirum extractam servabunt.

THET. Recte mones : ita faciamus : ne enim intereat nec ipsa, nec infans tam formosus.

13.

ΕΝΙΠΕΩΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

1. ΕΝΙΠ. Οὐ καλὰ ταῦτα, ὦ Πόσειδον· εἰρήσεται γὰρ τἀληθές· ὑπελθών μου τὴν ἐρωμένην εἰκασθεὶς ἐμοὶ διεκόρευσας τὴν παῖδα· ἡ δὲ ᾤετο ὑπ' ἐμοῦ ταῦτα πεπονθέναι καὶ διὰ τοῦτο παρεῖχεν ἑαυτήν.

ΠΟΣ. Σὺ γὰρ, ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπεροπτικὸς ἦσθα καὶ βραδὺς, ὃς κόρης οὕτω καλῆς φοιτώσης ὁσημέραι παρὰ σὲ, ἀπολλυμένης ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ὑπερεώρας καὶ ἔχαιρες λυπῶν αὐτήν, ἡ δὲ περὶ τὰς ὄχθας ἀλύουσα καὶ ἐπεμβαίνουσα καὶ λουομένη ἐνίοτε ηὔχετό σοι ἐντυχεῖν, σὺ δὲ ἐθρύπτου πρὸς αὐτήν.

2. ΕΝΙΠ. Τί οὖν; διὰ τοῦτο ἐχρῆν σε προαρπάσαι τὸν ἔρωτα καὶ καθυποκρίνασθαι Ἐνιπέα ἀντὶ Ποσειδῶνος εἶναι καὶ κατασοφίσασθαι τὴν Τυρὼ ἀφελῆ κόρην οὖσαν;

ΠΟΣ. Ὀψὲ ζηλοτυπεῖς, ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπερόπτης πρότερον ὤν· ἡ Τυρὼ δὲ οὐδὲν δεινὸν πέπονθεν οἰομένη ὑπὸ σοῦ διακεκορεῦσθαι.

ΕΝΙΠ. Οὐ μὲν οὖν· ἔφησθα γὰρ ἀπιὼν ὅτι Ποσειδῶν ἦσθα, ὃ καὶ μάλιστα ἐλύπησεν αὐτήν· καὶ ἐγὼ τοῦτο ἠδίκημαι, ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ ηὐφραίνου τότε καὶ περιστήσας πορφύρεόν τι κῦμα, ὅπερ ὑμᾶς συνέκρυπτεν ἅμα, συνῆσθα τῇ παιδὶ ἀντ' ἐμοῦ.

ΠΟΣ. Ναί· σὺ γὰρ οὐκ ἤθελες, ὦ Ἐνιπεῦ.

13.

ENIPEI ET NEPTUNI.

1. ENIP. Non bella sunt ista, Neptune : dicetur enim veritas. Per fraudem obrepens amicæ meæ, meam formam mentitus, vitiasti puellam : at illa putabat a me hæc se fuisse passam; ideoque præbebat sese.

NEP. Etenim, Enipeu, fastosus eras et tardus, qui puellam tam pulchram ventitantem quotidie ad te, pereuntem amore despiceres, atque etiam lætareris ægre ei faciendo. Illa interim ad ripas tuas mœsta oberrabat, atque ingressa imo et se lavans aliquando, optabat te potiri : tu vero fastidiosum te gerebas erga illam.

2. ENIP. Quid ergo? proptereane oportebat te præripere meum amorem, et simulare Enipei personam pro Neptuno, doloque circumvenire Tyro, simplicem puellam?

NEP. Sero nunc æmulatione tangeris, Enipeu, qui prius superbe sprevisti : nihil autem Tyro mali contigit, quum putabat virginitatem suam a te imminui.

ENIP. Haud ita sane : dixisti enim, quum abires, te Neptunum esse, quod et maximum in modum illam pupugit : ea quoque in me injuria redundavit, quod tu vicem meam gaudia tunc ferres; et circumjecto purpureo fluctu, qui vos contegebat una, rem haberes cum puella pro me.

NEP. Quippe tu nolebas, Enipeu.

14.

ΤΡΙΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ.

1. ΤΡΙΤ. Τὸ κῆτος ὑμῶν, ὦ Νηρηίδες, ὃ ἐπὶ τὴν τοῦ Κηφέως θυγατέρα τὴν Ἀνδρομέδαν ἐπέμψατε, οὔτε τὴν παῖδα ἠδίκησεν, ὡς οἴεσθε, καὶ αὐτὸ ἤδη τέθνηκεν.

14.

TRITONIS ET NEREIDUM.

1. TRIT. Cetus ille vester, Nereides, quem in Cephei filiam Andromedam immisistis, nec puellam læsit, ut arbitramini, et ipse jam interiit.

ΝΗΡ. Ὑπὸ τίνος, ὦ Τρίτων; ἢ ὁ Κηφεὺς καθάπερ δέλεαρ προθεὶς τὴν κόρην ἀπέκτεινεν ἐπιὼν, λοχήσας μετὰ πολλῆς δυνάμεως;

ΤΡΙΤ. Οὐχ, ἀλλ' ἴστε, οἶμαι, ὦ Ἰφιάνασσα, τὸν Περσέα, τὸ τῆς Δανάης παιδίον, ὃ μετὰ τῆς μητρὸς ἐν τῇ κιβωτῷ ἐμβληθὲν ἐς τὴν θάλατταν ὑπὸ τοῦ μητροπάτορος ἐσώσατε οἰκτείρασαι αὐτούς.

ΙΦ. Οἶδα ὃν λέγεις· εἰκὸς δὲ ἤδη νεανίαν εἶναι καὶ μάλα γενναῖόν τε καὶ καλὸν ἰδεῖν.

ΤΡΙΤ. Οὗτος ἀπέκτεινε τὸ κῆτος.

ΙΦ. Διὰ τί, ὦ Τρίτων; οὐ γὰρ δὴ σῶστρα ἡμῖν τοιαῦτα ἐκτίνειν αὐτὸν ἐχρῆν.

2. **ΤΡΙΤ.** Ἐγὼ ὑμῖν φράσω τὸ πᾶν ὡς ἐγένετο· ἐστάλη μὲν οὗτος ἐπὶ τὰς Γοργόνας ἆθλόν τινα τοῦτον τῷ βασιλεῖ ἐπιτελῶν, ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Λιβύην —

ΙΦ. Πῶς, ὦ Τρίτων; μόνος; ἢ καὶ ἄλλους συμμάχους ἦγεν; ἄλλως γὰρ δύσπορος ἡ ὁδός.

ΤΡΙΤ. Διὰ τοῦ ἀέρος· ὑπόπτερον γὰρ αὐτὸν ἡ Ἀθηνᾶ ἔθηκεν. Ἐπεὶ δ' οὖν ἧκεν ὅπου διητῶντο, αἱ μὲν ἐκάθευδον, οἶμαι, ὁ δὲ ἀποτεμὼν τῆς Μεδούσης τὴν κεφαλὴν ᾤχετ' ἀποπτάμενος.

ΙΦ. Πῶς ἰδών; ἀθέατοι γάρ εἰσιν· ἢ ὃς ἂν ἴδῃ, οὐκ ἄν τι ἄλλο μετὰ ταύτας ἴδοι.

ΤΡΙΤ. Ἡ Ἀθηνᾶ τὴν ἀσπίδα προφαίνουσα — τοιαῦτα γὰρ ἤκουσα διηγουμένου αὐτοῦ πρὸς τὴν Ἀνδρομέδαν καὶ πρὸς τὸν Κηφέα ὕστερον — ἡ Ἀθηνᾶ δὴ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἀποστιλβούσης ὥσπερ ἐπὶ κατόπτρου παρέσχεν αὐτῷ ἰδεῖν τὴν εἰκόνα τῆς Μεδούσης· εἶτα λαβόμενος τῇ λαιᾷ τῆς κόμης, ἐνορῶν δ' ἐς τὴν εἰκόνα, τῇ δεξιᾷ τὴν ἅρπην ἔχων, ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ πρὶν ἀνεγρέσθαι τὰς ἀδελφὰς ἀνέπτατο.

3. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν παράλιον ταύτην Αἰθιοπίαν ἐγένετο, ἤδη πρόσγειος πετόμενος, ὁρᾷ τὴν Ἀνδρομέδαν προκειμένην ἐπί τινος πέτρας προβλῆτος προσπεπατταλευμένην, καλλίστην, ὦ θεοί, καθειμένην τὰς κόμας, ἡμίγυμνον πολὺ ἔνερθεν τῶν μαστῶν· καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἰκτείρας τὴν τύχην αὐτῆς ἀνηρώτα τὴν αἰτίαν τῆς καταδίκης, κατὰ μικρὸν δὲ ἁλοὺς ἔρωτι — ἐχρῆν γὰρ σεσῶσθαι τὴν παῖδα — βοηθεῖν διέγνω· κἀπειδὴ τὸ κῆτος ἐπῄει μάλα φοβερὸν ὡς καταπιόμενον τὴν Ἀνδρομέδαν, ὑπεραιωρηθεὶς ὁ νεανίσκος πρόκωπον ἔχων τὴν ἅρπην τῇ μὲν καθικνεῖται, τῇ δὲ προδεικνὺς τὴν Γοργόνα λίθον ἐποίει αὐτὸ, τὸ δὲ τέθνηκεν ὁμοῦ καὶ πέπηγεν αὐτοῦ τὰ πολλὰ, ὅσα εἶδε τὴν Μέδουσαν· ὁ δὲ λύσας τὰ δεσμὰ τῆς παρθένου, ὑποσχὼν τὴν χεῖρα ὑπεδέξατο ἀκροποδητὶ κατιοῦσαν ἐκ τῆς πέτρας ὀλισθηρᾶς οὔσης, καὶ νῦν γαμεῖ ἐν τοῦ Κηφέως καὶ ἀπάξει αὐτὴν ἐς Ἄργος, ὥστε ἀντὶ θανάτου γάμον οὐ τὸν τυχόντα εὕρετο.

4. **ΙΦ.** Ἐγὼ μὲν οὐ πάνυ τῷ γεγονότι ἄχθομαι· τί γὰρ ἡ παῖς ἠδίκει ἡμᾶς, εἴ τι ἡ μήτηρ ἐμεγαλαυχεῖτο καὶ ἠξίου καλλίων εἶναι;

ΔΩΡ. Ὅτι οὕτως ἂν ἤλγησεν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ μήτηρ γε οὖσα.

NER. A quo, Triton? an Cepheus, tanquam esca proposita virgine, interemit adortus inque insidiis locatus cum multa manu?

TRIT. Non: at novistis, opinor, Iphianassa, Perseum Danaes filium, quem cum matre in cista projectum in mare ab avo materno servastis eorum misertæ.

IPH. Novi, quem dicas: credibile est eum jam juvenem esse, ac valde strenuum pulchrumque aspectu.

TRIT. Hic interfecit cetum.

IPH. Quam ob causam, Triton? haud enim sane salutis præmia nobis talia exsolvere ipsum decebat.

2. **TRIT.** Ego vobis indicabo rem omnem, ut facta est. Iter hic ingressus est adversus Gorgonas, certamen istud regi peracturus: postquam autem pervenit in Libyam —

IPH. Quomodo, Triton, solus? an et alios secum socios duxit? ceteroquin enim difficilis est via.

TRIT. Per aerem; nam alis eum Minerva instruxit. Postquam ergo venit ubi degebant, illæ dormiebant, ut puto; hic autem, abscisso Medusæ capite, volando aufugit.

IPH. Quo tandem pacto conspiciens? non possunt enim aspici; aut quicumque vidit, nihil aliud amplius postea videt.

TRIT. Minerva clypeum prætendens (nam talia enarrantem eum audivi Andromedæ et Cepheo postmodum), Minerva, inquam, in clypeo resplendente, velut in speculo, exhibuit ipsi videndam imaginem Medusæ: tum Perseus, correpta læva manu coma, inspectans in imaginem, dextraque harpen tenens, desecuit ejus caput, et antequam expergefierent sorores, evolavit.

3. Ubi vero ad hanc mari prætensam Æthiopiam accessit, jam prope terram volans Andromedam conspicatur expositam in petra quadam prominente, clavis affixam, pulcherrimam, dii! demissis capillis, seminudam multum infra mammas: ille primum, miseratus fortunam ejus, sciscitabatur causam supplicii; tum sensim amore captus (oportebat enim servari puellam), opem ferre constituit. Ubi vero cetus irruebat valde terribilis, quasi devoraturus Andromedam, superne pendens juvenis, capuloque promtam habens harpen, hac manu ictus demittit, illa, Gorgone monstrata, in lapidem vertebat cetum: qui inde interiit, et obriguerunt ejus pleræque partes, quæ quidem viderant Medusam. Perseus autem, solutis vinculis virginis, porrecta manu sustentavit suspenso pede degredientem ex rupe lubrica; et nunc nuptias celebrat in Cephei ædibus, abducetque illam Argos: adeo ut pro morte Andromeda connubium non vulgare invenerit.

4. **IPH.** Equidem non admodum, quod factum est, graviter fero: nam quid puella nocebat nobis, si quid mater superbius aliquando loquebatur, viderique volebat forma nos anteire?

DOR. Imo sic doluisset ob filiam amissam, quippe mater.

ΙΦ. Μηκέτι μεμνώμεθα, ὦ Δωρὶ, ἐκείνων, εἴ τι βάρβαρος γυνὴ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν ἐλάλησεν· ἱκανὴν γὰρ ἡμῖν τιμωρίαν ἔδωκε φοβηθεῖσα ἐπὶ τῇ παιδί. Χαίρωμεν οὖν τῷ γάμῳ.

15.

ΖΕΦΥΡΟΥ ΚΑΙ ΝΟΤΟΥ.

1. ΖΕΦ. Οὐ πώποτε πομπὴν ἐγὼ μεγαλοπρεπεστέραν εἶδον ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀφ' οὗ γέ εἰμι καὶ πνέω. Σὺ δὲ οὐκ εἶδες, ὦ Νότε;

ΝΟΤ. Τίνα ταύτην λέγεις, ὦ Ζέφυρε, τὴν πομπήν; ἢ τίνες οἱ πέμποντες ἦσαν;

ΖΕΦ. Ἡδίστου θεάματος ἀπελείφθης, οἷον οὐκ ἂν ἄλλο ἴδοις ἔτι.

ΝΟΤ. Περὶ τὴν ἐρυθρὰν γὰρ θάλατταν εἰργαζόμην, ἐπέπνευσα δὲ καὶ μέρος τῆς Ἰνδικῆς, ὅσα παράλια τῆς χώρας· οὐδὲν οὖν οἶδα ὧν λέγεις.

ΖΕΦ. Ἀλλὰ τὸν Σιδώνιον Ἀγήνορα οἶδας;

ΝΟΤ. Ναί· τὸν τῆς Εὐρώπης πατέρα. Τί μήν;

ΖΕΦ. Περὶ αὐτῆς ἐκείνης διηγήσομαί σοι.

ΝΟΤ. Μῶν ὅτι ὁ Ζεὺς ἐραστὴς τῆς παιδὸς ἐκ πολλοῦ; τοῦτο γὰρ καὶ πάλαι ἠπιστάμην.

ΖΕΦ. Οὐκοῦν τὸν μὲν ἔρωτα οἶσθα, τὰ μετὰ ταῦτα δὲ ἤδη ἄκουσον.

2. Ἡ μὲν Εὐρώπη κατεληλύθει ἐπὶ τὴν ἠόνα παίζουσα τὰς ἡλικιώτιδας παραλαβοῦσα, ὁ Ζεὺς δὲ ταύρῳ εἰκάσας ἑαυτὸν συνέπαιζεν αὐταῖς κάλλιστος φαινόμενος· λευκός τε γὰρ ἦν ἀκριβῶς καὶ τὰ κέρατα εὐκαμπὴς καὶ τὸ βλέμμα ἥμερος· ἐσκίρτα οὖν καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἠόνος καὶ ἐμυκᾶτο ἥδιστον, ὥστε τὴν Εὐρώπην τολμῆσαι καὶ ἀναβῆναι αὐτόν. Ὡς δὲ τοῦτο ἐγένετο, δρομαῖος μὲν ὁ Ζεὺς ὥρμησεν ἐπὶ τὴν θάλατταν φέρων αὐτὴν καὶ ἐνήχετο ἐμπεσών, ἡ δὲ πάνυ ἐκπλαγὴς τῷ πράγματι τῇ λαιᾷ μὲν εἴχετο τοῦ κέρατος, ὡς μὴ ἀπολισθάνοι, τῇ ἑτέρᾳ δὲ ἠνεμωμένον τὸν πέπλον ξυνεῖχεν.

3. ΝΟΤ. Ἡδὺ τοῦτο θέαμα εἶδες, ὦ Ζέφυρε, καὶ ἐρωτικόν, νηχόμενον τὸν Δία φέροντα τὴν ἀγαπωμένην.

ΖΕΦ. Καὶ μὴν τὰ μετὰ ταῦτα ἡδίω παρὰ πολύ, ὦ Νότε· ἥ τε γὰρ θάλαττα εὐθὺς ἀκύμων ἐγένετο καὶ τὴν γαλήνην ἐπισπασαμένη λείαν παρεῖχεν ἑαυτήν, ἡμεῖς δὲ πάντες ἡσυχίαν ἄγοντες οὐδὲν ἄλλο ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γιγνομένων παρηκολουθοῦμεν, Ἔρωτες δὲ παραπετόμενοι μικρὸν ἐκ τῆς θαλάττης, ὡς ἐνίοτε ἄκροις τοῖς ποσὶν ἐπιψαύειν τοῦ ὕδατος, ἡμμένας τὰς δᾷδας φέροντες ᾖδον ἅμα τὸν ὑμέναιον, αἱ Νηρηΐδες δὲ ἀναδῦσαι παρίππευον ἐπὶ τῶν δελφίνων ἐπικροτοῦσαι ἡμίγυμνοι αἱ πολλαί, τό τε τῶν Τριτώνων γένος καὶ εἴ τι ἄλλο μὴ φοβερὸν ἰδεῖν τῶν θαλαττίων ἅπαντα περιεχόρευε τὴν παῖδα· ὁ μὲν γὰρ Ποσειδῶν ἐπιβεβηκὼς ἅρματος, παροχουμένην τὴν Ἀμφιτρίτην ἔχων

IPH. Ne ultra meminerimus, o Dori, istorum, si quid barbara mulier supra sortem suam effutierit: satis enim nobis pœnarum dedit filiæ periculo consternata. Lætemur ergo nuptiis.

15.

ZEPHYRI ET NOTI.

1. ZEPH. Nunquam equidem pompam magnificentiorem vidi in mari, ex quo sum et flo: tu autem nonne vidisti, Note?

NOT. Quam tu istam dicis, Zephyre, pompam? aut quinam erant, qui ducerent?

ZEPH. Jucundissimo spectaculo caruisti, quale nullum videas in posterum.

NOT. Scilicet ad Rubrum mare operam navabam: imo etiam flando percurri partem Indiæ, quanta mari contingitur ejus regionis: nihil ergo eorum novi, quæ dicis.

ZEPH. At tu Sidonium Agenorem nosti?

NOT. Sane; Europæ patrem: quid tum postea?

ZEPH. De illa ipsa narrabo tibi.

NOT. Num hoc, Jovem esse amatorem jamdudum puellæ? istuc equidem olim compertum habebam.

ZEPH. Igitur amorem nosti: quæ vero sunt consecuta, jam nunc audi.

2. Europa descenderat ad litus ludibunda, æqualibus assumtis comitibus: ibi Jupiter, tauro quum se assimilasset, una ludebat pulcherrimusque videbatur: etenim albus erat perfecte, cornibusque scite intortis, et vultu placido: subsultabat ergo et ipse in litore, mugiebatque suavissime, sic ut Europa auderet etiam inscendere taurum. Quod ubi factum est, tum cursu citatissimo Jupiter ad mare festinavit ferens illam; jamque natabat illapsus. Europa vero mirifice perculsa eo negotio læva apprehenderat cornu, ne deflueret; altera vento agitatum peplum continebat.

3. NOT. Jucundum illud spectaculum, Zephyre, vidisti, et amatorium, nantem Jovem, portantemque dilectam.

ZEPH. Imo quæ postea consequuntur jucundiora multo, Note: nam pelagus statim fluctibus vacavit, flustroque ad se attracto læve sedatumque se præbuit: nos autem omnes quietem agentes, nihil aliud quam spectatores solum eorum, quæ fiebant, assectabamur. Amores porro juxta volantes paululum supra mare, sic ut nonnunquam summis pedibus delibarent aquam, accensas faces ferentes canebant simul hymenæum: Nereides vero emersæ adequitabant in delphinis applaudentes, seminudæ pleræque: tum etiam Tritonum genus, et si quod aliud non terrificum visu marinorum, cuncta choreas ducebant circa puellam. Neptunus quidem conscenso curru, assidentem lateri Amphitriten habens

προῆγε γεγηθὼς ὁδοποιῶν νηχομένῳ τῷ ἀδελφῷ· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν Ἀφροδίτην δύο Τρίτωνες ἔφερον ἐπὶ κόγχης κατακειμένην, ἄνθη παντοῖα ἐπιπάττουσαν τῇ νύμφῃ.

4. Ταῦτα ἐκ Φοινίκης ἄχρι τῆς Κρήτης ἐγένετο· ἐπεὶ δὲ ἐπέβη τῇ νήσῳ, ὁ μὲν ταῦρος οὐκέτι ἐφαίνετο, ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς ὁ Ζεὺς ἀπῆγε τὴν Εὐρώπην ἐς τὸ Δικταῖον ἄντρον ἐρυθριῶσαν καὶ κάτω ὁρῶσαν· ἠπίστατο γὰρ ἤδη ἐφ' ὅτῳ ἄγοιτο. Ἡμεῖς δὲ ἐμπεσόντες ἄλλο ἄλλος τοῦ πελάγους μέρος διεκυμαίνομεν.

ΝΟΤ. Ὦ μακάριε Ζέφυρε τῆς θέας· ἐγὼ δὲ γρῦπας καὶ ἐλέφαντας καὶ μέλανας ἀνθρώπους ἑώρων.

X.

ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

1.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ.

1. ΔΙΟΓ. Ὦ Πολύδευκες, ἐντέλλομαί σοι, ἐπειδὰν τάχιστα ἀνέλθῃς — σὸν γάρ ἐστιν, οἶμαι, ἀναβιῶναι αὔριον — ἤν που ἴδῃς Μένιππον τὸν κύνα — εὕροις δ' ἂν αὐτὸν ἐν Κορίνθῳ κατὰ τὸ Κράνειον ἢ ἐν Λυκείῳ τῶν ἐριζόντων πρὸς ἀλλήλους φιλοσόφων καταγελῶντα — εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν ὅτι σοί, ὦ Μένιππε, κελεύει ὁ Διογένης, εἴ σοι ἱκανῶς τὰ ὑπὲρ γῆς καταγεγέλασται, ἥκειν ἐνθάδε πολλῷ πλείω ἐπιγελασόμενον· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν ἀμφιβόλῳ σοὶ ἔτι ὁ γέλως ἦν καὶ πολὺ τὸ « τίς γὰρ ὅλως οἶδε τὰ μετὰ τὸν βίον; » ἐνταῦθα δὲ οὐ παύσῃ βεβαίως γελῶν καθάπερ ἐγὼ νῦν, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁρᾷς τοὺς πλουσίους καὶ σατράπας καὶ τυράννους οὕτω ταπεινοὺς καὶ ἀσήμους, ἐκ μόνης οἰμωγῆς διαγιγνωσκομένους, καὶ ὅτι μαλθακοὶ καὶ ἀγεννεῖς εἰσι μεμνημένοι τῶν ἄνω. Ταῦτα λέγε αὐτῷ, καὶ προσέτι ἐμπλησάμενον τὴν πήραν ἥκειν θέρμων τε πολλῶν καὶ εἴ που εὕροι ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον κείμενον ἢ ᾠὸν ἐκ καθαρσίου ἤ τι τοιοῦτον.

2. ΠΟΛ. Ἀλλ' ἀπαγγελῶ ταῦτα, ὦ Διόγενες. Ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα ὁποῖός τίς ἐστι τὴν ὄψιν.

ΔΙΟΓ. Γέρων, φαλακρός, τριβώνιον ἔχων πολύθυρον, ἅπαντι ἀνέμῳ ἀναπεπταμένον καὶ ταῖς ἐπιπτυχαῖς τῶν ῥακίων ποικίλον, γελᾷ δ' ἀεὶ καὶ τὰ πολλὰ τοὺς ἀλαζόνας τούτους φιλοσόφους ἐπισκώπτει.

ΠΟΛ. Ῥᾴδιον εὑρεῖν ἀπό γε τούτων.

ΔΙΟΓ. Βούλει καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ἐντείλωμαί τι τοὺς φιλοσόφους;

ΠΟΛ. Λέγε· οὐ βαρὺ γὰρ οὐδὲ τοῦτο.

ΔΙΟΓ. Τὸ μὲν ὅλον παύσασθαι αὐτοῖς παρεγγύα ληροῦσι καὶ περὶ τῶν ὅλων ἐρίζουσι καὶ κέρατα φύουσιν

præcedebat hilaris, viamque faciebat natanti fratri. Denique Venerem duo Tritones ferebant in concha decumbentem, flores omnigenos inspergentem sponsæ.

4. Hæc a Phœnicia usque ad Cretam sunt facta. Postquam vero pedem in insula posuit, taurus non amplius exstabat, sed prehensa manu Jupiter abduxit Europam in Dictæum antrum rubore suffusam dejectisque oculis : jam enim haud ignorabat, cujus rei gratia duceretur : tum nos impetu facto alius aliam pelagi partem concitabamus.

NOT. Te beatum, Zephyre, spectaculo : at ego gryphas interea, et elephantos et nigros homines videbam.

X.

MORTUORUM DIALOGI.

1.

DIOGENIS ET POLLUCIS.

1. DIO. O Pollux, mando tibi, simulatque ad superos escenderis (tuum est enim, opinor, in vitam redire cras), sicubi videris Menippum canem (inveneris autem illum Corinthi ad Craneum, aut in Lyceo altercantes inter se philosophos deridentem), ut dicas ad eum : Te, Menippe, jubet Diogenes, si tibi satis, quæ super terram geruntur, sunt derisa, venire huc multo plura irrisurum : illic etenim in ambiguo tibi risus erat, illudque in ore multum, Quis enim omnino novit quæ post vitam sint consecutura? hic vero non desines bona fide ridere, veluti ego nunc ; et maxime quidem ubi videris divites istos, et satrapas, et tyrannos, tam humiles nulloque insigni distinctos, ex solo ejulatu dignoscendos, eosque esse molles et ignavos, dum recordantur rerum superarum. Ista dic ipsi, atque insuper, ut impleta lupinis multis pera veniat, et si quam repererit in trivio Hecates cœnam jacentem, aut ovum lustrale, aut tale quiddam.

2. POL. At ista renunciabo, Diogenes : modo noverim accurate, qualis sit facie.

DIO. Senex, calvus, pallium habens multifore, omni vento apertum, et applicatis pannorum assumentis varium : ridet autem semper, et plurimum illos mendaces arrogantер philosophos illudit.

POL. Facile est eum invenire ab istis quidem indiciis.

DIO. Vin' ad ipsos quoque illos mandem quiddam philosophos?

POL. Dic : neque enim grave mihi fuerit hoc.

DIO. Ergo in summa serio ipsis denuncia, ut desinant nugari, de rebus universis rixari, cornua generare sibi

ἀλλήλοις καὶ κροκοδείλους ποιοῦσι καὶ τὰ τοιαῦτα ἄπορα ἐρωτᾶν διδάσκουσι τὸν νοῦν.

ΠΟΛ. Ἀλλ' ἐμὲ ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον εἶναι φήσουσι κατηγοροῦντα τῆς σοφίας αὐτῶν.

ΔΙΟΓ. Σὺ δὲ οἰμώζειν αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ λέγε.

ΠΟΛ. Καὶ ταῦτα, ὦ Διόγενες, ἀπαγγελῶ.

3. ΔΙΟΓ. Τοῖς πλουσίοις δ', ὦ φίλτατον Πολυδεύκιον, ἀπάγγελλε ταῦτα παρ' ἡμῶν· τί, ὦ μάταιοι, τὸν χρυσὸν φυλάττετε; τί δὲ τιμωρεῖσθε ἑαυτοὺς λογιζόμενοι τοὺς τόκους καὶ τάλαντα ἐπὶ ταλάντοις συντιθέντες, οὓς χρὴ ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν μετ' ὀλίγον;

ΠΟΛ. Εἰρήσεται καὶ ταῦτα πρὸς ἐκείνους.

ΔΙΟΓ. Ἀλλὰ καὶ τοῖς καλοῖς τε καὶ ἰσχυροῖς λέγε Μεγίλλῳ τε τῷ Κορινθίῳ καὶ Δαμοξένῳ τῷ παλαιστῇ, ὅτι παρ' ἡμῖν οὔτε ἡ ξανθὴ κόμη οὔτε τὰ χαροπὰ ἢ μέλανα ὄμματα ἢ ἐρύθημα ἐπὶ τοῦ προσώπου ἔτι ἔστιν ἢ νεῦρα εὔτονα ἢ ὦμοι καρτεροὶ, ἀλλὰ πάντα μία Μύκονος, φασὶ, κρανία γυμνὰ τοῦ κάλλους.

ΠΟΛ. Οὐ χαλεπὸν οὐδὲ ταῦτα εἰπεῖν πρὸς τοὺς καλοὺς καὶ ἰσχυρούς.

4. ΔΙΟΓ. Καὶ τοῖς πένησιν, ὦ Λάκων, — πολλοὶ δ' εἰσὶ καὶ ἀχθόμενοι τῷ πράγματι καὶ οἰκτείροντες τὴν ἀπορίαν — λέγε μήτε δακρύειν μήτ' οἰμώζειν διηγησάμενος τὴν ἐνταῦθα ἰσοτιμίαν, καὶ ὅτι ὄψονται τοὺς ἐκεῖ πλουσίους οὐδὲν ἀμείνους αὐτῶν· καὶ Λακεδαιμονίοις δὲ τοῖς σοῖς ταῦτα, εἰ δοκεῖ, παρ' ἐμοῦ ἐπιτίμησον λέγων ἐκλελύσθαι αὐτούς.

ΠΟΛ. Μηδὲν, ὦ Διόγενες, περὶ Λακεδαιμονίων λέγε· οὐ γὰρ ἀνέξομαί γε· ἃ δὲ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔφησθα, ὑπαγγελῶ.

ΔΙΟΓ. Ἐάσωμεν τούτους, ἐπεί σοι δοκεῖ· σὺ δ' οἷς προεῖπον ἀπένεγκον παρ' ἐμοῦ τοὺς λόγους.

2.

ΠΛΟΥΤΩΝ Η ΚΑΤΑ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

1. ΚΡΟΙΣ. Οὐ φέρομεν, ὦ Πλούτων, Μένιππον τουτονὶ τὸν κύνα παροικοῦντα· ὥστε ἢ ἐκεῖνόν ποι μετάστησον ἢ ἡμεῖς μετοικήσομεν ἐς ἕτερον τόπον.

ΠΛΟΥΤ. Τί δ' ὑμᾶς δεινὸν ἐργάζεται ὁμόνεκρος ὤν;

ΚΡΟΙΣ. Ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώζωμεν καὶ στένωμεν ἐκείνων μεμνημένοι τῶν ἄνω, Μίδας μὲν οὑτοσὶ τοῦ χρυσίου, Σαρδανάπαλλος δὲ τῆς πολλῆς τρυφῆς, ἐγὼ δὲ Κροῖσος τῶν θησαυρῶν, ἐπιγελᾷ καὶ ἐξονειδίζει ἀνδράποδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ ᾄδων ἐπιταράττει ἡμῶν τὰς οἰμωγὰς, καὶ ὅλως λυπηρός ἐστι.

ΠΛΟΥΤ. Τί ταῦτά φασιν, ὦ Μένιππε;

ΜΕΝ. Ἀληθῆ, ὦ Πλούτων· μισῶ γὰρ αὐτοὺς ἀγεννεῖς καὶ ὀλέθρους ὄντας, οἷς οὐκ ἀπέχρησε βιῶναι κακῶς, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντες ἔτι μέμνηνται καὶ περιέχονται τῶν ἄνω· χαίρω τοιγαροῦν ἀνιῶν αὐτούς

mutuo, crocodilos fingere, et ejusmodi perplexas interrogatiunculas mentibus inserere.

POL. Sed me indoctum et disciplinæ expertem esse dicent, qui audeam incusare sapientiam ipsorum.

DIO. Tum tu plorare illos a me jube.

POL. Et hæc ipsa, Diogenes, referam.

3. DIO. Divitibus autem, suavissime Pollucule, nuncia istæc a nobis : Quid, o vani, aurum custoditis? quid autem vosmet ipsi cruciatis, rationem ineuntes usurarum, et talenta super talentis componentes, quos oportet uno obolo instructos huc venire paullo post?

POL. Et illa dicentur ad eos.

DIO. Imo etiam formosulis illis ac robustis dicito, Megillo Corinthio et Damoxeno luctatori, apud nos nec flavam comam, nec grate torvos aut nigricantes oculos, nec florem in facie amplius adesse, aut nervos intentos, humerosve validos; sed omnia, quod aiunt, una Myconus, crania nuda pulchritudine.

POL. Ne ista quidem molestum erit exponere apud pulchros et robustos.

4. DIO. Porro pauperibus, o Lacon, (nam sunt sane multi, et graviter ferentes illam rem, misereque deplorantes inopiam) dic, ne lacrimas neu ejulatum edant, enarrata, quæ hic obtinet, conditionum æqualitate; idque etiam eos esse visuros, qui istic in vita sunt divites, nihilo meliores se. Et Lacedæmoniis tuis ista, si videtur, meo nomine exprobra, diciloque moribus solutis eos a pristina severitate descivisse.

POL. Cave, Diogenes, de Lacedæmoniis quicquam dixeris; equidem non feram : quæ vero ad alios mandasti, renunciabo.

DIO. Mittamus istos, quoniam ita tibi videtur : at tu, quibus ante dixi, perfer mandata mea.

2.

PLUTO SEU CONTRA MENIPPUM.

1. CRŒSUS. Non ferimus, o Pluto, Menippum istum canem juxta nos habitantem : quare aut illum alio abire coge; aut nos migrabimus in alium locum.

PLUT. Quid autem vobis mali facit, qui perinde ac vos sit mortuus?

CRŒS. Quando nos ploramus et gemimus, istorum reminiscentes quæ supra affluerunt, Midas hicce auri, Sardanapalus iste multæ luxuriæ, ego vero Crœsus thesaurorum, irridet et conviciatur, mancipia nos et piaculares vocitans : interdum etiam cantando obturbat nostros gemitus : in summa, molestus est.

PLUT. Quid ista dicunt, Menippe?

MEN. Vera, Pluto : odi enim eos, quippe ignavos et perditissimos, quibus non satis fuit vivere male, sed et mortui recordantur ac mordicus retinere cupiunt res superas : gaudeo propterea, dum dolore eos afficio.

ΠΛΟΥΤ. Ἀλλ' οὐ χρή· λυποῦνται γὰρ οὐ μικρῶν στερόμενοι.

ΜΕΝ. Καὶ σὺ μωραίνεις, ὦ Πλούτων, ὁμόψηφος ὢν τοῖς τούτων στεναγμοῖς;

ΠΛΟΥΤ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' οὐκ ἂν ἐθέλοιμι στασιάζειν ὑμᾶς.

2. ΜΕΝ. Καὶ μήν, ὦ κάκιστοι Λυδῶν καὶ Φρυγῶν καὶ Ἀσσυρίων, οὕτω γιγνώσκετε ὡς οὐδὲ παυσομένου μου· ἔνθα γὰρ ἂν ἴητε, ἀκολουθήσω ἀνιῶν καὶ κατᾴδων καὶ καταγελῶν.

ΚΡΟΙΣ. Ταῦτα οὐχ ὕβρις;

ΜΕΝ. Οὔκ, ἀλλ' ἐκεῖνα ὕβρις ἦν, ἃ ὑμεῖς ἐποιεῖτε, προσκυνεῖσθαι ἀξιοῦντες καὶ ἐλευθέροις ἀνδράσιν ἐντρυφῶντες καὶ τοῦ θανάτου τὸ παράπαν οὐ μνημονεύοντες· τοιγαροῦν οἰμώξεσθε πάντων ἐκείνων ἀφῃρημένοι.

ΚΡΟΙΣ. Πολλῶν γε, ὦ θεοί, καὶ μεγάλων κτημάτων.

ΜΙΔ. Ὅσου μὲν ἐγὼ χρυσοῦ.

ΣΑΡΔ. Ὅσης δὲ ἐγὼ τρυφῆς.

ΜΕΝ. Εὖ γε, οὕτω ποιεῖτε· ὀδύρεσθε μὲν ὑμεῖς, ἐγὼ δὲ τὸ γνῶθι σαυτὸν πολλάκις συνείρων ἐπᾴσομαι ὑμῖν· πρέποι γὰρ ἂν ταῖς τοιαύταις οἰμωγαῖς ἐπᾳδόμενον.

PLUT. At non oportet : dolent enim non parvis rebus privati.

MEN. Tune etiam deliras, Pluto, qui calculum adjicias eorum suspiriis?

PLUT. Neutiquam : sed nolim equidem seditionem vos movere.

2. MEN. Atqui, pessimi Lydorum et Phrygum et Assyriorum, ita vobiscum statuite, me nullo pacto esse desiturum : quocumque enim iveritis, persequar ægre vobis faciens, occinens ac deridens.

CRŒS. Istæc nonne contumelia est?

MEN. Non est : sed ista, quæ vos faciebatis, dignos qui adoraremini vos ferentes, liberis hominibus insultantes, mortisque omnino immemores. Ideo ergo plorate omnibus istis spoliati.

CRŒ. Multis sane, dii, magnisque possessionibus.

MIDAS. Quanto quidem ego auro!

SARDANAPALUS. Et ego quanta luxuria!

MEN. Euge, ita instituite : lamentamini quidem vos; ego vero illud, NOSCE TE IPSUM, sæpius ingeminans occinam vobis; belle enim deceat istiusmodi gemitibus adcantatum.

3.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ, ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ ΚΑΙ ΤΡΟΦΩΝΙΟΥ.

1. ΜΕΝ. Σφὼ μέντοι, ὦ Τροφώνιε καὶ Ἀμφίλοχε, νεκροὶ ὄντες οὐκ οἶδ' ὅπως ναῶν κατηξιώθητε καὶ μάντεις δοκεῖτε, καὶ οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων θεοὺς ὑμᾶς ὑπειλήφασιν εἶναι.

ΑΜΦΙΛ. Τί οὖν ἡμεῖς αἴτιοι, εἰ ὑπ' ἀνοίας ἐκεῖνοι τοιαῦτα περὶ νεκρῶν δοξάζουσιν;

ΜΕΝ. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐδόξαζον, εἰ μὴ ζῶντες καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα ἐτερατεύεσθε ὡς τὰ μέλλοντα προειδότες καὶ προειπεῖν δυνάμενοι τοῖς ἐρομένοις.

ΤΡΟΦ. Ὦ Μένιππε, Ἀμφίλοχος μὲν οὗτος ἂν εἰδείη ὅ τι αὐτῷ ἀποκριτέον ὑπὲρ αὐτοῦ, ἐγὼ δὲ ἥρως εἰμὶ καὶ μαντεύομαι, ἤν τις κατέλθῃ παρ' ἐμέ. Σὺ δ' ἔοικας οὐκ ἐπιδεδημηκέναι Λεβαδείᾳ τὸ παράπαν· οὐ γὰρ ἂν ἠπίστεις σὺ τούτοις.

2. ΜΕΝ. Τί φής; εἰ μὴ ἐς Λεβάδειαν γὰρ παρέλθω καὶ ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις γελοίως μᾶζαν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων εἰσερπύσω διὰ τοῦ στομίου ταπεινοῦ ὄντος ἐς τὸ σπήλαιον, οὐκ ἂν ἠδυνάμην εἰδέναι ὅτι νεκρὸς εἶ ὥσπερ ἡμεῖς μόνῃ τῇ γοητείᾳ διαφέρων; ἀλλὰ πρὸς τῆς μαντικῆς, τί δαὶ ὁ ἥρως ἐστίν; ἀγνοῶ γάρ.

ΤΡΟΦ. Ἐξ ἀνθρώπου τι καὶ θεοῦ σύνθετον.

ΜΕΝ. Ὃ μήτε ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς φής, μήτε θεός, καὶ συναμφότερόν ἐστι; νῦν οὖν ποῦ σου τὸ θεῶν ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπελήλυθε;

ΤΡΟΦ. Χρᾷ, ὦ Μένιππε, ἐν Βοιωτίᾳ.

3.

MENIPPI, AMPHILOCHI ET TROPHONII.

1. MEN. Vos quidem, Trophoni et Amphiloche, mortui quum sitis, nescio quo pacto templis estis honorati, vatesque videmini, et qui vani sunt inter mortales, deos esse vos arbitrantur.

AMPH. Quid ergo? nosne in causa sumus, si præ dementia isti talia de mortuis opinantur?

MEN. At non opinarentur, nisi et vivi vos tales præstigias præ vobis tulissetis, quasi futura præsciretis et prædicere possetis rogantibus.

TROPH. Menippe, Amphilochus hicce sciverit quid sibi respondendum sit pro se : ego vero heros sum, et oracula reddo, si quis descenderit ad me. Haud sane videris unquam invisisse Lebadeam : non enim fidem negares istis.

2. Quid ais? ergo, nisi Lebadeam adiero, ornatusque linteis ridicule, offam manibus tenens irrepsero per os depressum in specum, nequeam scire te mortuum esse, quemadmodum nos, sola præstigiarum fraude diversum? Verum, per artem divinandi, quid tandem heros est? ignoro enim.

TROPH. Ex homine quiddam et deo compositum

MEN. Quod neque homo sit, ut ais, neque deus; sed simul utrumque? Nunc igitur quo tua ista dei dimidia pars abiit?

TROPH. Oracula edit, Menippe, in Bœotia.

ΜΕΝ. Οὐκ οἶδα, ὦ Τροφώνιε, ὅ τι καὶ λέγεις· ὅτι μέντοι ὅλος εἶ νεκρὸς ἀκριβῶς ὁρῶ.

4.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΧΑΡΩΝΟΣ.

1. ΕΡΜ. Λογισώμεθα, ὦ πορθμεῦ, εἰ δοκεῖ, ὁπόσα μοι ὀφείλεις ἤδη, ὅπως μὴ αὖθις ἐρίζωμέν τι περὶ αὐτῶν.

ΧΑΡ. Λογισώμεθα, ὦ Ἑρμῆ· ἄμεινον γὰρ ὡρίσθαι καὶ ἀπραγμονέστερον.

ΕΡΜ. Ἄγκυραν ἐντειλαμένῳ ἐκόμισα πέντε δραχμῶν.

ΧΑΡ. Πολλοῦ λέγεις.

ΕΡΜ. Νὴ τὸν Ἀϊδωνέα, τῶν πέντε ὠνησάμην, καὶ τροπωτῆρα δύο ὀβολῶν.

ΧΑΡ. Τίθει πέντε δραχμὰς καὶ ὀβολοὺς δύο.

ΕΡΜ. Καὶ ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου· πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον.

ΧΑΡ. Καὶ τούτους προστίθει.

ΕΡΜ. Καὶ κηρὸν ὡς ἐπιπλάσαι τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεῳγότα καὶ ἥλους δὲ καὶ καλώδιον, ἀφ' οὗ τὴν ὑπέραν ἐποίησας, δύο δραχμῶν ἅπαντα.

ΧΑΡ. Καὶ ἄξια ταῦτα ὠνήσω.

ΕΡΜ. Ταῦτά ἐστιν, εἰ μή τι ἄλλο ἡμᾶς διέλαθεν ἐν τῷ λογισμῷ. Πότε δ' οὖν ταῦτα ἀποδώσειν φής;

ΧΑΡ. Νῦν μέν, ὦ Ἑρμῆ, ἀδύνατον, ἢν δὲ λοιμός τις ἢ πόλεμος καταπέμψῃ ἀθρόους τινάς, ἐνέσται τότε ἀποκερδᾶναι παραλογιζόμενον τὰ πορθμεῖα.

2. ΕΡΜ. Νῦν οὖν ἐγὼ καθεδοῦμαι τὰ κάκιστα εὐχόμενος γενέσθαι, ὡς ἂν ἀπὸ τούτων ἀπολάβοιμι;

ΧΑΡ. Οὐκ ἔστιν ἄλλως, ὦ Ἑρμῆ. Νῦν δ' ὀλίγοι, ὡς ὁρᾷς, ἀφικνοῦνται ἡμῖν· εἰρήνη γάρ.

ΕΡΜ. Ἄμεινον οὕτως, εἰ καὶ ἡμῖν παρατείνοιτο ὑπὸ σοῦ τὸ ὄφλημα. Πλὴν ἀλλ' οἱ μὲν παλαιοί, ὦ Χάρων, οἶσθα οἷοι παρεγίγνοντο, ἀνδρεῖοι ἅπαντες, αἵματος ἀνάπλεῳ καὶ τραυματίαι οἱ πολλοί· νῦν δὲ ἢ φαρμάκῳ τις ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀποθανὼν ἢ ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἢ ὑπὸ τρυφῆς ἐξῳδηκὼς τὴν γαστέρα καὶ τὰ σκέλη, ὠχροὶ ἅπαντες καὶ ἀγεννεῖς, οὐδὲν ὅμοιοι ἐκείνοις. Οἱ δὲ πλεῖστοι αὐτῶν διὰ χρήματα ἥκουσιν ἐπιβουλεύοντες ἀλλήλοις, ὡς ἐοίκασι.

ΧΑΡ. Πάνυ γὰρ περιπόθητά ἐστι ταῦτα.

ΕΡΜ. Οὐκοῦν οὐδ' ἐγὼ δόξαιμι ἂν ἁμαρτάνειν πικρῶς ἀπαιτῶν τὰ ὀφειλόμενα παρὰ σοῦ.

5.

ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

1. ΠΛΟΥΤ. Τὸν γέροντα οἶσθα, τὸν πάνυ γεγηρακότα λέγω, τὸν πλούσιον Εὐκράτην, ᾧ παῖδες μὲν οὐκ εἰσίν, οἱ τὸν κλῆρον δὲ θηρῶντες πεντακισμύριοι;

MEN. Non capio, Trophoni, quid tandem dicas : at te quidem totum esse mortuum, accurate video.

4.

MERCURII ET CHARONTIS.

1. MERC. Rationes ineamus, portitor, si videtur, quantum mihi jam debeas, ne quid denuo litigemus super istis.

CHAR. Ineamus sane, Mercuri : melius enim certi quid esse definitum ea de re, minusque habet molestiæ.

MERC. Ancoram tibi mandanti attuli comparatam quinque drachmis.

CHAR. Magno dicis.

MERC. Per Plutonem, ipsis quinque drachmis emi; et strophum alligando remo binis obolis.

CHAR. Pone quinque drachmas et binos obolos.

MERC. Et acum ad velum sarciendum : quinque obolos in eam persolvi.

CHAR. Et hos ascribe.

MERC. Tum ceram, qua oblineres navigii patentes rimas; et clavos itidem, et funem, unde hyperam confecisti; duabus drachmis hæc cuncta.

CHAR. Euge, vili ista quidem pretio emisti.

MERC. Hæc sunt; nisi quid aliud nos præteriit in computatione. Quando igitur ista te redditurum ais?

CHAR. Nunc quidem id, Mercuri, fieri non potest : quodsi pestis aliqua aut bellum huc demiserit confertos, licebit tunc lucri quiddam inde capere in majore turba fraudantem portoria.

2. MERC. Ergo nunc ego considebo, pessima quæque precatus evenire, ut per ea accipiam debitum?

CHAR. Aliter non datur, Mercuri : nunc autem pauci, ut vides, adveniunt nobis : est enim pax.

MERC. Præstat ita se rem habere, etiamsi nobis protendatur a te debitum. Veteres tamen illi, o Charon, nosti quales advenirent, strenui omnes, sanguinis pleni et saucii plerique : nunc autem vel veneno quis a filio sublatus, aut ab uxore, aut ex luxu tumefactus ventre et cruribus : pallidi quippe omnes et ignavi, neque similes istis. Eorum autem plurimi propter opes veniunt insidiati sibi invicem, ut quidem videntur.

CHAR. Valde scilicet expetendæ sunt illæ.

MERC. Proinde neque ego videri possim peccare, qui paullo acerbius flagitem debita abs te.

5.

PLUTONIS ET MERCURII.

1. PLUT. Senem nosti, illum inquam valde provectum ætate, divitem Eucratem, cui liberi quidem non sunt, hæreditatem vero qui venentur quinquaginta millia?

ΕΡΜ. Ναί, τὸν Σικυώνιον φής. Τί οὖν;

ΠΛΟΥΤ. Ἐκεῖνον μέν, ὦ Ἑρμῆ, ζῆν ἔασον ἐπὶ τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν, ἃ βεβίωκεν, ἐπιμετρήσας ἄλλα τοσαῦτα, εἰ δὲ οἷόν τε ἦν, καὶ ἔτι πλείω, τοὺς δὲ κόλακας αὐτοῦ Χαρῖνον τὸν νέον καὶ Δάμωνα καὶ τοὺς ἄλλους κατάσπασον ἐφεξῆς ἅπαντας.

ΕΡΜ. Ἄτοπον ἂν δόξειε τὸ τοιοῦτον.

ΠΛΟΥΤ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ δικαιότατον· τί γὰρ ἐκεῖνοι παθόντες εὔχονται ἀποθανεῖν ἐκεῖνον ἢ τῶν χρημάτων ἀντιποιοῦνται οὐδὲν προσήκοντες; ὃ δὲ πάντων ἐστὶ μιαρώτατον, ὅτι καὶ τὰ τοιαῦτα εὐχόμενοι ὅμως θεραπεύουσιν ἔν γε τῷ φανερῷ, καὶ νοσοῦντος ἃ μὲν βουλεύονται πᾶσι πρόδηλα, θύσειν δὲ ὅμως ὑπισχνοῦνται, ἢν ῥαΐσῃ, καὶ ὅλως ποικίλη τις ἡ κολακεία τῶν ἀνδρῶν. Διὰ ταῦτα ὁ μὲν ἔστω ἀθάνατος, οἱ δὲ προαπίτωσαν αὐτοῦ μάτην ἐπιχανόντες.

2. ΕΡΜ. Γελοῖα πείσονται, πανοῦργοι ὄντες· πολλὰ κἀκεῖνος εὖ μάλα διαβουκολεῖ αὐτοὺς καὶ ἐλπίζει, καὶ ὅλως ἀεὶ θανόντι ἐοικὼς ἔρρωται πολὺ μᾶλλον τῶν νέων. Οἱ δὲ ἤδη τὸν κλῆρον ἐν σφίσι διῃρημένοι βόσκονται ζωὴν μακαρίαν πρὸς ἑαυτοὺς τιθέντες.

ΠΛΟΥΤ. Οὐκοῦν ὁ μὲν ἀποδυσάμενος τὸ γῆρας ὥσπερ Ἰόλεως ἀνηβησάτω, οἱ δὲ ἀπὸ μέσων τῶν ἐλπίδων τὸν ὀνειροποληθέντα πλοῦτον ἀπολιπόντες ἡκέτωσαν ἤδη κακοὶ κακῶς ἀποθανόντες.

ΕΡΜ. Ἀμέλησον, ὦ Πλούτων· μετελεύσομαι γάρ σοι ἤδη αὐτοὺς καθ' ἕνα ἑξῆς· ἑπτὰ δέ, οἶμαι, εἰσί.

ΠΛΟΥΤ. Κατάσπα, ὁ δὲ παραπέμψει ἕκαστον ἀντὶ γέροντος αὖθις πρωθήβης γενόμενος.

6.

ΤΕΡΨΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ.

1. ΤΕΡΨ. Τοῦτο, ὦ Πλούτων, δίκαιον, ἐμὲ μὲν τεθνάναι τριάκοντα ἔτη γεγονότα, τὸν δὲ ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα γέροντα Θούκριτον ζῆν ἔτι;

ΠΛΟΥΤ. Δικαιότατον μὲν οὖν, ὦ Τερψίων, εἴ γε ὁ μὲν ζῇ μηδένα εὐχόμενος ἀποθανεῖν τῶν φίλων, σὺ δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐπεβούλευες αὐτῷ περιμένων τὸν κλῆρον.

ΤΕΡΨ. Οὐ γὰρ ἐχρῆν γέροντα ὄντα καὶ μηκέτι χρήσασθαι τῷ πλούτῳ αὐτὸν δυνάμενον ἀπελθεῖν τοῦ βίου παραχωρήσαντα τοῖς νέοις;

ΠΛΟΥΤ. Καινά, ὦ Τερψίων, νομοθετεῖς, τὸν μηκέτι τῷ πλούτῳ χρήσασθαι δυνάμενον πρὸς ἡδονὴν ἀποθνήσκειν· τὸ δὲ ἄλλως ἡ Μοῖρα καὶ ἡ φύσις διέταξεν.

2. ΤΕΡΨ. Οὐκοῦν ταύτης αἰτιῶμαι τῆς διατάξεως· ἐχρῆν γὰρ τὸ πρᾶγμα ἑξῆς πως γίνεσθαι, τὸν πρεσβύτερον πρότερον καὶ μετὰ τοῦτον ὅστις καὶ τῇ ἡλικίᾳ μετ' αὐτόν, ἀναστρέφεσθαι δὲ μηδαμῶς, μηδὲ ζῆν μὲν τὸν ὑπέργηρων ὀδόντας τρεῖς ἔτι λοιποὺς ἔχοντα, μόγις ὁρῶντα, οἰκέταις τέτταρσιν ἐπικεκυφότα, κορύζης μὲν

MERC. Sane : Sicyonium illum nempe dicis : quid autem?

PLUT. Eum, Mercuri, vivere sine, ad nonaginta annos, quos vixit, admensus totidem alios, et si quidem fieri possit, plures etiam : verum adulatores ejus, Charinum juvenem, Damonem et ceteros, detrahe per ordinem omnes.

MERC. Alienum plane videri queat hoc tale.

PLUT. Neutiquam; sed justissimum : quam enim illi tandem ob causam optant obire eum, aut bonis ejus sibi vindicandis inhiant nulla generis propinquitate conjuncti? Quod autem omnium est flagitiosissimum, talia quum optent, tamen eum observant in propatulo quidem; et quando ægrotat, quæ consilia agitent, omnibus sunt manifesta : neque tamen eo minus se hostia facturos esse pollicentur, si melius habuerit : et plane varia quædam est et versuta hominum istorum adulatio. Propterea hic quidem esto immortalis, illi vero ante eum abeant frustrata inhiatione decepti.

2. MERC. Ridicula patientur, quippe male subdoli : multum et ille perbelle deludit eos, et spe vana lactat : imo etiam semper moribundo similis valetudine est multo quam juvenes firmiore; hi vero, jam sorte inter se divisa, securi pascuntur vitam beatam sibi ascribentes.

PLUT. Ergo hic exuto senio, tanquam Iolaus, repubescat : illi autem a media spe, somniatis opibus relictis, detrusi jam veniant mali male mortui.

MERC. At tu securo sis animo, Pluto : arcessam enim jam tibi eos singulos ordine : septem, opinor, sunt.

PLUT. Detrahe : ille autem singulos prosequetur, pro sene denuo primæ pubertatis juvenis factus.

6.

TERPSIONIS ET PLUTONIS.

1. TERP. Istane res, o Pluto, justa, ut ego vita discedam triginta natus annos, ubi, qui nonaginta superavit, senex Thucritus vivit adhuc?

PLUT. Justissima quippe, Terpsion, siquidem hic vivit neminem optans emori amicorum : tu contra per omne tempus insidiabaris ipsi, avide exspectans hæreditatem.

TERP. Non enim oportebat, qui senex esset, neque amplius uti divitiis ipse possit, abire vita, locumque cedere junioribus?

PLUT. Tu quidem, o Terpsion, novæ legis es auctor, ut is, qui amplius divitiis uti nequeat ad voluptatem, moriatur : hoc autem secus a Fato et Natura constitutum est.

2. TERP. Quin illam igitur incuso iniquæ constitutionis : nam conveniebat hanc rem ordine quodammodo fieri, senior ut prius abiret, et deinceps qui ætate proximus esset, nullo autem pacto rationem in contrarium verti, neque in vita remanere decrepitum, cui dentes tres admodum sint residui, vix videntem, servulis quatuor corpore curvato inni-

τὴν ῥῖνα, λήμης δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστὸν ὄντα, οὐδὲν ἔτι ἡδὺ εἰδότα, ἔμψυχόν τινα τάφον ὑπὸ τῶν νέων καταγελώμενον, ἀποθνήσκειν δὲ καλλίστους καὶ ἐρρωμενεστάτους νεανίσκους· ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε· ἢ τὸ τελευταῖον εἰδέναι ἐχρῆν πότε καὶ τεθνήξεται τῶν γερόντων ἕκαστος, ἵνα μὴ μάτην ἂν ἐνίους ἐθεράπευον. Νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν.

3. ΠΛΟΥΤ. Ταῦτα μὲν, ὦ Τερψίων, πολὺ συνετώτερα γίγνεται ἤπερ σοὶ δοκεῖ. Καὶ ὑμεῖς δὲ τί παθόντες ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε καὶ τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖτε φέροντες αὑτούς; τοιγαροῦν γέλωτα ὀφλισκάνετε πρὸ ἐκείνων κατορυττόμενοι, καὶ τὸ πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς ἥδιστον γίγνεται· ὅσῳ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνους ἀποθανεῖν εὔχεσθε, τοσούτῳ ἅπασιν ἡδὺ προαποθανεῖν ὑμᾶς αὐτῶν. Καινὴν γάρ τινα ταύτην τέχνην ἐπινενοήκατε γραῶν καὶ γερόντων ἐρῶντες, καὶ μάλιστα εἰ ἄτεκνοι εἶεν, οἱ δὲ ἔντεκνοι ὑμῖν ἀνέραστοι. Καίτοι πολλοὶ ἤδη τῶν ἐρωμένων συνέντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν τοῦ ἔρωτος, ἢν καὶ τύχωσι παῖδας ἔχοντες, μισεῖν αὐτοὺς πλάττονται, ὡς καὶ αὐτοὶ ἐραστὰς ἔχωσιν· εἶτα ἐν ταῖς διαθήκαις ἀπεκλείσθησαν μὲν οἱ πάλαι δορυφορήσαντες, ὁ δὲ παῖς καὶ ἡ φύσις, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον, κρατοῦσι πάντων, οἱ δὲ ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας ἀποσμυγέντες.

4. ΤΕΡΨ. Ἀληθῆ ταῦτά φῄς· ἐμοῦ γοῦν Θούκριτος πόσα κατέφαγεν ἀεὶ τεθνήξεσθαι δοκῶν καὶ ὁπότε ἐσίοιμι ὑποστένων καὶ μύχιόν τι καθάπερ ἐξ ᾠοῦ νεοττὸς ἀτελὴς ὑποκρώζων, ὥστ' ἔγωγε ὅσον αὐτίκα οἰόμενος ἐπιβήσειν αὐτὸν τῆς σοροῦ ἔπεμπόν τε πολλὰ, ὡς μὴ ὑπερβάλλοιντό με οἱ ἀντερασταὶ τῇ μεγαλοδωρεᾷ, καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ φροντίδων ἄγρυπνος ἐκείμην ἀριθμῶν ἕκαστα καὶ διατάττων. Ταῦτα γοῦν μοι καὶ τοῦ ἀποθανεῖν αἴτια γεγένηται, ἀγρυπνία καὶ φροντίδες· ὁ δὲ τοσοῦτόν μοι δέλεαρ καταπιὼν ἐφειστήκει θαπτομένῳ πρῴην ἐπιγελῶν.

5. ΠΛΟΥΤ. Εὖ γε, ὦ Θούκριτε, ζῴοις ἐπὶ μήκιστον πλουτῶν ἅμα καὶ τῶν τοιούτων καταγελῶν, μηδὲ πρότερόν γε σὺ ἀποθάνοις ἢ προπέμψας πάντας τοὺς κόλακας.

ΤΕΡΨ. Τοῦτο μὲν, ὦ Πλούτων, καὶ ἐμοὶ ἥδιστον ἤδη, εἰ καὶ Χαροιάδης προτεθνήξεται Θουκρίτου.

ΠΛΟΥΤ. Θάρρει, ὦ Τερψίων· καὶ Φείδων γὰρ καὶ Μέλανθος καὶ ὅλως ἅπαντες προελεύσονται αὐτοῦ ὑπὸ ταῖς αὐταῖς φροντίσιν.

ΤΕΡΨ. Ἐπαινῶ ταῦτα. Ζῴοις ἐπὶ μήκιστον, ὦ Θούκριτε.

7.

ΖΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΔΗΜΙΔΟΥ.

1. ΖΗΝ. Σὺ δὲ, ὦ Καλλιδημίδη, πῶς ἀπέθανες; ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτι παράσιτος ὢν Δεινίου πλέον τοῦ ἱκανοῦ ἐμφαγὼν ἀπεπνίγην οἶσθα· παρῆς γὰρ ἀποθνήσκοντί μοι.

xum, qui pituita nasum, gramiis oculos habeat oppletos, nihil amplius suave sentiat, animatum quoddam sepulchrum, ab adolescentibus derisum, dum interea moriuntur formosissimi robustissimique juvenes : hoc utique perinde est, quasi in caput flumina recurrant. Saltem denique sciendum erat, quando quisque senum esset obiturus, ne frustra quosdam observarent. Nunc autem quod proverbio vulgatur, Currus bovem (*sæpe effert*).

3. PLUT. Illa quidem, Terpsion, multo sapientius gubernantur, quam tu putas. Quæ, malum, causa vos impellit, ut alienis inhietis, et orbis senibus vosmet adoptandos omnibus obsequiis ingeratis? propterea merito risum debetis ante eos defossi; resque illa plerisque jucundissima accidit : nam quantum illos obire optatis, tantum omnibus est gratum, si vos ante moriamini. Novam profecto illam artem excogitastis, vetularum et senum amorem, tum maxime, si prole careant; nam quibus liberi sunt, illi amore vestro vacant. Quanquam multi jam eorum, qui *non* amantur, intellecta vestri amoris calliditate, etsi liberos habeant, illos odisse se fingunt, ut et ipsi amatores nanciscantur : verumtamen in testamentis excludi solent, qui dudum satellitum more fuerant sectati; liberi autem et natura, sicuti justum est, potiuntur omnibus : isti vero infrendunt dentibus, dolore emacerati.

4. TERP. Vera sunt, quæ dicis : ecce enim Thucritus a me profecta quot dona consumsit, semper mox morituro similis, et, quando intrarem, altum gemens ex imoque pectore, quasi ex ovo pullus imperfectus, crocitando suspirans. Ego igitur, qui non dubitarem quin jamjam inscensurus esset sandapilam, mittebam multa, ne me superarent æmuli amatores magnitudine munerum; ac plerumque ex curis insomnis jacebam, dinumerans singula disponensque : imo hæc ipsa mihi mortis exstitit causa, insomnia, inquam, et curæ : hic vero, tanta mihi esca deglutita, astabat, quum terræ mandarer pridie, multo cum risu.

5. PLUT. Euge, Thucrite, vitam producas quam longissime, divitiis simul abundans, ac tales deridens; neque ante tu quidem moriaris, quam fueris prosecutus omnes istos adulatores.

TERP. Id quidem, o Pluto, et mihi jam gratissimum erit, si etiam Charœades ante Thucritum sit moriturus.

PLUT. Bono sis animo, Terpsion; etenim et Phidon, et Melanthus, et plane cuncti eum prævertent sub iisdem curis huc deducti.

TERP. Ista laudo : vitam producas quam longissime, Thucrite.

7.

ZENOPHANTÆ ET CALLIDEMIDÆ.

1. ZEN. Tu autem, o Callidemide, quomodo mortem oppetiisti? me quidem, quum parasitus essem Diniæ, et plus quam satis erat ingurgitassem, fuisse suffocatum nosti : aderas enim mihi morienti.

ΚΑΛΛ. Παρῆν, ὦ Ζηνόφαντε· τὸ δὲ ἐμὸν παράδοξόν τι ἐγένετο. Οἶσθα γὰρ καὶ σύ που Πτοιόδωρον τὸν γέροντα;

ΖΗΝ. Τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον, ᾧ σε τὰ πολλὰ ᾔδειν συνόντα.

ΚΑΛΛ. Ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον ὑπισχνούμενον ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι. Ἐπεὶ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐς μήκιστον ἐπεγίγνετο καὶ ὑπὲρ τὸν Τιθωνὸν ὁ γέρων ἔζη, ἐπίτομόν τινα ὁδὸν ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐξεῦρον· πριάμενος γὰρ φάρμακον ἀνέπεισα τὸν οἰνοχόον, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν — πίνει δ' ἐπιεικῶς ζωρότερον — ἐμβαλόντα ἐς κύλικα ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ καὶ ἐπιδοῦναι αὐτῷ· εἰ δὲ τοῦτο ποιήσειεν, ἐλεύθερον ἐπωμοσάμην ἀφήσειν αὐτόν.

ΖΗΝ. Τί οὖν ἐγένετο; πάνυ γάρ τι παράδοξον ἐρεῖν ἔοικας.

2. ΚΑΛΛ. Ἐπεὶ τοίνυν λουσάμενοι ἥκομεν, δύο δὴ ὁ μειρακίσκος κύλικας ἑτοίμους ἔχων τὴν μὲν τῷ Πτοιοδώρῳ τὴν ἔχουσαν τὸ φάρμακον, τὴν δὲ ἑτέραν ἐμοί, σφαλεὶς οὐκ οἶδ' ὅπως ἐμοὶ μὲν τὸ φάρμακον, Πτοιοδώρῳ δὲ τὸ ἀφάρμακτον ἔδωκεν· εἶτα ὁ μὲν ἔπινεν, ἐγὼ δὲ αὐτίκα μάλα ἐκτάδην ἐκείμην ὑποβολιμαῖος ἀντ' ἐκείνου νεκρός. Τί τοῦτο γελᾷς, ὦ Ζηνόφαντε; καὶ μὴν οὐκ ἔδει γε ἑταίρῳ ἀνδρὶ ἐπιγελᾶν.

ΖΗΝ. Ἀστεῖα γάρ, ὦ Καλλιδημίδη, πέπονθας. Ὁ γέρων δὲ τί πρὸς ταῦτα;

ΚΑΛΛ. Πρῶτον μὲν ὑπεταράχθη πρὸς τὸ αἰφνίδιον, εἶτα συνείς, οἶμαι, τὸ γεγενημένον ἐγέλα καὶ αὐτός, οἷά γε ὁ οἰνοχόος εἴργασται.

ΖΗΝ. Πλὴν ἀλλ' οὐδὲ σὲ τὴν ἐπίτομον ἐχρῆν τραπέσθαι· ἧκε γὰρ ἄν σοι διὰ τῆς λεωφόρου ἀσφαλέστερον, εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερον.

CALL. Aderam, Zenophante : de me vero prorsus quiddam præter opinionem evenit. Nosti enim, credo, Ptœodorum senem?

ZEN. Orbum illum, ac divitem, quocum te plerumque noveram una esse.

CALL. Illum ipsum semper observabam, promittentem, me relicto hærede, se moriturum. Quum autem illa res in longissimum protraheretur, Tithonumque senex annis excederet, compendiosam quandam viam ad hæreditatem excogitavi : emto nimirum veneno, induxi servum a poculis, simulatque Ptœodorus petiisset bibere (bibit autem sane meracius), infusum in calicem paratum ut illud haberet, porrigeretque ipsi : hoc si fecerit, adjuravi me ipsum manumissurum.

ZEN. Quid ergo factum? aliquid enim valde inopinatum narraturus videris.

2. CALL. Postquam ergo loti adsumus, duos jam puer calices in promtu habens, alterum pro Ptœodoro veneno infectum, pro me alterum, errore deceptus nescio quo pacto mihi venenatam, Ptœodoro veneni puram potionem tradidit. Tum hic quidem hausit; ego e vestigio porrectus jacebam supposititium illius vice cadaver. Quid autem? ridesʼ, o Zenophantes? atqui non decebat sodalem virum irridere.

ZEN. Quippe festivum hoc, Callidemide, tibi contigit. Senex vero quid ad ista?

CALL. Primum quidem nonnihil est conturbatus ad casum repentinum : tum, re, ut puto, cognita, et ipse ridebat ob ea, quæ servus a poculis patrasset.

ZEN. Enimvero neque tu ad compendiariam istam debueras te convertere : venisset enim tibi hæreditas via regia tutius, etsi paulo tardius.

8.

ΚΝΗΜΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΑΜΝΙΠΠΟΥ.

ΚΝΗΜ. Τοῦτο ἐκεῖνο τὸ τῆς παροιμίας· ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα.

ΔΑΜ. Τί ἀγανακτεῖς, ὦ Κνήμων;

ΚΝΗΜ. Πυνθάνῃ ὅ τι ἀγανακτῶ; κληρονόμον ἀκούσιον καταλέλοιπα κατασοφισθεὶς ἄθλιος, οὓς ἐβουλόμην ἂν μάλιστα σχεῖν τἀμὰ παραλιπών.

ΔΑΜ. Πῶς τοῦτο ἐγένετο;

ΚΝΗΜ. Ἑρμόλαον τὸν πάνυ πλούσιον ἄτεκνον ὄντα ἐθεράπευον ἐπὶ θανάτῳ, κἀκεῖνος οὐκ ἀηδῶς τὴν θεραπείαν προσίετο. Ἔδοξε δή μοι καὶ σοφὸν τοῦτο εἶναι, θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερόν, ἐν αἷς ἐκείνῳ καταλέλοιπα τἀμὰ πάντα, ὡς κἀκεῖνος ζηλώσειε καὶ τὰ αὐτὰ πράξειε.

ΔΑΜ. Τί οὖν δὴ ἐκεῖνος;

ΚΝΗΜ. Ὅ τι μὲν αὐτὸς ἐνέγραψε ταῖς ἑαυτοῦ διαθήκαις οὐκ οἶδα· ἐγὼ γοῦν ἄφνω ἀπέθανον τοῦ τέγους

8.

CNEMONIS ET DAMNIPPI.

CNEM. Hoc illud est, quod proverbio dicitur, Hinnulus leonem.

DAM. Quid indignaris, o Cnemon?

CNEM. Tu quid indigner rogas? hæredem invitus reliqui, arte circumventus miser, iis, quos volebam maxime mea possidere, præteritis.

DAM. Quinam illud accidit?

CNEM. Hermolaum illum valde divitem colebam spe mortis : neque ille illibenter obsequium admittebat. Illud insuper videbatur mihi callidum esse, si proferrem testamentum in publicum, quo illum scripseram hæredem bonorum meorum omnium, ut ille vicissim me æmularetur, idemque faceret.

DAM. Quid igitur ille?

CNEM. Quid suis quidem in testamenti tabulis scripserit, ignoro : ego vero repente sum mortuus, tecto mihi in caput

μοι ἐπιπεσοντος, καὶ νῦν Ἑρμόλαος ἔχει τἀμὰ ὥσπερ τις λάβραξ καὶ τὸ ἄγκιστρον τῷ δελέατι συγκατασπάσας.

ΔΑΜ. Οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὸν ἁλιέα· ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας.

ΚΝΗΜ. Ἔοικα· οἰμώζω τοιγαροῦν.

9.

ΣΙΜΥΛΟΥ ΚΑΙ ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ.

1. ΣΙΜ. Ἥκεις ποτέ, ὦ Πολύστρατε, καὶ σὺ παρ' ἡμᾶς ἔτη οἶμαι οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν ἑκατὸν βεβιωκώς;

ΠΟΛ. Ὀκτὼ ἐπὶ τοῖς ἐνενήκοντα, ὦ Σιμύλε.

ΣΙΜ. Πῶς δαὶ τὰ μετ' ἐμὲ ταῦτα ἐβίως τριάκοντα; ἐγὼ γὰρ ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντά σου ὄντος ἀπέθανον.

ΠΟΛ. Ὑπερήδιστα, εἰ καί σοι παράδοξον τοῦτο δόξει.

ΣΙΜ. Παράδοξον, εἰ γέρων τε καὶ ἀσθενὴς ἄτεκνός τε προσέτι ἥδεσθαι τοῖς ἐν τῷ βίῳ ἐδύνασο.

2. ΠΟΛ. Τὸ μὲν πρῶτον ἅπαντα ἐδυνάμην· ἔτι καὶ παῖδες ὡραῖοι ἦσαν πολλοὶ καὶ γυναῖκες ἁβρόταται καὶ μύρα καὶ οἶνος ἀνθοσμίας καὶ τράπεζα ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ.

ΣΙΜ. Καινὰ ταῦτα· ἐγὼ γάρ σε πάνυ φειδόμενον ἠπιστάμην.

ΠΟΛ. Ἀλλ' ἐπέρρει μοι, ὦ γενναῖε, παρ' ἄλλων τἀγαθά· καὶ ἕωθεν μὲν εὐθὺς ἐπὶ θύρας ἐφοίτων μάλα πολλοί, μετὰ δὲ παντοῖά μοι δῶρα προσήγετο ἁπανταχόθεν τῆς γῆς τὰ κάλλιστα.

ΣΙΜ. Ἐτυράννησας, ὦ Πολύστρατε, μετ' ἐμέ;

ΠΟΛ. Οὔκ, ἀλλ' ἐραστὰς εἶχον μυρίους.

ΣΙΜ. Ἐγέλασα· ἐραστὰς σὺ τηλικοῦτος ὤν, ὀδόντας τέτταρας ἔχων;

ΠΟΛ. Νὴ Δία, τοὺς ἀρίστους γε τῶν ἐν τῇ πόλει· καὶ γέροντά με, καὶ φαλακρόν, ὡς ὁρᾷς, ὄντα, καὶ λημῶντα προσέτι καὶ κορυζῶντα ὑπερήδοντο θεραπεύοντες, καὶ μακάριος ἦν αὐτῶν ὄντινα ἂν καὶ μόνον προσέβλεψα.

ΣΙΜ. Μῶν καὶ σύ τινα ὥσπερ ὁ Φάων τὴν Ἀφροδίτην ἐκ Χίου διεπόρθμευσας, εἶτά σοι εὐξαμένῳ ἔδωκε νέον εἶναι καὶ καλὸν ἐξ ὑπαρχῆς καὶ ἀξιέραστον;

ΠΟΛ. Οὔκ, ἀλλὰ τοιοῦτος ὢν περιπόθητος ἦν.

ΣΙΜ. Αἰνίγματα λέγεις.

3. ΠΟΛ. Καὶ μὴν πρόδηλός γε ὁ ἔρως οὗτοσὶ πολὺς ὢν ὁ περὶ τοὺς ἀτέκνους καὶ πλουσίους γέροντας.

ΣΙΜ. Νῦν μανθάνω σου τὸ κάλλος, ὦ θαυμάσιε, ὅτι παρὰ τῆς χρυσῆς Ἀφροδίτης ἦν.

ΠΟΛ. Ἀτάρ, ὦ Σιμύλε, οὐκ ὀλίγα τῶν ἐραστῶν ἀπολέλαυκα μονονουχὶ προσκυνούμενος ὑπ' αὐτῶν· καὶ ἐθρυπτόμην δὲ πολλάκις καὶ ἀπέκλειον αὐτῶν τινας ἐνίοτε, οἱ δὲ ἡμιλλῶντο καὶ ἀλλήλους ὑπερεβάλλοντο ἐν τῇ περὶ ἐμὲ φιλοτιμίᾳ.

incidente. Et nunc Hermolaus habet mea, quasi lupus quidam marinus hamo simul cum esca deorsum abrepto.

DAM. Neque hoc tantum; sed et ipso te piscatore. Itaque dolos adversum te instruxisti.

CNEM. Ita quidem videor, propptereaque gemo.

9.

SIMYLI ET POLYSTRATI.

1. SIM. Advenis aliquando tandem, Polystrate, tu quoque ad nos, cujus ætas, opinor, prope ab annis centum abfuit?

POL. Octo annos supra nonaginta vixi, Simyle.

SIM. Quemadmodum autem istos post me triginta annos traduxisti? nam ego, quum tu admodum septuagenarius esses, obii.

POL. Supra quam dici potest suavissime, quanquam hoc tibi plane mirum videbitur.

SIM. Mirum enimvero, si tu vetulus et imbecillus, et præterea liberis carens delectari fructu vitæ potuisti.

2. POL. Primum omnia poteram: deinde aderant etiam pueri formosi sane multi, et mulieres tenerrimæ, et unguenta, et vinum fragrans, et mensæ vel Siculis delicatiores.

SIM. Nova narras: equidem te valde parcum cognoveram.

POL. At affluebant mihi, vir optime, ab aliis hæc commoda. Summo mane statim ad januas salutatum ventitabant frequentes: tum postea omnis generis dona afferebantur, ex quocumque terrarum angulo præstantissima.

SIM. An regnasti, Polystrate, post meum obitum?

POL. Neutiquam: verum amatores habebam ingenti numero.

SIM. Ridere libet: amatores tu ea ætate, dentes quatuor habens?

POL. Ita me Jupiter amet, primarios quidem civitatis: illi me vetulum, et, uti vides, calvum, lippum præterea, et senili muco fluentem mirifica voluptate colebant, isque eorum erat beatus, quemcunque solum aspicerem.

SIM. Num et tu ut Phaonem ferunt Venerem ex Chio transvexisti, quæ tum tibi optanti dederit esse juvenem et pulchrum denuo atque amabilem?

POL. Haudquaquam; sed vel talis summe desiderabar.

SIM. Ænigmata loqueris.

3. POL. Atqui manifestus est amor hicce tam frequens, qui orbis senibus et locupletibus insidiatur.

SIM. Nunc intelligo tuam illam, vir admirande, pulchritudinem, ab aurea scilicet Venere profectam.

POL. Verum, o Simyle, non paucos ab amatoribus fructus cepi, tantum non adoratus ab iis. Quin sæpe superbius aspernabar, et excludebam eorum nonnullos aliquando: hi vero contendebant inter se, et alius alium præcedere conabantur studio et obsequiis erga me.

ΣΙΜ. Τέλος δ' οὖν πῶς ἐβουλεύσω περὶ τῶν κτημάτων;

ΠΟΛ. Ἐς τὸ φανερὸν μὲν ἕκαστον αὐτῶν κληρονόμον ἀπολιπεῖν ἔφασκον, ὁ δ' ἐπίστευέ τε ἂν καὶ κολακευτικώτερον παρεσκεύαζεν ἑαυτὸν, ἄλλας δὲ τὰς ἀληθεῖς διαθήκας ἔχων, ἐκείνας κατέλιπον οἰμώζειν ἅπασι φράσας.

4. ΣΙΜ. Τίνα δ' αἱ τελευταῖαι τὸν κληρονόμον ἔσχον; ἦ πού τινα τῶν ἀπὸ τοῦ γένους;

ΠΟΛ. Οὐ μὰ Δί', ἀλλὰ νεώνητόν τινα τῶν μειρακίων τῶν ὡραίων Φρύγα.

ΣΙΜ. Ἀμφὶ πόσα ἔτη, ὦ Πολύστρατε;

ΠΟΛ. Σχεδὸν ἀμφὶ τὰ εἴκοσι.

ΣΙΜ. Ἤδη μανθάνω ἅτινά σοι ἐκεῖνος ἐχαρίζετο.

ΠΟΛ. Πλὴν ἀλλὰ πολὺ ἐκείνων ἀξιώτερος κληρονομεῖν, εἰ καὶ βάρβαρος ἦν καὶ ὄλεθρος, ὃν ἤδη καὶ αὐτοὶ οἱ ἄριστοι θεραπεύουσιν. Ἐκεῖνος τοίνυν ἐκληρονόμησέ μου καὶ νῦν ἐν τοῖς εὐπατρίδαις ἀριθμεῖται ὑπεξυρημένος μὲν τὸ γένειον καὶ βαρβαρίζων, Κόδρου δὲ εὐγενέστερος καὶ Νιρέως καλλίων καὶ Ὀδυσσέως συνετώτερος λεγόμενος εἶναι.

ΣΙΜ. Οὔ μοι μέλει· καὶ στρατηγησάτω τῆς Ἑλλάδος, εἰ δοκεῖ, ἐκεῖνοι δὲ μὴ κληρονομείτωσαν μόνον.

SIM. Ergo tandem quod consilium de tuis possessionibus iniisti?

POL. Palam singulos illorum hæredes me relicturum esse dictitabam : credebant scilicet, eoque magis ad adulationem se comparabant : at alias veras testamenti tabulas mecum servans, has reliqui, plorare jussis omnibus.

4. SIM. Quem ultimæ scriptum hæredem habuerunt? numquid aliquem genere propinquum?

POL. Nullo modo, sed recens emtum quendam adolescentulorum forma commendabilium Phrygem.

SIM. Quid ætatis circiter, Polystrate?

POL. Annos admodum viginti natum.

SIM. Jam teneo quæ tibi ille gratificaretur.

POL. Vel sic tamen multum illis dignior, qui hæreditatem cerneret, quantumvis barbarus et nequam; quem ipsi jam optimates assectantur. Is igitur hæres meus fuit, et nunc summo loco natis annumeratur ille mento raso delicatulus, et barbare loquens, qui tamen Codro nobilior, Nireo formosior, Ulixe prudentior esse perhibetur.

SIM. Nihil hoc ad me : vel imperator sit Græciæ, si vult, dummodo ne isti hæreditatem capiant.

10.

ΧΑΡΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΝΕΚΡΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ.

1. ΧΑΡ. Ἀκούσατε ὡς ἔχει ἡμῖν τὰ πράγματα. Μικρὸν μὲν ἡμῖν, ὡς ὁρᾶτε, τὸ σκαφίδιον καὶ ὑπόσαθρόν ἐστι καὶ διαρρεῖ τὰ πολλὰ, καὶ ἢν τραπῇ ἐπὶ θάτερα, οἰχήσεται περιτραπὲν, ὑμεῖς δὲ ἅμα τοσοῦτοι ἥκετε πολλὰ ἐπιφερόμενοι ἕκαστος. Ἢν οὖν μετὰ τούτων ἐμβῆτε, δέδια μὴ ὕστερον μετανοήσητε, καὶ μάλιστα ὁπόσοι νεῖν οὐκ ἐπίστασθε.

ΕΡΜ. Πῶς οὖν ποιήσαντες εὐπλοήσομεν;

ΧΑΡ. Ἐγὼ ὑμῖν φράσω· γυμνοὺς ἐπιβαίνειν χρὴ τὰ περιττὰ ταῦτα πάντα ἐπὶ τῆς ἠόνος καταλιπόντας· μόλις γὰρ ἂν καὶ οὕτω δέξαιτο ὑμᾶς τὸ πορθμεῖον. Σοὶ δὲ, ὦ Ἑρμῆ, μελήσει τὸ ἀπὸ τούτου μηδένα παραδέχεσθαι αὐτῶν, ὃς ἂν μὴ ψιλὸς ᾖ καὶ τὰ ἔπιπλα, ὥσπερ ἔφην, ἀποβαλών. Παρὰ δὲ τὴν ἀποβάθραν ἑστὼς διαγίγνωσκε αὐτοὺς καὶ ἀναλάμβανε γυμνοὺς ἐπιβαίνειν ἀναγκάζων.

2. ΕΡΜ. Εὖ λέγεις, καὶ οὕτω ποιήσωμεν. — Ουτοσὶ τίς ὁ πρῶτός ἐστι;

ΜΕΝ. Μένιππος ἔγωγε. Ἀλλ' ἰδοὺ ἡ πήρα μοι, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τὸ βάκτρον ἐς τὴν λίμνην ἀπερρίφθων, τὸν τρίβωνα δὲ οὐδὲ ἐκόμισα εὖ ποιῶν.

ΕΡΜ. Ἔμβαινε, ὦ Μένιππε ἀνδρῶν ἄριστε, καὶ τὴν προεδρίαν παρὰ τὸν κυβερνήτην ἔχε ἐφ' ὑψηλοῦ, ὡς ἐπισκοπῇς ἅπαντας.

10.

CHARONTIS ET MERCURII ET MORTUORUM DIVERSORUM.

1. CHAR. Auscultate, quo statu nostræ sint res : parvula vobis, ut videtis, est scaphula, et nonnihil vetustate labefacta, rimisque crebris perpluit; quæ si inclinarit in alterutram partem, pessum ibit eversa : vos autem tot simul advenistis multis onusti sarcinis singuli. Cum istis itaque rebus si ingressi fueritis, metuo ne postmodum pœniteat, vos maxime, qui nare non novistis.

MERC. Quid ergo facto opus est, ut prospere navigemus?

CHAR. Equidem dicam : nudos ingredi oportet, supervacuis istis omnibus in litore relictis : vix enim vel sic ceperit vos navicula hæc vectoria. Tibi autem, Mercuri, curæ erit exinde neminem eorum ut admittas, qui non fuerit onere vacuus, et supellectilem, ut dixi, deposuerit. Ad scalam itaque navalem astans dispice eos, ac recipe, nudos scapham conscendere cogens.

2. MERC. Recte mones; eoque modo faciamus. — Hicce primus quis est?

MEN. Menippus ego : ecce vero pera mihi, Mercuri, baculusque in paludem sunto abjecta : pallium autem recte feci qui mecum ne tulerim quidem.

MERC. Inscende, Menippe, virorum optime, primamque sedem habe juxta gubernatorem in alto, ut inspicias omnes.

3. Ὁ καλὸς δ' οὗτος τίς ἐστι;

ΧΑΡΜ. Χαρμόλεως ὁ Μεγαρικὸς ὁ ἐπέραστος, οὗ τὸ φίλημα διτάλαντον ἦν.

ΕΡΜ. Ἀπόδυθι τοιγαροῦν τὸ κάλλος καὶ τὰ χείλη αὐτοῖς φιλήμασι καὶ τὴν κόμην τὴν βαθεῖαν καὶ τὸ ἐπὶ τῶν παρειῶν ἐρύθημα καὶ τὸ δέρμα ὅλον. Ἔχει καλῶς, εὔζωνος εἶ, ἐπίβαινε ἤδη.

4. Ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ καὶ τὸ διάδημα ὁ βλοσυρὸς τίς ὢν τυγχάνεις;

ΛΑΜΠ. Λάμπιχος Γελῴων τύραννος.

ΕΡΜ. Τί οὖν, ὦ Λάμπιχε, τοσαῦτα ἔχων πάρει;

ΛΑΜΠ. Τί οὖν; ἐχρῆν, ὦ Ἑρμῆ, γυμνὸν ἥκειν τύραννον ἄνδρα;

ΕΡΜ. Τύραννον μὲν οὐδαμῶς, νεκρὸν δὲ μάλα· ὥστε ἀπόθου ταῦτα.

ΛΑΜΠ. Ἰδού σοι ὁ πλοῦτος ἀπέρριπται.

ΕΡΜ. Καὶ τὸν τῦφον ἀπόρριψον, ὦ Λάμπιχε, καὶ τὴν ὑπεροψίαν· βαρήσει γὰρ τὸ πορθμεῖον συνεμπεσόντα.

ΛΑΜΠ. Οὐκοῦν ἀλλὰ τὸ διάδημα ἐασόν με ἔχειν καὶ τὴν ἐφεστρίδα.

ΕΡΜ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἄφες.

ΛΑΜΠ. Εἶεν. Τί ἔτι; πάντα γὰρ ἀφῆκα, ὡς ὁρᾷς.

ΕΡΜ. Καὶ τὴν ὠμότητα καὶ τὴν ἄνοιαν καὶ τὴν ὕβριν καὶ τὴν ὀργήν, καὶ ταῦτα ἄφες.

ΛΑΜΠ. Ἰδού σοι ψιλός εἰμι.

5. ΕΡΜ. Ἔμβαινε ἤδη. — Σὺ δὲ ὁ παχύς, ὁ πολύσαρκος τίς ὢν τυγχάνεις;

ΔΑΜ. Δαμασίας ὁ ἀθλητής.

ΕΡΜ. Ναί, ἔοικας· οἶδα γάρ σε πολλάκις ἐν ταῖς παλαίστραις ἰδών.

ΔΑΜ. Ναί, ὦ Ἑρμῆ· ἀλλὰ παράδεξαί με γυμνὸν ὄντα.

ΕΡΜ. Οὐ γυμνόν, ὦ βέλτιστε, τοσαύτας σάρκας περιβεβλημένον· ὥστε ἀπόδυθι αὐτάς, ἐπεὶ καταδύσεις τὸ σκάφος τὸν ἕτερον πόδα ὑπερθεὶς μόνον· ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφάνους τούτους ἀπόρριψον καὶ τὰ κηρύγματα.

ΔΑΜ. Ἰδού σοι γυμνός, ὡς ὁρᾷς, ἀληθῶς εἰμι καὶ ἰσοστάσιος τοῖς ἄλλοις νεκροῖς.

ΕΡΜ. Οὕτως ἄμεινον ἀβαρῆ εἶναι· ὥστε ἔμβαινε.

6. Καὶ σὺ δὲ τὸν πλοῦτον ἀποθέμενος, ὦ Κράτων, καὶ τὴν μαλακίαν δὲ προσέτι καὶ τὴν τρυφήν, μηδὲ τὰ ἐντάφια κόμιζε μηδὲ τὰ τῶν προγόνων ἀξιώματα, κατάλιπε δὲ καὶ γένος καὶ δόξαν καὶ εἴ ποτέ σε ἡ πόλις ἀνεκήρυξε καὶ τὰς τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφάς, μηδέ, ὅτι μέγαν τάφον ἐπί σοι ἔχωσαν, λέγε· βαρύνει γὰρ καὶ ταῦτα μνημονευόμενα.

ΚΡΑΤ. Οὐχ ἑκὼν μέν, ἀπορρίψω δέ· τί γὰρ ἂν καὶ πάθοιμι;

7. ΕΡΜ. Βαβαί· σὺ δὲ ὁ ἔνοπλος τί βούλει; ἢ τί τὸ τρόπαιον τοῦτο φέρεις;

ΣΤΡΑΤ. Ὅτι ἐνίκησα, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ἠρίστευσα καὶ ἡ πόλις ἐτίμησέ με.

3. Pulcher hicce quis est?

CHARM. Charmolaus Megarensis, amabilis ille, cujus osculum binis talentis æstimabatur.

MERC. At enim exue formam, et labia cum ipsis osculis; et comam promissam, ruborisque florem genis insidentem, cutemque totam. Recte habet, accinctus es : jam ingredere.

4. Tu vero cum purpurea veste et diademate, vultu truculentus, quis tandem es?

LAMP. Lampichus Geloorum tyrannus.

MERC. Quid ergo, Lampiche, tot rebus instructus ades?

LAMP. Quid autem? decebatne, Mercuri, nudum venire virum tyrannum?

MERC. Haud quidem tyrannum, sed mortuum omnino : quare depone ista.

LAMP. En tibi divitiæ sunt abjectæ.

MERC. Præterea fastum abjice, Lampiche, et despectionem aliorum : onerabunt enim naviculam, si tecum simul inciderint.

LAMP. At saltem diadema sine me retinere, amiculumque purpureum.

MERC. Neutiquam; verum et ista mitte.

LAMP. Fiat : quid porro? nam, uti vides, cuncta dimisi.

MERC. Etiam crudelitatem, et amentiam, et contumeliam, et iram, ista, inquam, omnia dimitte.

LAMP. Ecce me tibi plane nudum.

5. MERC. Ingredere nunc scapham. — Tu autem obesus, carnium mole gravis, quis es?

DAM. Damasias athleta.

MERC. Ita sane videris : novi enim, ut qui te sæpe viderim in palæstris.

DAM. Sic est, Mercuri : at tu me recipe nudum.

MERC. Haudquaquam nudum, vir optime, qui tot carnibus obtegaris : quamobrem exue istas, ceteroqui demersurus scapham vel altero tantum pede imposito. Imo etiam coronas istas abjice, et præconia.

DAM. Ecce me tibi vere nudum, ut vides, ceterisque mortuis æqualem pondere.

MERC. Sic præstat esse levem : itaque naviculam conscende.

6. Tu quoque, divitiis positis, o Crato, et mollitie insuper, ac luxuria; nec tecum porta tegumenta funebria, nec majorum dignitates : relinque vero et genus et gloriam, et si quando civitas publico te præconio decoravit bene meritum, et statuarum inscriptiones; nec quod magnum monumentum tui honoris causa exaggerarint dicito; gravant enim ista vel commemorata.

CRAT. Invitus equidem, abjiciam tamen : nam quid faciam?

7. MERC. Papæ : tu autem in armis totus quid tibi vis? aut quod tropæum illud geris?

STRAT. Quia vici, Mercuri, belloque res præclaras gessi, et præmiis me civitas honoravit.

ΕΡΜ. Ἄφες ὑπὲρ γῆς τὸ τρόπαιον· ἐν ᾅδου γὰρ εἰρήνη καὶ οὐδὲν ὅπλων δεήσει.

8. Ὁ σεμνὸς δὲ οὗτος ἀπό γε τοῦ σχήματος καὶ βρενθυόμενος, ὁ τὰς ὀφρῦς ἐπηρκώς, ὁ ἐπὶ τῶν φροντίδων τίς ἐστιν, ὁ τὸν βαθὺν πώγωνα καθειμένος;

ΜΕΝ. Φιλόσοφός τις, ὦ Ἑρμῆ, μᾶλλον δὲ γόης καὶ τερατείας μεστός· ὥστε ἀπόδυσον καὶ τοῦτον· ὄψει γὰρ πολλὰ καὶ γελοῖα ὑπὸ τῷ ἱματίῳ σκεπόμενα.

ΕΡΜ. Ἀπόθου σὺ τὸ σχῆμα πρῶτον, εἶτα καὶ ταυτὶ πάντα. Ὦ Ζεῦ, ὅσην μὲν τὴν ἀλαζονείαν κομίζει, ὅσην δὲ ἀμαθίαν καὶ ἔριν καὶ κενοδοξίαν καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους καὶ λόγους ἀκανθώδεις καὶ ἐννοίας πολυπλόκους, ἀλλὰ καὶ ματαιοπονίαν μάλα πολλὴν καὶ λῆρον οὐκ ὀλίγον καὶ ὕθλους καὶ μικρολογίαν, νὴ Δία καὶ χρυσίον γε τουτὶ καὶ ἡδυπάθειαν δὲ καὶ ἀναισχυντίαν καὶ ὀργὴν καὶ τρυφὴν καὶ μαλακίαν· οὐ λέληθε γάρ με, εἰ καὶ μάλα περικρύπτεις αὐτά. Καὶ τὸ ψεῦδος δὲ ἀπόθου καὶ τὸν τῦφον καὶ τὸ οἴεσθαι ἀμείνων εἶναι τῶν ἄλλων· ὡς εἴ γε ταῦτα πάντα ἔχων ἐμβαίης, ποία πεντηκόντορος δέξαιτο ἄν σε;

ΦΙΛ. Ἀποτίθεμαι τοίνυν αὐτά, ἐπείπερ οὕτω κελεύεις.

9. **ΜΕΝ.** Ἀλλὰ καὶ τὸν πώγωνα τοῦτον ἀποθέσθω, ὦ Ἑρμῆ, βαρύν τε ὄντα καὶ λάσιον, ὡς ὁρᾷς· πέντε μναῖ τριχῶν εἰσι τοὐλάχιστον.

ΕΡΜ. Εὖ λέγεις· ἀπόθου καὶ τοῦτον.

ΦΙΛ. Καὶ τίς ὁ ἀποκείρων ἔσται;

ΕΡΜ. Μένιππος οὑτοσὶ λαβὼν πέλεκυν τῶν ναυπηγικῶν ἀποκόψει αὐτὸν ἐπικόπῳ τῇ ἀποβάθρᾳ χρησάμενος.

ΜΕΝ. Οὔκ, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλὰ πρίονά μοι ἀνάδος· γελοιότερον γὰρ τοῦτο.

ΕΡΜ. Ὁ πέλεκυς ἱκανός. — Εὖ γε. Ἀνθρωπινώτερος νῦν ἀναπέφηνας ἀποθέμενος σαυτοῦ τὴν κινάβραν.

ΜΕΝ. Βούλει μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τῶν ὀφρύων;

ΕΡΜ. Μάλιστα· ὑπὲρ τὸ μέτωπον γὰρ καὶ ταύτας ἐπῆρκεν, οὐκ οἶδα ἐφ' ὅτῳ ἀνατείνων ἑαυτόν. Τί τοῦτο; καὶ δακρύεις, ὦ κάθαρμα, καὶ πρὸς θάνατον ἀποδειλιᾷς; ἔμβηθι δ' οὖν.

ΜΕΝ. Ἓν ἔτι τὸ βαρύτατον ὑπὸ μάλης ἔχει.

ΕΡΜ. Τί, ὦ Μένιππε;

ΜΕΝ. Κολακείαν, ὦ Ἑρμῆ, πολλὰ χρησιμεύσασαν αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ.

ΦΙΛ. Οὐκοῦν καὶ σύ, ὦ Μένιππε, ἀπόθου τὴν ἐλευθερίαν καὶ παρρησίαν καὶ τὸ ἄλυπον καὶ τὸ γενναῖον καὶ τὸν γέλωτα· μόνος γοῦν τῶν ἄλλων γελᾷς.

ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ἔχε ταῦτα, κοῦφα γὰρ καὶ πάνυ εὔφορα καὶ ὄντα καὶ πρὸς τὸν κατάπλουν χρήσιμα.

10. Καὶ ὁ ῥήτωρ δὲ σὺ ἀπόθου τῶν ῥημάτων τὴν τοσαύτην ἀπεραντολογίαν καὶ ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ περιόδους καὶ βαρβαρισμοὺς καὶ τὰ ἄλλα βάρη τῶν λόγων.

MERC. Super terra relinque tropæum : in orco pax, nihilque armis opus erit.

8. Ille vero severus, de habitu quidem, fastumque præferens, superciliis arrectis, in meditando defixus quis est, iste qui prolixam barbam demisit?

MEN. Philosophus aliquis, Mercuri; quin potius incantator, et prodigiorum plenus : idcirco istum quoque exuere se jube : videbis enim ridicula multa sub pallio abscondita.

MERC. Depone tu habitum primum; tum ista omnia. Jupiter! quantam inanem ostentationem gerit, quantam inscitiam, et rixandi libidinem, et vanam gloriam, quæstiones impeditas, disputationes spinosas, et sententias perplexe involutas : imo etiam inutilem laborem valde multum, nugasque non paucas, et quisquilias, ac minutas disceptatiunculas : quin et per Jovem nummulos istos aureos, et præterea suaviter vivendi voluptatem, impudentiam, iram, luxum et mollitiem; neque enim me fallunt, quantumcumque studiose prætegas ea. Tum porro mendacium depone, atque inflatam arrogantiam, eamque de te opinionem quasi melior sis aliis : etenim si cum istis omnibus conscendas, quæ te quinquaginta remorum navis accipiat?

PHIL. Depono igitur ista, quandoquidem ita jubes.

9. **MEN.** At barbam istam quoque deponat, Mercuri, gravem sane et hirtam, ut vides : quinque minas pili minimum pendunt.

MERC. Recte mones, et istam remove.

PHIL. Quis autem erit, qui detondeat?

MERC. Menippus ille, capta securi nautica, præcidet eam pro codice usus scala navali.

MEN. Minime, Mercuri : verum serram mihi porrige; nam hoc quidem magis ridiculum.

MERC. Securis est satis idonea. — Euge; homini nunc quidem similior evasisti, exutis tibi sordibus hircinis.

MEN. Vin' paulum etiam demam de superciliis?

MERC. Omnino : super ipsam enim frontem ea sustulit, nescio cujus rei gratia sese tam superbe erigens. Quid hoc? etiam lacrimaris, scelerate, et ad mortem expavescis? quin ocius inscende.

MEN. Unum adhuc gravissimum sub ala tenet.

MERC. Quidnam, Menippe?

MEN. Adulationem, Mercuri, quæ multum in vita utilitatis ipsi attulit.

PHIL. Quin tu igitur, Menippe, depone mentis et linguæ libertatem, illudque doloris expers et generosum, ac risum : tu nimirum solus reliquorum rides.

MERC. Neutiquam : quin potius ista retine, quippe levia, portatuque facillima, et ad hancce navigationem percommoda.

10. Tu vero, rhetor, pone verborum futilem illam et infinitam affluentiam, opposita, paria paribus æquata, comprehensiones sententiarum, barbarismos, ceteraque orationum pondera.

ΡΗΤ. Ἢν ἰδού, ἀποτίθεμαι.

ΕΡΜ. Εὖ ἔχει· ὥστε λῦε τὰ ἀπόγεια, τὴν ἀποβάθραν ἀνελώμεθα, τὸ ἀγκύριον ἀνεσπάσθω, πέτασον τὸ ἱστίον, εὔθυνε, ὦ πορθμεῦ, τὸ πηδάλιον· εὐπλοῶμεν.

11. Τί οἰμώζετε, ὦ μάταιοι, καὶ μάλιστα ὁ φιλόσοφος σὺ ὁ ἀρτίως τὸν πώγωνα δεδῃωμένος;

ΦΙΛ. Ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, ἀθάνατον ᾤμην τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν.

ΜΕΝ. Ψεύδεται· ἄλλα γὰρ ἔοικε λυπεῖν αὐτόν.

ΕΡΜ. Τὰ ποῖα;

ΜΕΝ. Ὅτι μηκέτι δειπνήσει πολυτελῆ δεῖπνα μηδὲ νύκτωρ ἐξιὼν ἅπαντας λανθάνων τῷ ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν κατειλήσας περίεισιν ἐν κύκλῳ τὰ χαμαιτυπεῖα, καὶ ἕωθεν ἐξαπατῶν τοὺς νέους ἐπὶ τῇ σοφίᾳ ἀργύριον λήψεται· ταῦτα λυπεῖ αὐτόν.

ΦΙΛ. Σὺ γάρ, ὦ Μένιππε, οὐκ ἄχθῃ ἀποθανών;

ΜΕΝ. Πῶς, ὃς ἔσπευσα ἐπὶ τὸν θάνατον καλέσαντος μηδενός;

12. Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων οὐ κραυγή τις ἀκούεται ὥσπερ τινῶν ἀπὸ γῆς βοώντων;

ΕΡΜ. Ναί, ὦ Μένιππε, οὐκ ἀφ' ἑνός γε χωρίου, ἀλλ' οἱ μὲν ἐς τὴν ἐκκλησίαν συνελθόντες ἄσμενοι γελῶσι πάντες ἐπὶ τῷ Λαμπίχου θανάτῳ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ συνέχεται πρὸς τῶν γυναικῶν καὶ τὰ παιδία νεογνὰ ὄντα ὁμοίως κἀκεῖνα ὑπὸ τῶν παίδων βάλλεται ἀφθόνοις τοῖς λίθοις· ἄλλοι δὲ Διόφαντον τὸν ῥήτορα ἐπαινοῦσιν ἐν Σικυῶνι ἐπιταφίους λόγους διεξιόντα ἐπὶ Κράτωνι τούτῳ. Καὶ νὴ Δία γε ἡ Δαμασίου μήτηρ κωκύουσα ἐξάρχει τοῦ θρήνου σὺν γυναιξὶν ἐπὶ τῷ Δαμασίᾳ· σὲ δέ, ὦ Μένιππε, οὐδεὶς δακρύει, καθ' ἡσυχίαν δὲ κεῖσαι μόνος.

13. ΜΕΝ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀκούσῃ τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον ὠρυομένων οἴκτιστον ἐπ' ἐμοὶ καὶ τῶν κοράκων τυπτομένων τοῖς πτεροῖς, ὁπόταν συνελθόντες θάπτωσί με.

ΕΡΜ. Γεννάδας εἶ, ὦ Μένιππε. Ἀλλ' ἐπεὶ καταπεπλεύκαμεν ἡμεῖς, ὑμεῖς μὲν ἄπιτε πρὸς τὸ δικαστήριον εὐθεῖαν ἐκείνην προϊόντες, ἐγὼ δὲ καὶ ὁ πορθμεὺς ἄλλους μετελευσόμεθα.

ΜΕΝ. Εὐπλοεῖτε, ὦ Ἑρμῆ· προΐωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς. Τί οὖν ἔτι καὶ μέλλετε; πάντως δικασθῆναι δεήσει, καὶ τὰς καταδίκας φασὶν εἶναι βαρείας, τροχοὺς καὶ λίθους καὶ γῦπας· δειχθήσεται δὲ ὁ ἑκάστου βίος ἀκριβῶς.

RHET. Ecce enimvero, pono.

MERC. Bene habet : solve itaque retinacula; scalam nauticam attollamus; ancora subducatur; expande velum : dirige, portitor, clavum. Bona nobis sit navigatio.

11. Quid ploratis, inepti, tuque maxime, philosophe, cujus jam modo barba fuit evastata?

PHIL. Hoc scilicet, Mercuri, quod immortalem opinabar animam esse.

MEN. Mentitur : nam alia sunt aperte, quæ ipsum pungant.

MERC. Qualia?

MEN. Quod non amplius cœnabit magno sumtu apparatas cœnas, neque de nocte egressus, clam omnibus, palliolo caput obvolutus, circumibit in orbem lupanaria; nec summo mane decipiens juvenes sapientiæ prætextu argentum accipiet : hæc urunt eum.

PHIL. Tu autem, Menippe, non doles te mortuum esse?

MEN. Egone, qui festinavi ad mortem citante nemine?

12. Verum interea dum cædimus sermones, nonne clamor aliquis auditur tanquam a terra vociferantium?

MERC. Sane, Menippe, neque ab una tantum regione : etenim hi in concionem coeuntes læti rident cuncti ob Lampichi mortem; ejusque uxor comprehensa tenetur a mulieribus, et infantes teneri pariter et ipsi a pueris impetuntur largis lapidibus : alii Diophantum rhetorem laudant Sicyone, qui funebri oratione cohonestat exsequias hujus Cratonis. Atque etiam profecto Damasiæ mater gemitus cieus præit lessum cum feminis in funere Damasiæ : te vero nullus, o Menippe, lacrimis prosequitur, quieteque jaces solus.

13. MEN. Nequaquam; sed audies canes jamjam miserabiliter ululantes mei causa, corvosque flebilem in modum alis concrepantes, quando frequentes sepelient me.

MERC. Fortem te præstas, Menippe. Sed quoniam in portum appulimus, vos abite ad tribunal, recta illac progressi : ego vero et portitor alios arcessemus.

MEN. Prospera sit vobis navigatio, Mercuri : nos autem pedem promoveamus. Quid ergo vos amplius cunctamini? omnino judicium subire oportebit : et pœnas aiunt esse graves, rotas, saxa, vultures : exponetur autem palam uniuscujusque vita.

11.

ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ.

1. ΚΡΑΤ. Μοίριχον τὸν πλούσιον ἐγίγνωσκες, ὦ Διόγενες, τὸν πάνυ πλούσιον, τὸν ἐκ Κορίνθου, τὸν τὰς πολλὰς ὁλκάδας ἔχοντα, οὗ ἀνεψιὸς Ἀριστέας, πλούσιος

11.

CRATETIS ET DIOGENIS.

1. CRAT. Mœrichum opulentum illum noras, Diogenes, illum divitiis affluentem, domo Corinthium, cui multæ erant onerariæ naves, cujus consobrinus est Aristeas, et

καὶ αὐτὸς ὤν; ὃς τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο εἰώθει ἐπιλέγειν « ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ. »

ΔΙΟΓ. Τίνος ἕνεκα, ὦ Κράτης;

ΚΡΑΤ. Ἐθεράπευον ἀλλήλους τοῦ κλήρου ἕνεκα ἑκάτερος ἡλικιῶται ὄντες, καὶ τὰς διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν ἐτίθεντο, Ἀριστέαν μὲν ὁ Μοίριχος, εἰ προαποθάνοι, δεσπότην ἀφιεὶς τῶν ἑαυτοῦ πάντων, Μοίριχον δὲ ὁ Ἀριστέας, εἰ προαπέλθοι αὐτοῦ. Ταῦτα μὲν ἐγέγραπτο, οἱ δ' ἐθεράπευον ὑπερβαλλόμενοι ἀλλήλους τῇ κολακείᾳ· καὶ οἱ μάντεις, οἵ τε ἀπὸ τῶν ἄστρων τεκμαιρόμενοι τὸ μέλλον οἵ τε ἀπὸ τῶν ὀνειράτων, ὥς γε Χαλδαίων παῖδες, ἀλλὰ καὶ ὁ Πύθιος αὐτὸς ἄρτι μὲν Ἀριστέᾳ παρεῖχε τὸ κράτος, ἄρτι δὲ Μοιρίχῳ, καὶ τὰ τάλαντα ποτὲ μὲν ἐπ' ἐκεῖνον, νῦν δ' ἐπὶ τοῦτον ἔρρεπε.

2. **ΔΙΟΓ.** Τί οὖν πέρας ἐγένετο, ὦ Κράτης; ἀκοῦσαι γὰρ ἄξιον.

ΚΡΑΤ. Ἄμφω τεθνᾶσιν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας, οἱ δὲ κλῆροι ἐς Εὐνόμιον καὶ Θρασυκλέα περιῆλθον ἄμφω συγγενεῖς ὄντας οὐδὲ πώποτε προμαντευομένους οὕτω γενέσθαι ταῦτα· διαπλέοντες γὰρ ἀπὸ Σικυῶνος ἐς Κίρραν κατὰ μέσον τὸν πόρον πλαγίῳ περιπεσόντες τῷ Ἰάπυγι ἀνετράπησαν.

3. **ΔΙΟΓ.** Εὖ ἐποίησαν. Ἡμεῖς δὲ ὁπότε ἐν τῷ βίῳ ἦμεν, οὐδὲν τοιοῦτον ἐνενοοῦμεν περὶ ἀλλήλων· οὔτε ἐγώ ποτε ηὐξάμην Ἀντισθένην ἀποθανεῖν, ὡς κληρονομήσαιμι τῆς βακτηρίας αὐτοῦ — εἶχε δὲ πάνυ καρτερὰν ἐκ κοτίνου ποιησάμενος — οὔτε οἶμαι σὺ ὁ Κράτης ἐπεθύμεις κληρονομεῖν ἀποθανόντος ἐμοῦ τὰ κτήματα, τὸν πίθον καὶ τὴν πήραν χοίνικας δύο θέρμων ἔχουσαν.

ΚΡΑΤ. Οὐδὲν γάρ μοι τούτων ἔδει, ἀλλ' οὐδὲ σοί, ὦ Διόγενες· ἃ γὰρ ἐχρῆν, σύ τε Ἀντισθένους ἐκληρονόμησας καὶ ἐγὼ σοῦ, πολλῷ μείζω καὶ σεμνότερα τῆς Περσῶν ἀρχῆς.

ΔΙΟΓ. Τίνα ταῦτα φής;

ΚΡΑΤ. Σοφίαν, αὐτάρκειαν, ἀλήθειαν, παρρησίαν, ἐλευθερίαν.

ΔΙΟΓ. Νὴ Δία, μέμνημαι καὶ τοῦτον διαδεξάμενος τὸν πλοῦτον παρ' Ἀντισθένους καὶ σοὶ ἔτι πλείω καταλιπών.

4. **ΚΡΑΤ.** Ἀλλ' οἱ ἄλλοι ἠμέλουν τῶν τοιούτων κτημάτων καὶ οὐδεὶς ἐθεράπευεν ἡμᾶς κληρονομήσειν προσδοκῶν, ἐς δὲ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον.

ΔΙΟΓ. Εἰκότως· οὐ γὰρ εἶχον ἔνθα ἂν δέξαιντο τὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῶν διερρυηκότες ὑπὸ τρυφῆς, καθάπερ τὰ σαπρὰ τῶν βαλλαντίων· ὥστε εἴ ποτε καὶ ἐμβάλοι τις ἐς αὐτοὺς ἢ σοφίαν ἢ παρρησίαν ἢ ἀλήθειαν, ἐξέπιπτεν εὐθὺς καὶ διέρρει, τοῦ πυθμένος στέγειν οὐ δυναμένου, οἷόν τι πάσχουσιν αἱ τοῦ Δαναοῦ αὗται παρθένοι εἰς τὸν τετρημένον πίθον ἐπαντλοῦσαι· τὸ δὲ χρυσίον ὀδοῦσι καὶ ὄνυξι καὶ πάσῃ μηχανῇ ἐφύλαττον.

ΚΡΑΤ. Οὐκοῦν ἡμεῖς μὲν ἕξομεν κἀνταῦθα τὸν πλοῦτον, οἱ δὲ ὀβολὸν ἥξουσι κομίζοντες καὶ τοῦτον ἄχρι τοῦ πορθμέως.

ipse dives? qui Homericum illud solebat dictitare, « Aut tu tolle me, aut ego te. »

DIOG. Quid ita, Crates?

CRAT. Mutuis obsequiis captabant alter alterius hæreditatem, æquales; et testamenti quidem tabulas in propatulo proponebant, Aristea Mœrichus, si prius decederet, domino relicto suorum omnium; Mœricho vicissim Aristeas, si ante eum abiret. Hæc quidem in testamento erant scripta: illi vero observabant sese invicem, antecedere alter alterum adulatione conantes. Vates etiam, sive ab astris conjectarent futura, sive ex somniis, sive Chaldæorum imbuti disciplina, quin et ipse Pythius modo Aristeæ tribuebat victoriam, modo Mœricho; lancesque nunc ad istum, mox ad illum vergebant.

DIOG. Quem ergo exitum res habuit, Crates? est enim audire operæ pretium.

CRAT. Ambo mortem obierunt eodem die; hæreditates autem ad Eunomium et Thrasyclem inopinato pervenerunt, cognatos utrumque nullo unquam mentis præsagio divinantes hæc ita fore: Mœrichus enim et Aristeas quum Sicyone trajicerent Cirrham, medioque cursu in obliquum Iapygem incidissent, eversa navi perierunt.

3. **DIOG.** Bonum factum. Verum nos, quando in vita eramus, nihil tale cogitabamus de nobis invicem; neque unquam optavi Antisthenem emori, ut hæreditatem nanciscerer ejus baculi: habebat autem admodum robustum, quem ex oleastro ipse confecerat. Neque tu, puto, Crates, cupiebas hæres esse, mortuo me, bonorum, dolii peræque chœnices lupinorum duos habentis.

CRAT. Quippe nihil mihi istis erat opus: at nec tibi, Diogenes; quam enim decebat tu ab Antisthene adeptus es hæreditatem, ego autem abs te, multo majorem graviorisque momenti quam Persarum imperium.

DIOG. Quæ tu bona dicis?

CRAT. Sapientiam, frugalitatem parvo contentam, veritatem, loquendi fiduciam, animi libertatem.

DIOG. Memini profecto eas me opes accepisse ab Antisthene, tibique etiam ampliores reliquisse.

4. **CRAT.** At ceteri non curabant ejusmodi possessiones, nemoque nos assectabatur talis hæreditatis spe; siquidem auro omnes inhiabant.

DIOG. Quippeni: neque enim habebant ubi reconderent accepta a nobis talia bona, diffluentes præ luxu, veluti rupta vetustate marsupia. Proinde si quis vel immitteret in eos sive sapientiam, sive libertatem loquendi, sive veritatem, excidebat protinus et diffluebat, quum fundus ingesta continere nequiret; quale quiddam accidit Danai filiabus istis, quæ in perforatum dolium haustam aquam infundunt: aurum vero dentibus unguibusque et omni machina custodiebant.

CRAT. Propterea nos quidem habebimus hic quoque nostras divitias: hi autem obolum scilicet apportabunt, eumque ad portitorem usque tantum.

12.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, ΑΝΝΙΒΟΥ, ΜΙΝΩΟΣ ΚΑΙ ΣΚΗΠΙΩΝΟΣ.

1. ΑΛΕΞ. Ἐμὲ δεῖ προκεκρίσθαι σου, ὦ Λίβυ· ἀμείνων γάρ εἰμι.

ΑΝΝ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλ' ἐμέ.

ΑΛΕΞ. Οὐκοῦν ὁ Μίνως δικασάτω.

ΜΙΝ. Τίνες δὲ ἐστέ;

ΑΛΕΞ. Οὗτος μὲν Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος, ἐγὼ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου.

ΜΙΝ. Νὴ Δία ἔνδοξοί γε ἀμφότεροι. Ἀλλὰ περὶ τίνος ὑμῖν ἡ ἔρις;

ΑΛΕΞ. Περὶ προεδρίας· φησὶ γὰρ οὗτος ἀμείνων γεγενῆσθαι στρατηγὸς ἐμοῦ, ἐγὼ δὲ, ὥσπερ ἅπαντες ἴσασιν, οὐχὶ τούτου μόνον, ἀλλὰ πάντων σχεδὸν τῶν πρὸ ἐμοῦ φημὶ διενεγκεῖν τὰ πολέμια.

ΜΙΝ. Οὐκοῦν ἐν μέρει ἑκάτερος εἰπάτω, σὺ δὲ πρῶτος ὁ Λίβυς λέγε.

2. ΑΝΝ. Ἓν μὲν τοῦτο, ὦ Μίνως, ὠνάμην, ὅτι ἐνταῦθα καὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον· ὥστε οὐδὲ ταύτῃ πλέον οὗτος ἂν ἐνέγκαιτό μου. Φημὶ δὲ τούτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους εἶναι, ὅσοι τὸ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὄντες ὅμως ἐπὶ μέγα προεχώρησαν δι' αὑτῶν δύναμίν τε περιβαλόμενοι καὶ ἄξιοι δόξαντες ἀρχῆς. Ἔγωγ' οὖν μετ' ὀλίγων ἐξορμήσας εἰς τὴν Ἰβηρίαν τὸ πρῶτον ὕπαρχος ὢν τῷ ἀδελφῷ μεγίστων ἠξιώθην ἄριστος κριθεὶς, καὶ τούς τε Κελτίβηρας εἷλον καὶ Γαλατῶν ἐκράτησα τῶν ἑσπερίων καὶ τὰ μεγάλα ὄρη ὑπερβὰς τὰ περὶ τὸν Ἠριδανὸν ἅπαντα κατέδραμον καὶ ἀναστάτους ἐποίησα τοσαύτας πόλεις καὶ τὴν πεδινὴν Ἰταλίαν ἐχειρωσάμην καὶ μέχρι τῶν προαστείων τῆς προὐχούσης πόλεως ἦλθον καὶ τοσούτους ἀπέκτεινα μιᾶς ἡμέρας, ὥστε τοὺς δακτυλίους αὐτῶν μεδίμνοις ἀπομετρῆσαι καὶ τοὺς ποταμοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς. Καὶ ταῦτα πάντα ἔπραξα οὔτε Ἄμμωνος υἱὸς ὀνομαζόμενος οὔτε θεὸς εἶναι προσποιούμενος ἢ ἐνύπνια τῆς μητρὸς διεξιὼν, ἀλλ' ἄνθρωπος εἶναι ὁμολογῶν, στρατηγοῖς τε τοῖς συνετωτάτοις ἀντεξεταζόμενος καὶ στρατιώταις τοῖς μαχιμωτάτοις συμπλεκόμενος, οὐ Μήδους καὶ Ἀρμενίους καταγωνιζόμενος ὑποφεύγοντας πρὶν διώκειν τινὰ καὶ τῷ τολμήσαντι παραδιδόντας εὐθὺς τὴν νίκην.

3. Ἀλέξανδρος δὲ πατρῴαν ἀρχὴν παραλαβὼν ηὔξησε καὶ παρὰ πολὺ ἐξέτεινε χρησάμενος τῇ τῆς τύχης ὁρμῇ. Ἐπεὶ δ' οὖν ἐνίκησέ τε καὶ τὸν ὄλεθρον ἐκεῖνον Δαρεῖον ἐν Ἰσσῷ τε καὶ Ἀρβήλοις ἐκράτησεν, ἀποστὰς τῶν πατρῴων προσκυνεῖσθαι ἠξίου καὶ ἐς δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιῄτησεν ἑαυτὸν καὶ ἐμιαιφόνει ἐν τοῖς συμποσίοις τοὺς φίλους καὶ συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ. Ἐγὼ δὲ ἦρξα ἐπ' ἴσης τῆς πατρίδος, καὶ ἐπειδὴ μετεπέμπετο τῶν πολεμίων μεγάλῳ στόλῳ ἐπιπλευσάντων τῇ Λιβύῃ, ταχέως ὑπήκουσα, καὶ ἰδιώτην ἐμαυτὸν πα-

12.

ALEXANDRI, ANNIBALIS, MINOIS, SCIPIONIS.

1. ALEX. Me par est præponi tibi, Afer : melior enim sum.

ANN. Neutiquam; verum me.

ALEX. Ergo Minos causam disceptet.

MIN. Quinam estis?

ALEX. Hic Annibal Carthaginiensis : ego Alexander Philippi filius.

MIN. Profecto clari uterque : sed qua de re orta vobis lis est?

ALEX. De primæ sedis jure : fert enim hicce se præstantiorem exstitisse imperatorem me; ego vero, quemadmodum omnes norunt, non illi solum, sed cunctis fere, qui ante me fuerunt, aio me præstitisse belli peritia.

MIN. Ergo per vices uterque dicat : tu prior, Afer, causam tuam age.

2. ANN. Id quidem unum, Minos, me juvat, quod hic loci Græcum etiam sermonem edidicerim, ut ne hac quidem parte hic præ me quicquam habeat præcipui. Eos autem pono maxime laude dignos esse, quotcumque quum initio nihil essent, tamen ad magnum potentiæ fastigium processerunt, per se opibus comparatis, aptique imperio habiti. Ego itaque cum paucis transgressus in Hispaniam, quum primum sub fratris auspiciis dux fuissem, summæ rerum præfui, belli peritissimus judicatus. Exinde Celtiberos in potestatem redegi, Gallos occidentales devici, superatisque magnis montibus, quæ circa Padum sunt omnia sum depopulatus, et sedibus emovi tot urbes; campestrem Italiam subjeci; ad suburbia usque primariæ urbis perveni, tot interfeci uno die, ut annulos eorum modiis sim mensus, inque fluviis cadaverum pontes struxerim. Hæc omnia gessi, qui neque Ammonis filius dicebar, neque deus esse videri volebam, nec somnia matris fabulabar; sed me hominem esse fassus, cumque ducibus prudentissimis comparatus, et cum militibus pugnacissimis congressus : non Medos Armeniosque debellans, prius aufugientes quam aliquis insequatur, et audenti statim cedentes victoriam.

3. Alexander autem, quum paternum imperium suscepisset, id auxit et multis partibus ampliavit, usus secundo fortunæ impetu. At postquam vicit illum nullius pretii Darium, atque ad Issum et Arbelis superior fuit, pertæsus patrii moris, adorari volebat, atque in Medicam illam et effeminatam vivendi rationem degeneravit; tum impie trucidabat inter convivia amicos, comprehendebatque ad mortem ducendos. Ego contra præfui æquo jure patriæ, atque ubi me domum arcessebat, hostibus magna classe adortis Africam, e vestigio parui, meque privatum præ-

ρέσχον καὶ καταδικασθεὶς ἤνεγκα εὐγνωμόνως τὸ πρᾶγμα. Καὶ ταῦτα ἔπραξα βάρβαρος ὢν καὶ ἀπαίδευτος παιδείας τῆς Ἑλληνικῆς καὶ οὔτε Ὅμηρον ὥσπερ οὗτος ῥαψῳδῶν οὔτε ὑπ' Ἀριστοτέλει τῷ σοφιστῇ παιδευθείς, μόνῃ δὲ τῇ φύσει ἀγαθῇ χρησάμενος. Ταῦτά ἐστιν ἃ ἐγὼ Ἀλεξάνδρου ἀμείνων φημὶ εἶναι. Εἰ δέ ἐστι καλλίων οὑτοσί, διότι διαδήματι τὴν κεφαλὴν διεδέδετο, Μακεδόσι μὲν ἴσως καὶ ταῦτα σεμνά, οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀμείνων δόξειεν ἂν γενναίου καὶ στρατηγικοῦ ἀνδρὸς τῇ γνώμῃ πλέον ἤπερ τῇ τύχῃ κεχρημένου.

ΜΙΝ. Ὁ μὲν εἴρηκεν οὐκ ἀγεννῆ τὸν λόγον οὐδ' ὡς Λίβυν εἰκὸς ἦν ὑπὲρ αὐτοῦ. Σὺ δέ, ὦ Ἀλέξανδρε, τί πρὸς ταῦτα φῄς;

4. ΑΛΕΞ. Ἐχρῆν μέν, ὦ Μίνως, μηδὲν πρὸς ἄνδρα οὕτω θρασὺν ἀποκρίνασθαι· ἱκανὴ γὰρ ἡ φήμη διδάξαι σε οἷος μὲν ἐγὼ βασιλεύς, οἷος δὲ οὗτος λῃστὴς ἐγένετο. Ὅμως δὲ ὅρα εἰ κατ' ὀλίγον αὐτοῦ διήνεγκα, ὃς νέος ὢν ἔτι παρελθὼν ἐπὶ τὰ πράγματα καὶ τὴν ἀρχὴν τεταραγμένην κατέσχον καὶ τοὺς φονέας τοῦ πατρὸς μετῆλθον, κᾆτα φοβήσας τὴν Ἑλλάδα τῇ Θηβαίων ἀπωλείᾳ στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν χειροτονηθεὶς οὐκ ἠξίωσα τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν περιέπων ἀγαπᾶν ἄρχειν ὁπόσων ὁ πατὴρ κατέλιπεν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπινοήσας τὴν γῆν καὶ δεινὸν ἡγησάμενος, εἰ μὴ ἁπάντων κρατήσαιμι, ὀλίγους ἄγων ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ ἐπί τε Γρανικῷ ἐκράτησα μεγάλῃ μάχῃ καὶ τὴν Λυδίαν λαβὼν καὶ Ἰωνίαν καὶ Φρυγίαν καὶ ὅλως τὰ ἐν ποσὶν ἀεὶ χειρούμενος ἦλθον ἐπὶ Ἰσσόν, ἔνθα Δαρεῖος ὑπέμεινε μυριάδας πολλὰς στρατοῦ ἄγων.

5. Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, ὦ Μίνως, ὑμεῖς ἴστε ὅσους ὑμῖν νεκροὺς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας κατέπεμψα· φησὶ γοῦν ὁ πορθμεὺς μὴ διαρκέσαι αὐτοῖς τότε τὸ σκάφος, ἀλλὰ σχεδίας πηξαμένους τοὺς πολλοὺς αὐτῶν διαπλεῦσαι. Καὶ ταῦτα διέπραττον αὐτὸς προκινδυνεύων καὶ τιτρώσκεσθαι ἀξιῶν. Καὶ ἵνα σοὶ μὴ τὰ ἐν Τύρῳ μηδὲ τὰ ἐν Ἀρβήλοις διηγήσωμαι, ἀλλὰ καὶ μέχρι Ἰνδῶν ἦλθον καὶ τὸν Ὠκεανὸν ὅρον ἐποιησάμην τῆς ἀρχῆς καὶ τοὺς ἐλέφαντας αὐτῶν εἷλον καὶ Πῶρον ἐχειρωσάμην, καὶ Σκύθας δὲ οὐκ εὐκαταφρονήτους ἄνδρας ὑπερβὰς τὸν Τάναϊν ἐνίκησα μεγάλῃ ἱππομαχίᾳ, καὶ τοὺς φίλους εὖ ἐποίησα καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠμυνάμην. Εἰ δὲ καὶ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἀνθρώποις, συγγνωστοὶ ἐκεῖνοι πρὸς τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων καὶ τοιοῦτόν τι πιστεύσαντες περὶ ἐμοῦ.

6. Τὸ δ' οὖν τελευταῖον ἐγὼ μὲν βασιλεύων ἀπέθανον, οὗτος δὲ ἐν φυγῇ ὢν παρὰ Προυσίᾳ τῷ Βιθυνῷ, καθάπερ ἄξιον ἦν πανουργότατον καὶ ὠμότατον ὄντα· ὡς γὰρ δὴ ἐκράτησε τῶν Ἰταλῶν, ἐῶ λέγειν ὅτι οὐκ ἰσχύϊ, ἀλλὰ πονηρίᾳ καὶ ἀπιστίᾳ καὶ δόλοις, νόμιμον δὲ ἢ προφανὲς οὐδέν. Ἐπεὶ δέ μοι ὠνείδισε τὴν τρυφήν, ἐκλελῆσθαί μοι δοκεῖ οἷα ἐποίει ἐν Καπύῃ ἑταίραις συνὼν καὶ τοὺς τοῦ πολέμου καιροὺς ὁ θαυμάσιος καθηδυπαθῶν. Ἐγὼ δὲ εἰ μὴ μικρὰ τὰ ἑσπέρια δόξας ἐπὶ τὴν ἕω μᾶλλον ὥρμησα, τί ἂν μέγα ἔπραξα

bui : condemnatus tuli animo moderato casum. Hæc feci barbarus et expers disciplinæ Græcæ, neque Homeri, prout hicce, carmina recitando decantans, nec sub Aristotele sophista doctrinis imbutus, at sola usus natura bona. Hæc sunt quibus ego Alexandro præstare me fero : ille autem si pulchrior est, quia diademate caput habet revinctum, apud Macedonas ista forte majestatem habent; attamen idcirco præferendus non existimetur viro strenuo, atque artibus imperatoriis instructo, qui solerti prudentia plus quam fortuna fuerit usus.

MIN. Hic certe dixit masculam orationem, nec qualem ab Afro exspectasses, pro se : tu, Alexander, quid ad illa respondes?

4. ALEX. Nihil oportebat, Minos, homini respondere tam audaci : satis enim te fama docuerit, qualis ego rex, hic contra qualis fuerit latro : vide tamen, an parvo intervallo illum superarim, qui juvenis adhuc rerum administrationem aggressus, imperium turbatum continui, et percussores parentis supplicio sum ultus; tum perculsis Thebanorum excidio Græcis, dux eorum suffragiis lectus indignum existimavi, si soli Macedonum regno incubans contentus essem imperio a patre mihi relicto : sed universum mente terrarum orbem complexus, intolerandumque putans, nisi omnium forem dominus, paucis mecum ductis militibus invasi Asiam; ad Granicum magno prælio fui superior; Lydiaque capta, Ionia et Phrygia, in summa proxima quæque subjiciens perveni ad Issum, ubi Darius exspectabat cum immensa copiarum multitudine.

5. Exinde, Minos, vos non præterit, quot vobis mortuos uno die huc demiserim : portitor quidem affirmat, non suffecisse ipsis tunc cymbam, sed ratibus junctis plurimos eorum trajecisse. Equidem ista agebam ipse me ante alios periculis offerens, vulnerarique pulchrum ducens. Et ne tibi quæ Tyri sunt gesta, quæque Arbelis enarrem, ad Indos usque penetravi, Oceanumque limitem feci imperii, elephantos eorum cepi, Porum subegi : Scythas etiam, minime contemnendos viros, transgressus Tanaim magna devici equestri pugna : amicis benefeci, inimicos ultus sum. Quodsi deus etiam videbar hominibus, veniam illi merentur ob magnitudinem rerum gestarum tale quiddam de me sibi persuadentes.

6. Denique ego regnans diem obii; hicce patria extorris apud Prusiam Bithynum, ut dignum erat fraudulentissimo crudelissimoque homine. Nam quomodo superarit Italos, mitto dicere; non fortitudine sane, sed malitia, perfidia et dolis; nihil autem in præliis justum atque apertum. Quandoquidem vero mihi exprobravit luxuriam, oblitus mihi videtur qualia fecerit Capuæ, meretriculis affixus et belli opportunitates in deliciis disperdens. Ego autem nisi, parvifactis orbis occidui rebus, in Orientem irruissem, quid grande præstitissem Italia incruente capta,

7.

Ἰταλίαν ἀναιμωτὶ λαβὼν καὶ Λιβύην καὶ τὰ μέχρι Γαδείρων ὑπαγόμενος; Ἀλλ' οὐχ ἀξιόμαχα ἔδοξέ μοι ἐκεῖνα ὑποπτήσσοντα ἤδη καὶ δεσπότην ὁμολογοῦντα. Εἴρηκα· σὺ δὲ, ὦ Μίνως, δίκαζε· ἱκανὰ γὰρ ἀπὸ πολλῶν καὶ ταῦτα.

7. ΣΚΗΠ. Μὴ πρότερον, ἢν μὴ καὶ ἐμοῦ ἀκούσῃς.

ΜΙΝ. Τίς γὰρ εἶ, ὦ βέλτιστε; ἢ πόθεν ὢν ἐρεῖς;

ΣΚΗΠ. Ἰταλιώτης Σκηπίων στρατηγὸς ὁ καθελὼν Καρχηδόνα καὶ κρατήσας Λιβύων μεγάλαις μάχαις.

ΜΙΝ. Τί οὖν καὶ σὺ ἐρεῖς;

ΣΚΗΠ. Ἀλεξάνδρου μὲν ἥττων εἶναι, τοῦ δὲ Ἀννίβου ἀμείνων, ὃς ἐδίωξα νικήσας αὐτὸν καὶ φυγεῖν κατηνάγκασα ἀτίμως. Πῶς οὖν οὐκ ἀναίσχυντος οὗτος, ὃς πρὸς Ἀλέξανδρον ἁμιλλᾶται, ᾧ οὐδὲ Σκηπίων ἐγὼ ὁ νενικηκὼς ἐμαυτὸν παραβάλλεσθαι ἀξιῶ;

ΜΙΝ. Νὴ Δί' εὐγνώμονα φῄς, ὦ Σκηπίων· ὥστε πρῶτος μὲν κεκρίσθω Ἀλέξανδρος, μετ' αὐτὸν δὲ σύ, εἶτα, εἰ δοκεῖ, τρίτος Ἀννίβας οὐδὲ οὗτος εὐκαταφρόνητος ὤν.

Libyaque et cunctis ad Gades usque subactis? At illæ partes bello mihi dignæ non videbantur, ut quæ ultro jam metu jugum subirent, ac dominum faterentur. Dixi : tu, Minos, judica : hæc enim ipsa de multis sufficiunt.

7. SCIP. Ne prius tamen, nisi de me quoque audiveris.

MIN. At quis tu es, virorum optime? aut unde domo dicturus eris?

SCIP. Italus Scipio, imperator, qui delevi Carthaginem, Afrosque devici magnis præliis.

MIN. Quid igitur porro tu dices?

SCIP. Alexandro quidem me concedere, verum Annibalem anteire, ut qui victum illum pepuli fugamque turpem capessere coegi. Quomodo non impudens igitur hicce, qui cum Alexandro contendat, cui ne ego quidem Scipio, qui eum superavi, comparari sustineo?

MIN. Ita me Jupiter amet, æquum loquere, Scipio : quare primo quidem loco ponatur Alexander; tu illi secundus esto : postea, si videtur, Annibal, ne ipse quidem facile contemnendus.

13.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

1. ΔΙΟΓ. Τί τοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε; καὶ σὺ τέθνηκας ὥσπερ ἡμεῖς ἅπαντες;

ΑΛΕΞ. Ὁρᾷς, ὦ Διόγενες· οὐ παράδοξον δὲ εἰ ἄνθρωπος ὢν ἀπέθανον.

ΔΙΟΓ. Οὐκοῦν ὁ Ἄμμων ἐψεύδετο λέγων ἑαυτοῦ σε εἶναι, σὺ δὲ Φιλίππου ἄρα ἦσθα;

ΑΛΕΞ. Φιλίππου δηλαδή· οὐ γὰρ ἂν ἐτεθνήκειν Ἄμμωνος ὤν.

ΔΙΟΓ. Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὅμοια ἐλέγετο, δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ καὶ βλέπεσθαι ἐν τῇ εὐνῇ, εἶτα οὕτω σε τεχθῆναι, τὸν δὲ Φίλιππον ἐξηπατῆσθαι οἰόμενον πατέρα σου εἶναι.

ΑΛΕΞ. Κἀγὼ ταῦτα ἤκουον ὥσπερ σύ, νῦν δὲ ὁρῶ ὅτι οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε ἡ μήτηρ οὔτε οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται ἔλεγον.

ΔΙΟΓ. Ἀλλὰ τὸ ψεῦδος αὐτῶν οὐκ ἄχρηστόν σοι, ὦ Ἀλέξανδρε, πρὸς τὰ πράγματα ἐγένετο· πολλοὶ γὰρ ὑπέπτησσον θεὸν εἶναί σε νομίζοντες.

2. Ἀτὰρ εἰπέ μοι, τίνι τὴν τοσαύτην ἀρχὴν καταλέλοιπας;

ΑΛΕΞ. Οὐκ οἶδα, ὦ Διόγενες· οὐ γὰρ ἔφθασα ἐπισκῆψαί τι περὶ αὐτῆς, ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι ἀποθνήσκων Περδίκκᾳ τὸν δακτύλιον ἐπέδωκα. Πλὴν ἀλλὰ τί γελᾷς, ὦ Διόγενες;

ΔΙΟΓ. Τί γὰρ ἄλλο ἢ ἀνεμνήσθην οἷα ἐποίει ἡ Ἑλλὰς, ἄρτι σε παρειληφότα τὴν ἀρχὴν κολακεύοντες καὶ προστάτην αἱρούμενοι καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἔνιοι δὲ καὶ τοῖς δώδεκα θεοῖς προστιθέντες καὶ οἰκοδομοῦντές σοι νεὼς καὶ θύοντες ὡς δράκοντος υἱῷ.

13.

DIOGENIS ET ALEXANDRI.

1. DIOG. Quid hoc, Alexander? et tu mortuus es perinde atque nos omnes?

ALEX. Res apparet, Diogenes : nec valde mirandum, si homo natus mortem obii.

DIOG. Igitur Ammon mentiebatur te prædicans suum esse filium, quum tu interea Philippi fores?

ALEX. Nempe Philippi : neque enim Ammone genitus decessissem.

DIOG. Atqui etiam de Olympiade similia quædam ferebantur, draconem cum ea rem habere et conspici in lecto; tum ita te fuisse prognatum, Philippum vero deceptum, qui opinaretur se tibi patrem esse.

ALEX. Et ego non secus ista, quam tu, audiebam : nunc video nihil veri nec matrem, neque Ammoniorum vates dixisse.

DIOG. Verum mendacium eorum non inutile tibi, Alexander, ad res gerendas fuit : multi enim metu succumbebant, deum esse te rati.

2. At cedo mihi, cui illud tantum imperium reliquisti?

ALEX. Nescio sane, Diogenes : nam nihil antequam morerer mandavi quicquam de eo, nisi hoc solum, quod animam agens Perdiccæ annulum tradidi. Interea tu quid rides, Diogenes?

DIOG. Quid scilicet aliud quam in memoriam revocavi qualia faceret Græcia, te suscepto jam modo imperio adulati, præfectumque capientes et imperatorem adversum barbaros : nonnulli etiam duodecim diis adjungebant, templaque et sacra faciebant tanquam serpentis filio.

3. Ἀλλ' εἰπέ μοι, ποῦ σε οἱ Μακεδόνες ἔθαψαν;

ΑΛΕΞ. Ἔτι ἐν Βαβυλῶνι κεῖμαι τριακοστὴν ταύτην ἡμέραν, ὑπισχνεῖται δὲ Πτολεμαῖος ὁ ὑπασπιστής, ἤν ποτε ἀγάγῃ σχολὴν ἀπὸ τῶν θορύβων τῶν ἐν ποσὶν, ἐς Αἴγυπτον ἀπαγαγὼν θάψειν ἐκεῖ, ὡς γενοίμην εἷς τῶν Αἰγυπτίων θεῶν.

ΔΙΟΓ. Μὴ γελάσω οὖν, ὦ Ἀλέξανδρε, ὁρῶν ἐν ᾅδου ἔτι σε μωραίνοντα καὶ ἐλπίζοντα Ἄνουβιν ἢ Ὄσιριν γενήσεσθαι; Πλὴν ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὦ θειότατε, μὴ ἐλπίσῃς· οὐ γὰρ θέμις ἀνελθεῖν τινα τῶν ἅπαξ διαπλευσάντων τὴν λίμνην καὶ ἐς τὸ εἴσω τοῦ στομίου παρελθόντων· οὐ γὰρ ἀμελὴς ὁ Αἰακὸς οὐδ' ὁ Κέρβερος εὐκαταφρόνητος.

4. Ἐκεῖνο δέ γε ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ, πῶς φέρεις, ὁπόταν ἐννοήσῃς, ὅσην εὐδαιμονίαν ὑπὲρ γῆς ἀπολιπὼν ἀφῖξαι, σωματοφύλακας καὶ ὑπασπιστὰς καὶ σατράπας καὶ χρυσὸν τοσοῦτον καὶ ἔθνη προσκυνοῦντα καὶ Βαβυλῶνα καὶ Βάκτρα καὶ τὰ μεγάλα θηρία καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι ἐξελαύνοντα διαδεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν πορφυρίδα ἐμπεπορπημένον. Οὐ λυπεῖ ταῦτά σε ὑπὸ τὴν μνήμην ἰόντα; Τί δακρύεις, ὦ μάταιε; οὐδὲ ταῦτά σε ὁ σοφὸς Ἀριστοτέλης ἐπαίδευσε, μὴ οἴεσθαι βέβαια εἶναι τὰ παρὰ τῆς τύχης;

5. ΑΛΕΞ. Ὁ σοφός; ἁπάντων ἐκεῖνος κολάκων ἐπιτριπτότατος ὤν. Ἐμὲ μόνον ἔασον τὰ Ἀριστοτέλους εἰδέναι, ὅσα μὲν ᾔτησε παρ' ἐμοῦ, οἷα δὲ ἐπέστελλεν, ὡς δὲ κατεχρῆτό μου τῇ περὶ παιδείαν φιλοτιμίᾳ θωπεύων καὶ ἐπαινῶν ἄρτι μὲν πρὸς τὸ κάλλος, ὡς καὶ τοῦτο μέρος ὂν τἀγαθοῦ, ἄρτι δὲ ἐς τὰς πράξεις καὶ τὸν πλοῦτον. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἀγαθὸν ἡγεῖτο εἶναι, ὡς μὴ αἰσχύνοιτο καὶ αὐτὸς λαμβάνων: γόης, ὦ Διόγενες, ἄνθρωπος καὶ τεχνίτης. Πλὴν ἀλλὰ τοῦτό γε ἀπολέλαυκα αὐτοῦ τῆς σοφίας, τὸ λυπεῖσθαι ὡς ἐπὶ μεγίστοις ἀγαθοῖς ἐκείνοις, ἃ κατηριθμήσω μικρῷ γε ἔμπροσθεν.

6. ΔΙΟΓ. Ἀλλ' οἶσθα ὃ δράσεις; ἄκος γάρ σοι τῆς λύπης ὑποθήσομαι. Ἐπεὶ ἐνταῦθά γε ἐλλέβορος οὐ φύεται, σὺ δὲ κἂν τὸ Λήθης ὕδωρ χανδὸν ἐπισπασάμενος πίε καὶ αὖθις πίε καὶ πολλάκις· οὕτω γὰρ παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος. Καὶ γὰρ Κλεῖτον ἐκεῖνον ὁρῶ καὶ Καλλισθένην καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐπὶ σὲ ὁρμῶντας, ὡς διασπάσαιντο καὶ ἀμύναιντό σε ὧν ἔδρασας αὐτούς. Ὥστε τὴν ἑτέραν σὺ ταύτην βάδιζε καὶ πῖνε πολλάκις, ὡς ἔφην.

3. At quæso, ubi te Macedones sepeliverunt?

ALEX. Etiamnum Babylone jaceo tricesimum hunc diem: promittit autem Ptolemæus satelles, si quando otium agat a turbis quæ nunc urgent, se in Ægyptum me delatum humaturum ibi, ut unus fiam Ægyptiorum deorum.

DIOG. Non ego rideam, Alexander, quum te video in Orco quoque desipientem, sperantemque fore ut Anubis aut Osiris evadas? At tu tamen ista, divinissime, ne speres: fas enim non est, sursum redire quemquam eorum, qui semel trajecerunt hanc paludem, et citra ostium illud sese penetrarunt; neque enim Æacus est negligens, nec talis Cerberus, quem facile contemnas.

4. Istud autem perlibenter didicerim a te, quo animo feras, quum cogitando percenses, quanta felicitate in terra relicta huc adveneris; corporis custodes inquam, satellites, satrapas, auri tantum numerum, populos adorantes, Babylonem, Bactra, immanes belluas, honorem, et gloriam; idque præterea, insignem esse curru vehentem, religatum tænia candida caput, purpuream vestem fibula substrictam gerentem : non illa te pungunt mentem subeuntia? Quid lacrimaris, inepte? ne istud quidem te docuit sapiens Aristoteles, non putare certa esse fortunæ dona?

5. ALEX. Sapiens ille? omnium iste adulatorum est perditissimus; me solum sine ad Aristotelem quæ spectant scire, quam multa petierit a me, quales literas miserit, quam fuerit abusus meo doctrinarum ambitioso studio, dum blande assentatur, laudatque nunc ob pulchritudinem, quasi et illa pars sit boni; nunc ob res gestas et divitias : etenim illud etiam esse bonum ducebat, ut nullo pudore deterritus oblatas a me opes acciperet: præstigiator, Diogenes, plane, et mirus artifex. Illum adeo percepi fructum ex ejus sapientia, ut doleam amissis, quasi maximis bonis, rebus illis, quas denumerasti paulo ante.

6. DIOG. At scin' tu, quid facias? remedium enim tibi doloris suggeram. Quandoquidem hicce loci helleborus non nascitur, tu certe Lethes aquam ore patulo ductam bibe, iterumque bibe et sæpius; sic enim desines propter Aristotelis bonorum amissionem dolore cruciari. Verum et Clitum illum video, et Callisthenem, aliosque multos in te irruentes, ut discerpant, atque ulciscantur injurias a te illatas. Quare tu alteram illam viam ingredere, et bibe sæpius, ut dixi.

14.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

1. ΦΙΛ. Νῦν μέν, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο μὴ οὐχ ἐμὸς υἱὸς εἶναι· οὐ γὰρ ἂν ἐτεθνήκεις Ἄμμωνός γε ὤν.

14.

PHILIPPI ET ALEXANDRI.

1. PHIL. Nunc sane, Alexander, infitias haud iveris te filium esse meum; nequaquam enim mortuus fores, si quidem Ammonis esses.

ΑΛΕΞ. Οὐδ' αὐτὸς ἠγνόουν, ὦ πάτερ, ὡς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου υἱός εἰμι, ἀλλ' ἐδεξάμην τὸ μάντευμα ὡς χρήσιμον ἐς τὰ πράγματα οἰόμενος εἶναι.

ΦΙΛ. Τί λέγεις; χρήσιμον ἐδόκει σοι τὸ παρέχειν σεαυτὸν ἐξαπατηθησόμενον ὑπὸ τῶν προφητῶν;

ΑΛΕΞ. Οὐ τοῦτο, ἀλλ' οἱ βάρβαροι κατεπλάγησάν με καὶ οὐδεὶς ἔτι ἀνθίστατο οἰόμενοι θεῷ μάχεσθαι, ὥστε ῥᾶον ἐκράτουν αὐτῶν.

2. ΦΙΛ. Τίνων δὲ ἐκράτησας σύ γε ἀξιομάχων ἀνδρῶν, ὃς δειλοῖς ἀεὶ ξυνηνέχθης τοξάρια καὶ πελτάρια καὶ γέρρα οἰσύινα προβεβλημένοις; Ἑλλήνων κρατεῖν ἔργον ἦν, Βοιωτῶν καὶ Φωκέων καὶ Ἀθηναίων, καὶ τὸ Ἀρκάδων ὁπλιτικὸν καὶ τὴν Θετταλὴν ἵππον καὶ τοὺς Ἠλείων ἀκοντιστὰς καὶ τὸ Μαντινέων πελταστικὸν ἢ Θρᾷκας ἢ Ἰλλυριοὺς ἢ καὶ Παίονας χειρώσασθαι, ταῦτα μεγάλα· Μήδων δὲ καὶ Περσῶν καὶ Χαλδαίων, χρυσοφόρων ἀνθρώπων καὶ ἁβρῶν, οὐκ οἶσθα ὡς πρὸ σοῦ μύριοι μετὰ Κλεάρχου ἀνελθόντες ἐκράτησαν οὐδ' ἐς χεῖρας ὑπομεινάντων ἐλθεῖν ἐκείνων, ἀλλὰ πρὶν ἢ τὸ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι φυγόντων;

3. ΑΛΕΞ. Ἀλλ' οἱ Σκύθαι γε, ὦ πάτερ, καὶ οἱ Ἰνδῶν ἐλέφαντες οὐκ εὐκαταφρόνητόν τι ἔργον, καὶ ὅμως οὐ διαστήσας αὐτοὺς οὐδὲ προδοσίαις ὠνούμενος τὰς νίκας ἐκράτουν αὐτῶν· οὐδ' ἐπιώρκησα πώποτε ἢ ὑποσχόμενος ἐψευσάμην ἢ ἄπιστον ἔπραξά τι τοῦ νικᾶν ἕνεκα. Καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ τοὺς μὲν ἀναιμωτὶ παρέλαβον, Θηβαίους δὲ ἴσως ἀκούεις ὅπως μετῆλθον.

ΦΙΛ. Οἶδα ταῦτα πάντα· Κλεῖτος γὰρ ἀπήγγειλέ μοι, ὃν σὺ τῷ δορατίῳ διελάσας μεταξὺ δειπνοῦντα ἐφόνευσας, ὅτι με πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε.

4. Σὺ δὲ καὶ τὴν Μακεδονικὴν χλαμύδα καταβαλὼν κάνδυν, ὥς φασι, μετενέδυς καὶ τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ Μακεδόνων, ὑπ' ἐλευθέρων ἀνδρῶν, ἠξίους, καὶ τὸ πάντων γελοιότατον, ἐμιμοῦ τὰ τῶν νενικημένων. Ἐῶ γὰρ λέγειν ὅσα ἄλλα ἔπραξας, λέουσι συγκατακλείων πεπαιδευμένους ἄνδρας καὶ γάμους τοιούτους γαμῶν καὶ Ἡφαιστίωνα ὑπεραγαπῶν. Ἓν ἐπῄνεσα μόνον ἀκούσας, ὅτι ἀπέσχου τῆς τοῦ Δαρείου γυναικὸς καλῆς οὔσης, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ καὶ τῶν θυγατέρων ἐπεμελήθης· βασιλικὰ γὰρ ταῦτα.

5. ΑΛΕΞ. Τὸ φιλοκίνδυνον δέ, ὦ πάτερ, οὐκ ἐπαινεῖς καὶ τὸ ἐν Ὀξυδράκαις πρῶτον καθαλέσθαι ἐντὸς τοῦ τείχους καὶ τοσαῦτα λαβεῖν τραύματα;

ΦΙΛ. Οὐκ ἐπαινῶ τοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐχ ὅτι μὴ καλὸν οἴομαι εἶναι καὶ τιτρώσκεσθαί ποτε τὸν βασιλέα καὶ προκινδυνεύειν τοῦ στρατοῦ, ἀλλ' ὅτι σοι τὸ τοιοῦτον ἥκιστα συνέφερε· θεὸς γὰρ εἶναι δοκῶν εἴ ποτε τρωθείης, καὶ βλέποιέν σε φοράδην τοῦ πολέμου ἐκκομιζόμενον, αἵματι ῥεόμενον, οἰμώζοντα ἐπὶ τῷ τραύματι, ταῦτα γέλως ἦν τοῖς ὁρῶσιν, ἢ καὶ ὁ Ἄμμων γόης καὶ ψευδόμαντις ἠλέγχετο καὶ οἱ προφῆται κόλακες. Ἢ τίς οὐκ ἂν ἐγέλασεν ὁρῶν τὸν τοῦ Διὸς υἱὸν λειποψυχοῦντα, δεόμενον τῶν ἰατρῶν βοηθεῖν; νῦν μὲν

ALEX. Nec ipse ignorabam, pater, me Philippi Amyntæ nati filium esse : sed probavi et accepi oraculum, conducibile ratus ad res gerendas.

PHIL. Quid ita? conducibile tibi videbatur præbere temet decipiendum a prophetis?

ALEX. Non illud dico : sed barbari stupore perculsi me formidabant, nullusque amplius resistebat, arbitrati cum deo se pugnare : quare facilius eos devici.

2. PHIL. At quos tu devicisti bello vinci dignos viros, qui cum ignavis semper manum conseruisti, qui arcus, peltas minutas, scuta denique viminea præ se projiciunt? Græcos superare labor erat, Bœotos, Phocenses et Athenienses : tum Arcades gravis armaturæ, Thessalum equitatum, Eleorum jaculatores, Mantinensium cetratos milites, aut Thracas, Illyrios, quin etiam Pæonas subjicere, hæc præclara : Medos autem, Persas et Chaldæos, auro nitentes homines ac molles, non meministi ante te a decem illis millibus, qui cum Clearcho in Persidem sunt profecti, esse superatos, quum ne manus quidem gradumque conferre sustinerent, sed antequam telum ad eos perveniret, in fugam se darent?

3. ALEX. Attamen Scythæ, pater, et Indorum elephanti haud sane contemnendum opus; quos quidem, non factione mota divisos, nec emta proditione victoria, superavi tamen : neque pejeravi unquam, promissamve fidem fefelli, aut perfidum aliquid designavi vincendi causa. Græcos porro, hos sine sanguine mihi adjunxi; Thebanos autem forte inaudivisti quibus suppliciis sim persecutus.

PHIL. Novi istæc omnia : Clitus enim renunciavit mihi, quem tu spiculo trajectum inter cœnam trucidasti, quia me ad tuas res gestas comparatum laudare instituerit.

4. Tu præterea Macedonica chlamyde projecta, mutato, ut aiunt, habitu candyn Persicam induisti, et tiaram rectam capiti imposuisti, et adorari a Macedonibus, ab hominibus liberis, volebas, quodque omnium erat maxime ridiculum, æmulabare mores devictorum : nam omitto dicere quæ alia perpetraris, dum in eandem caveam cum leonibus includis eruditos viros, nuptiasque tales celebras, et Hephæstionem ultra modum diligis. Unum laudavi tantummodo relatum, abstinuisse te a Darii uxore formosa, ejusque matris, et natarum curam habuisse : hæc enim regia sunt.

5. ALEX. Ad pericula vero subeunda promtum animum, pater, non laudas, nec quod in Oxydracis primus desiluerim intra murum, totque acceperim vulnera?

PHIL. Non laudo, Alexander; non quod pulchrum esse non putem etiam vulnerari aliquando regem, et pro exercitu pericula suscipere; sed quod tibi tale inceptum minime conducebat : deus enim quum videbare, si quando vulnerareris, viderentque te portatum prælio efferri, cruore manantem, ingemiscentem vulnere, hæc utique ridendi materies erat futura spectantibus : sic et Ammon impostor falsusque vates arguebatur; prophetæ vero adulatores. Aut quis non risisset, si videret Jovis filium animo deficientem, implorantem medicorum operam? Nunc certe, quum jam mortuus

γὰρ ὁπότε ἤδη τέθνηκας, οὐκ οἴει πολλοὺς εἶναι τοὺς τὴν προσποίησιν ἐκείνην ἐπικερτομοῦντας, ὁρῶντας τὸν νεκρὸν τοῦ θεοῦ ἐκτάδην κείμενον, μυδῶντα ἤδη καὶ ἐξῳδηκότα κατὰ νόμον σωμάτων ἁπάντων; Ἄλλως τε καὶ τοῦτο, ὃ χρήσιμον ἔφης, ὦ Ἀλέξανδρε, τὸ διὰ τοῦτο κρατεῖν ῥᾳδίως, πολὺ τῆς δόξης ἀφῄρει τῶν κατορθουμένων· πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς ὑπὸ θεοῦ γίγνεσθαι δοκοῦν.

6. ΑΛΕΞ. Οὐ ταῦτα φρονοῦσιν οἱ ἄνθρωποι περὶ ἐμοῦ, ἀλλ' Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ ἐνάμιλλον τιθέασί με. Καίτοι τὴν Ἄορνον ἐκείνην, οὐδετέρου ἐκείνων λαβόντος, ἐγὼ μόνος ἐχειρωσάμην.

ΦΙΛ. Ὁρᾷς ὅτι ταῦτα ὡς υἱὸς Ἄμμωνος λέγεις, ὃς Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ παραβάλλεις σεαυτόν; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐδὲ τὸν τῦφον ἀπομαθήσῃ καὶ γνώσῃ σεαυτὸν καὶ συνήσῃ ἤδη νεκρὸς ὤν;

es, non tu censes multos esse qui simulationem divinitatis istam acerbioribus jocis proscindant, quum vident cadaver dei porrectum, putrescens jam ac tumidum ex lege corporum omnium? Præterea etiam illa, quam dicebas, Alexander, utilitas, quasi eam ob causam facili victoria potireris, multum tibi detraxit gloriæ rerum egregie gestarum : nihil enim non videbatur minus et infra dignitatem, quod a deo fieri videretur.

6. ALEX. Non ista de me sentiunt homines, sed cum Hercule et Baccho me comparant : quin imo Aornum, illam inaccessam avibus rupem, quum neuter illorum ceperit, ego solus subegi.

PHIL. Viden' ista te tanquam Ammonis filium dicere, qui Herculi et Baccho æquiparas te ipsum? nonne te pudet, Alexander, nec fastum dedisces, teque ipse cognosces, et jam intelliges te mortuum esse?

15.

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΚΑΙ ΑΝΤΙΛΟΧΟΥ.

1. ΑΝΤ. Οἷα πρῴην, Ἀχιλλεῦ, πρὸς τὸν Ὀδυσσέα σοι εἴρηται περὶ τοῦ θανάτου, ὡς ἀγεννῆ καὶ ἀνάξια τοῖν διδασκάλοιν ἀμφοῖν, Χείρωνός τε καὶ Φοίνικος. Ἠκροώμην γάρ, ὁπότε ἔφης βούλεσθαι ἐπάρουρος ὢν θητεύειν παρά τινι τῶν ἀκλήρων, « ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, » μᾶλλον ἢ πάντων ἀνάσσειν τῶν νεκρῶν. Ταῦτα μὲν οὖν ἀγεννῆ τινα Φρύγα δειλὸν καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος φιλόζωον ἴσως ἐχρῆν λέγειν, τὸν Πηλέως δὲ υἱόν, τὸν φιλοκινδυνότατον ἡρώων ἁπάντων, ταπεινὰ οὕτω περὶ αὐτοῦ διανοεῖσθαι πολλὴ αἰσχύνη καὶ ἐναντιότης πρὸς τὰ πεπραγμένα σοι ἐν τῷ βίῳ, ὃς ἐξὸν ἀκλεῶς ἐν τῇ Φθιώτιδι πολυχρόνιον βασιλεύειν, ἑκὼν προείλου τὸν μετὰ τῆς ἀγαθῆς δόξης θάνατον.

2. ΑΧ. Ὦ παῖ Νέστορος, ἀλλὰ τότε μὲν ἄπειρος ἔτι τῶν ἐνταῦθα ὢν καὶ τὸ βέλτιον ἐκείνων ὁπότερον ἦν ἀγνοῶν τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον προετίμων τοῦ βίου, νῦν δὲ συνίημι ἤδη ὡς ἐκείνη μὲν ἀνωφελής, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσι· μετὰ νεκρῶν δὲ ὁμοτιμία, καὶ οὔτε τὸ κάλλος ἐκεῖνο, ὦ Ἀντίλοχε, οὔτε ἡ ἰσχὺς πάρεστιν, ἀλλὰ κείμεθα ἅπαντες ὑπὸ τῷ αὐτῷ ζόφῳ ὅμοιοι καὶ κατ' οὐδὲν ἀλλήλων διαφέροντες, καὶ οὔτε οἱ τῶν Τρώων νεκροὶ δεδίασί με οὔτε οἱ τῶν Ἀχαιῶν θεραπεύουσιν, ἰσηγορία δὲ ἀκριβὴς καὶ νεκρὸς ὅμοιος « ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός. » Ταῦτά με ἀνιᾷ καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ θητεύω ζῶν.

3. ΑΝΤ. Ὅμως τί οὖν ἄν τις πάθοι, ὦ Ἀχιλλεῦ; ταῦτα γὰρ ἔδοξε τῇ φύσει, πάντως ἀποθνήσκειν ἅπαντας, ὥστε χρὴ ἐμμένειν τῷ νόμῳ καὶ μὴ ἀνιᾶσθαι τοῖς διατεταγμένοις. Ἄλλως τε ὁρᾷς τῶν ἑταίρων ὅσοι περὶ σέ ἐσμεν ὧδε· μετὰ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται πάντως. Φέρει δὲ παραμυθίαν καὶ ἡ κοινωνία τοῦ πράγματος καὶ τὸ μὴ μόνον αὐτὸν πεπονθέναι. Ὁρᾷς

15.

ACHILLIS ET ANTILOCHI.

1. ANT. Qualia pridie, Achille, ad Ulyssem a te sunt dicta de morte, quam humilis animi minimeque digna utroque præceptore, Chirone et Phœnice! Auscultabam enim, quando dictitabas malle te in terra vitam degentem mercenariam operam præstare cuipiam inopum, cui victus copia non abundet, quam omnibus imperare mortuis : ista abjectum aliquem ignavumque Phrygem, ultra quam decorum sit vitæ cupidum, forte fas erat proloqui; at Pelei filium, heroum omnium promptissime se periculis offerentem, tam demissa de se cogitare pudendum plane, et multimodis discrepans a rebus in vita gestis; ut qui, quum liceret inglorium in Phthiotide diuturnumque regnum possidere, ultro prætulisti conjunctam cum pulchra laude mortem.

2. ACH. Nestoris fili, tunc equidem inexpertus rerum inferarum, ignarusque utrum ex duobus præstaret, miseram istam gloriolam anteponebam vitæ : nunc vero jam tandem intelligo illam esse infructuosam, etiam si maximo opere a superis canitur, inter mortuos autem æqualia honoris jura : neque forma illa, Antiloche, nec robur adest; sed jacemus omnes sub eadem caligine similes, et nulla parte alter ab altero diversi : neque Trojanorum umbræ pertimescunt me, neque Achivorum observant : verum æqualitas juris exacta; mortuique similes, ignavi fuerint an fortes. Ista me torquent, et graviter fero, quod mercenarius non sim in vita.

3. ANT. Attamen quid facias, Achille? hoc enim ita visum fuit naturæ, ut omnino moriantur omnes. Quamobrem legi obtemperandum est, neque oportet gravari jussa. Atque etiam vides, sodalium quot circa te hic simus; Ulysses quoque jamjam aderit omnino. Affert autem solatium societas rei malæ, et quod eam non ipse solus perpetiaris.

τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Μελέαγρον καὶ ἄλλους θαυμαστοὺς ἄνδρας, οἳ οὐκ ἂν οἶμαι δέξαιντο ἀνελθεῖν, εἴ τις αὐτοὺς ἀναπέμψειε θητεύσοντας ἀκλήροις καὶ ἀβίοις ἀνδράσιν.

4. ΑΧ. Ἑταιρικὴ μὲν ἡ παραίνεσις, ἐμὲ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ἡ μνήμη τῶν παρὰ τὸν βίον ἀνιᾷ, οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν ἕκαστον· εἰ δὲ μὴ ὁμολογεῖτε, ταύτῃ χείρους ἐστὲ καθ' ἡσυχίαν αὐτὸ πάσχοντες.

ΑΝΤ. Οὐκ, ἀλλ' ἀμείνους, ὦ Ἀχιλλεῦ· τὸ γὰρ ἀνωφελὲς τοῦ λέγειν ὁρῶμεν· σιωπᾶν γὰρ καὶ φέρειν καὶ ἀνέχεσθαι δέδοκται ἡμῖν, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλωμεν ὥσπερ καὶ σὺ τοιαῦτα εὐχόμενοι.

Vides Herculem et Meleagrum, aliosque viros admirandos, qui, puto, non cupiant sursum in vitam redire, si quis eos emiserit mercedem merituros apud inopes pauperculosque homines.

4. ACH. Qualis sodalem decet est hæc admonitio : me tamen nescio quomodo memoria rerum per vitam actarum angit; ni fallor, et vestrûm unumquemque : quod si minus fatemini, tanto pejores estis, per quietem id tolerantes.

ANT. Minime, sed meliores, Achille : nullum enim esse proloquendi fructum videmus : silere igitur et ferre ac tolerare casum constitutum est nobis, ne risum insuper debeamus, quemadmodum tu, talia optantes.

16.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

1. ΔΙΟΓ. Οὐχ Ἡρακλῆς οὗτός ἐστιν; οὐ μὲν οὖν ἄλλος, μὰ τὸν Ἡρακλέα· τὸ τόξον, τὸ ῥόπαλον, ἡ λεοντῆ, τὸ μέγεθος, ὅλος Ἡρακλῆς ἐστιν. Εἶτα τέθνηκε Διὸς υἱὸς ὤν; Εἰπέ μοι, ὦ καλλίνικε, νεκρὸς εἶ; ἐγὼ γάρ σοι ἔθυον ὑπὲρ γῆς ὡς θεῷ.

ΗΡ. Καὶ ὀρθῶς ἔθυες· αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ οὐρανῷ τοῖς θεοῖς σύνεστι « καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην, » ἐγὼ δ' εἴδωλόν εἰμι αὐτοῦ.

ΔΙΟΓ. Πῶς λέγεις; εἴδωλον τοῦ θεοῦ; καὶ δυνατὸν ἐξ ἡμισείας μέν τινα θεὸν εἶναι, τεθνάναι δὲ τῷ ἡμίσει;

ΗΡ. Ναί· οὐ γὰρ ἐκεῖνος τέθνηκεν, ἀλλ' ἐγὼ ἡ εἰκὼν αὐτοῦ.

2. ΔΙΟΓ. Μανθάνω· ἀντανδρόν σε τῷ Πλούτωνι παρέδωκεν ἀνθ' ἑαυτοῦ, καὶ σὺ τοίνυν ἀντ' ἐκείνου νεκρὸς εἶ.

ΗΡ. Τοιοῦτό τι.

ΔΙΟΓ. Πῶς οὖν ἀκριβὴς ὁ Αἰακὸς ὢν οὐ διέγνω σε μὴ ὄντα ἐκεῖνον, ἀλλὰ παρεδέξατο ὑποβολιμαῖον Ἡρακλέα παρόντα;

ΗΡ. Ὅτι ἐῴκειν ἀκριβῶς.

ΔΙΟΓ. Ἀληθῆ λέγεις· ἀκριβῶς γάρ, ὥστε αὐτὸς εἶναι. Ὅρα γοῦν μὴ τὸ ἐναντίον ἐστὶ καὶ σὺ μὲν εἶ ὁ Ἡρακλῆς, τὸ δὲ εἴδωλον γεγάμηκε τὴν Ἥβην παρὰ τοῖς θεοῖς.

3. ΗΡ. Θρασὺς εἶ καὶ λάλος, καὶ εἰ μὴ παύσῃ σκώπτων ἐς ἐμέ, εἴσῃ αὐτίκα οἵου θεοῦ εἴδωλόν εἰμι.

ΔΙΟΓ. Τὸ μὲν τόξον γυμνὸν καὶ πρόχειρον· ἐγὼ δὲ τί ἂν ἔτι φοβοίμην σε ἅπαξ τεθνηκώς; Ἀτὰρ εἰπέ μοι πρὸς τοῦ σοῦ Ἡρακλέους, ὁπότε ἐκεῖνος ἔζη, συνῆς αὐτῷ καὶ τότε εἴδωλον ὤν; ἢ εἷς μὲν ἦτε παρὰ τὸν βίον, ἐπεὶ δὲ ἀπεθάνετε, διαιρεθέντες ὁ μὲν ἐς θεοὺς ἀπέπτατο, σὺ δὲ τὸ εἴδωλον, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἐς ᾅδου πάρει;

ΗΡ. Ἐχρῆν μὲν μηδὲ ἀποκρίνασθαι πρὸς ἄνδρα οὕτως ἐρεσχηλοῦντα· ὅμως δ' οὖν καὶ τοῦτο ἄκουσον· ὁπόσον μὲν γὰρ Ἀμφιτρύωνος ἐν τῷ Ἡρακλεῖ ἦν, τοῦτο

16.

DIOGENIS ET HERCULIS.

1. DIOG. Non Hercules est hicce? haud sane alius, me Hercule : arcus, clava, leonina pellis, statura; plane ipse Hercules est. Et diem obiit supremum, Jovis filius qui sit? Quæso te, pulcherrimis victoriis inclyte, mortuusne es? at ego tibi in terris sacra faciebam, tanquam deo.

HERC. Merito quidem : etenim ipse verus Hercules in cœlo cum diis versatur, et habet formosam pedibus Heben : ego autem ejus sum simulacrum.

DIOG. Quomodo ais? simulacrum dei? fierine potest, ut aliquis dimidia parte sit deus, mortuus altero dimidio?

HERC. Plane : non enim ille mortuus est; sed ego ejus effigies.

2. DIOG. Rem teneo : te vicarium Plutoni tradidit pro se; tuque nunc ejus vice mortuus es.

HERC. Sic fere se res habet.

DIOG. Qui ergo factum, ut, quantumvis diligentissimam curam adhibeat, Æacus non animadverterit te non esse istum, et receperit suppositum Herculem huc advenientem?

HERC. Exacte scilicet similis eram.

DIOG. Vera loqueris : exacte quidem, ut ille ipsus esses. Cave ergo ne res contra cadat, tuque sis Hercules, illud autem simulacrum duxerit Heben apud deos.

3. HERC. Audaculus es et loquax : quodsi non destiteris cavillari me, jam senties, qualis dei sim simulacrum.

DIOG. Arcus quidem expromtus et ad manum : sed ego quid te metuam semel mortuus? Verum dic mihi per tuum illum Herculem, quum is vivebat, aderasne ipsi tunc etiam ejus effigies? an potius unus eratis in vita; postquam vero mortem obiistis, segregati, ille ad deos evolavit, tu simulacrum, ut par erat, huc ad inferos advenisti?

HERC. Ne respondere quidem oportebat homini de industria ludos facienti : hoc tamen accipe : quicquid Am

τέθνηκε καί εἰμι ἐγὼ ἐκεῖνο πᾶν, ὃ δὲ ἦν τοῦ Διός, ἐν οὐρανῷ σύνεστι τοῖς θεοῖς.

4. ΔΙΟΓ. Σαφῶς νῦν μανθάνω· δύο γάρ φῃς ἔτεκεν ἡ Ἀλκμήνη κατὰ τὸ αὐτὸ Ἡρακλέας, τὸν μὲν ὑπ' Ἀμφιτρύωνι, τὸν δὲ παρὰ τοῦ Διός, ὥστε ἐλελήθειτε δίδυμοι ὄντες ὁμομήτριοι.

ΗΡ. Οὐχ, ὦ μάταιε· ὁ γὰρ αὐτὸς ἄμφω ἦμεν.

ΔΙΟΓ. Οὐχ ἔστι μαθεῖν τοῦτο ῥᾴδιον, συνθέτους δύο ὄντας Ἡρακλέας, ἐκτὸς εἰ μὴ ὥσπερ ἱπποκένταυρός τις ἦτε ἐς ἓν συμπεφυκότες ἄνθρωπος καὶ θεός.

ΗΡ. Οὐ γὰρ καὶ πάντες οὕτω σοι δοκοῦσι συγκεῖσθαι ἐκ δυοῖν, ψυχῆς καὶ σώματος; ὥστε τί τὸ κωλῦόν ἐστι τὴν μὲν ψυχὴν ἐν οὐρανῷ εἶναι, ἥπερ ἦν ἐκ Διός, τὸ δὲ θνητὸν ἐμὲ παρὰ τοῖς νεκροῖς;

5. ΔΙΟΓ. Ἀλλ', ὦ βέλτιστε Ἀμφιτρυωνιάδη, καλῶς ἂν ταῦτ' ἔλεγες, εἰ σῶμα ἦσθα, νῦν δὲ ἀσώματον εἴδωλον εἶ· ὥστε κινδυνεύεις τριπλοῦν ἤδη ποιῆσαι τὸν Ἡρακλέα.

ΗΡ. Πῶς τριπλοῦν;

ΔΙΟΓ. Ὧδέ πως· εἰ γὰρ ὁ μέν τις ἐν οὐρανῷ, ὁ δὲ παρ' ἡμῖν σὺ τὸ εἴδωλον, τὸ δὲ σῶμα ἐλύθη κόνις ἤδη γενόμενον, τρία ταῦτα δὴ γίγνεται. Καὶ σκόπει, ὅντινα δὴ πατέρα τὸν τρίτον ἐπινοήσεις τῷ σώματι.

ΗΡ. Θρασὺς εἶ καὶ σοφιστής· τίς δὲ καὶ ὢν τυγχάνεις;

ΔΙΟΓ. Διογένους τοῦ Σινωπέως εἴδωλον, αὐτὸς δὲ οὐ μὰ Δία

μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,

ἀλλὰ τοῖς βελτίστοις νεκρῶν ἀνδρῶν συνὼν Ὁμήρου καὶ τῆς τοσαύτης ψυχρολογίας καταγελῶ.

phitryonis in Hercule erat, id mortuum est, et hoc omne sum ego : quod autem Jovis erat, in cœlo inter deos agit.

4. DIOG. Plane nunc intelligo : duos, inquis, peperit Alcmena sub idem tempus Hercules, hunc ex Amphitryone conceptum, illum de Jove : quippe nos latuerat, geminos esse vos eadem matre prognatos.

HERC. Neutiquam, inepte : is ipse ambo eramus.

DIOG. Haudquaquam est ad intelligendum facile, duos esse Hercules eosque in unum conflatos : nisi forte quàsi Hippocentaurus aliquis eratis, in unum coaliti homo et deus.

HERC. Non ergo omnes sic tibi videntur componi ex binis, anima et corpore? quid igitur impedit, quominus anima sit in cœlis, quæ erat ex Jove, ego autem mortalis illa pars apud mortuos?

5. DIOG. Sed, optime Amphitryoniada, per ista commode diceres, si corpus fores : nunc incorporeum es simulacrum; adeo ut periculum sit, ne triplicem jam conficias Herculem.

HERC. Quid ita triplicem?

DIOG. Hunc fere in modum : si unus aliquis in cœlo sit, alter tu scilicet, qui nobiscum versaris, illius simulacrum, tum corpus jam in cineres solutum, tria nimirum ista habentur : atque adeo vide, quem tertium patrem inventurus sis corpori.

HERC. Es homo audax et sophista : quis tandem es?

DIOG. Diogenis Sinopensis umbra : ipse autem non profecto inter deos immortales, sed cum manium præstantissimis versor, Homerum tamque frigidas ejus fabulationes deridens.

17.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΤΑΝΤΑΛΟΥ.

1. ΜΕΝ. Τί κλάεις, ὦ Τάνταλε; ἢ τί σεαυτὸν ὀδύρῃ ἐπὶ τῇ λίμνῃ ἑστώς;

ΤΑΝ. Ὅτι, ὦ Μένιππε, ἀπόλωλα ὑπὸ τοῦ δίψους.

ΜΕΝ. Οὕτως ἀργὸς εἶ, ὡς μὴ ἐπικύψας πιεῖν ἢ καὶ νὴ Δί' ἀρυσάμενος κοίλῃ τῇ χειρί;

ΤΑΝ. Οὐδὲν ὄφελος, εἰ ἐπικύψαιμι· φεύγει γὰρ τὸ ὕδωρ, ἐπειδὰν προσιόντα αἴσθηταί με· ἢν δέ ποτε καὶ ἀρύσωμαι καὶ προσενέγκω τῷ στόματι, οὐ φθάνω βρέξας ἄκρον τὸ χεῖλος, καὶ διὰ τῶν δακτύλων διαρρυὲν οὐκ οἶδ' ὅπως αὖθις ἀπολείπει ξηρὰν τὴν χεῖρά μοι.

ΜΕΝ. Τεράστιόν τι πάσχεις, ὦ Τάνταλε. Ἀτὰρ εἰπέ μοι, τί δαὶ καὶ δέῃ τοῦ πιεῖν; οὐ γὰρ σῶμα ἔχεις, ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἐν Λυδίᾳ που τέθαπται, ὅπερ καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἐδύνατο, σὺ δὲ ἡ ψυχὴ πῶς ἂν ἔτι ἢ διψῴης ἢ πίνοις;

ΤΑΝ. Τοῦτ' αὐτὸ ἡ κόλασίς ἐστι, τὸ διψῆν τὴν ψυχὴν ὡς σῶμα οὖσαν.

2. ΜΕΝ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτως πιστεύσομεν, ἐπεὶ

17.

MENIPPI ET TANTALI.

1. MEN. Quid ploras, Tantale? quidve temet ipse commiseraris ad lacum astans?

TAN. Quia, Menippe, enecor siti.

MEN. Itane piger es, ut ne corpore quidem inclinato bibas, sive magis etiam hauriendo cava manu?

TAN. Nihil juvat, si pronus procumbam : fugit enim aqua, ubi accedentem me senserit : quodsi quandoque hausero, orique admovero, simul ac rigavi extrema labia, statim per digitos dilapsa nescio quomodo iterum destituit siccam manum meam.

MEN. Portentosum quiddam tibi contingit, Tantale. Verum dic mihi, quid tanto opere indiges potu? etenim corpus non habes : quin illud in Lydia alicubi humatum est, cui et esuriendi et sitiendi facultas inerat : tu vero jam anima quo tandem pacto amplius aut sitias aut bibas?

TAN. Ea ipsa re constat supplicium meum, ut siti afficiatur anima mea velut corpus.

2. MEN. Sed id quidem ita esse credemus, quandoqui-

φῆς κολάζεσθαι τῷ δίψει. Τί δ' οὖν σοι τὸ δεινὸν ἔσται; ἢ δέδιας μὴ ἐνδείᾳ τοῦ ποτοῦ ἀποθάνῃς; οὐχ ὁρῶ γὰρ ἄλλον ᾅδην μετὰ τοῦτον ἢ θάνατον ἐντεῦθεν εἰς ἕτερον τόπον.

ΤΑΝ. Ὀρθῶς μὲν λέγεις· καὶ τοῦτο δ' οὖν μέρος τῆς καταδίκης, τὸ ἐπιθυμεῖν πιεῖν μηδὲν δεόμενον.

ΜΕΝ. Ληρεῖς, ὦ Τάνταλε, καὶ ὡς ἀληθῶς ποτοῦ δεῖσθαι δοκεῖς, ἀκράτου γε ἐλλεβόρου νὴ Δία, ὅστις τοὐναντίον τοῖς ὑπὸ τῶν λυττώντων κυνῶν δεδηγμένοις πέπονθας οὐ τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ τὴν δίψαν πεφοβημένος.

ΤΑΝ. Οὐδὲ τὸν ἐλλέβορον, ὦ Μένιππε, ἀναίνομαι πιεῖν, γένοιτό μοι μόνον.

ΜΕΝ. Θάρρει, ὦ Τάνταλε, ὡς οὔτε σὺ οὔτε ἄλλος πίεται τῶν νεκρῶν· ἀδύνατον γάρ· καίτοι οὐ πάντες ὥσπερ σὺ ἐκ καταδίκης διψῶσι τοῦ ὕδατος αὐτοὺς οὐχ ὑπομένοντος.

18.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

1. ΜΕΝ. Ποῦ δὲ οἱ καλοί εἰσιν ἢ αἱ καλαί, Ἑρμῆ; ξενάγησόν με νέηλυν ὄντα.

ΕΡΜ. Οὐ σχολή μοι, ὦ Μένιππε· πλὴν κατ' ἐκεῖνο ἀπόβλεψον, ἐπὶ τὰ δεξιά, ἔνθα ὁ Ὑάκινθός τέ ἐστι καὶ Νάρκισσος καὶ Νιρεὺς καὶ Ἀχιλλεὺς καὶ Τυρὼ καὶ Ἑλένη καὶ Λήδα καὶ ὅλως τὰ ἀρχαῖα πάντα κάλλη.

ΜΕΝ. Ὀστᾶ μόνα ὁρῶ καὶ κρανία τῶν σαρκῶν γυμνά, ὅμοια τὰ πολλά.

ΕΡΜ. Καὶ μὴν ἐκεῖνά ἐστιν ἃ πάντες οἱ ποιηταὶ θαυμάζουσι τὰ ὀστᾶ, ὧν σὺ ἔοικας καταφρονεῖν.

ΜΕΝ. Ὅμως τὴν Ἑλένην μοι δεῖξον· οὐ γὰρ ἂν διαγνοίην ἔγωγε.

ΕΡΜ. Τουτὶ τὸ κρανίον ἡ Ἑλένη ἐστίν.

2. ΜΕΝ. Εἶτα διὰ τοῦτο αἱ χίλιαι νῆες ἐπληρώθησαν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος καὶ τοσοῦτοι ἔπεσον Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι καὶ τοσαῦται πόλεις ἀνάστατοι γεγόνασιν;

ΕΡΜ. Ἀλλ' οὐκ εἶδες, ὦ Μένιππε, ζῶσαν τὴν γυναῖκα· ἔφης γὰρ ἂν καὶ σὺ ἀνεμέσητον εἶναι

τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν·

ἐπεὶ καὶ τὰ ἄνθη ξηρὰ ὄντα εἴ τις βλέποι ἀποβεβληκότα τὴν βαφήν, ἄμορφα δῆλον ὅτι αὐτῷ δόξει, ὅτε μέντοι ἀνθεῖ καὶ ἔχει τὴν χροιάν, κάλλιστά ἐστιν.

ΜΕΝ. Οὐκοῦν τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, θαυμάζω, εἰ μὴ συνίεσαν οἱ Ἀχαιοὶ περὶ πράγματος οὕτως ὀλιγοχρονίου καὶ ῥᾳδίως ἀπανθοῦντος πονοῦντες.

ΕΡΜ. Οὐ σχολή μοι, ὦ Μένιππε, συμφιλοσοφεῖν σοι. Ὥστε σὺ μὲν ἐπιλεξάμενος τόπον, ἔνθα ἂν ἐθέλῃς, κεῖσο καταβαλὼν σεαυτόν, ἐγὼ δὲ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἤδη μετελεύσομαι.

dem ais sitim tibi pœnam esse impositam. Quid tamen hinc tibi molesti accidet? an metuis ne inopia potus moriare? equidem non video alium post huncce orcum, aut mortem, qua functi hinc alterum in locum migremus.

TAN. Recte tu quidem loquere : at illud ipsum est pars pœnæ, ut desiderem bibere nullius potus indigus.

MEN. Ineptis, Tantale, et revera potu indigere videris, mero scilicet, ita me Jupiter amet, helleboro, qui contraria ratione atque illi, quos rabiosi canes momorderint, affectus sis, non aquam, sed sitim abhorrens.

TAN. Ne helleborum quidem, Menippe, renuo bibere : modo hoc mihi contingat.

MEN. Bono esto animo, Tantale : nam nec tu, neque alius quisquam bibet mortuorum : hoc enim fieri nequit. Haud omnes tamen, quemadmodum tu, ex inflicta pœna sitiunt aquam ipsos fugientem.

18.

MENIPPI ET MERCURII.

1. MEN. Ubi autem pulchri sunt et pulchræ, Mercuri? vias ducem te mihi præbe, quippe hospiti et novo advenæ.

MERC. Otium mihi non est, Menippe : attamen illo respice, quasi ad dextram : ibi Hyacinthus est, et Narcissus, et Nireus, et Achilles, et Tyro, et Helena, et Leda; summatim, vetustæ formæ omnes.

MEN. Ego ossa tantum video et crania carnibus nudata, similia pleraque.

MERC. Atqui illa sunt quæ omnes poetæ admirantur ossa, quorum tu contemtum præ te ferre videris.

MEN. Attamen Helenam mihi monstra : etenim ego quidem non dignoverim.

MERC. Istud cranium est Helena.

2. MEN. Propter illud igitur mille navium classis instructa fuit ex tota Græcia, totque ceciderunt Græci et barbari, urbiumque tantus numerus internecione periit?

MERC. At non vidisti, Menippe, mulierem vivam : scilicet ipse diceres non indignum fuisse nec vitio vertendum, talem ob feminam multum tempus ærumnas pati : enimvero flores arefactos si quis intueatur amisso colore, forma nimirum ipsi carere videbuntur; at quando florent, coloremque nativum habent, pulcherrimi sunt.

MEN. Atqui illud, Mercuri, demiror, non intellexisse Achivos de re tam brevis ætatis tamque facile deflorescente se laborare.

MERC. Otium mihi non est, Menippe, philosophari tecum : quare delecto loco, ubicumque velis, jace prostrato corpore : ego vero alios mortuos jam arcessam.

19.

ΑΙΑΚΟΥ, ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΥ, ΜΕΝΕΛΑΟΥ ΚΑΙ ΠΑΡΙΔΟΣ.

1. ΑΙΑΚ. Τί ἄγχεις, ὦ Πρωτεσίλαε, τὴν Ἑλένην προσπεσών;

ΠΡΩΤ. Ὅτι διὰ ταύτην, ὦ Αἰακέ, ἀπέθανον ἡμιτελῆ μὲν τὸν δόμον καταλιπών, χήραν τε τὴν νεόγαμον γυναῖκα.

ΑΙΑΚ. Αἰτιῶ τοίνυν τὸν Μενέλαον, ὅστις ὑμᾶς ὑπὲρ τοιαύτης γυναικὸς ἐπὶ Τροίαν ἤγαγεν.

ΠΡΩΤ. Εὖ λέγεις· ἐκεῖνόν μοι αἰτιατέον.

ΜΕΝ. Οὐκ ἐμέ, ὦ βέλτιστε, ἀλλὰ δικαιότερον τὸν Πάριν, ὅς ἐμοῦ τοῦ ξένου τὴν γυναῖκα παρὰ πάντα τὰ δίκαια ᾤχετο ἁρπάσας· οὗτος γὰρ οὐχ ὑπὸ σοῦ μόνου, ἀλλ' ὑπὸ πάντων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἄξιος ἄγχεσθαι τοσούτοις θανάτου αἴτιος γεγενημένος.

ΠΡΩΤ. Ἄμεινον οὕτω· σὲ τοιγαροῦν, ὦ Δύσπαρι, οὐκ ἀφήσω ποτὲ ἀπὸ τῶν χειρῶν.

ΠΑΡ. Ἄδικα ποιῶν, ὦ Πρωτεσίλαε, καὶ ταῦτα ὁμότεχνον ὄντα σοι· ἐρωτικὸς γὰρ καὶ αὐτός εἰμι καὶ τῷ αὐτῷ θεῷ κατέσχημαι· οἶσθα δὲ ὡς ἀκούσιόν τί ἐστι καί τις ἡμᾶς δαίμων ἄγει ἔνθα ἂν ἐθέλῃ, καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἀντιτάττεσθαι αὐτῷ.

2. ΠΡΩΤ. Εὖ λέγεις. Εἴθε οὖν μοι τὸν Ἔρωτα ἐνταῦθα λαβεῖν δυνατὸν ἦν.

ΑΙΑΚ. Ἐγώ σοι καὶ περὶ τοῦ Ἔρωτος ἀποκρινοῦμαι τὰ δίκαια· φήσει γὰρ αὐτὸς μὲν τοῦ ἐρᾶν τῷ Πάριδι ἴσως γεγενῆσθαι αἴτιος, τοῦ θανάτου δέ σοι οὐδένα ἄλλον, ὦ Πρωτεσίλαε, ἢ σεαυτόν, ὃς ἐκλαθόμενος τῆς νεογάμου γυναικός, ἐπεὶ προσεφέρεσθε τῇ Τρῳάδι, οὕτω φιλοκινδύνως καὶ ἀπονενοημένως προεπήδησας τῶν ἄλλων δόξης ἐρασθείς, δι' ἣν πρῶτος ἐν τῇ ἀποβάσει ἀπέθανες.

ΠΡΩΤ. Οὐκοῦν καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ σοι, ὦ Αἰακέ, ἀποκρινοῦμαι δικαιότερα· οὐ γὰρ ἐγὼ τούτων αἴτιος, ἀλλ' ἡ Μοῖρα καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς οὕτως ἐπικεκλῶσθαι.

ΑΙΑΚ. Ὀρθῶς· τί οὖν τούτους αἰτιᾷ;

19.

ÆACI, PROTESILAI, MENELAI AC PARIDIS.

1. ÆAC. Quid strangulas, o Protesilae, Helenam, impetu in eam facto?

PROT. Quod propter eam, Æace, interii imperfecta domo relicta, et vidua, quæ modo fuerat nupta, uxore.

ÆAC. Incusa igitur Menelaum, qui vos talis mulieris causa adversus Trojam duxit.

PROT. Bene mones : is ergo mihi reus est agendus.

MEN. Non ego, vir optime, sed justius Paris, qui mea hospitis uxore præter omne jus ac fas rapta se proripuit : hic enim non a te solo, verum ab omnibus Græcis ac barbaris dignus est strangulari, ut qui tot hominibus mortis exstiterit causa.

PROT. Ita quidem præstat; atque adeo te, inominate Pari, non dimittam unquam e manibus.

PAR. Injusta feceris, Protesilae, idque in eum, qui artem eandem ac tu colit; nam et ipse sum deditus amori, ab eodemque deo occupatus : scis autem involuntarium esse quiddam, deumque aliquem nos agere quocumque velit, cui non possit resisti.

2. PROT. Vera dicis. Utinam ergo mihi Amorem hic comprehendere detur!

ÆAC. At ego apud te causam Amoris etiam agam : dixerit enim, amandi se Paridi fortasse exstitisse causam; mortis vero tibi neminem alium, Protesilae, quam temet ipsum, qui oblitus novæ nuptæ uxoris, ubi appellebatis ad Troadem, tam audacter et desperate ante alios exsiluisti gloriæ cupiditate ductus, ob quam primus in escensu occubuisti.

PROT. Enimvero meam tibi, Æace, causam egero planius : non enim ego istorum auctor, sed fatum fatalisque staminis ab initio vitam hominum temperantis necessitas.

ÆAC. Recte : quid igitur istos accusas?

20.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΑΙΑΚΟΥ.

1. ΜΕΝ. Πρὸς τοῦ Πλούτωνος, ὦ Αἰακέ, περιήγησαί μοι τὰ ἐν ᾅδου πάντα.

ΑΙΑΚ. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Μένιππε, ἅπαντα· ὅσα μέντοι κεφαλαιώδη, μάνθανε· οὑτοσὶ μὲν ὅτι Κέρβερός ἐστιν οἶσθα, καὶ τὸν πορθμέα τοῦτον, ὅς σε διεπέρασε, καὶ τὴν λίμνην καὶ τὸν Πυριφλεγέθοντα ἤδη ἑόρακας ἰσιών.

ΜΕΝ. Οἶδα ταῦτα καὶ σέ, ὅτι πυλωρεῖς, καὶ τὸν βασιλέα εἶδον καὶ τὰς Ἐρινῦς· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μοι τοὺς πάλαι δεῖξον καὶ μάλιστα τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν.

20.

MENIPPI ET ÆACI.

1. MEN. Per Plutonem, Æace, quæso comes mihi monstra, quæ in Orco sunt, omnia.

ÆAC. Haud pronum est, Menippe, omnia : quæcumque tamen præcipua summatim percurri possunt, disce. Hunc esse Cerberum nosti, portitoremque illum, qui te transvexit; et lacum et Pyriphlegethontem jam vidisti, quando hæc loca intrabas.

MEN. Scio ista, et te custodem esse portæ infernalis : regem porro vidi et Erinnyas. Verum homines mihi veteres illos ostende, atque inprimis eorum insignes.

ΑΙΑΚ. Οὗτος μὲν Ἀγαμέμνων, οὗτος δὲ Ἀχιλλεὺς, οὗτος δὲ Ἰδομενεὺς πλησίον, οὗτος δὲ Ὀδυσσεὺς, εἶτα Αἴας καὶ Διομήδης καὶ οἱ ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων.

2. ΜΕΝ. Βαβαὶ, ὦ Ὅμηρε, οἷά σοι τῶν ῥαψῳδιῶν τὰ κεφάλαια χαμαὶ ἔρριπται ἄγνωστα καὶ ἄμορφα, κόνις πάντα καὶ λῆρος πολὺς, ἀμενηνὰ ὡς ἀληθῶς κάρηνα. Οὗτος δὲ, ὦ Αἰακὲ, τίς ἐστι;

ΑΙΑΚ. Κῦρός ἐστιν· οὗτος δὲ Κροῖσος, ὁ δ' ὑπὲρ αὐτὸν Σαρδανάπαλλος, ὁ δ' ὑπὲρ τούτους Μίδας, ἐκεῖνος δὲ Ξέρξης.

ΜΕΝ. Εἶτα σὲ, ὦ κάθαρμα, ἡ Ἑλλὰς ἔφριττε ζευγνύντα μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διὰ δὲ τῶν ὀρῶν πλεῖν ἐπιθυμοῦντα; Οἷος δὲ καὶ ὁ Κροῖσός ἐστι. Τὸν Σαρδανάπαλλον δὲ, ὦ Αἰακὲ, πατάξαι μοι κατὰ κόρρης ἐπίτρεψον.

ΑΙΑΚ. Μηδαμῶς· διαθρύψεις γὰρ αὐτοῦ τὸ κρανίον γυναικεῖον ὄν.

ΜΕΝ. Οὐκοῦν ἀλλὰ προσπτύσομαί γε πάντως ἀνδρογύνῳ γε ὄντι.

3. ΑΙΑΚ. Βούλει σοι ἐπιδείξω καὶ τοὺς σοφούς;

ΜΕΝ. Νὴ Δία γε.

ΑΙΑΚ. Πρῶτος οὗτός σοι ὁ Πυθαγόρας ἐστί.

ΜΕΝ. Χαῖρε, ὦ Εὔφορβε ἢ Ἄπολλον ἢ ὅ τι ἂν ἐθέλῃς.

ΠΥΘ. Νηδὶ καὶ σύ γε, ὦ Μένιππε.

ΜΕΝ. Οὐκέτι χρυσοῦς ὁ μηρός ἐστί σοι;

ΠΥΘ. Οὐ γάρ· ἀλλὰ φέρε ἴδω εἴ τί σοι ἐδώδιμον ἡ πήρα ἔχει.

ΜΕΝ. Κυάμους, ὦγαθέ· ὥστε οὐ τοῦτό σοι ἐδώδιμον.

ΠΥΘ. Δὸς μόνον· ἄλλα παρὰ νεκροῖς δόγματα· ἔμαθον γὰρ ὡς οὐδὲν ἴσον κύαμοι καὶ κεφαλαὶ τοκήων ἐνθάδε.

4. ΑΙΑΚ. Οὗτος δὲ Σόλων ὁ Ἐξηκεστίδου καὶ Θαλῆς ἐκεῖνος καὶ παρ' αὐτοὺς Πιττακὸς καὶ οἱ ἄλλοι· ἑπτὰ δὲ πάντες εἰσὶν ὡς ὁρᾷς.

ΜΕΝ. Ἄλυποι, ὦ Αἰακὲ, οὗτοι μόνοι καὶ φαιδροὶ τῶν ἄλλων. Ὁ δὲ σποδοῦ πλέως ὥσπερ ἐγκρυφίας ἄρτος, ὁ τὰς φλυκταίνας ἐξηνθηκὼς, τίς ἐστιν;

ΑΙΑΚ. Ἐμπεδοκλῆς, ὦ Μένιππε, ἡμίεφθος ἀπὸ τῆς Αἴτνης παρών.

ΜΕΝ. Ὦ χαλκόπου βέλτιστε, τί παθὼν σαυτὸν ἐς τοὺς κρατῆρας ἐνέβαλες;

ΕΜΠ. Μελαγχολία τις, ὦ Μένιππε.

ΜΕΝ. Οὐ μὰ Δί', ἀλλὰ κενοδοξία καὶ τῦφος καὶ πολλὴ κόρυζα, ταῦτά σε ἀπηνθράκωσεν αὐταῖς κρηπῖσιν οὐκ ἀνάξιον ὄντα· πλὴν ἀλλ' οὐδέν σε τὸ σόφισμα ὤνησεν· ἐφωράθης γὰρ τεθνεώς. Ὁ Σωκράτης δὲ, ὦ Αἰακὲ, ποῦ ποτε ἄρα ἐστίν;

ΑΙΑΚ. Μετὰ Νέστορος καὶ Παλαμήδους ἐκεῖνος ληρεῖ τὰ πολλά.

ΜΕΝ. Ὅμως ἐβουλόμην ἰδεῖν αὐτὸν, εἴ που ἐνθάδε ἐστίν.

ΑΙΑΚ. Ὁρᾷς τὸν φαλακρόν;

ÆAC. Hic Agamemno; ille Achilles; iste propius aliquanto Idomeneus: tum Ulysses, deinde Ajax, et Diomedes, et præstantissimi Græcorum.

2. MEN. Papæ, Homere; qualia tibi eximia carminum tuorum decora humi jacent abjecta, ignota, informia, pulvis cuncta, nugæque magnæ, imbecilla vere capita. Hicce autem, Æace, quis est?

ÆAC. Cyrus est : hic autem Crœsus; atque super eum Sardanapalus; qui super istos, Midas : ille vero Xerxes.

MEN. Te igitur, purgamentum hominis, horrescebat Græcia jungentem Hellespontum, perque montes navigare desiderantem? Qualis autem et Crœsus est! At Sardanapalo, Æace, ut alapam in caput impingam, permitte mihi.

ÆAC. Neutiquam : diffringes enim cranium ipsius molle ac muliebre.

MEN. Enimvero conspuam omnino effeminatum istum.

3. ÆAC. Vin' tibi demonstrem etiam sapientes?

MEN. Ita per Jovem.

ÆAC. Primus hicce tibi Pythagoras est.

MEN. Salve, Euphorbe, aut Apollo, aut quocumque nomine velis appellari.

PYTH. Sane tu quoque, Menippe.

MEN. Non tibi aureum femur amplius est?

PYTH. Non quidem : verum age videam si quid tibi ad edendum paratum pera habet.

MEN. Fabas, optime : quæ quidem edules tibi non sunt.

PYTH. Præbe tantum : alia sunt apud mortuos decreta; etenim didici nihil hic esse simile fabis et capitibus parentum.

4. ÆAC. Hicce autem Solon Execestidæ filius, et Thales ille, juxtaque eos Pittacus, ceterique : septem vero sunt cuncti, uti vides.

MEN. Hi tristitiæ immunes, Æace, soli ceterorum, atque hilares. Iste vero cinere plenus velut subcinericius panis, qui pustulis totus effloruit, quis est?

ÆAC. Empedocles, Menippe, qui semicoctus huc ab Ætna advenit.

MEN. O optime tu, æreis indute calceis, quid caussæ fuit, cur ipse te in Ætnæ crateras immitteres?

EMP. Atra quædam bilis, Menippe.

MEN. Nullo pacto; sed vana gloria, et superbiæ tumor, et multa stultitia : hæc te scilicet exustularunt cum ipsis crepidis, haud indignum : attamen nihil te callidum commentum juvit; patuit enim esse te mortuum. Socrates vero, Æace, ubi tandem est?

ÆAC. Cum Nestore et Palamede ille nugatur plerumque.

MEN. Vellem tamen eum videre, sicubi hic esset.

ÆAC. Viden' istum calvum?

MEN. Ἅπαντες φαλακροί εἰσιν· ὥστε πάντων ἂν εἴη τοῦτο τὸ γνώρισμα.

ΑΙΑΚ. Τὸν σιμὸν λέγω.

MEN. Καὶ τοῦτο ὅμοιον· σιμοὶ γὰρ ἅπαντες.

5. ΣΩΚ. Ἐμὲ ζητεῖς, ὦ Μένιππε;

MEN. Καὶ μάλα, ὦ Σώκρατες.

ΣΩΚ. Τί τὰ ἐν Ἀθήναις;

MEN. Πολλοὶ τῶν νέων φιλοσοφεῖν λέγουσι, καὶ τά γε σχήματα αὐτὰ καὶ τὰ βαδίσματα εἰ θεάσαιτό τις, ἄκροι φιλόσοφοι.

ΣΩΚ. Μάλα πολλοὺς ἑόρακα.

MEN. Ἀλλὰ ἑόρακας, οἶμαι, οἷος ἧκε παρὰ σοὶ Ἀρίστιππος καὶ Πλάτων αὐτὸς, ὁ μὲν ἀποπνέων μύρου, ὁ δὲ τοὺς ἐν Σικελίᾳ τυράννους θεραπεύειν ἐκμαθών.

ΣΩΚ. Περὶ ἐμοῦ δὲ τί φρονοῦσιν;

MEN. Εὐδαίμων, ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ τά γε τοιαῦτα· πάντες γοῦν σε θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγενῆσθαι καὶ πάντα ἐγνωκέναι καὶ ταῦτα — δεῖ γὰρ, οἶμαι, τἀληθῆ λέγειν — οὐδὲν εἰδότα.

ΣΩΚ. Καὶ αὐτὸς ἔφασκον ταῦτα πρὸς αὐτοὺς, οἱ δὲ εἰρωνείαν ᾤοντο τὸ πρᾶγμα εἶναι.

6. MEN. Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι οἱ περὶ σέ;

ΣΩΚ. Χαρμίδης, ὦ Μένιππε, καὶ Φαῖδρος καὶ ὁ τοῦ Κλεινίου.

MEN. Εὖ γε, ὦ Σώκρατες, ὅτι κἀνταῦθα μέτει τὴν σαυτοῦ τέχνην καὶ οὐκ ὀλιγωρεῖς τῶν καλῶν.

ΣΩΚ. Τί γὰρ ἂν ἄλλο ἥδιον πράττοιμι; Ἀλλὰ πλησίον ἡμῶν κατάκεισο, εἰ δοκεῖ.

MEN. Μὰ Δί', ἐπεὶ παρὰ τὸν Κροῖσον καὶ τὸν Σαρδανάπαλλον ἄπειμι πλησίον οἰκήσων αὐτῶν· ἔοικα γοῦν οὐκ ὀλίγα γελάσεσθαι οἰμωζόντων ἀκούων.

ΑΙΑΚ. Κἀγὼ ἤδη ἄπειμι, μή καί τις ἡμᾶς νεκρῶν λάθῃ διαφυγών. Τὰ λοιπὰ δ' ἐσαῦθις ὄψει, ὦ Μένιππε.

MEN. Ἄπιθι· καὶ ταυτὶ γὰρ ἱκανὰ, ὦ Αἰακέ.

MEN. Omnes utique sunt calvi : idque adeo omnium fuerit indicium.

ÆAC. At simum istum dico.

MEN. Hoc etiam perinde simile : cuncti enim simi.

5. SOCR. Mene quæris, Menippe?

MEN. Maxime, Socrates.

SOCR. Quid agitur Athenis?

MEN. Multi juvenum philosophari se prædicant : et habitus quidem atque incessus si spectaverit aliquis, summi philosophi.

SOCR. Valde multos vidi.

MEN. At vidisti, opinor, qualis venerit ad te Aristippus, atque ipse Plato : ille unguentum spirans ; hic colere Siculos tyrannos edoctus.

SOCR. De me vero quid sentiunt?

MEN. Felix, Socrates, es homo ista quidem parte : omnes adeo te admirabilem existimant virum fuisse, et cuncta scivisse, idque (est enim, ut puto, verum dicendum) nihil scientem.

SOCR. Equidem affirmabam hoc ipsum apud eos : illi meram ironiam opinabantur esse factum meum.

6. MEN. Quinam hi circa te sunt?

SOCR. Charmides, Menippe, et Phædrus, Cliniæque filius.

MEN. Bene factum, Socrates, ut qui et hicce colas artem tuam, neque despicias pulchros.

SOCR. Nam quid aliud jucundius agam? Verum prope nos recumbe, si videtur.

MEN. Nequaquam : ad Crœsum enim et Sardanapalum abeo proxime illos habitaturus : videor equidem non parum risurus plorantes eos audiens.

ÆAC. Jamque ego abeo, ne quis mortuorum clam nobis effugiat : reliqua in posterum vises, Menippe.

MEN. Abi modo : hæc enim ipsa sunt satis, Æace.

21.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΚΕΡΒΕΡΟΥ.

1. MEN. Ὦ Κέρβερε — συγγενὴς γάρ εἰμί σοι κύων καὶ αὐτὸς ὤν — εἰπέ μοι πρὸς τῆς Στυγὸς, οἷος ἦν ὁ Σωκράτης, ὁπότε κατῄει παρ' ὑμᾶς· εἰκὸς δέ σε θεὸν ὄντα μὴ ὑλακτεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπίνως φθέγγεσθαι, ὁπότ' ἐθέλοις.

ΚΕΡΒ. Πόρρωθεν μὲν, ὦ Μένιππε, παντάπασιν ἐδόκει ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ προσιέναι καὶ οὐ πάνυ δεδιέναι τὸν θάνατον δοκῶν καὶ τοῦτο ἐμφῆναι τοῖς ἔξω τοῦ στομίου ἑστῶσιν ἐθέλων, ἐπεὶ δὲ κατέκυψεν εἴσω τοῦ χάσματος καὶ εἶδε τὸν ζόφον, κἀγὼ ἔτι διαμέλλοντα αὐτὸν δακὼν τῷ κωνείῳ κατέσπασα τοῦ ποδὸς, ὥσπερ

21.

MENIPPI ET CERBERI.

MEN. Cerbere, nam cognatus sum tibi, quippe canis et ipse, dic mihi per Stygem, qualis fuerit Socrates, quando descendebat ad vos : par est te deum scilicet non latrare solum, sed et humano more loqui, quum velis.

CER. E longinquo, Menippe, omnimodis videbatur constanti et imperterrito vultu accedere, neque omnino reformidare mortem, idque ipsum significare iis, qui extra ostium stabant, velle. Verum postquam se demisit intra hiatum infernæ domus, et vidit caliginem, atque ego cunctantem adhuc cicutæ morsu correptum detraxi pede, sicut

τὰ βρέφη ἐκώκυε καὶ τὰ ἑαυτοῦ παιδία ὠδύρετο καὶ παντοῖος ἐγίγνετο.

2. ΜΕΝ. Οὐκοῦν σοφιστὴς ὁ ἄνθρωπος ἦν καὶ οὐκ ἀληθῶς κατεφρόνει τοῦ πράγματος;

ΚΕΡΒ. Οὐκ, ἀλλ' ἐπείπερ ἀναγκαῖον αὐτὸ ἑώρα, κατεθρασύνετο ὡς δῆθεν οὐκ ἄκων πεισόμενος ὃ πάντως ἔδει παθεῖν, ὡς θαυμάσονται οἱ θεαταί. Καὶ ὅλως περὶ πάντων γε τῶν τοιούτων εἰπεῖν ἂν ἔχοιμι, ἕως τοῦ στομίου τολμηροὶ καὶ ἀνδρεῖοι, τὰ δὲ ἔνδοθεν ἔλεγχος ἀκριβής.

ΜΕΝ. Ἐγὼ δὲ πῶς σοι κατεληλυθέναι ἔδοξα;

ΚΕΡΒ. Μόνος, ὦ Μένιππε, ἀξίως τοῦ γένους, καὶ Διογένης πρὸ σοῦ, ὅτ μὴ ἀναγκαζόμενοι ἐσήειτε μηδ' ὠθούμενοι, ἀλλ' ἐθελούσιοι, γελῶντες, οἰμώζειν παραγγείλαντες ἅπασιν.

infantes ejulabat, suos liberos deflebat, et nihil non moliebatur.

2. MEN. Ergo subdolus erat hic homo sophista, nec revera contemnebat mortem?

CER. Minime : sed ubi necessariam animadvertit, audacter sese offerebat, quasi scilicet non invitus subiturus quod omnino oportebat pati, ut eum admirarentur spectatores. In summa de omnibus quidem ejusmodi dicere possim, Usque ad ostium audaces ac fortes : ubi intus penetratum est, documentum timoris manifestum.

MEN. Ego vero quomodo tibi descendisse visus sum?

CER. Solus, Menippe, ut dignum erat genere, ac Diogenes ante te; quia non coacti intrabatis, neque impulsi, sed voluntarii, ridentes, plorare jubentes cunctos.

22.

ΧΑΡΩΝΟΣ ΚΑΙ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

1. ΧΑΡ. Ἀπόδος, ὦ κατάρατε, τὰ πορθμεῖα.

ΜΕΝ. Βόα, εἰ τοῦτό σοι, ὦ Χάρων, ἥδιον.

ΧΑΡ. Ἀπόδος, φημί, ἀνθ' ὧν σε διεπορθμεύσαμεν.

ΜΕΝ. Οὐκ ἂν λάβοις παρὰ τοῦ μὴ ἔχοντος.

ΧΑΡ. Ἔστι δέ τις ὀβολὸν μὴ ἔχων;

ΜΕΝ. Εἰ μὲν καὶ ἄλλος τις οὐκ οἶδα, ἐγὼ δ' οὐκ ἔχω.

ΧΑΡ. Καὶ μὴν ἄγξω σε νὴ τὸν Πλούτωνα, ὦ μιαρέ, ἢν μὴ ἀποδῷς.

ΜΕΝ. Κἀγὼ τῷ ξύλῳ σου πατάξας διαλύσω τὸ κρανίον.

ΧΑΡ. Μάτην οὖν ἔσῃ πεπλευκὼς τοσοῦτον πλοῦν.

ΜΕΝ. Ὁ Ἑρμῆς ὑπὲρ ἐμοῦ σοι ἀποδότω, ὅς με παρέδωκέ σοι.

2. ΕΡΜ. Νὴ Δί' ὠνάμην γε, εἰ μέλλω καὶ ὑπερεκτίνειν τῶν νεκρῶν.

ΧΑΡ. Οὐκ ἀποστήσομαί σου.

ΜΕΝ. Τούτου γε ἕνεκα καὶ νεωλκήσας τὸ πορθμεῖον παράμενε· πλὴν ἀλλ' ὅ γε μὴ ἔχω, πῶς ἂν λάβοις;

ΧΑΡ. Σὺ δ' οὐκ ᾔδεις ὡς κομίζεσθαι δέον;

ΜΕΝ. Ἤδειν μέν, οὐκ εἶχον δέ. Τί οὖν; ἐχρῆν διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν;

ΧΑΡ. Μόνος οὖν αὐχήσεις προῖκα πεπλευκέναι;

ΜΕΝ. Οὐ προῖκα, ὦ βέλτιστε· καὶ γὰρ ἤντλησα καὶ τῆς κώπης συνεπελαβόμην καὶ οὐκ ἔκλαον μόνος τῶν ἄλλων ἐπιβατῶν.

ΧΑΡ. Οὐδὲν ταῦτα πρὸς πορθμέα· τὸν ὀβολὸν ἀποδοῦναί σε δεῖ· οὐ θέμις ἄλλως γενέσθαι.

3. ΜΕΝ. Οὐκοῦν ἄπαγέ με αὖθις ἐς τὸν βίον.

ΧΑΡ. Χάριεν λέγεις, ἵνα καὶ πληγὰς ἐπὶ τούτῳ παρὰ τοῦ Αἰακοῦ προσλάβω.

ΜΕΝ. Μὴ ἐνόχλει οὖν.

ΧΑΡ. Δεῖξον τί ἐν τῇ πήρᾳ ἔχεις.

22.

CHARONTIS, MENIPPI (ET MERCURII).

1. CHAR. Redde, scelerate, portorium.

MEN. Vociferare, si id tibi allubescit, Charon.

CHAR. Redde, inquam, pro eo quod te transvexi.

MEN. Haud acceperis ab eo qui non habet.

CHAR. Estne aliquis qui obolum non habeat?

MEN. An alius aliquis, haud scio : de me vero, non habeo.

CHAR. Enimvero fauces tibi præcludam, detestande, nisi dederis.

MEN. Ego contra baculo tibi percussum dissolvam cranium.

CHAR. Gratis igitur navigaveris tam longam navigationem.

MEN. Mercurius pro me tibi solvat, qui me tradidit tibi.

2. MERC. Per Jovem, belle mecum agatur, si mortuorum etiam vice solvendum mihi sit.

CHAR. Missum te non faciam.

MEN. Quod ad istam quidem rem attinet, vel subducto navigio assiduus esto flagitator : attamen quod non habeo, qui tandem accipias?

CHAR. Tu nesciebas obolum esse tibi apportandum?

MEN. Sciebam equidem, nec tamen habebam. Quid ergo? proptereane oportebat non mori?

CHAR. Solus igitur gloriabere gratis te navigasse?

MEN. Non gratis, vir optime : etenim antliam duxi, et remo simul incubui, et unus omnium vectorum non plorabam.

CHAR. Nihil ista ad portitorem : obolum persolvere te oportet : neque enim fas est aliter fieri.

3. MEN. Quin ergo me rursus abduc in vitam.

CHAR. Pulchre sane; ut plagas insuper eapropter ab Æaco accipiam.

MEN. Ergo desiste negotium facessere.

CHAR. Ostende quid in pera geras.

ΜΕΝ. Θέρμους, εἰ θέλεις, καὶ τῆς Ἑκάτης τὸ δεῖπνον.

ΧΑΡ. Πόθεν τοῦτον ἡμῖν, ὦ Ἑρμῆ, τὸν κύνα ἤγαγες; οἷα δὲ καὶ ἐλάλει παρὰ τὸν πλοῦν τῶν ἐπιβατῶν ἁπάντων καταγελῶν καὶ ἐπισκώπτων καὶ μόνος ᾄδων οἰμωζόντων ἐκείνων.

ΕΡΜ. Ἀγνοεῖς, ὦ Χάρων, ὅντινα ἄνδρα διεπόρθμευσας; ἐλεύθερον ἀκριβῶς, κοὐδενὸς αὐτῷ μέλει. Οὗτός ἐστιν ὁ Μένιππος.

ΧΑΡ. Καὶ μὴν ἄν σε λάβω ποτέ —

ΜΕΝ. Ἂν λάβῃς, ὦ βέλτιστε· δὶς δὲ οὐκ ἂν λάβοις.

MEN. Lupinos, si lubet, et Hecatæ cœnam.

CHAR. Unde istum nobis, Mercuri, canem adduxisti? et qualia fabulabatur inter navigandum, vectores omnes deridens et jocis incessens, solus cantans illis gementibus.

MERC. Nescis, Charon, qualem virum transvexeris? liberum exacte, quique neminem curet. Hicce est Menippus.

CHAR. At si te unquam prehendero. —

MEN. Si prehenderis, vir optime: bis quidem me non prehendas.

23.

ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΥ, ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗΣ.

1. ΠΡΩΤ. Ὦ δέσποτα καὶ βασιλεῦ καὶ ἡμέτερε Ζεῦ καὶ σὺ Δήμητρος θύγατερ, μὴ ὑπερίδητε δέησιν ἐρωτικήν.

ΠΛΟΥΤ. Σὺ δὲ τίνων δέῃ παρ' ἡμῶν; ἢ τίς ὢν τυγχάνεις;

ΠΡΩΤ. Εἰμὶ μὲν Πρωτεσίλεως ὁ Ἰφίκλου Φυλάκιος συστρατιώτης τῶν Ἀχαιῶν καὶ πρῶτος ἀποθανὼν τῶν ἐπ' Ἰλίῳ. Δέομαι δὲ ἀφεθεὶς πρὸς ὀλίγον ἀναβιῶναι πάλιν.

ΠΛΟΥΤ. Τοῦτον μὲν τὸν ἔρωτα, ὦ Πρωτεσίλαε, πάντες νεκροὶ ἐρῶσι, πλὴν οὐδεὶς ἂν αὐτῶν τύχοι.

ΠΡΩΤ. Ἀλλ' οὐ τοῦ ζῆν, Ἀϊδωνεῦ, ἐρῶ ἔγωγε, τῆς γυναικὸς δέ, ἣν νεόγαμον ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ καταλιπὼν ᾠχόμην ἀποπλέων, εἶτα ὁ κακοδαίμων ἐν τῇ ἀποβάσει ἀπέθανον ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος. Ὁ οὖν ἔρως τῆς γυναικὸς οὐ μετρίως ἀποκναίει με, ὦ δέσποτα, καὶ βούλομαι κἂν πρὸς ὀλίγον ὀφθεὶς αὐτῇ καταβῆναι πάλιν.

2. ΠΛΟΥΤ. Οὐκ ἔπιες, ὦ Πρωτεσίλαε, τὸ Λήθης ὕδωρ;

ΠΡΩΤ. Καὶ μάλα, ὦ δέσποτα· τὸ δὲ πρᾶγμα ὑπέρογκον ἦν.

ΠΛΟΥΤ. Οὐκοῦν περίμεινον· ἀφίξεται γὰρ κἀκείνη ποτὲ καὶ οὐδὲ σὲ ἀνελθεῖν δεήσει.

ΠΡΩΤ. Ἀλλ' οὐ φέρω τὴν διατριβήν, ὦ Πλούτων· ἠράσθης δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη καὶ οἶσθα οἷον τὸ ἐρᾶν ἐστιν.

ΠΛΟΥΤ. Εἶτα τί σε ὀνήσει μίαν ἡμέραν ἀναβιῶναι μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ ὀδυρούμενον;

ΠΡΩΤ. Οἶμαι πείσειν κἀκείνην ἀκολουθεῖν παρ' ὑμᾶς, ὥστε ἀνθ' ἑνὸς δύο νεκροὺς λήψει μετ' ὀλίγον.

ΠΛΟΥΤ. Οὐ θέμις γενέσθαι ταῦτα οὐδὲ γέγονε πώποτε.

3. ΠΡΩΤ. Ἀναμνήσω σε, ὦ Πλούτων· Ὀρφεῖ γὰρ δι' αὐτὴν ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν Εὐρυδίκην παρέδοτε καὶ τὴν ὁμογενῆ μου Ἄλκηστιν παρεπέμψατε Ἡρακλεῖ χαριζόμενοι.

ΠΛΟΥΤ. Θελήσεις δὲ οὕτως κρανίον γυμνὸν ὢν καὶ

23.

PROTESILAI, PLUTONIS ET PROSERPINÆ.

1. PROT. O domine, et rex, nosterque Jupiter, et tu Cereris nata, ne spreveritis petitionem amatoriam.

PLUT. Quid tibi vis a nobis fieri? aut quis tandem homo es?

PROT. Sum Protesilaus Iphicli filius, Phylacius, commilito Achivorum, quique primus eorum, qui ad Ilium venerunt, interii. Oro autem ut accepto in breve tempus commeatu, in vitam redire mihi liceat.

PLUT. Istum amorem, Protesilae, omnes mortui amant: quo tamen eorum nemo potiatur.

PROT. Equidem non vivendi, Pluto, amore teneor, sed uxoris, quam novam nuptam adhuc in thalamo dereliqui, conscensaque navi me proripui: deinde miser, dum in littus exponimur, Hectoris manu cecidi. Exinde amor uxoris non mediocriter me contabefacit, domine: velimque vel paululo tempore conspectus ab ea descendere denuo.

2. PLUT. Non tu bibisti, Protesilae, Lethes aquam?

PROT. Maxime, domine: sed amor meus vim Lethæi liquoris vehementiæ magnitudine vincebat.

PLUT. Quin ergo mane atque exspecta: aderit illa aliquando; neque tu, ut ad superos evadas, necesse habebis.

PROT. At non fero moram, Pluto: amore nimirum et tu ipse jam captus fuisti, et novisti quale sit amare.

PLUT. Et quid te juvabit unum diem reviviscere, quum post paullo sis eadem lamentaturus?

PROT. Puto me persuasurum ipsi, ut comes me sequatur ad inferos: atque adeo pro uno duos mortuos recipies brevi.

PLUT. Ista fieri fas non est; neque facta fuerunt unquam

3. PROT. At faciam, ut reminiscare, Pluto: nam Orpheo eandem istam ob causam Eurydicen tradidistis, et consanguineæ meæ Alcesti commeatum dedistis Herculi gratificati.

PLUT. Tune voles cranium ita nudum et forma destitu-

ἄμορφον τῇ καλῇ σου ἐκείνῃ νύμφῃ φανῆναι; πῶς δὲ κἀκείνη προσήσεταί σε οὐδὲ δυναμένη διαγνῶναι; φοβήσεται γὰρ εὖ οἶδα καὶ φεύξεταί σε καὶ μάτην ἔσῃ τοσαύτην ὁδὸν ἀνεληλυθώς.

ΠΕΡΣ. Οὐκοῦν, ὦ ἄνερ, σὺ καὶ τοῦτο ἴασαι καὶ τὸν Ἑρμῆν κέλευσον, ἐπειδὰν ἐν τῷ φωτὶ ἤδη ὁ Πρωτεσίλεως ᾖ, καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ νεανίαν αὖθις καλὸν ἀπεργάσασθαι αὐτὸν, οἷος ἦν ἐκ τοῦ παστοῦ.

ΠΛΟΥΤ. Ἐπεὶ Φερσεφόνῃ συνδοκεῖ, ἀναγαγὼν τοῦτον αὖθις ποίησον νυμφίον· σὺ δὲ μέμνησο μίαν λαβὼν ἡμέραν.

tum in conspectum formosæ tuæ sponsæ venire? quomodo autem illa admittet te, quem dignoscere nequeat? imo perterrefiet, sat scio, teque fugiet; et frustra tam longam ad superos viam relegeris.

PROS. Quin tu, marite, huic etiam incommodo medere, Mercurioque manda, ut, postquam luci redditus erit Protesilaus, eum potenti virga contactum juvenem rursus efficiat pulchrum, qualis erat ex thalamo nuptiali.

PLUT. Quoniam hoc Proserpinæ quoque placet, duc illum ad superos iterum, Mercuri, et redde sponsum. Tu, Protesilae, memineris, unius diei accepisse te commeatum.

24.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΜΑΥΣΩΛΟΥ.

1. ΔΙΟΓ. Ὦ Κὰρ, ἐπὶ τίνι μέγα φρονεῖς καὶ πάντων ἡμῶν προτιμᾶσθαι ἀξιοῖς;

ΜΑΥΣ. Καὶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ μὲν, ὦ Σινωπεῦ, ὃς ἐβασίλευσα Καρίας μὲν ἁπάσης, ἦρξα δὲ καὶ Λυδῶν ἐνίων καὶ νήσους δέ τινας ὑπηγαγόμην καὶ ἄχρι Μιλήτου ἐπέβην τὰ πολλὰ τῆς Ἰωνίας καταστρεφόμενος· καὶ καλὸς ἦν καὶ μέγας καὶ ἐν πολέμοις καρτερός· τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι ἐν Ἁλικαρνασῷ μνῆμα παμμέγεθες ἔχω ἐπικείμενον, ἡλίκον οὐκ ἄλλος νεκρὸς, ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐς κάλλος ἐξησκημένον, ἵππων καὶ ἀνδρῶν ἐς τὸ ἀκριβέστατον εἰκασμένων λίθου τοῦ καλλίστου, οἷον οὐδὲ νεὼν εὕροι τις ἂν ῥᾳδίως. Οὐ δοκῶ σοι δικαίως ἐπὶ τούτοις μέγα φρονεῖν;

2. ΔΙΟΓ. Ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φῂς καὶ τῷ κάλλει καὶ τῷ βάρει τοῦ τάφου;

ΜΑΥΣ. Νὴ Δί' ἐπὶ τούτοις.

ΔΙΟΓ. Ἀλλ', ὦ καλὲ Μαύσωλε, οὔτε ἡ ἰσχὺς ἐκείνη ἔτι σοι οὔτε ἡ μορφὴ πάρεστιν· εἰ γοῦν τινα ἑλοίμεθα δικαστὴν εὐμορφίας πέρι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, τίνος ἕνεκα τὸ σὸν κρανίον προτιμηθείη ἂν τοῦ ἐμοῦ· φαλακρὰ γὰρ ἄμφω καὶ γυμνὰ, καὶ τοὺς ὀδόντας ὁμοίως προφαίνομεν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφῃρήμεθα καὶ τὰς ῥῖνας ἀποσεσιμώμεθα. Ὁ δὲ τάφος καὶ οἱ πολυτελεῖς ἐκεῖνοι λίθοι Ἁλικαρνασεῦσι μὲν ἴσως εἶεν ἐπιδείκνυσθαι καὶ φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τοὺς ξένους, ὡς δή τι μέγα οἰκοδόμημα αὐτοῖς ἐστι, σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, οὐχ ὁρῶ ὅ τι ἀπολαύεις αὐτοῦ, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο φῄς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀχθοφορεῖς ὑπὸ τηλικούτοις λίθοις πιεζόμενος.

3. ΜΑΥΣ. Ἀνόνητα οὖν μοι ἐκεῖνα πάντα καὶ ἰσότιμος ἔσται Μαύσωλος καὶ Διογένης;

ΔΙΟΓ. Οὐχ ἰσότιμος, ὦ γενναιότατε, οὐ γάρ· Μαύσωλος μὲν γὰρ οἰμώξεται μεμνημένος τῶν ὑπὲρ γῆς, ἐν οἷς εὐδαιμονεῖν ᾤετο, Διογένης δὲ καταγελάσεται αὐτοῦ. Καὶ τάφον ὁ μὲν ἐν Ἁλικαρνασῷ ἐρεῖ ἑαυτοῦ ὑπὸ Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς καὶ ἀδελφῆς κατεσκευασμένον, ὁ Διογένης δὲ τοῦ μὲν σώματος εἰ καί τινα τάφον ἔχει οὐκ οἶδεν· οὐδὲ γὰρ ἔμελεν αὐτῷ τούτου· λόγον

24.

DIOGENIS ET MAUSOLI.

1. DIOG. Tu Car, ob quam rem magnum spiras, omnibusque nobis præferri postulas?

MAUS. Primum ob regnum, Sinopensis, ut qui rex fuerim Cariæ universæ, imperaverim etiam Lydorum nonnullis, insulas quasdam subegerim, et Miletum usque progressus pleraque Ioniæ debellarim. Deinde quia pulcher eram et magnus, belloque strenuus. Tum, quod maximum est, quia Halicarnassi monumentum ingens habeo mihi impositum, quantum mortuus alius nemo; sed neque ita in speciem elegantissimam expolitum, equis virisque exactissime assimilatis ex lapide pulcherrimo, quale ne templum quidem facile quis invenerit. Non tibi videor jure ob ista superbius efferri?

2. DIOG. Ob regnum, inquis, et formam, et pondus sepulcri?

MAUS. Omnino ob ista.

DIOG. Sed, formose Mausole, neque robur illud amplius, nec forma tibi adest. Quare si capiamus judicem de pulchritudine, dicere nequeas, cur tuum cranium anteponendum sit meo: utrumque calvum et nudum: dentes perinde nobis prominent; oculis sumus spoliati, naresque simas gerimus. De sepulcro autem pretiosisque istis lapidibus, Halicarnassensibus forte conducant ad ostentandum et ambitiosius ad peregrinos jactandum, ingens aliquod ædificium esse scilicet penes se: tu autem, vir optime, non video quo tibi monumentum prosit; nisi hoc dixeris, te majus quam nos gestare pondus tantis lapidibus oppressum.

3. MAUS. Infructuosa igitur ista mihi fuerint omnia, et pari honore æquabitur Mausolus ac Diogenes?

DIOG. Non pari, vir præstantissime: haudquaquam. Mausolus etenim lamentabitur, recordatus eorum quæ in terra præsto fuerunt, in quibus felicitatem esse sitam ducebat: Diogenes contra deridebit ipsum. Et ille monumentum quidem suum Halicarnassi memorabit ab Artemisia uxore simul et sorore constructum: Diogenes autem corpusculi sepulcrum aliquod an habeat, est nescius, siquidem

δὲ τοῖς ἀρίστοις περὶ αὐτοῦ καταλέλοιπεν ἀνδρὸς βίον βεβιωκὼς ὑψηλότερον, ὦ Καρῶν ἀνδραποδωδέστατε, τοῦ σοῦ μνήματος καὶ ἐν βεβαιοτέρῳ χωρίῳ κατεσκευασμένον.

nihil eam rem curavit: verum perpetuam sapientissimis viris sui commemorationem reliquit, quippe qui viri vitam vixerit sublimiorem tuo, Carum abjectissimum mancipium, monumento, inque tutiore loco conditam.

25.

ΝΙΡΕΩΣ ΚΑΙ ΘΕΡΣΙΤΟΥ ΚΑΙ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

1. ΝΙΡ. Ἰδοὺ δή, Μένιππος οὑτοσὶ δικάσει πότερος εὐμορφότερός ἐστιν. Εἰπέ, ὦ Μένιππε, οὐ καλλίων σοι δοκῶ;

ΜΕΝ. Τίνες δὲ καὶ ἔστε; πρότερον, οἶμαι, χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι.

ΝΙΡ. Νιρεὺς καὶ Θερσίτης.

ΜΕΝ. Πότερος οὖν ὁ Νιρεὺς καὶ πότερος ὁ Θερσίτης; οὐδέπω γὰρ τοῦτο δῆλον.

ΘΕΡΣ. Ἓν μὲν ἤδη τοῦτ' ἔχω, ὅτι ὅμοιος εἰμί σοι καὶ οὐδὲν τηλικοῦτον διαφέρεις ἡλίκον σε Ὅμηρος ἐκεῖνος ὁ τυφλὸς ἐπῄνεσεν ἁπάντων εὐμορφότερον προσειπών, ἀλλ' ὁ φοξὸς ἐγὼ καὶ ψεδνὸς οὐδὲν χείρων ἐφάνην τῷ δικαστῇ· ὅρα δὲ σύ, ὦ Μένιππε, ὅντινα καὶ εὐμορφότερον ἡγῇ.

ΝΙΡ. Ἐμέ γε τὸν Ἀγλαΐας καὶ Χαρόπου,

ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον.

2. ΜΕΝ. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὑπὸ γῆν, ὡς οἶμαι, κάλλιστος ἦλθες, ἀλλὰ τὰ μὲν ὀστᾶ ὅμοια, τὸ δὲ κρανίον ταύτῃ μόνον ἄρα διακρίνοιτ' ἂν ἀπὸ τοῦ Θερσίτου κρανίου, ὅτι εὔθρυπτον τὸ σόν· ἀλαπαδνὸν γὰρ αὐτὸ καὶ οὐκ ἀνδρῶδες ἔχεις.

ΝΙΡ. Καὶ μὴν ἐροῦ Ὅμηρον, ὁποῖος ἦν, ὁπότε συνεστράτευον τοῖς Ἀχαιοῖς.

ΜΕΝ. Ὀνείρατά μοι λέγεις· ἐγὼ δὲ βλέπω ἃ καὶ νῦν ἔχεις, ἐκεῖνα δὲ οἱ τότε ἴσασιν.

ΝΙΡ. Οὔκουν ἐγὼ ἐνταῦθα εὐμορφότερός εἰμι, ὦ Μένιππε;

ΜΕΝ. Οὔτε σὺ οὔτε ἄλλος εὔμορφος· ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου καὶ ὅμοιοι ἅπαντες.

ΘΕΡΣ. Ἐμοὶ μὲν οὖν καὶ τοῦτο ἱκανόν.

25.

NIREI, THERSITÆ ET MENIPPI.

1. NIR. Ecce enim, Menippus hicce judicabit, uter sit formosior. Dic, Menippe, non pulchrior tibi videor?

MEN. Quinam estis? nam prius, opinor, illud scire commodum est.

NIR. Nireus et Thersites.

MEN. Uter ergo Nireus, uter Thersites? nondum enim hoc manifestum.

THER. Jam unum hoc in rem meam teneo, quod similis sim tibi, et nihil tanto opere præcellas, quantum te Homerus iste cæcus laudavit, omnium formosissimum appellans: sed ille ego, cui caput in acutum desinens, et rari crines, nihilo inferior visus sum judici. Expende vero, Menippe, quemnam formosiorem ducas.

NIR. Me certe filium Aglaiæ et Charopi, »qui pulcherrimus homo sub Ilium veni.

2. MEN. Non quidem sub terram, ut puto, pulcherrimus venisti; sed ossa similia; cranium autem ea re sola nimirum discernatur a Thersitæ cranio, quod fractu facile sit tuum: molle enim illud et minime virile geris.»

NIR. Veruntamen sciscitare Homerum, qualis fuerim, quum inter Achivos militabam.

MEN. Somnia mihi narras: ego quippe conspicor quæ et nunc habes; ista, qui tunc vixere, norunt.

NIR. Non ego hicce sum formosior aliis, Menippe?

MEN. Nec tu, neque alius est formosus: nam æquo jure in Orco versamur, et similes omnes.

THER. Mihi quidem et hoc suffecerit.

26

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΧΕΙΡΩΝΟΣ.

1. ΜΕΝ. Ἤκουσα, ὦ Χείρων, ὡς θεὸς ὢν ἐπιθυμήσειας ἀποθανεῖν.

ΧΕΙΡ. Ἀληθῆ ταῦτα ἤκουσας, ὦ Μένιππε, καὶ τέθνηκα, ὡς ὁρᾷς, ἀθάνατος εἶναι δυνάμενος.

ΜΕΝ. Τίς δαί σε ἔρως τοῦ θανάτου ἔσχεν, ἀνεράστου τοῖς πολλοῖς χρήματος;

ΧΕΙΡ. Ἐρῶ πρὸς σὲ οὐκ ἀσύνετον ὄντα. Οὐκ ἦν ἔτι ἡδὺ ἀπολαύειν τῆς ἀθανασίας.

26.

MENIPPI ET CHIRONIS.

1. MEN. Audivi, Chiron, te, quamvis deus fores, cupivisse mori.

CHIR. Audivisti vera, Menippe: et mortem, ut vides, obii, quum immortalis esse potuissem.

MEN. Quid est cur te cupido mortis tenuerit, rei plerisque non amabilis?

CHIR. Dicam ad te hominem haud insipientem: non erat amplius jucundum frui immortalitate.

ΜΕΝ. Οὐχ ἡδὺ ἦν ζῶντα ὁρᾶν τὸ φῶς;

ΧΕΙΡ. Οὐχ, ὦ Μένιππε· τὸ γὰρ ἡδὺ ἔγωγε ποικίλον τι καὶ οὐχ ἁπλοῦν ἡγοῦμαι εἶναι. Ἐγὼ δ' ἔζων ἀεὶ καὶ ἀπέλαυον τῶν ὁμοίων, ἡλίου, φωτὸς, τροφῆς, αἱ ὧραι δὲ αἱ αὐταὶ καὶ τὰ γιγνόμενα ἅπαντα ἑξῆς ἕκαστον, ὥσπερ ἀκολουθοῦν θάτερον θατέρῳ. Ἐνεπλήσθην γοῦν αὐτῶν· οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μὴ μετασχεῖν ὅλως τὸ τερπνὸν ἦν.

ΜΕΝ. Εὖ λέγεις, ὦ Χείρων. Τὰ ἐν ᾅδου δὲ πῶς φέρεις, ἀφ' οὗ προελόμενος αὐτὰ ἥκεις;

2. ΧΕΙΡ. Οὐκ ἀηδῶς, ὦ Μένιππε· ἡ γὰρ ἰσοτιμία πάνυ δημοτικὴ καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδὲν ἔχει τὸ διάφορον ἐν φωτὶ εἶναι ἢ καὶ ἐν σκότῳ· ἄλλως τε οὔτε διψῆν ὥσπερ ἄνω οὔτε πεινῆν δεῖ, ἀλλ' ἀνεπιδεεῖς τούτων ἁπάντων ἐσμέν.

ΜΕΝ. Ὅρα, ὦ Χείρων, μὴ περιπίπτῃς σεαυτῷ καὶ ἐς τὸ αὐτό σοι ὁ λόγος περιπέσῃ.

ΧΕΙΡ. Πῶς τοῦτο φῄς;

ΜΕΝ. Ὅτι εἰ τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ ὅμοιον ἀεὶ καὶ ταὐτὸν ἐγένετό σοι προσκορὲς, καὶ τἀνταῦθα ὅμοια ὄντα προσκορῆ ὁμοίως ἂν γένοιτο, καὶ δεήσει μεταβολήν σε ζητεῖν τινα καὶ ἐντεῦθεν ἐς ἄλλον βίον, ὅπερ οἶμαι ἀδύνατον.

ΧΕΙΡ. Τί οὖν ἂν πάθοι τις, ὦ Μένιππε;

ΜΕΝ. Ὅπερ, οἶμαι, φασὶ, συνετὸν ὄντα ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι.

MEN. Non jucundum erat vivum videre lucem?

CHIR. Non, Menippe: etenim jucundi naturam ego quidem varium esse quiddam et non simplex duco. Verum ego vivebam semper et fruebar rebus iisdem, sole, luce, alimentis; tum et tempestates anni eædem, et quæ fiebant cuncta per seriem singula velut alterum alteri adhærens sequebantur. Ita exsatiatus sum iis: non enim in eo, quod semper potimur, sed in eo etiam, quod aliquando non potiamur, posita est voluptas.

MEN. Vere, Chiron. At quo animo hanc rerum conditionem quæ est in Orco, fers, ex quo iis prælatis huc advenisti?

2. CHIR. Non illibenter, Menippe: est enim status plane popularis et honorum parilitas; resque ipsa nihil tanto opere differt, in luce verseris, an in tenebris: porro nec sitire, quemadmodum supra, nec esurire necesse est; sed istorum omnium haud indigemus.

MEN. Vide tamen, Chiron, ne tecummet ipse pugnes, et in orbem tibi sermo redeat.

CHAR. Quid ita?

MEN. Nimirum si eorum, quæ in vita sunt, par semper et idem status satietatem tibi peperit, hic etiam, quum sit similis rerum conditio, perinde tibi pariat, oportebitque migrationem quærere aliquam etiam hinc in aliam vitam, quod opinor fieri nequit.

CHIR. Quid ergo faciat aliquis, Menippe?

MEN. Scilicet quod, puto, vulgo dicunt, ut is, qui sit prudens, acceptis fruatur contentusque sit præsentibus, nihilque eorum tale existimet, quod tolerari nequeat.

27.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΚΡΑΤΗΤΟΣ.

1 ΔΙΟΓ. Ἀντίσθενες καὶ Κράτης, σχολὴν ἄγομεν· ὥστε τί οὐκ ἄπιμεν εὐθὺ τῆς καθόδου περιπατήσαντες, ὀψόμενοι τοὺς κατιόντας, οἷοί τέ εἰσι καὶ τί ἕκαστος αὐτῶν ποιεῖ;

ΑΝΤ. Ἀπίωμεν, ὦ Διόγενες· καὶ γὰρ ἂν ἡδὺ τὸ θέαμα γένοιτο, τοὺς μὲν δακρύοντας αὐτῶν ὁρᾶν, τοὺς δὲ καὶ ἱκετεύοντας ἀφεθῆναι, ἐνίους δὲ μόλις κατιόντας καὶ ἐπὶ τράχηλον ὠθοῦντος τοῦ Ἑρμοῦ ὅμως ἀντιβαίνοντας καὶ ὑπτίους ἀντερείδοντας οὐδὲν δέον.

ΚΡΑΤ. Ἔγωγ' οὖν καὶ διηγήσομαι ὑμῖν ἃ εἶδον ὁπότε κατῄειν κατὰ τὴν ὁδόν.

ΔΙΟΓ. Διήγησαι, ὦ Κράτης· ἔοικας γάρ τινα ἑορακέναι παγγέλοια.

2. ΚΡΑΤ. Καὶ ἄλλοι μὲν πολλοὶ συγκατέβαινον ἡμῖν, ἐν αὐτοῖς δὲ ἐπίσημοι Ἰσμηνόδωρός τε ὁ πλούσιος ὁ ἡμέτερος καὶ Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος καὶ Ὀροίτης ὁ Ἀρμένιος. Ὁ μὲν οὖν Ἰσμηνόδωρος — ἐπεφόνευτο γὰρ ὑπὸ τῶν λῃστῶν περὶ τὸν Κιθαιρῶνα ἐς Ἐλευσῖνα οἶμαι βαδίζων — ἔστενέ τε καὶ τὸ τραῦμα ἐν ταῖν χεροῖν εἶχε καὶ τὰ παιδία, ἃ νεογνὰ κατελε-

27.

DIOGENIS, ANTISTHENIS ET CRATETIS.

1. DIOG. Antisthenes et Crates, otium agimus: quare quid vetat, quominus abeamus recta ad descensum Averni ambulantes, visuri eos qui deorsum veniunt, quales tandem sint, et quid eorum unusquisque faciat?

ANT. Eamus eo, Diogenes: etenim spectaculum fuerit jucundum, hos eorum lacrimantes videre, illos supplicantes, ut dimittantur, quosdam ægre descendentes, et quamvis cervicem tundat Mercurius, tamen restitantes, et supino corpore renitentes sine ulla proficiendi spe.

CRAT. Ego enimvero narrabo vobis quæ vidi, quum descenderem, per viam.

DIOG. Narra, quæso, Crates: nam videre quædam perridicula conspexisse.

2. CRAT. Et alii quidem multi una nobiscum descendebant, et in iis insignes Ismenodorus ille dives noster, et Arsaces Mediæ præfectus, et Orœtes Armenius. Ismenodorus ergo (nam trucidatus erat a latronibus juxta Cithæronem, Eleusinem, ut puto, iter faciens) gemebat, vulnusque in manibus habebat; tum infantes parvulos, quos relique-

λοίπει, ἀνεκαλεῖτο καὶ ἑαυτῷ ἐπεμέμφετο τῆς τόλμης, ὃς Κιθαιρῶνα ὑπερβάλλων καὶ τὰ περὶ τὰς Ἐλευθερὰς χωρία πανέρημα ὄντα ὑπὸ τῶν πολέμων διοδεύων δύο μόνους οἰκέτας ἐπηγάγετο, καὶ ταῦτα φιάλας πέντε χρυσᾶς καὶ κυμβία τέτταρα μεθ' ἑαυτοῦ ἔχων.

3. Ὁ δὲ Ἀρσάκης — γηραιὸς γὰρ ἤδη καὶ νὴ Δί' οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν — ἐς τὸ βαρβαρικὸν ἤχθετο καὶ ἠγανάκτει πεζὸς βαδίζων καὶ ἠξίου τὸν ἵππον αὐτῷ προσαχθῆναι· καὶ γὰρ ὁ ἵππος αὐτῷ συνετεθνήκει, μιᾷ πληγῇ ἀμφότεροι διαπαρέντες ὑπὸ Θρᾳκός τινος πελταστοῦ ἐν τῇ ἐπὶ τῷ Ἀράξῃ πρὸς τὸν Καππαδόκην συμπλοκῇ. Ὁ μὲν γὰρ Ἀρσάκης ἐπήλαυνεν, ὡς διηγεῖτο, πολὺ τῶν ἄλλων προϋπεξορμήσας, ὑποστὰς δὲ ὁ Θρᾷξ τῇ πέλτῃ μὲν ὑποδὺς ἀποσείεται τοῦ Ἀρσάκου τὸν κοντόν, ὑποθεὶς δὲ τὴν σάρισαν αὐτόν τε διαπείρει καὶ τὸν ἵππον.

4. ΑΝΤ. Πῶς οἷόν τε, ὦ Κράτης, μιᾷ πληγῇ τοῦτο γενέσθαι;

ΚΡΑΤ. Ῥᾷστ', ὦ Ἀντίσθενες· ὁ μὲν γὰρ ἐπήλαυνεν εἰκοσάπηχύν τινα προβεβλημένος κοντόν, ὁ Θρᾷξ δὲ ἐπειδὴ τῇ πέλτῃ ἀπεκρούσατο τὴν προσβολὴν καὶ παρῆλθεν αὐτὸν ἡ ἀκωκή, ἐς τὸ γόνυ ὀκλάσας δέχεται τῇ σαρίσῃ τὴν ἐπέλασιν καὶ τιτρώσκει τὸν ἵππον ὑπὸ τὸ στέρνον ὑπὸ θυμοῦ καὶ σφοδρότητος διαπείραντα ἑαυτόν· διελαύνεται δὲ καὶ ὁ Ἀρσάκης ἐκ τοῦ βουβῶνος διαμπὰξ ἄχρι ὑπὸ τὴν πυγήν. Ὁρᾷς οἷόν τι ἐγένετο, οὐ τοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ τοῦ ἵππου μᾶλλον τὸ ἔργον. Ἠγανάκτει δ' ὅμως ὁμότιμος ὢν τῶν ἄλλων καὶ ἠξίου ἱππεὺς κατιέναι.

5. Ὁ δέ γε Ὀροίτης καὶ πάνυ ἁπαλὸς ἦν τὼ πόδε καὶ οὐδ' ἑστάναι χαμαί, οὐχ ὅπως βαδίζειν ἐδύνατο· πάσχουσι δ' αὐτὸ ἀτεχνῶς Μῆδοι πάντες, ἐπὰν ἀποβῶσι τῶν ἵππων, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν βαίνοντες ἀκροποδητὶ μόλις βαδίζουσιν. Ὥστε ἐπεὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο καὶ οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἀνίστασθαι ἤθελεν, ὁ βέλτιστος Ἑρμῆς ἀράμενος αὐτὸν ἐκόμισεν ἄχρι πρὸς τὸ πορθμεῖον, ἐγὼ δὲ ἐγέλων.

6. ΑΝΤ. Κἀγὼ δὲ ὁπότε κατῄειν, οὐδ' ἀνέμιξα ἐμαυτὸν τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ἀφεὶς οἰμώζοντας αὐτοὺς προσδραμὼν ἐπὶ τὸ πορθμεῖον προκατέλαβον χώραν, ὡς ἂν ἐπιτηδείως πλεύσαιμι· καὶ παρὰ τὸν πλοῦν οἱ μὲν ἐδάκρυόν τε καὶ ἐναυτίων, ἐγὼ δὲ μάλα ἐτερπόμην ἐπ' αὐτοῖς.

7. ΔΙΟΓ. Σὺ μέν, ὦ Κράτης καὶ Ἀντίσθενες, τοιούτων ἐτύχετε τῶν ξυνοδοιπόρων, ἐμοὶ δὲ Βλεψίας τε ὁ δανειστικὸς ὁ ἐκ Πίσης καὶ Λάμπις ὁ Ἀκαρνὰν ξεναγὸς ὢν καὶ Δᾶμις ὁ πλούσιος ὁ ἐκ Κορίνθου συγκατῄεσαν, ὁ μὲν Δᾶμις ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἐκ φαρμάκων ἀποθανών, ὁ δὲ Λάμπις δι' ἔρωτα Μυρτίου τῆς ἑταίρας ἀποσφάξας ἑαυτόν, ὁ δὲ Βλεψίας λιμῷ ὁ ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι καὶ ἐδήλου δέ γε ὠχρὸς ἐς ὑπερβολὴν καὶ λεπτὸς ἐς τὸ ἀκριβέστατον φαινόμενος. Ἐγὼ δὲ καίπερ εἰδὼς ἀνέκρινον ὃν τρόπον ἀποθάνοιεν. Εἶτα τῷ μὲν Δάμιδι αἰτιωμένῳ τὸν υἱόν, Οὐκ ἄδικα μέντοι ἔπαθες, ἔφην, ὑπ'

rat, voce ciebat, suamque ipsius incusabat audaciam, qui, ubi Cithæron erat superandus Eleutherisque loca proxima bellis prorsus evastata transeunda, binos tantum servos secum duxerit; idque quum phialas quinque aureas et cymbas quattuor secum haberet.

3. Arsaces autem, jam ætate provecta, et sane non illiberali facie, barbaricum in morem indignabatur, ægreque ferabat se pedibus ire, ac postulabat equum sibi adduci: simul enim cum eo equus obierat, dum uno ictu uterque caderent perfossi a Thrace quodam peltasta in congressu cum Cappadoce ad fluxium Araxen. Etenim Arsaces in hostem ferebatur, ut narrabat, longe ante alios provectus: Thrax autem impetum excipiens pelta, submisso corpore, amolitur Arsacæ contum: tum ipse e vestigio objecta sarissa eum simul et equum transfigit.

4. ANT. Qui potest, Crates, uno ictu hoc confici?

CRAT. Facillime, Antisthenes; hic enim irruebat, viginti cubitorum conto projecto; Thrax vero, postquam pelta demovit ictum, sic ut cuspis eum præteriret, tum genu nixus excipit sarissa prælata impetum, et vulnerat equum sub pectus, qui præ ardore cursusque vehementia semet ipse in telum induebat: eadem Arsaces opera transfoditur per inguen penitus usque sub ipsas nates. Vides quid quoque modo acciderit, non viri, sed equi potius facinus. Attamen moleste ferebat pari se cum aliis esse loco, volebatque eques descendere.

5. Orœtes autem, pedibus debilis admodum, ne stare quidem humi, nedum ingredi poterat: accidit autem hoc ipsum plane Medis omnibus, quum descenderint ab equis; ut qui per spinas incedunt suspensis pedibus, vix progrediuntur. Quare quum prostratus jaceret nullaque machina surgere vellet, optimus Mercurius in humeros sublatum portavit usque ad Charontis cymbam: ego vero ridebam.

6. ANT. At ego, quum descenderem, ne immiscui quidem me ceteris, sed relictis plorantibus illis, ubi accucurreram ad cymbam, ante alios occupavi locum, quo commode navigarem: in trajectu vero hi quidem lacrimabantur et nauseabant, ego contra valde oblectabar iis.

7. DIOG. Tu Crates, tuque Antisthenes istiusmodi nacti fuistis itineris socios: mecum Blepsias danista Pisæus, Lampis Acarnan mercenarii militis præfectus, et Damis ille dives Corintho una descenderunt: Damis scilicet per filium veneno sublatus; Lampis ob amorem Myrtii meretricis vi sibi illata: Blepsias autem fame miser dicebatur extabuisse; idque satis indicabat, ut qui pallidus mirum in modum, atque attenuatus exactissime conspiceretur: ego vero, quamvis scirem, exquirebam quo pacto obiissent. Tum Damidi accusanti filium, Atqui non injusta passus es, inquam, ab

8.

αὐτοῦ, εἰ τάλαντα ἔχων ὁμοῦ χίλια καὶ τρυφῶν αὐτὸς ἐνενηκοντούτης ὢν ὀκτωκαιδεκαέτει νεανίσκῳ τέτταρας ὀβολοὺς παρεῖχες. Σὺ δέ, ὦ Ἀκαρνὰν — ἔστενε γὰρ κἀκεῖνος καὶ κατηρᾶτο τῇ Μυρτίῳ — τί αἰτιᾷ τὸν Ἔρωτα, σεαυτὸν δέον, ὃς τοὺς μὲν πολεμίους οὐδεπώποτε ἔτρεσας, ἀλλὰ φιλοκινδύνως ἠγωνίζου πρὸ τῶν ἄλλων, ὑπὸ δὲ τοῦ τυχόντος παιδισκαρίου καὶ δακρύων ἐπιπλάστων καὶ στεναγμῶν ἑάλως ὁ γενναῖος. Ὁ μὲν γὰρ Βλεψίας αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγόρει φθάσας πολλὴν τὴν ἄνοιαν, ὡς τὰ χρήματα ἐφύλαττε τοῖς οὐδὲν προσήκουσι κληρονόμοις, ἐς ἀεὶ βιώσεσθαι ὁ μάταιος νομίζων. Πλὴν ἔμοιγε οὐ τὴν τυχοῦσαν τερπωλὴν παρέσχον τότε στένοντες.

8. Ἀλλ' ἤδη μὲν ἐπὶ τῷ στομίῳ ἐσμέν, ἀποβλέπειν δὲ χρὴ καὶ ἀποσκοπεῖν πόρρωθεν τοὺς ἀφικνουμένους. Βαβαί, πολλοί γε καὶ ποικίλοι καὶ πάντες δακρύοντες πλὴν τῶν νεογνῶν τούτων καὶ νηπίων. Ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ γεγηρακότες ὀδύρονται. Τί τοῦτο; ἆρα τὸ φίλτρον αὐτοὺς ἔχει τοῦ βίου;

9. Τοῦτον τὸν ὑπέργηρων ἐρέσθαι βούλομαι. Τί δακρύεις τηλικοῦτος ἀποθανών; τί ἀγανακτεῖς, ὦ βέλτιστε, καὶ ταῦτα γέρων ἀφιγμένος; ἦ που βασιλεύς τις ἦσθα;

ΠΤΩΧΟΣ. Οὐδαμῶς.

ΔΙΟΓ. Ἀλλὰ σατράπης;

ΠΤΩ. Οὐδὲ τοῦτο.

ΔΙΟΓ. Ἆρα οὖν ἐπλούτεις, εἶτα ἀνιᾷ σε τὸ πολλὴν τρυφὴν ἀπολιπόντα τεθνάναι;

ΠΤΩ. Οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλ' ἔτη μὲν ἐγεγόνειν ἀμφὶ τὰ ἐνενήκοντα, βίον δὲ ἄπορον ἀπὸ καλάμου καὶ ὁρμιᾶς εἶχον ἐς ὑπερβολὴν πτωχὸς ὢν ἄτεκνός τε καὶ προσέτι χωλὸς καὶ ἀμυδρὸν βλέπων.

ΔΙΟΓ. Εἶτα τοιοῦτος ὢν ζῆν ἤθελες;

ΠΤΩ. Ναί· ἡδὺ γὰρ ἦν τὸ φῶς καὶ τὸ τεθνάναι δεινὸν καὶ φευκτέον.

ΔΙΟΓ. Παραπαίεις, ὦ γέρον, καὶ μειρακιεύῃ πρὸς τὸ χρεών, καὶ ταῦτα ἡλικιώτης ὢν τοῦ πορθμέως. Τί οὖν ἄν τις ἔτι λέγοι περὶ τῶν νέων, ὁπότε οἱ τηλικοῦτοι φιλόζωοί εἰσιν; οὓς ἐχρῆν διώκειν τὸν θάνατον ὡς τῶν ἐν τῷ γήρᾳ κακῶν φάρμακον. Ἀλλ' ἀπίωμεν ἤδη, μὴ καί τις ἡμᾶς ὑπίδηται ὡς ἀπόδρασιν βουλεύοντας, ὁρῶν περὶ τὸ στόμιον εἱλουμένους.

eo tu, qui talenta quum possideres admodum mille, inque luxu ipse viveres nonaginta natus annos, octodecim annorum juveni quatuor obolos præbebas. Tu vero, Acarnan (gemebat enim et iste, dirisque Myrtium prosequebatur), quid insimulas Amorem, non temet ipsum? qui hostes nunquam exhorruisti, sed periculi securus prælium inibas ante alios, at a vulgari meretricula, lacrimisque fictis et suspiriis captus es vir tam fortis. Nam quod ad Blepsiam attinet, se ipsum accusabat primus multæ dementiæ, quod opes custodierit nulla sibi necessitudine junctis hæredibus, in sempiternum se victurum ineptissimus ille putans. Mihi enimvero non vulgarem delectationem præbuerunt tunc gementes.

8. Sed jam ad Orci ostium sumus : contueri oportet et prospectare ex longinquo venientes. Papæ : multi sane diversique, et omnes lacrimarum pleni præter istos recens natos et infantes : quin et valde senes lamentantur. Quid hoc? num quis incantatis veneficiis inductus eos tenet vitæ amor?

9. Illum equidem ætatis provectissimæ hominem interrogare volo. Quid lacrimare id ætatis mortuus? quid indignaris, optime, idque senex quum huc adveneris? an forte rex eras?

MENDICUS. Haudquaquam.

DIOG. At certe satrapa?

MEND. Neque istud.

DIOG. Num ergo divitiis affluebas? idque adeo dolorem tibi creat, quod multo luxu relicto mortem obieris?

MEND. Nihil tale; sed annos quidem attigi propemodum nonaginta, vitam vero inopem calamo piscatorio ac linea sustentabam insigniter egenus, prole carens, præterea claudus, hebetique visu.

DIOG. Tum tu talis vivere sustinuisti?

MEND. Sanequam : jucunda quippe erat lux ; mori contra grave ac fugiendum.

DIOG. Deliras, senex, et juveniliter atque inepte fato adversaris, quum tamen annis ipsum portitorem æques. Quid jam dicat aliquis de juvenibus, ubi id ætatis homines vitam amplexantur? quos oportebat consectari mortem, tanquam senilium malorum remedium. Verum abeamus, jam ne quis nos suspectos habeat fugæ cogitatæ, dum videt circa hoc ostium obversantes.

28.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΤΕΙΡΕΣΙΟΥ.

1. ΜΕΝ. Ὦ Τειρεσία, εἰ μὲν καὶ τυφλὸς εἶ οὐκέτι διαγνῶναι ῥᾴδιον· ἅπασι γὰρ ἡμῖν ὁμοίως τὰ ὄμματα κενά, μόνον δὲ αἱ χῶραι αὐτῶν· τὰ δ' ἄλλα οὐκέτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις, τίς ὁ Φινεὺς ἦν ἢ τίς ὁ Λυγκεύς. Ὅτι μέντοι μάντις ἦσθα καὶ ὅτι ἀμφότερα ἐγένου μόνος καὶ ἀνὴρ καὶ γυνή, τῶν ποιητῶν ἀκούσας οἶδα. Πρὸς

28.

MENIPPI ET TIRESIÆ.

1. MEN. Tiresia, cæcusne sis, non amplius dignoscere facile : cunctis enim nobis perinde oculi sunt vacui; solum restant oculorum cava loca : ceterum dicere nequeas, quis Phineus fuerit, quis Lynceus. Jam vatem fuisse et utrumque te solum, marem ac feminam, ex poetis audivisse memini.

τῶν θεῶν τοιγαροῦν εἰπέ μοι, ὁποτέρου ἐπειράθης ἡδίονος τῶν βίων, ὁπότε ἀνὴρ ἦσθα, ἢ ὁ γυναικεῖος ἀμείνων ἦν;

ΤΕΙΡ. Παρὰ πολύ, ὦ Μένιππε, ὁ γυναικεῖος· ἀπραγμονέστερος γάρ. Καὶ δεσπόζουσι τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες, καὶ οὔτε πολεμεῖν ἀνάγκη αὐταῖς οὔτε παρ' ἔπαλξιν ἑστάναι οὔτ' ἐν ἐκκλησίᾳ διαφέρεσθαι οὔτ' ἐν δικαστηρίοις ἐξετάζεσθαι.

2. ΜΕΝ. Οὐ γὰρ ἀκήκοας, ὦ Τειρεσία, τῆς Εὐριπίδου Μηδείας, οἷα εἶπεν οἰκτείρουσα τὸ γυναικεῖον, ὡς ἀθλίας οὔσας καὶ ἀφόρητόν τινα τὸν ἐκ τῶν ὠδίνων πόνον ὑφισταμένας; Ἀτὰρ εἰπέ μοι — ὑπέμνησε γάρ με τὰ τῆς Μηδείας ἰαμβεῖα — καὶ ἔτεκές ποτε, ὁπότε γυνὴ ἦσθα, ἢ στεῖρα καὶ ἄγονος διετέλεσας ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ;

ΤΕΙΡ. Τί τοῦτο, Μένιππε, ἐρωτᾷς;

ΜΕΝ. Οὐδὲν χαλεπόν, ὦ Τειρεσία· πλὴν ἀπόκριναι, εἴ σοι ῥᾴδιον.

ΤΕΙΡ. Οὐ στεῖρα μὲν ἤμην, οὐκ ἔτεκον δ' ὅλως.

ΜΕΝ. Ἱκανὸν τοῦτο· εἰ γὰρ καὶ μήτραν εἶχες, ἐβουλόμην εἰδέναι.

ΤΕΙΡ. Εἶχον δηλαδή.

ΜΕΝ. Χρόνῳ δέ σοι ἡ μήτρα ἠφανίσθη καὶ τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον ἀπεφράγη καὶ οἱ μαστοὶ ἀπεσπάσθησαν καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἀνέφυ καὶ πώγωνα ἐξήνεγκας, ἢ αὐτίκα ἐκ γυναικὸς ἀνὴρ ἀνεφάνης;

ΤΕΙΡ. Οὐχ ὁρῶ τί σοι βούλεται τὸ ἐρώτημα· δοκεῖς δ' οὖν μοι ἀπιστεῖν, εἰ τοῦθ' οὕτως ἐγένετο.

ΜΕΝ. Οὐ χρὴ γὰρ ἀπιστεῖν, ὦ Τειρεσία, τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ καθάπερ τινὰ βλᾶκα μὴ ἐξετάζοντα εἴτε δυνατά ἐστιν εἴτε καὶ μὴ παραδέχεσθαι;

3. ΤΕΙΡ. Σὺ οὖν οὐδὲ τἆλλα πιστεύεις οὕτω γενέσθαι, ὁπόταν ἀκούσῃς ὅτι ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγένοντό τινες ἢ δένδρα ἢ θηρία, τὴν Ἀηδόνα ἢ τὴν Δάφνην ἢ τὴν τοῦ Λυκάονος θυγατέρα;

ΜΕΝ. Ἤν που κἀκείναις ἐντύχω, εἴσομαι ὅ τι καὶ λέγουσι. Σὺ δέ, ὦ βέλτιστε, ὁπότε γυνὴ ἦσθα, καὶ ἐμαντεύου τότε ὥσπερ καὶ ὕστερον, ἢ ἅμα ἀνὴρ καὶ μάντις ἔμαθες εἶναι;

ΤΕΙΡ. Ὁρᾷς; ἀγνοεῖς τὰ περὶ ἐμοῦ ἅπαντα, ὡς καὶ διέλυσά τινα ἔριν τῶν θεῶν, καὶ ἡ μὲν Ἥρα ἐπήρωσέ με, ὁ δὲ Ζεὺς παρεμυθήσατο τῇ μαντικῇ τὴν συμφοράν.

ΜΕΝ. Ἔτι ἔχῃ, ὦ Τειρεσία, τῶν ψευσμάτων; ἀλλὰ κατὰ τοὺς μάντεις τοῦτο ποιεῖς· ἔθος γὰρ ὑμῖν μηδὲν ὑγιὲς λέγειν.

Per Deos itaque te obtestor, expone mihi, utrum expertus fueris suavius vitæ genus, quum mas fores, an melius erat femineum?

TIR. Potior erat magno intervallo, Menippe, vita feminei sexus; quippe magis negotiorum expers: tum dominantur in viros mulieres, neque eas bello vacare necesse est, neque ad murorum pinnas stantes excubare, neque in concionibus altercari, neque in judiciis tentari.

2. MEN. Non tu audivisti, Tiresia, Euripidæ Medeam, qualia dixerit deplorans muliebre secus tanquam miseras, atque intolerandum quendam ex puerperiis dolorem sustinentes? Verum dic mihi (nam admonuerunt me isti Medeæ iambi), peperistine aliquando, quum mulier eras, an sterilis et partus expers degisti in illo vitæ statu?

TIR. Quid illud, Menippe, rogitas?

MEN. Nihil explicatu difficile, Tiresia: quin responde, si tibi promtum.

TIR. Haud sterilis eram, neque tamen plane peperi.

MEN. Satis: nimirum an etiam matricem habuisses, volebam scire.

TIR. Habebam scilicet.

MEN. Temporis autem tractu tibi matrix evanuit, pars muliebris obstructa est, mammæ detractæ sunt et virile membrum succrevit, barbamque protulisti; an subito ex femina masculus evasisti?

TIR. Non video quid tibi velit quæsitum illud: nisi quod videre mihi non credere hæc ita fuisse facta.

MEN. Non enim, Tiresia, decet diffidere talibus, sed velut insulsum, re non explorata fierine possint nec-ne, probare?

3. TIR. Tu ergo nec cetera credis ita fuisse facta, quando audis aves ex mulieribus exstitisse, aut arbores, aut feras; sicuti Aedona, Daphnen, aut Lycaonis filiam.

MEN. Illis si quando forte obviam venero, cognoscam quid dicant. Tu autem, vir optime, quum mulier eras, tunc etiam vaticinabare, quemadmodum postea, an simul vir et vates esse didicisti?

TIR. Ecce enim ignoras quæ ad me spectant omnia; me scilicet litem deorum quandam diremisse, tum ut Juno me visu privaverit, Jupiter autem mitigaverit arte vaticinandi donata calamitatem illam.

MEN. Adhuc tu, Tiresia, affixus hæres mendaciis? Verum hoc quidem solemni vatum more facis: soletis enim vates nihil sani et veri proloqui.

29.

ΑΙΑΝΤΟΣ ΚΑΙ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ.

1. ΑΓΑΜ. Εἰ σὺ μανείς, ὦ Αἶαν, σαυτὸν ἐφόνευσας, ἐμέλλησας δὲ καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, τί αἰτιᾷ τὸν

29.

AJACIS ET AGAMEMNONIS.

1. AGAM. Si tu furore actus, Ajax, temet ipse interemisti, nosque omnes destinaras, quid incusas Ulixen? et nuper ne

Ὀδυσσέα καὶ πρῴην οὔτε προσέβλεψας αὐτὸν, ὁπότε ἧκε μαντευσόμενος, οὔτε προσειπεῖν ἠξίωσας ἄνδρα συστρατιώτην καὶ ἑταῖρον, ἀλλ' ὑπεροπτικῶς μεγάλα βαίνων παρῆλθες;

ΑΙΑΣ. Εἰκότως, ὦ Ἀγάμεμνον· αὐτὸς γάρ μοι τῆς μανίας αἴτιος κατέστη μόνος ἀντεξετασθεὶς ἐπὶ τοῖς ὅπλοις.

ΑΓΑΜ. Ἠξίωσας δὲ ἀνανταγώνιστος εἶναι καὶ ἀκονιτὶ κρατεῖν ἁπάντων;

ΑΙΑΣ. Ναὶ, τά γε τοιαῦτα· οἰκεία γάρ μοι ἦν ἡ πανοπλία τοῦ ἀνεψιοῦ γε οὖσα. Καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι πολὺ ἀμείνους ὄντες ἀπείπασθε τὸν ἀγῶνα καὶ παρεχωρήσατέ μοι, ὁ δὲ Λαέρτου, ὃν ἐγὼ πολλάκις ἔσωσα κινδυνεύοντα κατακεκόφθαι ὑπὸ τῶν Φρυγῶν, ἀμείνων ἠξίου εἶναι καὶ ἐπιτηδειότερος ἔχειν τὰ ὅπλα.

2. ΑΓΑΜ. Αἰτιῶ τοιγαροῦν, ὦ γενναῖε, τὴν Θέτιν, ἣ δέον σοὶ τὴν κληρονομίαν παραδοῦναι τῶν ὅπλων συγγενεῖ γε ὄντι, φέρουσα ἐς τὸ κοινὸν κατέθετο αὐτά.

ΑΙΑΣ. Οὐκ, ἀλλὰ τὸν Ὀδυσσέα, ὃς ἀντεποιήθη μόνος.

ΑΓΑΜ. Συγγνώμη, ὦ Αἶαν, εἰ ἄνθρωπος ὢν ὠρέχθη δόξης ἡδίστου πράγματος, ὑπὲρ οὗ καὶ ἡμῶν ἕκαστος κινδύνους ὑπέμενεν, ἐπεὶ καὶ ἐκράτησέ σου καὶ ταῦτα ἐπὶ Τρωσὶ δικασταῖς.

ΑΙΑΣ. Οἶδα ἐγὼ, ἥτις μου κατεδίκασεν· ἀλλ' οὐ θέμις λέγειν τι περὶ τῶν θεῶν. Τὸν δ' οὖν Ὀδυσσέα μὴ οὐχὶ μισεῖν οὐκ ἂν δυναίμην, ὦ Ἀγάμεμνον, οὐδ' εἰ αὐτή μοι ἡ Ἀθηνᾶ τοῦτ' ἐπιτάττοι.

aspexisti quidem eum, quando Tiresiam interrogatum veniebat, neque alloqui dignum habuisti virum commilitonem et sodalem, sed superbe grandi passu incedens præteriisti?

AJAX. Et merito, Agamemno : is enim mihi furoris causa fuit, solus mecum qui se composuerit in armorum judicio.

AGAM Volebasne adversarium habere nullum, et sine pulvere ac certamine vincere omnes?

AJAX. Sane, hac quidem in parte: nam generis jure ad me pertinebat tota hæc armatura, quippe patruelis. Et vos ceteri multo præstantiores detrectastis certamen, et mihi cessistis : verum Laertæ filius, quem ego sæpe servavi in periculo versantem, ne concideretur a Phrygibus, meliorem se ferebat et magis idoneum qui possideret arma.

2. AGAM. Accusa itaque, vir fortissime, Thetin, quæ, quum oporteret hæreditatem armorum tibi tradere, quippe cognato, in medium allata proposuit.

AJAX. Minime; sed Ulixen, qui contra me solus illa sibi vindicavit.

AGAM. Venia dignum, o Ajax, si homo cupiditate tactus fuerit gloriæ, gratissimæ rei, cujus causa quisque nostrûm pericula subire non refugit : quin vero superavit te, idque Trojanis judicibus.

AJAX. Equidem scio, quænam me condemnaverit : sed fas non est dicere quicquam de diis. Ulixen enimvero ut non oderim impetrare a me nequeo, Agamemno, etsi hoc vel ipsa Minerva mihi præcipiat.

30.

ΜΙΝΩΟΣ ΚΑΙ ΣΩΣΤΡΑΤΟΥ.

1. ΜΙΝ. Ὁ μὲν λῃστὴς οὑτοσὶ Σώστρατος ἐς τὸν Πυριφλεγέθοντα ἐμβεβλήσθω, ὁ δὲ ἱερόσυλος ὑπὸ τῆς Χιμαίρας διασπασθήτω, ὁ δὲ τύραννος, ὦ Ἑρμῆ, παρὰ τὸν Τιτυὸν ἀποταθεὶς ὑπὸ τῶν γυπῶν καὶ αὐτὸς κειρέσθω τὸ ἧπαρ, ὑμεῖς δὲ οἱ ἀγαθοὶ ἄπιτε κατὰ τάχος ἐς τὸ Ἠλύσιον πεδίον καὶ τὰς μακάρων νήσους κατοικεῖτε, ἀνθ' ὧν δίκαια ἐποιεῖτε παρὰ τὸν βίον.

ΣΩΣΤ. Ἄκουσον, ὦ Μίνως, εἴ σοι δίκαια δόξω λέγειν.

ΜΙΝ. Νῦν ἀκούσω αὖθις; οὐ γὰρ ἐξελήλεγξαι, ὦ Σώστρατε, πονηρὸς ὢν καὶ τοσούτους ἀπεκτονώς;

ΣΩΣΤ. Ἐλήλεγμαι μὲν, ἀλλ' ὅρα, εἰ καὶ δικαίως κολασθήσομαι.

ΜΙΝ. Καὶ πάνυ, εἴ γε ἀποτίνειν τὴν ἀξίαν δίκαιον.

ΣΩΣΤ. Ὅμως ἀπόκριναί μοι, ὦ Μίνως· βραχὺ γάρ τι ἐρήσομαί σε.

ΜΙΝ. Λέγε, μὴ μακρὰ μόνον, ὡς καὶ τοὺς ἄλλους διακρίνωμεν ἤδη.

2. ΣΩΣΤ. Ὁπόσα ἔπραττον ἐν τῷ βίῳ, πότερα ἑκὼν ἔπραττον ἢ ἐπεκέκλωστό μοι ὑπὸ τῆς Μοίρας;

30.

MINOIS ET SOSTRATI.

1. MIN. Hic quidem latro Sostratus in Pyriphlegethontem injiciatur : ille sacrilegus a Chimæra dilaceretur : iste tyrannus, Mercuri, juxta Tityum porrectus a vulturibus præcordia et ipse tondeatur. At vos probi abite quantocius ad Elysium campum, Beatorumque insulas incolite pro eo quod justa feceritis per vitam.

SOST. Audi, Minos, si tibi justa videar dicere.

MIN. Nunc audiam iterum? nonne enim tu convictus es, Sostrate, maleficii totque homicidiorum?

SOST. Sum sane convictus : considera tamen an juste supplicio sim afficiendus.

MIN. Omnino: siquidem dare meritas pœnas justum est.

SOST. Nihilominus responde mihi, Minos : paullum enim quiddam rogare te volo.

MIN. Loquere, dum ne prolixa, ut et de aliis judicium jam reddamus.

2. SOST. Quæcumque egi in vita, utrum sponte mea egi, an fatali stamine destinata mihi fuerant a Parca?

ΜΙΝ. Ὑπὸ τῆς Μοίρας δηλαδή.

ΣΩΣΤ. Οὐκοῦν καὶ οἱ χρηστοὶ ἅπαντες καὶ οἱ πονηροὶ δοκοῦντες ἡμεῖς ἐκείνῃ ὑπηρετοῦντες ταῦτα ἐδρῶμεν;

ΜΙΝ. Ναί, τῇ Κλωθοῖ, ἣ ἑκάστῳ ἐπέταξε γεννηθέντι τὰ πρακτέα.

ΣΩΣΤ. Εἰ τοίνυν ἀναγκασθείς τις ὑπ' ἄλλου φονεύσειέ τινα οὐ δυνάμενος ἀντιλέγειν ἐκείνῳ βιαζομένῳ, οἷον δήμιος ἢ δορυφόρος, ὁ μὲν δικαστῇ πεισθείς, ὁ δὲ τυράννῳ, τίνα αἰτιάσῃ τοῦ φόνου;

ΜΙΝ. Δῆλον ὡς τὸν δικαστὴν ἢ τὸν τύραννον, ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ξίφος αὐτό· ὑπηρετεῖ γὰρ ὄργανον ὂν τοῦτο πρὸς τὸν θυμὸν τῷ πρώτῳ παρασχόντι τὴν αἰτίαν.

ΣΩΣΤ. Εὖ γε, ὦ Μίνως, ὅτι καὶ ἐπιδαψιλεύει τῷ παραδείγματι. Ἢν δέ τις ἀποστείλαντος τοῦ δεσπότου ἥκῃ αὐτὸς χρυσὸν ἢ ἄργυρον κομίζων, τίνι τὴν χάριν ἰστέον ἢ τίνα εὐεργέτην ἀναγραπτέον;

ΜΙΝ. Τὸν πέμψαντα, ὦ Σώστρατε· διάκονος γὰρ ὁ κομίσας ἦν.

3. ΣΩΣΤ. Οὐκοῦν ὁρᾷς ὅπως ἄδικα ποιεῖς κολάζων ἡμᾶς ὑπηρέτας γενομένους ὧν ἡ Κλωθὼ προσέταττε, καὶ τούτους τιμῶν τοὺς διακονησαμένους ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς; οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνό γε εἰπεῖν ἔχοι τις ἄν, ὡς τὸ ἀντιλέγειν δυνατὸν ἦν τοῖς μετὰ πάσης ἀνάγκης προστεταγμένοις.

ΜΙΝ. Ὦ Σώστρατε, πολλὰ ἴδοις ἂν καὶ ἄλλα οὐ κατὰ λόγον γιγνόμενα, εἰ ἀκριβῶς ἐξετάζοις. Πλὴν ἀλλὰ σὺ τοῦτο ἀπολαύεις τῆς ἐρωτήσεως, διότι οὐ λῃστὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ σοφιστής τις εἶναι δοκεῖς. Ἀπόλυσον αὐτόν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ μηκέτι κολαζέσθω. Ὅρα δὲ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους νεκροὺς τὰ ὅμοια ἐρωτᾶν διδάξῃς.

MIN. A Parca videlicet.

SOST. Nempe igitur probi omnes, malique qui videmur nos, illi ministrantes hæc fecimus?

MIN. Prorsus, Clothoni quippe, quæ unicuique nato injunxit quæ facienda forent.

SOST. Si quis ergo occiderit aliquem necessitate adactus ab alio, cui contradicere non potuerit vi compellenti, velut carnifex aut satelles, ille judici morem gerens, hic tyranno, quem reum ages cædis?

MIN. Nimirum judicem aut tyrannum: nam nec ipsum ensem egerim: is enim administer est, utpote instrumentum libidinis illi, qui primus intulit cædis causam.

SOST. Perbene, Minos, qui uberius etiam illustres et cumulatius exemplum meum. Si quis porro, mittente domino, ipse veniat aurum argentumve apportans, utri gratiæ habendæ beneficiumque acceptum erit ferendum?

MIN. Mittenti, Sostrate; quippe minister tantum erat qui portavit.

3. SOST. Jamne igitur vides quam injusta facias, qui nos ad supplicium condemnes, ministros eorum quæ Clotho imperabat, illos contra præmiis et honore afficias, qui ministrarunt in alienis bonis? illud enimvero dicere quis nequeat, resisti potuisse rebus quæ summa cum necessitate imperabantur.

MIN. Sostrate, multa videas alia non ex ratione fieri, si rem accurate explores. Verum tu quidem hunc propositæ quæstionis fructum fers, quia non latro solum, sed et sophista videris. Solve illum, Mercuri; pœnaque liber esto. Tu cave ne alios quoque mortuos similes interrogatiunculas proponere doceas.

XI.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ Η ΝΕΚΥΟΜΑΝΤΕΙΑ.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΩΝΙΔΗΣ.

1. ΜΕΝ. Ὦ χαῖρε μέλαθρον πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς,
ὡς ἀσμενός σέ γ' εἶδον ἐς φάος μολών.

ΦΙΛ. Οὐ Μένιππος οὗτός ἐστιν ὁ κύων; οὐ μὲν οὖν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω· Μένιππος ὅλος. Τί οὖν αὐτῷ βούλεται τὸ ἀλλόκοτον τοῦ σχήματος, πῖλος καὶ λύρα καὶ λεοντῆ; προσιτέον δὲ ὅμως αὐτῷ. Χαῖρε, ὦ Μένιππε· πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι; πολὺν γὰρ χρόνον οὐ πέφηνας ἐν τῇ πόλει.

ΜΕΝ. Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
λιπών, ἵν' Ἅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.

ΦΙΛ. Ἡράκλεις, ἐλελήθει Μένιππος ἡμᾶς ἀποθανών, κᾆτ' ἐξ ὑπαρχῆς ἀναβεβίωκεν;

ΜΕΝ. Οὐκ, ἀλλ' ἔτ' ἔμπνουν Ἀΐδης μ' ἐδέξατο.

ΦΙΛ. Τίς δ' ἡ αἰτία σοι τῆς καινῆς καὶ παραδόξου ταύτης ἀποδημίας;

XI.

MENIPPUS, SIVE ORACULUM MORTUORUM CONSULTUM.

MENIPPUS ET PHILONIDES.

1. MEN. Salve domus, ædisque vestibulum meæ!
ut te lubens aspexi luci redditus.

PHIL. Nonne hic Menippus est ille canis? non hercle alius, nisi hallucinor: plane Menippus ipse est. Quid autem ipsi vult insolens habitus, pileus, lyra, leonina pellis? quippe adeundum est ad illum. Salve, Menippe: unde tu nobis advenisti? jam enim multo abhinc tempore non visus es in urbe.

MEN. Advenio linquens Acherontem et caliginis
portas, ubi Orci sedes ab dis dissita.

PHIL. Hercules tuam fidem! nobis ignaris mortem Menippus obierat; tumque denuo rediit in vitam?

MEN. Non: sed spirantem inferna me admisit plaga.

PHIL. At quæ causa tibi fuit novæ et fidem superantis hujus peregrinationis?

ΜΕΝ. Νεότης μ' ἐπῆρε καὶ θράσος τοῦ νοῦ πλέον.

ΦΙΛ. Παῦσαι, μακάριε, τραγῳδῶν καὶ λέγε οὑτωσί πως ἁπλῶς καταβὰς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων, τίς ἡ στολή; τί σοι τῆς κάτω πορείας ἐδέησεν; ἄλλως γὰρ οὐχ ἡδεῖά τις οὐδὲ ἀσπάσιος ἡ ὁδός.

ΜΕΝ. Ὦ φιλότης, χρειώ με κατήγαγεν εἰς Ἀΐδαο
ψυχῇ χρησόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο.

ΦΙΛ. Οὗτος, ἀλλ' ἦ παραπαίεις; οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἐμμέτρως ἐρραψῴδεις πρὸς ἄνδρας φίλους.

ΜΕΝ. Μὴ θαυμάσῃς, ὦ ἑταῖρε· νεωστὶ γὰρ Εὐριπίδῃ καὶ Ὁμήρῳ συγγενόμενος οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνεπλήσθην τῶν ἐπῶν καὶ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ἐπὶ τὸ στόμα ἔρχεται.

2. Ἀτὰρ εἰπέ μοι, πῶς τὰ ὑπὲρ γῆς ἔχει καὶ τί ποιοῦσιν οἱ ἐν τῇ πόλει;

ΦΙΛ. Καινὸν οὐδέν, ἀλλ' οἷα καὶ πρὸ τοῦ ἁρπάζουσιν, ἐπιορκοῦσι, τοκογλυφοῦσιν, ὀβολοστατοῦσιν.

ΜΕΝ. Ἄθλιοι καὶ κακοδαίμονες· οὐ γὰρ ἴσασιν οἷα ἔναγχος κεκύρωται παρὰ τοῖς κάτω καὶ οἷα κεχειροτόνηται τὰ ψηφίσματα κατὰ τῶν πλουσίων, ἃ μὰ τὸν Κέρβερον οὐδεμία μηχανὴ τὸ διαφυγεῖν αὐτούς.

ΦΙΛ. Τί φής; δέδοκταί τι νεώτερον τοῖς κάτω περὶ τῶν ἐνθάδε;

ΜΕΝ. Νὴ Δία, καὶ πολλά γε· ἀλλ' οὐ θέμις ἐκφέρειν αὐτὰ πρὸς ἅπαντας οὐδὲ τὰ ἀπόρρητα ἐξαγορεύειν, μὴ καί τις ἡμᾶς γράψηται γραφὴν ἀσεβείας ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος.

ΦΙΛ. Μηδαμῶς, ὦ Μένιππε, πρὸς τοῦ Διός, μὴ φθονήσῃς τῶν λόγων φίλῳ ἀνδρί· πρὸς γὰρ εἰδότα σιωπᾶν ἐρεῖς, τά τ' ἄλλα καὶ πρὸς μεμυημένον.

ΜΕΝ. Χαλεπὸν μὲν ἐπιτάττεις τοὐπίταγμα καὶ οὐ πάντῃ ἀσφαλές· πλὴν ἀλλὰ σοῦ γε ἕνεκα τολμητέον. Ἔδοξε δὴ τοὺς πλουσίους τούτους καὶ πολυχρηματους καὶ τὸ χρυσίον κατάκλειστον ὥσπερ τὴν Δανάην φυλάττοντας —

ΦΙΛ. Μὴ πρότερον εἴπῃς, ὦγαθέ, τὰ δεδογμένα, πρὶν ἐκεῖνα διελθεῖν, ἃ μάλιστ' ἂν ἡδέως ἀκούσαιμί σου, τίς ἡ ἐπίνοιά σου τῆς καθόδου ἐγένετο, τίς δὲ ὁ τῆς πορείας ἡγεμών, εἶθ' ἑξῆς ἅ τε εἶδες ἅ τε ἤκουσας παρ' αὐτοῖς· εἰκὸς γὰρ δὴ φιλόκαλον ὄντα σε μηδὲν τῶν ἀξίων θέας ἢ ἀκοῆς παραλιπεῖν.

3. ΜΕΝ. Ὑπουργητέον καὶ ταῦτά σοι· τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπότε φίλος ἀνὴρ βιάζοιτο; Καὶ δὴ πρῶτά σοι δίειμι τὰ περὶ τῆς γνώμης τῆς ἐμῆς καὶ ὅθεν ὡρμήθην πρὸς τὴν κατάβασιν· ἐγὼ γάρ, ἄχρι μὲν ἐν παισὶν ἦν, ἀκούων Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου πολέμους καὶ στάσεις διηγουμένων οὐ μόνον τῶν ἡμιθέων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν θεῶν, ἔτι δὲ καὶ μοιχείας αὐτῶν καὶ βίας καὶ ἁρπαγὰς καὶ δίκας καὶ πατέρων ἐξελάσεις καὶ ἀδελφῶν γάμους, πάντα ταῦτα ἐνόμιζον εἶναι καλὰ καὶ οὐ παρέργως ἐκνώμην πρὸς αὐτά· ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἠρξάμην, πάλιν αὖ ἐνταῦθα ἤκουον τῶν νόμων τἀναντία τοῖς ποιηταῖς κελευόντων, μήτε μοιχεύειν

MEN. Suasit juventa, vi potens, mente impotens.

PHIL. Desine, vir bone, tragicos numeros recitare, et dic ita simpliciter pedestri sermone, ubi descenderis ab iambis, quis ille sit ornatus? quid tibi itinere ad inferos suscipiendo opus fuerit? est enim alioquin haud jucunda neque expetenda hæc via.

MEN. O bone, res urgens hinc me demisit in Orcum,
Tiresiæ Thebani ut consulerem senis umbram.

PHIL. At tu plane deliras: aliter enim non ita modulatos versus occentares hominibus amicis.

MEN. Ne mirere, mi sodalis: nuper enim Euripidem et Homerum quum convenerim, nescio quo pacto repletus sum versibus, et sponte sua mihi numeri in os veniunt.

2. Verum dic mihi, ut se res in terris habeant, et quid faciant qui sunt in urbe.

PHIL. Nihil quidem novi, sed perinde atque antehac rapiunt, pejerant, sordide fœnerantur, usuras extendunt.

MEN. Miseros atque infelices! ignorant enim qualia nuper admodum sancita sint apud inferos, et qualia sint perlata cunctis suffragiis scita adversus divites, quæ sane per Cerberum nullis machinis effugere licebit illis.

PHIL. Quid ais? novumne aliquod factum est ab inferis decretum de superis, qui hic sunt?

MEN. Per Jovem, sane multa: verum fas non est illa efferre ad omnes, neque arcana evulgare, ne quis etiam nobis dicam scribat impietatis apud Rhadamanthum.

PHIL. Ne tu, Menippe, per Jovem, ullo pacto invideas hosce sermones homini amico: ad eum enim qui tacere sciat dixeris; prætereaque ad initiatum.

MEN. Difficile quidem mandas mandatum, neque usquequaque tutum: attamen tui gratia audendum est. Visum igitur est divites illos ac pecuniosos, qui aurum occlusum, tanquam Danaen, servant —

PHIL. Ne prius dixeris, o bone, quæ decreta sunt, quam ista fueris persecutus, quæ libentissime audiverim ex te; quæ causa tibi descensus constiterit, quisque fuerit itineris dux; tum deinde quæ visu, quæque auditu acceperis apud eos: quippe credibile est te hominem elegantem nihil eorum, quæ videri audirique merebantur, prætermisisse.

3. MEN. Hæc etiam opera tibi navanda est: quid enim aliquis faciat, quando blande vir amicus cogit? Jamque primum tibi enarrabo consilium meum, et unde impetum descendendi ad inferos ceperim. Equidem dum adhuc in pueris eram, audiebamque Homerum et Hesiodum bella et factiones narrantes non solum semideorum, sed ipsorum etiam deorum, prætereaque eorum adulteria, vim, raptus, judicia, parentum expulsiones, fratrum nuptias, cuncta illa ducebam esse honesta, nec mediocriter ad ea titillabar. Ubi vero virilem ætatem ingredi cœpi, ex contrario tum leges audiebam, quæ pugnantia poetarum præceptis jubebant, non mœchari, neque seditiones excitare, nec rapere. In

μήτε στασιάζειν μήτε ἁρπάζειν. Ἐν μεγάλῃ οὖν καθειστήκειν ἀμφιβολίᾳ οὐκ εἰδὼς ὅ τι χρησαίμην ἐμαυτῷ· οὔτε γὰρ ἄν ποτε τοὺς θεοὺς μοιχεῦσαι καὶ στασιάσαι πρὸς ἀλλήλους ἡγούμην, εἰ μὴ ὡς περὶ καλῶν τούτων ἐγίγνωσκον, οὔτ' ἂν τοὺς νομοθέτας τἀναντία τούτοις παραινεῖν, εἰ μὴ λυσιτελεῖν ὑπελάμβανον.

4. Ἐπεὶ δὲ διηπόρουν, ἔδοξέ μοι ἐλθόντα παρὰ τοὺς καλουμένους τούτους φιλοσόφους ἐγχειρίσαι τε ἐμαυτὸν καὶ δεηθῆναι αὐτῶν χρῆσθαί μοι ὅ τι βούλοιντο καί τινα ὁδὸν ἁπλῆν καὶ βέβαιον ὑποδεῖξαι τοῦ βίου. Ταῦτα μὲν δὴ φρονῶν προσήειν αὐτοῖς, ἐλελήθειν δ' ἐμαυτὸν ἐς αὐτὸ, φασὶ, τὸ πῦρ ἐκ τοῦ καπνοῦ βιαζόμενος· παρὰ γὰρ δὴ τούτοις μάλιστα εὕρισκον ἐπισκοπῶν τὴν ἄγνοιαν καὶ τὴν ἀπορίαν πλείονα, ὥστε μοι τάχιστα χρυσοῦν ἀπέδειξαν οὗτοι τὸν τῶν ἰδιωτῶν βίον· ἀμέλει ὁ μὲν αὐτῶν παρῄνει τὸ πᾶν ἥδεσθαι καὶ μόνον τοῦτο ἐκ παντὸς μετιέναι· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ εὔδαιμον· ὁ δέ τις ἔμπαλιν, πονεῖν τὰ πάντα καὶ μοχθεῖν καὶ τὸ σῶμα καταναγκάζειν ῥυπῶντα καὶ αὐχμῶντα καὶ πᾶσι δυσαρεστοῦντα καὶ λοιδορούμενον, συνεχὲς ἐπιρραψῳδῶν τὰ πάνδημα ἐκεῖνα τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς ἀρετῆς ἔπη καὶ τὸν ἱδρῶτα καὶ τὴν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἀνάβασιν· ἄλλος καταφρονεῖν χρημάτων παρεκελεύετο καὶ ἀδιάφορον οἴεσθαι τὴν κτῆσιν αὐτῶν· ὁ δέ τις ἔμπαλιν ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸν πλοῦτον αὐτὸν ἀπεφαίνετο· περὶ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου τί χρὴ καὶ λέγειν; ὅς γε ἰδέας καὶ ἀσώματα καὶ ἀτόμους καὶ κενὰ καὶ τοιοῦτόν τινα ὄχλον ὀνομάτων ὁσημέραι παρ' αὐτῶν ἀκούων ἐναυτίων. Καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον, ὅτι περὶ τῶν ἐναντιωτάτων ἕκαστος αὐτῶν λέγων σφόδρα νικῶντας καὶ πιθανοὺς λόγους ἐπορίζετο, ὥστε μήτε τῷ θερμὸν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λέγοντι μήτε τῷ ψυχρὸν ἀντιλέγειν ἔχειν καὶ ταῦτα εἰδότα σαφῶς ὡς οὐκ ἄν ποτε θερμὸν εἴη τι καὶ ψυχρὸν ἐν ταὐτῷ χρόνῳ· ἀτεχνῶς οὖν ἔπασχον τοῖς νυστάζουσι τούτοις ὅμοιον ἄρτι μὲν ἐπινεύων, ἄρτι δὲ ἀνανεύων ἔμπαλιν.

5. Πολλῷ δὲ τούτων ἐκεῖνο ἀλογώτερον· τοὺς γὰρ αὐτοὺς τούτους εὕρισκον ἐπιτηρῶν ἐναντιώτατα τοῖς αὐτῶν λόγοις ἐπιτηδεύοντας· τοὺς γοῦν καταφρονεῖν παραινοῦντας χρημάτων ἑώρων ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν καὶ περὶ τόκων διαφερομένους καὶ ἐπὶ μισθῷ παιδεύοντας καὶ πάντα ἕνεκα τούτων ὑπομένοντας, τούς τε τὴν δόξαν ἀποβαλλομένους αὐτῆς ταύτης χάριν τὰ πάντα καὶ πράττοντας καὶ λέγοντας, ἡδονῆς τε αὖ σχεδὸν ἅπαντας κατηγοροῦντας, ἰδίᾳ δὲ μόνῃ ταύτῃ προσηρτημένους.

6. Σφαλεὶς οὖν καὶ τῆσδε τῆς ἐλπίδος ἔτι μᾶλλον ἐδυσχέραινον ἠρέμα παραμυθούμενος ἐμαυτὸν, ὅτι μετὰ πολλῶν καὶ σοφῶν καὶ σφόδρα ἐπὶ συνέσει διαβεβοημένων ἀνόητός τέ εἰμι καὶ τἀληθὲς ἔτι ἀγνοῶν περιέρχομαι· καί μοί ποτε διαγρυπνοῦντι τούτων ἕνεκα ἔδοξεν ἐς Βαβυλῶνα ἐλθόντα δεηθῆναί τινος τῶν μάγων τῶν Ζωροάστρου μαθητῶν καὶ διαδόχων, ἤκουον δ' αὐτοὺς ἐπῳδαῖς τε καὶ τελεταῖς τισιν ἀνοίγειν τε τοῦ Ἅδου

magna igitur versabar hæsitatione, ignarus quid me facerem : neque enim deos unquam arbitrabar mœchatos fuisse, mutuisve seditionibus collisos, nisi has res honestas esse judicassent; nec rursus legislatores his contraria præcipere, nisi ea conducere putassent.

4. Quoniam itaque incertus hærebam, visum mihi fuit ut ad hos quos vocant philosophos accederem, meque ipsum traderem, ac rogarem eos, me quo vellent modo uterentur, et viam aliquam vitæ simplicem ac tutam mihi præmonstrarent. Hoc animo adibam eos, minime prospiciens fore, ut in ipsum, quod aiunt, ignem ex fumo me inferrem : etenim apud hosce maxime inveniebam, re considerata, inscitiæ dubitationisque plus; adeo ut cito mihi auream esse persuaderent idiotarum vitam. Ecce enim hic eorum præcipiebat omnino voluptati indulgere, idque solum omni modo perse qui; nam ea in re sitam esse felicitatem : ille contra, in labore perpetuo versari, corpusque contundere sordidum et squalentem, cunctis offensum et convicia ingerentem, dum continuo inculcat illa pervulgata Hesiodi de virtute carmina, sudoremque, et in summum verticem ascensum : alius despicere opes adhortabatur et indifferentem putare possessionem earum : alius iterum in bonis etiam esse divitias decernebat : nam de mundo quid attinet dicere? siquidem ideas, incorporea, individua, spatia vacua talemque turbam vocabulorum quotidie ab iis dum audiebam, nausea mihi oriebatur. At omnium illud absurdissimum, quod de rebus plane contrariis quum unusquisque eorum diceret, valde præstantes probabilesque rationes suppeditabat; adeo ut neque ei, qui calidum esse idem affirmaret, neque alteri, qui frigidum, contradicere posses; idque licet scires perspicue nunquam rem eandem et calidam esse et frigidam eodem tempore : prorsus ergo simile quiddam accidebat mihi atque dormitantibus, nunc ut annuerem, mox vice versa renuerem.

5. Præterea vero longe hoc istis erat absurdius : nam illos ipsos inveniebam observando valde contrariam suis sermonibus ac doctrinæ vitæ rationem instituere : eos itaque qui contemnere præcipiunt opes, animadvertebam illum in modum iis adhærere, ut inde divelli non possent, de usuris litigare, pacta mercede docere, nihil non pecuniæ causa perpeti : illos porro qui gloriam abjiciendam putent, gloriæ causa cuncta et facere et dicere; voluptatem denique pæne omnes criminantes, at privatim huic soli affixos.

6. Frustratus igitur hac quoque spe, magis etiam moleste ferebam, sensim tamen me consolans, quod cum multis iisque sapientibus et valde ob prudentiam celebratis demens sim, et veri hactenus ignarus circumvager. Jam mihi insomnem aliquando noctem horum causa ducenti visum fuit Babylonem profectum implorare auxilium cujusdam magorum Zoroastris discipulorum et successorum : fama autem cognoveram eos incantationibus et sacris quibusdam aperire Orci

τὰς πύλας καὶ κατάγειν ὃν ἂν βούλωνται ἀσφαλῶς καὶ ὀπίσω αὖθις ἀναπέμπειν. Ἄριστον οὖν ἡγούμην εἶναι παρά τινος τούτων διαπραξάμενον τὴν κατάβασιν ἐλθόντα παρὰ Τειρεσίαν τὸν Βοιώτιον μαθεῖν παρ' αὐτοῦ ἅτε μάντεως καὶ σοφοῦ, τίς ἐστιν ὁ ἄριστος βίος καὶ ὃν ἄν τις ἕλοιτο εὖ φρονῶν· καὶ δὴ ἀναπηδήσας ὡς εἶχον τάχους ἔτεινον εὐθὺ Βαβυλῶνος. Ἐλθὼν δὲ συγγίγνομαί τινι τῶν Χαλδαίων σοφῷ ἀνδρὶ καὶ θεσπεσίῳ τὴν τέχνην, πολιῷ μὲν τὴν κόμην, γένειον δὲ μάλα σεμνὸν καθειμένῳ, τοὔνομα δὲ ἦν αὐτῷ Μιθροβαρζάνης· δεηθεὶς δὲ καὶ καθικετεύσας μόγις ἐπέτυχον παρ' αὐτοῦ, ἐφ' ὅτῳ βούλοιτο μισθῷ, καθηγήσασθαί μοι τῆς ὁδοῦ.

7. Παραλαβὼν δέ με ὁ ἀνὴρ πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσιν ἅμα τῇ σελήνῃ ἀρξάμενος ἔλουε κατάγων ἕωθεν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην, πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, ἧς οὐ σφόδρα κατήκουον· ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κηρύκων ἐπίτροχόν τι καὶ ἀσαφὲς ἐφθέγγετο· πλὴν ἐῴκει γέ τινας ἐπικαλεῖσθαι δαίμονας. Μετὰ δ' οὖν τὴν ἐπῳδὴν τρὶς ἄν μου πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποπτύσας, ἐπανῄειν πάλιν οὐδένα τῶν ἀπαντώντων προσβλέπων· καὶ σιτία μὲν ἡμῖν τὰ ἀκρόδρυα, ποτὸν δὲ γάλα καὶ μελίκρατον καὶ τὸ τοῦ Χοάσπου ὕδωρ, εὐνὴ δὲ ὑπαίθριος ἐπὶ τῆς πόας. Ἐπεὶ δὲ ἅλις εἶχε τῆς προδιαιτήσεως, περὶ μέσας νύκτας ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν ἀγαγὼν ἐκάθηρέ τέ με καὶ ἀπέμαξε καὶ περιήγνισε δᾳδίοις καὶ σκίλλῃ καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας, εἶτα ὅλον με καταμαγεύσας καὶ περιελθὼν, ἵνα μὴ βλαπτοίμην ὑπὸ τῶν φασμάτων, ἐπανάγει ἐς τὴν οἰκίαν, ὡς εἶχον, ἀναποδίζοντα, καὶ τὸ λοιπὸν ἀμφὶ πλοῦν εἴχομεν.

8. Αὐτὸς μὲν οὖν μαγικήν τινα ἐνέδυ στολὴν τὰ πολλὰ ἐοικυῖαν τῇ Μηδικῇ, ἐμὲ δὲ τουτοισὶ φέρων ἐνεσκεύασε τῷ πίλῳ καὶ τῇ λεοντῇ καὶ προσέτι τῇ λύρᾳ, καὶ παρεκελεύσατο, ἤν τις ἔρηταί με τοὔνομα, Μένιππον μὲν μὴ λέγειν, Ἡρακλέα δὲ ἢ Ὀδυσσέα ἢ Ὀρφέα.

ΦΙΛ. Ὡς δὴ τί τοῦτο, ὦ Μένιππε; οὐ γὰρ συνίημι τὴν αἰτίαν οὔτε τοῦ σχήματος οὔτε τῶν ὀνομάτων.

ΜΕΝ. Καὶ μὴν πρόδηλον τοῦτό γε καὶ οὐ παντελῶς ἀπόρρητον· ἐπεὶ γὰρ οὗτοι πρὸ ἡμῶν ζῶντες ἐς Ἅδου κατεληλύθεσαν, ἡγεῖτο, εἴ με ἀπεικάσειεν αὐτοῖς, ῥᾳδίως ἂν τὴν τοῦ Αἰακοῦ φρουρὰν διαλαθεῖν καὶ ἀκωλύτως παρελθεῖν ἅτε συνηθέστερον τραγικῶς μάλα παραπεμπόμενον ὑπὸ τοῦ σχήματος.

9. Ἤδη δ' οὖν ὑπέφαινεν ἡμέρα, καὶ κατελθόντες ἐπὶ τὸν ποταμὸν περὶ ἀναγωγὴν ἐγιγνόμεθα· παρεσκεύαστο δ' αὐτῷ καὶ σκάφος καὶ ἱερεῖα καὶ μελίκρατον καὶ ἄλλ' ὅσα πρὸς τὴν τελετὴν χρήσιμα. Ἐμβαλόμενοι οὖν ἅπαντα τὰ παρεσκευασμένα οὕτω δὴ καὶ αὐτοὶ

βαίνομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες.

Καὶ μέχρι μέν τινος ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ, εἶτα δ' ἐσεπλεύσαμεν ἐς τὸ ἕλος καὶ τὴν λίμνην, ἐς ἣν ὁ Εὐ-

fores, et demittere quem velint tuto, iterumque rursus reducere. Optimum igitur factu ducebam, ab eorum aliquo comparata mihi descendendi copia, adire ad Tiresiam Bœotum, ab eoque discere, quippe vate et sapiente, quæ sit optima vita, quamque sibi quis deligat bene prudens. Atque adeo repente exsiliens quam poteram celerrime tendebam recta Babylonem. Ibi convenio quendam Chaldæorum virum sapientem et arte divinum, qui canus erat coma, barbamque plane venerabilem promittebat, nomine Mithrobarzanem : eum multis precibus obtestatus vix exoravi, ut, qua vellet mercede, se mihi ducem præberet viæ.

7. Tum me assumtum ille vir primum dies novem et viginti, a luna nova initio facto, lavabat deducens ad Euphratem summo mane, et ad orientem solem carmen aliquod longum effatus, quod equidem non admodum exaudiebam : ut enim mali, qui sunt in ludis, præcones, volubile quiddam et inconditum proferebat; nisi quod videbatur genios aliquos invocare. At post incantationem, quum ter in faciem meam inspuisset, redibam rursus neminem obviorum intuens. Cibus autem nobis arboreæ nuces; potus lac, mulsum et Choaspis aqua; lectus sub divo in herba. Postquam vero satis erat præparationis, circa mediam noctem ad Tigrin fluvium deductum lustravit me, detersitque, et circumtulit tæda, scilla aliisque pluribus, simul et istam incantationem submurmurans : deinde me totum quum arte magica incantasset et circumiisset, ne læderer a spectris, reducit me domum, ut eram, retrocedentem : tum porro navigationi parandæ intenti eramus.

8. Ipse quidem magicam quandam induebat stolam, persimilem Medicæ : me vero istis propere instruxit, pileo, leonina pelle, itidemque lyra; præcepitque, si quis roget me nomen, Menippum ut ne dicerem, sed Herculem, aut Ulixem, aut Orpheum.

PHIL. Quorsum illud, Menippe? neque enim intelligo causam vel habitus vel nominum.

MEN. Atqui perspicuum illud quidem est, nec prorsus arcanum : quandoquidem enim hi ante nos vivi ad inferos descenderunt, existimabat, si me illis assimilasset, fore ut facile custodiam Æaci fallerem et sine impedimento transirem, utpote consuetior, tragice plane commendatus ab ipso habitu.

9. Jam igitur illucescebat dies, quum descendentes ad fluvium solvendo navigio operam dabamus : comparata autem ipsi erant et scapha, et victimæ, et mulsum, et quæcumque alia ad sacri rationem conducebant. Ergo impositis in navim quæ fuerant parata cunctis, sic demum et ipsi ingredimur, tristes largasque lacrimas effundentes. Tum ad aliquod tempus deferebamur in flumine : post invecti sumus in paludem et lacum, in quem Euphrates im-

φράτης ἀφανίζεται· περαιωθέντες δὲ καὶ ταύτην ἀφικνούμεθα ἔς τι χωρίον ἔρημον καὶ ὑλῶδες καὶ ἀνήλιον, εἰς ὃ δὴ ἀποβάντες — ἡγεῖτο δὲ ὁ Μιθροβαρζάνης — βόθρον τε ὠρυξάμεθα καὶ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν καὶ τὸ αἷμα περὶ αὐτὸν ἐσπείσαμεν. Ὁ δὲ μάγος ἐν τοσούτῳ δᾷδα καομένην ἔχων οὐκέτ' ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ, παμμέγεθες δὲ, ὡς οἷός τε ἦν, ἀναχραγὼν δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο καὶ Ποινὰς καὶ Ἐρινύας,

καὶ νυχίαν Ἑκάτην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν.

παραμιγνὺς ἅμα καὶ βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα καὶ πολυσύλλαβα.

10. Εὐθὺς οὖν ἅπαντα ἐκεῖνα ἐσαλεύετο καὶ ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς τοὔδαφος ἀνερρήγνυτο καὶ ἡ ὑλακὴ τοῦ Κερβέρου καὶ πόρρωθεν ἠκούετο καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερκατηφὲς ἦν καὶ σκυθρωπόν.

Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς·

κατεφαίνετο γὰρ ἤδη τὰ πλεῖστα, καὶ ἡ λίμνη καὶ ὁ Πυριφλεγέθων καὶ τοῦ Πλούτωνος τὰ βασίλεια. Κατελθόντες δ' ὅμως διὰ τοῦ χάσματος τὸν μὲν Ῥαδάμανθυν εὕρομεν τεθνεῶτα μικροῦ δεῖν ὑπὸ τοῦ δέους· ὁ δὲ Κέρβερος ὑλάκτησε μέν τι καὶ παρεκίνησε, ταχὺ δέ μου κρούσαντος τὴν λύραν παραχρῆμα ἐκηλήθη ὑπὸ τοῦ μέλους. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν λίμνην ἀφικόμεθα, μικροῦ μὲν οὐδ' ἐπεραιώθημεν· ἦν γὰρ πλῆρες ἤδη τὸ πορθμεῖον καὶ οἰμωγῆς ἀνάπλεων, τραυματίαι δὲ πάντες ἐπέπλεον, ὁ μὲν τὸ σκέλος, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν, ὁ δὲ ἄλλο τι συντετριμμένος, ἐμοὶ δοκεῖν, ἔκ τινος πολέμου παρόντες. Ὅμως δ' οὖν ὁ βέλτιστος Χάρων ὡς εἶδε τὴν λεοντῆν, οἰηθείς με τὸν Ἡρακλέα εἶναι, ἐσεδέξατό με καὶ διεπόρθμευσέ τε ἄσμενος καὶ ἀποβᾶσι διεσήμηνε τὴν ἀτραπόν.

11. Ἐπεὶ δὲ ἦμεν ἐν τῷ σκότῳ, προῄει μὲν ὁ Μιθροβαρζάνης, εἰπόμην δ' ἐγὼ κατόπιν ἐχόμενος αὐτοῦ, ἕως πρὸς λειμῶνα μέγιστον ἀφικνούμεθα τῷ ἀσφοδέλῳ κατάφυτον, ἔνθα δὴ περιεπέτοντο ἡμᾶς τετριγυῖαι τῶν νεκρῶν αἱ σκιαί· κατ' ὀλίγον δὲ προϊόντες παραγιγνόμεθα πρὸς τὸ τοῦ Μίνω δικαστήριον, ἐτύγχανε δὲ ὁ μὲν ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καθήμενος, παρειστήκεσαν δὲ αὐτῷ Ποιναὶ καὶ ἀλάστορες καὶ Ἐρινύες· ἑτέρωθεν δὲ προσήγοντο πολλοί τινες ἐφεξῆς ἁλύσει μακρᾷ δεδεμένοι, ἐλέγοντο δὲ εἶναι μοιχοὶ καὶ πορνοβοσκοὶ καὶ τελῶναι καὶ κόλακες καὶ συκοφάνται καὶ ὁ τοιοῦτος ὅμιλος τῶν πάντα κυκώντων ἐν τῷ βίῳ· χωρὶς δὲ οἵ τε πλούσιοι καὶ τοκογλύφοι προσῄεσαν ὠχροὶ καὶ προγάστορες καὶ ποδαγροὶ, κλοιὸν ἕκαστος αὐτῶν καὶ σκύλακα διτάλαντον ἐπικείμενος. Ἐφεστῶτες οὖν ἡμεῖς ἑωρῶμέν τε τὰ γιγνόμενα καὶ ἠκούομεν τῶν ἀπολογουμένων· κατηγόρουν δὲ αὐτῶν καινοί τινες καὶ παράδοξοι ῥήτορες.

ΦΙΛ. Τίνες οὗτοι, πρὸς Διός; μὴ γὰρ ὀκνήσῃς καὶ τοῦτο εἰπεῖν.

ΜΕΝ. Οἶσθά που ταυτασὶ τὰς πρὸς τὸν ἥλιον ἀποτελουμένας σκιὰς ἀπὸ τῶν σωμάτων;

mergitur : eo trajecto devenimus in locum desertum, silvestrem et sole carentem : quo ubi escensum est (viam autem præibat Mithrobarzanes), foveam effodimus, oves mactavimus, et sanguinem circa scrobem aspersum libavimus. Magus interea tedam ardentem tenens non jam sedata voce, sed quam poterat maxima exclamans, dæmones simul omnes invocabat, Pœnas et Furias, et nocturnam Hecaten, et tremendam Proserpinam, admixtis etiam barbaris quibusdam ignotisque nominibus et multarum syllabarum.

10. Statim igitur omnia ibi quassabantur, potentique carmine solum fissum discedebat, latratus Cerberi procul audiebatur, adeo ut res valde formidolosa foret ac truculenta. Ipse pertimuit in inferna regione rex manium Pluto : apparebant enim jam pleraque, lacus, Pyriphlegethon, Plutonisque regia. Nos tamen ubi descenderamus per hiatum, Rhadamanthum invenimus mortuum propemodum præ metu ; Cerberus autem latravit ille quidem ac nonnihil se commovit, verum me cito pulsante lyram illico sopitus est cantu. Postquam vero ad lacum venimus, prope fuit ut non trajiceremur : jam enim onusta portitoris erat cymba, ejulatuque plena ; quippe saucii omnes in ea navigabant, hic crus, caput ille, iste aliud quiddam contusum habens, sic ut mihi viderentur ex bello aliquo advenisse. Veruntamen optimus Charon ut vidit leoninam pellem, opinatus me Herculem esse, recepit me lubensque transvexit, atque etiam egressis demonstravit semitam.

11. Quum autem eramus in caligine, præibat Mithrobarzanes, sequebar ego pone illi adhærens, donec ad pratum ingens pervenimus asphodelo consitum : ibi tum circumvolitabant nos stridulæ mortuorum umbræ. Sensim autem progressi accessimus ad Minois tribunal, qui quidem in solio quodam sublimi sedebat : astabant autem ipsi Pœnæ, scelerum vindices genii, et Furiæ. Ab alia vero parte adducebantur ordine multi sane longa catena vincti, qui dicebantur esse adulteri, lenones, publicani, adulatores, sycophantæ, talisque turba hominum cuncta permiscentium in vita. Seorsum porro divites sordidique fœneratores accedebant pallidi, ventre projecto, podagra capti, boiam singuli canemque, qui bina talenta pendat, impositum ferentes. Nos igitur prope stantes videbamus quæ fierent, audiebamusque causam suam agentes, dum accusarent eos novi quidam atque inopinati oratores.

PHIL. Quinam hi, quæso per Jovem? illud enim quoque ne dicere refugias.

MEN. Nostin' illas ad solem projectas a corporibus umbras?

ΦΙΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΜΕΝ. Αὗται τοίνυν, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, κατηγοροῦσί τε καὶ καταμαρτυροῦσι καὶ διελέγχουσι τὰ πεπραγμένα ἡμῖν παρὰ τὸν βίον, καὶ σφόδρα τινὲς ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν ἅτε ἀεὶ ξυνοῦσαι καὶ μηδέποτε ἀφιστάμεναι τῶν σωμάτων.

12. Ὁ δ' οὖν Μίνως ἐπιμελῶς ἐξετάζων ἀπέπεμπεν ἕκαστον ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον δίκην ὑφέξοντα κατ' ἀξίαν τῶν τετολμημένων, καὶ μάλιστα ἐκείνων ἥπτετο τῶν ἐπὶ πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς τετυφωμένων καὶ μονονουχὶ καὶ προσκυνεῖσθαι περιμενόντων, τήν τε ὀλιγοχρόνιον ἀλαζονείαν αὐτῶν καὶ τὴν ὑπεροψίαν μυσαττόμενος, καὶ ὅτι μὴ ἐμέμνηντο θνητοί τε ὄντες αὐτοὶ καὶ θνητῶν ἀγαθῶν τετυχηκότες· οἱ δὲ ἀποδυσάμενοι τὰ λαμπρὰ ἐκεῖνα πάντα, πλούτους λέγω καὶ γένη καὶ δυναστείας, γυμνοὶ κάτω νενευκότες παρειστήκεσαν ὥσπερ τινὰ ὄνειρον ἀναπεμπαζόμενοι τὴν παρ' ἡμῖν εὐδαιμονίαν· ὥστε ἔγωγε ταῦθ' ὁρῶν ὑπερέχαιρον καὶ εἴ τινα γνωρίσαιμι αὐτῶν, προσιὼν ἂν ἡσυχῇ πως ὑπεμίμνησκον οἷος ἦν παρὰ τὸν βίον καὶ ἡλίκον ἐφύσα τότε, ἡνίκα πολλοὶ μὲν ἕωθεν ἐπὶ τῶν πυλώνων παρειστήκεσαν τὴν πρόοδον αὐτοῦ περιμένοντες ὠθούμενοί τε καὶ ἀποκλειόμενοι πρὸς τῶν οἰκετῶν· ὁ δὲ μόγις ἄν ποτε ἀνατείλας αὐτοῖς πορφυροῦς τις ἢ περίχρυσος ἢ διαποίκιλος εὐδαίμονας ᾤετο καὶ μακαρίους ἀποφαίνειν τοὺς προσειπόντας, εἰ τὸ στῆθος ἢ τὴν δεξιὰν προτείνων δοίη καταφιλεῖν. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἠνιῶντο ἀκούοντες.

13. Τῷ δὲ Μίνωϊ μία τις καὶ πρὸς χάριν ἐδικάσθη· τὸν γάρ τοι Σικελιώτην Διονύσιον πολλὰ καὶ ἀνόσια ὑπό τε Δίωνος κατηγορηθέντα καὶ ὑπὸ τῆς σκιᾶς καταμαρτυρηθέντα παρελθὼν Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος — ἄγουσι δ' αὐτὸν ἐν τιμῇ καὶ δύναται μέγιστον ἐν τοῖς κάτω — μικροῦ δεῖν τῇ Χιμαίρᾳ παραδοθέντα παρέλυσε τῆς καταδίκης λέγων πολλοῖς αὐτὸν τῶν πεπαιδευμένων πρὸς ἀργύριον γενέσθαι δεξιόν.

14. Ἀποστάντες δὲ ὅμως τοῦ δικαστηρίου πρὸς τὸ κολαστήριον ἀφικνούμεθα. Ἔνθα δή, ὦ φίλε, πολλὰ καὶ ἐλεεινὰ ἦν καὶ ἀκοῦσαι καὶ ἰδεῖν· μαστίγων τε γὰρ ὁμοῦ ψόφος ἠκούετο καὶ οἰμωγὴ τῶν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὀπτωμένων καὶ στρέβλαι καὶ κύφωνες καὶ τροχοί, καὶ ἡ Χίμαιρα ἐσπάραττε καὶ ὁ Κέρβερος ἐδάρδαπτεν, ἐκολάζοντό τε ἅμα πάντες, βασιλεῖς, δοῦλοι, σατράπαι, πένητες, πλούσιοι, πτωχοί, καὶ μετέμελε πᾶσι τῶν τετολμημένων. Ἐνίους δὲ αὐτῶν καὶ ἐγνωρίσαμεν ἰδόντες, ὁπόσοι ἦσαν τῶν ἔναγχος τετελευτηκότων· οἱ δὲ ἐνεκαλύπτοντο καὶ ἀπεστρέφοντο, εἰ δὲ καὶ προσβλέποιεν, μάλα δουλοπρεπές τι καὶ κολακευτικόν, καὶ ταῦτα πῶς οἴει βαρεῖς ὄντες καὶ ὑπερόπται παρὰ τὸν βίον; Τοῖς μέντοι πένησιν ἡμιτέλεια τῶν κακῶν ἐδίδοτο, καὶ διαναπαυόμενοι πάλιν ἐκολάζοντο. Καὶ μὴν κἀκεῖνα εἶδον τὰ μυθώδη, τὸν Ἰξίονα καὶ τὸν Σίσυφον καὶ τὸν Φρύγα Τάνταλον χαλεπῶς ἔχοντα καὶ

PHIL. Utique.

MEN. Hæ igitur ipsæ, postquam mortui sumus, accusant, testimonium adversus nos dicunt, et arguunt quæ a nobis per vitam sunt acta; et valde videntur quædam esse fide dignæ, quippe quæ semper adsint neque unquam absistant a corporibus.

12. Minos ergo cum cura singulos explorans ablegat ad impiorum sedes, pœnas subituros meritas pro facinoribus patratis : maxime vero acerbius eos tractabat, qui ob divitias et imperia fuerant inflati, et tantum non adorari se postulabant, ostentationem eorum brevissimi temporis inanem et fastum detestatus, itidemque quod non meminissent se mortales esse, ac bona mortalia sortitos. Hi autem, exutis splendidis istis omnibus, divitiis, inquam, genere et imperiis, nudi demisso in terram vultu astabant, quasi somnium aliquod secum retractantes, quam apud nos habuissent, felicitatem. Quare ego ista quum viderem, impense gaudebam, et, si quem agnoscerem eorum, leniter accedens commonefaciebam qualis fuisset in vita, et quantos spiritus tunc gessisset, quum multi mane vestibulis astabant egressum ejus exspectantes, impulsi exclusique a vernulis : hicce vero vix tandem exortus ipsis in veste purpurea, vel auro prætexta, vel vario colore distincta, felices putabat beatosque se redditurum salutatores, si pectus aut dextram porrectam dederit osculari. Et illi quidem pungebantur his auditis.

13. A Minoe vero unum quoddam in gratiam disceptatum est judicium : etenim Siculum Dionysium multorum ac nefariorum a Dione criminum insimulatum, umbræque suæ testimonio pressum, in medium progressus Aristippus Cyrenæus (cum in honore habent, multumque pollet apud inferos) jamjam Chimæræ tradendum exsolvit pœna, dum diceret in multis eruditorum pecunia juvandis eum dextre fuisse versatum.

14. Digressi tamen a tribunali ad supplicii locum pervenimus : ibi enimvero, amice mi, multa miserandaque erat audire ac videre; nam simul et flagellorum sonitus exaudiebatur, et ploratus eorum qui in igne torrebantur, et tormenta, et cippi, et rotæ; Chimæra discerpebat, Cerberus laniando vorabat : una autem omnes puniebantur, reges, servi, satrapæ, pauperes, divites, mendici; cunctosque pœnitebat patratorum. Nonnullos agnovimus etiam conspicati, eorum de numero scilicet, qui nuper vitam finierant : illi vero præ pudore vultus tegebant seseque avertebant : quodsi forte nos aspicerent, valde quidem servilem in modum atque adulatorie, illi ipsi qui fuerant quam putas graves et superbi aliorum contemtores in hac vita! At pauperibus pro dimidia parte malorum immunitas erat concessa; et quum interquievissent, denuo pœnis afficiebantur. Porro illa etiam vidi fabulosa, Ixionem, Sisyphum, Phrygem

τὸν γηγενῆ Τιτυόν, Ἡράκλεις ὅσος· ἔκειτο γοῦν τόπον ἐπέχων ἀγροῦ.

15. Διελθόντες δὲ καὶ τούτους ἐς τὸ πεδίον ἐσβάλλομεν τὸ Ἀχερούσιον, εὑρίσκομέν τε αὐτόθι τοὺς ἡμιθέους τε καὶ τὰς ἡρωΐνας καὶ τὸν ἄλλον ὅμιλον τῶν νεκρῶν κατὰ ἔθνη καὶ κατὰ φῦλα διαιτωμένους, τοὺς μὲν παλαιούς τινας καὶ εὐρωτιῶντας καὶ ὥς φησιν Ὅμηρος, ἀμενηνούς, τοὺς δ' ἔτι νεαλεῖς καὶ συνεστηκότας, καὶ μάλιστα τοὺς Αἰγυπτίους αὐτῶν διὰ τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας. Τὸ μέντοι διαγιγνώσκειν ἕκαστον οὐ πάνυ τι ἦν ῥάδιον· ἅπαντες γὰρ ἀτεχνῶς ἀλλήλοις γίγνονται ὅμοιοι τῶν ὀστῶν γεγυμνωμένων· πλὴν ἀλλὰ μόγις τε καὶ διὰ πολλοῦ ἀναθεωροῦντες αὐτοὺς ἐγιγνώσκομεν. Ἔκειντο δ' ἐπ' ἀλλήλοις ἀμαυροὶ καὶ ἄσημοι καὶ οὐδὲν ἔτι τῶν παρ' ἡμῖν καλῶν φυλάττοντες. Ἀμέλει πολλῶν ἐν ταὐτῷ σκελετῶν κειμένων καὶ πάντων ὁμοίων φοβερόν τι καὶ διάκενον δεδορκότων καὶ γυμνοὺς τοὺς ὀδόντας προφαινόντων, ἠπόρουν πρὸς ἐμαυτὸν ᾧτινι διακρίναιμι τὸν Θερσίτην ἀπὸ τοῦ καλοῦ Νιρέως ἢ τὸν μεταίτην Ἶρον ἀπὸ τοῦ Φαιάκων βασιλέως ἢ Πυρρίαν τὸν μάγειρον ἀπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος· οὐδὲν γὰρ ἔτι τῶν παλαιῶν γνωρισμάτων αὐτοῖς παρέμενεν, ἀλλ' ὅμοια τὰ ὀστᾶ ἦν, ἄδηλα καὶ ἀνεπίγραφα καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἔτι διακρίνεσθαι δυνάμενα.

16. Τοιγάρτοι ἐκεῖνα ὁρῶντι ἐδόκει μοι ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος πομπῇ τινι μακρᾷ προσεοικέναι, χορηγεῖν δὲ καὶ διατάττειν ἕκαστα ἡ Τύχη διάφορα καὶ ποικίλα τοῖς πομπευταῖς τὰ σχήματα προσάπτουσα· τὸν μὲν γὰρ λαβοῦσα, εἰ τύχοι, βασιλικῶς διεσκεύασε τιάραν τε ἐπιθεῖσα καὶ δορυφόρους παραδοῦσα καὶ τὴν κεφαλὴν στέψασα τῷ διαδήματι, τῷ δὲ οἰκέτου σχῆμα περιέθηκε, τὸν δέ τινα καλὸν εἶναι ἐκόσμησε, τὸν δὲ ἄμορφον καὶ γελοῖον παρεσκεύασε· παντοδαπὴν γάρ, οἶμαι, δεῖ γενέσθαι τὴν θέαν. Πολλάκις δὲ καὶ διὰ μέσης τῆς πομπῆς μετέβαλε τὰ ἐνίων σχήματα οὐκ ἐῶσα ἐς τέλος διαπομπεῦσαι ὡς ἐτάχθησαν, ἀλλὰ μεταμφιέσασα τὸν μὲν Κροῖσον ἠνάγκασε τὴν οἰκέτου καὶ αἰχμαλώτου σκευὴν ἀναλαβεῖν, τὸν δὲ Μαιάνδριον τέως ἐν τοῖς οἰκέταις πομπεύοντα τὴν τοῦ Πολυκράτους τυραννίδα μετενέδυσε, καὶ μέχρι μέν τινος εἴασε χρῆσθαι τῷ σχήματι· ἐπειδὰν δ' ὁ τῆς πομπῆς καιρὸς παρέλθῃ, τηνικαῦτα ἕκαστος ἀποδοὺς τὴν σκευὴν καὶ ἀποδυσάμενος τὸ σχῆμα μετὰ τοῦ σώματος ὅσπερ ἦν πρὸ τοῦ γίγνεται, μηδὲν τοῦ πλησίον διαφέρων. Ἔνιοι δὲ ὑπ' ἀγνωμοσύνης, ἐπειδὰν ἀπαιτῇ τὸν κόσμον ἐπιστᾶσα ἡ Τύχη, ἄχθονταί τε καὶ ἀγανακτοῦσιν ὥσπερ οἰκείων τινῶν στερισκόμενοι καὶ οὐχ ἃ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο, ἀποδιδόντες. Οἶμαι δέ σε καὶ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς πολλάκις ἑορακέναι τοὺς τραγικοὺς ὑποκριτὰς τούτους πρὸς τὰς χρείας τῶν δραμάτων ἄρτι μὲν Κρέοντας, ἐνίοτε δὲ Πριάμους γιγνομένους ἢ Ἀγαμέμνονας, καὶ ὁ αὐτός, εἰ τύχοι, μικρὸν ἔμπροσθεν μάλα σεμνῶς τὸ τοῦ Κέκροπος ἢ Ἐρεχθέως σχῆμα μιμησάμενος μετ' ὀλίγον οἰκέτης προῆλθεν

Tantalum male se habentem, terrigenam Tityum: Hercule, quantus erat! jacebat enim spatium occupans agri.

15. His quoque præteritis, in campum nos inferimus Acherusium, invenimusque ibi semideos, et heroidas, ceteramque mortuorum in populos et tribus dispertitam turbam ibi commorantem; veteres alios situque mucidos et, ut ait Homerus, roboris expertes; alios recentes et compactos, inprimis vero qui ex illis Ægyptii erant, ob conditurae suae durabilitatem. Verum unumquemque dignoscere non admodum erat facile: omnes enim plane sibi invicem fiunt similes ossibus nudatis: vix tamen et per multum tempus contemplati eos noscitabamus. Jacebant autem acervatim, obscuri ignotique, et nihil eorum, quæ apud nos pulchra videntur, servantes. Quin imo, multis eodem in loco sceletis jacentibus, cunctis similibus, qui terribile quiddam per vacuos oculorum orbes intuerentur, nudosque dentes ostenderent, mecum hæsitabam, quo signo discernerem Thersiten a formoso Nireo, aut mendicum Irum a Phæacum rege, aut Pyrrhiam coquum ab Agamemnone: nihil enim amplius pristinorum indiciorum ipsis adhærebat, sed consimilia ossa erant, incerta nullisque notis inscripta, sic ut a nemine amplius distingui possent.

16. Tum vero ista videnti videbatur mihi hominum vita pompæ cujusdam longæ similitudinem habere; administrare vero atque ordinare singula Fortuna, diversos ac varios pompam ducentibus habitus attribuens: hunc enim oblatum, si fors fert, regali cultu instruxit, tiara imposita, satellitibus additis et capite diademate coronato: alteri servilem schemam circumdedit: alium quendam formæ decore ornavit: illum deformem ac ridiculum finxit: ex omnigenis enim, puto, formis decet componi hoc spectaculum. Sæpe vero per mediam pompam immutare solet nonnullorum habitus, haud sinens ad finem usque pompæ interesse quo collocati fuerant ordine: atque adeo detracto priore vestitu Crœsum coegit servi captivique ornatum suscipere; Mæandrio contra, qui hactenus in pompa servis erat immixtus, Polycratis tyrannidem induit eoque ad aliquod tempus permisit uti habitu. Verum ubi pompæ tempus præteriit, tunc unusquisque, reddito ornatu exutoque habitu cum corpore, qualis erat ante, fit, nihil ab alio quolibet diversus. Sunt autem qui præ dementia, quando repetit ornatum instans ipsis Fortuna, graviter ferant atque indignentur quasi propriis quibusdam rebus orbati, non ea reddentes quæ ad parvum tempus mutua sumserant. Opinor autem eorum qui versantur in scena sæpe te vidisse tragicos actores istos, qui, prout usus fabularum poposcerit, nunc Creontes, alias Priami fiunt, aut Agamemnones: idemque, si ita evenit, qui paullo ante valde magnifice Cecropis aut Erechthei personam sustinuit, confestim servus prodire

ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κεκελευσμένος· ἤδη δὲ πέρας ἔχοντος τοῦ δράματος ἀποδυσάμενος ἕκαστος αὐτῶν τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην ἐσθῆτα καὶ τὸ προσωπεῖον ἀποθέμενος καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν πένης καὶ ταπεινὸς περίεισιν οὐκέτ' Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως οὐδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος Χαρικλέους Σουνιεὺς ὀνομαζόμενος ἢ Σάτυρος Θεογείτονος Μαραθώνιος. Τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματά ἐστιν, ὡς τότε μοι ὁρῶντι ἔδοξεν.

17. ΦΙΛ. Εἰπέ μοι, ὦ Μένιππε, οἱ δὲ τοὺς πολυτελεῖς τούτους καὶ ὑψηλοὺς τάφους ἔχοντες ὑπὲρ γῆς καὶ στήλας καὶ εἰκόνας καὶ ἐπιγράμματα οὐδὲν τιμιώτεροι παρ' αὐτοῖς εἰσι τῶν ἰδιωτῶν νεκρῶν;

ΜΕΝ. Ληρεῖς, ὦ οὗτος· εἰ γοῦν ἐθεάσω τὸν Μαύσωλον αὐτὸν — λέγω δὲ τὸν Κᾶρα, τὸν ἐκ τοῦ τάφου περιβόητον — εὖ οἶδα οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν, οὕτω ταπεινὸς ἔρριπτο ἐν παραβύστῳ που λανθάνων ἐν τῷ λοιπῷ δήμῳ τῶν νεκρῶν, ἐμοὶ δοκεῖν, τοσοῦτον ἀπολαύων τοῦ μνήματος, παρ' ὅσον ἐβαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ἐπικείμενος· ἐπειδὰν γάρ, ὦ ἑταῖρε, ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον — δίδωσι δὲ τὸ μέγιστον οὐ πλέον ποδός — ἀνάγκη ἀγαπῶντα κατακεῖσθαι πρὸς τὸ μέτρον συνεσταλμένον. Πολλῷ δ' ἂν οἶμαι μᾶλλον ἐγέλασας, εἰ ἐθεάσω τοὺς παρ' ἡμῖν βασιλέας καὶ σατράπας πτωχεύοντας παρ' αὐτοῖς καὶ ἤτοι ταριχοπωλοῦντας ὑπ' ἀπορίας ἢ τὰ πρῶτα διδάσκοντας γράμματα καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος ὑβριζομένους καὶ κατὰ κόρρης παιομένους ὥσπερ τῶν ἀνδραπόδων τὰ ἀτιμότατα· Φίλιππον γοῦν τὸν Μακεδόνα ἐγὼ θεασάμενος οὐδὲ κρατεῖν ἐμαυτοῦ δυνατὸς ἦν· ἐδείχθη δέ μοι ἐν γωνιδίῳ τινὶ μισθοῦ ἀκούμενος τὰ σαπρὰ τῶν ὑποδημάτων. Πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἦν ἰδεῖν ἐν ταῖς τριόδοις μεταιτοῦντας, Ξέρξας λέγω καὶ Δαρείους καὶ Πολυκράτας.

18. ΦΙΛ. Ἄτοπα διηγῇ τὰ περὶ τῶν βασιλέων καὶ μικροῦ δεῖν ἄπιστα. Τί δὲ ὁ Σωκράτης ἔπραττε καὶ Διογένης καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν σοφῶν;

ΜΕΝ. Ὁ μὲν Σωκράτης κἀκεῖ περιέρχεται διελέγχων ἅπαντας· σύνεισι δ' αὐτῷ Παλαμήδης καὶ Ὀδυσσεὺς καὶ Νέστωρ καὶ εἴ τις ἄλλος λάλος νεκρός. Ἔτι μέντοι ἐπεφύσητο αὐτῷ καὶ διῳδήκει ἐκ τῆς φαρμακοποσίας τὰ σκέλη. Ὁ δὲ βέλτιστος Διογένης παροικεῖ μὲν Σαρδαναπάλλῳ τῷ Ἀσσυρίῳ καὶ Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν πολυτελῶν· ἀκούων δὲ οἰμωζόντων αὐτῶν καὶ τὴν παλαιὰν τύχην ἀναμετρουμένων γελᾷ τε καὶ τέρπεται καὶ τὰ πολλὰ ὕπτιος κατακείμενος ᾄδει μάλα τραχείᾳ καὶ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ τὰς οἰμωγὰς αὐτῶν ἐπικαλύπτων, ὥστε ἀνιᾶσθαι τοὺς ἄνδρας καὶ διασκέπτεσθαι μετοικεῖν οὐ φέροντας τὸν Διογένην.

19. ΦΙΛ. Ταυτὶ μὲν ἱκανῶς· τί δὲ τὸ ψήφισμα ἦν, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔλεγες κεκυρῶσθαι κατὰ τῶν πλουσίων;

19. Ἐθέλω δ' οὖν σοι, ὦ Ἑρμῆ, εἰπεῖν, ᾧτινι ἐοικέναι μοι ἔδοξαν οἱ ἄνθρωποι καὶ ὁ βίος ἅπας αὐτῶν. Ἤδη ποτὲ πομφόλυγας ἐν ὕδατι ἐθεάσω ὑπὸ κρουνῷ τινι καταράττοντι ἀνισταμένας; τὰς φυσαλλίδας λέγω, ἀφ' ὧν ξυναγείρεται ὁ ἀφρός· ἐκείνων τοίνυν τινὲς μὲν μικραί εἰσι καὶ αὐτίκα ἐκραγεῖσαι ἀπέσβησαν, αἱ δ' ἐπὶ πλέον διαρκοῦσι καὶ προσχωρουσῶν αὐταῖς τῶν ἄλλων αὗται ὑπερφυσώμεναι ἐς μέγιστον ὄγκον αἴρονται, εἶτα μέντοι κἀκεῖναι πάντως ἐξερράγησάν ποτε· οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως γενέσθαι. Τοῦτό ἐστιν ὁ ἀνθρώπου βίος· ἅπαντες ὑπὸ πνεύματος ἐμπεφυσημένοι οἱ μὲν μείζους, οἱ δ' ἐλάττους· καὶ οἱ μὲν ὀλιγοχρόνιον ἔχουσι καὶ ὠκύμορον τὸ φύσημα, οι δὲ ἅμα τῷ ξυστῆναι ἐπαύσαντο· πᾶσι δ' οὖν ἀπορραγῆναι ἀναγκαῖον.

19. At enim exponere tibi volo, Mercuri, cuinam rei similes mihi visi sint homines eorumque universa vita. Tu jam sane bullas aliquando in aqua spectasti sub scatebra violenter præcipitante exsistentes? bullas istas inquam inflatas, unde cogitur spuma : earum igitur quædam parvæ sunt, quæ statim diruptæ solent exstingui; aliæ diutius perdurant, accedentibusque aliis hæ mirifice inflatæ maximum in tumorem excrescunt; nec tamen et ipsæ non tandem ruptæ dilabuntur; haud enim aliter fieri potest. Id ipsum est hominis vita : cuncti a spiritu quodam intumuerunt, hi majores, illi minores; et nonnulli quidem brevissimi temporis habent et cito pereuntem inflationem, alii simul atque coaluerint deficiunt : veruntamen omnes bullæ modo ruptos interire necesse est.

ΕΡΜ. Οὐδὲν χεῖρον σὺ τοῦ Ὁμήρου εἴκασας, ὦ Χάρων, ὃς φύλλοις τὸ γένος αὐτῶν ὁμοιοῖ.

MERC. Nulla quidem parte deteriorem, Charon, comparationem instituisti, quam Homerus, qui cum foliis genus eorum confert.

20. ΧΑΡ. Καὶ τοιοῦτοι ὄντες, ὦ Ἑρμῆ, ὁρᾷς οἷα ποιοῦσι καὶ ὡς φιλοτιμοῦνται πρὸς ἀλλήλους ἀρχῶν πέρι καὶ τιμῶν καὶ κτήσεων ἁμιλλώμενοι, ἅπερ ἅπαντα καταλιπόντας αὐτοὺς δεήσει ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν παρ' ἡμᾶς. Βούλει οὖν, ἐπείπερ ἐφ' ὑψηλοῦ ἐσμὲν, ἀναβοήσας παμμέγεθες παραινέσω αὐτοῖς ἀπέχεσθαι μὲν τῶν ματαίων πόνων, ζῆν δὲ ἀεὶ τὸν θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας, λέγων, Ὦ μάταιοι, τί ἐσπουδάκατε περὶ ταῦτα; παύσασθε κάμνοντες· οὐ γὰρ ἐς ἀεὶ βιώσεσθε· οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα σεμνῶν ἀΐδιόν ἐστιν, οὐδ' ἂν

20. CHAR. Ejusmodi quum sint, Mercuri, vides qualia aggrediantur, quamque ambitiosa contentione inter se de magistratibus, honoribus et possessionibus decertent; quibus tamen omnibus relictis, non effugient quin haud plus uno obolo habentes veniant ad nos. Vin' ergo, quoniam in alto sumus, quanta potero maxima voce exclamem adhorterque eos, ut abstineant se a vanis laboribus, eoque modo vivant, ut semper mortem sibi ante oculos habeant positam, sic eos compellans : Inepti, quid studio istis in rebus abutimini? desinite fatigari, non enim in perpetuum vivetis : nihil eorum, quæ in terris maximi fiunt, sempiter-

ἀπάγοι τις αὐτῶν τι ξὺν αὑτῷ ἀποθανὼν, ἀλλ' ἀνάγκη τὸν μὲν γυμνὸν οἴχεσθαι, τὴν οἰκίαν δὲ καὶ τὸν ἀγρὸν καὶ τὸ χρυσίον ἀεὶ ἄλλων εἶναι καὶ μεταβάλλειν τοὺς δεσπότας. Εἰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐξ ἐπηκόου ἐμβοήσαιμι αὐτοῖς, οὐκ ἂν οἴει μεγάλα ὠφεληθῆναι τὸν βίον καὶ σωφρονεστέρους ἂν γενέσθαι παρὰ πολύ;

21. ΕΡΜ. Ὦ μακάριε, οὐκ οἶσθα, ὅπως αὐτοὺς ἡ ἄγνοια καὶ ἡ ἀπάτη διατεθείκασιν, ὡς μηδ' ἂν τρυπάνῳ ἔτι διανοιχθῆναι αὐτοῖς τὰ ὦτα· τοσούτῳ κηρῷ ἔβυσαν αὐτὰ, οἷόν περ ὁ Ὀδυσσεὺς τοὺς ἑταίρους ἔδρασε δέει τῆς Σειρήνων ἀκροάσεως. Πόθεν οὖν ἂν ἐκεῖνοι ἀκοῦσαι δυνηθεῖεν, ἢν καὶ σὺ κεκραγὼς διαρραγῇς; ὅπερ γὰρ παρ' ὑμῖν ἡ Λήθη δύναται, τοῦτο ἐνταῦθα ἡ ἄγνοια ἐργάζεται. Πλὴν ἀλλ' εἰσὶν αὐτῶν ὀλίγοι οὐ παραδεδεγμένοι τὸν κηρὸν ἐς τὰ ὦτα πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποκλίνοντες, ὀξὺ δεδορκότες ἐς τὰ πράγματα καὶ κατεγνωκότες οἷά ἐστιν.

ΧΑΡ. Οὐκοῦν ἐκείνοις γοῦν ἐμβοήσωμεν;

ΕΡΜ. Περιττὸν καὶ τοῦτο, λέγειν πρὸς αὐτοὺς ἃ ἴσασιν. Ὁρᾷς ὅπως ἀποσπάσαντες τῶν πολλῶν καταγελῶσι τῶν γιγνομένων καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀρέσκονται αὐτοῖς, ἀλλὰ δῆλοί εἰσι δρασμὸν ἤδη βουλεύοντες παρ' ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ βίου; καὶ γὰρ μισοῦνται ἐλέγχοντες αὐτῶν τὰς ἀμαθίας.

ΧΑΡ. Εὖ γε, ὦ γεννάδαι· πλὴν πάνυ ὀλίγοι εἰσὶν, ὦ Ἑρμῆ.

ΕΡΜ. Ἱκανοὶ καὶ οὗτοι. Ἀλλὰ κατίωμεν ἤδη.

22. ΧΑΡ. Ἓν ἔτι ἐπόθουν, ὦ Ἑρμῆ, εἰδέναι, καί μοι δείξας αὐτὸ ἐντελῆ ἔσῃ τὴν περιήγησιν πεποιημένος, τὰς ἀποθήκας τῶν σωμάτων, ἵνα κατορύττουσι, θεάσασθαι.

ΕΡΜ. Ἠρία, ὦ Χάρων, καὶ τύμβους καὶ τάφους καλοῦσι τὰ τοιαῦτα. Πλὴν τὰ πρὸ τῶν πόλεων ἐκεῖνα τὰ χώματα ὁρᾷς καὶ τὰς στήλας καὶ πυραμίδας; ἐκεῖνα πάντα νεκροδοχεῖα καὶ σωματοφυλάκιά εἰσι.

ΧΑΡ. Τί οὖν ἐκεῖνοι στεφανοῦσι τοὺς λίθους καὶ χρίουσι μύρῳ; οἱ δὲ καὶ πυρὰν νήσαντες πρὸ τῶν χωμάτων καὶ βόθρον τινὰ ὀρύξαντες κάουσί τε ταυτὶ τὰ πολυτελῆ δεῖπνα καὶ εἰς τὰ ὀρύγματα οἶνον καὶ μελίκρατον, ὡς γοῦν εἰκάσαι, ἐγχέουσιν;

ΕΡΜ. Οὐκ οἶδα, ὦ πορθμεῦ, τί ταῦτα πρὸς τοὺς ἐν Ἅδου· πεπιστεύκασι γοῦν τὰς ψυχὰς ἀναπεμπομένας κάτωθεν δειπνεῖν μὲν ὡς οἷόν τε περιπετομένας τὴν κνῖσαν καὶ τὸν καπνὸν, πίνειν δὲ ἀπὸ τοῦ βόθρου τὸ μελίκρατον.

ΧΑΡ. Ἐκείνους ἔτι πίνειν ἢ ἐσθίειν, ὧν τὰ κρανία ξηρότατα; καίτοι γελοῖός εἰμι σοὶ λέγων ταῦτα ὁσημέραι κατάγοντι αὐτούς. Οἶσθ' οὖν, εἰ δύναιντ' ἂν ἔτι ἀνελθεῖν ἅπαξ ὑποχθόνιοι γενόμενοι; ἐπεί τοι καὶ παγγέλοι' ἂν, ὦ Ἑρμῆ, ἔπασχες, οὐκ ὀλίγα πράγματα ἔχων, εἰ ἔδει μὴ κατάγειν μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ αὖθις ἀνάγειν πιομένους. Ὦ μάταιοι, τῆς ἀνοίας, οὐκ εἰδότες ἡλίκοις ὅροις διακέκριται τὰ νεκρῶν καὶ τὰ ζώντων πράγματα καὶ οἷα τὰ παρ' ἡμῖν ἐστι καὶ ὅτι

num est; nec quicquam inde secum abstulerit qui vita fungitur; quandoquidem necesse est ipsum abire nudum, domum vero, agrum, aurum aliorum ex aliis esse et mutare dominos. Hæc atque ejusmodi si sic, ut exaudiri possim, ipsis inclamem, non tu censes magnos inde redundaturos ad vitam fructus, ipsosque multo fore prudentiores?

21. MERC. Mi Charon, nescis quam eos ignorantia et fraudulentus error teneant occupatos, ut ne terebra quidem ipsis perforari queant aures : tanta ceræ copia eas obstruxerunt, quemadmodum Ulysses fecit sociis metuens ne Sirenas auscultarent. Quæ ergo spes est, illi ut audire possint, etiamsi tu clamando dirumparis? Quod enim apud vos Lethe potest, idem hic ignorantia perficit. Attamen sunt eorum pauci, qui ceram in aures non receperunt, veritatis partes sequentes, acie mentis ad pervidendas cognoscendasque res humanas plane singulari.

CHAR. Quin illis certe inclamamus?

MERC. Supervacuum et hoc fuerit, si dicas iis quæ noverunt. Viden' ut semoti a vulgo hominum derideant quicquid agitur, nullaque ex parte probant unquam? imo vero non obscure patefaciunt, se aufugere jam conari ad vos ex vita; eo magis quod odio sint, dum redarguunt istorum inscitias.

CHAR. Euge, generosa pectora! verum valde sunt pauci, Mercuri.

MERC. Etiam hi sufficiunt. Sed jam descendamus.

22. CHAR. Unum est adhuc quod desiderem scire, Mercuri : id si mihi ostenderis, plene res mihi humanas demonstrandi beneficium absolveris; scilicet conditoria cadaverum, ubi ea sepeliunt, ut spectem.

MERC. Monumenta, Charon, tumulos et sepulcra vocant istiusmodi conditoria. Ceterum, qui ante urbes sunt, aggestæ terræ cumulos illos vides, cipposque et pyramidas? ista omnia loci sunt mortuis recipiendis servandisque corporibus.

CHAR. Quid igitur illi coronant lapides et perungunt unguento? quidam vero etiam rogo præ tumulis exstructo et scrobe quadam effossa comburunt sumtuosas istas cœnas, atque in foveas vinum mulsumque, quantum conjectare licet, invergunt?

MERC. Equidem, o portitor, quid ista faciant ad eos qui sunt in Orco, ignoro : hoc tamen illis esse persuasum scio, animas sursum emissas ab inferis cœnare, qua licet, circumvolitantes nidorem et fumum, atque haurire de scrobe mulsum.

CHAR. Illi ut adhuc bibant edantve, quorum crania sunt aridissima? ridiculus enimvero sim, hæc tibi si dicam, qui quotidie deducis eos. Scin' quid, si possint remeare, ubi semel terram subierunt? nimirum tibi plane risu digna acciderent, Mercuri, qui jam satis quod agas habes negotii, si te oporteret non deducere solum ad inferos, sed insuper eos iterum reducere potaturos. Vah dementiam! inanissimi mortales, qui nesciatis quam longinquo finium intervallo discreta sint mortuorum viventiumque negotia, qualisque rerum sit nostrarum ratio; nec illud sciatis :

κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἄτυμβος ἀνὴρ ὅς τ' ἔλλαχε τύμβου,
ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ Ἶρος κρείων τ' Ἀγαμέμνων·
Θερσίτῃ δ' ἴσος Θέτιδος παῖς ἠϋκόμοιο.
Πάντες δ' εἰσὶν ὁμῶς νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
γυμνοί τε ξηροί τε κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

23. ΕΡΜ. Ἡράκλεις, ὡς πολὺν τὸν Ὅμηρον ἐπαντλεῖς. Ἀλλ' ἐπείπερ ἀνέμνησάς με, ἐθέλω σοι δεῖξαι τὸν τοῦ Ἀχιλλέως τάφον. Ὁρᾷς τὸν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ; Σίγειον μὲν ἐκεῖνό ἐστι τὸ Τρωϊκόν· ἀντικρὺ δὲ ὁ Αἴας τέθαπται ἐν τῷ Ῥοιτείῳ.

ΧΑΡ. Οὐ μεγάλοι, ὦ Ἑρμῆ, οἱ τάφοι. Τὰς πόλεις δὲ τὰς ἐπισήμους δεῖξόν μοι ἤδη, ἃς κάτω ἀκούομεν, τὴν Νίνον τὴν Σαρδαναπάλλου καὶ Βαβυλῶνα καὶ Μυκήνας καὶ Κλεωνὰς καὶ τὴν Ἴλιον αὐτήν· πολλοὺς γοῦν μέμνημαι διαπορθμεύσας ἐκεῖθεν, ὡς δέκα ὅλων ἐτῶν μὴ νεωλκῆσαι μηδὲ διαψῦξαι τὸ σκαφίδιον.

ΕΡΜ. Ἡ Νίνος μέν, ὦ πορθμεῦ, ἀπόλωλεν ἤδη καὶ οὐδὲ ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, οὐδ' ἂν εἴποις ὅπου ποτ' ἦν· ἡ Βαβυλὼν δέ σοι ἐκείνη ἐστὶν ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον, οὐ μετὰ πολὺ καὶ αὐτὴ ζητηθησομένη ὥσπερ ἡ Νίνος· Μυκήνας δὲ καὶ Κλεωνὰς αἰσχύνομαι δεῖξαί σοι, καὶ μάλιστα τὸ Ἴλιον. Ἀποπνίξεις γάρ εὖ οἶδ' ὅτι τὸν Ὅμηρον κατελθὼν ἐπὶ τῇ μεγαληγορίᾳ τῶν ἐπῶν. Πλὴν ἀλλὰ πάλαι μὲν ἦσαν εὐδαίμονες, νῦν δὲ τεθνᾶσι καὶ αὗται· ἀποθνήσκουσι γάρ, ὦ πορθμεῦ, καὶ πόλεις ὥσπερ ἄνθρωποι, καὶ τὸ παραδοξότατον, καὶ ποταμοὶ ὅλοι· Ἰνάχου γοῦν οὐδὲ τάφρος ἔτι ἐν Ἄργει καταλείπεται.

ΧΑΡ. Παπαῖ τῶν ἐπαίνων, Ὅμηρε, καὶ τῶν ὀνομάτων, Ἴλιος ἱρὴ καὶ εὐρυάγυια καὶ ἐϋκτίμεναι Κλεωναί.

24. Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων τίνες ἐκεῖνοί εἰσιν οἱ πολεμοῦντες ἢ ὑπὲρ τίνος ἀλλήλους φονεύουσιν;

ΕΡΜ. Ἀργείους ὁρᾷς, ὦ Χάρων, καὶ Λακεδαιμονίους καὶ τὸν ἡμιθνῆτα ἐκεῖνον στρατηγὸν Ὀθρυάδαν τὸν ἐπιγράφοντα τὸ τρόπαιον τῷ αὑτοῦ αἵματι.

ΧΑΡ. Ὑπὲρ τίνος δ' αὐτοῖς, ὦ Ἑρμῆ, ὁ πόλεμος;

ΕΡΜ. Ὑπὲρ τοῦ πεδίου αὐτοῦ, ἐν ᾧ μάχονται.

ΧΑΡ. Ὢ τῆς ἀνοίας, οἵ γε οὐκ ἴσασιν ὅτι, κἂν ὅλην τὴν Πελοπόννησον ἕκαστος αὐτῶν κτήσωνται, μόγις ἂν ποδιαῖον λάβοιεν τόπον παρὰ τοῦ Αἰακοῦ· τὸ δὲ πεδίον τοῦτο ἄλλοτε ἄλλοι γεωργήσουσι πολλάκις ἐκ βάθρων τὸ τρόπαιον ἀνασπάσαντες τῷ ἀρότρῳ.

ΕΡΜ. Οὕτω μὲν ταῦτα ἔσται· ἡμεῖς δὲ καταβάντες ἤδη καὶ κατὰ χώραν εὐθετήσαντες αὖθις τὰ ὄρη ἀπαλλαττώμεθα, ἐγὼ μὲν καθ' ἃ ἐστάλην, σὺ δὲ ἐπὶ τὸ πορθμεῖον· ἥξω δέ σοι καὶ αὐτὸς μετ' ὀλίγον νεκροστολῶν.

ΧΑΡ. Εὖ γε ἐποίησας, ὦ Ἑρμῆ· εὐεργέτης ἐς ἀεὶ ἀναγεγράψῃ. Ὠνάμην δέ τι διὰ σὲ τῆς ἀποδημίας. — Οἷά ἐστι τὰ τῶν κακοδαιμόνων ἀνθρώπων πράγματα. Χάρωνος δὲ οὐδεὶς λόγος.

Æque obiit nactus tumulum quique intumulatus :
hinc simili est in honore Irusque et rex Agamemno,
et par Thersitæ pulchra Nereide natus.
Debilia umbrarum capita omnes sunt simul atque
per pratum asphodeli nudi sicciqne vagantur.

23. MERC. Hercules, quam large nobis Homeri versus ingeris? Sed quandoquidem me commonefecisti, volo tibi monstrare Achillis sepulcrum. Viden' mari prope adjacens? Sigeum est illud Troicum; e regione autem situs est Ajax in Rhœteo.

CHAR. Non magna sunt, Mercuri, monumenta. Nunc urbes insignes monstra mihi, quas infra celebrari audimus, Ninum illam Sardanapali, Babylonem, Mycenas, Cleonas, ipsamque Ilion : multos equidem inde memini me trajecisse, adeo ut decem integris annis nec subducere neque ventis exponere licuerit scapham.

MERC. Ninus jam, portitor, interiit, neque ullum vestigium amplius est ejus reliquum; sic ut dicere nequeas ubi olim fuerit. Ecce tibi Babylonem turribus ornatam, quæ magno mœnium ambitu est cincta : illa ipsa quoque non diu post quæretur, haud secus ac Ninus. Mycenas vero Cleonasque pudet me monstrare tibi, ac præcipue Ilion : offocabis enim, sat scio, Homerum ad Orcum reversus ob magniloquentiam carminum. Attamen olim erant felices; nunc vero hæ quoque totæ sunt mortuæ : moriuntur enim, quemadmodum homines, sic et urbes; quodque maxime mirabile, fluvii etiam integri : Inachi certe ne alveus quidem Argis amplius superest.

CHAR. Papæ, quæ laudes, Homere! qui nominum splendor! Ilios sacra latisque viis insignis; Cleonæ nitide conditæ.

24. Sed, dum hæc loquimur, quinam isti sunt belligerantes, aut cujus rei causa sese invicem obtruncant?

MERC. Argivos cernis, Charon, et Lacedæmonios, illumque semianimem imperatorem Othryaden, qui inscribit tropæum suo sanguine.

CHAR. Pro qua re, Mercuri, bellum inter eos est?

MERC. Pro illo ipso campo, in quo pugna conseritur.

CHAR. O insignem dementiam! scilicet ignorant se, licet vel totam Peloponnesum eorum quisque possederit, vix tamen unius pedis spatium ab Æaco accepturos esse : campum autem illum alii atque alii usque colent, ac sæpe funditus illud tropæum eruent aratro.

MERC. Hæc quidem ita fient : nos vero, ubi jam descenderimus, suisque montes sedibus reposuerimus, discedamus, ego ad ea peragenda quorum gratia iter ingressus sum, tu ad cymbulam tuam : neque diu erit quum adventabo tibi mortuos deducens.

CHAR. Bene de me meritus es, Mercuri : in omne tempus beneficii auctor penes me eris scriptus. Haud mediocris autem per te fructus ex istac peregrinatione ad me redundavit. — Qualia sunt hominum infortunatorum negotia! Charontis vero nulla habetur ratio.

XIII.

ΠΕΡΙ ΘΥΣΙΩΝ.

1. Ἃ μὲν ἐν ταῖς θυσίαις οἱ μάταιοι πράττουσι καὶ ταῖς ἑορταῖς καὶ προσόδοις τῶν θεῶν καὶ ἃ αἰτοῦσι καὶ ἃ εὔχονται καὶ ἃ γιγνώσκουσι περὶ αὐτῶν, οὐκ οἶδ' εἴ τις οὕτω κατηφής ἐστι καὶ λελυπημένος ὅστις οὐ γελάσεται τὴν ἀβελτερίαν ἐπιβλέψας τῶν δρωμένων· καὶ πολύ γε, οἶμαι, πρότερον τοῦ γελᾶν πρὸς ἑαυτὸν ἐξετάσει πότερον εὐσεβεῖς αὐτοὺς χρὴ καλεῖν ἢ τοὐναντίον θεοῖς ἐχθροὺς καὶ κακοδαίμονας, οἵ γε οὕτω ταπεινὸν καὶ ἀγεννὲς τὸ θεῖον ὑπειλήφασιν ὥστε εἶναι ἀνθρώπων ἐνδεὲς καὶ κολακευόμενον ἥδεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν ἀμελούμενον· τὰ γοῦν Αἰτωλικὰ πάθη καὶ τὰς τῶν Καλυδωνίων συμφορὰς καὶ τοὺς τοσούτους φόνους καὶ τὴν Μελεάγρου διάλυσιν, πάντα ταῦτα ἔργα φασὶν εἶναι τῆς Ἀρτέμιδος μεμψιμοιρούσης, ὅτι μὴ παρελήφθη πρὸς τὴν θυσίαν ὑπὸ τοῦ Οἰνέως· οὕτως ἄρα βαθέως καθίκετο αὐτῆς ἡ τῶν ἱερείων διαμαρτία. Καί μοι δοκῶ ὁρᾶν αὐτὴν ἐν τῷ οὐρανῷ τότε μόνην τῶν ἄλλων θεῶν ἐς Οἰνέως πεπορευμένων, δεινὰ ποιοῦσαν καὶ σχετλιάζουσαν οἵας ἑορτῆς ἀπολειφθήσεται.

2. Τοὺς δ' αὖ Αἰθίοπας καὶ μακαρίους καὶ τρισευδαίμονας εἴποι τις ἄν, εἴ γε ἀπομνημονεύει τὴν χάριν αὐτοῖς ὁ Ζεύς, ἣν [ἐν ἀρχῇ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως] πρὸς αὐτὸν ἐπεδείξαντο δώδεκα ἑξῆς ἡμέρας ἑστιάσαντες, καὶ ταῦτα ἐπαγόμενον καὶ τοὺς ἄλλους θεούς. Οὕτως οὐδέν, ὡς ἔοικεν, ἀμισθὶ ποιοῦσιν ὧν ποιοῦσιν, ἀλλὰ πωλοῦσι τοῖς ἀνθρώποις τἀγαθά, καὶ ἔνεστι πρίασθαι παρ' αὐτῶν τὸ μὲν ὑγιαίνειν, εἰ τύχοι, βοιδίου, τὸ δὲ πλουτεῖν βοῶν τεττάρων, τὸ δὲ βασιλεύειν ἑκατόμβης, τὸ δὲ σῶν ἐπανελθεῖν ἐξ Ἰλίου ἐς Πύλον ταύρων ἐννέα, καὶ τὸ ἐκ τῆς Αὐλίδος ἐς Ἴλιον διαπλεῦσαι παρθένου βασιλικῆς· ἡ μὲν γὰρ Ἑκάβη τὸ μὴ ἁλῶναι τὴν πόλιν τότε ἐπρίατο παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς βοῶν δώδεκα καὶ πέπλου. Εἰκάζειν δὲ χρὴ πολλὰ εἶναι καὶ ἀλεκτρυόνος καὶ στεφάνου καὶ λιβανωτοῦ μόνου παρ' αὐτοῖς ὤνια.

3. Ταῦτα δέ, οἶμαι, καὶ ὁ Χρύσης ἐπιστάμενος ἅτε ἱερεὺς καὶ γέρων καὶ τὰ θεῖα σοφός, ἐπειδὴ ἄπρακτος ἀπῄει παρὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὡς ἂν καὶ προδανείσας τῷ Ἀπόλλωνι τὴν χάριν δικαιολογεῖται καὶ ἀπαιτεῖ τὴν ἀμοιβὴν καὶ μόνον οὐκ ὀνειδίζει λέγων, Ὦ βέλτιστε Ἄπολλον, ἐγὼ μέν σου τὸν νεὼν τέως ἀστεφάνωτον ὄντα πολλάκις ἐστεφάνωσα καὶ τοσαῦτά σοι μηρία ταύρων τε καὶ αἰγῶν ἔκαυσα ἐπὶ τῶν βωμῶν, σὺ δὲ ἀμελεῖς μου τοιαῦτα πεπονθότος καὶ παρ' οὐδὲν τίθεσαι τὸν εὐεργέτην. Τοιγαροῦν οὕτω κατεδυσώπησεν αὐτὸν ἐκ τῶν λόγων, ὥστε ἁρπασάμενος τὰ τόξα καὶ ὑπὲρ τοῦ ναοστάθμου καθίσας ἑαυτὸν κατετόξευε τῷ λοιμῷ τοὺς Ἀχαιοὺς αὐταῖς ἡμιόνοις καὶ κυσίν.

4. Ἐπεὶ δ' ἅπαξ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐμνήσθην, βούλομαι καὶ τὰ ἄλλα εἰπεῖν, ἃ περὶ αὐτοῦ οἱ σοφοὶ τῶν ἀν-

XIII.

DE SACRIFICIIS.

1. In sacrificiis quæ perpetrant inepti homines, in diebus festis, in salutationibus deorum; quæ porro petunt, quæ optant, quæ de illis sentiunt; nescio an ita demissus quisquam aut tristis sit, quin rideat, eorum quæ fiunt stoliditatem inspiciens. Verum multo, opinor, antequam rideat, cum animo suo exquiret, piosne prædicare illos fas sit, an contra ea hostes deorum et scelestos; qui quidem ita humilem illiberalemque esse divinam naturam opinentur, ut hominibus indigeat, ut gaudeat adulantibus, negligi se indignetur. Etenim Ætolicos illos casus, et calamitates Calydoniorum, et tot cædes, et illam Meleagri tabem, universa hæc opera aiunt esse Dianæ ægre ferentis ad sacrificium se non adhibitam ab Œneo: tam profunde in animum illius descendit, quod sacrificialibus epulis excidit! Ac videor mihi illam videre in cœlo solam tunc relictam, reliquis diis ad Œneum profectis, affligtantem se, et conquerentem quali sacro sibi sit carendum.

2. Ab altera parte Æthiopes beatos ac ter felices aliquis dixerit, si gratiam iis habeat Jupiter, quam [in ipso Homeri poeseos principio] ab illo inierunt, duodecim deinceps dierum epulis illum excipientes, idque quum reliquos etiam deos tanquam umbras secum adduceret. Adeo eorum quæ faciunt, absque mercede, ut videtur, faciunt nihil, sed vendunt bona hominibus, estque ut emat ab illis hic quidem valetudinem forte bucula, divitias alius bobus quattuor; alius regnum hecatomba; alius ut salvus ab Ilio Pylum redeat, tauris novem; uti vero Aulide Ilion liceat trajicere, virgine regia. Nam Hecuba quidem, ne tum urbs caperetur, bobus duodecim atque peplo a Minerva redimebat. Conjicere autem fas est, multa etiam gallo, aut corona, aut solo thure adeo apud ipsos esse venalia.

3. Horum puto, etiam Chryses gnarus, qui sacerdos esset, et senex et divinarum rerum consultus, quum infectis rebus rediret ab Agamemnone, expostulat cum Apolline, tanquam apud quem in fœnore collocasset gratiam, et vicem reposcit, et tantum non conviciatur, dicens : Equidem, optime Apollo, ædem tuam, coronarum honore ad eum diem carentem, sæpe coronavi, totque tibi taurorum caprarumque femora in altaribus tuis adolevi : tu vero me talia negligis passum, nulloque numero habes optime de te meritum. Itaque tantum oratione illa pudorem ei objecit, ut sagittis correptis insessoque editiore prope navium stationem loco, pestilentiæ telis Achivos ipsis cum mulis canibusque configeret.

4. Quum vero semel in Apollinis incidi mentionem, volo etiam reliqua dicere, quæ docti de illo homines commemo-

θρώπων λέγουσιν, οὐχ ὅσα περὶ τοὺς ἔρωτας ἐδυστύχησεν οὐδὲ τοῦ Ὑακίνθου τὸν φόνον οὐδὲ τῆς Δάφνης τὴν ὑπεροψίαν, ἀλλ' ὅτι καὶ καταγνωσθεὶς ἐπὶ τῷ τῶν Κυκλώπων θανάτῳ κἀξοστρακισθεὶς διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατεπέμφθη ἐς τὴν γῆν ἀνθρωπίνῃ χρησόμενος τῇ τύχῃ· ὅτε δὴ καὶ ἐθήτευσεν ἐν Θετταλίᾳ παρ' Ἀδμήτῳ καὶ ἐν Φρυγίᾳ παρὰ Λαομέδοντι, παρὰ τούτῳ μέν γε οὐ μόνος, ἀλλὰ μετὰ τοῦ Ποσειδῶνος ἀμφότεροι πλινθεύοντες ὑπ' ἀπορίας καὶ ἐργαζόμενοι τὸ τεῖχος, καὶ οὐδὲ ἐντελῆ τὸν μισθὸν ἐκομίσαντο παρὰ τοῦ Φρυγὸς, ἀλλὰ προσώφειλεν αὐτοῖς πλέον ἢ τριάκοντα, φασὶ, δραχμὰς Τρωϊκάς.

5. Ἦ γὰρ οὐ ταῦτα σεμνολογοῦσιν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν θεῶν καὶ πολὺ τούτων ἱερώτερα περί τε Ἡφαίστου καὶ Προμηθέως καὶ Κρόνου καὶ Ῥέας καὶ σχεδὸν ὅλης τῆς τοῦ Διὸς οἰκίας; καὶ ταῦτα παρακαλέσαντες τὰς Μούσας συνῳδοὺς ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν, ὑφ' ὧν δὴ ἔνθεοι γενόμενοι ὡς τὸ εἰκὸς ᾄδουσιν, ὡς ὁ μὲν Κρόνος ἐπειδὴ τάχιστα ἐξέτεμε τὸν πατέρα τὸν Οὐρανὸν, ἐβασίλευέ τε ἐν αὐτῷ καὶ τὰ τέκνα κατήσθιεν ὥσπερ ὁ Ἀργεῖος Θυέστης· ὕστερον δὲ ὁ Ζεὺς κλαπεὶς ὑπὸ τῆς Ῥέας ὑποβαλλομένης τὸν λίθον ἐς τὴν Κρήτην ἐκτεθεὶς ὑπ' αἰγὸς ἀνετράφη καθάπερ ὁ Τήλεφος ὑπ' ἐλάφου καὶ ὁ Πέρσης Κῦρος ὁ πρότερον ὑπὸ τῆς κυνὸς, εἶτ' ἐξελάσας τὸν πατέρα καὶ ἐς τὸ δεσμωτήριον καταβαλὼν ἔσχε τὴν ἀρχὴν αὐτός· ἔγημε δὲ πολλὰς μὲν καὶ ἄλλας, ὑστάτην δὲ τὴν Ἥραν τὴν ἀδελφὴν κατὰ τοὺς Περσῶν τοῦτο καὶ Ἀσσυρίων νόμους· ἐρωτικὸς δὲ ὢν καὶ ἐς τὰ ἀφροδίσια κεχυμένος ῥᾳδίως ἐνέπλησε παίδων τὸν οὐρανὸν, τοὺς μὲν ἐξ ὁμοτίμων ποιησάμενος, ἐνίους δὲ καὶ νόθους ἐκ τοῦ θνητοῦ καὶ ἐπιγείου γένους, ἄρτι μὲν ὁ γεννάδας γιγνόμενος χρυσίον, ἄρτι δὲ ταῦρος ἢ κύκνος ἢ ἀετὸς, καὶ ὅλως ποικιλώτερος αὐτοῦ Πρωτέως· μόνην δὲ τὴν Ἀθηνᾶν ἔφυσεν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπ' αὐτὸν ἀτεχνῶς τὸν ἐγκέφαλον συλλαβών· τὸν μὲν γὰρ Διόνυσον ἡμιτελῆ, φασὶν, ἐκ τῆς μητρὸς ἔτι καομένης ἁρπάσας ἐν τῷ μηρῷ φέρων κατώρυξε κᾆτα ἐξέτεμε τῆς ὠδῖνος ἐνστάσης.

6. Ὅμοια δὲ τούτοις καὶ περὶ τῆς Ἥρας ᾄδουσιν, ἄνευ τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα ὁμιλίας ὑπηνέμιον αὐτὴν παῖδα γεννῆσαι τὸν Ἥφαιστον, οὐ μάλα εὐτυχῆ τοῦτον, ἀλλὰ βάναυσον καὶ χαλκέα καὶ πυρίτην ἐν καπνῷ τὸ πᾶν βιοῦντα καὶ σπινθήρων ἀνάπλεων οἷα δὴ καμινευτὴν καὶ οὐδὲ ἄρτιον τὼ πόδε· χωλευθῆναι γὰρ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πτώματος, ὁπότε ἐρρίφη ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐξ οὐρανοῦ, καὶ εἴ γε μὴ οἱ Λήμνιοι καλῶς ποιοῦντες ἔτι φερόμενον αὐτὸν ὑπεδέξαντο, κἂν ἐτεθνήκει ἂν ἡμῖν ὁ Ἥφαιστος ὥσπερ ὁ Ἀστυάναξ ἀπὸ τοῦ πύργου καταπεσών. Καίτοι τὰ μὲν Ἡφαίστου μέτρια· τὸν δὲ Προμηθέα τίς οὐκ οἶδεν οἷα ἔπαθε, διότι καθ' ὑπερβολὴν φιλάνθρωπος ἦν; καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτον ἐς τὴν Σκυθίαν ἀγαγὼν ὁ Ζεὺς ἀνεσταύρωσεν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου καὶ τὸν ἀετὸν αὐτῷ παρακαταστήσας τὸ ἧπαρ ὁσημέραι κολάψοντα.

rant, non quam invenustus amator fuerit, nec Hyacinthi cædem, neque ut Daphne aspernata sit illum; sed quod et judicio damnatus ob Cyclopas interfectos et testarum suffragio de cœlo in terram sit ejectus, humana conditione atque sorte usurus : illo igitur tempore etiam servili ministerio, in Thessalia apud Admetum, et apud Laomedontem in Phrygia, functus est; apud hunc quidem non ipse solus, sed cum Neptuno, lateribus ducendis ambo et muro struendo operam locantes ob inopiam, ne integram quidem a Phryge mercedem tulerunt, sed debuit hic de ea illis, aiunt, amplius triginta drachmas Troicas.

5. Numquid enim non talia magnifice narrant de diis poetæ, et multum hisce diviniora, de Vulcano, et Prometheo, et Saturno et Rhea, totaque pæne Jovis familia? et hæc faciunt invocatis in principio versuum Musis cantus adjutricibus, quarum afflatu deo, ut consentaneum est, pleni canunt, ut Saturnus exsecto statim Cœlo patre in illo imperaverit, suosque natos devorarit, ut Argivus Thyestes; ut deinde Jupiter, furto subjicientis lapidem Rheæ, in Creta expositus et a capra nutritus sit, quemadmodum Telephus a cerva et a cane Persa Cyrus superior; ut deinde expulso patre et in carcerem conjecto, imperium ipse tenuerit; ut uxores duxerit ille quidem complures alias, ultimam vero Junonem germanam suam, ex Persarum hoc quidem Assyriorumque legibus : amator vero maximus quum esset et effusus solutusque in venerem, facile cœlum liberis ut compleverit; quorum alios ex suæ dignitatis matribus, alios vero etiam nothos ex mortali ac terrestri genere creaverit, quum nunc aurum generosus ille, nunc taurus, aut olor, aut aquila fieret, denique ipso Proteo mutabilior; solam autem ex suo ipse capite Minervam ut genuerit, intra ipsum plane cerebrum conceptam : Bacchum enim, semiformem, aiunt, ex matre cummaxime flagrante ereptum, in suo ipse femore ocius defodit, ac deinde instante partus dolore exsecuit.

6. Similia vero hisce etiam de Junone canunt, sine viri consuetudine eam peperisse filium Vulcanum, quasi aura conceptum, non nimis illum beatum, sed sordidum opificem, fabrum ærarium, igne adustum, in fumo viventem semper, favilla oppletum, ut qui camino astet tota vita; et ne recte quidem pedibus valentem : claudum nempe redditum ex casu, quum de cœlo projectus a Jove esset; et nisi (bonum factum!) Lemnii, quum ita præceps ferretur, illum excepissent, perierat adeo nobis Vulcanus, ut ille præcipitatus de turri Astyanax. Quanquam Vulcani ista tolerabilia : Prometheo vero quis ignorat quæ acciderint ea causa, quod supra modum homines amaret? abductum enim hunc in Scythiam Jupiter Caucaso monti tanquam cruci affixit, aquila etiam apposita, quæ jecur viri quotidie rostro tunderet.

7. Οὗτος μὲν οὖν ἐξετέλεσε τὴν καταδίκην. Ἡ Ῥέα δὲ — χρὴ γὰρ ἴσως καὶ ταῦτα εἰπεῖν — πῶς οὐκ ἀσχημονεῖ καὶ δεινὰ ποιεῖ, γραῦς μὲν ἤδη καὶ ἔξωρος οὖσα καὶ τοσούτων μήτηρ θεῶν, παιδεραστοῦσα δ' ἔτι καὶ ζηλοτυποῦσα καὶ τὸν Ἄττιν ἐπὶ τῶν λεόντων περιφέρουσα, καὶ ταῦτα χρήσιμον μηκέτι εἶναι δυνάμενον; ὥστε πῶς ἂν ἔτι μέμφοιτό τις ἢ τῇ Ἀφροδίτῃ, ὅτι μοιχεύεται, ἢ τῇ Σελήνῃ πρὸς τὸν Ἐνδυμίωνα κατιούσῃ πολλάκις ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ;

8. Φέρε δὲ ἤδη τούτων ἀφέμενοι τῶν λόγων ἐς αὐτὸν ἀνέλθωμεν τὸν οὐρανὸν ποιητικῶς ἀναπτάμενοι κατὰ τὴν αὐτὴν Ὁμήρῳ καὶ Ἡσιόδῳ ὁδὸν καὶ θεασώμεθα ὅπως ἕκαστον διακεκόσμηται τῶν ἄνω· καὶ ὅτι μὲν χαλκοῦς ἐστι τὰ ἔξω, καὶ πρὸ ἡμῶν τοῦ Ὁμήρου λέγοντος ἠκούσαμεν· ὑπερβάντι δὲ καὶ ἀνακύψαντι μικρὸν ἐς τὸ ἄνω καὶ ἀτεχνῶς ἐπὶ τοῦ νώτου γενομένῳ φῶς τε λαμπρότερον φαίνεται καὶ ἥλιος καθαρώτερος καὶ ἄστρα διαυγέστερα καὶ τὸ πᾶν ἡμέρα καὶ χρυσοῦν τὸ δάπεδον· ἐσιόντων δὲ πρῶτα μὲν οἰκοῦσιν αἱ Ὧραι· πυλωροῦσι γάρ· ἔπειτα δ' ἡ Ἶρις καὶ ὁ Ἑρμῆς ὄντες ὑπηρέται καὶ ἀγγελιαφόροι τοῦ Διός· ἑξῆς δὲ τοῦ Ἡφαίστου τὸ χαλκεῖον ἀνάμεστον ἁπάσης τέχνης, μετὰ δὲ αἱ τῶν θεῶν οἰκίαι καὶ τοῦ Διὸς τὰ βασίλεια, ταῦτα πάντα περικαλλῆ τοῦ Ἡφαίστου κατασκευάσαντος.

9. « Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι » — πρέπει γάρ, οἶμαι, ἄνω ὄντα μεγαληγορεῖν — ἀποσκοποῦσιν ἐς τὴν γῆν καὶ πάντῃ περιβλέπουσιν ἐπικύπτοντες, εἴ ποθεν ὄψονται πῦρ ἀναπτόμενον ἢ ἀναφερομένην « κνῖσαν ἑλισσομένην περὶ καπνῷ. » Κἂν μὲν θύῃ τις, εὐωχοῦνται πάντες ἐπικεχηνότες τῷ καπνῷ καὶ τὸ αἷμα πίνοντες τοῖς βωμοῖς προσχεόμενον ὥσπερ αἱ μυῖαι· ἢν δὲ οἰκόσιτοι ὦσι, νέκταρ καὶ ἀμβροσία τὸ δεῖπνον. Πάλαι μὲν οὖν καὶ ἄνθρωποι συνειστιῶντο καὶ συνέπινον αὐτοῖς, ὁ Ἰξίων καὶ ὁ Τάνταλος· ἐπεὶ δὲ ἦσαν ὑβρισταὶ καὶ λάλοι, ἐκεῖνοι μὲν ἔτι καὶ νῦν κολάζονται, ἄβατος δὲ τῷ θνητῷ γένει καὶ ἀπόρρητος ὁ οὐρανός.

10. Τοιοῦτος ὁ βίος τῶν θεῶν. Τοιγαροῦν καὶ οἱ ἄνθρωποι συνῳδὰ τούτοις καὶ ἀκόλουθα περὶ τὰς θρησκείας ἐπιτηδεύουσι· καὶ πρῶτον μὲν ὕλας ἀπετέμοντο καὶ ὄρη ἀνέθεσαν καὶ ὄρνεα καθιέρωσαν καὶ φυτὰ ἐπεφήμισαν ἑκάστῳ θεῷ· μετὰ δὲ νειμάμενοι κατὰ ἔθνη σέβουσι καὶ πολίτας αὐτῶν ἀποφαίνουσιν, ὁ μὲν Δελφὸς τὸν Ἀπόλλω καὶ ὁ Δήλιος, ὁ δ' Ἀθηναῖος τὴν Ἀθηνᾶν — μαρτυρεῖται γοῦν τὴν οἰκειότητα τῷ ὀνόματι — καὶ τὴν Ἥραν ὁ Ἀργεῖος καὶ ὁ Μυγδόνιος τὴν Ῥέαν καὶ τὴν Ἀφροδίτην ὁ Πάφιος, οἱ δ' αὖ Κρῆτες οὐ γενέσθαι παρ' αὐτοῖς οὐδὲ τραφῆναι μόνον τὸν Δία λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσι· καὶ ἡμεῖς ἄρα τοσοῦτον ἠπατήμεθα χρόνον οἰόμενοι τὸν Δία βροντᾶν τε καὶ ὕειν καὶ τἄλλα πάντα ἐπιτελεῖν, ὁ δὲ ἐλελήθει πάλαι τεθνεὼς παρὰ Κρησὶ τεθαμμένος.

11. Ἔπειτα δὲ ναοὺς ἐγείραντες, ἵν' αὐτοῖς μὴ ἄοικοι μηδὲ ἀνέστιοι δῆθεν ὦσιν, εἰκόνας αὐτοῖς ἀπεικά-

7. Hic igitur pœnas persolvit. Rheam vero (fortasse enim ista quoque dicenda sunt) quis neget indecore se gerere et indigna facere, quæ, anus licet et effœta et tot deorum mater, puerorum adhuc amoribus ac zelotypia ardeat, atque Attin suum juncta leonibus rheda tollat, eumque talem qui jam nec utilis illi esse possit? Quæ quum ita sint, quis jam Veneri succenseat ob adulteria, aut Lunæ de media sæpe via ad suum descendenti Endymionem?

8. Age vero jam his relictis sermonibus in ipsum ascendamus cœlum, poetarum licentia eadem qua Homerus Hesiodusque via evecti, videamusque quomodo cœlestium unumquodque ornatum instructumque sit. Atque æneum quidem esse cœlum exterius, jam ante nos Homerum narrantem audivimus: si quis autem transgressus paullum etiam interiora sublato capite introspexerit, atque adeo in dorsum et terga convexa evaserit, illi vero et lux candidior fulget, et sol purior, et illustriora sidera, ac dies ubique et solum aureum. Ad primum ingressum Horæ habitant, janitrices nempe; tum Iris et Mercurius, ministri siquidem Jovis ac nuntii : deinde æraria Vulcani officina omni artis instrumento plena; tum deorum domus, et ipsa Jovis regia: hæc omnia pulcherrima undique a Vulcano fabricata.

9. « Consedere dei » (decet enim puto superna illa ingressum magnifice etiam loqui) circa Jovem et in terram despiciunt, ubique oculos cernui circumferentes, si qua videant ignem accensum, aut surgentia « nidore volumina fumi » Et si quis sacrificat, epulantur omnes inhiantes fumo, et sanguinem altaribus affusum, muscarum instar, haurientes; domi vero si cœnant, nectar et ambrosia illorum sunt epulæ. Olim quidem homines etiam ad convivium et comessationem illorum adhibebantur, Ixion puta et Tantalus : quum vero tentatores dearum essent et loquaces, ipsi quidem pœnas ad hunc diem luunt, ceterum inaccessum est ab illo tempore mortalium generi cœlum atque interdictum.

10. Talis deorum vita est. Homines igitur consonantia his et consequentia circa religiones instituerunt. Primum nemora sacrarunt, et montes dedicarunt, et sacras esse jusserunt aves, et suas unicuique plantas deo assignarunt; deinde in gentes descriptos colunt, suosque cives declarant; Delphus quidem Deliusque Apollinem; Minervam vero Atheniensis (testatur enim ipso suo nomine Græco illam conjunctionem); Junonem porro Argivus, et Mygdonius Rheam, et Venerem Paphius: rursum Cretenses non natum modo apud se, neque nutritum modo Jovem prædicant, sed sepulcrum quoque illius ostendunt. Nos igitur longo adeo tempore falsi sumus, qui putaverimus Jovem tonare et pluere et reliqua omnia perficere : at fugit nos, olim eum esse mortuum, qui apud Cretenses sepultus sit.

11. Deinde templis excitatis, ne sine domo videlicet et sine foco sibi sint dii, signa illis assimilant, aut Praxitele

ζουσι παρακαλέσαντες ἢ Πραξιτέλην ἢ Πολύκλειτον ἢ Φειδίαν, οἱ δ' οὐκ οἶδ' ὅπου ἰδόντες ἀναπλάττουσι γενειήτην μὲν τὸν Δία, παῖδα δ' ἐς ἀεὶ τὸν Ἀπόλλωνα καὶ τὸν Ἑρμῆν ὑπηνήτην καὶ τὸν Ποσειδῶνα κυανοχαίτην καὶ γλαυκῶπιν τὴν Ἀθηνᾶν. Ὅμως δ' οὖν οἱ παριόντες ἐς τὸν νεὼν οὔτε τὸν ἐξ Ἰνδῶν ἐλέφαντα ἔτι οἴονται ὁρᾶν οὔτε τὸ ἐκ τῆς Θρᾴκης μεταλλευθὲν χρυσίον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Κρόνου καὶ Ῥέας ἐς τὴν γῆν ὑπὸ Φειδίου μετῳκισμένον καὶ τὴν Πισαίων ἐρημίαν ἐπισκοπεῖν κεκελευσμένον, ἀγαπῶντα εἰ διὰ πέντε ὅλων ἐτῶν θύσει τις αὐτῷ πάρεργον Ὀλυμπίων.

12. Θέμενοι δὲ βωμοὺς καὶ προρρήσεις καὶ περιρραντήρια προσάγουσι τὰς θυσίας, βοῦν μὲν ἀροτῆρα ὁ γεωργός, ἄρνα δὲ ὁ ποιμὴν καὶ αἶγα ὁ αἰπόλος, ὁ δέ τις λιβανωτὸν ἢ πόπανον, ὁ δὲ πένης ἱλάσατο τὸν θεὸν φιλήσας μόνον τὴν αὐτοῦ δεξιάν. Ἀλλ' οἵ γε θύοντες — ἐπ' ἐκείνους γὰρ ἐπάνειμι — στεφανώσαντες τὸ ζῷον καὶ πολύ γε πρότερον ἐξετάσαντες εἰ ἐντελὲς εἴη, ἵνα μηδὲ τῶν ἀχρήστων τι κατασφάττωσι, προσάγουσι τῷ βωμῷ καὶ φονεύουσιν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ θεοῦ γοερόν τι μυκώμενον καὶ ὡς τὸ εἰκὸς εὐφημοῦν καὶ ἡμίφωνον ἤδη τῇ θυσίᾳ ἐπαυλοῦν. Τίς οὐκ ἂν εἰκάσειεν ἥδεσθαι ταῦτα ὁρῶντας τοὺς θεούς;

13. Καὶ τὸ μὲν πρόγραμμά φησι μὴ παριέναι ἐς τὸ εἴσω τῶν περιρραντηρίων ὅστις μὴ καθαρός ἐστι τὰς χεῖρας· ὁ δὲ ἱερεὺς αὐτὸς ἕστηκεν ἡμαγμένος καὶ ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ἐκεῖνος ἀνατέμνων καὶ τὰ ἔγκατα ἐξαίρων καὶ καρδιουλκῶν καὶ τὸ αἷμα τῷ βωμῷ περιχέων καὶ τί γὰρ οὐκ εὐσεβὲς ἐπιτελῶν; ἐπὶ πᾶσι δὲ πῦρ ἀνακαύσας ἐπέθηκε φέρων αὐτῇ δορᾷ τὴν αἶγα καὶ αὐτοῖς ἐρίοις τὸ πρόβατον· ἡ δὲ κνῖσα θεσπέσιος καὶ ἱεροπρεπὴς χωρεῖ ἄνω καὶ ἐς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἠρέμα διασκίδναται. Ὁ μέν γε Σκύθης πάσας τὰς θυσίας ἀφεὶς καὶ ἡγησάμενος ταπεινὰς αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους τῇ Ἀρτέμιδι παρίστησι καὶ οὕτω ποιῶν ἀρέσκει τὴν θεόν.

14. Ταῦτα μὲν δὴ ἴσως μέτρια καὶ τὰ ὑπ' Ἀσσυρίων γιγνόμενα καὶ ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν, ἢν δ' ἐς τὴν Αἴγυπτον ἔλθῃς, τότε δὴ τότε ὄψει πολλὰ τὰ σεμνὰ καὶ ὡς ἀληθῶς ἄξια τοῦ οὐρανοῦ, κριοπρόσωπον μὲν τὸν Δία, κυνοπρόσωπον δὲ τὸν βέλτιστον Ἑρμῆν καὶ τὸν Πᾶνα ὅλον τράγον καὶ ἶβίν τινα καὶ κροκόδειλον ἕτερον καὶ πίθηκον.

Εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' εὖ εἰδῇς,

ἀκούσῃ πολλῶν σοφιστῶν καὶ γραμματέων καὶ προφητῶν ἐξυρημένων διηγουμένων — πρότερον δέ φησιν ὁ λόγος, « θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι » — ὡς ἄρα ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ τῶν γιγάντων τὴν ἐπανάστασιν οἱ θεοὶ φοβηθέντες ἧκον ἐς τὴν Αἴγυπτον ὡς δὴ ἐνταῦθα λησόμενοι τοὺς πολεμίους· εἶθ' ὁ μὲν αὐτῶν ὑπέδυ τράγον, ὁ δὲ κριὸν ὑπὸ τοῦ δέους, ὁ δὲ θηρίον ἢ ὄρνεον, διὸ δὴ εἰσέτι καὶ νῦν φυλάττεσθαι τὰς τότε μορφὰς τοῖς θεοῖς· ταῦτα γὰρ ἀμέλει ἐν τοῖς ἀδύτοις ἀπόκειται γραφέντα πλεῖον ἢ πρὸ ἐτῶν μυρίων.

advocato aut Polycleto, aut Phidia: atque hi nescio ubi viderint deos; fingunt certe barbatum Jovem, perpetuo adolescentem Apollinem, Mercurium primæ lanuginis juvenem, cæruleo capillo Neptunum, et glaucis Minervam oculis. Tamen qui intrant ædem, non jam Indicum sibi ebur videntur videre, aut quæsitum ex Thraciæ metallis aurum; sed ipsum Saturni ac Rheæ filium, in terram traductum collocatumque a Phidia, et Pisæorum desertis præsidere jussum, ac satis habere si ipsis quinque interjectis annis per Olympiorum occasionem obiter aliquis ei sacrificet.

12. Positis vero altaribus et edictis et vasis lustralibus, hostias admovent, aratorem bovem agricola, opilio ovem, capram caprarius, alius quidam thus aut libum; pauper autem placavit deum adorata solum dextra. Ipsi vero sacrificantes (ad hos enim redeo) vittatum animal, quod quidem diu ante probarunt si sit integrum, ne quod impurum aut parum idoneum mactent, admovent altari, et in oculis dei mactant lugubre quiddam sonans, quæ bona illius verba interpretari licet, et tibiarum instar dimidiata jam voce sacrificio accinens. Quis non putet delectari, hæc quum vident, deos?

13. Et edicti quidem tabula denunciat, ne ingredi audeat intra vasa lustralia, si quis manus puras non habeat: ceterum sacerdos ipse stat cruentatus, et ut Cyclops ille secans et exta eximens et cor protrahens, et sanguinem affundens altari, et nihil non pium perficiens: denique vero igni accenso imponit ipsa cum pelle capram, et ovem cum sua sibi lana: tum nidor ille sanctus ac deo dignus alta petit et in ipsum cœlum paullatim diffunditur. At Scytha relictis hostiis omnibus, quas humiles putat, ipsos homines ad aram Dianæ sistit, eoque facto deam placat.

14. At ista forte mediocria, non minus his quæ apud Assyrios fiunt et Phrygas Lydosque: in Ægyptum vero si veneris, tum sane, tum videbis magnifica multa et vere digna cœlo: arietina facie Jovem, canina præclarum illum Mercurium, et Pana caprum usquequaque: et aliquem eorum ibin videbis, crocodilum alium, et simiam.

Hæc si nosse velis, ut sint tibi cognita plane,

audies sophistas multos et scribas, et raso capite prophetas, qui tibi enarrent, edicto prius, « Aures cohibete profani! » qui tibi enarrent, inquam, ut ab hostibus et gigantibus seditionem metuentes dii in Ægyptum venerint, ubi latere se sperarent ab hostibus; deinde unus illorum caprum subierit, arietem præ metu alius, bestiam quamcumque alius, aut avem: hancque ob causam illas formas hodie quoque servari diis. Hæc nimirum in penetralibus templorum reposita servantur, scripta ante decies mille amplius annos.

15. Αἱ δὲ θυσίαι καὶ παρ' ἐκείνοις αἱ αὐταὶ, πλὴν ὅτι πενθοῦσι τὸ ἱερεῖον καὶ κόπτονται περιστάντες ἤδη πεφονευμένον, οἱ δὲ καὶ θάπτουσι μόνον ἀποσφάξαντες. Ὁ μὲν γὰρ Ἆπις, ὁ μέγιστος αὐτοῖς θεὸς, ἐὰν ἀποθάνῃ, τίς οὕτω περὶ πολλοῦ ποιεῖται τὴν κόμην ὅστις οὐκ ἀπεξύρησε καὶ ὑψηλὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸ πένθος ἐπεδείξατο, κἂν τὸν Νίσου ἔχῃ πλόκαμον τὸν πορφυροῦν; Ἔστι δὲ ὁ Ἆπις ἐξ ἀγέλης θεὸς ἐπὶ τῷ προτέρῳ χειροτονούμενος, ὡς πολὺ καλλίων καὶ σεμνότερος τῶν ἰδιωτῶν βοῶν. Ταῦτα οὕτω γιγνόμενα καὶ ὑπὸ τῶν πολλῶν πιστευόμενα δεῖσθαί μοι δοκεῖ τοῦ μὲν ἐπιτιμήσοντος οὐδενὸς, Ἡρακλείτου δέ τινος ἢ Δημοκρίτου, τοῦ μὲν γελασομένου τὴν ἄγνοιαν αὐτῶν, τοῦ δὲ τὴν ἄνοιαν ὀδυρουμένου.

15. Ceterum sacrificia etiam apud illos eadem, nisi quod lugent hostiam et plangunt circumstantes modo mactatam; alii vero eam sepeliunt, contenti jugulasse. Maximus quidem illorum deus Apis si moritur, quis tanti facit comam, quin tondeat, et altum in capite luctum præ se ferat, si vel purpureum Nisi cirrum habeat? Est porro Apis de grege deus, priori illi suffectus, honestior longe ceteris de plebe bobus et augustior. Hæc quæ ita fiunt et a vulgo creduntur, reprehensore opus habere mihi non videntur, sed vel Heraclito quodam vel Democrito, quorum alter ignorantiam illorum rideat, amentiam alter deploret.

XIV.

ΒΙΩΝ ΠΡΑΣΙΣ.

1. ΖΕΥΣ. Σὺ μὲν διατίθει τὰ βάθρα καὶ παρασκεύαζε τὸν τόπον τοῖς ἀφικνουμένοις, σὺ δὲ στῆσον ἑξῆς παραγαγὼν τοὺς βίους, ἀλλὰ κοσμήσας πρότερον, ὡς εὐπρόσωποι φανοῦνται καὶ ὅτι πλείστους ἐπάξονται· σὺ δὲ, ὦ Ἑρμῆ, κήρυττε καὶ ξυγκάλει ἀγαθῇ τύχῃ τοὺς ὠνητὰς ἤδη παρεῖναι πρὸς τὸ πωλητήριον. Ἀποκηρύξομεν δὲ βίους φιλοσόφους παντὸς εἴδους καὶ προαιρέσεων ποικίλων. Εἰ δέ τις οὐκ ἔχοι τὸ παραυτίκα τἀργύριον καταβαλέσθαι, ἐς νέωτα ἐκτίσει καταστήσας ἐγγυητήν.

ΕΡΜ. Πολλοὶ συνίασιν· ὥστε χρὴ μὴ διατρίβειν μηδὲ κατέχειν αὐτούς.

ΖΕΥΣ. Πωλῶμεν οὖν.

2. ΕΡΜ. Τίνα θέλεις πρῶτον παραγάγωμεν;

ΖΕΥΣ. Τουτονὶ τὸν κομήτην, τὸν Ἰωνικὸν, ἐπεὶ καὶ σεμνός τις εἶναι φαίνεται.

ΕΡΜ. Οὗτος ὁ Πυθαγορικὸς κατάβηθι καὶ πάρεχε σαυτὸν ἀναθεωρεῖν τοῖς συνειλεγμένοις.

ΖΕΥΣ. Κήρυττε δή.

ΕΡΜ. Τὸν ἄριστον βίον πωλῶ, τὸν σεμνότατον, τίς ὠνήσεται; τίς ὑπὲρ ἄνθρωπον εἶναι βούλεται; τίς εἰδέναι τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν καὶ ἀναβιῶναι πάλιν;

ΑΓΟΡΑΣΤΗΣ. Τὸ μὲν εἶδος οὐκ ἀγεννής. Τί δὲ μάλιστα οἶδεν;

ΕΡΜ. Ἀριθμητικὴν, ἀστρονομίαν, τερατείαν, γεωμετρίαν, μουσικὴν, γοητείαν. Μάντιν ἄκρον βλέπεις.

ΑΓΟ. Ἔξεστιν αὐτὸν ἀνακρίνειν;

ΕΡΜ. Ἀνάκρινε ἀγαθῇ τύχῃ.

3. ΑΓΟ. Ποδαπὸς εἶ σύ;

ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ. Σάμιος.

ΑΓΟ. Ποῦ δὲ ἐπαιδεύθης;

ΠΥΘ. Ἐν Αἰγύπτῳ παρὰ τοῖς ἐκεῖ σοφοῖσι.

ΑΓΟ. Φέρε δὲ, ἢν πρίωμαί σε, τί με διδάξεις;

ΠΥΘ. Διδάξομαι μὲν οὐδὲν, ἀναμνήσω δέ.

ΑΓΟ. Πῶς ἀναμνήσεις;

XIV.

VITARUM AUCTIO.

1. JUP. Tu scamna dispone, et locum para advenientibus: tu colloca productas ordine vitas; sed exorna ante, ut speciosæ videantur et emtores quam plurimos alliciant. Tu vero, Mercuri, præconium fac, et jube, quod bene vertat! emtores jam adesse ad forum. Præconio autem vendemus vitas philosophas omnis generis et sectarum diversarum. Si quis vero præsentem pecuniam numerare non possit, fidejussore dato, proximo anno solvet.

MERC. Multi conveniunt: proinde nihil cunctandum est, neque illos retinendum.

JUP. Vendamus ergo.

2. MERC. Quem vis primum producamus?

JUP. Comatum huncce, Ionicum; etenim honestus esse videtur.

MERC. Heus tu, Pythagorice, descende et perspiciendum te præbe congregatis.

JUP. Jam fac præconium.

MERC. Optimam vitam vendo, honestissimam: quis emet? quis supra hominis conditionem extolli vult? quis nosse concordiam universi, et reviviscere?

EMTOR. Specie videtur haud illiberali. Quid vero maxime novit?

MERC. Arithmeticam, astronomiam, præstigias, geometriam, musicam, imposturam. Vatem vides summum.

EMT. Licetne interrogare hominem?

MERC. Interroga, quod bene eveniat!

3. EMT. Cujas es?

PYTHAGORAS. Samius.

EMT. Ubi institutus es?

PYTH. In Ægypto apud sapientes qui ibi sunt.

EMT. Age, si te emero, quid me docebis?

PYTH. Docebo te nihil, sed in memoriam tibi revocabo.

EMT. Quomodo revocabis?

ΠΥΘ. Καθαρὴν πρότερον τὴν ψυχὴν ἐργασάμενος καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ ῥύπον ἐκκλύσας.

ΑΓΟ. Καὶ δὴ νόμισον ἤδη κεκαθάρθαι με, τίς ὁ τρόπος τῆς ἀναμνήσεως;

ΠΥΘ. Τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίη μακρὴ καὶ ἀφωνίη καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδέν.

ΑΓΟ. Ὥρα σοι, ὦ βέλτιστε, τὸν Κροίσου παῖδα παιδεύειν· ἐγὼ γὰρ λάλος, οὐκ ἀνδριὰς εἶναι βούλομαι. Τί δὲ μετὰ τὴν σιωπὴν ὅμως καὶ τὴν πενταετίαν;

ΠΥΘ. Μουσουργίῃ καὶ γεωμετρίῃ ἐνασκήσεαι.

ΑΓΟ. Χάριεν λέγεις, εἰ πρῶτόν με κιθαρῳδὸν γενόμενον κᾆτα εἶναι σοφὸν χρή.

4. ΠΥΘ. Εἶτ' ἐπὶ τουτέοισιν ἀριθμέειν.

ΑΓΟ. Οἶδα καὶ νῦν ἀριθμεῖν.

ΠΥΘ. Πῶς ἀριθμέεις;

ΑΓΟ. Ἓν, δύο, τρία, τέτταρα.

ΠΥΠ. Ὁρᾷς; ἃ σὺ δοκέεις τέσσαρα, ταῦτα δέκα ἐστὶ καὶ τρίγωνον ἐντελὲς καὶ ἡμέτερον ὅρκιον.

ΑΓΟ. Οὐ μὰ τὸν μέγιστον τοίνυν ὅρκον τὰ τέτταρα, οὔποτε θειοτέρους λόγους ἤκουσα οὐδὲ μᾶλλον ἱερούς.

ΠΥΘ. Μετὰ δὲ, ὦ ξεῖνε, εἴσεαι γῆς τε πέρι καὶ ἠέρος καὶ ὕδατος καὶ πυρὸς ἥτις αὐτέοισι ἡ φορὴ καὶ ὁκοῖα ἐόντα μορφὴν ὅκως κινέονται.

ΑΓΟ. Μορφὴν γὰρ ἔχει τὸ πῦρ ἢ ἀὴρ ἢ ὕδωρ;

ΠΥΘ. Καὶ μάλα ἐμφανέα· οὐ γὰρ οἷά τε ἀμορφίῃ καὶ ἀσχημοσύνῃ κινέεσθαι. Καὶ ἐπὶ τουτέοισι δὲ γνώσεαι τὸν θεὸν ἀριθμὸν ἐόντα καὶ νόον καὶ ἁρμονίην.

ΑΓΟ. Θαυμάσια λέγεις.

5. ΠΥΘ. Πρὸς δὲ τοῖσδεσι τοῖσιν εἰρημένοισι καὶ σεωυτὸν ἕνα δοκέοντα καὶ ἄλλον ὁρεόμενον ἄλλον ἐόντα εἴσεαι.

ΑΓΟ. Τί φής; ἄλλος εἰμὶ καὶ οὐχ οὗτος ὅσπερ νῦν πρὸς σὲ διαλέγομαι;

ΠΥΘ. Νῦν μὲν οὗτος, πάλαι δὲ ἐν ἄλλῳ σώματι καὶ ἐν ἄλλῳ οὐνόματι ἐφαντάζεο· χρόνῳ δὲ αὖτις ἐς ἄλλον μεταβήσεαι.

ΑΓΟ. Τοῦτο φὴς, ἀθάνατον ἔσεσθαί με ἀλλαττόμενον ἐς μορφὰς πλείονας; Ἀλλὰ τάδε μὲν ἱκανῶς.

6. Τὰ δ' ἀμφὶ δίαιταν ὁποῖος εἶ;

ΠΥΘ. Ψυχῆϊον μὲν οὐδὲ ἓν σιτέομαι, τὰ δ' ἄλλα πλὴν κυάμων.

ΑΓΟ. Τίνος εἵνεκα; ἢ μυσάττῃ τοὺς κυάμους;

ΠΥΘ. Οὐκ, ἀλλὰ ἱροί εἰσι καὶ θωυμαστὴ αὐτέων ἡ φύσις· πρῶτον μὲν γὰρ τὸ πᾶν γονή εἰσι, καὶ ἢν ἀποδύσῃς κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐόντα, ὄψεαι τοῖσι ἀνδρηΐοισι μορίοισι ἐμφερέα τὴν φυήν· ἑψηθέντα δὲ ἢν ἀφῇς ἐς τὴν σεληναίην νυξὶ μεμετρημένῃσι, αἷμα ποιήσεις. Τὸ δὲ μεῖζον, Ἀθηναίοισι νόμος κυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι.

ΑΓΟ. Καλῶς πάντα ἔφης καὶ ἱεροπρεπῶς. Ἀλλ' ἀπόδυθι, καὶ γυμνὸν γάρ σε ἰδεῖν βούλομαι. Ὦ Ἡράκλεις, χρυσοῦς αὐτῷ ὁ μηρός ἐστι. Θεὸς, οὐ βροτός τις εἶναι φαίνεται· ὥστε ὠνήσομαι πάντως αὐτόν. Πόσου τοῦτον ἀποκηρύττεις;

PYTH. Purgando prius animam, et sordes in ea collectas eluendo.

EMT. Pone nimirum me jam purgatum esse : quis modus reponendi in memoriam?

PYTH. Primum quidem longa quies, et silentium, et quinque integris annis nihil quicquam loqui.

EMT. Quin tu, bone vir, Crœsi filium instituas : ego enim loquax esse volo, non statua. Sed tamen, quid post silentium, et post quinquennium istud fiet?

PYTH. In musicis exercebere et geometricis.

EMT. Lepide narras, si prius fieri citharœdum oportet, tum deinde sapientem.

4\. **PYTH.** Post hæc deinde numerare.

EMT. Novi jam nunc numerare.

PYTH. Quomodo igitur numeras?

EMT. Unum, duo, tria, quattuor.

PYTH. Viden'? quæ tu putas quattuor, ea decem sunt, et trigonum perfectum et nostrum jusjurandum.

EMT. Ita me quaternio, maximum illud jusjurandum, ut non unquam diviniores nec sacros magis sermones audivi.

PYTH. Post ea vero, hospes, scies de terra et aere et aqua et igne, quis motus illorum naturalis sit, qua sint forma, et quomodo moveantur?

EMT. Formam igitur habet ignis, aut aer, aut aqua?

PYTH. Et maxime quidem manifestam : alioquin qui possent habituque nullo et forma cassa moveri? Ad hæc intelliges deum numerum esse, mentem et harmoniam.

EMT. Mira prædicas.

5\. **PYTH.** Præter ea quæ dicta sunt, etiam ipsum te, qui unus videris, alium oculis cerni, alium autem esse cognosces.

EMT. Quid ais? alium me esse, non illum ipsum qui nunc tecum loquor?

PYTH. Jam quidem hic es, olim vero in alio corpore et sub nomine alio apparebas : cum tempore vero rursus in alium transibis.

EMT. Hoc dicis, immortalem me futurum, mutandum in formas plures? Sed de his satis.

6\. Quod ad victum, qualis es?

PYTH. Animale edo prorsus nihil : sed reliqua exceptis fabis.

EMT. Cur hoc? an aversaris fabas?

PYTH. Non aversor : sed sacræ sunt, et mira earum natura. Primum quantæ sunt, genitura sunt; et si cute nudes fabam adhucdum viridem, videbis eam virilibus membris figura similem; coctam vero si destituas sub luna certo numero noctium, sanguinem efficies. Quod vero majus, lex est Atheniensibus fabarum suffragiis eligere magistratus.

EMT. Præclare omnia dixisti, et ut sacris dignum est. Sed exue te; nam et nudum te videre volo. Hercules, aureum illi femur est! Deus, non mortalis aliquis esse videtur. Itaque omnino emam eum. Quanti hunc prædicas?

ΕΡΜ. Δέκα μνῶν.

ΑΓΟ. Ἔχω τοσούτου λαβών.

ΖΕΥΣ. Γράφε τοῦ ὠνησαμένου τοὔνομα καὶ ὅθεν ἐστίν.

ΕΡΜ. Ἰταλιώτης, ὦ Ζεῦ, δοκεῖ τις εἶναι τῶν ἀμφὶ Κρότωνα καὶ Τάραντα καὶ τὴν ταύτῃ Ἑλλάδα· καίτοι οὐχ εἷς, ἀλλὰ τριακόσιοι σχεδὸν ἐώνηνται κατὰ κοινὸν αὐτόν.

ΖΕΥΣ. Ἀπαγέτωσαν· ἄλλον παραγάγωμεν.

7. ΕΡΜ. Βούλει τὸν αὐχμῶντα ἐκεῖνον, τὸν Ποντικόν;

ΖΕΥΣ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΕΡΜ. Οὗτος ὁ τὴν πήραν ἐξηρτημένος, ὁ ἐξωμίας, ἐλθὲ καὶ περίιθι ἐν κύκλῳ τὸ συνέδριον. Βίον ἀνδρικὸν πωλῶ, βίον ἄριστον καὶ γεννικόν, βίον ἐλεύθερον· τίς ὠνήσεται;

ΑΓΟ. Ὁ κῆρυξ πῶς ἔφης; πωλεῖς τὸν ἐλεύθερον;

ΕΡΜ. Ἔγωγε.

ΑΓΟ. Εἶτα οὐ δέδιας μή σοι δικάσηται ἀνδραποδισμοῦ ἢ καὶ προκαλέσηταί σε ἐς Ἄρειον πάγον;

ΕΡΜ. Οὐδὲν αὐτῷ μέλει τῆς πράσεως· οἴεται γὰρ εἶναι παντάπασιν ἐλεύθερος.

ΑΓΟ. Τί δ' ἄν τις αὐτῷ χρήσαιτο ῥυπῶντι καὶ οὕτω κακοδαιμόνως διακειμένῳ; πλὴν εἰ μὴ σκαπανέα γε καὶ ὑδροφόρον αὐτὸν ἀποδεικτέον.

ΕΡΜ. Οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἢν θυρωρὸν αὐτὸν ἐπιστήσῃς, πολὺ πιστοτέρῳ χρήσῃ τῶν κυνῶν. Ἀμέλει κύων αὐτῷ καὶ τοὔνομα.

ΑΓΟ. Ποδαπὸς δέ ἐστι καὶ τίνα τὴν ἄσκησιν ἐπαγγέλλεται;

ΕΡΜ. Αὐτὸν ἐροῦ· κάλλιον γὰρ οὕτω ποιεῖν.

ΑΓΟ. Δέδια τὸ σκυθρωπὸν αὐτοῦ καὶ κατηφές, μή με ὑλακτήσῃ προσελθόντα ἢ καὶ νὴ Δία δάκῃ γε. Οὐχ ὁρᾷς ὡς διῆρται τὸ ξύλον καὶ συνέσπακε τὰς ὀφρῦς καὶ ἀπειλητικόν τι καὶ χολῶδες ὑποβλέπει;

ΕΡΜ. Μὴ δέδιθι· τιθασὸς γάρ ἐστι.

8. ΑΓΟ. Τὸ πρῶτον, ὦ βέλτιστε, ποδαπὸς εἶ;

ΔΙΟΓΕΝΗΣ. Παντοδαπός.

ΑΓΟ. Πῶς λέγεις;

ΔΙΟΓ. Τοῦ κόσμου πολίτην ὁρᾷς.

ΑΓΟ. Ζηλοῖς δὲ τίνα;

ΔΙΟΓ. Τὸν Ἡρακλέα.

ΑΓΟ. Τί οὖν οὐχὶ καὶ λεοντῆν ἀμπέχῃ; τὸ μὲν γὰρ ξύλον ἔοικας αὐτῷ.

ΔΙΟΓ. Τουτί μοι λεοντῆ, τὸ τριβώνιον. Στρατεύομαι δὲ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τὰς ἡδονάς, οὐ κελευστός, ἀλλ' ἑκούσιος, ἐκκαθᾶραι τὸν βίον προαιρούμενος.

ΑΓΟ. Εὖ γε τῆς προαιρέσεως. Ἀλλὰ τί μάλιστα εἰδέναι σε φῶμεν; ἢ τίνα τὴν τέχνην ἔχεις;

ΔΙΟΓ. Ἐλευθερωτής εἰμι τῶν ἀνθρώπων καὶ ἰατρὸς τῶν παθῶν· τὸ δ' ὅλον ἀληθείας καὶ παρρησίας προφήτης εἶναι βούλομαι.

9. ΑΓΟ. Ἄγε, ὦ προφῆτα, ἢν δὲ πρίωμαί σε, τίνα με τὸν τρόπον διασχήσεις;

MERC. Decem minis.

EMT. Meus igitur est: tanti enim emo.

JUP. Scribe nomen emtoris et patriam.

MERC. Videtur, Jupiter, Italicus esse de his qui circa Crotonem et Tarentum et illam Græciam habitant. Quanquam non unus, sed trecenti circiter emerunt communiter possidendum.

JUP. Abducant. Nos producamus alium.

7. MERC. Visne squalidum illum, illum Ponticum?

JUP. Prorsus ita volo.

MERC. Heus tu peram suspense, exserte humerum, veni, circumi undique hunc consessum. Virilem vitam vendo, vitam præclaram et generosam, vitam liberalem: ecquis emet?

EMT. Quid ais, præco? liberum tu hominem vendis?

MERC. Equidem.

EMT. Et non metuis, ne dicam tibi impingat plagii, aut in Areopagum te in jus vocet?

MERC. Nihil sua referre putat, si vendatur: putat enim omni modo se esse liberum.

EMT. Quis vero usus esse possit hominis squalidi et adeo miseri? nisi forte fossorem aut aquarium facere velimus.

MERC. Non hoc solum, sed si januæ etiam custodem illum imponas, multo quam sunt canes fideliori illo uteris: sane cani ei et nomen est.

EMT. Cujas est autem et cujus rei usum et exercitationem promittit?

MERC. Ipsum interroga; id enim melius factu erit.

EMT. Metuo truculentum hominis vultum atque tristem, ne allatret me accedentem, aut hercle etiam mordeat. Nonne vides uti clavam sustulit et supercilia contraxit, et minax quiddam ac biliosum obtuetur?

MERC. Noli timere: cicur est.

8. EMT. Primum, bone vir, cujas es?

DIOGENES. Omnigena.

EMT. Quid ais?

DIOG. Mundi civem vides.

EMT. Quem vero sectaris?

DIOG. Herculem.

EMT. Quin igitur et leoninam sumis? nam ad clavam quod pertinet, similis ei videris.

DIOG. At leonina mihi est detritum hoc palliolum. Bellum autem gero, ut ille, contra voluptates, non jussu, ut ille, sed mea sponte, qui repurgare illis vitam instituerim.

EMT. Laudo propositum. Sed quid maxime scire te dicamus? aut quam artem habes?

DIOG. Liberator sum hominum, et medicus affectionum: in universum autem veritatis et libertatis in loquendo propheta esse volo.

9. EMT. Age, propheta, si te emero, qua me ratione docebis?

ΔΙΟΓ. Πρῶτον μὲν παραλαβών σε καὶ ἀποδύσας τὴν τρυφὴν καὶ ἀπορίᾳ συγκατακλείσας τριβώνιον περιβαλῶ, μετὰ δὲ πονεῖν καὶ κάμνειν καταναγκάσω χαμαὶ καθεύδοντα καὶ ὕδωρ πίνοντα καὶ ὧν ἔτυχε πιμπλάμενον, τὰ δὲ χρήματα, ἢν ἔχῃς, ἐμοὶ πιθόμενος ἐς τὴν θάλατταν φέρων ἐμβαλεῖς, γάμου δὲ ἀμελήσεις καὶ παίδων καὶ πατρίδος, καὶ πάντα σοι λῆρος ἔσται, καὶ τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἀπολιπὼν ἢ τάφον οἰκήσεις ἢ πυργίον ἔρημον ἢ καὶ πίθον· ἡ πήρα δέ σοι θέρμων ἔστω μεστὴ καὶ ὀπισθογράφων βιβλίων, καὶ οὕτως ἔχων εὐδαιμονέστερος εἶναι φήσεις τοῦ μεγάλου βασιλέως. Ἢν μαστιγοῖ δέ τις ἢ στρεβλοῖ, τούτων οὐδὲν ἀνιαρὸν ἡγήσῃ.

ΑΓΟ. Πῶς τοῦτο φὴς τὸ μὴ ἀλγεῖν μαστιγούμενον; οὐ γὰρ χελώνης ἢ καράβου δέρμα περιβέβλημαι.

ΔΙΟΓ. Τὸ Εὐριπίδειον ἐκεῖνο ζηλώσεις μικρὸν ἐναλλάξας.

ΑΓΟ. Τὸ ποῖον;

ΔΙΟΓ. Ἡ φρήν σοι ἀλγήσει, ἡ δὲ γλῶσσα ἔσται ἀνάλγητος.

10. Ἃ δὲ μάλιστα δεῖ προσεῖναι, ταῦτ' ἐστίν· ἰταμὸν χρὴ εἶναι καὶ θρασὺν καὶ λοιδορεῖσθαι πᾶσιν ἐξ ἴσης καὶ βασιλεῦσι καὶ ἰδιώταις· οὕτω γὰρ ἀποβλέψονταί σε καὶ ἀνδρεῖον ὑπολήψονται. Βάρβαρος δὲ ἡ φωνὴ ἔστω καὶ ἀπηχὲς τὸ φθέγμα καὶ ἀτεχνῶς ὅμοιον κυνί, καὶ πρόσωπον δὲ ἐντεταμένον καὶ βάδισμα τοιούτῳ προσώπῳ πρέπον, καὶ ὅλως θηριώδη τὰ πάντα καὶ ἄγρια. Αἰδὼς δὲ καὶ ἐπιείκεια καὶ μετριότης ἀπέστω, καὶ τὸ ἐρυθριᾶν ἀπόξεσον τοῦ προσώπου παντελῶς. Δίωκε δὲ τὰ πολυανθρωπότατα τῶν χωρίων, καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις μόνος καὶ ἀκοινώνητος εἶναι θέλε μὴ φίλον, μὴ ξένον προσιέμενος· κατάλυσις γὰρ τὰ τοιαῦτα τῆς ἀρχῆς. Ἐν ὄψει δὲ πάντων, ἃ μηδ' ἰδίᾳ ποιήσειεν ἄν τις, θαρρῶν ποίει, καὶ τῶν ἀφροδισίων αἱροῦ τὰ γελοιότερα, καὶ τέλος, ἤν σοι δοκῇ, πολύποδα ὠμὸν ἢ σηπίαν φαγὼν ἀπόθανε. Ταύτην σοι τὴν εὐδαιμονίαν προξενοῦμεν.

11. ΑΓΟ. Ἄπαγε· μιαρὰ γὰρ καὶ οὐκ ἀνθρώπινα λέγεις.

ΔΙΟΓ. Ἀλλὰ ῥᾷστά γε, ὦ οὗτος, καὶ πᾶσιν εὐχερῆ μετελθεῖν· οὐ γάρ σοι δεήσει παιδείας καὶ λόγων καὶ λήρων, ἀλλ' ἐπίτομος αὕτη σοι πρὸς δόξαν ἡ ὁδός· καὶ ἰδιώτης γὰρ ἐὰν ᾖς, ἤτοι σκυτοδεψὸς ἢ ταριχοπώλης ἢ τέκτων ἢ τραπεζίτης, οὐδέν σε κωλύσει θαυμαστὸν εἶναι, ἢν μόνον ἀναίδεια καὶ τὸ θράσος παρῇ καὶ λοιδορεῖσθαι καλῶς ἐκμάθῃς.

ΑΓΟ. Πρὸς ταῦτα μὲν οὐ δέομαί σου. Ναύτης δ' ἂν ἴσως ἢ κηπουρὸς ἐν καιρῷ γένοιο, καὶ ταῦτα, ἢν ἐθέλῃ σε ἀποδόσθαι οὑτοσὶ τὸ μέγιστον δύ' ὀβολῶν.

ΕΡΜ. Ἔχε λαβών· καὶ γὰρ ἄσμενοι ἀπαλλαξόμεθα ἐνοχλοῦντος αὐτοῦ καὶ βοῶντος καὶ ἅπαντας ἁπαξαπλῶς ὑβρίζοντος καὶ ἀγορεύοντος κακῶς.

12. ΖΕΥΣ. Ἄλλον κάλει τὸν Κυρηναῖον, τὸν ἐν τῇ πορφυρίδι, τὸν ἐστεφανωμένον.

DIOG. Quum primum te accepero, et deliciis exutum cum inopia conclusero, palliolo te amiciam, deinde opus facere et elaborare te cogam, humi dormientem inter hæc, aquam bibentem, et obvio primum facillimoque cibo implendum : opes autem, si quas habeas, mihi obsecutus statim in mare abjicies: tum matrimonium et liberos et patriam negliges, et nugas putabis omnia : relictaque domo paterna, aut sepulcrum inhabitabis, aut desertam turriculam, aut dolium denique. Ceterum pera tibi lupinorum plena erit, et librorum in tergo etiam scriptorum. Ita constitutus beatiorem te magno rege Persarum putabis. Si vero flagris te cædat aliquis, aut torqueat, nihil horum molestum judicabis.

EMT. Quid ais? non dolere flagris licet cæsum? non enim testudinis neque cancri testa circumdatus sum.

DIOG. Euripidis illud parva mutatione deflexum æmulabere.

EMT. Quodnam?

DIOG. Animus tibi dolebit, sed lingua dolore vacabit.

10. Porro quæ maxime adesse tibi debent, hæc sunt : improbum oportet esse, et audacem, et conviciari ordine omnibus regibus pariter et privatis : ita enim oculos in te conjicient, fortemque te virum putabunt. Porro barbara vox erit, et absona loquela, et plane cani similis : vultus contentus ac rigidus, et incessus qui vultum talem deceat : verbo, fera omnia et agrestia. Pudor vero et æquitas et mediocritas abesto : erubescendi facultatem a facie abrade penitus. Loca sequere celeberrima, et in his ipsis solus et insociabilis esse postula, neque amico admisso neque hospite : in hoc enim inest regni illius tui interitus. In conspectu omnium ea fac animose, quæ neque solus aliquis temere suscipiat, et rerum venerearum elige formas vulgaribus magis ridendas. Tandem, si e re videbitur, crudo polypo aut sepia devorata mortem oppete. Hanc tibi propinamus felicitatem.

11. EMT. Apage : impura narras et ab humanitate abhorrentia.

DIOG. Sed heus tu, facillima et quæ nullo negotio unusquisque obeat. Neque enim opus tibi erit eruditione et literis et nugis, sed compendiaria ista tibi ad famam via. Licet enim idiota fueris, vel cerdo, aut salsamentarius, aut faber, aut argentarius, nihil prohibebit admirabilem te esse, modo impudentia audaciaque adsint, et conviciari præclare didiceris.

EMT. Ad ista quidem te non opus habeo : verum nauta forte, aut olitor opportune fias, idque, hic si duobus summum obolis te vendere voluerit.

MERC. Habe tibi hominem : gaudemus enim illo liberari, qui molestiam nobis facessat, et clamet, et in universum omnibus insultet atque maledicat.

12. JUP. Alium voca, Cyrenæum illum, purpura illum indutum, coronatum.

ΕΡΜ. Ἄγε δή, πρόσεχε πᾶς· πολυτελὲς τὸ χρῆμα καὶ πλουσίων δεόμενον. Βίος οὗτος ἡδύς, βίος τρισμακάριστος. Τίς ἐπιθυμεῖ τρυφῆς; τίς ὠνεῖται τὸν ἁβρότατον;

ΑΓΟ. Ἐλθὲ σὺ καὶ λέγε ἅπερ εἰδὼς τυγχάνεις· ὠνήσομαι γάρ σε, ἢν ὠφέλιμος ᾖς.

ΕΡΜ. Μὴ ἐνόχλει αὐτόν, ὦ βέλτιστε, μηδὲ ἀνάκρινε· μεθύει γάρ· ὥστε οὐκ ἂν ἀποκρίναιτό σοι τὴν γλῶτταν, ὡς ὁρᾷς, διολισθάνων.

ΑΓΟ. Καὶ τίς ἂν εὖ φρονῶν πρίαιτο διεφθαρμένον οὕτω καὶ ἀκόλαστον ἀνδράποδον; ὅσον δὲ καὶ ἀποπνεῖ μύρων, ὡς δὲ καὶ σφαλερὸν βαδίζει καὶ παράφορον. Ἀλλὰ κἂν σύ γε, ὦ Ἑρμῆ, λέγε ὁπόσα πρόσεστιν αὐτῷ καὶ ἃ μετιὼν τυγχάνει.

ΕΡΜ. Τὸ μὲν ὅλον συμβιῶναι δεξιὸς καὶ συμπιεῖν ἱκανὸς καὶ κωμάσαι μετὰ αὐλητρίδος ἐπιτήδειος ἐρῶντι καὶ ἀσώτῳ δεσπότῃ· τὰ ἄλλα δὲ πεμμάτων ἐπιστήμων καὶ ὀψοποιὸς ἐμπειρότατος, καὶ ὅλως σοφιστὴς ἡδυπαθείας. Ἐπαιδεύθη μὲν οὖν Ἀθήνησιν, ἐδούλευσε δὲ καὶ περὶ Σικελίαν τοῖς τυράννοις καὶ σφόδρα ηὐδοκίμει παρ' αὐτοῖς. Τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς προαιρέσεως, ἁπάντων καταφρονεῖν, ἅπασι χρῆσθαι, πανταχόθεν ἐρανίζεσθαι τὴν ἡδονήν.

ΑΓΟ. Ὥρα σοι ἄλλον περιβλέπειν τῶν πλουσίων τούτων καὶ πολυχρημάτων· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπιτήδειος ἱλαρὸν ὠνεῖσθαι βίον.

ΕΡΜ. Ἄπρατος ἔοικεν, ὦ Ζεῦ, οὗτος ἡμῖν μενεῖν.

13. ΖΕΥΣ. Μετάστησον· ἄλλον παράγαγε· μᾶλλον δὲ τὼ δύο τούτω, τὸν γελῶντα τὸν Ἀβδηρόθεν καὶ τὸν κλάοντα τὸν ἐξ Ἐφέσου· ἅμα γὰρ αὐτὼ πεπρᾶσθαι βούλομαι.

ΕΡΜ. Κατάβητον ἐς τὸ μέσον. Τὼ ἀρίστω βίω πωλῶ, τὼ σοφωτάτω πάντων ἀποκηρύττομεν.

ΑΓΟ. Ὦ Ζεῦ τῆς ἐναντιότητος. Ὁ μὲν οὐ διαλείπει γελῶν, ὁ δέ τινα ἔοικε πενθεῖν· δακρύει γὰρ τὸ παράπαν. Τί ταῦτα, ὦ οὗτος; τί γελᾷς;

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ. Ἐρωτᾷς; ὅτι μοι γελοῖα πάντα δοκέει τὰ πρήγματα ὑμέων καὶ αὐτοὶ ὑμέες.

ΑΓΟ. Πῶς λέγεις; καταγελᾷς ἡμῶν ἁπάντων καὶ παρ' οὐδὲν τίθεσαι τὰ ἡμέτερα πράγματα;

ΔΗΜ. Ὧδε ἔχει· σπουδαῖον γὰρ ἐν αὐτέοισι οὐδέν, κενεὰ δὲ τὰ πάντα καὶ ἀτόμων φορὴ καὶ ἀπειρίη.

ΑΓΟ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ σὺ κενὸς ὡς ἀληθῶς καὶ ἄπειρος. Ὢ τῆς ὕβρεως, οὐ παύσῃ γελῶν;

14. Σὺ δὲ τί κλάεις, ὦ βέλτιστε; πολὺ γὰρ οἶμαι κάλλιον σοὶ προσλαλεῖν.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ. Ἡγέομαι γάρ, ὦ ξεῖνε, τὰ ἀνθρώπινα πρήγματα ὀϊζυρὰ καὶ δακρυώδεα καὶ οὐδὲν αὐτέων ὅ τι μὴ ἐπικήριον· τῷ δὴ οἰκτείρω τε σφέας καὶ ὀδύρομαι, καὶ τὰ μὲν παρεόντα οὐ δοκέω μεγάλα, τὰ δὲ ὑστέρῳ χρόνῳ ἐσόμενα πάμπαν ἀνιηρά, λέγω δὲ τὰς ἐκπυρώσιας καὶ τὴν τοῦ ὅλου συμφορήν· ταῦτα ὀδύρομαι καὶ ὅτι ἔμπεδον οὐδέν, ἀλλά κως ἐς κυκεῶνα πάντα

MERC. Age ergo, attende quisquis es : res pretiosa et locupletem emtorem desiderans. Hæc vita suavis, vita ter beata. Quis voluptatis cupidus est? quis emit delicatissimum?

EMT. Huc veni, et dic quæ nosti : emam enim te, si frugi fueris.

MERC. Noli molestiam ei facessere, o bone, neu interroga; ebrius enim est : quare haud responderit tibi, labante, ut vides, lingua.

EMT. Et quis bene sanus emat corruptum adeo et nequam mancipium? ut vero olet unguenta! ut incerto labantique pede incedit et extra viam fertur! Interim vel tu dic, o Mercuri, quæ sint in illo et quæ tractet.

MERC. In universum conviva dexter est, et compotationi aptus, et qui comessetur cum tibicina apud amatorem herum et luxuriosum : ceterum bellariorum coquendorum sciens, et obsoniorum peritissimus, et omnino voluptatis magister. Institutus quidem est Athenis, serviit autem tyrannis in Sicilia, quorum gratia floruit. Summa autem illius instituti, contemnere omnia, uti omnibus, undique corrogare voluptatem.

EMT. Circumspiciendus tibi erit alius emtor, de divitibus illis et pecuniosis : equidem hilarem adeo vitam emere non possum.

MERC. Videtur hic non vendibilis esse et apud nos mansurus, Jupiter.

13. JUP. Transire illum in alteram partem jube. Produc alium, quin duos illos, ridentem alterum ex Abdera, et ex Epheso alterum ploratorem : ambo enim una vendi volo.

MERC. Descendite in medium. Vitas optimas vendo, sapientissimos omnium prædico venales.

EMT. Quantum, Jupiter, distant! alter ridere non desinit; lugere alter aliquem videtur, ita plorat perpetuo. Heus tu, quid hoc sibi vult? quid rides?

DEMOCRITUS. Rogas? quoniam ridiculæ mihi videntur res vestræ omnes et vos ipsi.

EMT. Ain tu? omnes tu nos derides, nihilique putas res nostras?

DEM. Sic est. Serium enim in iis nihil quicquam : vana omnia, atomorum impetus et infinitas.

EMT. Enimvero tu vanus es re vera et imperitus. O insolentiam! non desines ridere?

14. Tu vero, vir optime, quid ploras? multo enim melius credo, te alloqui.

HERACLITUS. Puto enim, hospes, res hominum questu et lacrimis dignas, neque quicquam earum non fato obnoxium. Hoc sane nomine miseror illos et defleo, et præsentia quidem magna non arbitror; sed quæ in posterum futura sunt, ea demum tristia, exustiones dico, et universi calamitatem. Hæc deploro, et quod stabile nihil est ac firmum, sed cinno quasi quodam permista et confusa feruntur,

συνειλέονται καί ἐστι τὠυτὸ τέρψις ἀτερψίη, γνῶσις ἀγνωσίη, μέγα μικρὸν, ἄνω κάτω περιχωρέοντα καὶ ἀμειβόμενα ἐν τῇ τοῦ αἰῶνος παιδιῇ.

ΑΓΟ. Τί γὰρ ὁ αἰών ἐστι;

ΗΡΑΚ. Παῖς παίζων, πεσσεύων, διαφερόμενος.

ΑΓΟ. Τί δαὶ οἱ ἄνθρωποι;

ΗΡΑΚ. Θεοὶ θνητοί.

ΑΓΟ. Τί δαὶ οἱ θεοί;

ΗΡΑΚ. Ἄνθρωποι ἀθάνατοι.

ΑΓΟ. Αἰνίγματα λέγεις, ὦ οὗτος, ἢ γρίφους συντίθης; ἀτεχνῶς γὰρ ὥσπερ ὁ Λοξίας οὐδὲν ἀποσαφεῖς.

ΗΡΑΚ. Οὐδὲν γάρ μοι μέλει ὑμέων.

ΑΓΟ. Τοιγαροῦν οὐδὲ ὠνήσεταί σέ τις εὖ φρονῶν.

ΗΡΑΚ. Ἐγὼ δὲ κέλομαι πᾶσιν ἡβηδὸν οἰμώζειν, τοῖσι ὠνεομένοισι καὶ τοῖσι οὐκ ὠνεομένοισι.

ΑΓΟ. Τουτὶ τὸ κακὸν οὐ πόρρω μελαγχολίας ἐστίν· οὐδέτερον δ' ἔγωγε αὐτῶν ὠνήσομαι.

ΕΡΜ. Ἄπρατοι καὶ οὗτοι μενοῦσιν.

ΖΕΥΣ. Ἄλλον ἀποκήρυττε.

15. ΕΡΜ. Βούλει τὸν Ἀθηναῖον ἐκεῖνον, τὸν στωμύλον;

ΖΕΥΣ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΕΡΜ. Δεῦρ' ἐλθὲ σύ. Βίον ἀγαθὸν καὶ συνετὸν ἀποκηρύττομεν. Τίς ὠνεῖται τὸν ἱερώτατον;

ΑΓΟ. Εἰπέ μοι, τί μάλιστα εἰδὼς τυγχάνεις;

ΣΩΚ. Παιδεραστής εἰμι καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά.

ΑΓΟ. Πῶς οὖν ἐγὼ πρίωμαί σε; παιδαγωγοῦ γὰρ ἐδεόμην τῷ παιδὶ καλῷ ὄντι μοι.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ. Τίς δ' ἂν ἐπιτηδειότερος ἐμοῦ γένοιτο συνεῖναι καλῷ; καὶ γὰρ οὐ τῶν σωμάτων ἐραστής εἰμι, τὴν ψυχὴν δὲ ἡγοῦμαι καλήν. Ἀμέλει κἂν ὑπὸ ταὐτὸν ἱμάτιόν μοι κατακέωνται, ἀκούσῃ αὐτῶν λεγόντων μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ δεινὸν παθεῖν.

ΑΓΟ. Ἄπιστα λέγεις, τὸ παιδεραστὴν ὄντα μὴ πέρα τῆς ψυχῆς τι πολυπραγμονεῖν, καὶ ταῦτα ἐπ' ἐξουσίας, ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενον.

16. ΣΩΚ. Καὶ μὴν ὀμνύω γέ σοι τὸν κύνα καὶ τὴν πλάτανον, οὕτω ταῦτ' ἔχειν.

ΑΓΟ. Ἡράκλεις τῆς ἀτοπίας τῶν θεῶν.

ΣΩΚ. Τί σὺ λέγεις; οὐ δοκεῖ σοι ὁ κύων εἶναι θεός; οὐχ ὁρᾷς τὸν Ἄνουβιν ἐν Αἰγύπτῳ ὅσος; καὶ τὸν ἐν οὐρανῷ Σείριον καὶ τὸν παρὰ τοῖς κάτω Κέρβερον;

17. ΑΓΟ. Εὖ λέγεις, ἐγὼ δὲ διημάρτανον. Ἀλλὰ τίνα βιοῖς τὸν τρόπον;

ΣΩΚ. Οἰκῶ μὲν ἐμαυτῷ τινα πόλιν ἀναπλάσας, χρῶμαι δὲ πολιτείᾳ ξένῃ καὶ νόμους νομίζω τοὺς ἐμούς.

ΑΓΟ. Ἓν ἐβουλόμην ἀκοῦσαι τῶν δογμάτων.

ΣΩΚ. Ἄκουε δὴ τὸ μέγιστον, ὃ περὶ τῶν γυναικῶν μοι δοκεῖ· μηδεμίαν αὐτῶν μηδενὸς εἶναι μόνου, παντὶ δὲ μετεῖναι τῷ βουλομένῳ τοῦ γάμου.

ΑΓΟ. Τί τοῦτο φής; ἀνῃρῆσθαι τοὺς περὶ μοιχείαν νόμους;

ΣΩΚ. Νὴ Δία, καὶ ἁπλῶς γε πᾶσαν τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα μικρολογίαν.

idemque sunt delectatio et fastidium, cognitio ignorantia, magnum parvum, sursum deorsum circueuntia, et vices in illo sæculi lusu permutantia.

EMT. Quidnam est sæculum?

HER. Puer ludens, talos jactans, huc illuc vagans.

EMT. Homines vero quid?

HER. Dii mortales.

EMT. Dii vero?

HER. Homines immortales.

EMT. Ænigmata loqueris, mi homo, an griphos nectis? plane enim veluti Loxias ille nihil clare dicis.

HER. Nihil enim vos curo.

EMT. Igitur neque sanus quisquam te emerit.

HER. Ego vero plorare jubeo omnes, maximos minimos, emtores non emtores.

EMT. Morbus hujus hominis ab atra bile non procul abest; neutrum vero eorum emerim equidem.

MERC. Neque igitur hi vendi poterunt.

JUP. Prædica alium.

15. MERC. Vis Atheniensem illum, illum loquaculum?

JUP. Ego vero volo.

MERC. Hac tu transi. Vitam bonam et prudentem prædicamus. Quis emit sanctissimum?

EMT. Dic mihi, quid maxime nosti?

SOCR. Puerorum amator sum et doctus artes amatorias.

EMT. Quomodo igitur ego emam te? pædagogo enim opus habebam puero qui mihi est pulchro.

SOCRATES. Ecquis vero aptior me sit contubernalis pulchri? neque enim corporum amator ego, verum animam pulchram judico. Adeo si vel sub eadem veste mecum pernoctarint, audias dicentes, nulla se injuria a me affectos.

EMT. Supra fidem sunt quæ dicis : amatorem ultra animam nihil nugarum tentare, idque ubi plena ejus rei sit facultas, utpote sub eadem veste jacenti.

16. SOCR. At ego canem tibi juro et platanum, hæc ita se habere.

EMT. Hercules! quam absurdi sunt isti dii!

SOCR. Quid ais? nonne canis deus tibi esse videtur? Anubin non vides quantus sit in Ægypto? et illum in cœlo Sirium? et Cerberum illum apud inferos?

17. EMT. Recte dicis : ego vero errabam. Sed qua ratione vivis?

SOCR. Civitatem incolo quam ipse mihi formavi, republica utor nova, et meas ipse mihi leges fero.

EMT. Unum velim audire decretorum tuorum.

SOCR. Audi ergo maximum, quod de mulieribus statui. Placet nullam earum uniuscujusquam esse, sed in partem nuptiarum venire quisquis voluerit.

EMT. Quid ais? sublatas abrogatasque quæ sunt de adulterio leges?

SOCR. Ita per Jovem, et omnem simpliciter circa talia minutam illam diligentiam.

ΑΓΟ. Τί δαὶ περὶ τῶν ἐν ὥρᾳ σοι παίδων δοκεῖ;

ΣΩΚ. Καὶ οὗτοι ἔσονται τοῖς ἀρίστοις ἆθλον φιλῆσαι λαμπρόν τι καὶ νεανικὸν ἐργασαμένοις.

18. **ΑΓΟ.** Βαβαὶ τῆς φιλοδωρίας. Τῆς δὲ σοφίας τί σοι τὸ κεφάλαιον;

ΣΩΚ. Αἱ ἰδέαι καὶ τὰ τῶν ὄντων παραδείγματα· ὁπόσα γὰρ δὴ ὁρᾷς, τὴν γῆν, τἀπὶ γῆς, τὸν οὐρανὸν, τὴν θάλατταν, ἁπάντων τούτων εἰκόνες ἀφανεῖς ἑστᾶσιν ἔξω τῶν ὅλων.

ΑΓΟ. Ποῦ δὲ ἑστᾶσιν;

ΣΩΚ. Οὐδαμοῦ· εἰ γάρ που εἶεν, οὐκ ἂν εἶεν.

ΑΓΟ. Οὐχ ὁρῶ ταῦθ' ἅπερ λέγεις τὰ παραδείγματα.

ΣΩΚ. Εἰκότως· τυφλὸς γὰρ εἶ τῆς ψυχῆς τὸν ὀφθαλμόν. Ἐγὼ δὲ πάντων ὁρῶ εἰκόνας καὶ σὲ ἀφανῆ κἀμὲ ἄλλον, καὶ ὅλως διπλᾶ πάντα.

ΑΓΟ. Τοιγαροῦν ὠνητέος εἶ σοφὸς καὶ ὀξυδερκής τις ὤν. Φέρε δ' ἴδω τί καὶ πράξεις με ὑπὲρ αὐτοῦ σύ;

ΕΡΜ. Δὸς δύο τάλαντα.

ΑΓΟ. Ὠνησάμην ὅσου φής. Τἀργύριον μέντοι ἐς αὖθις καταβαλῶ.

19. **ΕΡΜ.** Τί σοι τοὔνομα;

ΑΓΟ. Δίων Συρακόσιος.

ΕΡΜ. Ἄγε λαβὼν ἀγαθῇ τύχῃ. Τὸν Ἐπικούρειον σὲ ἤδη καλῶ. Τίς ὠνεῖται τοῦτον; Ἔστι μὲν τοῦ γελῶντος ἐκείνου μαθητὴς καὶ τοῦ μεθύοντος, οὓς μικρῷ πρόσθεν ἀπεκηρύττομεν. Ἓν δὲ πλεῖον οἶδεν αὐτῶν, παρ' ὅσον ἀσεβέστερος τυγχάνει· τὰ δ' ἄλλα ἡδὺς καὶ λιχνείᾳ φίλος.

ΑΓΟ. Τίς ἡ τιμή;

ΕΡΜ. Δύο μναῖ.

ΑΓΟ. Λάμβανε· τὸ δεῖνα δὲ, ὅπως εἰδῶ, τίσι χαίρει τῶν ἐδεσμάτων.

ΕΡΜ. Τὰ γλυκέα σιτεῖται καὶ τὰ μελιτώδη καὶ μάλιστά γε τὰς ἰσχάδας.

ΑΓΟ. Χαλεπὸν οὐδέν· ὠνησόμεθα γὰρ αὐτῷ παλάθας τῶν Καρικῶν.

20. **ΖΕΥΣ.** Ἄλλον κάλει, τὸν ἐν χρῷ κουρίαν ἐκεῖνον, τὸν σκυθρωπὸν, τὸν ἀπὸ τῆς στοᾶς.

ΕΡΜ. Εὖ λέγεις· ἐοίκασι γοῦν πολύ τι πλῆθος αὐτὸν περιμένειν τῶν ἐπὶ τὴν ἀγορὰν ἀπηντηκότων. Αὐτὴν τὴν ἀρετὴν πωλῶ, τῶν βίων τὸν τελειότατον. Τίς πάντα μόνος εἰδέναι θέλει;

ΑΓΟ. Πῶς τοῦτο φής;

ΕΡΜ. Ὅτι μόνος οὗτος σοφὸς, μόνος καλὸς, μόνος δίκαιος ἀνδρεῖος βασιλεὺς ῥήτωρ πλούσιος νομοθέτης καὶ τἄλλα ὁπόσα ἐστίν.

ΑΓΟ. Οὐκοῦν, ὦγαθὲ, καὶ μάγειρος μόνος, καὶ νὴ Δία γε σκυτοδεψὸς καὶ τέκτων καὶ τὰ τοιαῦτα;

ΕΡΜ. Ἔοικεν.

21. **ΑΓΟ.** Ἐλθὲ, ὦγαθὲ, καὶ λέγε πρὸς τὸν ὠνητὴν ἐμὲ ποῖός τις εἶ, καὶ πρῶτον εἰ οὐκ ἄχθῃ πιπρασκόμενος καὶ δοῦλος ὤν.

EMT. De pueris vero ætate et forma florentibus quid statuis?

SOCR. Et hi erunt præmium fortissimis, qui osculentur eos, quoties splendidum et audax facinus ediderint.

18. **EMT.** Hem magnificentiam! Sapientiæ vero quod tibi caput est?

SOCR. Formæ et exemplaria rerum. Quidquid enim vides, terram, terrestria, cœlum, mare : horum omnium imagines quædam, visum effugientes, stant extra hoc universum.

EMT. At ubi stant?

SOCR. Nusquam : si enim in loco aliquo essent, plane non essent.

EMT. Non video ea quæ narras exemplaria.

SOCR. Neque id mirum : cæcus enim es mentis quidem oculo. At ego omnium video imagines, et te quendam alium corporis oculos fugientem, et me, et prorsus duplicia omnia.

EMT. Ergo emendus es, ita sapiens et visu ita acuto præditus. Jam age videam, quid pro illo a me exiges?

MERC. Dabis talenta duo.

EMT. Emi quanti dicis. Pecuniam vero deinde solvam.

19. **MERC.** Quod tibi nomen?

EMT. Dio Syracusanus.

MERC. Habe tibi et duc, quod bene vertat! Te jam Epicureum voco. Quis hunc emet? Est quidem ridentis illius discipulus, et ebrii alterius, quos paullo ante præconio offerebamus. Unum autem amplius novit illis, quatenus magis est impius. Ceterum suavis est, et gulæ amicus.

EMT. Quod pretium?

MERC. Duæ minæ.

EMT. En tibi illas. Illud vero fac ut sciam, quibus gaudet cibis.

MERC. Dulcibus vescitur et mellis saporem habentibus, maxime quidem ficubus.

EMT. Hæc res difficultatem non habet : emamus viro massas caricarum.

20. **JUP.** Alium voca; illum ad cutem rasum, tristem illum de porticu.

MERC. Bene mones : videntur sane multi eum exspectare eorum qui ad forum venerunt. Ipsam virtutem vendo, vitam perfectissimam. Quis omnia solus scire cupit?

EMT. Quorsum illud dicis?

MERC. Nempe solus hic sapiens, solus pulcher, solus justus, fortis, rex, rhetor, dives, legislator et quotquot sunt reliqua.

EMT. Ergo, o bone, coquus etiam solus, et medius fidius cerdo, et faber, et id genus?

MERC. Apparet.

21. **EMT.** Huc prodi, o bone, et dic mihi te emturo, quid hominis sis; et primum, an non ægre feras te vendi et servum esse.

ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ. Οὐδαμῶς· οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ταῦτά ἐστιν. Ὅσα δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀδιάφορα εἶναι συμβέβηκεν.

ΑΓΟ. Οὐ μανθάνω ᾗ καὶ λέγεις.

ΧΡΥΣ. Τί φής; οὐ μανθάνεις ὅτι τῶν τοιούτων τὰ μέν ἐστι προηγμένα, τὰ δ' ἔμπαλιν ἀποπροηγμένα;

ΑΓΟ. Οὐδὲ νῦν μανθάνω.

ΧΡΥΣ. Εἰκότως· οὐ γὰρ εἶ συνήθης τοῖς ἡμετέροις ὀνόμασιν οὐδὲ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν ἔχεις, ὁ δὲ σπουδαῖος ὁ τὴν λογικὴν θεωρίαν ἐκμαθὼν οὐ μόνον ταῦτ' οἶδεν, ἀλλὰ καὶ σύμβαμα καὶ παρασύμβαμα ὁποῖα καὶ ὁπόσον ἀλλήλων διαφέρει.

ΑΓΟ. Πρὸς τῆς σοφίας, μὴ φθονήσῃς κἂν τοῦτο εἰπεῖν τί τὸ σύμβαμα καὶ τί τὸ παρασύμβαμα· καὶ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπλήγην ὑπὸ τοῦ ῥυθμοῦ τῶν ὀνομάτων.

ΧΡΥΣ. Ἀλλ' οὐδεὶς φθόνος· ἢν γάρ τις χωλὸς ὢν αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ χωλῷ ποδὶ προσπταίσας λίθῳ τραῦμα ἐξ ἀφανοῦς λάβῃ, ὁ τοιοῦτος εἶχε μὲν δήπου σύμβαμα τὴν χωλείαν, τὸ τραῦμα δὲ παρασύμβαμα προσέλαβεν.

22. ΑΓΟ. Ὢ τῆς ἀγχινοίας. Τί δαὶ ἄλλο μάλιστα φὴς εἰδέναι;

ΧΡΥΣ. Τὰς τῶν λόγων πλεκτάνας, αἷς συμποδίζω τοὺς προσομιλοῦντας καὶ ἀποφράττω καὶ σιωπᾶν ποιῶ φιμὸν ἀτεχνῶς αὐτοῖς περιτιθείς· ὄνομα δὲ τῇ δυνάμει ταύτῃ ὁ ἀοίδιμος συλλογισμός.

ΑΓΟ. Ἡράκλεις, ἄμαχόν τινα καὶ βίαιον λέγεις.

ΧΡΥΣ. Σκόπει γοῦν. Ἔστι σοι παιδίον;

ΑΓΟ. Τί μήν;

ΧΡΥΣ. Τοῦτο ἤν πως κροκόδειλος ἁρπάσῃ πλησίον τοῦ ποταμοῦ πλαζόμενον εὑρών, κἆτά σοι ἀποδώσειν ὑπισχνῆται αὐτό, ἢν εἴπῃς τἀληθὲς ὅ τι δέδοκται αὐτῷ περὶ τῆς ἀποδόσεως τοῦ βρέφους, τί φήσεις αὐτὸν ἐγνωκέναι;

ΑΓΟ. Δυσαπόκριτον ἐρωτᾷς· ἀπορῶ γὰρ ὃ πρότερον εἰπὼν ἀπολάβοιμι. Ἀλλὰ σὺ πρὸς τοῦ Διὸς ἀποκρινάμενος ἀνάσωσαί μοι τὸ παιδίον, μὴ καὶ φθάσῃ αὐτὸ καταπιών.

ΧΡΥΣ. Θάρρει· καὶ ἄλλα γάρ σε διδάξομαι θαυμασιώτερα.

ΑΓΟ. Τὰ ποῖα;

ΧΡΥΣ. Τὸν θερίζοντα καὶ τὸν κυριεύοντα καὶ ἐπὶ πᾶσι τὴν Ἠλέκτραν καὶ τὸν ἐγκεκαλυμμένον.

ΑΓΟ. Τίνα τοῦτον τὸν ἐγκεκαλυμμένον ἢ τίνα τὴν Ἠλέκτραν λέγεις;

ΧΡΥΣ. Ἠλέκτραν μὲν ἐκείνην τὴν πάνυ, τὴν Ἀγαμέμνονος, ἣ τὰ αὐτὰ οἶδέ τε ἅμα καὶ οὐκ οἶδε· παρεστῶτος γὰρ αὐτῇ τοῦ Ὀρέστου ἔτι ἀγνῶτος οἶδε μὲν Ὀρέστην, ὅτι ἀδελφὸς αὐτῆς, ὅτι δὲ οὗτος Ὀρέστης ἀγνοεῖ. Τὸν δ' αὖ ἐγκεκαλυμμένον καὶ πάνυ θαυμαστὸν ἀκούσῃ λόγον· ἀπόκριναι γάρ μοι, τὸν πατέρα οἶσθα τὸν σεαυτοῦ;

ΑΓΟ. Ναί.

ΧΡΥΣ. Τί οὖν; ἢν σοι παραστήσας τινὰ ἐγκεκαλυμμένον ἔρωμαι, τοῦτον οἶσθα; τί φήσεις;

ΑΓΟ. Δηλαδὴ ἀγνοεῖν.

CHRYSIPPUS. Nequaquam; hæc enim in nostra potestate non sunt: quæcumque vero in potestate nostra non sunt, ea indifferentia esse contingit.

EMT. Non intelligo quomodo hoc dicas.

CHRYS. Quid ais? intelligere te negas, talium quædam esse præposita, alia rursus rejectanea?

EMT. Ne nunc quidem intelligo.

CHRYS. Nec mirum, qui non assuetus sis nostris nominibus, neque facultate gaudeas facile percipiendi rerum imagines. Sed studiosus, qui rationalem inspectionem perdidicit, non hæc modo novit, verum etiam accidens et præteraccidens qualibus et quantis rebus inter se differant.

EMT. Per Philosophiam, ne invideas mihi vel hoc dicere, quid rei accidens sit, et quid præteraccidens: nescio enim quomodo feriit aures ipse numerus horum nominum et concinnitas.

CHRYS. Nulla vero est invidia: si quis enim, claudus quum sit, illo ipso claudo pede offendens ad lapidem, vulnus ex improviso accipiat, ille habuit accidens claudicationem, vulnus autem illud ut præteraccidens insuper nactus est.

22. EMT. Hem solertiam! Quid vero amplius te nosse ais?

CHRYS. Verborum laqueos, quibus impedio qui mecum loquuntur, quos obturato ore et freno plane injecto ad silentium redigo. Nomen huic facultati decantatus ille syllogismus.

EMT. Inexpugnabilem hercle mihi et violentum narras.

CHRYS. Attende igitur. Estne tibi puer?

EMT. Quid tum?

CHRYS. Hunc si forte crocodilus ad flumen oberrantem rapiat, ac deinde redditurum se tibi polliceatur, ea lege, si verum dicas quid statuerit ipse de reddendo puero: quid dices illum decrevisse?

EMT. Rogas ad quod respondere admodum sit difficile: anceps enim hæreo, quo responso recipere illum possim. Sed tu per Jovem responso tuo serva mihi puerum, ne, antequam ego respondeam, illum devoret.

CHRYS. Bono es animo: nam et alia te docebo etiam admirabiliora.

EMT. Quænam?

CHRYS. Metentem syllogismum, et dominantem, et super omnia Electram et opertum.

EMT. Quem tu mihi Opertum, quam Electram narras?

CHRYS. Electram dico nobilissimam illam, Agamemnonis filiam quæ eadem novit simul et non novit: astante enim apud illam Oreste nondum agnito, novit illa quidem Orestem esse fratrem suum, huncce hominem vero esse Orestem ignorat. Opertum autem illum et prorsus admirabilem sermonem jam statim audies. Etenim responde mihi: patrem tuum nosti?

EMT. Sanequam.

CHRYS. Quid igitur, si quenpiam hominem opertum astare jubeam, teque interrogem, Hunccine nosti? quid dices?

EMT. Scilicet me non nosse.

23. ΧΡΥΣ. Ἀλλὰ μὴν αὐτὸς οὗτος ἦν ὁ πατὴρ ὁ σός· ὥστε εἰ τοῦτον ἀγνοεῖς, δῆλος εἶ τὸν πατέρα τὸν σὸν ἀγνοῶν.

ΑΓΟ. Οὐ μὲν οὖν· ἀλλ' ἀποκαλύψας αὐτὸν εἴσομαι τὴν ἀλήθειαν. Ὅμως δ' οὖν τί σοι τῆς σοφίας τὸ τέλος, ἢ τί πράξεις πρὸς τὸ ἀκρότατον τῆς ἀρετῆς ἀφικόμενος;

ΧΡΥΣ. Περὶ τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν τότε γενήσομαι, λέγω δὲ πλοῦτον, ὑγίειαν καὶ τὰ τοιαῦτα. Πρότερον δὲ ἀνάγκη πολλὰ προπονῆσαι λεπτογράφοις βιβλίοις παραθήγοντα τὴν ὄψιν καὶ σχόλια συναγείροντα καὶ σολοικισμῶν ἐμπιπλάμενον καὶ ἀτόπων ῥημάτων· καὶ τὸ κεφάλαιον, οὐ θέμις γενέσθαι σοφόν, ἢν μὴ τρὶς ἐφεξῆς τοῦ ἐλλεβόρου πίῃς.

ΑΓΟ. Γενναῖά σου ταῦτα καὶ δεινῶς ἀνδρικά. Τὸ δὲ Γνίφωνα εἶναι καὶ τοκογλύφον — καὶ γὰρ τάδε ὁρῶ σοι προσόντα — τί φῶμεν, ἀνδρὸς ἤδη πεπωκότος τὸν ἐλλέβορον καὶ τελείου πρὸς ἀρετήν;

ΧΡΥΣ. Ναί· μόνῳ γοῦν τὸ δανείζειν πρέποι ἂν τῷ σοφῷ· ἐπεὶ γὰρ ἴδιον αὐτοῦ τὸ συλλογίζεσθαι, τὸ δανείζειν δὲ καὶ λογίζεσθαι τοὺς τόκους πλησίον εἶναι δοκεῖ τοῦ συλλογίζεσθαι, μόνου ἂν εἴη τοῦ σπουδαίου καθάπερ ἐκεῖνο καὶ τοῦτο, καὶ οὐ μόνον γε ἁπλοῦς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, τοὺς τόκους, ἀλλὰ καὶ τούτων ἑτέρους τόκους λαμβάνειν· ἢ γὰρ ἀγνοεῖς ὅτι τῶν τόκων οἱ μέν εἰσι πρῶτοί τινες, οἱ δὲ δεύτεροι καθάπερ αὐτῶν ἐκείνων ἀπόγονοι; Ὁρᾷς δὲ δῆτα καὶ τὸν συλλογισμὸν ὁποῖά φησιν· εἰ τὸν πρῶτον τόκον λήψεται, λήψεται καὶ τὸν δεύτερον· ἀλλὰ μὴν τὸν πρῶτον λήψεται, λήψεται ἄρα καὶ τὸν δεύτερον.

24. ΑΓΟ. Οὐκοῦν καὶ μισθῶν πέρι τὰ αὐτὰ φῶμεν, οὓς σὺ λαμβάνεις ἐπὶ τῇ σοφίᾳ παρὰ τῶν νέων, καὶ δῆλον ὅτι μόνος ὁ σπουδαῖος μισθὸν ἐπὶ τῇ ἀρετῇ λήψεται;

ΧΡΥΣ. Μανθάνεις· οὐ γὰρ ἐμαυτοῦ ἕνεκα λαμβάνω, τοῦ δὲ διδόντος αὐτοῦ χάριν· ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὁ μέν τις ἐκχύτης, ὁ δὲ περιεκτικός, ἐμαυτὸν μὲν ἀσκῶ εἶναι περιεκτικόν, τὸν δὲ μαθητὴν ἐκχύτην.

ΑΓΟ. Καὶ μὴν τοὐναντίον ἐχρῆν, τὸν νέον μὲν εἶναι περιεκτικόν, σὲ δὲ τὸν μόνον πλούσιον ἐκχύτην.

ΧΡΥΣ. Σκώπτεις, ὦ οὗτος. Ἀλλ' ὅρα μή σε ἀποτοξεύσω τῷ ἀναποδείκτῳ συλλογισμῷ.

ΑΓΟ. Καὶ τί δεινὸν ἀπὸ τοῦ βέλους;

ΧΡΥΣ. Ἀπορία καὶ σιωπὴ καὶ διαστραφῆναι τὴν διάνοιαν.

25. Ὃ δὲ μέγιστον, ἢν ἐθέλω, τάχιστά σε ἀποδείξω λίθον.

ΑΓΟ. Πῶς λίθον; οὐ γὰρ Περσεὺς σύ, ὦ βέλτιστε, εἶναι μοι δοκεῖς.

ΧΡΥΣ. Ὧδέ πως· ὁ λίθος σῶμά ἐστι;

ΑΓΟ. Ναί.

ΧΡΥΣ. Τί δέ; τὸ ζῷον οὐ σῶμα;

ΑΓΟ. Ναί.

ΧΡΥΣ. Σὺ δὲ ζῷον;

ΑΓΟ. Ἔοικα γοῦν.

23. CHRYS. Verum enim vero ille ipse erat pater tuus. Hunc igitur si non novisti, manifestum est patrem tuum te non nosse.

EMT. Minime vero, sed ego relecto illo verum sciam. Attamen quis tibi finis sapientiæ, aut quid facies quum ad fastigium virtutis perveneris?

CHRYS. In primis naturæ tunc morabor, divitias dico, sanitatem et similia. Opus vero est multa ante laborare, libris subtiliter scriptis velut cote acuere mentis aciem, commentarios congerere, solœcismis impleri et inusitatis vocibus : et quod caput rei est, fas non est sapientem fieri, nisi ter deinceps helleborum biberis.

EMT. Generosa ista et plane virilia. Sed Gniphonem sordidum esse et fœneratorem improbum (nam hæc quoque tibi inesse video), hæcne dicemus esse viri helleboro jam purgati et perfecti ad virtutem?

CHRYS. Ita sane; solum igitur sapientem fœnerari deceat. Quum enim proprium illius sit argumentis putare, fœnerari autem et argenti computare usuras vicinum videatur argumentis putandi industriæ, solius esse dixerim viri boni, quemadmodum illud, ita hoc etiam, et non simplices modo, ut reliqui solent, usuras, sed usurarum quoque alias usuras capere. An enim ignoras, usurarum alias quasdam esse primas, alias secundas, illarum quasi filias? Vides vero scilicet syllogismum, quid dicat : si primas usuras accipiet sapiens, accipiat etiam secundas : atqui primas accipiet : accipiet ergo etiam secundas.

24. EMT. Igitur de mercedibus eadem dicemus, quas sapientiæ nomine tu sumis ab adolescentibus, manifestumque est solum virum bonum mercedem virtutis nomine capturum.

CHRYS. Rem tenes; neque enim ego mea causa capio, sed ipsius dantis. Quum enim alius sit effusor et prodigus, alius comprehensor, et tenax; ego quidem comprehensor esse meditor, discipulum autem studeo effusorem efficere.

EMT. At enim contrarium oportebat; ut juvenis quidem esset comprehensor, tu vero, qui solus dives es, effusor.

CHRYS. Rides tu quidem : sed vide ne syllogismo te indemonstrabili feriam.

EMT. Et quid ab illo telo metuendum?

CHRYS. Dubitatio et silentium, et mentis distractio.

25. Quod vero maximum, si voluero, statim efficiam te lapidem.

EMT. Quomodo lapidem? neque enim tu, opinor, optime vir, es Perseus.

CHRYS. Hac fere ratione. Lapis corpusne est?

EMT. Est.

CHRYS. Quid vero? animal nonne corpus?

EMT. Est.

CHRYS. Tu vero animal?

EMT. Sic sane videtur.

ΧΡΥΣ. Λίθος ἄρα εἶ σῶμα ὤν.

ΑΓΟ. Μηδαμῶς. Ἀλλ' ἀνάλυσόν με πρὸς τοῦ Διὸς καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ποίησον ἄνθρωπον.

ΧΡΥΣ. Οὐ χαλεπόν· ἀλλ' ἔμπαλιν ἴσθι ἄνθρωπος. Εἰπὲ γάρ μοι, πᾶν σῶμα ζῷον;

ΑΓΟ. Οὔ.

ΧΡΥΣ. Τί δέ; λίθος ζῷον;

ΑΓΟ. Οὔ.

ΧΡΥΣ. Σὺ δὲ σῶμα εἶ;

ΑΓΟ. Ναί.

ΧΡΥΣ. Σῶμα δὲ ὢν ζῷον εἶ;

ΑΓΟ. Ναί.

ΧΡΥΣ. Οὐκ ἄρα λίθος εἶ ζῷόν γε ὤν.

ΑΓΟ. Εὖ γε ἐποίησας, ὡς ἤδη μου τὰ σκέλη καθάπερ τῆς Νιόβης ἀπεψύχετο καὶ πάγια ἦν. Ἀλλὰ ὠνήσομαί γε σέ. Πόσον ὑπὲρ αὐτοῦ καταβαλῶ;

ΕΡΜ. Μνᾶς δώδεκα.

ΑΓΟ. Λάμβανε.

ΕΡΜ. Μόνος δ' αὐτὸν ἐώνησαι;

ΑΓΟ. Μὰ Δί', ἀλλ' οὗτοι πάντες, οὓς ὁρᾷς.

ΕΡΜ. Πολλοί γε καὶ τοὺς ὤμους καρτεροὶ καὶ τοῦ θερίζοντος λόγου ἄξιοι.

26. ΖΕΥΣ. Μὴ διάτριβε· ἄλλον κάλει τὸν Περιπατητικόν.

ΕΡΜ. Σέ φημι, τὸν καλὸν, τὸν πλούσιον. Ἄγε δὴ, ὠνήσασθε τὸν συνετώτατον, τὸν ἅπαντα ὅλως ἐπιστάμενον.

ΑΓΟ. Ποῖος δέ τις ἐστί;

ΕΡΜ. Μέτριος, ἐπιεικὴς, ἁρμόδιος τῷ βίῳ, τὸ δὲ μέγιστον, διπλοῦς.

ΑΓΟ. Πῶς λέγεις;

ΕΡΜ. Ἄλλος μὲν ὁ ἔκτοσθεν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὁ ἔντοσθεν εἶναι δοκεῖ· ὥστε ἢν πρίῃ αὐτὸν, μέμνησο τὸν μὲν ἐσωτερικὸν, τὸν δὲ ἐξωτερικὸν καλεῖν.

ΑΓΟ. Τί δὲ γιγνώσκει μάλιστα;

ΕΡΜ. Τρία εἶναι τἀγαθὰ, ἐν ψυχῇ, ἐν σώματι, ἐν τοις ἐκτός.

ΑΓΟ. Ἀνθρώπινα φρονεῖ. Πόσου δέ ἐστιν;

ΕΡΜ. Εἴκοσι μνῶν.

ΑΓΟ. Πολὺ λέγεις.

ΕΡΜ. Οὐκ, ὦ μακάριε· καὶ γὰρ αὐτὸς ἔχειν τι ἀργύριον δοκεῖ· ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ὠνησάμενος. Ἔτι δὲ εἴσῃ αὐτίκα μάλα παρ' αὐτοῦ, πόσον μὲν ὁ κώνωψ βιοῖ τὸν χρόνον, ἐφ' ὁπόσον δὲ βάθος ἡ θάλαττα ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταλάμπεται, καὶ ὁποία τίς ἐστιν ἡ ψυχὴ τῶν ὀστρείων.

ΑΓΟ. Ἡράκλεις τῆς ἀκριβολογίας.

ΕΡΜ. Τί δαὶ, εἰ ἀκούσειας ἄλλα πολλῷ τούτων ὀξυδερκέστερα, γονῆς τε πέρι καὶ γενέσεως καὶ τῆς ἐν ταῖς μήτραις τῶν ἐμβρύων πλαστικῆς, καὶ ὡς ἄνθρωπος μὲν γελαστικὸν, ὄνος δὲ οὐ γελαστικὸν *** οὐδὲ τεκταινόμενον οὐδὲ πλωϊζόμενον;

ΑΓΟ. Πάνσεμνα φὴς καὶ ὀνησιφόρα τὰ μαθήματα, ὥστε ὠνοῦμαι αὐτὸν εἴκοσιν.

CHRYS. Lapis ergo es, qui sis corpus.

EMT. Nequaquam vero. Sed solve me per Jovem, et rursus me hominem redde.

CHRYS. Difficile non est : sed rursus esto homo. Dic mihi : omne corpus animal?

EMT. Non.

CHRYS. Quid vero? num lapis animal?

EMT. Non.

CHRYS. Tu vero es corpus?

EMT. Scilicet.

CHRYS. Corpus vero quum sis, an animal es

EMT. Sane.

CHRYS. Nec igitur lapis es, qui sis animal.

EMT. Bene abs te factum : jam enim crura mea, ut olim Niobes, spiritu vitali exeunte diriguerant. Verum emam te. Quantum pro illo numerabo?

MERC. Minas duodecim.

EMT. Hem cape.

MERC. Solus vero illum emisti?

EMT. Non hercle, sed hi quos vides universi.

MERC. Multi quidem et robusti humeros et ratione illa metente digni.

26. JUP. Noli tempus terere, voca alium, Peripateticum illum.

MERC. Te jam dico, te pulchrum, divitem. Agite, emite prudentissimum, scientem omnino omnia.

EMT. At qualis est?

MERC. Moderatus, æquus, vitæ aptus, et, quod maximum est, duplex.

EMT. Quid ais?

MERC. Alius est qui extra apparet, intus autem videtur alius. Itaque si illum emeris, memento hunc quidem interiorem, illum vocare exteriorem.

EMT. Quid vero maxime tenet?

MERC. Tria esse bona, in anima, in corpore, in rebus externis.

EMT. Humanum sapit. Quanti vero est?

MERC. Viginti minarum.

EMT. Multum dicis.

MERC. Non, o bone : videtur enim et ipse argenti aliquantum habere. Itaque non est cur cesses emere. Porro statim ex illo scies, quanto tempore culex vivat; ad quam altitudinem mare a sole perluceat, et qualis sit anima ostreorum.

EMT. Hercules! quam subtilis illa perscrutatio!

MERC. Quid vero, alia multa si audias hisce acutiora? de semine, et generatione, et illa embryonum in uteris figlina; et ut homo sit animal risibile, asinus autem non risibile, *** neque fabricans, neque navigans.

EMT. Gravissima narras, et utilia plane hujus disciplinæ capita : itaque emam illum viginti minis.

27. ΕΡΜ. Εἶεν.

ΖΕΥΣ. Τίς λοιπὸς ἡμῖν καταλείπεται;

ΕΡΜ. Ὁ σκεπτικὸς οὗτος. Σὺ ὁ Πύρρων πρόσιθι καὶ ἀποκηρύττου κατὰ τάχος. Ἤδη μὲν ὑπορρέουσιν οἱ πολλοὶ καὶ ἐν ὀλίγοις ἡ πρᾶσις ἔσται. Ὅμως δὲ τίς καὶ τοῦτον ὠνεῖται;

ΑΓΟ. Ἔγωγε. Ἀλλ' οὖν πρῶτον εἰπέ μοι, σὺ τί ἐπίστασαι;

ΠΥΡΡΩΝ. Οὐδέν.

ΑΓΟ. Πῶς τοῦτ' ἔφησθα;

ΠΥΡΡ. Ὅτι οὐδὲν ὅλως εἶναί μοι δοκεῖ.

ΑΓΟ. Οὐδὲ ἡμεῖς ἄρα ἐσμέν τινες;

ΠΥΡΡ. Οὐδὲ τοῦτο οἶδα.

ΑΓΟ. Οὐδ' ὅτι σύ τις ὢν τυγχάνεις;

ΠΥΡΡ. Πολὺ μᾶλλον ἔτι τοῦτ' ἀγνοῶ.

ΑΓΟ. Ὢ τῆς ἀπορίας. Τί δαί σοι τὰ σταθμία ταυτὶ βούλεται;

ΠΥΡΡ. Ζυγοστατῶ ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους καὶ πρὸς τὸ ἴσον ἀπευθύνω, καὶ ἐπειδὰν ἀκριβῶς ὁμοίους τε καὶ ἰσοβαρεῖς ἴδω, τότε δὴ τότε ἀγνοῶ τὸν ἀληθέστερον.

ΑΓΟ. Τῶν ἄλλων δὲ τί ἂν πράττοις ἐμμελῶς;

ΠΥΡΡ. Τὰ πάντα πλὴν δραπέτην μεταδιώκειν.

ΑΓΟ. Τί δαὶ τοῦτό σοι ἀδύνατον;

ΠΥΡΡ. Ὅτι, ὠγαθέ, οὐ καταλαμβάνω.

ΑΓΟ. Εἰκότως· βραδὺς γὰρ καὶ νωθής τις εἶναι δοκεῖς. Ἀλλὰ τί σοι τὸ τέλος τῆς ἐπιστάσεως;

ΠΥΡΡ. Ἡ ἀμαθία καὶ τὸ μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν.

ΑΓΟ. Οὐκοῦν καὶ κωφὸς ἅμα καὶ τυφλὸς εἶναι λέγεις.

ΠΥΡΡ. Καὶ ἄκριτός γε προσέτι καὶ ἀναίσθητος καὶ ὅλως τοῦ σκώληκος οὐδὲν διαφέρων.

ΑΓΟ. Ὠνητέος εἶ διὰ ταῦτα. Πόσου τοῦτον ἄξιον χρὴ φάναι;

ΕΡΜ. Μνᾶς Ἀττικῆς.

ΑΓΟ. Λάμβανε. Τί φής, ὦ οὗτος; ἐπριάμην σε;

ΠΥΡΡ. Ἄδηλον.

ΑΓΟ. Μηδαμῶς· ἐώνημαι γὰρ καὶ τἀργύριον κατέβαλον.

ΠΥΡΡ. Ἐπέχω περὶ τούτου καὶ διασκέπτομαι.

ΑΓΟ. Καὶ μὴν ἀκολούθει μοι, καθάπερ χρὴ ἐμὸν οἰκέτην.

ΠΥΡΡ. Τίς οἶδεν εἰ ἀληθῆ ταῦτα φής;

ΑΓΟ. Ὁ κῆρυξ καὶ ἡ μνᾶ καὶ οἱ παρόντες.

ΠΥΡΡ. Πάρεισι γὰρ ἡμῖν τινες;

ΑΓΟ. Ἀλλ' ἔγωγέ σε ἤδη ἐμβαλὼν ἐς τὸν μυλῶνα πείσω εἶναι δεσπότης κατὰ τὸν χείρω λόγον.

ΠΥΡΡ. Ἐπεχε περὶ τούτου.

ΑΓΟ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἤδη γε ἀπεφηνάμην.

ΕΡΜ. Σὺ μὲν παῦσαι ἀντιτείνων καὶ ἀκολούθει τῷ πριαμένῳ, ὑμᾶς δὲ ἐς αὔριον παρακαλοῦμεν· ἀποκηρύξειν γὰρ τοὺς ἰδιώτας καὶ βαναύσους καὶ ἀγοραίους βίους μέλλομεν.

27. MERC. Fiat.

JUP. Quis reliquus nobis est?

MERC. Scepticus hicce. Heus tu, Pyrrhon, prodi, præconio vendendus celeriter. Jam enim plures paullatim recedunt, ut inter paucos futura sit venditio. Attamen quis et hunc emet?

EMT. Ego. Verum hoc tu primum dic mihi, quid nosti?

PYRRHON. Nihil equidem.

EMT. Quid tibi vis hoc responso?

PYRRH. Nempe nihil omnino esse mihi videtur.

EMT. Ergo neque nos quiquam sumus?

PYRRH. Neque hoc novi equidem.

EMT. Neque te si quis sis nosti?

PYRRH. Etiam multo hoc magis ignoro.

EMT. Vah quanta dubitatio! Ista vero bilanx quid sibi vult?

PYRRH. Rationes in ea expendo et exæquo : deinde quum ad amussim pares et ejusdem ponderis esse intelligo, tum demum utra verior sit, plane ignoro.

EMT. Reliquarum vero rerum num quid facere recte et ordine potes?

PYRRH. Omnia, nisi quod fugitivum nescio persequi.

EMT. Cur vero hoc non potes?

PYRRH. Quia, o bone, non comprehendo.

EMT. Credibile est : tardus enim et ignavus esse videris. Sed quis finis tibi scientiæ est?

PYRRH. Nihil discere, et neque audire quicquam, nec videre.

EMT. Surdum igitur simul et cæcum esse dicis te ipsum.

PYRRH. Et insuper judicii omnis expertem et sensus, denique a verme nulla in re differentem.

EMT. Propter hæc emendus sane es. Quanto hunc dignum dicemus?

MERC. Mina Attica.

EMT. Sume. Heus tu, quid ais? num emi te?

PYRRH. Obscurum id est.

EMT. Minime vero : emi enim et pecuniam numeravi.

PYRRH. Cohibeo me hac de re, et dispicio.

EMT. Quin tu sequere me, ut par est meum servum.

PYRRH. Quis novit utrum vere illa dicas?

EMT. Præco, et mina, et præsentes.

PYRRH. Adsunt ergo nobis quidam?

EMT. At ego tibi jam in pistrinum compacto planum faciam, dominum me tuum esse, secundum rationem deteriorem.

PYRRH. De hoc cohibe assensum.

EMT. At hercle jam quid videatur pronunciavi.

MERC. Desine contra niti, et sequere emtorem : vos autem in crastinum invitamus; nam idiotas, et sellularias, et forenses vitas præconio vendemus.

XV.

ΑΛΙΕΥΣ Η ΑΝΑΒΙΟΥΝΤΕΣ.

1. ΣΩΚΡ. Βάλλε βάλλε τὸν κατάρατον ἀφθόνοις τοῖς λίθοις, ἐπίβαλλε τῶν βώλων, προσεπίβαλλε καὶ τῶν ὀστράκων, παῖε τοῖς ξύλοις τὸν ἀλιτήριον, ὅρα μὴ διαφύγῃ· καὶ σὺ βάλλε, ὦ Πλάτων· καὶ σύ, ὦ Χρύσιππε, καὶ σὺ δέ. Πάντες ἅμα ξυνασπίσωμεν ἐπ' αὐτόν,

ὡς πήρη πήρηφιν ἀρήγῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις.

Κοινὸς γὰρ πολέμιος, καὶ οὐκ ἔστιν ὅντινα ὑμῶν οὐχ ὕβρικε. Σὺ δέ, ὦ Διόγενες, εἴ ποτε καὶ ἄλλοτε, χρῶ τῷ ξύλῳ, μηδὲ ἀνῆτε· διδότω τὴν ἀξίαν βλάσφημος ὤν. Τί τοῦτο; κεκμήκατε, ὦ Ἐπίκουρε καὶ Ἀρίστιππε; καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν.

Ἀνέρες ἔστε, σοφοί, μνήσασθε δὲ θούριδος ὀργῆς.

2. Ἀριστότελες, ἐπισπούδασον ἔτι θᾶττον. Εὖ ἔχει· ἑάλωκε τὸ θηρίον· εἰλήφαμέν σε, ὦ μιαρέ. Εἴσῃ γοῦν αὐτίκα οὕστινας ὄντας ἐκακηγόρεις. Τῷ τρόπῳ δέ τις αὐτὸν καὶ μετέλθῃ; Ποικίλον γάρ τινα ἐπινοῶμεν θάνατον κατ' αὐτοῦ πᾶσιν ἡμῖν ἐξαρκέσαι δυνάμενον· καθ' ἕκαστον γοῦν δίκαιός ἐστιν ἡμῖν ἀπολωλέναι.

ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ Α. Ἐμοὶ μὲν ἀνεσκολοπίσθαι δοκεῖ αὐτόν.

ΦΙΛ. Β. Νὴ Δία, μαστιγωθέντα γε πρότερον.

ΦΙΛ. Γ. Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω.

ΦΙΛ. Δ. Τὴν γλῶτταν αὐτὴν ἔτι πολὺ πρότερον ἀποτετμήσθω.

ΣΩΚ. Σοὶ δὲ τί, Ἐμπεδόκλεις, δοκεῖ;

ΕΜΠ. Ἐς τοὺς κρατῆρας ἐμπεσεῖν αὐτόν, ὡς μάθῃ μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττοσι.

ΠΛΑΤ. Καὶ μὴν ἄριστον ἦν καθάπερ τινὰ Πενθέα ἢ Ὀρφέα

λακιστὸν ἐν πέτραισιν εὑρέσθαι μόρον,

ἵν' ἂν καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων ἀπηλλάττετο καὶ —

3. ΛΟΥΚ. Μηδαμῶς· ἀλλὰ πρὸς ἱκεσίου φείσασθέ μου.

ΣΩΚ. Ἄραρεν· οὐκ ἂν ἀφεθείης ἔτι. Ὁρᾷς δὲ δὴ καὶ τὸν Ὅμηρον ἅ φησιν,

ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά;

ΛΟΥΚ. Καὶ μὴν καθ' Ὅμηρον ὑμᾶς καὶ αὐτὸς ἱκετεύω· αἰδέσεσθε γὰρ ἴσως τὰ ἔπη καὶ οὐ παρόψεσθε ῥαψῳδήσαντά με·

Ζωγρεῖτ' οὐ κακὸν ἄνδρα καὶ ἄξια δέχθε ἄποινα,
χαλκόν τε χρυσόν τε, τὰ δὴ φιλέουσι σοφοί περ.

ΠΛΑΤ. Ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ἀπορήσομεν πρὸς σὲ Ὁμηρικῆς ἀντιλογίας. Ἄκουε γοῦν·

Μὴ δή μοι φύξιν γε, κακηφόρε, βάλλεο θυμῷ
χρυσόν περ λέξας, ἐπεὶ ἵκεο χεῖρας ἐς ἁμάς.

XV.

PISCATOR vel REVIVISCENTES.

1. SOCR. Feri, feri execrabilem saxis copiosissimis; adjice glebas; insuper adjice testas : pulsa baculis impium; vide ne effugiat. Et tu, Plato, feri, et tu, Chrysippe, et tu. Omnes simul in illum irruamus facta testudine,

Ut baculus baculo firmetur, peraque peris.

Communis enim hic hostis, neque quisquam est nostrûm, quem contumelia non affecerit. Tu vero, Diogenes, si unquam alias, clava nunc utere; nec remittite quicquam : dignas maledico illo ore pœnas luat. Quid hoc? fessine estis, Epicure et Aristippe? Atqui non decebat. Sapientes,

Este viri, callidæ moveat vos impetus iræ.

2. Aristoteles, magis accelera! Bene habet : capta est bestia. Cepimus te, impure. Mox igitur scies, quibus viris maledixeris. Quo vero modo illum tractabimus? Variam enim quandam contra ipsum mortem excogitemus, quæ sufficere nobis omnibus possit; dignus vero est qui secundum uniuscujusque nostrûm sententiam sigillatim pereat.

PHILOSOPHUS A. Ego censeo palo eum figi.

PHIL. B. Flagellis quidem hercle prius cæsum.

PHIL. C. Oculi effodiuntor ei.

PHIL. D. Imo multo prius lingua ipsi exciditor.

SOCR. Tibi vero quid videtur, Empedocles?

EMP. In crateres dejici Ætnæ, ut discat non maledicere melioribus.

PLAT. Quin optimum fuerit, eum instar Penthei alicujus aut Orphei,

lacerum invenire fatum per petras,

ut etiam partem illius habens quisque discedat, et —

3. LUC. Minime vero : sed per Jovem supplicum præsidem mihi parcite.

SOCR. Decretum est : non amplius potes dimitti. Vides vero quid Homerus dicat,

Nunquam fœdera fida leonibus atque viris sunt?

LUC. Verumtamen ex Homero et ego vobis supplicabo : reverebimini fortasse versus, neque aspernabimini consuentem carmina :

Ducite captivum! vir non malus : ac redimet se
ære, auro : nec enim sapientes munera spernunt.

PLAT. Sed neque nobis deerit Homerica responsio tibi facienda. Audi modo :

Ne meditare fugam, blasphema, barbare, lingua,
ostentans aurum, postquam mea præda fuisti.

ΛΟΥΚ. Οἴμοι τῶν κακῶν. Ὁ μὲν Ὅμηρος ἡμῖν ἄπρακτος, ἡ μεγίστη ἐλπίς. Ἐπὶ τὸν Εὐριπίδην δή μοι καταφευκτέον· τάχα γὰρ ἂν ἐκεῖνος σώσειέ με.

Μὴ κτεῖνε· τὸν ἱκέτην γὰρ οὐ θέμις κτανεῖν.

ΠΛΑΤ. Τί δ'; Οὐχὶ κἀκεῖνα Εὐριπίδου ἐστὶν,

Οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους;

ΛΟΥΚ. Νῦν οὖν ἕκατι ῥημάτων κτενεῖτέ με;

ΠΛΑΤ. Νὴ Δία· φησὶ γοῦν ἐκεῖνος αὐτὸς,

Ἀχαλίνων στομάτων
ἀνόμου τ' ἀφροσύνας
το τέλος δυστυχία.

4. **ΛΟΥΚ.** Οὐκοῦν ἐπεὶ δέδοκται πάντως ἀποκτιννύναι καὶ οὐδεμία μηχανὴ τὸ διαφυγεῖν με, φέρε, τοῦτο γοῦν εἴπατέ μοι, οἵτινες ὄντες ἢ τί πεπονθότες ἀνήκεστον πρὸς ἡμῶν ἀμείλικτα ὀργίζεσθε καὶ ἐπὶ θανάτῳ με ξυνειλήφατε;

ΠΛΑΤ. Ἅτινα μὲν εἴργασαι ἡμᾶς τὰ δεινὰ, σεαυτὸν ἐρώτα, ὦ κάκιστε, καὶ τοὺς καλοὺς ἐκείνους σου λόγους, ἐν οἷς φιλοσοφίαν τε αὐτὴν κακῶς ἠγόρευες καὶ ἐς ἡμᾶς ὕβριζες ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἀποκηρύττων σοφοὺς ἄνδρας, καὶ τὸ μέγιστον, ἐλευθέρους· ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντες ἀνεληλύθαμεν ἐπὶ σὲ παραιτησάμενοι πρὸς ὀλίγον τὸν Ἀϊδωνέα, Χρύσιππος ουτοσὶ καὶ Ἐπίκουρος καὶ ὁ Πλάτων ἐγὼ καὶ Ἀριστοτέλης ἐκεινοσὶ καὶ ὁ σιωπῶν οὗτος Πυθαγόρας καὶ ὁ Διογένης καὶ ἅπαντες ὅσους διέσυρες ἐν τοῖς λόγοις.

5. **ΛΟΥΚ.** Ἀνέπνευσα· οὐ γὰρ ἀποκτενεῖτέ με, ἢν μάθητε ὁποῖος ἐγὼ περὶ ὑμᾶς ἐγενόμην· ὥστε ἀπορρίψατε τοὺς λίθους, μᾶλλον δὲ φυλάττετε. Χρήσεσθε γὰρ αὐτοῖς κατὰ τῶν ἀξίων.

ΠΛΑΤ. Ληρεῖς. Σὲ δὲ τήμερον χρὴ ἀπολωλέναι, καὶ ἤδη γε

λάϊνον ἕσσο χιτῶνα κακῶν ἕνεχ', ὅσσα ἔοργας.

ΛΟΥΚ. Καὶ μὴν, ὦ ἄριστοι, ὃν ἐχρῆν μόνον ἐξ ἁπάντων ἐπαινεῖν οἰκεῖόν τε ὑμῖν ὄντα καὶ εὔνουν καὶ ὁμογνώμονα καὶ, εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, κηδεμόνα τῶν ἐπιτηδευμάτων, εὖ ἴστε ἀποκτενοῦντες, ἢν ἐμὲ ἀποκτείνητε τοσαῦτα περὶ ὑμῶν πεπονηκότα. Ὁρᾶτε οὖν μὴ τὸ τῶν νῦν φιλοσόφων αὐτὸ ποιῆτε, ἀχάριστοι καὶ ὀργίλοι καὶ ἀγνώμονες φαινόμενοι πρὸς ἄνδρα εὐεργέτην.

ΠΛΑΤ. Ὢ τῆς ἀναισχυντίας. Καὶ χάριν σοι τῆς κακηγορίας προσοφείλομεν; οὕτως ὡς ἀνδραπόδοις ἀληθῶς οἴει διαλέγεσθαι· καὶ εὐεργεσίαν καταλογιῇ πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὕβρει καὶ παροινίᾳ τῶν λόγων;

6. **ΛΟΥΚ.** Ποῦ γὰρ ἐγὼ ὑμᾶς ἢ πότε ὕβρικα, ὃς ἀεὶ φιλοσοφίαν τε θαυμάζων διατετέλεκα καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ὑπερεπαινῶν καὶ τοῖς λόγοις οὓς καταλελοίπατε ὁμιλῶν; Αὐτὰ γοῦν ἃ φημι ταῦτα, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν λαβὼν καὶ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δὲ ἐπαινοῦσι καὶ γνωρίζουσιν ἕκαστον τὸ ἄνθος ὅθεν καὶ παρ' ὅτου καὶ ὅπως ἀνελεξάμην, καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας, τὸ δ' ἀληθὲς ὑμᾶς καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἳ

LUC. Væ mihi! Homerus nos destituit, spes maxima! Ad Euripidem nempe confugiendum : forsitan ille me servaverit.

Ne cæde : supplicem etenim jus vetat mori.

PLAT. Quid vero? uonne et illa sunt Euripidea,

Haud digna ferre, indigna qui patraverint?

LUC. Sic igitur propter verba me occidetis?

PLAT. Sic per Jovem. Ait enim idem ille,

Effrenis loquelæ,
impii stuporis
finis miseria est.

4. **LUC.** Igitur quum stet sententia omnino interficere me, neque ulla arte liceat mihi, effugere agite, hoc certe mihi dicite, qui sitis, aut quam immedicabilem a me injuriam passi sine ullo remedio mihi irascamini, et supplicii causa me comprehenderitis.

PLAT. Quibus nos injuriis affeceris, ipsum te, scelus, interroga, et præclaros illos tuos libros, in quibus et philosophiæ ipsi maledixisti, et nos affecisti contumelia, tanquam in foro vendens præconio viros sapientes, et, quod maximum, ingenuos. Propter hæc indignati, contra te ab inferis huc venimus, commeatu brevi a Plutone impetrato, Chrysippus hic, et Epicurus, et ego Plato, et Aristoteles ille, et tacitus hic Pythagoras, et Diogenes, et omnes quos in libris tuis lacerasti.

5. **LUC.** Respiravi. Nec enim interficietis me, ubi cognoveritis qualem erga vos me præbuerim. Itaque abjicite lapides. Quin servate potius : utemini enim iis contra dignos.

PLAT. Nugaris : hodie enim periisse te oportet. Quin jam

saxea adest toga tantorum tibi pœna malorum.

LUC. Enimvero scitote, viri optimi, vos eum interfecturos, quem unum omnium laudare oportebat, utpote familiarem vestrum et benevolum, et earundem sententiarum, et nisi dictu grave est, vestrorum studiorum curatorem utoremque, me si interficiatis, qui tantum pro vobis laboris susceperim. Videte igitur ne idem faciatis, quod qui nunc sunt philosophi, si ingrati, iracundi et parum officii memores videamini adversus virum bene de vobis meritum.

PLAT. Impudentiam hominis videte! Insuper gratiam tibi maledicentiæ illius causa debemus? usque adeone cum mancipiis te putas disputare veris? etiamne in beneficio nobis imputabis contumeliam tantam et ebriam verborum in nos petulantiam?

6. **LUC.** Ubi ergo vos ego aut quando affeci contumelia? qui semper ita vixerim, philosophiam ut admirarer, et vos ipsos laudibus tollerem, et in libris quos reliquistis versarer. Hæc enim ipsa quæ dico, unde alias, quam a vobis, sumens, et apum instar delibans flores vestros, ostendo hominibus? at illi laudant, et florem unumquemque agnoscunt, unde et a quo et quomodo legerim : et verbis quidem me sectantur propter florum legendorum solertiam, re autem ipsa vos et vestrum illud pratum, qui tales protuleritis, tam

τοιαῦτα ἐξηνθήκατε ποικίλα καὶ πολυειδῆ τὰς βαφὰς, εἴ τις ἀναλέξασθαί τε αὐτὰ ἐπίσταιτο καὶ ἀναπλέξαι καὶ ἁρμόσαι, ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου. Ἔσθ' ὅστις οὖν ταῦτα εὖ πεπονθὼς παρ' ὑμῶν κακῶς ἂν εἰπεῖν ἐπιχειρήσειεν εὐεργέτας ἄνδρας, ἀφ' ὧν ἤδη τις εἶναι ἔδοξεν; ἐκτὸς εἰ μὴ κατὰ τὸν Θάμυριν ἢ τὸν Εὔρυτον εἴη τὴν φύσιν, ὡς ταῖς Μούσαις ἀντᾴδειν, παρ' ὧν εἰλήφει τὴν ᾠδὴν, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι ἐριδαίνειν ἐναντία τοξεύων, καὶ ταῦτα δοτῆρι ὄντι τῆς τοξικῆς.

7. ΠΛΑΤ. Τοῦτο μὲν, ὦ γενναῖε, κατὰ τοὺς ῥήτορας εἴρηταί σοι· ἐναντιώτατον γοῦν ἐστί σοι τῷ πράγματι καὶ χαλεπωτέραν σου ἐπιδείκνυσι τὴν τόλμαν, εἴ γε τῇ ἀδικίᾳ καὶ ἀχαριστία πρόσεστιν, ὃς παρ' ἡμῶν τὰ τοξεύματα, ὡς φὴς, λαβὼν καθ' ἡμῶν ἐτόξευες, ἕνα τοῦτον ὑποθέμενος τὸν σκοπὸν, ἅπαντας ἡμᾶς ἀγορεύειν κακῶς· τοιαῦτα παρὰ σοῦ ἀπειλήφαμεν ἀνθ' ὧν σοι τὸν λειμῶνα ἐκεῖνον ἀναπετάσαντες οὐχ ἐκωλύσαμεν δρέπεσθαι καὶ τὸ προκόλπιον ἐμπλησάμενον ἀπελθεῖν· ὥστε διά γε τοῦτο μάλιστα δίκαιος ἂν εἴης ἀποθανεῖν.

8. ΛΟΥΚ. Ὁρᾶτε; πρὸς ὀργὴν ἀκούετε καὶ οὐδὲν τῶν δικαίων προσίεσθε. Καίτοι οὐκ ἂν ᾠήθην ποτὲ ὡς ὀργὴ Πλάτωνος ἢ Χρυσίππου ἢ Ἀριστοτέλους ἢ τῶν ἄλλων ὑμῶν καθίκοιτο ἂν, ἀλλά μοι ἐδοκεῖτε μόνοι δὴ πόρρω εἶναι τοῦ τοιούτου. Πλὴν ἀλλὰ μὴ ἄκριτόν γε, ὦ θαυμάσιοι, μηδὲ πρὸ δίκης ἀποκτείνητέ με· ὑμέτερον γοῦν καὶ τοῦτο ἦν, μὴ βίᾳ μηδὲ κατὰ τὸ ἰσχυρότερον πολιτεύεσθαι, δίκῃ δὲ τὰ διάφορα διαλύεσθαι διδόντας λόγον καὶ δεχομένους ἐν τῷ μέρει. Ὥστε δικαστὴν ἑλόμενοι κατηγορήσατε μὲν ὑμεῖς ἢ ἅμα πάντες ἢ ὅντινα ἂν χειροτονήσητε ὑπὲρ ἁπάντων, ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα, καὶ ἢν μὲν ἀδικῶν φαίνωμαι καὶ τοῦτο περὶ ἐμοῦ γνῷ τὸ δικαστήριον, ὑφέξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν· ὑμεῖς δὲ βίαιον οὐδὲν τολμήσετε. Ἢν δὲ τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν καθαρὸς ὑμῖν καὶ ἀνεπίληπτος εὑρίσκωμαι, ἀφήσουσί με οἱ δικασταὶ, ὑμεῖς δὲ ἐς τοὺς ἐξαπατήσαντας ὑμᾶς καὶ παροξύναντας καθ' ἡμῶν τὴν ὀργὴν τρέψατε.

9. ΠΛΑΤ. Τοῦτ' ἐκεῖνο, ἐς πεδίον τὸν ἵππον, ὡς παρακρουσάμενος τοὺς δικαστὰς ἀπέλθῃς· φασὶ γοῦν ῥήτορά σε καὶ δικανικόν τινα εἶναι καὶ πανοῦργον ἐν τοῖς λόγοις. Τίνα δὲ καὶ δικαστὴν ἐθέλεις γενέσθαι, ὅντινα μὴ σὺ δωροδοκήσας οἷα πολλὰ ποιεῖτε, ἄδικα πείσεις ὑπὲρ σοῦ ψηφίσασθαι;

ΛΟΥΚ. Θαρρεῖτε τούτου γε ἕνεκα· οὐδένα τοιοῦτον διαιτητὴν ὕποπτον ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν γενέσθαι καὶ ὅστις ἀποδώσεταί μοι τὴν ψῆφον. Ὁρᾶτε γοῦν, τὴν Φιλοσοφίαν αὐτὴν μεθ' ὑμῶν δικάστριαν ποιοῦμαι ἔγωγε.

ΠΛΑΤ. Καὶ τίς ἂν κατηγορήσειεν, εἴ γε ἡμεῖς δικάσομεν;

ΛΟΥΚ. Οἱ αὐτοὶ κατηγορεῖτε καὶ δικάζετε· οὐδὲν οὐδὲ τοῦτο δέδια· τοσοῦτον ὑπερφέρω τοῖς δικαίοις καὶ ἐκ περιουσίας ἀπολογήσασθαι ὑπολαμβάνω.

varios specie et coloribus; si quidem legere illos sciat aliquis et nectere et concinnare, ne alter ab altero dissideat. Estne igitur qui his bonis vestris usus male audeat dicere viris bene de se meritis, a quibus jam hoc habet, ut esse aliquis videatur? nisi forte eo sit ingenio, quo Thamyris quondam aut Eurytus, ut occinat ipsis Musis, a quibus canendi artem acceperit, aut cum Apolline contendat, jaculari ausus contra ipsum muneris hujus et artis sagittandi datorem.

7. PLAT. Ista quidem, vir fortis, ex rhetorum arte declamasti : maxime enim rebus ipsis sunt contraria, et eo importuniorem ostendunt audaciam tuam, quandoquidem injuriæ huic ingratus etiam animus accedit, qui acceptis a nobis, quod fatere, telis, contra nos jaculatus sis, hoc uno tibi scopo proposito, de omnibus nobis male uti diceres. Hæc a te præmia habemus, quod aperto tibi illo prato nostro, non prohibuimus quominus meteres, et pleno sinu abires. Itaque vel propter ipsum hoc mori dignus fueris.

8. LUC. Videtisne? cum ira auscultatis, neque justum quidquam admittitis : quanquam non putabam fieri unquam posse, ut ad Platonem, ad Chrysippum aut Aristotelem aut ad alium quenquam vestrûm ira perveniat; verum soli vos ab ejusmodi rebus videbamini esse remotissimi. Sed quidquid est, certe non indemnatum, viri admirabiles, nec ante judicium me occideritis. Vestrum enim hoc quoque erat, non vi, nec prout quis robustior est, rem gerere, sed jure lites dirimi, redditis invicem auditisque rationibus. Itaque judice capto accusate me vos aut simul omnes, aut quemcumque pro universis dicturum suffragiis vestris elegeritis : ego vero criminibus respondebo. Si deinde pareat me fecisse injuriam, idque de me statuerit judicium, sustinebo nimirum justam pœnam; vos vero nihil per vim audebitis. Si vero, cognitione facta, purus vobis et expers reprehensionis inveniar, absolvent me scilicet judices, vos vero inde in eos iram vertite, qui deceperunt vos et contra nos incitarunt.

9. PLAT. Hoc vero illud fuerit, Equum in campum, ut tu impulsis in fraudem judicibus abeas. Aiunt enim te rhetorem esse et causidicum et versutum in dicendo veteratorem. Quem vero judicem vis fieri, quem tu non muneribus corruptum (ejusmodi enim multa facitis) inducas, ut injuste secundum te ferat sententiam?

LUC. Hac quidem cura vos libero : suspectum id genus judicem, aut ambiguum, quique calculum mihi suum vendat, esse velim neminem. Videte enim, ipsam vobiscum Philosophiam judicem vobis ipse fero.

PLAT. Quis igitur accuset, siquidem nos judicaturi sumus?

LUC. Vos iidem et accusate et judicate. Ne hoc quidem metuo : tantum justitia causæ supero, et ex abundanti pro me dicturum confido.

10. ΠΛΑΤ. Τί ποιῶμεν, ὦ Πυθαγόρα καὶ Σώκρατες; ἔοικε γὰρ οὐκ ἄλογα ὁ ἀνὴρ προκαλεῖσθαι ἀξιῶν.

ΣΩΚ. Τί δ' ἄλλο ἢ βαδίζωμεν ἐπὶ τὸ δικαστήριον καὶ τὴν Φιλοσοφίαν παραλαβόντες ἀκούσωμεν ὅ τι καὶ ἀπολογήσεται· τὸ πρὸ δίκης γὰρ οὐχ ἡμέτερον, ἀλλὰ δεινῶς ἰδιωτικὸν, ὀργίλων τινῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθεμένων. Παρέξομεν οὖν ἀφορμὰς τοῖς κακηγορεῖν ἐθέλουσι καταλεύσαντες ἄνδρα μηδὲ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ ταῦτα δικαιοσύνῃ χαίρειν αὐτοὶ λέγοντες. Ἢ τί ἂν εἴποιμεν Ἀνύτου πέρι καὶ Μελήτου, τῶν ἐμοῦ κατηγορησάντων, ἢ τῶν τότε δικαστῶν, εἰ οὗτος τεθνήξεται μηδὲ τὸ παράπαν ὕδατος μεταλαβών;

ΠΛΑΤ. Ἄριστα παραινεῖς, ὦ Σώκρατες· ὥστε ἀπίωμεν ἐπὶ τὴν Φιλοσοφίαν· ἡ δὲ δικασάτω, καὶ ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἷς ἂν ἐκείνη διαγνῷ.

11. ΛΟΥΚ. Εὖ γε, ὦ σοφώτατοι, ἀμείνω ταῦτα καὶ νομιμώτερα. Τοὺς μέντοι λίθους φυλάττετε, ὡς ἔφην· δεήσει γὰρ αὐτῶν μικρὸν ὕστερον ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Ποῦ δὲ τὴν Φιλοσοφίαν εὕροι τις ἄν; οὐ γὰρ οἶδα ἔνθα οἰκεῖ· καίτοι πάνυ πολὺν ἐπλανήθην χρόνον ἀναζητῶν τὴν οἰκίαν, ὡς ξυγγενοίμην αὐτῇ· εἶτα ἐντυγχάνων ἄν τισι τριβώνια περιβεβλημένοις καὶ πώγωνας βαθεῖς καθειμένοις παρ' αὐτῆς ἐκείνης ἥκειν φάσκουσιν, οἰόμενος εἰδέναι αὐτοὺς ἀνηρώτων· οἱ δὲ πολὺ μᾶλλον ἐμοῦ ἀγνοοῦντες ἢ οὐδ' ὅλως ἀπεκρίνοντό μοι, ὡς μὴ ἐλέγχοιντο οὐκ εἰδότες, ἢ ἄλλην θύραν ἀντ' ἄλλης ἀπεδείκνυον. Οὐδέπω γοῦν καὶ τήμερον ἐξευρεῖν δεδύνημαι τὴν οἰκίαν.

12. Πολλάκις δὲ αὐτὸς εἰκάσας ἢ ξεναγήσαντός τινος ἧκον ἂν ἐπί τινας θύρας βεβαίως ἐλπίσας τότε γοῦν εὑρηκέναι, τεκμαιρόμενος τῷ πλήθει τῶν ἐσιόντων τε καὶ ἐξιόντων, ἁπάντων σκυθρωπῶν καὶ τὰ σχήματα εὐσταλῶν καὶ φροντιστικῶν τὴν πρόσοψιν· μετὰ τούτων οὖν ξυμπαραβυσθεὶς καὶ αὐτὸς ἐσῆλθον. Εἶτα ἑώρων γύναιόν τι οὐχ ἁπλοϊκὸν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἐς τὸ ἀφελὲς καὶ ἀκόσμητον ἑαυτὴν ἐρρύθμιζεν, ἀλλὰ κατεφάνη μοι αὐτίκα οὐδὲ τὸ ἄνετον δοκοῦν τῆς κόμης ἀκαλλώπιστον ἐῶσα οὐδὲ τοῦ ἱματίου τὴν ἀναβολὴν ἀνεπιτηδεύτως περιστέλλουσα· πρόδηλος δὲ ἦν κοσμουμένη αὐτοῖς καὶ πρὸς εὐπρέπειαν τῷ ἀθεραπεύτῳ δοκοῦντι προσχρωμένη. Ὑπεφαίνετο δέ τι καὶ ψιμύθιον καὶ φῦκος καὶ τὰ ῥήματα πάντα ἑταιρικά· καὶ ἐπαινουμένη ὑπὸ τῶν ἐραστῶν ἐς κάλλος ἔχαιρε, καὶ εἰ δοίη τις, προχείρως ἐδέχετο, καὶ τοὺς πλουσιωτέρους ἂν παρακαθισαμένη πλησίον τοὺς πένητας τῶν ἐραστῶν οὐδὲ προσέβλεπε. Πολλάκις δὲ καὶ γυμνωθείσης αὐτῆς κατὰ τὸ ἀκούσιον ἑώρων περιδέραια χρύσεα τῶν κλοιῶν παχύτερα. Ταῦτα ἰδὼν ἐπὶ πόδας αὖ εὐθὺς ἀνέστρεφον οἰκτείρας δηλαδὴ τοὺς κακοδαίμονας ἐκείνους οὐ τῆς ῥινὸς, ἀλλὰ τοῦ πώγωνος ἑλκομένους πρὸς αὐτῆς καὶ κατὰ τὸν Ἰξίονα εἰδώλῳ ἀντὶ τῆς Ἥρας ξυνόντας.

13. ΠΛΑΤ. Τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἔλεξας· οὐδὲ γὰρ

10. PLAT. Quid agimus, Pythagora et Socrates? videtur enim vir non præter rationem provocare velle ad judicium.

SOCR. Quid vero aliud quam eamus ad tribunal, et assumta Philosophia audiamus, quid causæ dicturus sit. Indicta enim causa damnare nostrum non est, sed valde idioticum, iracundorum quorundam hominum et jus in manu ponentium: Præbebimus enim occasiones volentibus malo de nobis loqui, si indicta causa virum lapidemus, idque homines gaudere nos justitia professi: aut de Anyto ac Melito quid dicemus, meis accusatoribus, aut de iis qui tum erant judices, si hic ne aqua quidem concessa et clepsydra ad defensionem moriatur?

PLAT. Optime mones, Socrates. Itaque abeamus ad Philosophiam: illa judicet, et nos sententia illius stabimus.

11. LUC. Euge, viri sapientissimi, meliora ista et magis legitima. Verum lapides servate, uti dixi: opus enim paullo post illis erit apud tribunal. Ubi vero Philosophiam inveniat aliquis? neque enim ubi habitet, novi; quanquam longo tempore oberravi domo ejus quærenda, ut illius consuetudine uterer. Deinde quum inciderem in quosdam palliolis amictos et prolixas barbas submittentes, qui ab illa se venire dicerent, putans hos scire, interrogabam: at illi, qui multo quam ego magis ignorarunt, aut plane non respondere mihi, ne ignorantiæ suæ convincerentur, aut aliam pro alia januam mihi demonstrare. Itaque ad hodiernum diem nondum invenire illius domum potui.

12. Sæpe vero vel mea conjectura vel aliquo deducente ad januas quasdam delatus sum, firma cum spe tandem aliquando me invenisse, idque colligebam ex multitudine intrantium et exeuntium, qui severi omnes viderentur, habitu composito, et vultu acriorem cogitationem præ se ferente. Cum his igitur clanculum me inferciens et ipse intrabam. Deinde vidi mulierculam minime candidam, quantumvis ad simplicitatem quandam cultus expertem se concinnaret: sed mox mihi apparuit scilicet, eam neque comas, quas negligenter solutas videri volebat, inornatas reliquisse, neque vestis amictum sine affectatione composuisse; manifesto autem iis se rebus exornaverat, et ad decentiam assimilato illo cultus neglectu usa fuerat. Sublucebat vero etiam aliquantum cerussæ et fuci, verbaque omnino meretricia; laudarique se ab amatoribus pulchritudinis nomine gaudebat, et, si quis quid daret, accipiebat cupide, et ditiores prope se assidere jubens, pauperes amatorum suorum ne respiciebat quidem. Sæpe vero etiam si imprudens nudaretur, videbam monilia illius aurea boiis crassiora. Hæc videns mea per vestigia mox recessi, miseratus nempe infelices illos, qui se ab illa non naso quidem, sed barba duci paterentur, et Ixionis exemplo inanem speciem amplecterentur pro Junone.

13. PLAT. Illud quidem recte dixisti: neque enim in

πρόδηλος οὐδὲ πᾶσι γνώριμος ἡ θύρα. Πλὴν ἀλλὰ οὐδὲν δεήσει βαδίζειν ἐπὶ τὴν οἰκίαν· ἐνταῦθα γὰρ ἐν Κεραμεικῷ ὑπομενοῦμεν αὐτήν. Ἡ δὲ ἤδη που ἀφίξεται ἐπανιοῦσα ἐξ Ἀκαδημείας, ὡς περιπατήσειε καὶ ἐν τῇ Ποικίλῃ· τοῦτο ὁσημέραι ποιεῖν ἔθος αὐτῇ· μᾶλλον δὲ ἤδη προσέρχεται. Ὁρᾷς τὴν κόσμιον, τὴν ἀπὸ τοῦ σχήματος, τὴν προσηνῆ τὸ βλέμμα, τὴν ἐπὶ συννοίᾳ ἠρέμα βαδίζουσαν;

ΛΟΥΚ. Πολλὰς ὁμοίας ὁρῶ τό τε σχῆμα καὶ τὸ βάδισμα καὶ τὴν ἀναβολήν. Καίτοι μία πάντως ἥ γε ἀληθὴς Φιλοσοφία ἐστὶν ἐν αὐταῖς.

ΠΛΑΤ. Εὖ λέγεις. Ἀλλὰ δηλώσει ἥτις ἐστὶ φθεγξαμένη μόνον.

14. ΦΙΛ. Παπαῖ· τί Πλάτων καὶ Χρύσιππος ἄνω καὶ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαιά μου τῶν μαθημάτων; τί αὖθις ἐς τὸν βίον; ἆρά τι ὑμᾶς ἐλύπει τῶν κάτω; ὀργιζομένοις γοῦν ἐοίκατε. Καὶ τίνα τοῦτον ξυλλαβόντες ἄγετε; ἤ που τυμβωρύχος τις ἢ ἀνδροφόνος ἢ ἱερόσυλός ἐστι;

ΠΛΑΤ. Νὴ Δί', ὦ Φιλοσοφία, πάντων γε ἱεροσύλων ἀσεβέστατος, ὃς τὴν ἱερωτάτην σὲ κακῶς ἀγορεύειν ἐπεχείρησε καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, ὁπόσοι τι παρὰ σοῦ μαθόντες τοῖς μεθ' ἡμᾶς καταλελοίπαμεν.

ΦΙΛ. Εἶτα ἠγανακτήσατε λοιδορησαμένου τινός, καὶ ταῦτα εἰδότες ἐμέ, οἷα πρὸς τῆς Κωμῳδίας ἀκούουσα ἐν τοῖς Διονυσίοις ὅμως φίλην τε αὐτὴν ἥγημαι καὶ οὔτε ἐδικασάμην οὔτε ᾐτιασάμην προσελθοῦσα, ἐφίημι δὲ παίζειν τὰ εἰκότα καὶ τὰ ξυνήθη τῇ ἑορτῇ; οἶδα γὰρ ὡς οὐκ ἄν τι ὑπὸ σκώμματος χεῖρον γένοιτο, ἀλλὰ τοὐναντίον ὅπερ ἂν ᾖ καλόν, ὥσπερ τὸ χρυσίον ἀποσμώμενον τοῖς κόμμασι λαμπρότερον ἀποστίλβει καὶ φανερώτερον γίγνεται. Ὑμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅπως ὀργίλοι καὶ ἀγανακτικοὶ γεγόνατε. Τί δ' οὖν αὐτὸν ἄγχετε;

ΠΛΑΤ. Μίαν ἡμέραν ταύτην παραιτησάμενοι ἥκομεν ἐπ' αὐτόν, ὡς ὑπόσχῃ τὴν ἀξίαν ὧν δέδρακε· φῆμαι γὰρ ἡμῖν διήγγελλον οἷα ἔλεγεν ἐπιὼν ἐς τὰ πλήθη καθ' ἡμῶν.

15. ΦΙΛ. Εἶτα πρὸ δίκης οὐδὲ ἀπολογησάμενον ἀποκτενεῖτε; δῆλος γοῦν ἐστιν εἰπεῖν τι θέλων.

ΠΛΑΤ. Οὐκ, ἀλλ' ἐπὶ σὲ τὸ πᾶν ἀνεβαλόμεθα. Καὶ σοὶ ἂν δοκῇ τοῦτο, ποιήσῃ τέλος τῆς δίκης.

ΦΙΛ. Τί φῂς σύ;

ΛΟΥΚ. Τοῦτο αὐτό, ὦ δέσποινα Φιλοσοφία, ἥπερ καὶ μόνη τἀληθὲς ἂν εὑρεῖν δύναιο· μόγις γοῦν εὑρόμην πολλὰ ἱκετεύσας τὸ σοὶ φυλαχθῆναι τὴν δίκην.

ΠΛΑΤ. Νῦν, ὦ κατάρατε, δέσποιναν αὐτὴν καλεῖς; πρῴην δὲ τὸ ἀτιμότατον Φιλοσοφίαν ἀπέφαινες ἐν τοσούτῳ θεάτρῳ ἀποκηρύττων κατὰ μέρη δύ' ὀβολῶν ἕκαστον εἶδος αὐτῆς τῶν λόγων.

ΦΙΛ. Ὁρᾶτε, μὴ οὐ Φιλοσοφίαν οὗτός γε, ἀλλὰ γόητας ἄνδρας ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ὀνόματι πολλὰ καὶ μιαρὰ πράττοντας ἠγόρευσε κακῶς.

propatulo janua, neque nota omnibus. Ceterum ne opus quidem est domum ad illam ire: hic enim ipsam in Ceramico operiemur, mox huc venturam in reditu ab Academia, ut in Pœcile inambulet, quod facere solet quotidie. Quin jam accedit. Viden' illam decenti habitu, aspectu propitio, quæ cogitabunda placide incedit?

LUC. Multas video similes habitu, incessu atque amictu: et tamen inter has quoque una tantum est vera quidem Philosophia.

PLAT. Recte; sed quum loqui incipiet, satis se ipsa indicabit.

14. PHIL. Vah! quid Plato et Chrysippus apud superos, et Aristoteles, et reliqui omnes, ipsa disciplinæ meæ capita? quid vos rursus in vitam? num quid adversi vobis apud inferos accidit? irati certe videmini. Et quis est quem captum hic ducitis? sepulchrorumne spoliator est, an homicida, an sacrilegus?

PLAT. Et quidem, Philosophia, sacrilegorum omnium scelestissimus, qui sanctissimam te maledictis lædere ausus sit, et nos omnes, quotquot aliquid eorum, quæ apud te didiceramus, posteris reliquimus.

PHIL. Et vos indignati estis maledicente nobis quodam, idque quum me sciatis, qualia a Comœdia audiens Dionysiis, tamen amicam illam putem, neque in jus vocarim unquam, neque accedens cum illa expostulaverim; sed patiar illam ludere quæ convenire videntur et solemnia sunt illis feriis? quippe quum noverim, nihil a dicto fieri deterius, sed contra ea, quod pulchrum sit, ut aurum ipsa percussione detersum clarius exsplendescere et fieri manifestius. Vos vero nescio quomodo iracundi facti estis et irritabiles. Quid vero collum obtorquetis homini?

PLAT. Commeatu unius hujus diei sumto, contra illum venimus, ut dignam factis suis pœnam sustineat. Fama enim ad nos perlatum est, qualia in concionem progressus de nobis dixerit.

15. PHIL. Deinde vos illum ante judicium, indicta causa interficietis? apparet certe dicere illum velle aliquid.

PLAT. Non; sed ad te rejecimus omnia. Ac tibi si ita videtur, tu litem dirimes.

PHIL. Tu quid ais?

LUC. Idem hoc, Philosophia domina, quæ sola nempe invenire verum possis. Itaque vix multis precibus hoc impetravi, tibi ut cognitio causæ servaretur.

PLAT. Nunc, sacerrime, dominam vocas? paullo ante vero contemtissimam rerum pronunciabas Philosophiam, in tanto theatro præconio vendens, et duobus quidem obolis genus unumquodque illius disputationum.

PHIL. Videte ne iste non Philosophiam, sed impostores quosdam, nostri sub nominis obtentu turpia multa patrantes, traduxerit.

ΠΛΑΤ. Εἴσῃ αὐτίκα, ἢν ἐθέλῃς ἀκούειν ἀπολογουμένου μόνον.

ΦΙΛ. Ἀπίωμεν ἐπ' Ἄρειον πάγον, μᾶλλον δὲ ἐς τὴν ἀκρόπολιν αὐτήν, ὡς ἂν ἐκ περιωπῆς ἅμα καταφανῆ πάντα εἴη τὰ ἐν τῇ πόλει.

16. Ὑμεῖς δέ, ὦ φίλαι, ἐν τῇ Ποικίλῃ τέως περιπατήσατε· ἥξω γὰρ ὑμῖν ἐκδικάσασα τὴν δίκην.

ΛΟΥΚ. Τίνες δέ εἰσιν, ὦ Φιλοσοφία; πάνυ γάρ μοι κόσμιαι καὶ αὐταὶ δοκοῦσιν.

ΦΙΛ. Ἀρετὴ μὲν ἡ ἀνδρώδης αὕτη, Σωφροσύνη δὲ ἐκείνη καὶ Δικαιοσύνη ἡ παρ' αὐτήν· ἡ δὲ προηγουμένη Παιδεία, ἡ ἀμυδρὰ δὲ αὕτη καὶ ἀσαφὴς τὸ χρῶμα ἡ Ἀλήθειά ἐστιν.

ΛΟΥΚ. Οὐχ ὁρῶ ἥντινα καὶ λέγεις.

ΦΙΛ. Τὴν ἀκαλλώπιστον ἐκείνην οὐχ ὁρᾷς, τὴν γυμνήν, τὴν ὑποφεύγουσαν ἀεὶ καὶ διολισθάνουσαν;

ΛΟΥΚ. Ὁρῶ νῦν μόγις. Ἀλλὰ τί οὐχὶ καὶ ταύτας ἄγεις, ὡς πλῆρες γένοιτο καὶ ἐντελὲς τὸ ξυνέδριον; τὴν Ἀλήθειαν δέ γε καὶ ξυνήγορον ἀναβιβάσασθαι πρὸς τὴν δίκην βούλομαι.

ΦΙΛ. Νὴ Δία, ἀκολουθήσατε καὶ ὑμεῖς· οὐ χαλεπὸν γὰρ μίαν δικάσαι δίκην, καὶ ταῦτα περὶ τῶν ἡμετέρων ἐσομένην.

17. ΑΛΗΘ. Ἄπιτε ὑμεῖς· ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι ἀκούειν ἃ πάλαι οἶδα ὁποῖά ἐστιν.

ΦΙΛ. Ἀλλ' ἡμῖν, ὦ Ἀλήθεια, ἐν δέοντι ξυνδικάζοις ἄν, ὡς καὶ καταμηνύοις ἕκαστα.

ΑΛΗΘ. Οὐκοῦν ἐπάγωμαι καὶ τὼ θεραπαινιδίω τούτω συνοικοτάτω μοι ὄντε;

ΦΙΛ. Καὶ μάλα ὁπόσας ἂν ἐθέλῃς.

ΑΛΗΘ. Ἕπεσθον, ὦ Ἐλευθερία καὶ Παρρησία, μεθ' ἡμῶν, ὡς τὸν δείλαιον τουτονὶ ἀνθρωπίσκον ἐραστὴν ἡμέτερον ὄντα κινδυνεύοντα ἐπ' οὐδεμιᾷ προφάσει δικαίᾳ σῶσαι δυνηθῶμεν· σὺ δέ, ὦ Ἔλεγχε, αὐτοῦ περίμενε.

ΛΟΥΚ. Μηδαμῶς, ὦ δέσποινα, ἡκέτω δὲ καὶ οὗτος, εἰ καί τις ἄλλος· οὐ γὰρ τοῖς τυχοῦσι θηρίοις προσπολεμῆσαι δεήσει με, ἀλλ' ἀλαζόσιν ἀνθρώποις καὶ δυσελέγκτοις, ἀεί τινας ἀποφυγὰς εὑρισκομένοις, ὥστε ἀναγκαῖος ὁ Ἔλεγχος.

ΦΙΛ. Ἀναγκαιότατος μὲν οὖν· ἄμεινον δέ, εἰ καὶ τὴν Ἀπόδειξιν παραλάβοις.

ΑΛΗΘ. Ἕπεσθε πάντες, ἐπείπερ ἀναγκαιότατοι δοκεῖτε πρὸς τὴν δίκην.

18. ΑΡΙΣΤ. Ὁρᾷς; προσεταιρίζεται καθ' ἡμῶν, ὦ Φιλοσοφία, τὴν Ἀλήθειαν.

ΦΙΛ. Εἶτα δέδιτε, ὦ Πλάτων καὶ Χρύσιππε καὶ Ἀριστότελες, μή τι ψεύσηται ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀλήθεια οὖσα;

ΠΛΑΤ. Οὐ τοῦτο, ἀλλὰ δεινῶς πανοῦργός ἐστι καὶ κολακικός· ὥστε παραπείσει αὐτήν.

ΦΙΛ. Θαρρεῖτε· οὐδὲν μὴ γένηται ἄδικον, Δικαιοσύνης ταύτης ξυμπαρούσης. Ἀνίωμεν οὖν.

19. Ἀλλ' εἰπέ μοι σύ, τί σοι τοὔνομα;

PLAT. Hoc statim scies, si modo causam dicturo operam dare volueris.

PHIL. Abeamus in Areopagum : potius vero in ipsam arcem, ut ex illa quasi specula simul in conspectu sint res urbanæ omnes.

16. Vos vero, amicæ, in Pœcile interim inambulate. Veniam enim vobis, hac lite judicata.

LUC. Quæ vero sunt, o Philosophia? videntur enim mihi et ipsæ decentissimæ.

PHIL. Virtus est illa virago, Temperantia ista, et prope illam Justitia, præcedens vero Eruditio, sed obscura illa et tenui colore Veritas est.

LUC. Non video quam tu dicas.

PHIL. Nonne vides fuci illam expertem, nudam, subducentem se semper et elabentem?

LUC. Nunc tandem vix video. Sed quidni has etiam adducis, ut plenus perfectusque nobis consessus fiat? Veritatem vero etiam advocatam mihi adducere in jus volo.

PHIL. Nempe sequimini etiam vos : nec enim molestum erit, unam judicare causam, eamque de rebus nostris futuram.

17. VER. Ite vos : ego enim non opus habeo audire quæ dudum scivi ut sint comparata.

LUC. Verum tu nobis, Veritas, adfueris, quando erit opus, in judicio, ut indices singula.

VER. Itaque adducam etiam duas ancillulas meas, quæ semper mecum habitant?

PHIL. Duc sane quotquot volueris.

VER. Sequimini, Libertas, et tu, Loqnendi Fiducia, ut infortunatum hunc homuncionem, amatorem nostrum, in periculo justa nulla causa versantem servare possimus. Tu vero, Elenche (Arguens), hic mane.

LUC. Minime vero, domina : quin hic etiam, si quis alius, veniat. Neque enim cum vulgaribus bestiis depugnandum mihi erit, sed cum insolentibus hominibus et qui difficillime arguantur, effugia sibi semper quædam invenientibus. Itaque necessarius est Elenchus.

PHIL. Maxime ille quidem : rectius vero feceris, si Demonstrationem etiam assumas.

VER. Sequimini omnes, quandoquidem maxime necessarii ad judicium videmini.

18. ARIST. Viden'? ad suas partes allicit, o Philosophia, contra nos Veritatem.

PHIL. Et vos metuitis, Plato, Chrysippe, Aristoteles, ne quid mentiatur pro ipso, quum sit Veritas?

PLAT. Non istuc quidem : sed terribili quadam astutia est et adulandi facultate. Itaque persuasione a via illam abducet.

VER. Bono animo estote. Nihil profecto injustum fiet, hac una præsente, Justitia. Ascendamus igitur.

19. Sed age dic, quod tibi nomen est?

ΛΟΥΚ. Ἐμοὶ Παρρησιάδης Ἀληθίωνος τοῦ Ἐλεγξικλέους.

ΦΙΛ. Πατρὶς δέ;

ΛΟΥΚ. Σύρος, ὦ Φιλοσοφία, τῶν Ἐπευφρατιδίων. Ἀλλὰ τί τοῦτο; Καὶ γὰρ τούτων τινὰς οἶδα τῶν ἀντιδίκων οὐχ ἧττον ἐμοῦ βαρβάρους τὸ γένος· ὁ τρόπος δὲ καὶ ἡ παιδεία οὐ κατὰ Σολέας ἢ Κυπρίους ἢ Βαβυλωνίους ἢ Σταγειρίτας. Καίτοι πρός γε σὲ οὐδὲν ἂν ἐλάττων γένοιτο οὐδ' εἰ τὴν φωνὴν βάρβαρος εἴη τις, εἴπερ ἡ γνώμη ὀρθὴ καὶ δικαία φαίνοιτο οὖσα.

ΦΙΛ. Εὖ λέγεις· ἄλλως γοῦν τοῦτο ἠρόμην.

20. Ἡ τέχνη δέ σοι τίς; Ἄξιον γὰρ ἐπίστασθαι τοῦτό γε.

ΛΟΥΚ. Μισαλαζών εἰμι καὶ μισογόης καὶ μισοψευδὴς καὶ μισότυφος καὶ μισῶ πᾶν τὸ τοιουτῶδες εἶδος τῶν μιαρῶν ἀνθρώπων· πάνυ δὲ πολλοί εἰσιν, ὡς οἶσθα.

ΦΙΛ. Ἡράκλεις, πολυμισῆ τινα μέτει τὴν τέχνην.

ΛΟΥΚ. Εὖ λέγεις· ὁρᾷς γοῦν ὁπόσοις ἀπεχθάνομαι καὶ ὡς κινδυνεύω δι' αὐτήν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ἐναντίαν αὐτῇ πάνυ ἀκριβῶς οἶδα, λέγω δὴ τὴν ἀπὸ τοῦ φιλο τὴν ἀρχὴν ἔχουσαν· φιλαλήθης τε γὰρ καὶ φιλόκαλος καὶ φιλαπλοϊκὸς καὶ ὅσα τῷ φιλεῖσθαι ξυγγενῆ· πλὴν ἀλλ' ὀλίγοι πάνυ ταύτης ἄξιοι τῆς τέχνης· οἱ δὲ ὑπὸ τῇ ἐναντίᾳ ταττόμενοι καὶ τῷ μίσει οἰκειότεροι πεντακισμύριοι. Κινδυνεύω τοιγαροῦν τὴν μὲν ὑπ' ἀργίας ἀπομαθεῖν ἤδη, τὴν δὲ πάνυ ἠκριβωκέναι.

ΦΙΛ. Καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν· τοῦ γὰρ αὐτοῦ καὶ τάδε, φασί, καὶ τάδε· ὥστε μὴ διαίρει τὼ τέχνα· μία γὰρ ἐστὸν δύ' εἶναι δοκοῦσαι.

ΛΟΥΚ. Ἄμεινον σὺ ταῦτα οἶσθα, ὦ Φιλοσοφία. Τὸ μέντοι ἐμὸν τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον τοὺς μὲν πονηροὺς μισεῖν, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς χρηστοὺς καὶ φιλεῖν.

21. ΦΙΛ. Ἄγε δή, πάρεσμεν γὰρ ἔνθα ἐχρῆν· ἐνταῦθά που ἐν τῷ προνάῳ τῆς Πολιάδος δικάσωμεν. Ἡ Ἱέρεια διάθες ἡμῖν τὰ βάθρα, ἡμεῖς δὲ ἐν τοσούτῳ προσκυνήσωμεν τῇ θεῷ.

ΛΟΥΚ. Ὦ Πολιάς, ἐλθέ μοι κατὰ τῶν ἀλαζόνων σύμμαχος ἀναμνησθεῖσα ὁπόσα ἐπιορκούντων ὁσημέραι ἀκούεις αὐτῶν· καὶ ἃ πράττουσι δέ, μόνη ὁρᾷς ἅτε δὴ ἐπίσκοπος οὖσα. Νῦν καιρὸς ἀμύνασθαι αὐτούς. Ἐμὲ δὲ ἤν που κρατούμενον ἴδῃς κἂν πλείους ὦσιν αἱ μέλαιναι, σὺ προσθεῖσα τὴν σαυτῆς σῶζέ με.

22. ΦΙΛ. Εἶεν· ἡμεῖς μὲν ὑμῖν καὶ δὴ καθήμεθα ἕτοιμοι ἀκούειν τῶν λόγων, ὑμεῖς δὲ προελόμενοί τινα ἐξ ἁπάντων, ὅστις ἄριστα κατηγορῆσαι ἂν δοκῇ, ξυνείρετε τὴν κατηγορίαν καὶ διελέγχετε· πάντας γὰρ ἅμα λέγειν ἀμήχανον. Σὺ δέ, ὦ Παρρησιάδη, ἀπολογήσῃ τὸ μετὰ τοῦτο.

ΧΡΥΣ. Τίς οὖν ἂν ἐπιτηδειότερος ἐξ ἡμῶν γένοιτο πρὸς τὴν δίκην σοῦ, ὦ Πλάτων; ἥ τε γὰρ μεγαλόνοια θαυμαστὴ καὶ ἡ καλλιφωνία δεινῶς Ἀττικὴ καὶ τὸ κεχαρισμένον καὶ πειθοῦς μεστὸν ἥ τε ξύνεσις καὶ τὸ ἀκριβὲς καὶ τὸ ἐπαγωγὸν ἐν καιρῷ τῶν ἀποδείξεων, πάντα ταῦτά σοι ἀθρόα πρόσεστιν· ὥστε τὴν προηγορίαν δέ-

LUC. Parrhesiades Alethionis Elenxiclis (*i. e.* Confidentius Veri F. Convincentii N.).

PHIL. Sed patria?

LUC. Syrus sum, o Philosophia, eorum qui ad Euphratem colunt. Sed quid hoc ad rem? nam horum etiam adversariorum meorum novi quosdam non minus quam ego sum genere barbaros; mores vero et eruditio, non qualis Solensium, aut Cypriorum, aut Babyloniorum, aut Stagiritarum. Quanquam apud te quidem nihil quicquam deteriore causa quis fuerit, neque si voce sit barbarus; modo sententia recta et justa esse appareat.

PHIL. Recte narras : temere enim illud quæsieram.

20. Ars vero quæ tibi est? nam istud quidem scire refert.

LUC. Osor superbiæ sum, et præstigiarum, et mendaciorum, et tumoris inanis : odi igitur omne hoc genus impurorum hominum. Admodum vero multi sunt, quod nosti.

PHIL. Hercules! multi odii quandam artem facis.

LUC. Bene dicis. Vides enim apud quam multos in odio sim, et in quæ pericula propter eam venerim. Verum tamen etiam oppositam illi artem accurate novi : illam puta quæ amore constat. Sum enim veri amans, et honesti ac pulchri, tum simplicitatis et quæcumque natura amabilia sunt : verum pauci admodum digni in quibus hac arte utar; contra alteri illi oppositæ arti subjecti et odio aptiores quinquagies mille : quare periculum est ne alteram quidem, cujus exercendæ ita rara offeratur occasio, dediscam; alteram autem nimis etiam calleam.

PHIL. At non oportebat : ejusdem enim et hoc est, aiunt, et illud. Noli itaque has artes dirimere, quæ duæ quum videantur esse, una sunt.

LUC. Melius tu ea nosti, Philosophia. Mea igitur hæc ratio est, odisse malos, bonos autem laudare atque amare.

21. PHIL. Jam age, adsumus enim nunc ubi oportebat : hic alicubi in templo urbicæ Palladis judicemus. Disponi nobis, Antistes, jube subsellia : nos interea deam adoremus.

LUC. Custos urbis, præsidio mihi veni contra insolentes homines, recordata quot illorum perjuria quotidie audias. Quæ faciunt, sola vides, quæ inspectionem habeas. Nunc tempus est illos ulcisci. Me vero si qua succumbere videas, et plures sint nigri calculi, tuo tu adjecto me serva.

22. PHIL. Age jam sedemus vobis, paratæ vestras audire rationes. Vos autem electo uno ex omnibus, qui optime accusaturus videatur, actionem componite, et reum convincite : neque enim fieri potest ut simul omnes dicatis. Tu vero post hæc causam dices, Parrhesiade.

CHRYS. Quis igitur nostrum huic judicio aptior fuerit te, o Plato? tua enim cogitandi admirabilis sublimitas, et mere Attica vocis suavitas, et gratia illa, quæ tantum in persuadendo valet; tum prudentia, et exquisitum illud artificium, et illæ, ubi demonstrandum est, verborum illecebræ; omnia hæc copiose tibi adsunt. Itaque orandi

ζου καὶ ὑπὲρ ἁπάντων εἰπὲ τὰ εἰκότα. Νῦν ἀναμνήσθητι πάντων ἐκείνων καὶ ξυμφόρει ἐς τὸ αὐτὸ, εἴ τί σοι πρὸς Γοργίαν ἢ Πῶλον ἢ Ἱππίαν ἢ Πρόδικον εἴρηται· δεινότερος οὗτός ἐστιν. Ἐπίπαττε οὖν καὶ τῆς εἰρωνείας καὶ τὰ κομψὰ ἐκεῖνα καὶ συνεχῆ ἐρώτα, κἄν σοι δοκῇ, κἀκεῖνό που παράβυσον, ὡς ὁ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων ἀγανακτήσειεν ἄν, εἰ μὴ οὗτος ὑπόσχοι τὴν δίκην.

23. ΠΛΑΤ. Μηδαμῶς, ἀλλά τινα τῶν σφοδροτέρων προχειρισώμεθα, Διογένην τοῦτον ἢ Ἀντισθένην ἢ Κράτητα ἢ καὶ σὲ, ὦ Χρύσιππε· οὐ γὰρ δὴ κάλλους ἐν τῷ παρόντι καὶ δεινότητος συγγραφικῆς ὁ καιρὸς, ἀλλά τινος ἐλεγκτικῆς καὶ δικανικῆς παρασκευῆς· ῥήτωρ δὲ ὁ Παρρησιάδης ἐστίν.

ΔΙΟΓ. Ἀλλ' ἐγὼ αὐτοῦ κατηγορήσω· καὶ γὰρ οὐδὲ πάνυ μακρῶν οἴομαι τῶν λόγων δεῖσθαι. Καὶ ἄλλως δὲ ὑπὲρ ἅπαντας ὕβρισμαι δύ' ὀβολῶν πρῴην ἀποκεκηρυγμένος.

ΠΛΑΤ. Ὁ Διογένης, ὦ Φιλοσοφία, ἐρεῖ τὸν λόγον ὑπὲρ ἁπάντων. Μέμνησο δὲ, ὦ γενναῖε, μὴ τὰ σεαυτοῦ μόνον πρεσβεύειν ἐν τῇ κατηγορίᾳ, τὰ κοινὰ δὲ ὁρᾶν· εἰ γάρ τι καὶ πρὸς ἀλλήλους διαφερόμεθα ἐν τοῖς λόγοις, σὺ δὲ τοῦτο μὲν μὴ ἐξέταζε, μηδ' ὅστις ἐστὶν ὁ ἀληθέστερος νῦν λέγε, ὅλως δὲ ὑπὲρ φιλοσοφίας αὐτῆς ἀγανάκτει περιυβρισμένης καὶ κακῶς ἀκουούσης ἐν τοῖς Παρρησιάδου λόγοις, καὶ τὰς προαιρέσεις ἀφεὶς, ἐν αἷς διαλλάττομεν, ὃ κοινὸν ἅπαντες ἔχομεν, τούτου ὑπερμάχει. Ὁρᾷς δὲ, μόνον σὲ προεστησάμεθα καὶ ἐν σοὶ τὰ πάντων ἡμῶν νῦν κινδυνεύεται, ἢ σεμνότατα δόξαι ἢ τοιαῦτα πιστευθῆναι οἷα οὗτος ἀπέφηνε.

24. ΔΙΟΓ. Θαρρεῖτε, οὐδὲν ἐλλείψομεν, ὑπὲρ ἁπάντων ἐρῶ. Κἂν ἡ Φιλοσοφία δὲ πρὸς τοὺς λόγους ἐπικλασθεῖσα — φύσει γὰρ ἥμερος καὶ πρᾶός ἐστιν — ἀφεῖναι διαβουλεύηται αὐτὸν, ἀλλ' οὐ τἀμὰ ἐνδεήσει· δείξω γὰρ αὐτῷ ὅτι μὴ μάτην ξυλοφοροῦμεν.

ΦΙΛ. Τοῦτο μὲν μηδαμῶς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον — ἄριστον γὰρ — ἤπερ τῷ ξύλῳ. Μὴ μέλλε δ' οὖν. Ἤδη γὰρ ἐγκέχυται τὸ ὕδωρ καὶ πρὸς σὲ τὸ δικαστήριον ἀποβλέπει.

ΛΟΥΚ. Οἱ λοιποὶ καθιζέσθωσαν, ὦ Φιλοσοφία, καὶ ψηφοφορείτωσαν μεθ' ὑμῶν, Διογένης δὲ κατηγορείτω μόνος.

ΦΙΛ. Οὐ δέδιας οὖν μή σου καταψηφίσωνται;

ΛΟΥΚ. Οὐδαμῶς· πλείοσι γοῦν κρατῆσαι βούλομαι.

ΦΙΛ. Γενναῖά σου ταῦτα· καθίσατε δ' οὖν. Σὺ δ', ὦ Διόγενες, λέγε.

25. ΔΙΟΓ. Οἷοι μὲν ἡμεῖς ἄνδρες ἐγενόμεθα παρὰ τὸν βίον, ὦ Φιλοσοφία, πάνυ ἀκριβῶς οἶσθα καὶ οὐδὲν δεῖ λόγων· ἵνα γὰρ τὸ κατ' ἐμὲ σιωπήσω, ἀλλὰ Πυθαγόραν τοῦτον καὶ Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλην καὶ Χρύσιππον καὶ τοὺς ἄλλους τίς οὐκ οἶδεν ὅσα ἐς τὸν βίον καλὰ ἐσεκομίσαντο; ἃ δὲ τοιούτους ὄντας ἡμᾶς ὁ τρισκατάρατος οὗτος Παρρησιάδης ὕβρικεν, ἤδη ἐρῶ· ῥήτωρ γάρ τις, ὥς φησιν, ὢν, ἀπολιπὼν τὰ δικαστήρια

suscipe provinciam, et pro omnibus ea, quibus opus est, profer. Nunc recordare omnium illorum, et in eundem locum confer, si quid tibi ad Gorgiam, aut Polum, aut Hippiam, aut Prodicum dictum est: hic enim illis magis formidandus est. Itaque asperge etiam aliquid de ironia, et lepidas illas perpetuasque interrogationes profer: et si videbitur, illud etiam alicubi inferci, ut magnus ille in cœlo Jupiter volucrem currum agens indignaturus sit, nisi supplicio iste afficiatur.

23. PLAT. Nequaquam: sed vehementiorum aliquem deligamus, Diogenem hunc, vel Antisthenem, vel Cratetem, vel te adeo, Chrysippe. Neque enim sane pulchritudinem aut in scribendo vim quandam præsens tempus desiderat, sed apparatum convincendi et judicialem: orator autem est Parrhesiades.

DIOG. Ego vero accusabo illum: neque enim puto longa oratione opus futurum. Et alioquin ego supra omnes contumeliose tractatus sum, quem duobus ille obolis nuper sub præcone vendiderit.

PLAT. Diogenes, o Philosophia, aget pro omnibus. Memento autem, vir generose, ne tuum modo in accusatione negotium agas, sed communem causam spectes. Si quid enim inter nos non convenit de nostris disputationibus, tu in præsentia quidem hoc noli quærere, aut utra sit verior ratio definire: sed in universum modo pro philosophia ipsa indignationem ostende, contumeliis obruta et male audiente in Parrhesiadæ sermonibus; relictisque sectis, quibus dissidemus, quod commune habemus omnes, pro eo propugna. Vide, solum te præfecimus, in te nostra jam omnia periclitantur, ut aut honestissima videantur, aut talia credantur esse qualia hic proposuit.

24. DIOG. Bono estote animo; nulla in re deficiemus: dicam pro omnibus. Et, si forte Philosophia sermonibus istius fracta, ut est ingenio mansueto et miti, dimittere illum cogitet, at ego certe causæ non deero: ostendam enim homini nos non frustra clavam gerere.

PHIL. Istuc quidem minime; sed oratione potius, quod optimum, quam clava res gerenda est. Sed noli cunctari diutius. Jam enim infusa est in clepsydram aqua, et in te consilium intuetur.

LUC. Assideant reliqui, o Philosophia, et ferant suffragia vobiscum: Diogenes vero accuset solus.

PHIL. Non metuis igitur ne contra te ferant suffragia?

LUC. Minime: pluribus enim volo vincere.

PHIL. Generose tu quidem. Assidete igitur: tu vero dic, Diogenes.

25. DIOG. Qui viri nos in vita fuerimus, o Philosophia, accurate nosti, neque oratione opus est. De me enim ut taceam, quis vero hunc Pythagoram, et Platonem, et Aristotelem, et reliquos ignorat, quanta in vitam bona intulerint? quibus vero nos, tales quum simus, exsecrabilis ter et amplius iste Parrhesiades contumeliis affecerit, jam dicam. Quum enim orator, ut ait, esset, relictis judiciis et secunda

καὶ τὰς ἐν ἐκείνοις εὐδοκιμήσεις, ὁπόσον ἢ δεινότητος ἢ ἀκμῆς ἐπεπόριστο ἐν τοῖς λόγοις, τοῦτο πᾶν ἐφ' ἡμᾶς συσκευασάμενος οὐ παύεται μὲν ἀγορεύων κακῶς γόητας καὶ ἀπατεῶνας ἀποκαλῶν, τὰ πλήθη δὲ ἀναπείθων καταγελᾶν ἡμῶν καὶ καταφρονεῖν ὡς τὸ μηδὲν ὄντων· μᾶλλον δὲ καὶ μισεῖσθαι πρὸς τῶν πολλῶν ἤδη πεποίηκεν αὐτούς τε ἡμᾶς καὶ σὲ τὴν Φιλοσοφίαν, φληνάφους καὶ λήρους ἀποκαλῶν τὰ σὰ καὶ τὰ σπουδαιότατα ὧν ἡμᾶς ἐπαίδευσας ἐπὶ χλευασμῷ διεξιών, ὥστε αὐτὸν μὲν κροτεῖσθαι καὶ ἐπαινεῖσθαι πρὸς τῶν θεατῶν, ἡμᾶς δὲ ὑβρίζεσθαι· φύσει γὰρ τοιοῦτόν ἐστιν ὁ πολὺς λεώς, χαίρουσιν ἀποσκώπτουσι καὶ λοιδορουμένοις, καὶ μάλισθ' ὅταν τὰ σεμνότατα εἶναι δοκοῦντα διασύρηται, ὥσπερ ἀμέλει καὶ πάλαι ἔχαιρον Ἀριστοφάνει καὶ Εὐπόλιδι Σωκράτην τουτονὶ ἐπὶ χλευασίᾳ παράγουσιν ἐπὶ τὴν σκηνὴν καὶ κωμῳδοῦσιν ἀλλοκότους τινὰς περὶ αὐτοῦ κωμῳδίας. Καίτοι ἐκεῖνοι μὲν καθ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐτόλμων τοιαῦτα καὶ ἐν Διονύσου, ἐφειμένον αὐτὸ δρᾶν, καὶ τὸ σκῶμμα μέρος ἐδόκει τῆς ἑορτῆς, καὶ ὁ θεὸς ἴσως χαίρει φιλόγελώς τις ὤν.

26. Ὁ δὲ τοὺς ἀρίστους συγκαλῶν, ἐκ πολλοῦ φροντίσας καὶ παρασκευασάμενος καὶ βλασφημίας τινὰς ἐς παχὺ βιβλίον ἐγγράψας μεγάλῃ τῇ φωνῇ διαγορεύει κακῶς Πλάτωνα, Πυθαγόραν, Ἀριστοτέλην, Χρύσιππον ἐκεῖνον, ἐμὲ καὶ ὅλως ἅπαντας οὔτε ἑορτῆς ἐπιούσης οὔτε ἰδίᾳ τι πρὸς ἡμῶν παθών· εἶχε γὰρ ἄν τινα συγγνώμην αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, εἰ ἀμυνόμενος, ἀλλὰ μὴ ἄρχων αὐτὸς ἔδρασε. Καὶ τὸ πάντων δεινότατον, ὅτι ταῦτα ποιῶν καὶ ὑπὸ τὸ σὸν ὄνομα, ὦ Φιλοσοφία, ὑποδύεται καὶ ὑπελθὼν τὸν Διάλογον ἡμέτερον οἰκεῖον ὄντα, τούτῳ ξυναγωνιστῇ καὶ ὑποκριτῇ χρῆται καθ' ἡμῶν, ἔτι καὶ Μένιππον ἀναπείσας ἑταῖρον ἡμῶν ἄνδρα ξυγκωμῳδεῖν αὐτῷ τὰ πολλά, ὃς μόνος οὐ πάρεστιν οὐδὲ κατηγορεῖ μεθ' ἡμῶν, προδοὺς τὸ κοινόν.

27. Ἀνθ' ὧν ἁπάντων ἄξιόν ἐστιν ὑποσχεῖν αὐτὸν τὴν δίκην. Ἢ τί γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοι τὰ σεμνότατα διασύρας ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων; Χρήσιμον γοῦν καὶ πρὸς ἐκείνους τὸ τοιοῦτον, εἰ θεάσαιντο αὐτὸν κολασθέντα, ὡς μηδὲ ἄλλος τις ἔτι καταφρονοίη φιλοσοφίας· ἐπεὶ τό γε τὴν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ ὑβριζόμενον ἀνέχεσθαι οὐ μετριότητος, ἀλλ' ἀνανδρίας καὶ εὐηθείας εἰκότως ἂν νομίζοιτο. Τὰ γὰρ τελευταῖα τίνι φορητά; ὃς καθάπερ τὰ ἀνδράποδα παραγαγὼν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ πωλητήριον καὶ κήρυκα ἐπιστήσας ἀπημπόλησεν, ὥς φασι, τοὺς μὲν ἐπὶ πολλῷ, ἐνίους δὲ μνᾶς Ἀττικῆς, ἐμὲ δ' ὁ παμπονηρότατος οὗτος δύ' ὀβολῶν· οἱ παρόντες δ' ἐγέλων. Ἀνθ' ὧν γε αὐτοί τε ἀνεληλύθαμεν ἀγανακτήσαντες καὶ σὲ ἀξιοῦμεν τιμωρήσειν ἡμῖν τὰ αἴσχιστα ὑβρισμένοις.

28. ΑΝΑΒ. Εὖ γε, ὦ Διόγενες, ὑπὲρ ἁπάντων καλῶς ὁπόσα ἐχρῆν εἴρηκας.

ΦΙΛ. Παύσασθε ἐπαινοῦντες· ἔγχει τῷ ἀπολογουμένῳ. Σὺ δέ, ὦ Παρρησιάδη, λέγε ἤδη ἐν τῷ μέρει· σοὶ γὰρ τὸ ὕδωρ ῥεῖ νῦν. Μὴ μέλλε οὖν.

in illis fama, quantum vel vehementiæ vel maturitatis in dicendo ipsi suppeteret, omni, inquam, illo instrumento ac dicendi copiis contra nos collectis, male loqui de nobis non desinit, quum præstigiatores atque impostores appellet, ac persuadeat multitudini, ut irrideat nos et, tanquam nihili simus, contemnat. Quin et in plurimorum odium jam et nos ipsos et te Philosophiam adduxit, nugas ac deliria quum appellet res tuas, et, quæ maxime seria nos docuisti, per risum et ludibrium enarret, ut ipse quidem plausus ferat ac laudes a spectatoribus, nobis vero insultetur. Tale enim ingenium est vulgi, gaudent irrisoribus et maledicis, præsertim quum ea traducuntur, quæ videntur augustissima, ut nimirum olim quoque Aristophane gaudebant et Eupolide, Socratem hunc nostrum risus causa in scenam producentibus, et absurdas quasdam de illo agentibus fabulas. Quanquam illi quidem unum contra virum audebant talia, idque Dionysiis, quando permissum erat hoc facere, quum pars quædam ea solemnitatis videretur; ac deus ille forte gaudet ludis talibus qui risus amans sit.

26. At iste convocatis optimatibus, diu multumque commentatus et paratus, maledictis quibusdam inscriptis crasso libro, magna voce male differt Platonem, Pythagoram, Aristotelem, Chrysippum illum, me, et in universum omnes, nec solemnitate instante, neque ulla privatim a nobis læsus injuria. Haberet enim sane ea res veniam, si defendens injurias, non ultro lædens hoc faceret. Omnium vero indignum maxime illud est, quod hæc quum agat, tuum tamen, Philosophia, nomen subit; et conciliato sibi Dialogo, familiari nostro, certaminis adjutore actoreque contra nos utitur; qui insuper Menippo persuaserit, nostro sodali, ut comœdias plerumque secum agat, qui solus non adest neque accusat nobiscum, communis causæ proditor.

27. Pro quibus rebus omnibus pœnas illum subire æquum est. Quid enim habeat quod contradicat homo res gravissimas tot sub testibus traducens? Utile igitur etiam hisce tale supplicium, si puniri istum videant, ne quis alius in posterum philosophiam contemnat : quandoquidem si nunc quiescamus et feramus injurias, ea non jam moderatio, sed ignavia et inscitia videatur merito. Ultima enim illa cui tolerabilia? quum mancipiorum instar in forum nos productos, præcone constituto, alios, ut narrant, magno, quosdam vero mina Attica; me quidem pessimus duobus obolis, cum risu præsentium, vendidit. Quibus de causis et ipsi indignabundi in vitam rediimus, et te rogamus, ut vicem nostram ulciscaris, qui turpissimis contumeliis sumus affecti.

28. REV. Euge, Diogenes! præclare quæ opus erant pro omnibus dixisti.

PHIL. Desinite laudare : infunde jam causam dicturo. Tu vero, Parrhesiade, nunc vicissim dicito : tua nunc aqua fluit; noli ergo cunctari.

29. ΠΑΡΡ. Οὐ πάντα μου, ὦ Φιλοσοφία, κατηγόρησε Διογένης, ἀλλὰ τὰ πλείω καὶ ὅσα ἦν χαλεπώτερα οὐκ οἶδ' ὅ τι παθὼν παρέλιπεν. Ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω ἔξαρνος γενέσθαι ὡς οὐκ εἶπον αὐτά, ἢ ἀπολογίαν τινὰ μεμελετηκὼς ἀφῖχθαι, ὥστε καὶ εἴ τινα ἢ αὐτὸς οὗτος ἀπεσιώπησεν ἢ ἐγὼ μὴ πρότερον ἔφθασα εἰρηκώς, νῦν προσθήσειν μοι δοκῶ· οὕτω γὰρ ἂν μάθοις οὕστινας ἀπεκήρυττον καὶ κακῶς ἠγόρευον ἀλαζόνας καὶ γόητας ἀποκαλῶν· καί μοι μόνον τοῦτο παραφυλάττετε, εἰ ἀληθῆ περὶ αὐτῶν ἐρῶ. Εἰ δέ τι βλάσφημον ἢ τραχὺ φαίνοιτο ἔχων ὁ λόγος, οὐ τὸν διελέγχοντα ἐμέ, ἀλλ' ἐκείνους ἄν, οἶμαι, δικαιότερον αἰτιάσαισθε τοιαῦτα ποιοῦντας. Ἐγὼ γὰρ ἐπειδὴ τάχιστα ξυνεῖδον ὁπόσα τοῖς ῥητορεύουσι τὰ δυσχερῆ ἀναγκαῖον προσεῖναι, ἀπάτην καὶ ψεῦδος καὶ θρασύτητα καὶ βοὴν καὶ ὠθισμοὺς καὶ μυρία ἄλλα, ταῦτα μέν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἀπέφυγον, ἐπὶ δὲ τὰ σά, ὦ Φιλοσοφία, καλὰ ὁρμήσας ἠξίουν ὁπόσον ἔτι μοι λοιπὸν τοῦ βίου καθάπερ ἐκ ζάλης καὶ κλύδωνος ἐς εὔδιόν τινα λιμένα σπεύσας ὑπὸ σοὶ σκεπόμενος καταβιῶναι.

30. Κἀπειδὴ μόνον παρέκυψα ἐς τὰ ὑμέτερα, σὲ μέν, ὥσπερ ἀναγκαῖον ἦν, καὶ τούσδε ἅπαντας ἐθαύμαζον ἀρίστου βίου νομοθέτας ὄντας καὶ τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐπειγομένοις χεῖρα ὀρέγοντας, τὰ κάλλιστα καὶ ξυμφορώτατα παραινοῦντας, εἴ τις μὴ παραβαίνοι αὐτὰ μηδὲ διολισθάνοι, ἀλλ' ἀτενὲς ἀποβλέπων ἐς τοὺς κανόνας οὓς προτεθείκατε, πρὸς τούτους ῥυθμίζοι καὶ ἀπευθύνοι τὸν ἑαυτοῦ βίον, ὅπερ νὴ Δία καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ὀλίγοι ποιοῦσιν.

31. Ὁρῶν δὲ πολλοὺς οὐκ ἔρωτι φιλοσοφίας ἐχομένους, ἀλλὰ δόξης μόνον τῆς ἀπὸ τοῦ πράγματος, τὰ μὲν πρόχειρα ταῦτα καὶ δημόσια καὶ ὁπόσα παντὶ μιμεῖσθαι ῥᾴδιον εὖ μάλα ἐοικότας ἀγαθοῖς ἀνδράσι, τὸ γένειον λέγω καὶ τὸ βάδισμα καὶ τὴν ἀναβολήν, ἐπὶ δὲ τοῦ βίου καὶ τῶν πραγμάτων ἀντιφθεγγομένους τῷ σχήματι καὶ τἀναντία ὑμῖν ἐπιτηδεύοντας καὶ διαφθείροντας τὸ ἀξίωμα τῆς ὑποσχέσεως, ἠγανάκτουν· καὶ τὸ πρᾶγμα ὅμοιον ἐδόκει μοι καθάπερ ἂν εἴ τις ὑποκριτὴς τραγῳδίας μαλθακὸς αὐτὸς ὢν καὶ γυναικεῖος Ἀχιλλέα ἢ Θησέα ἢ καὶ τὸν Ἡρακλέα ὑποκρίνοιτο αὐτὸν μήτε βαδίζων μήτε βοῶν ἡρωϊκόν, ἀλλὰ θρυπτόμενος ὑπὸ τηλικούτῳ προσωπείῳ, ὃν οὐδ' ἂν ἡ Ἑλένη ποτὲ ἢ Πολυξένη ἀνάσχοιντο πέρα τοῦ μετρίου αὐταῖς προσεοικότα, οὐχ ὅπως ὁ Ἡρακλῆς ὁ καλλίνικος, ἀλλά μοι δοκεῖ τάχιστ' ἂν ἐπιτρῖψαι τῷ ῥοπάλῳ παίων τὸν τοιοῦτον, αὐτόν τε καὶ τὸ προσωπεῖον, οὕτως ἀτίμως κατατεθηλυμμένος πρὸς αὐτοῦ.

32. Τοιαῦτα καὶ ὑμᾶς πάσχοντας ὑπ' ἐκείνων ὁρῶν οὐκ ἤνεγκα τὴν αἰσχύνην τῆς ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες ἐτόλμησαν ἡρώων προσωπεῖα περιθέσθαι ἢ τὸν ἐν Κύμῃ ὄνον μιμήσασθαι, ὃς λεοντῆν περιβαλόμενος ἠξίου λέων αὐτὸς εἶναι πρὸς ἀγνοοῦντας τοὺς Κυμαίους ὀγκώμενος μάλα τραχὺ καὶ καταπληκτικόν, ἄχρι δή τις αὐτὸν ξένος καὶ λέοντα ἰδὼν καὶ ὄνον πολλάκις

29. PARRH. Non omnia contra me dixit, o Philosophia, Diogenes : sed pleraque, et difficiliora quidem, nescio qua re motus, prætermisit. Ego vero tantum abest ut ea negem me dixisse, aut meditatus defensionem aliquam huc venerim, ut statuerim, si quid aut iste ipse reticuit, aut ego dicere nondum occupavi, nunc jam adjicere : ita enim intelligas quos ego homines præconio vendiderim, quibus male, ventosos et impostores appellando, dixerim. Et ad hoc mihi unum attendite, si vera de omnibus dicam. Si quid vero maledicum aut asperum habere videatur oratio, non me, qui arguo, sed illos accusare æquius arbitror, qui talia faciunt. Equidem quum primum perspexissem; quæ dura necessario inesse debeant causidicis, deceptionem, mendacium, audaciam, clamorem, conflictationes, et sexcenta alia; ab his, ut decebat, refugiens, animum ad ea quæ tu pulchra habes, o Philosophia, appuli, optavique, quicquid reliquum mihi vitæ esset, tanquam ex procella et æstu in serenum quendam portum invectus, sub tua tutela transigere.

30. Deinde quum vix inspexissem res vestras, te quidem, quod necesse erat, et hosce omnes admirabar, vitæ beatæ legislatores, et manum festinantibus ad eam porrigentes, honestissimis præceptis proponendis utilissimisque, si quis ab iis non discedat neque vestigio fallente labatur, sed intentis in regulas a vobis propositas oculis, ad illas componat vitam suam ac dirigat, quod mehercules nostra ætate pauci faciunt.

31. Quum vero viderem multos non amore philosophiæ captos, sed sola, quæ ab illo negotio sperari potest, gloria ductos, promtis istis et palam gestis, quæque imitari unicuique facile est, satis bene referre viros bonos, barbam dico, incessum et amictum; vita vero et actionibus contradicere habitui, et contraria vestris studia habere, dignitatemque professionis corrumpere, indignabar equidem : videbaturque mihi negotium illi simile, si quis actor tragicus, mollis ipse atque effeminatus, Achillem, aut Thesea, aut ipsum Herculem agens, neque incessu utatur neque voce heroica, sed sub tanta persona fractas delicias faciat : quem neque Helena quondam, neque Polyxena ferret ultra modum sibi similem; nedum ille decorus victoriis Hercules, qui videtur mihi mox cum ipsa persona actorem talem sua clava elisurus a quo ignominiose adeo in feminam fractus esset.

32. Huic similem injuriam ab illis quum fieri vobis cernerem, non tuli illam histrioniæ turpitudinem, simios hosce heroum personas induere ausos, et Cumanum illum asinum imitari; qui leoninam indutus postulabat ipse leo esse, quum apud ignaros ejus rei Cumanos asperos terribilesque ruditus ederet, donec illum peregrinus, qui et leonem sæpe et asinum vidisset, redargueret, et fustibus

ἤλεγξε παίων τοῖς ξύλοις. Ὃ δὲ μάλιστά μοι δεινὸν, ὦ Φιλοσοφία, κατεφαίνετο, τοῦτο ἦν· οἱ γὰρ ἄνθρωποι εἴ τινα τούτων ἑώρων πονηρὸν ἢ ἄσχημον ἢ ἀσελγές τι ἐπιτηδεύοντα, οὐκ ἔστιν ὅστις οὐ φιλοσοφίαν αὐτὴν ᾐτιᾶτο καὶ τὸν Χρύσιππον εὐθὺς ἢ Πλάτωνα ἢ Πυθαγόραν ἢ ὅτου αὐτὸν ἐπώνυμον ὁ διαμαρτάνων ἐκεῖνος ἐποιεῖτο καὶ οὗ τοὺς λόγους ἐμιμεῖτο, καὶ ἀπὸ τοῦ κακῶς βιοῦντος πονηρὰ περὶ ὑμῶν εἴκαζον τῶν πρὸ πολλοῦ τεθνηκότων — οὐ γὰρ παρὰ ζῶντας ὑμᾶς ἡ ἐξέτασις αὐτοῦ ἐγίγνετο, ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἐκποδών — ἐκεῖνον δὲ ἑώρων σαφῶς ἅπαντες δεινὰ καὶ ἄσεμνα ἐπιτηδεύοντα, ὥστε ἐρήμην ἡλίσκεσθε μετ' αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὴν ὁμοίαν διαβολὴν συγκατεσπᾶσθε.

33. Ταῦτα οὐχ ἤνεγκα ὁρῶν ἔγωγε, ἀλλ' ἤλεγχον αὐτοὺς καὶ διέκρινον ἀφ' ὑμῶν· ὑμεῖς δὲ, τιμᾶν ἐπὶ τούτοις δέον, ἐς δικαστήριον ἄγετε. Οὐκοῦν ἤν τινα καὶ τῶν μεμυημένων ἰδὼν ἐξαγορεύοντα ταῖν θεαῖν τἀπόρρητα καὶ ἐξορχούμενον ἀγανακτήσω καὶ διελέγξω, ἐμὲ τὸν ἀδικοῦντα ἡγήσεσθε εἶναι; ἀλλ' οὐ δίκαιον· ἐπεὶ καὶ οἱ ἀθλοθέται μαστιγοῦν εἰώθασιν, ἤν τις ὑποκριτὴς Ἀθηνᾶν ἢ Ποσειδῶνα ἢ τὸν Δία ὑποδεδυκὼς μὴ καλῶς ὑποκρίνοιτο μηδὲ κατ' ἀξίαν τῶν θεῶν, καὶ οὐ δή που ὀργίζονται αὐτοῖς ἐκεῖνοι, ὅτι τὸν περικείμενον αὐτῶν τὰ προσωπεῖα καὶ τὸ σχῆμα ἐνδεδυκότα ἐπέτρεψαν παίειν τοῖς μαστιγοφόροις, ἀλλὰ καὶ ἥδοιντ' ἂν, οἶμαι, μαστιγουμένων· οἰκέτην μὲν γὰρ ἢ ἄγγελόν τινα μὴ δεξιῶς ὑποκρίνασθαι μικρὸν τὸ πταῖσμα, τὸν Δία δὲ ἢ τὸν Ἡρακλέα μὴ κατ' ἀξίαν ἐπιδείξασθαι τοῖς θεαταῖς ἀποτρόπαιον ὄντως καὶ αἰσχρόν.

34. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε πάντων ἀτοπώτατόν ἐστιν, ὅτι τοὺς μὲν λόγους ὑμῶν πάνυ ἀκριβοῦσιν οἱ πολλοὶ αὐτῶν, καθάπερ δὲ ἐπὶ τούτῳ μόνον ἀναγιγνώσκοντες αὐτοὺς καὶ μελετῶντες, ὡς τἀναντία ἐπιτηδεύοιεν, οὕτω βιοῦσι· πάντα μὲν γὰρ ὅσα φασὶν, οἷον χρημάτων καταφρονεῖν καὶ δόξης καὶ μόνον τὸ καλὸν οἴεσθαι ἀγαθὸν, καὶ ἀόργητον εἶναι καὶ τῶν λαμπρῶν τούτων ὑπερορᾶν καὶ ἐξ ἰσοτιμίας αὐτοῖς διαλέγεσθαι, καλὰ, ὦ θεοὶ, καὶ σοφὰ καὶ θαυμάσια λίαν ὡς ἀληθῶς. Οἱ δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα ἐπὶ μισθῷ διδάσκουσι καὶ τοὺς πλουσίους τεθήπασι καὶ πρὸς τὸ ἀργύριον κεχήνασιν, ὀργιλώτεροι μὲν τῶν κυνιδίων ὄντες, δειλότεροι δὲ τῶν λαγῶν, κολακευτικώτεροι δὲ τῶν πιθήκων, ἀσελγέστεροι δὲ τῶν ὄνων, ἁρπακτικώτεροι δὲ τῶν γαλῶν, φιλονεικότεροι δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων. Τοιγαροῦν γέλωτα ὀφλισκάνουσιν ὠθιζόμενοι ἐπὶ ταῦτα καὶ περὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἀλλήλους παραγκωνιζόμενοι, δεῖπνα πολυάνθρωπα δειπνοῦντες καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις ἐπαινοῦντες φορτικῶς· καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐμφορούμενοι καὶ μεμψίμοιροι φαινόμενοι καὶ ἐπὶ τῆς κύλικος ἀτερπῆ καὶ ἀπῳδὰ φιλοσοφοῦντες καὶ τὸν ἄκρατον οὐ φέροντες· οἱ ἰδιῶται δὲ ὁπόσοι ξυμπίνουσι, γελῶσι δηλαδὴ καὶ καταπτύουσι φιλοσοφίας, εἰ τοιαῦτα καθάρματα ἐκτρέφει.

35. Τὸ δὲ πάντων αἴσχιστον, ὅτι μηδενὸς δεῖσθαι λέγων ἕκαστος αὐτῶν, ἀλλὰ μόνον πλούσιον εἶναι τὸν

dolatum abigeret. Præter cetera vero indignum hoc mihi, Philosophia, videbatur, quod nemo non hominum, si quem horum prave aut indecore aut libidinose quicquam facere videret, ipsam statim philosophiam accusaret, et Chrysippum, aut Platonem, aut Pythagoram, aut cujuscumque se cognominem peccator ille ferret disputationesque imitaretur. Itaque ab male illo vivente, male de vobis conjectabant, olim mortuis : neque enim ad vos viventes exigebatur, sed vos discesseratis e medio : illum vero aperte videbant omnes indigne et inhoneste se gerentem. Ita quasi deserto vos vadimonio cum illo damnati, et in simile cum illo crimen pertracti estis.

33. Hæc ego videns non tuli, sed redargui illos et a vobis discrevi. At vos, qui honorem mihi ea de causa debebatis habere, in jus me trahitis. Igitur si quem ego initiatorum observans, dearum mysteria effutientem et indignis omnibus impie monstrantem, indignatus fuero, eumque redarguero; mene impium esse putabitis? injuste illud quidem : quum etiam sacrorum certaminum præsides flagris objurgare soleant, si quis histrio Minervæ aut Neptuni aut Jovis personam qui suscepit, non bene neque ex dignitate deorum perferat : neque ideo illis irascantur dii, quod personas suas gerentem et habitu suo indutum flagellis cædendum virgatoribus tradiderint : sed gaudeant, puto, vapulantibus. Nam servum aut nuntium parum dextre agere, parvus fuerit error. : Jovem vero aut Herculem non pro dignitate demonstrare spectatoribus, piaculi sane instar et turpe nimis fuerit!

34. Rursus illud omnium est absurdissimum; quod dogmata quidem vestra studiose vulgus illorum exquirit; ceterum perinde vivunt, ac si ad hoc solum ea legerent et meditarentur, ut contraria omnia sequantur. Quæ enim dicunt omnia, exempli causa, divitias gloriamque contemnere, et sola quæ bona sunt honesta putare, et iræ expertem esse, et splendidos hosce despicere, et tanquam cum æqualibus agere, pulchra, dii boni! sunt et sapientia, et vere sane admiranda. Verum enim vero isti mercede hæc ipsa docent, et divites admirantur, et argento inhiant, et caniculis iracundiores sunt, et leporibus timidiores, magis adulatores quam simii, libidinosiores asinis, felibusque rapaciores, et in contentionibus quam gallinacei galli pertinaciores. Itaque ludibrium debent, quum circa ista confligtantur, et circa divitum januas alii alios cubitis detrudunt, et celebriores cœnas frequentant, et in illis ipsis sine more modoque laudant, et ultra decus se ingurgitant, et attributa sibi parte non contentos se produnt, et in vino insuavia quædam atque absurda philosophantur, et merum non continent. Idiotæ autem quotquot convivæ adsunt, rident scilicet, et despuunt philosophiam, talia quæ purgamenta educat.

35. Quod vero turpissimum omnium est, nulla se re indigere unusquisque eorum quum dicat, sed solum divitem

σοφὸν κεκραγὼς μικρὸν ὕστερον αἰτεῖ προσελθὼν καὶ ἀγανακτεῖ μὴ λαβών, ὅμοιον ὡς εἴ τις ἐν βασιλικῷ σχήματι ὀρθὴν τιάραν ἔχων καὶ διάδημα καὶ τἆλλα ὅσα βασιλείας γνωρίσματα προσαιτοίη τῶν ὑποδεεστέρων δεόμενος. Ὅταν μὲν οὖν αὐτούς τι δέῃ λαμβάνειν, πολὺς ὁ περὶ τοῦ κοινωνικὸν εἶναι δεῖν λόγος καὶ ὡς ἀδιάφορον ὁ πλοῦτος καὶ, τί γὰρ τὸ χρυσίον ἢ ἀργύριον οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων διαφέρον; ὅταν δέ τις ἐπικουρίας δεόμενος ἑταῖρος ἐκ παλαιοῦ καὶ φίλος ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα αἰτῇ προσελθών, σιωπὴ καὶ ἀπορία καὶ ἀμαθία καὶ παλινῳδία τῶν λόγων πρὸς τὸ ἐναντίον· οἱ δὲ πολλοὶ περὶ φιλίας ἐκεῖνοι λόγοι καὶ ἡ ἀρετὴ καὶ τὸ καλὸν οὐκ οἶδ' ὅποι ποτὲ οἴχεται πάντα ταῦτα ἀποπτάμενα, πτερόεντα ὡς ἀληθῶς ἔπη, μάτην ὁσημέραι πρὸς αὐτῶν ἐν ταῖς διατριβαῖς σκιαμαχούμενα.

36. Μέχρι γὰρ τούτου φίλος ἕκαστος αὐτῶν, ἐς ὅσον ἂν μὴ ἀργύριον ἢ χρυσίον ᾖ προκείμενον ἐν τῷ μέσῳ· ἢν δέ τις ὀβολὸν ἐπιδείξῃ μόνον, λέλυται μὲν ἡ εἰρήνη, ἄσπονδα δὲ καὶ ἀκήρυκτα πάντα, καὶ τὰ βιβλία ἐξαλήλιπται καὶ ἡ ἀρετὴ πέφευγεν, οἷόν τι καὶ οἱ κύνες πάσχουσιν· ἐπειδάν τις ὀστοῦν ἐς μέσους αὐτοὺς ἐμβάλῃ, ἀναπηδήσαντες δάκνουσιν ἀλλήλους καὶ τὸν προαρπάσαντα τὸ ὀστοῦν ὑλακτοῦσι. Λέγεται δὲ καὶ βασιλεύς τις Αἰγύπτιος πιθήκους ποτὲ πυρριχίζειν διδάξαι καὶ τὰ θηρία — μιμηλότατα δέ ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων — ἐκμαθεῖν τάχιστα καὶ ὀρχεῖσθαι ἁλουργίδας ἀμπεχόμενα καὶ προσωπεῖα περικείμενα, καὶ μέχρι γε πολλοῦ εὐδοκιμεῖν τὴν θέαν, ἄχρι δή τις θεατὴς ἀστεῖος κάρυα ὑπὸ κόλπον ἔχων ἀφῆκεν ἐς τὸ μέσον· οἱ δὲ πίθηκοι ἰδόντες καὶ ἐκλαθόμενοι τῆς ὀρχήσεως, τοῦθ' ὅπερ ἦσαν, πίθηκοι ἐγένοντο ἀντὶ πυρριχιστῶν καὶ ξυνέτριβον τὰ προσωπεῖα καὶ τὴν ἐσθῆτα κατερρήγνυον καὶ ἐμάχοντο περὶ τῆς ὀπώρας πρὸς ἀλλήλους, τὸ δὲ σύνταγμα τῆς πυρρίχης διελέλυτο καὶ κατεγελᾶτο ὑπὸ τοῦ θεάτρου.

37. Τοιαῦτα καὶ οὗτοι ποιοῦσι, καὶ ἔγωγε τοὺς τοιούτους κακῶς ἠγόρευον καὶ οὔποτε παύσομαι διελέγχων καὶ κωμῳδῶν, περὶ ὑμῶν δὲ ἢ τῶν ὑμῖν παραπλησίων — εἰσὶ γάρ, εἰσί τινες ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίαν ζηλοῦντες καὶ τοῖς ὑμετέροις νόμοις ἐμμένοντες — μὴ οὕτω μανείην ἐγὼ ὡς βλάσφημον εἰπεῖν τι ἢ σκαιόν. Ἢ τί γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι; τί γὰρ ὑμῖν τοιοῦτο βεβίωται; τοὺς δὲ ἀλαζόνας ἐκείνους καὶ θεοῖς ἐχθροὺς ἄξιον οἶμαι μισεῖν. Ἢ σὺ γάρ, ὦ Πυθαγόρα καὶ Πλάτων καὶ Χρύσιππε καὶ Ἀριστότελες, τί φατε προσήκειν ὑμῖν τοὺς τοιούτους ἢ οἰκεῖόν τι καὶ ξυγγενὲς ἐπιδείκνυσθαι τῷ βίῳ; νὴ Δία Ἡρακλῆς, φασί, καὶ πίθηκος. Ἢ διότι πώγωνας ἔχουσι καὶ φιλοσοφεῖν φάσκουσι καὶ σκυθρωποί εἰσι, διὰ τοῦτο χρὴ ὑμῖν εἰκάζειν αὐτούς; ἀλλ' ἤνεγκα ἄν, εἰ πιθανοὶ γοῦν ἦσαν καὶ ἐπὶ τῆς ὑποκρίσεως αὐτῆς· νῦν δὲ θᾶττον ἂν γὺψ ἀηδόνα μιμήσαιτο ἢ οὗτοι φιλοσόφους. Εἴρηκα ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ὁπόσα εἶχον. Σὺ δέ, ὦ Ἀλήθεια, μαρτύρει πρὸς αὐτοὺς εἰ ἀληθῆ ἐστι.

esse sapientem clamet, paullo post rogandi causa accedit, et nisi acceperit, indignatur: non aliter quam si quis in regio habitu tiaram rectam gerens ac diadema, et reliqua quotquot sunt insignia regni, mendicet, rogans a tenuioribus. Quum igitur sperant aliquid accipere, multa de bonorum inter sapientes communione disputatio, et quam res sit indifferens divitiæ! Quid enim, inquit, aurum est vel argentum, nihil calculis in litore distans? Si vero opis indigus sodalis vetus et amicus accedens ex multis paullum quiddam roget, silentium, æstus, inscitia et verborum illorum in contrariam sententiam retractatio: multæ autem illæ de amicitia disputationes, et virtus, et honestum, nescio quo repente abiere; omnia quidem avolarunt, volucria vere verba, quibus temere quotidie in scholis suis umbratiles pugnas ludunt.

36. Eo enim usque unusquisque eorum amicus est, quoad argentum vel aurum in medio positum non fuerit: si quis vero obolum unum ostenderit, ilicet rupta pax, ut nec jam fœderi locus, nec præconi sit securitas: libri deleti, fugit virtus: cujus rei simile quiddam usu venit canibus: si quis os in medios illos projecerit, exsiliunt, mordent invicem; eumque qui os præripuit allatrant. Dicitur autem rex etiam aliquis Ægyptius simios quondam docuisse saltare pyrrhicham, easque bestias (facillime autem humanas imitantur actiones) didicisse celeriter, et saltasse in vestibus purpureis, et personatas, diuque probatum spectaculum; donec spectator aliquis festivus, qui nuces sinu gereret, projiceret eas in medium: tum vero simii, visa re, obliti saltationis, repente pro pyrrhichistis simii, quod erant scilicet, facti, larvas contrivere, laceratisque vestibus de fructibus invicem depugnarunt: illa autem pyrrhiches institutio dissoluta risui fuit spectatoribus.

37. Talia igitur hi quoque faciunt. Talibus ego maledixi, neque unquam desinam convincere illorum fraudes, ipsosque ridendos præbere: de vobis vero vestrumque similibus (sunt enim, sunt quidam vere sectantes philosophiam, legumque vestrarum observantes) absit a me insania illa ut contumeliosum quicquam aut sinistrum dicam. Aut quid habeam dicere? quid enim horum simile est in vita vestra? At insolentes illos et diis invisos odio persequi, puto, fas est. Nisi forte tu, Pythagora, et Plato, et Chrysippe, et Aristoteles, ad vos pertinere quicquam dicetis tales, aut proprium quicquam vestrûm et cognatum vita sua demonstrare: quanta scilicet Herculi cum simia necessitudo est. An forte quod barbas submittunt et philosophari se prædicant et truci vultu sunt, propter hæc vobis assimilare illos oportet? Atqui equidem ferrem illos, si in ipsa illa histrionia probabiles essent: jam vero facilius lusciniam vultur imitetur, quam isti philosophos. Dixi pro me quæ habebam. Jam tu, Veritas, testimonium apud hosce perhibe, si vera sint.

38. ΦΙΛ. Μετάστηθι, ὦ Παρρησιάδη, ἔτι πορρωτέρω. Τί ποιῶμεν ἡμεῖς; πῶς ὑμῖν εἰρηκέναι ἀνὴρ ἔδοξεν;

ΑΛΗΘ. Ἐγὼ μέν, ὦ Φιλοσοφία, μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ κατὰ τῆς γῆς δῦναι ηὐχόμην· οὕτως ἀληθῆ πάντα εἶπεν. Ἐγνώριζον γοῦν ἀκούουσα ἕκαστον τῶν ποιούντων αὐτὰ κἀφήρμοζον μεταξὺ τοῖς λεγομένοις τοῦτο μὲν ἐς τόνδε, τοῦτο δὲ ὁ δεῖνα ποιεῖ· καὶ ὅλως ἔδειξε τοὺς ἄνδρας ἐναργῶς καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς τὰ πάντα ἐοικότας, οὐ τὰ σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς αὐτὰς ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἀπεικάσας.

ΣΩΦΡ. Κἀγὼ πάνυ ἠρυθρίασα, ὦ Ἀλήθεια.

ΦΙΛ. Ὑμεῖς δὲ τί φατέ;

ΑΝΑΒ. Τί δαὶ ἄλλο ἢ ἀφεῖσθαι αὐτὸν τοῦ ἐγκλήματος καὶ φίλον ἡμῖν καὶ εὐεργέτην ἀναγεγράφθαι; τὸ γοῦν τῶν Ἰλιέων ἀτεχνῶς πεπόνθαμεν, τραγῳδόν τινα τοῦτον ἐφ' ἡμᾶς κεκινήκαμεν ᾀσόμενον τὰς Φρυγῶν ξυμφοράς. Ἀδέτω δ' οὖν καὶ τοὺς θεοῖς ἐχθροὺς ἐκτραγῳδείτω.

ΔΙΟΓ. Καὶ αὐτός, ὦ Φιλοσοφία, πάνυ ἐπαινῶ τὸν ἄνδρα καὶ ἀνατίθεμαι τὰ κατηγορούμενα καὶ φίλον ποιοῦμαι αὐτὸν γενναῖον ὄντα.

39. ΦΙΛ. Εὖ γε, ὦ Παρρησιάδη· ἀφίεμέν σε τῆς αἰτίας, καὶ ταῖς πάσαις κρατεῖς καὶ τὸ λοιπὸν ἴσθι ἡμέτερος ὤν.

ΠΑΡΡ. Προσεκύνησα τήν γε πρώτην· μᾶλλον δὲ τραγικώτερον αὐτὸ ποιήσειν μοι δοκῶ· σεμνότερον γάρ·

ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν
βίοτον κατέχοις
καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

ΑΡΕΤ. Οὐκοῦν δευτέρου κρατῆρος ἤδη καταρχώμεθα, προσκαλῶμεν κἀκείνους, ὡς δίκην ὑπόσχωσιν ἀνθ' ὧν ἐς ὑμᾶς ὑβρίζουσι· κατηγορήσει δὲ Παρρησιάδης ἑκάστου.

ΠΑΡΡ. Ὀρθῶς, ὦ Ἀρετή, ἔλεξας· ὥστε σύ, παῖ Συλλογισμέ, κατακύψας ἐς τὸ ἄστυ προσκήρυττε τοὺς φιλοσόφους.

40. ΣΥΛΛ. Ἄκουε, σίγα· τοὺς φιλοσόφους ἥκειν ἐς ἀκρόπολιν ἀπολογησομένους ἐπὶ τῆς Ἀρετῆς καὶ Φιλοσοφίας καὶ Δίκης.

ΠΑΡΡ. Ὁρᾷς; ὀλίγοι συνέρχονται γνωρίσαντες τὸ κήρυγμα· ἄλλως γὰρ δεδίασι τὴν Δίκην. Οἱ πολλοὶ δὲ αὐτῶν οὐδὲ σχολὴν ἄγουσιν ἀμφὶ τοὺς πλουσίους ἔχοντες. Εἰ δὲ βούλει πάντας ἥκειν, κατὰ τάδε, ὦ Συλλογισμέ, κήρυττε.

ΦΙΛ. Μηδαμῶς, ἀλλὰ σύ, ὦ Παρρησιάδη, προσκάλει καθ' ὅ τι σοι δοκεῖ.

41. ΠΑΡΡ. Οὐδὲν τόδε χαλεπόν. Ἄκουε, σίγα. Ὅσοι φιλόσοφοι εἶναι λέγουσι καὶ ὅσοι προσήκειν αὐτοῖς οἴονται τοῦ ὀνόματος, ἥκειν ἐς ἀκρόπολιν ἐπὶ τὴν διανομήν. Δύο μναῖ ἑκάστῳ δοθήσονται καὶ σησαμαῖος πλακοῦς· ὃς δ' ἂν πώγωνα βαθὺν ἐπιδείξηται, καὶ παλάθην ἰσχάδων οὗτός γε προσεπιλήψεται. Κομίζειν δ' ἕκαστον σωφροσύνην μὲν ἢ δικαιοσύνην ἢ ἐγκράτειαν

38. PHIL. Longius hinc, Parrhesiade, recede interim. Nos quid faciamus? quomodo dixisse vobis videtur?

VER. Equidem, Philosophia, illo dicente terram mihi hiscere optabam præ pudore: adeo vera dicebat omnia. Agnoscebam enim inter audiendum unumquemque qui ista faceret; et referebam, dum dicerentur, illud quidem ad huncce; hoc vero ille, inquiebam, facit. Et omnino ostendit homines dilucide, ut in pictura quadam similes per omnia, quum non corpora modo, sed ipsas quoque animas exquisitissima similitudine exprimeret.

MODESTIA. Et ego plane erubescam, o Veritas.

PHIL. Vos autem quid dicitis?

REV. Quid aliud nisi absolvi illum a crimine oportere, et amicum nobis ac bene meritum in publico monumento scribi? Iliensium enim exemplo tragœdum hunc in nos commovimus, qui Phrygum canat calamitates. Canito igitur, et illos diis invisos tragœdiis suis infamato.

DIOG. Ipse quoque ego, Philosophia, laudo virum magnopere et retracto crimina, eumque, ut virum fortem, amicum mihi ascisco.

39. PHIL. Bonum factum, Parrhesiade; solvimus te accusatione; vincis suffragiis omnibus, et quod reliquum est, scito te nostrum esse.

PARRH. Equidem initio jam adoravi: jam vero tragico magis orationis genere faciendum videtur: augustius enim fuerit.

Splendida quæso Victoria, me
comitare tuum,
viridi neu parce coronæ.

VIRT. Igitur de altero jam cratere libemus, et vocemus etiam istos, ut pœnas suarum in vos contumeliarum nobis persolvant. Accusabit unumquemque Parrhesiades.

PARRH. Bene istud, Virtus. Itaque tu, Syllogisme puer, despiciens in urbem, præconio huc evoca philosophos.

40. SYLL. Audi, tace. Veniunto philosophi in arcem, causam dicturi ad tribunal Virtuti, Philosophiæ, Justitiæ.

PARRH. Viden'? pauci conveniunt agnito præconio: nam alioqui Justitiam metuunt. Ceterum vulgus illorum otium non habet, occupati circa divites. Si vero venire omnes volueris, hunc fere in modum edic, Syllogisme.

PHIL. Nequaquam: sed tu, Parrhesiade, prout videbitur, eos advoca.

41. PARRH. Nihil res habet difficultatis. Audi, tace. Quotquot philosophos se esse dicunt, quotquot nominis causa ad illos pertinere se judicant, veniunto in arcem ad congiarium. Binæ unicuique minæ dabuntur, et de sesamo placenta. Quicumque vero prolixam barbam exhibuerit, ille corollarium ficuum massam accipiet. Afferat autem quisque temperantiam aut justitiam aut continentiam mi-

μηδαμῶς· οὐκ ἀναγκαῖα γὰρ ταῦτά γε, ἢν μὴ παρῇ· πέντε δὲ συλλογισμοὺς ἐξ ἅπαντος· οὐ γὰρ θέμις ἄνευ τούτων εἶναι σοφόν.

Κεῖται δ' ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα,
τῷ δόμεν, ὃς μετὰ πᾶσιν ἐριζέμεν ἔξοχος εἴη.

42. Βαβαί, ὡς πλήρης μὲν ἡ ἄνοδος ὠθιζομένων, ἐπεὶ τὰς δύο μνᾶς ἤκουσαν μόνον. Παρὰ δὲ τὸ Πελασγικὸν ἄλλοι καὶ κατὰ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἕτεροι καὶ παρὰ τὸν Ἄρειον πάγον ἔτι πλείους, ἔνιοι δὲ καὶ κατὰ τὸν τοῦ Τάλω τάφον, οἱ δὲ καὶ πρὸς τὸ Ἀνακεῖον προσθέμενοι κλίμακας ἀνέρπουσι βομβηδὸν νὴ Δία καὶ βοτρυδὸν ἑσμοῦ δίκην, ἵνα καὶ καθ' Ὅμηρον εἴπω, ἀλλὰ κἀκεῖθεν εὖ μάλα πολλοὶ κἀντεῦθεν

μυρίοι, ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ.

Μεστὴ δὲ ἡ ἀκρόπολις ἐν βραχεῖ κλαγγηδὸν προκαθιζόντων καὶ πανταχοῦ πήρα πώγων κολακεία ἀναισχυντία βακτηρία λιχνεία συλλογισμὸς φιλαργυρία· οἱ ὀλίγοι δέ, ὁπόσοι πρὸς τὸ πρῶτον κήρυγμα ἐκεῖνο ἀνῄεσαν, ἀφανεῖς καὶ ἄσημοι, ἀναμιχθέντες τῷ πλήθει τῶν ἄλλων, καὶ λελήθασιν ἐν τῇ ὁμοιότητι τῶν ἄλλων σχημάτων. Τοῦτο γοῦν τὸ δεινότατόν ἐστιν, ὦ Φιλοσοφία, καὶ ὅ τις ἂν μέμψαιτό σου μάλιστα, τὸ μηδὲ ἐπιβαλεῖν γνώρισμα καὶ σημεῖον αὐτοῖς· πιθανώτεροι γὰρ οἱ γόητες οὗτοι πολλάκις τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων.

ΦΙΛ. Ἔσται τοῦτο μεθ' ὀλίγον, ἀλλὰ δεχώμεθα ἤδη αὐτούς.

43. ΠΛΑΤ. Ἡμᾶς πρώτους χρὴ τοὺς Πλατωνικοὺς λαβεῖν.

ΠΥΘ. Οὐχ, ἀλλὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς ἡμᾶς· πρότερος γὰρ ὁ Πυθαγόρας ἦν.

ΣΤΩΙΚ. Ληρεῖτε· ἀμείνους ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς.

ΠΕΡ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλ' ἔν γε τοῖς χρήμασι πρῶτοι ἂν ἡμεῖς εἴημεν οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου.

ΕΠΙΚ. Ἡμῖν τοῖς Ἐπικουρείοις τοὺς πλακοῦντας δότε καὶ τὰς παλάθας· περὶ δὲ τῶν μνῶν περιμενοῦμεν, κἂν ὑστάτους δέῃ λαμβάνειν.

ΑΚΑΔ. Ποῦ τὰ δύο τάλαντα; δείξομεν γὰρ οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ ὅσον τῶν ἄλλων ἐσμὲν ἐριστικώτεροι.

ΣΤΩΙΚ. Οὐχ ἡμῶν γε τῶν Στωϊκῶν παρόντων.

44. ΦΙΛ. Παύσασθε φιλονεικοῦντες· ὑμεῖς δὲ οἱ Κυνικοὶ μήτε ὠθεῖτε ἀλλήλους μήτε τοῖς ξύλοις παίετε· ἐπ' ἄλλα γὰρ ἴστε κεκλημένοι· καὶ νῦν ἔγωγε ἡ Φιλοσοφία καὶ Ἀρετὴ αὕτη καὶ Ἀλήθεια δικάσομεν τίνες οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντές εἰσιν, εἶτα ὅσοι μὲν ἂν εὑρεθῶσι κατὰ τὰ ἡμῖν δοκοῦντα βιοῦντες, εὐδαιμονήσουσιν ἄριστοι κεκριμένοι· τοὺς γόητας δὲ καὶ οὐδὲν ἡμῖν προσήκοντας κακοὺς κακῶς ἐπιτρίψομεν, ὡς μὴ ἀντιποιοῖντο τῶν ὑπὲρ αὐτοὺς ἀλαζόνες ὄντες. Τί τοῦτο; φεύγετε; νὴ Δία, κατὰ τῶν γε κρημνῶν οἱ πολλοὶ ἀλλόμενοι. Κενὴ δ' οὖν ἡ ἀκρόπολις, πλὴν ὀλίγων τούτων, ὁπόσοι μεμενήκασιν οὐ φοβηθέντες τὴν κρίσιν.

45. Οἱ ὑπηρέται ἀνέλεσθε τὴν πήραν, ἣν ὁ Κυνίσκος

nime; neque enim ista, si non adsint, necessaria: verum quinque omnino syllogismos; quippe nefas est absque illis esse sapientem.

Proposita in medio sunt auri bina talenta,
præmia, qui reliquos rixa superaverit omnes.

20. ΝΕΚΡΟΙ. Οἴμοι τῶν κτημάτων. — Οἴμοι τῶν ἀγρῶν. — Ὀτοτοῖ, τὴν οἰκίαν οἵαν ἀπέλιπον. — Ὅσα τάλαντα ὁ κληρονόμος σπαθήσει παραλαβών. — Αἰαῖ, τῶν νεογνῶν μοι παιδίων. — Τίς ἄρα τὰς ἀμπέλους τρυγήσει, ἃς πέρυσιν ἐφυτευσάμην;

ΕΡΜ. Μίκυλλε, σὺ δ' οὐδὲν οἰμώζεις; καὶ μὴν οὐ θέμις ἀδακρυτὶ διαπλεῦσαί τινα.

ΜΙΚ. Ἄπαγε· οὐδέν ἐστιν ἐφ' ὅτῳ οἰμώξαιμι εὐπλοῶν.

ΕΡΜ. Ὅμως κἂν μικρόν τι ἐς τὸ ἔθος ἐπιστέναξον.

ΜΙΚ. Οἰμώξομαι τοίνυν, ἐπειδή, ὦ Ἑρμῆ, σοὶ δοκεῖ. Οἴμοι τῶν καττυμάτων· οἴμοι τῶν κρηπίδων τῶν παλαιῶν· ὀτοτοῖ τῶν σαθρῶν ὑποδημάτων. Οὐκέτι ὁ κακοδαίμων ἕωθεν εἰς ἑσπέραν ἄσιτος διαμενῶ, οὐδὲ τοῦ χειμῶνος ἀνυπόδητός τε καὶ ἡμίγυμνος περινοστήσω τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τοῦ κρύους συγκροτῶν. Τίς ἄρα μου τὴν σμίλην ἕξει καὶ τὸ κεντητήριον;

ΕΡΜ. Ἱκανῶς τεθρήνηται· σχεδὸν δὲ ἤδη καὶ καταπεπλεύκαμεν.

21. ΧΑΡ. Ἄγε δὴ τὰ πορθμεῖα πρῶτον ἡμῖν ἀπόδοτε· καὶ σὺ δός· παρὰ πάντων ἤδη ἔχω. Δὸς καὶ σὺ τὸν ὀβολόν, ὦ Μίκυλλε.

MIC. Injuriam mihi, Charon, facis, si relinquas me hesternum jam mortuum. Crede mihi, legum te violatarum apud Rhadamanthum reum faciam. Heu mihi malorum! jam navigant, ego vero solus hic destituar. Quanquam cur non post illos transnato? neque enim metuo ne viribus defectus suffocer, qui jam sim mortuus, præsertim quum nec obolum habeam unde naulum solvam.

CLOTH. Quid hoc? exspecta, Micylle: non est fas ita te transire.

MIC. Quin forte citius quam vos deferar.

CLOTH. Nequaquam: sed adnavigabimus ejus recipiendi causa, et tu, Mercuri, una illum manu porrecta intro trahe.

19. CHAR. Ubi jam sedebit? plena enim, ut vides, omnia.

MERC. Super humeros, si videtur, tyranni.

CLOTH. Scite excogitavit illud Mercurius.

CHAR. Ascende igitur et cervices impii conculca. Nobis vero felix cursus contingat!

CYN. Optimum fuerit, nunc tibi, Charon, verum dicere. Ego obolum, quem post trajectum tibi solvam, non habeo: neque enim mihi quicquam est præter hanc quam vides peram, et hanc clavam. Ceterum si exhaurire me velis, aut remigare, paratus sum: nihil autem de me querere, modo commodum et robustum mihi remum dederis.

CHAR. Remiga. Satis etenim fuerit si hoc abs te auferam.

CYN. Numquid etiam cantu incitare remiges oportebit?

CHAR. Sane, si nosti celeusma quoddam nauticum.

CYN. Novi, Charon, et plurima quidem. Sed vide, occinunt hi nobis ploratus: itaque cantus nobis perturbabitur.

20. MORTUI. Hei mihi divitias! — Hei mihi agros! — Hei hei quam domum reliqui! — Quot talenta hæres meus a me accepta per luxum effundet! — Hei hei recens mihi natos pueros! — Quis igitur vineas vindemiabit, quas superiore anno institui?

MERC. Tu vero nihil, Micylle, ploras! et tamen nefas est, sine lacrimis quenquam trajicere.

MIC. Apage, nihil est quod secunda adeo navigatione plorem.

MERC. Tamen vel pauxillum quiddam moris gratia ingemisce.

MIC. Plorabo igitur, quum tibi ita videatur, Mercuri. Hei frusta corii! hei crepidas veteres! hei hei putres calceos! Non jam infelix ego a mane ad vesperam sine cibo manebo, nec hieme sine calceis oberrabo et seminudus, stridens præ frigore dentibus. Quis igitur scalprum meum habebit et subulam?

MERC. Satis ploratum est, et prope jam trajecimus.

21. CHAR. Age jam vecturæ pretium nobis primum date: da tu quoque: ab omnibus jam habeo. Tu quoque obolum da, Micylle.

ΜΙΚ. Παίζεις, ὦ Χάρων, ἢ καθ' ὕδατος, φασίν, γράφεις παρὰ Μικύλλου τινὰ ὀβολὸν προσδοκῶν. Ἀρχὴν δὲ οὐδὲ οἶδα εἰ τετράγωνόν ἐστιν ὁ ὀβολὸς ἢ στρογγύλον.

ΧΑΡ. Ὢ καλῆς ναυτιλίας καὶ ἐπικερδοῦς τήμερον. Ἀποβαίνετε δ' ὅμως· ἐγὼ δ' ἵππους καὶ βοῦς καὶ κύνας καὶ τὰ λοιπὰ ζῷα μέτειμι· διαπλεῦσαι γὰρ ἤδη κἀκεῖνα δεῖ.

ΚΛΩΘ. Ἄπαγε αὐτούς, Ἑρμῆ, παραλαβών· ἐγὼ δὲ αὐτὴ ἐς τὸ ἀντιπέραν ἀναπλευσοῦμαι Ἰνδοπάτρην καὶ Ἡραμίθρην τοὺς Σῆρας διάξουσα· τεθνᾶσι γὰρ ἤδη πρὸς ἀλλήλων περὶ γῆς ὅρων μαχόμενοι.

ΕΡΜ. Προΐωμεν, ὦ οὗτοι· μᾶλλον δὲ πάντες ἑξῆς ἕπεσθέ μοι.

22\. **ΜΙΚ.** Ὦ Ἡράκλεις, τοῦ ζόφου. Ποῦ νῦν ὁ καλὸς Μέγιλλος; ἢ τῷ διαγνῷ τις ἐνταῦθα εἰ καλλίων Φρύνης Σιμίχη; πάντα γὰρ ἴσα καὶ ὁμόχροα καὶ οὐδὲν οὔτε καλὸν οὔτε κάλλιον, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸ τριβώνιον πρότερον τέως ἄμορφον εἶναί μοι δοκοῦν ἰσότιμον γίγνεται τῇ πορφυρίδι τοῦ βασιλέως· ἀφανῆ γὰρ ἄμφω καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ σκότῳ καταδεδυκότα. Κυνίσκε, σὺ δὲ ποῦ ποτε ἄρα ὢν τυγχάνεις;

ΚΥΝ. Ἐνταῦθα λέγω σοι, Μίκυλλε· ἀλλ' ἅμα, εἰ δοκεῖ, βαδίζωμεν.

ΜΙΚ. Εὖ λέγεις· ἔμβαλέ μοι τὴν δεξιάν. Εἰπέ μοι — ἐτελέσθης γάρ, ὦ Κυνίσκε, τὰ Ἐλευσίνια δῆλον ὅτι — οὐχ ὅμοια τοῖς ἐκεῖ τὰ ἐνθάδε σοι δοκεῖ;

ΚΥΝ. Εὖ λέγεις· ἰδοὺ γοῦν προσέρχεται δᾳδουχοῦσά τις φοβερόν τι καὶ ἀπειλητικὸν προσβλέπουσα. Ἦ ἄρα που Ἐρινύς ἐστιν;

ΜΙΚ. Ἔοικεν ἀπό γε τοῦ σχήματος.

23\. **ΕΡΜ.** Παράλαβε τούτους, ὦ Τισιφόνη, τέτταρας ἐπὶ τοῖς χιλίοις.

ΤΙΣ. Καὶ μὴν πάλαι γε ὁ Ῥαδάμανθυς οὗτος ὑμᾶς περιμένει.

ΡΑΔ. Πρόσαγε τούτους, ὦ Ἐρινύ. Σὺ δέ, ὦ Ἑρμῆ, κήρυττε καὶ προσκάλει.

ΚΥΝ. Ὦ Ῥαδάμανθυ, πρὸς τοῦ πατρὸς πρῶτον ἐμὲ ἐπίσκεψαι παραγαγών.

ΡΑΔ. Τίνος ἕνεκα;

ΚΥΝ. Πάντως βούλομαι κατηγορῆσαί τινος ἃ συνεπίσταμαι πονηρὰ δράσαντι αὐτῷ παρὰ τὸν βίον. Οὐκ ἂν οὖν ἀξιόπιστος εἴην λέγων, μὴ οὐχὶ πρότερον αὐτὸς φανεὶς οἷός εἰμι καὶ οἷόν τινα ἐβίωσα τὸν τρόπον.

ΡΑΔ. Τίς δὲ σύ;

ΚΥΝ. Κυνίσκος, ὦ ἄριστε, τὴν γνώμην φιλόσοφος.

ΡΑΔ. Δεῦρ' ἐλθὲ καὶ πρῶτος εἰς τὴν δίκην κατάστηθι. Σὺ δὲ προσκάλει τοὺς κατηγόρους.

24\. **ΕΡΜ.** Εἴ τις Κυνίσκου τουτουὶ κατηγορεῖ, δεῦρο προσίτω.

ΚΥΝ. Οὐδεὶς προσέρχεται.

ΡΑΔ. Ἀλλ' οὐχ ἱκανὸν τοῦτο, ὦ Κυνίσκε· ἀπόδυθι δέ, ὅπως ἐπισκοπήσω σε ἀπὸ τῶν στιγμάτων.

ΚΥΝ. Ποῦ γὰρ ἐγὼ στιγματίας ἐγενόμην;

MIC. Ludis, Charon, aut in aqua, quod aiunt, scribis, a Micyllo si exspectas obolum. Omnino enim neque hoc novi, quadratum quiddam sitne obolus, an rotundum.

CHAR. Praeclaram vero navigationem hodie et lucrosam! Exscendite tamen. Ego vero ad equos, et boves, et canes, et reliquas animantes transeo: trajici enim et has oportet.

CLOTH. Accipe istos abducendos, Mercuri. Ego ipsa in adversam ripam renavigabo, Indopatrem et Heramithrem Seras transductura: mortui enim sunt in pugna quam inter se de finibus commiserant.

MERC. Heus procedamus, vel potius sequimini me deinceps omnes.

22\. **MIC.** Vah quanta hic obscuritas! ubi nunc pulcher Megillus? aut qua re hic dignoscat aliquis, pulchriorne Phryne sit Simicha? omnia enim aequalia, et ejusdem coloris, neque quicquam vel pulchrum vel pulchrius, sed jam detrita illa lacerna, quae turpis mihi paullo ante videbatur, aequum honorem regis purpurae obtinet: speciem enim neutra habet, easdem utraque tenebras subiit. Tu vero ubi tandem es, Cynisce?

CYN. Hic, dico tibi, Micylle. Sed, si videtur, ambo una ibimus.

MIC. Bene 'mones: manum mihi porrige. Dic mihi (initiatus enim es, Cynisce, Eleusiniis), nonne tibi similis hic status superis esse rebus videtur?

CYN. Bene dicis. Ecce igitur accedit cum facibus mulier, terribile et minax quiddam tuens. Numquid ista Erinnys est?

MIC. Sic quidem videtur, habitum si spectes.

23\. **MERC.** Adsume hosce, Tisiphone, quatuor supra mille.

TIS. Quin diu jam Rhadamanthus hic vos exspectat.

RHAD. Adduc eos, Erinnys. Tu vero, Mercuri, praeconium fac et advoca.

CYN. Per ego te tuum patrem obtestor, Rhadamanthe, me primum inspiciendum admove.

RHAD. Qua causa?

CYN. Omnino decrevi accusare criminum quendam quae me conscio in vita patravit: neque vero fide dignus ante fuerim, quam aperto, quis fuerim ipse, et quonam modo vixerim.

RHAD. Quis autem es?

CYN. Cyniscus, vir optime, sententia philosophus.

RHAD. Huc accede, et primus sta in judicio. Tu vero accusaturos advoca.

24\. **MERC.** Si quis contra hunc Cyniscum velit dicere, huc accedito.

CYN. Nemo accedit.

RHAD. Verum non satis hoc est, Cynisce. Exue te, ut inspiciam de stigmatis.

CYN. Ubinam ego notis compunctus essem?

ΡΑΔ. Ὁπόσα ἄν τις ὑμῶν πονηρὰ ἐργάσηται παρὰ τὸν βίον, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἀφανῆ στίγματα ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιφέρει.

ΚΥΝ. Ἰδού σοι γυμνὸς παρέστηκα· ὥστε ἀναζήτει ταῦτα ἅπερ σὺ φὴς τὰ στίγματα.

ΡΑΔ. Καθαρὸς ὡς ἐπίπαν οὑτοσὶ πλὴν τούτων τῶν τριῶν ἢ τεττάρων ἀμαυρῶν πάνυ καὶ ἀσαφῶν στιγμάτων. Καίτοι τί τοῦτο; ἴχνη μὲν καὶ σημεῖα πολλὰ τῶν ἐγκαυμάτων, οὐκ οἶδα δὲ ὅπως ἐξαλήλιπται, μᾶλλον δὲ ἐκκέκοπται. Πῶς ταῦτα, ὦ Κυνίσκε, ἢ πῶς καθαρὸς ἐξ ὑπαρχῆς ἀναπέφηνας;

ΚΥΝ. Ἐγώ σοι φράσω· πάλαι πονηρὸς δι' ἀπαιδευσίαν γενόμενος καὶ πολλὰ διὰ τοῦτο ἐμπολήσας στίγματα ἐπειδὴ τάχιστα φιλοσοφεῖν ἠρξάμην, κατ' ὀλίγον ἁπάσας τὰς κηλῖδας τῆς ψυχῆς ἀπελουσάμην ἀγαθῷ γε οὕτω καὶ ἀνυσιμωτάτῳ χρησάμενος τῷ φαρμάκῳ.

ΡΑΔ. Ἀλλ' ἄπιθι ἐς τὰς Μακάρων νήσους τοῖς ἀρίστοις συνεσόμενος, κατηγορήσας γε πρότερον οὗ φὴς τυράννου. Ἄλλους προσκάλει.

25. ΜΙΚ. Καὶ τοὐμόν, ὦ Ῥαδάμανθυ, μικρόν ἐστι καὶ βραχείας τινὸς ἐξετάσεως δεόμενον· πάλαι γοῦν σοι καὶ γυμνός εἰμι, ὥστε ἐπισκόπει.

ΡΑΔ. Τίς δὲ ὢν τυγχάνεις;

ΜΙΚ. Ὁ σκυτοτόμος Μίκυλλος.

ΡΑΔ. Εὖ γε, ὦ Μίκυλλε, καθαρὸς ἀκριβῶς καὶ ἀνεπίγραφος· ἄπιθι καὶ σὺ παρὰ Κυνίσκον τουτονί. Τὸν τύραννον ἤδη προσκάλει.

ΕΡΜ. Μεγαπένθης Λακύδου ἡκέτω. Ποῖ στρέφῃ; πρόσιθι. Σὲ τὸν τύραννον προσκαλῶ. Πρόβαλλ' αὐτόν, ὦ Τισιφόνη, ἐς τὸ μέσον ἐπὶ τράχηλον ὠθοῦσα.

ΡΑΔ. Σὺ δέ, ὦ Κυνίσκε, κατηγόρει καὶ διέλεγχε ἤδη· πλησίον γὰρ ὁ ἀνὴρ οὑτοσί.

26. ΚΥΝ. Τὸ μὲν ὅλον οὐδὲ λόγων ἔδει· γνώσῃ γὰρ αὐτὸν αὐτίκα μάλα οἷός ἐστιν ἀπὸ τῶν στιγμάτων. Ὅμως δὲ καὐτὸς ἀποκαλύψω σοι τὸν ἄνδρα κἀκ τοῦ λόγου δείξω φανερώτερον· οὑτοσὶ γὰρ ὁ τρισκατάρατος ὁπόσα μὲν ἰδιώτης ὢν ἔπραξε, παραλείψειν μοι δοκῶ· ἐπεὶ δὲ τοὺς θρασυτάτους προσεταιρούμενος καὶ δορυφόρους συναγαγὼν ἐπαναστὰς τῇ πόλει τύραννος κατέστη, ἀκρίτους μὲν ἀπέκτεινε πλείους ἢ μυρίους, τὰς δὲ οὐσίας ἑκάστων ἀφαιρούμενος καὶ πλούτου πρὸς τὸ ἀκρότατον ἀφικόμενος οὐδεμίαν μὲν ἀκολασίας ἰδέαν παρέλιπεν, ἁπάσῃ δὲ ὠμότητι καὶ ὕβρει κατὰ τῶν ἀθλίων πολιτῶν ἐχρήσατο, παρθένους διαφθείρων καὶ ἐφήβους καταισχύνων καὶ πάντα τρόπον τοῖς ὑπηκόοις ἐμπαροινῶν. Καὶ ὑπεροψίας μέντοι καὶ τύφου καὶ τοῦ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας φρυάγματος οὐδὲ κατ' ἀξίαν δύναιο ἂν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν τὴν δίκην· ῥᾷον γὰρ οὖν τὸν ἥλιον ἄν τις ἢ τοῦτον ἀσκαρδαμυκτὶ προσέβλεψεν. Οὐ μὴν καὶ τῶν κολάσεων τὸ πρὸς ὠμότητα καινουργὸν αὐτοῦ τίς ἂν διηγήσασθαι δύναιτο, ὅς γε μηδὲ τῶν οἰκειοτάτων ἀπέσχετο; Καὶ ταῦτα ὅτι μὴ ἄλλως κενή τίς ἐστι κατ' αὐτοῦ διαβολὴ αὐτίκα εἴσῃ προσκαλέσας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεφονευμένους· μᾶλλον δὲ ἄκλητοι, ὡς

RHAD. Quæcumque vestrûm quisque mala in vita patraverit, eorum notas quasdam visum effugientes in animo circumfert.

CYN. Ecce nudus tibi asto. Require igitur quas dicis notas.

RHAD. Purus utplurimum hic est, præter tres illas aut quatuor evanidas omnino et vix cognoscibiles notulas. Quanquam quid hoc est? vestigia quidem et signa multa notarum inustarum adsunt, sed nescio quomodo deleta vel exsculpta potius. Quomodo hæc se habent, Cynisce, aut quomodo purus quasi postliminio factus es?

CYN. Dicam tibi. Olim malus quum essem disciplinæ defectu, ac multa hinc nactus stigmata, quum primum cœpi philosophari, maculas paullatim omnes ex animo elui: tam bono et eximie efficaci usus sum remedio.

RHAD. At abi in Beatorum insulas, versaturus cum optimis quibusque, quando prius tyrannum quem dicis reum peregeris. Advoca alios.

25. MIC. De me negotium parvum est, o Rhadamanthe, et brevi exploratione opus habet. Olim enim nudus tibi sum: inspice igitur.

RHAD. Quis vero es?

MIC. Sutor Micyllus.

RHAD. Euge, Micylle, purus plane es et nulla nota inscriptus: abi et tu ad Cyniscum illum. Tyrannum jam advoca.

MERC. Megapenthes Lacydæ F. prodito. Quo te vertis? accede. Te tyrannum advoco. Protrude illum, Tisiphone, obtorto collo in medium.

RHAD. Tu vero, Cynisce, accusa jam et convince: prope enim homo est.

26. CYN. Universe quidem neque opus erat oratione: statim enim illum, qualis sit, cognosces ex notis: tamen et ipse detegam tibi virum, et oratione mea clarius ostendam. Quæ igitur sacerrimus iste, quamdiu privatus fuit, perpetraverit, omittenda arbitror: postquam vero assumtis in sceleris societatem audacissimis quibusque, et conducto satellitio, insurgens contra civitatem, tyrannidem occupavit, indemnatos interfecit decies mille amplius. Horum vero omnium bonis correptis, ad fastigium divitiarum quum pervenisset, nullam ille luxuriæ formam prætermisit: crudelitate porro omni et contumelia in miseros cives usus est, virgines eorum stupris corrupit, adolescentibus pudorem eripuit, ebrii more in subjectos sibi impotenter grassatus. Et superbiæ quidem, et fastus, et fremebundæ illius erga alloquentes insolentiæ ne possis quidem satis dignas ab isto pœnas repetere: facilius enim solem aliquis quam istum oculis rectis et nihil conniventibus aspexisset. Verum etiam crudelem istius in novis suppliciis excogitandis sollertiam quis valeat enarrare, ut qui ne familiarissimis quidem pepercerit? Hanc vero non esse inanem contra istum calumniam, statim scies, si advocari jusseris ab isto interemtos: quin invocati, ut vides, adsunt, et circumfusi illum

ὁρᾷς, πάρεισι καὶ περιστάντες ἄγχουσιν αὐτόν. Οὗτοι πάντες, ὦ Ῥαδάμανθυ, πρὸς τοῦ ἀλιτηρίου τεθνᾶσιν, οἱ μὲν γυναικῶν ἕνεκα εὐμόρφων ἐπιβουλευθέντες, οἱ δὲ υἱέων ἀπαγομένων πρὸς ὕβριν ἀγανακτήσαντες, οἱ δὲ, ὅτι ἐπλούτουν, οἱ δὲ, ὅτι ἦσαν δεξιοὶ καὶ σώφρονες καὶ οὐδαμοῦ ἠρέσκοντο τοῖς δρωμένοις.

27. ΡΑΔ. Τί πρὸς ταῦτα φῄς, ὦ μιαρὲ σύ;

ΜΕΓ. Τοὺς μὲν φόνους εἴργασμαι οὓς λέγει, τὰ δ' ἄλλα πάντα, τὰς μοιχείας καὶ τὰς τῶν ἐφήβων ὕβρεις καὶ τὰς διαφθορὰς τῶν παρθένων, ταῦτα πάντα Κυνίσκος μου κατεψεύσατο.

ΚΥΝ. Οὐκοῦν καὶ τούτων, ὦ Ῥαδάμανθυ, παρέξω σοι μάρτυρας.

ΡΑΔ. Τίνας τούτους λέγεις;

ΚΥΝ. Προσκάλει μοι, ὦ Ἑρμῆ, τὸν λύχνον αὐτοῦ καὶ τὴν κλίνην· μαρτυρήσουσι γὰρ αὐτοὶ παρελθόντες, οἷα πράττοντι συνηπίσταντο αὐτῷ.

ΕΡΜ. Ἡ Κλίνη καὶ ὁ Λύχνος ὁ Μεγαπένθους παρέστω. Εὖ γε ἐποίησαν ὑπακούσαντες.

ΡΑΔ. Εἴπατε οὖν ὑμεῖς ἃ συνεπίστασθε Μεγαπένθει τούτῳ· προτέρα δὲ σὺ ἡ Κλίνη λέγε.

ΚΛΙΝ. Πάντα ἀληθῆ κατηγόρησε Κυνίσκος. Ἐγὼ μέντοι ταῦτα εἰπεῖν, ὦ δέσποτα Ῥαδάμανθυ, αἰσχύνομαι· τοιαῦτα ἦν ἃ ἐπ' ἐμοῦ διεπράττετο.

ΡΑΔ. Σαφέστατα μὲν οὖν καταμαρτυρεῖς μηδὲ εἰπεῖν αὐτὰ ὑπομένουσα. Καὶ σὺ δὲ ὁ Λύχνος ἤδη μαρτύρει.

ΛΥΧ. Ἐγὼ τὰ μεθ' ἡμέραν μὲν οὐκ εἶδον· οὐ γὰρ παρῆν· ἃ δὲ τῶν νυκτῶν ἐποίει καὶ ἔπασχεν, ὀκνῶ λέγειν· πλὴν ἐθεασάμην γε πολλὰ καὶ ἄρρητα καὶ πᾶσαν ὕβριν ὑπερπεπαικότα. Καίτοι πολλάκις ἑκὼν τοὔλαιον οὐκ ἔπινον ἀποσβεσθῆναι θέλων· ὁ δὲ καὶ προσῆγέ με τοῖς δρωμένοις καὶ τὸ φῶς μου πάντα τρόπον κατεμίαινεν.

28. ΡΑΔ. Ἅλις ἤδη τῶν μαρτύρων. Ἀλλὰ καὶ ἀπόδυθι τὴν πορφυρίδα, ἵνα τὸν ἀριθμὸν ἴδωμεν τῶν στιγμάτων. Παπαῖ, ὅλος οὗτος πελιδνὸς καὶ κατάγραφος, μᾶλλον δὲ κυανός ἐστιν ἀπὸ τῶν στιγμάτων. Τίνα ἂν οὖν κολασθείη τρόπον; ἆρ' ἐς τὸν Πυριφλεγέθοντά ἐστιν ἐμβλητέος ἢ παραδοτέος τῷ Κερβέρῳ;

ΚΥΝ. Μηδαμῶς· ἀλλ' εἰ θέλεις, ἐγώ σοι καινήν τινα καὶ πρέπουσαν αὐτῷ τιμωρίαν ὑποθήσομαι.

ΡΑΔ. Λέγε, ὡς ἐγώ σοι μεγίστην ἐπὶ τούτῳ χάριν εἴσομαι.

ΚΥΝ. Ἔθος ἐστὶν, οἶμαι, τοῖς ἀποθνήσκουσι πᾶσι πίνειν τὸ Λήθης ὕδωρ.

ΡΑΔ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΚΥΝ. Οὐκοῦν μόνος οὗτος ἐξ ἁπάντων ἄποτος ἔστω.

29. ΡΑΔ. Διὰ τί δή;

ΚΥΝ. Χαλεπὴν οὕτως ὑφέξει τὴν δίκην μεμνημένος οἷος ἦν καὶ ὅσον ἠδύνατο ἐν τοῖς ἄνω, καὶ ἀναπεμπαζόμενος τὴν τρυφήν.

ΡΑΔ. Εὖ λέγεις· καὶ καταδεδικάσθω καὶ παρὰ τὸν Τάνταλον ἀπαχθεὶς οὑτοσὶ δεδέσθω, μεμνημένος ὧν ἔπραξε παρὰ τὸν βίον.

angunt. Hi omnes, Rhadamanthe, ab exsecrabili homine perierunt: alii quidem insidiis, quas ob uxores formosas illis struxit; alii, quod indignarentur filiis suis contumeliæ causa ad ipsum perductis; alii, quod essent divites; alii, quod dextri essent ac prudentes, iisque quæ fierent minime delectarentur.

27. RHAD. Quid ad hæc, impurate, respondes?

MEG. Cædes quidem perpetravi quas dicit; reliqua vero omnia, adulteria, adolescentum contumelias, corruptelas virginum, hæc omnia, inquam, contra me Cyniscus mentitus est.

CYN. Igitur et horum exhibebo tibi, Rhadamanthe, testes.

RHAD. Quosnam dicis?

CYN. Advoca mihi, Mercuri, lucernam ipsius et lectum: hæc enim pro testimonio dicent quæ se consciis fecerit.

MERC. Lectus et Lucerna Megapenthis adsunto. Bonum factum! paruerunt.

RHAD. Dicite igitur vos, quorum conscii sitis huic Megapenthi. Prior vero tu dicas, Lecte.

LECT. Vere omnia accusavit Cyniscus. Ego tamen dicere ea, domine Rhadamanthe, pudore prohibeor: tam turpia erant, quæ in me patravit.

RHAD. Planissime igitur contra illum fers testimonium, qui nec dicere ea sustineas. Et tu jam, Lucerna, dic testimonium.

LUC. Diurna ejus facinora non novi; neque enim aderam: quæ vero noctibus fecerit ac passus fuerit, piget dicere. Verum vidi equidem infanda multa, et contumeliam omnem supergressa. Quamvis sæpe ultro oleum non biberem, exstingui cupiens: at ille et admovit me factis suis, et lucem meam modis omnibus polluit.

28. RHAD. Satis jam testium. Sed exue etiam purpuram, ut numerum videamus stigmatum. Papæ! totus hic est lividus et notis scriptus, quin cæruleus est a notis. Quo igitur modo puniatur? numquid in Pyriphlegethontem injiciendus, an tradendus Cerbero?

CYN. Nequaquam. Sed ego tibi, si placet, novum quoddam et dignum illo supplicium subjiciam.

RHAD. Dic, maximam ea re gratiam a me initurus.

CYN. Mos est, puto, mortuis omnibus Lethes aquam bibere.

RHAD. Ita est.

CYN. Solus igitur iste ex omnibus non bibat.

29. RHAD. Quid ita?

CYN. Gravem ita pœnam sustinebit, qui meminerit quis fuerit, quantum potuerit apud superos; et delicias illas animo revolvat.

RHAD. Bene mones. Damnas esto, et ad Tantalum abductus vincitor, memor eorum quæ in vita egerit.

XVII.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΜΙΣΘΩ ΣΥΝΟΝΤΩΝ.

1. Καὶ τί σοι πρῶτον, ὦ φιλότης, ἢ τί ὕστατον, φασί, καταλέξω τούτων, ἃ πάσχειν ἢ ποιεῖν ἀνάγκη τοὺς ἐπὶ μισθῷ συνόντας κἀν ταῖς τῶν εὐδαιμόνων τούτων φιλίαις ἐξεταζομένους, εἰ χρὴ φιλίαν τὴν τοιαύτην αὐτῶν δουλείαν ἐπονομάζειν; οἶδα γὰρ πολλὰ καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα τῶν συμβαινόντων αὐτοῖς, οὐκ αὐτὸς μὰ Δία τοῦ τοιούτου πειραθείς — οὐ γὰρ ἐν ἀνάγκῃ μοι ἡ πεῖρα ἐγεγένητο, μηδέ, ὦ θεοί, γένοιτο — ἀλλὰ πολλοὶ τῶν ἐς τὸν βίον τοῦτον ἐμπεπτωκότων ἐξηγόρευον πρός με, οἱ μὲν ἔτι ἐν τῷ κακῷ ὄντες, ἀποδυρόμενοι ὁπόσα καὶ ὁποῖα ἔπασχον, οἱ δὲ ὥσπερ ἐκ δεσμωτηρίου τινὸς ἀποδράντες οὐκ ἀηδῶς μνημονεύοντες ὧν ἐπεπόνθεσαν· ἀλλὰ γὰρ ηὐφραίνοντο ἀναλογιζόμενοι οἵων ἀπηλλάγησαν. Ἀξιοπιστότεροι δὲ ἦσαν οὗτοι διὰ πάσης, ὡς εἰπεῖν, τῆς τελετῆς διεξεληλυθότες καὶ πάντα ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος ἐποπτεύσαντες. Οὐ παρέργως οὖν οὐδὲ ἀμελῶς ἐπήκουον αὐτῶν καθάπερ ναυαγίαν τινὰ καὶ σωτηρίαν αὐτῶν παράλογον διηγουμένων, οἷοί εἰσιν οἱ πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἐξυρημένοι τὰς κεφαλάς, συνάμα πολλοὶ τὰς τρικυμίας καὶ ζάλας καὶ ἀκρωτήρια καὶ ἐκβολὰς καὶ ἱστοῦ κλάσεις καὶ πηδαλίων ἀποκαυλίσεις διεξιόντες, ἐπὶ πᾶσι δὲ τοὺς Διοσκούρους ἐπιφαινομένους — οἰκεῖοι γὰρ τῆς τοιαύτης τραγῳδίας οὗτοί γε — ἤ τιν' ἄλλον ἐκ μηχανῆς θεὸν ἐπὶ τῷ καρχησίῳ καθεζόμενον ἢ πρὸς τοῖς πηδαλίοις ἑστῶτα καὶ πρός τινα ἠόνα μαλακὴν ἀπευθύνοντα τὴν ναῦν, οἷ προσενεχθεῖσα ἔμελλεν αὐτὴ μὲν ἠρέμα καὶ κατὰ σχολὴν διαλυθήσεσθαι, αὐτοὶ δ' ἀσφαλῶς ἀποβήσεσθαι χάριτι καὶ εὐμενείᾳ τοῦ θεοῦ. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὰ πολλὰ ταῦτα πρὸς τὴν χρείαν τὴν παραυτίκα ἐπιτραγῳδοῦσιν, ὡς παρὰ πλειόνων λαμβάνοιεν οὐ δυστυχεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοφιλεῖς τινες εἶναι δοκοῦντες.

2. Οἱ δὲ τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις χειμῶνας καὶ τὰς τρικυμίας καὶ νὴ Δία πεντακυμίας τε καὶ δεκακυμίας, εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, διηγούμενοι, καὶ ὡς τὸ πρῶτον εἰσέπλευσαν, γαληνοῦ ὑποφαινομένου τοῦ πελάγους, καὶ ὅσα πράγματα παρὰ τὸν πλοῦν ὅλον ὑπέμειναν ἢ διψῶντες ἢ ναυτιῶντες ἢ ὑπεραντλούμενοι τῇ ἅλμῃ, καὶ τέλος ὡς πρὸς πέτραν τινὰ ὕφαλον ἢ σκόπελον ἀπόκρημνον περιρρήξαντες τὸ δύστηνον σκαφίδιον ἄθλιοι κακῶς ἐξενήξαντο γυμνοὶ καὶ πάντων ἐνδεεῖς τῶν ἀναγκαίων· ἐν δὴ τούτοις καὶ τῇ τούτων διηγήσει ἐδόκουν μοι τὰ πολλὰ οὗτοι ὑπ' αἰσχύνης ἐπικρύπτεσθαι καὶ ἑκόντες εἶναι ἐπιλανθάνεσθαι αὐτῶν· ἀλλ' ἔγωγε κἀκεῖνα καὶ εἴ τιν' ἄλλα ἐκ τοῦ λόγου ξυντιθεὶς εὑρίσκω προσόντα ταῖς τοιαύταις ξυνουσίαις, οὐκ ὀκνήσω σοι πάντα, ὦ καλὲ Τιμόκλεις, διεξελθεῖν· δοκῶ γάρ μοι ἐκ πολλοῦ ἤδη κατανενοηκέναι σε τούτῳ τῷ βίῳ ἐπιβουλεύοντα.

3. Καὶ πρῶτόν γε, ὁπηνίκα περὶ τῶν τοιούτων ὁ λόγος ἐνέπεσεν, εἶτα ἐπῄνεσέ τις τῶν παρόντων τὴν τοι-

XVII.

DE MERCEDE CONDUCTIS POTENTIUM FAMILIARIBUS.

1. Et quid primum tibi, amice, aut quid ultimum, aiunt, enarrem illorum, quæ pati vel facere coguntur mercenarii familiares illi, quique censeri se in amicitiis beatorum istorum volunt, modo amicitiam nominare fas sit hanc illorum servitutem? Novi enim multa et fere pleraque eorum, quæ usu illis veniunt, non ego profecto ejusmodi aliquid expertus (neque enim necessarium mihi experimentum fuit, neque unquam, dii boni, fiat), sed multi eorum, qui in hanc vitam inciderant, apud me enunciarunt; alii in malo adhuc constituti, quum deflerent quam multa et qualia paterentur; alii vero, qui ex illo quasi carcere effugerant, quæ perpessi essent non sine jucunditate memorantes: sane enim lætabantur, quoties rationes ponerent quæ effugissent. Fide autem digniores hi erant, qui tota, ut ita loquar, mysteria exsecuti, ab initio ad finem omnia inspexissent. Non obiter itaque nec incuriose audiebam illos velut naufragium quoddam et insperatam ex illo salutem enarrantes; quales sunt quos ad templa videmus rasis capitibus, multi simul decumanos fluctus, et procellas, et promontoria, et jacturas, et malos fractos, et gubernacula revulsa persequentes: super omnia vero ut Dioscuri præsentes illuxerint (hi enim tragœdiæ hujus velut domestici sunt), aut alius aliquis ex machina deus in carchesio sederit, aut astiterit gubernaculo, et ad molle quoddam litus navem direxerit, quo delata ipsa quidem paullatim et otiose solveretur, ipsi vero gratia et benignitate numinis salvi discederent. Et illi quidem multa id genus, prout ipsis tum usus est, tragice declamant, ut a pluribus accipiant nimirum, si non calamitosi solum, sed diis etiam cari esse videantur.

2. At hi tempestates domesticas, fluctusque triplices, atque adeo quintuplices et hercle decemplices, si fas sit ita dicere, enarrant, et ut primum solverint, tranquillo ad speciem mari, et quos deinde labores per totam navigationem sustinuerint, vel siti, vel nausea, vel abundante ultra exhaurientium vires aqua salsa; et denique ut ad cæcum aliquem scopulum aut præruptam rupem, fracta infelici scapha, miseri ægre enataverint, nudi et rerum omnium necessariarum indigentes. Inter hæc sane et in harum rerum enarratione videbantur mihi multa illi præ pudore tegere, ac velle eorum oblivisci. At ego et illa, et si qua alia ex sermonibus illorum conjectura quadam componens, invenio adesse ejusmodi familiaritatibus, non gravabor tibi omnia, mi bone Timocles, enarrare: quippe diu est quum intellexisse mihi videor, hujus te vitæ ineundæ consilium agitare.

3. Et primum quidem, si quando sermo incideret de talibus, ac deinde laudaret præsentium aliquis vitam illam

αὐτὴν μισθοφορὰν τρισευδαίμονας εἶναι λέγων οἷς μετὰ τοῦ τοὺς φίλους ἔχειν τοὺς ἀρίστους Ῥωμαίων καὶ δειπνεῖν δεῖπνα πολυτελῆ καὶ ἀσύμβολα καὶ οἰκεῖν ἐν καλῷ καὶ ἀποδημεῖν μετὰ πάσης ῥᾳστώνης καὶ ἡδονῆς ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους, εἰ τύχοι, ἐξυπτιάζοντας, προσέτι καὶ μισθὸν τῆς φιλίας καὶ ὧν εὖ πάσχουσι τούτων λαμβάνειν οὐκ ὀλίγον ἐστίν· — ἀτεχνῶς γὰρ ἄσπορα καὶ ἀνήροτα τοῖς τοιούτοις τὰ πάντα φύεσθαι — ὁπότε οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἤκουες, ἑώρων ὅπως ἐκεχήνεις πρὸς αὐτὰ καὶ πάνυ σφόδρα πρὸς τὸ δέλεαρ ἀναπεπταμένον παρεῖχες τὸ στόμα. Ὡς οὖν τό γε ἡμέτερον εἰσαῦθίς ποτε ἀναίτιον ᾖ μηδὲ ἔχῃς λέγειν ὡς ὁρῶντές σε τηλικοῦτο μετὰ τῆς καρίδος ἄγκιστρον καταπίνοντα οὐκ ἐπελαβόμεθα οὐδὲ πρὶν ἐμπεσεῖν τῷ λαιμῷ περιεσπάσαμεν οὐδὲ προεδηλώσαμεν, ἀλλὰ περιμείναντες ἐξελκομένου καὶ ἐμπεπηγότος ἤδη συρόμενον καὶ πρὸς ἀνάγκην ἀγόμενον ὁρᾶν, ὅτ' οὐδὲν ὄφελος ἑστῶτες ἐπεδακρύομεν· ὅπως μὴ ταῦτα λέγῃς ποτὲ πάνυ εὔλογα, ἢν λέγηται, καὶ ἄφυκτα ἡμῖν, ὡς οὐκ ἀδικοῦμεν μὴ προμηνύσαντες, ἄκουσον ἐξ ἀρχῆς ἁπάντων καὶ τὸ δίκτυόν τε αὐτὸ καὶ τῶν κύρτων τὸ ἀδιέξοδον ἔκτοθεν ἐπὶ σχολῆς, ἀλλὰ μὴ ἔνδοθεν ἐκ τοῦ μυχοῦ προεπισκόπησον, καὶ τοῦ ἀγκίστρου δὲ τὸ ἀγκύλον καὶ τὴν ἐς τὸ ἔμπαλιν τοῦ σκόλοπος ἀναστροφὴν καὶ τῆς τριαίνης τὰς ἀκμὰς ἐς τὰς χεῖρας λαβὼν καὶ πρὸς τὴν γνάθον πεφυσημένην ἀποπειρώμενος ἢν μὴ πάνυ ὀξέα μηδὲ ἄφυκτα μηδὲ ἀνιαρὰ ἐν τοῖς τραύμασι φαίνηται βιαίως σπῶντα καὶ ἀμάχως ἀντιλαμβανόμενα, ἡμᾶς μὲν ἐν τοῖς δειλοῖς καὶ διὰ τοῦτο πεινῶσιν ἀνάγραφε, σεαυτὸν δὲ παρακαλέσας θαρρεῖν ἐπιχείρει τῇ ἄγρᾳ, εἰ θέλεις, καθάπερ ὁ λάρος ὅλον περιχανὼν τὸ δέλεαρ.

4. Ῥηθήσεται δὲ ὁ πᾶς λόγος τὸ μὲν ὅλον ἴσως διὰ σέ, πλὴν ἀλλ' οὔ γε περὶ τῶν φιλοσοφούντων ὑμῶν μόνον, οὐδ' ὁπόσοι σπουδαιοτέραν τὴν προαίρεσιν προείλοντο ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ καὶ περὶ γραμματιστῶν καὶ ῥητόρων καὶ μουσικῶν καὶ ὅλως τῶν ἐπὶ παιδείᾳ συνεῖναι καὶ μισθοφορεῖν ἀξιουμένων. Κοινῶν δὲ ὡς ἐπίπαν ὄντων καὶ ὁμοίων τῶν ξυμβαινόντων ἅπασι, δῆλον ὡς οὐκ ἐξαίρετα μέν, αἰσχίω δὲ τὰ αὐτὰ ὄντα γίγνεται τοῖς φιλοσοφοῦσιν, εἰ τῶν ὁμοίων τοῖς ἄλλοις ἀξιοῖντο καὶ μηδὲν αὐτοὺς σεμνότερον οἱ μισθοδόται ἄγοιεν. Ὅ τι δ' ἂν οὖν ὁ λόγος αὐτὸς ἐπιὼν ἐξευρίσκῃ, τούτου τὴν αἰτίαν μάλιστα μὲν οἱ ποιοῦντες αὐτοί, ἔπειτα δὲ οἱ ὑπομένοντες αὐτὰ δίκαιοι ἔχειν· ἐγὼ δὲ ἀναίτιος, εἰ μὴ ἀληθείας καὶ παρρησίας ἐπιτίμιόν τί ἐστι. Τοὺς μέντοι τοῦ ἄλλου πλήθους, οἷον γυμναστάς τινας ἢ κόλακας, ἰδιώτας καὶ μικροὺς τὰς γνώμας καὶ ταπεινοὺς αὐτόθεν ἀνθρώπους, οὔτε ἀποτρέπειν ἄξιον τῶν τοιούτων ξυνουσιῶν — οὐδὲ γὰρ ἂν πεισθεῖεν — οὔτε μὴν αἰτιᾶσθαι καλῶς ἔχει μὴ ἀπολειπομένους τῶν μισθοδοτῶν, εἰ καὶ πάνυ πολλὰ ὑβρίζοιντο ὑπ' αὐτῶν — ἐπιτήδειοι γὰρ καὶ οὐκ ἀνάξιοι τῆς τοιαύτης διατριβῆς — ἄλλως τε οὐδὲ σχοῖεν ἄν τι ἄλλο πρὸς ὅ τι χρὴ ἀποκλίναντας αὐτοὺς παρέχειν αὑτοὺς ἐνεργούς, ἀλλ' ἤν τις

mercenariam, ter eos beatos prædicans, quibus cum eo, quod amicos haberent Romanorum nobilissimos, et cœnarent nihil ipsi conferentes cœnas sumtuosissimas, et pulchre habitarent, et peregrinarentur commodissime jucundissimeque, resupini, si res ita ferret, in curru equis albis juncto; mercedem insuper amicitiæ et perceptarum, quas dixi, commoditatum non exiguam capere contigisset; hos enim plane esse quibus nec serentibus neque colentibus nascerentur omnia: quoties igitur hæc et his similia audires, videbam te hiare ad illa, et patens ad escam os cupide præbere. Ut igitur ego in posterum culpa sim vacuus, neque dicere possis nos, licet viderimus te talem cum carica hamum glutire, manum tibi non injecisse, neque prius, quam immergeretur gutturi, retraxisse, neque ante indicasse adeo, sed exspectasse dum videremus te reducto et fixo firmiter jam trahi et necessitate duci, et jam, quum nihil tibi ea res prosit, stantes illacrimari; ne, inquam, talia dicas aliquando, rationabilia omnino, si dicantur, et ad quæ causam dicere non possimus, quin videamur injurii in te illo silentio nostro fuisse : audi nunc a principio omnia, et rete ipsum et nassam, ut exitum non habeat, otiose extra illam constitutus, non intus ex recessu, ante considera; et hami aduncitatem, ipsumque flexum retro aculeum, et tridentis acumina in manus sumens et ad inflatam buccam tentans, nisi valde acuta, nisi inevitabilia, nisi ipso vulnere molestissima intelligas, trahentia violente et invicte contra urgentia, nos quidem in meticulosis, et ob id ipsum esurientibus ascribe; ipse vero animo confirmato venatum aggredere, si volueris, et lari more totam escam hiatu complectere.

4. Habebitur autem omnis oratio in universum quidem tua forte causa; verum non de vobis solum philosophantibus, aut his qui serium et grave vitæ genus amplexi sunt, sed de grammaticis etiam, et rhetoribus, et musicis, omnibusque adeo, qui ut sint doctrinæ causa familiares et ejus rei mercedem ferant digni habentur. Quum vero communia ut plurimum sint et similia quæ usu veniunt omnibus, manifestum est non eximia quidem esse ista, sed eo turpiora, quatenus eadem eveniunt philosophis, si ipsi iisdem quibus alii omnes digni putentur, et illi conductores nulla parte honestius ipsos tractent. Quicquid autem progressus orationis hujus deprehenderit, eorum causam maxime quidem ipsi qui faciunt, deinde vero etiam qui ea patiuntur, sustinent merito : ego vero innocens, nisi veritatis et libertatis pœna est. Ac reliquam quidem turbam, ut exercitores quosdam aut adulatores, idiotas et parvo animo humilesque suo ingenio homunciones, neque operæ pretium est ab ejusmodi familiaritatibus deterrere: neque enim obsequantur : quin ne reprehendi quidem eos decet, si non discedant a suis conductoribus quantacumque ab illis contumelia affecti (idonei enim neque indigni sunt ea consuetudine), et alioquin neque habeant ad quod animum appellentes, operosos se demonstrent; sed si quis hoc illis auferat, ilicet

αὐτῶν ἀφέλῃ τοῦτο, ἄτεχνοι αὐτίκα καὶ ἀργοὶ καὶ περιττοί εἰσιν. Οὐδὲν οὖν οὔτ' αὐτοὶ δεινὸν πάσχοιεν ἂν οὔτ' ἐκεῖνοι ὑβρισταὶ δοκοῖεν ἐς τὴν ἀμίδα, φασίν, ἐνουροῦντες· ἐπὶ γάρ τοι τὴν ὕβριν ταύτην ἐξ ἀρχῆς παρέρχονται ἐς τὰς οἰκίας, καὶ ἡ τέχνη φέρειν καὶ ἀνέχεσθαι τὰ γιγνόμενα. Περὶ δὲ ὧν προεῖπον τῶν πεπαιδευμένων ἄξιον ἀγανακτεῖν καὶ πειρᾶσθαι ὡς ἔνι μάλιστα μετάγειν αὐτοὺς καὶ πρὸς ἐλευθερίαν ἀφαιρεῖσθαι.

5. Δοκῶ δέ μοι καλῶς ἂν ποιῆσαι, εἰ τὰς αἰτίας, ἀφ' ὧν ἐπὶ τὸν τοιοῦτον βίον ἀφικνοῦνταί τινες, προεξετάσας δείξαιμι οὐ πάνυ βιαίους οὐδ' ἀναγκαίας· οὕτω γὰρ ἂν αὐτοῖς ἡ ἀπολογία προαναιροῖτο καὶ πρώτη ὑπόθεσις τῆς ἐθελοδουλείας. Οἱ μὲν δὴ πολλοὶ τὴν πενίαν καὶ τὴν τῶν ἀναγκαίων χρείαν προθέμενοι ἱκανὸν τοῦτο προκάλυμμα οἴονται προβεβλῆσθαι τῆς πρὸς τὸν βίον τοῦτον αὐτομολίας, καὶ ἀποχρῆν αὐτοῖς νομίζουσιν εἰ λέγοιεν ὡς ξυγγνώμης ἄξιον ποιοῦσι τὸ χαλεπώτατον τῶν ἐν τῷ βίῳ τὴν πενίαν διαφυγεῖν ζητοῦντες· εἶτα ὁ Θέογνις πρόχειρος καὶ πολὺ τό,

πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος,

καὶ ὅσα ἄλλα δείματα ὑπὲρ τῆς πενίας οἱ ἀγεννέστατοι τῶν ποιητῶν ἐξενηνόχασιν. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἑώρων αὐτοὺς φυγήν τινα ὡς ἀληθῶς τῆς πενίας εὑρισκομένους ἐκ τῶν τοιούτων ξυνουσιῶν, οὐκ ἂν ὑπὲρ τῆς ἄγαν ἐλευθερίας ἐμικρολογούμην πρὸς αὐτούς· ἐπεὶ δὲ — ὡς ὁ καλός που ῥήτωρ ἔφη — τοῖς τῶν νοσούντων σιτίοις ἐοικότα λαμβάνουσι, τίς ἔτι μηχανὴ μὴ οὐχὶ καὶ πρὸς τοῦτο κακῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖν αὐτοὺς ἀεὶ μενούσης ὁμοίας αὐτοῖς τῆς ὑποθέσεως τοῦ βίου; πενία γὰρ εἰσαεὶ καὶ τὸ λαμβάνειν ἀναγκαῖον καὶ ἀπόθετον οὐδὲν οὐδὲ περιττὸν ἐς φυλακήν, ἀλλὰ τὸ δοθέν, κἂν δοθῇ, κἂν ἀθρόως ληφθῇ, πᾶν ἀκριβῶς καὶ τῆς χρείας ἐνδεῶς καταναλίσκεται. Καλῶς δὲ εἶχε μὴ τοιαύτας τινὰς ἀφορμὰς ἐπινοεῖν, αἳ τὴν πενίαν τηροῦσι παραβοηθοῦσαι μόνον αὐτῇ, ἀλλ' αἳ τέλεον ἐξαιρήσουσι, καὶ ὑπέρ γε τοῦ τοιούτου καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον ἴσως ῥιπτεῖν ἔδει, ὦ Θέογνι, καὶ πετρῶν, ὡς φῄς, κατ' ἠλιβάτων. Εἰ δέ τις ἀεὶ πένης καὶ ἐνδεὴς καὶ ὑπόμισθος ὢν οἴεται πενίαν αὐτῷ τούτῳ διαπεφευγέναι, οὐκ οἶδα πῶς ὁ τοιοῦτος οὐκ ἂν δόξειεν ἑαυτὸν ἐξαπατᾶν.

6. Ἄλλοι δὲ πενίαν μὲν αὐτὴν οὐκ ἂν φοβηθῆναι οὐδὲ καταπλαγῆναί φασιν, εἰ ἠδύναντο τοῖς ἄλλοις ὁμοίως πονοῦντες ἐκπορίζειν τὰ ἄλφιτα, νῦν δὲ — πεπονηκέναι γὰρ αὐτοῖς τὰ σώματα ἢ ὑπὸ γήρως ἢ ὑπὸ νόσων — ἐπὶ τήνδε ῥᾴστην οὖσαν τὴν μισθοφορὰν ἀπηντηκέναι. Φέρ' οὖν ἴδωμεν εἰ ἀληθῆ λέγουσι καὶ ἐκ τοῦ ῥᾴστου μὴ πολλὰ μηδὲ πλείω τῶν ἄλλων πονοῦσι περιγίγνεται αὐτοῖς τὰ διδόμενα· εὐχῇ γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτά γε, μὴ πονήσαντα μηδὲ καμόντα ἕτοιμον ἀργύριον λαβεῖν. Τὸ δέ ἐστι καὶ ῥηθῆναι κατ' ἀξίαν ἀδύνατον· τοσαῦτα πονοῦσι καὶ κάμνουσιν ἐν ταῖς συνουσίαις ὥστε πλείονος ἐνταῦθα καὶ ἐπὶ τοῦτο μάλιστα τῆς ὑγιείας δεῖσθαι, μυρίων ὄντων ὁσημέραι τῶν ἐπιτριβόν-

inertes sunt, otiosi, superflui. Neque igitur indigna his accidere, neque illos alteros contumeliosos esse putaverim, si in matulam, quod aiunt, immingant: hujus enim contumeliæ causa a principio domos isti intrant, hæc professio istorum est, ferre quæ fiunt et perpeti. Horum vero, quos dixi, eruditorum hominum causa indignari æquum est, et tentare, quantum ejus potest fieri, reducine possint et erepti dominis suis ad libertatem revocari.

5. Videor autem commode facturus, si perpensis antea causis, quibus ad hoc vitæ genus induci quidam se patiuntur, ostendam non valide urgentes esse neque necessarias. Ita enim præcidatur illis causa quam possint dicere, et primum voluntariæ servitutis argumentum. Plerique igitur paupertatem et necessariarum rerum indigentiam causati, illud putant idoneum velum prætendisse sui ad hanc vitam transfugii, ac sufficere sibi putant si dixerint venia se dignum facere, qui molestissimam rerum in vita omnium, paupertatem, effugere studeant. Tum Theognis in promtu est, et frequens illud,

Quisquis enim dira vir paupertate subactus,

et quæcumque terriculamenta de paupertate ignavissimi quique poetarum extulere. Ego vero si quidem viderem illos fugam aliquam paupertatis revera talibus in convictibus invenire, minutam cum illis de nimia libertate disputationem non occiperem. At quoniam, ut præclarus alicubi orator ait, cibis ægrotorum similia accipiunt, quomodo efficient ut non et hac parte male sibi consuluisse videantur, eodem illis vitæ tenore semper manente? Paupertas enim semper illos comitatur, accipere semper necesse habent, nihil est quod reponant aut tanquam superfluum in præsentia custodiant; sed quod datur, si quid detur, si vel crebro accipiatur, ad assem omne et in præsentem necessitatem haud sufficiens impenditur. At præstiterat eas excogitasse rationes, non quæ servent paupertatem, modice modo sublevatam interim, sed quæ tollant penitus: Et hujus quidem rei causa in pontum forte cetis horribilem projicere se, Theogni, fas fuerit, rupe vel aeria, quod ais, se dare præcipitem. Si quis vero semper inops, indigus et mercenarius quum sit, ea ipsa re paupertatem se putat effugisse: nescio qui talis non ipse sibi videatur imponere.

6. Alii rursus paupertatem ipsam a se metui negant neque reformidari, si possint eodem quo alii modo laborantes victum parare. Jam vero affecto sibi, aiunt, vel senectute vel morbis corpore, ad hanc se facillimam mercenariæ vitæ rationem delatos. Age igitur videamus, utrum vera prædicent, et an ex facili adeo redeant illis ea quæ dantur, non multum, non plus quam alii laborantibus: voto enim sane simile fuerit, sine labore aliquem, sine molestia, præsentem pecuniam accipere. Sed quam contra omnia se habeant neque dici, prout res postulat, potest: tot labores sustinent, tot molestias in illis familiaritatibus, ut firmiore hic vel ad hoc ipsum valetudine opus sit, quum sexcenta sint quæ corpus atterant quotidie, et ad ultimam

των τὸ σῶμα καὶ πρὸς ἐσχάτην ἀπόγνωσιν καταπονούντων. Λέξομεν δὲ αὐτὰ ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ, ἐπειδὰν καὶ τὰς ἄλλας αὐτῶν δυσχερείας διεξίωμεν· τὸ δὲ νῦν εἶναι ἱκανὸν ἦν ἀποδεῖξαι ὡς οὐδ᾽ οἱ διὰ ταύτην λέγοντες αὐτοὺς ἀποδίδοσθαι τὴν πρόφασιν ἀληθεύοιεν ἄν.

7. Λοιπὸν δὴ καὶ ἀληθέστατον μέν, ἥκιστα δὲ πρὸς αὐτῶν λεγόμενον, ἡδονῆς ἕνεκα καὶ τῶν πολλῶν καὶ ἀθρόων ἐλπίδων ἐσπηδᾶν αὐτοὺς ἐς τὰς οἰκίας καταπλαγέντας μὲν τὸ πλῆθος τοῦ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου, εὐδαιμονήσαντας δὲ ἐπὶ τοῖς δείπνοις καὶ τῇ ἄλλῃ τρυφῇ, ἐλπίσαντας δὲ ὅσον αὐτίκα χανδὸν οὐδενὸς ἐπιστομίζοντος πίεσθαι τοῦ χρυσίου. Ταῦτα ὑπάγει αὐτοὺς καὶ δούλους ἀντ᾽ ἐλευθέρων τίθησιν, οὐχ ἡ τῶν ἀναγκαίων χρεία, ἣν ἔφασκον, ἀλλ᾽ ἡ τῶν οὐχ ἀναγκαίων ἐπιθυμία καὶ ὁ τῶν πολλῶν καὶ πολυτελῶν ἐκείνων ζῆλος. Τοιγαροῦν ὥσπερ δυσέρωτας αὐτοὺς καὶ κακοδαίμονας ἐραστὰς ἔντεχνοί τινες καὶ τρίβωνες ἐρώμενοι παραλαβόντες ὑπεροπτικῶς περιέπουσιν, ὅπως ἀεὶ ἐρασθήσονται αὐτῶν θεραπεύοντες, ἀπολαῦσαι δὲ τῶν παιδικῶν ἀλλ᾽ οὐδὲ μέχρι φιλήματος ἄκρου μεταδιδόντες· ἴσασι γὰρ ἐν τῷ τυχεῖν τὴν διάλυσιν τοῦ ἔρωτος γενησομένην. Ταύτην οὖν ἀποκλείουσι καὶ ζηλοτύπως φυλάττουσι· τὰ δ᾽ ἄλλα ἐπ᾽ ἐλπίδος ἀεὶ τὸν ἐραστὴν ἔχουσι· δεδίασι γὰρ μὴ αὐτὸν ἡ ἀπόγνωσις ἀπαγάγῃ τῆς ἄγαν ἐπιθυμίας καὶ ἀνέραστος αὐτοῖς γένηται· προσμειδιῶσιν οὖν καὶ ὑπισχνοῦνται ὡς ἀεὶ ποιήσουσι καὶ χαριοῦνται καὶ ἐπιμελήσονταί ποτε αὐτῶν πολυτελῶς. Εἶτ᾽ ἔλαθον ἄμφω γηράσαντες, ἔξωροι γενόμενοι καὶ οὗτος τοῦ ἐρᾶν κἀκεῖνος τοῦ μεταδιδόναι. Πέπρακται δ᾽ οὖν αὐτοῖς οὐδὲν ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ πέρα τῆς ἐλπίδος.

8. Τὸ μὲν δὴ δι᾽ ἡδονῆς ἐπιθυμίαν ἅπαντα ὑπομένειν οὐ πάνυ ἴσως ὑπαίτιον, ἀλλὰ συγγνώμη, εἴ τις ἡδονῇ χαίρει καὶ ταύτην ἐξ ἅπαντος θεραπεύει, ὅπως μεθέξει αὐτῆς. Καίτοι αἰσχρὸν ἴσως καὶ ἀνδραποδῶδες ἀποδόσθαι διὰ ταύτην ἑαυτόν· πολὺ γὰρ ἡδίων ἡ ἐκ τῆς ἐλευθερίας ἡδονή. Ὅμως δ᾽ οὖν ἐχέτω τινὰ συγγνώμην αὐτοῖς, εἰ ἐπιτυγχάνοιτο· τὸ δὲ δι᾽ ἡδονῆς ἐλπίδα μόνον πολλὰς ἀηδίας ὑπομένειν, γελοῖον οἶμαι καὶ ἀνόητον, καὶ ταῦθ᾽ ὁρῶντας ὡς οἱ μὲν πόνοι σαφεῖς καὶ πρόδηλοι καὶ ἀναγκαῖοι, τὸ δὲ ἐλπιζόμενον ἐκεῖνο, ὁτιδήποτέ ἐστι τὸ ἡδύ, οὔτε ἐγένετό πω τοσούτου χρόνου, προσέτι δὲ οὐδὲ γενήσεσθαι ἔοικεν, εἴ τις ἐκ τῆς ἀληθείας λογίζοιτο. Οἱ μέν γε τοῦ Ὀδυσσέως ἑταῖροι γλυκύν τινα τὸν λωτὸν ἐσθίοντες ἠμέλουν τῶν ἄλλων καὶ πρὸς τὸ παρὸν ἡδὺ τῶν καλῶς ἐχόντων κατεφρόνουν· ὥστε οὐ πάντη ἄλογος αὐτῶν ἡ λήθη τοῦ καλοῦ, πρὸς τὸ ἡδὺ ἐκεῖνο τῆς ψυχῆς διατριβούσης. Τὸ δὲ λιμῷ ξυνόντα παρεστῶτα ἄλλῳ τοῦ λωτοῦ ἐμφορουμένῳ μηδὲν μεταδιδόντι ὑπ᾽ ἐλπίδος μόνης τοῦ κἂν αὐτὸν παραγεύσασθαί ποτε δεδέσθαι τῶν καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐχόντων ἐπιλελησμένον, Ἡράκλεις, ὡς καταγέλαστον καὶ πληγῶν τινων Ὁμηρικῶν ὡς ἀληθῶς δεόμενον.

9. Τὰ μὲν τοίνυν πρὸς τὰς ξυνουσίας αὐτοὺς ἄγοντα

desperationem fatigent. Dicemus autem suo illa tempore, quum etiam reliquas istorum molestias enarrabimus : in præsentia satis fuit ostendisse, ne eos quidem verum dicere qui hac de causa se ipsos vendere prædicant.

7. Relinquitur, id quod verissimum est, minime vero omnium ab illis dicitur, voluptatis causa illos et multas propter spes, easque luculentas, in domos alienas insilire, attonitos multitudine auri atque argenti, felicitatem ponentes in cœnis ceterisque deliciis, sperantes tantum non statim plenis faucibus, nemine obturante, aurum esse devoraturos. Hæc abducunt illos et ex liberis servos faciunt : non indigentia rerum necessariarum, quam dicebant modo, sed non necessariarum cupiditas, et multarum illarum atque pretii magni rerum affectatio. Itaque istos, tanquam invenustos et infelices amatores, quum nacti sunt astuti et veteratores amasii, superbe tractant, atque in tantum modo colunt, uti semper ab iis amentur, frui autem amoribus suis ne ad osculum quidem extimum permittunt, qui norint in fructu ipso solutionem amoris eventuram. Hanc igitur excludunt et summo cavent studio. Ceterum spe semper amatorem sustentant : quippe metuunt, ne desperatio illum a nimia cupiditate abducat, atque ita amare ipsos desinat. Arrident igitur, et pollicentur se quavis oblata occasione facturos et præbituros, et curam olim ipsorum acturos splendidum in modum. Inter hæc ambobus non sentientibus anni obrepunt, ut jam intempestivum sit, amare alterum, alterum præbere. Tota itaque vita nihil iis ultra spem effectum est.

8. Ac propter cupiditatem voluptatis sustinere omnia, non omnino forte reprehendendum fuerit; sed venia indulgenda, si quis voluptate gaudeat, et undique illam persequatur, ut particeps illius fiat : quanquam illud tamen forte turpe ac servile, ipsum se propter eam vendere; multo enim major ea quæ ex libertate contingit voluptas est : veruntamen veniam aliquam habeat, ea si potiatur. At enim propter solam spem voluptatis insuavia ita multa sustinere, ridiculum et amens esse arbitror, idque quum videant, labores quidem manifestos esse et apertos et necessarios, speratum autem illud, quidquid demum sit suave, neque contigisse unquam tanto tempore, neque adeo, si quis recte rationem putet, ut contingat, futurum videri. Ac socii quidem Ulyssis, dulci illo loto gustato, neglexerunt reliqua, et præ eo, quod in præsentia suave videretur, honesta et pulchra neglexerunt : igitur non omnino absurda erat illorum oblivio honesti, animo in suavitate illa occupato. Verum esse aliquem qui famis ipse sodalis astet alii loto se ingurgitanti neque impertienti quicquam, hac sola spe vinctus, fore ut sibi etiam aliquando degustandus detur; atque interim bona et recta obliviscatur : illud mehercules risu dignum et Homericis plagis vere indigens.

9. Quæ igitur ad hos convictus istos agunt, et propter

καὶ ἀφ' ὧν αὑτοὺς φέροντες ἐπιτρέπουσι τοῖς πλουσίοις χρῆσθαι πρὸς ὅ τι ἂν ἐθέλωσι, ταῦτά ἐστιν ἢ ὅτι ἐγγύτατα τούτων, πλὴν εἰ μὴ κἀκείνων τις μεμνῆσθαι ἀξιώσειε τῶν καὶ μόνῃ τῇ δόξῃ ἐπαιρομένων τοῦ ξυνεῖναι εὐπατρίδαις τε καὶ εὐπαρύφοις ἀνδράσιν· εἰσὶ γὰρ οἳ καὶ τοῦτο περίβλεπτον καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς νομίζουσιν, ὡς ἔγωγε τοὐμὸν ἴδιον οὐδὲ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ αὐτὸ μόνον συνεῖναι καὶ συνὼν ὁρᾶσθαι μηδὲν χρηστὸν ἀπολαύων τῆς ξυνουσίας δεξαίμην ἄν.

10. Τοιαύτης δὲ αὐτοῖς τῆς ὑποθέσεως οὔσης, φέρε ἤδη πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπισκοπήσωμεν οἷα μὲν πρὸ τοῦ εἰσδεχθῆναι καὶ τυχεῖν ὑπομένουσιν, οἷα δ' ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες πάσχουσιν, ἐπὶ πᾶσι δὲ ἥτις αὐτοῖς ἡ καταστροφὴ τοῦ δράματος γίγνεται· οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνό γε εἰπεῖν ἐστιν, ὡς εἰ καὶ πονηρὰ ταῦτα, εὔληπτα γοῦν καὶ οὐ πολλοῦ δεήσει τοῦ πόνου, ἀλλὰ θελῆσαι δεῖ μόνον, εἶτά σοι πέπρακται τὸ πᾶν εὐμαρῶς· ἀλλὰ πολλῆς μὲν τῆς διαδρομῆς, συνεχοῦς δὲ τῆς θυραυλίας, ἕωθέν τε ἐξανιστάμενον περιμένειν ὠθούμενον καὶ ἀποκλειόμενον καὶ ἀναίσχυντον ἐνίοτε καὶ ὀχληρὸν δοκοῦντα ὑπὸ θυρωρῷ κακῶς Συρίζοντι καὶ ὀνομακλήτορι Λιβυκῷ ταττόμενον καὶ μισθὸν τελοῦντα τῆς μνήμης τοῦ ὀνόματος· καὶ μὴν καὶ ἐσθῆτος ὑπὲρ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν ἐπιμεληθῆναι χρὴ πρὸς τὸ τοῦ θεραπευομένου ἀξίωμα καὶ χρώματα αἱρεῖσθαι, οἷς ἂν ἐκεῖνος ἥδηται, ὡς μὴ ἀπᾴδῃς μηδὲ προσκρούῃς βλεπόμενος, καὶ φιλοπόνως ἕπεσθαι, μᾶλλον δὲ ἡγεῖσθαι ὑπὸ τῶν οἰκετῶν προωθούμενον καὶ ὥσπερ τινὰ πομπὴν ἀναπληροῦντα. Ὁ δὲ οὐδὲ προσβλέπει πολλῶν ἑξῆς ἡμερῶν.

11. Ἢν δέ ποτε καὶ τὰ ἄριστα πράξῃς, καὶ ἴδῃ σε καὶ προσκαλέσας ἔρηταί τι ὧν ἂν τύχῃ, τότε δὴ τότε πολὺς μὲν ὁ ἱδρώς, ἀθρόος δὲ ὁ ἴλιγγος καὶ τρόμος ἄκαιρος καὶ γέλως τῶν παρόντων ἐπὶ τῇ ἀπορίᾳ· καὶ πολλάκις ἀποκρίνασθαι δέον, τίς ἦν ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀχαιῶν, ὅτι χίλιαι νῆες ἦσαν αὐτοῖς, λέγεις. Τοῦτο οἱ μὲν χρηστοὶ αἰδῶ ἐκάλεσαν, οἱ δὲ τολμηροὶ δειλίαν, οἱ δὲ κακοήθεις ἀπαιδευσίαν. Σὺ δ' οὖν ἐπισφαλεστάτης πειραθεὶς τῆς πρώτης φιλοφροσύνης ἀπῆλθες καταδικάσας σεαυτοῦ πολλὴν τὴν ἀπόγνωσιν. Ἐπειδὰν δὲ

πολλὰς μὲν ἀύπνους νύκτας ἰαύσῃς
ἤματα δ' αἱματόεντα

διαγάγῃς, οὐ μὰ Δία τῆς Ἑλένης ἕνεκα οὐδὲ τῶν Πριάμου Περγάμων, ἀλλὰ τῶν ἐλπιζομένων πέντε ὀβολῶν, τύχης δὲ καὶ τραγικοῦ τινος θεοῦ συνιστάντος, ἐξέτασις τοὐντεῦθεν εἰ οἶσθα τὰ μαθήματα· καὶ τῷ μὲν πλουσίῳ ἡ διατριβὴ οὐκ ἀηδὴς ἐπαινουμένῳ καὶ εὐδαιμονιζομένῳ, σοὶ δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἀγὼν καὶ ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ βίου τότε προκεῖσθαι δοκεῖ· ὑπεισέρχεται γὰρ εἰκότως τὸ μηδ' ὑπ' ἄλλου ἂν καταδεχθῆναι πρὸς τοῦ προτέρου ἀποβληθέντα καὶ δόξαντα εἶναι ἀδόκιμον. Ἀνάγκη τοίνυν ἐς μυρία διαιρεθῆναι τότε τοῖς μὲν ἀντεξεταζομένοις φθονοῦντα — τίθει γὰρ καὶ ἄλλους εἶναι τῶν αὐτῶν ἀντιποιουμένους — αὐτὸν δὲ πάντα ἐνδεῶς εἰρη-

quæ divitibus alacriter se præbent, ut ipsis pro arbitrio abutantur, hæc sunt, aut his fere proxima: nisi forte illorum etiam mentionem injecisse aliquis velit, qui gloria sola efferuntur versandi cum generosis viris et prætextatis. Sunt enim qui hoc etiam illustre quiddam et vulgo superius putent, quum equidem, quod me privatim attinet, ne cum magno quidem Rege esse velim et in convictu eo conspici, si hoc per se solum sit, neque aliud quicquam boni ex illa consuetudine ad me redeat.

10. Hoc igitur quum rationis suæ argumentum et quasi fundamentum habeant, age jam inter nos videamus primo, quæ illi sustineant, priusquam admittantur et voti fiant compotes; quæ deinde, quum ibi sunt, illis eveniant; post omnia vero qualis ipsis exitus fiat fabulæ. Neque enim hoc dicere licet, vilia quidem ista esse, sed ob id ipsum facilia ad adipiscendum, neque multo labore opus habere; sed modo opus esse ut velis, dein reliqua facile perfecta omnia: quin multo discursu opus est, et multis ad januam excubiis. Mane surgendum, exspectandum deinde est ac durandum, si impellaris interea et excludaris, et impudens nonnunquam molestusque videaris, sub imperio quasi janitoris Syrum male sermonem admiscentis, aut nomenclatoris Libyci constitutus, quibus mercedem solvas etiam oportet, quod nomen tuum meminere. Quin etiam vestium curam majorem quam pro facultatibus suscipere oportet, ad dignitatem nempe ejus quem colas, et colores eligere quibus ille delectetur, ne discrepes ab illo, neu offendas si forte te videat; tum studiose illum assectari, vel præcedere potius impulsum a servis, et quandam quasi pompam vero implere. Ille multis deinceps diebus ne aspicit quidem te.

11. Si vero aliquando felicissimus sis, et videat te, et ad se vocatum rogaverit fortuitorum quiddam: tum sane sudor multus, et crebra vertigo, et tremor intempestivus, et risus præsentium de æstu tuo: et sæpe quum respondendum sit, quis Achivorum rex fuerit, respondes, mille illis naves fuisse. Hoc boni quidem viri pudorem appellant, audaces vero timiditatem, et maligni, inscitiam: tu vero primam tibi humanitatem periculosissimam expertus, discedis tuam ipse damnans meticulosam diffidentiam. Quum vero

multæ inde tibi noctes sine munere somni,
sanguineique dies

transierunt, non Helenæ sane causa, aut Pergamorum Priami, sed quinque quos speras obolorum, et jam tragicus tibi deus aliquis obvenerit, qui te commendet; examen inde instituitur, an literas noveris. Ac diviti quidem illa non insuavis exercitatio, qui laudetur tum et felicitatis nomine prædicetur; tibi vero certamen de ipsa anima et vita universa videtur esse propositum. Nec immerito enim subit, nec ab alio receptum te iri, rejectus a priore aliquo et reprobatus si fueris. Necesse igitur est in sexcentas tum partes animum distrahi, qui invideas his qui tecum simul examinantur (pone enim alios esse eadem quæ tu appetentes), te ipsum vero tenuiter nimis dixisse omnia

κέναι νομίζοντα, φοβούμενον δὲ καὶ ἐλπίζοντα καὶ πρὸς τὸ ἐκείνου πρόσωπον ἀτενίζοντα καὶ εἰ μὲν ἐκφαυλίζοι τι τῶν λεγομένων, ἀπολλύμενον, εἰ δὲ μειδιῶν ἀκούοι, γεγηθότα καὶ εὔελπιν καθιστάμενον.

12. Εἰκὸς δὲ πολλοὺς εἶναι τοὺς ἐναντία σοι φρονοῦντας καὶ ἄλλους ἀντὶ σοῦ τιθεμένους, ὧν ἕκαστος ὥσπερ ἐκ λόχου τοξεύων λέληθεν. Εἶτ' ἐννόησον ἄνδρα ἐν βαθεῖ πώγωνι καὶ πολιᾷ τῇ κόμῃ ἐξεταζόμενον, εἴ τι οἶδεν ὠφέλιμον, καὶ τοῖς μὲν δοκοῦντα εἰδέναι, τοῖς δὲ μή. Μέσος ἐν τοσούτῳ χρόνος, καὶ πολυπραγμονεῖταί σου ἅπας ὁ παρεληλυθὼς βίος, κἂν μέν τις ἢ πολίτης ὑπὸ φθόνου ἢ γείτων ἔκ τινος εὐτελοῦς αἰτίας προσκεκρουκὼς ἀνακρινόμενος εἴπῃ μοιχὸν ἢ παιδεραστήν, τοῦτ' ἐκεῖνο, ἐκ τῶν Διὸς δέλτων ὁ μάρτυς, ἢν δὲ πάντες ἅμα ἑξῆς ἐπαινῶσιν, ὕποπτοι καὶ ἀμφίβολοι καὶ δεδεκασμένοι. Χρὴ τοίνυν πολλὰ εὐτυχῆσαι καὶ μηδὲν ὅλως ἐναντιωθῆναι· μόνως γὰρ ἂν οὕτω κρατήσειας. Εἶεν, καὶ δὴ ηὐτύχηταί σοι πάντα τῆς εὐχῆς μειζόνως· αὐτός τε γὰρ ἐπῄνεσε τοὺς λόγους καὶ τῶν φίλων οἱ ἐντιμότατοι καὶ οἷς μάλιστα πιστεύει τὰ τοιαῦτα οὐκ ἀπέτρεψαν· ἔτι δὲ καὶ ἡ γυνὴ βούλεται, οὐκ ἀντιλέγει δὲ οὔτε ὁ ἐπίτροπος οὔτε ὁ οἰκονόμος· οὐδέ τις ἐμέμψατό σου τὸν βίον, ἀλλὰ πάντα ἵλεω καὶ πανταχόθεν αἴσια τὰ ἱερά.

13. Κεκράτηκας οὖν, ὦ μακάριε, καὶ ἔστεψαι τὰ Ὀλύμπια, μᾶλλον δὲ Βαβυλῶνα εἴληφας ἢ τὴν Σάρδεων ἀκρόπολιν καθῄρηκας καὶ ἕξεις τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. Δεῖ δή σοι ἀντὶ τῶν τοσούτων πόνων μέγιστα ἡλίκα γενέσθαι τἀγαθά, ἵνα μὴ φύλλινος μόνον ὁ στέφανος ᾖ, καὶ τόν τε μισθὸν οὐκ εὐκαταφρόνητον ὁρισθῆναι καὶ τοῦτον ἐν καιρῷ τῆς χρείας ἀπραγμόνως ἀποδίδοσθαι καὶ τὴν ἄλλην τιμὴν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ὑπάρχειν, πόνων δὲ ἐκείνων καὶ πηλοῦ καὶ δρόμων καὶ ἀγρυπνιῶν ἀναπεπαῦσθαι, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τῆς εὐχῆς, ἀποτείναντα τὼ πόδε καθεύδειν μόνα ἐκεῖνα πράττοντα ὧν ἕνεκα τὴν ἀρχὴν παρελήφθης καὶ ὧν ἔμμισθος εἶ. Ἐχρῆν μὲν οὕτως, ὦ Τιμόκλεις, καὶ οὐδὲν ἂν ἦν μέγα κακὸν, ὑποκύψαντα φέρειν τὸν ζυγὸν ἐλαφρόν τε καὶ εὔφορον καὶ τὸ μέγιστον, ἐπίχρυσον ὄντα. Ἀλλὰ πολλοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς δεῖ· μυρία γάρ ἐστιν ἀφόρητα ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ ἐν αὐταῖς ἤδη ταῖς συνουσίαις γιγνόμενα. Σκέψαι δ' αὐτὸς ἑξῆς ἀκούων εἴ τις ἂν αὐτὰ ὑπομεῖναι δύναιτο παιδείᾳ κἂν ἐπ' ἐλάχιστον ὡμιληκώς.

14. Ἄρξομαι δ' ἀπὸ τοῦ πρώτου δείπνου, ἣν δοκῇ, ὅ σε εἰκὸς δειπνήσειν τὰ προτέλεια τῆς μελλούσης ξυνουσίας. Εὐθὺς οὖν πρόσεισι παραγγέλλων τις ἥκειν ἐπὶ τὸ δεῖπνον, οὐκ ἀνομίλητος οἰκέτης, ὃν χρὴ πρῶτον ἵλεων ποιήσασθαι, παραβύσαντα ἐς τὴν χεῖρα, ὡς μὴ ἀδέξιος εἶναι δοκῇς, τοὐλάχιστον πέντε δραχμάς· ὁ δὲ ἀκκισάμενος καὶ, ἄπαγε, παρὰ σοῦ δὲ ἐγώ; καὶ, Ἡράκλεις μὴ γένοιτο, ὑπειπὼν τέλος ἐπείσθη, καὶ ἄπεισί σοι πλατὺ ἐγχανών· σὺ δ' ἐσθῆτα καθαρὰν προχειρισάμενος καὶ σεαυτὸν ὡς κοσμιώτατα σχηματίσας λου-

arbitreris; porro metuas et speres, et ipsius in vultu oculos defigas, ita ut si eorum quæ dicis ipse respuere quid videatur, perisse te putes; si vero cum subrisu audiat, gaudeas et bona cum spe astes.

12. Est autem vero simile, multos esse qui obtrectent tibi, et alios tibi opponant, quorum unusquisque velut ex insidiis occulte jaculetur. Jam cogita virum prolixa cum barba et canis capillis explorari, si quid norit utile; et aliis quidem videri nosse, aliis non item. Tum tempus intercedit, quo scrupulose inquiritur vita tua omnis superior: et si quis vel tuus civis invidia, aut vicinus levi quadam de causa tibi offensus, interrogatus de te aut mœchum dixerit, aut puerorum amore infamem, ilicet, is putatur ex Jovis ipsius tabulis datus testis; sin ad unum omnes ordine te laudent, suspecti habentur et ambigui et corrupti. Oportet igitur multa te felicitate uti, et nusquam omnino oppugnari: hac sola enim ratione viceris. Esto: feliciter tibi omnia et supra votum evenerunt: et ipse enim tuam laudavit orationem, et amicorum honoratissimi, et quibus maxime credit de talibus, ipsum non averterunt: porro idem vult uxor, neque procurator contradicit, nec dispensator: neque vitam tuam quisquam reprehendit, sed placata omnia, et litatum undique.

13. Vicisti igitur, beate, coronatus es Olympiis, vel potius, Babylonem cepisti, aut Sardium arcem expugnasti: et Amaltheæ cornu habebis, et gallinarum lac mulgebis. Oportet enim pro tantis tibi laboribus mirum quanta bona contingere, ne foliacea modo corona sit; mercedem oportet constitui minime contemnendam, eamque, quo tempore opus est, sine difficultate solvi, ceterumque supra vulgus honorem tibi haberi; et requietem jam contingere laborum illorum, et luti, et cursuum, et vigiliarum; et illud quod in votis fuerat, ut porrectis pedibus dormire liceat, ac sola agere ea, quorum causa assumtus initio fuisti, et quorum nomine capis mercedem. Sic quidem oportebat, Timocles, nec magnum sic malum foret, submissa cervice jugum ferre leve et commodum, et quod maximum est, inauratum. Sed multum abest, immo omnia. Sexcenta enim sunt intolerabilia libero homini, quæ in ipso jam convictu fiunt. Considera autem ipse dum deinceps audies, utrum ferre ea possit, si cui vel ad brevissimum tempus consuetudo cum eruditione fuerit.

39. Πολυς δὲ ὁ φθόνος καί που καὶ διαβολή τις ἠρέμα ὑπεξανίσταται πρὸς ἄνδρα ἤδη τοὺς κατὰ σοῦ λόγους ἡδέως ἐνδεχόμενον· ὁρᾷ γὰρ ἤδη σὲ μὲν ὑπὸ τῶν συνεχῶν πόνων ἐκτετρυχωμένον καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν σκάζοντα καὶ ἀπηυδηκότα, τὴν ποδάγραν δὲ ὑπανιοῦσαν· ὅλως γὰρ ὅπερ ἦν νοστιμώτατον ἐν σοὶ ἀπανθισάμενος καὶ τὸ ἐγκαρπότατον τῆς ἡλικίας καὶ τὸ ἀκμαιότατον τοῦ σώματος ἐπιτρίψας καὶ ῥάκος σε πολυσχιδὲς ἐργασάμενος ἤδη περιβλέπει, σὲ μὲν οἷ τῆς κόπρου ἀπορρίψει φέρων, ἄλλον δὲ ὅπως τῶν δυναμένων τοὺς πόνους καρτερεῖν προσλήψεται, καὶ ἤτοι μειράκιον αὐτοῦ ὅτι ἐπείρασας τότε ἢ τῆς γυναικὸς ἅβραν παρθένον γέρων ἀνὴρ διαφθείρεις ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπικληθεὶς νύκτωρ ἐγκεκαλυμμένος ἐπὶ τράχηλον ὠσθεὶς ἐξελήλυθας ἔρημος ἁπάντων καὶ ἄπορος τὴν βελτίστην ποδάγραν αὐτῷ γήρᾳ παραλαβών, καὶ ἃ μὲν τέως ᾔδεις, ἀπομαθὼν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ, θυλάκου δὲ μείζω τὴν γαστέρα ἐργασάμενος, ἀπλήρωτόν τι καὶ ἀπαραίτητον κακόν· καὶ γὰρ ὁ λαιμὸς ἀπαιτεῖ ἐκ τοῦ ἔθους καὶ ἀπομανθάνων αὐτὰ ἀγανακτεῖ.

40. Καί σε οὐκ ἄν τις ἄλλος δέξαιτο ἔξωρον ἤδη γεγονότα καὶ τοῖς γεγηρακόσιν ἵπποις ἐοικότα, ὧν οὐδὲ τὸ δέρμα ὁμοίως χρήσιμον. Ἄλλως τε καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἀπωσθῆναι διαβολὴ πρὸς τὸ μεῖζον εἰκαζομένη μοιχὸν ἢ φαρμακέα σε ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο δοκεῖν ποιεῖ· ὁ μὲν γὰρ κατήγορος καὶ σιωπῶν ἀξιόπιστος, σὺ δ' Ἕλλην καὶ ῥᾴδιος τὸν τρόπον καὶ πρὸς πᾶσαν ἀδικίαν εὔκολος· τοιούτους γὰρ ἅπαντας ἡμᾶ· εἶναι οἴονται, καὶ μάλα εἰκότως· δοκῶ γάρ μοι καὶ τῆς τοιαύτης δόξης αὐτῶν, ἣν ἔχουσι περὶ ἡμῶν, κατανενοηκέναι τὴν αἰτίαν. Πολλοὶ γὰρ ἐς τὰς οἰκίας παρελθόντες ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἄλλο χρήσιμον εἰδέναι μαγείας καὶ φαρμακείας ὑπέσχοντο καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς καὶ ἐπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ταῦτα πεπαιδεῦσθαι λέγοντες καὶ τρίβωνας ἀμπεχόμενοι καὶ πώγωνας οὐκ εὐκαταφρονήτους καθειμένοι. Εἰκότως οὖν τὴν ὁμοίαν περὶ πάντων ὑπόνοιαν ἔχουσιν, οὓς ἀρίστους ᾤοντο, τοιούτους ὁρῶντες καὶ μάλιστα ἐπιτηροῦντες αὐτῶν τὴν ἐν τοῖς δείπνοις καὶ τῇ ἄλλῃ ξυνουσίᾳ κολακείαν καὶ τὴν πρὸς τὸ κέρδος δουλοπρέπειαν.

41. Ἀποσεισάμενοι δὲ αὐτοὺς μισοῦσι, καὶ μάλα εἰκότως, καὶ ἐξ ἅπαντος ζητοῦσιν ὅπως ἄρδην ἀπολέσωσιν, ἢν δύνωνται· λογίζονται γὰρ ὡς ἐξαγορεύσουσιν αὐτῶν τὰ πολλὰ ἐκεῖνα τῆς φύσεως ἀπόρρητα ὡς ἅπαντα εἰδότες ἀκριβῶς καὶ γυμνοὺς αὐτοὺς ἐπωπτευκότες. Τοῦτο τοίνυν ἀποπνίγει αὐτούς· ἅπαντες γὰρ ἀκριβῶς ὅμοιοί εἰσι τοῖς καλλίστοις τούτοις βιβλίοις, ὧν χρυσοῖ μὲν οἱ ὀμφαλοί, πορφυρᾶ δ' ἔκτοσθεν ἡ διφθέρα, τὰ δ' ἔνδον ἢ Θυέστης ἐστὶ τῶν τέκνων ἑστιώμενος ἢ Οἰδί-

autem dispensator quoque est, hic quidem alio culturæ genere : nec vero negligendus consiliarius et amicus. Porro quod accipis, id jam debebatur vestiario aut medico, aut sutori cuidam. Munera igitur illa non munera et nullius utilitatis.

39. Tum invidia multa, forte etiam calumnia paullatim contra te insurgit apud virum, sermones qui contra te habentur libenter jam excipientem. Videt enim te jam perpetuis laboribus detritum, et ad officia claudicantem, et defectum viribus, subeuntemque paullatim podagram. Omnino enim postquam florem ætatis valetudinisque tuæ præcerpsit, postquam fertilissimam vitæ tuæ partem et summum vigorem corporis contrivit, et pannum te undique fissum concinnavit, jam circumspicit, te quidem in quod sterquilinium abjiciat, alium vero ex iis, qui labores sustinere possunt, ut assumat. Tum igitur vel tentasse puerum ipsius, vel ancillam virginem dominæ subigere, homo senex, vel quiddam aliud huic simile incusatus noctu, capite obvoluto, præceps ejiceris domo, relictus ab omnibus, inops, cum senectute podagram etiam optimam nactus; oblitus hoc tanto tempore interjecto eorum quæ ante sciebas, ventre auctus majore quam culeus est, malo quod neque explere possis, nec deprecari. Etenim et gula poscit te ex consuetudine, et cum indignatione et querela dediscit.

40. Nec te facile alius quis recipiat, exoletum jam et equis vetulis similem, quorum neque pellis æque utilis. Alioquin etiam calumnia e tua expulsione orta, et majus quid suspicata, ut mœchus vel veneficus, vel horum simile aliquid videaris, efficit. Tuus enim accusator tacens etiam fide dignus : tu vero Græculus et levis ingenii, et ad scelus omne facilis. Tales enim universos nos esse arbitrantur : nec injuria. Videor enim mihi etiam talis illorum opinionis, quam de nobis habent, causam intellexisse. Multi enim in domos ingressi, quod nihil aliud utile scirent, vaticinia et veneficia polliciti sunt, et gratiam ab amasiis, et carmina magica contra hostes : idque quum facerent, se eruditos dicebant, et pallia induti erant et barbas submittebant minime contemnendas. Non absurde ergo similia de omnibus suspicantur, quum tales esse videant, quos putabant præstantissimos, maximeque quum observent eorum in cœnis et reliqua consuetudine adulationem, et quam servilem lucri causa personam suscipiant.

41. Quos vero ejecerunt, illos etiam, ut valde consentaneum est, odio habent, et undique quærunt funditus, si queant, perdere. Etenim arbitrantur illos enunciaturos multa illa in natura ipsorum ac moribus secreta, ut qui norint accurate omnia, et nudos ipsos inspexerint. Hoc igitur est, quod illos angit. Omnes enim accurate similes sunt pulcherrimis illis libris, quorum aurei umbilici, purpereique coloris membrana exterior; intus autem vel Thyestes est liberos suos epulatus, aut Œdipus cum matre

πους τῇ μητρὶ ξυνὼν ἢ Τηρεὺς δύο ἀδελφὰς ἅμα ὀπυίων. Τοιοῦτοι καὶ αὐτοί εἰσι, λαμπροὶ καὶ περίβλεπτοι, ἔνδον δ' ὑπὸ τῇ πορφύρᾳ πολλὴν τὴν τραγῳδίαν σκέποντες· ἕκαστον γοῦν αὐτῶν ἢν ἐξειλήσῃς, δρᾶμα οὐ μικρὸν εὑρήσεις Εὐριπίδου τινὸς ἢ Σοφοκλέους, τὰ δ' ἔξω πορφύρα εὐανθὴς καὶ χρυσοῦς ὁ ὀμφαλός. Ταῦτ' οὖν ξυνεπιστάμενοι αὐτοῖς μισοῦσι καὶ ἐπιβουλεύουσιν, εἴ τις ἀποστὰς ἀκριβῶς κατανενοηκὼς αὐτοὺς ἐκτραγῳδήσει καὶ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖ.

42. Βούλομαι δ' ὅμως ἔγωγε ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος εἰκόνα τινὰ τοῦ τοιούτου βίου σοι γράψαι, ὅπως ἐς ταύτην ἀποβλέπων εἰδῇς εἴ σοι παριτητέον ἐστὶν ἐς αὐτήν. Ἡδέως μὲν οὖν Ἀπελλοῦ τινος ἢ Παρρασίου ἢ Ἀετίωνος ἢ καὶ Εὐφράνορος ἂν ἐδεήθην ἐπὶ τὴν γραφήν· ἐπεὶ δὲ ἄπορον νῦν εὑρεῖν τινα οὕτω γενναῖον καὶ ἀκριβῆ τὴν τέχνην, ψιλὴν ὡς οἷόν τέ σοι ἐπιδείξω τὴν εἰκόνα. Καὶ δὴ γεγράφθω προπύλαια μὲν ὑψηλὰ καὶ ἐπίχρυσα καὶ μὴ κάτω ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, ἀλλ' ἄνω τῆς γῆς ἐπὶ λόφου κείμενα, καὶ ἡ ἄνοδος ἐπὶ πολὺ καὶ ἀνάντης καὶ ὀλισθον ἔχουσα, ὡς πολλάκις ἤδη πρὸς τῷ ἄκρῳ ἔσεσθαι ἐλπίσαντας ἐκτραχηλισθῆναι διαμαρτόντος τοῦ ποδός· ἔνδον δὲ ὁ Πλοῦτος αὐτὸς καθήσθω χρυσοῦς ὅλος, ὡς δοκεῖ, πάνυ εὔμορφος καὶ ἐπέραστος, ὁ δ' ἐραστὴς μόλις ἀνελθὼν καὶ πλησιάσας τῇ θύρᾳ τεθηπέτω ἀφορῶν ἐς τὸ χρυσίον· παραλαβοῦσα δ' αὐτὸν ἡ Ἐλπίς, εὐπρόσωπος καὶ αὐτὴ καὶ ποικίλα ἀμπεχομένη, εἰσαγέτω σφόδρα ἐκπεπληγμένον τῇ εἰσόδῳ. Τοὐντεῦθεν δὲ ἡ μὲν Ἐλπὶς ἀεὶ προηγείσθω, διαδεξάμεναι δ' αὐτὸν ἄλλαι γυναῖκες, Ἀπάτη καὶ Δουλεία, παραδότωσαν τῷ Πόνῳ, ὁ δὲ πολλὰ τὸν ἄθλιον καταγυμνάσας τελευτῶν ἐγχειρισάτω αὐτὸν τῷ Γήρᾳ ἤδη ὑπονοσοῦντα καὶ τετραμμένον τὴν χρόαν· ὑστάτη δὲ ἡ Ὕβρις ἐπιλαβομένη συρέτω πρὸς τὴν Ἀπόγνωσιν· ἡ δ' Ἐλπὶς τὸ ἀπὸ τούτου ἀφανὴς ἀποπτέσθω, καὶ μηκέτι καθ' οὓς εἰσῆλθε τοὺς χρυσοῦς θυρῶνας, ἔκ τινος δ' ἀποστρόφου καὶ λεληθυίας ἐξόδου ἐξωθείσθω γυμνὸς προγάστωρ ὠχρὸς γέρων, τῇ ἑτέρᾳ μὲν τὴν αἰδῶ σκέπων, τῇ δεξιᾷ δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν ἄγχων· ἀπαντάτω δ' ἐξιόντι ἡ Μετάνοια δακρύουσα ἐς οὐδὲν ὄφελος καὶ τὸν ἄθλιον ἐπαπολλύουσα. Τοῦτο μὲν ἔστω τὸ τέλος τῆς γραφῆς. Σὺ δ' οὖν, ὦ ἄριστε Τιμόκλεις, αὐτὸς ἤδη ἀκριβῶς ἐπισκοπῶν ἕκαστα ἐννόησον εἴ σοι καλῶς ἔχει προσελθόντα εἰς τὴν εἰκόνα κατὰ ταύτας τὰς θύρας κατ' ἐκείνην τὴν ἔμπαλιν αἰσχρῶς οὕτως ἐκπεσεῖν. Ὅ τι δ' ἂν πράττῃς, μέμνησο τοῦ σοφοῦ λέγοντος, Ὡς θεὸς ἀναίτιος, αἰτία δὲ ἑλομένου.

XVIII.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

1. Πάλαι σκοπῶ πρὸς ἐμαυτόν, ὦ καλὲ Σαβῖνε, ἅτινα σοι εἰκὸς ἐπελθεῖν εἰπεῖν ἀναγνόντι ἡμῶν τὸ περὶ τῶν

concumbens, aut duas simul sorores Tereus subigens. Tales et hi sunt, splendidi et conspicui, intus vero sub purpura tragœdiam multam tegentes. Si enim unumquemque eorum evolvas, fabulam invenies haud parvam, Euripide aliquo aut Sophocle dignam : extra autem sunt purpura florida, et umbilicus aureus. Horum ergo sibi conscii odio habent et struunt insidias, si quis ab illis sejunctus, qui accurate ipsos norit, tragœdiam ipsos faciat, et in vulgus de ipsis narret.

42. Volo tamen ego, ut Cebes ille, imaginem tibi quandam talis vitæ depingere, ut illa inspecta constituas, utrum in eam tibi ingrediendum sit. Libenter itaque Apellem quendam, aut Parrhasium, aut Aetionem, aut Euphranorem etiam ad picturam adhiberem : quandoquidem vero fieri non potest ut nunc inveniatur aliquis eo ingenio et hac artis accuratione, tenuem tibi, quantum a me potest, imaginem ostendam. Pingatur itaque vestibulum altum, inauratum, nec infra in solo, sed supra terram in colle situm : ascensus sit valde et arduus et lubricus, ut sæpe qui in summo se jam sperarent esse, vestigio fallente præcipitentur. Intra vero Plutus sedeat ipse, aurea specie totus, formosus idem atque amabilis : amator autem qui ægre ascendit et ad januam accessit, obstupescat oculis in aurum directis. Assumtum vero Spes, formosa et ipsa, et pictam vestem induta, introducat valde in ingressu perculsum. Inde vero Spes quidem præcedat semper, excipientes autem illum aliæ mulieres, Fraus, et Servitus, tradant Labori. At hic postquam multum exercuit miserum, commendet eum Senectuti, jam aliquantum ægrotantem et colorem vertentem : ultima vero Contumelia comprehensum abducat ad Desperationem. Spes ab hoc inde loco avolet nec conspiciatur amplius : ipse vero non jam per aureum qua ingressus fuerat vestibulum, sed per aversum quendam et latentem exitum nudus extrudatur, ventre prominulo, pallidus , senex , altera manu pudenda tegens, dextra autem suum ipse collum angens. Occurrat autem exeunti Pœnitentia nequicquam plorans, et magis perdens perditum. Hic quidem picturæ finis esto. At tu, Timocles optime, ipse jam diligenter inspiciens singula, cogita, an decere te putes, ingressum in vitam depictam per illas portas, altera illa janua opposita turpiter adeo elabi. Quicquid autem feceris, sapientis viri memento, qui, Innocens, inquit, deus est, culpa vero eligentis.

XVIII.

APOLOGIA.

1. Dudum apud me considero, pulcher Sabine, quid in mentem tibi venisse probabiliter dicam, legenti nostrum

ἐπὶ μισθῷ συνόντων βιβλίον· ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἀγελαστὶ διεξήεις αὐτὸ καὶ πάνυ μοι πρόδηλον. Ἃ δὲ μεταξὺ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὑπὸ σοῦ ἐλέγετο, ταῦτα νῦν ἐφαρμόττειν ζητῶ τοῖς ἀνεγνωσμένοις. Εἰ τοίνυν μὴ κακὸς ἐγὼ μαντικὴν, δοκῶ μοι ἀκούειν σου λέγοντος· Εἶτά τις αὐτὸς ταῦτα γεγραφὼς καὶ κατηγορίαν οὕτω δεινὴν κατὰ τοῦ τοιούτου βίου διεξελθὼν, ἔπειτα πάντων ἐκλαθόμενος, ὀστράκου, φησὶ, μεταπεσόντος, ἑκὼν ἑαυτὸν φέρων ἐς δουλείαν οὕτω περιφανῆ καὶ περίβλεπτον ἐνσέσεικε; πόσοι Μίδαι καὶ Κροῖσοι καὶ Πακτωλοὶ ὅλοι μετέπεισαν αὐτὸν ἀφεῖναι μὲν τὴν ἐκ παίδων φίλην καὶ σύντροφον ἐλευθερίαν, πρὸς αὐτῷ δὲ ἤδη τῷ Αἰακῷ γενόμενον καὶ μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα παρέχειν ἑαυτὸν ἕλκεσθαι καὶ σύρεσθαι καθάπερ ὑπὸ κλοιῷ τινι χρυσῷ τὸν αὐχένα δεθέντα; [οἷά ἐστι τῶν τρυφώντων πλουσίων τὰ σφιγγία καὶ τὰ κουράλλια;] πολλὴ γοῦν ἡ διαφωνία τοῦ νῦν βίου πρὸς τὸ σύγγραμμα, καὶ τὸ ἄνω τοὺς ποταμοὺς χωρεῖν καὶ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα καὶ παλινῳδεῖν πρὸς τὸ χεῖρον τοῦτ' ἂν εἴη οὐχ ὑπὲρ Ἑλένης μὰ Δί' οὐδ' ὑπὲρ τῶν ἐπ' Ἰλίῳ γενομένων, ἀλλ' ἔργῳ ἀνατρεπομένων τῶν λόγων, καλῶς πρότερον εἰρῆσθαι δοκούντων.

de mercenariis familiaribus libellum. Nam id quidem omnino certum habeo, non sine risu te illum percurrisse. Quæ vero interjecto tempore et post omnia a te dicta sint, ea nunc componere his, quæ legisti, studeo. Nisi igitur male ego vaticinari didici, videor mihi audire te dicentem ista: Et est, qui postquam scripsit ipse talia, et gravem adeo accusationem contra hoc vitæ genus explicavit, repente omnium oblitus, cadente, ut aiunt, aliter calculo, sua se sponte in manifestam adeo conspicuamque servitutem alacriter demiserit? Quot hunc Midæ et Crœsi et Pactoli integri in sententiam aliam traduxere, ut relicta amica illa a teneris inde et cui innutritus est libertate, quum jam prope ipsum est Æacum, et tantum non alterum pedem in cymba Charontis habet, præberet se trahendum agendumque tanquam aureo circa cervices collari devinctum? [quales sunt delicatorum divitum simiolæ et pueruli?] Multum ergo hæc vita et illa scriptio discrepant, et hoc sane fuerit illud, quod aiunt, flumina retro ire et inversa omnia, et in pejus recantare, non de Helena per Jovem, aut his quæ ad Ilium gesta sunt, sed opere et factis retractantur quæ bene antea dicta videbantur.

2. Ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λέλεκταί σοι. Ἐπάξεις δὲ ἴσως καὶ πρὸς αὐτὸν ἐμὲ ξυμβουλήν τινα τοιαύτην οὐκ ἄκαιρον, ἀλλὰ φιλικὴν καὶ οἵῳ σοι χρηστῷ καὶ φιλοσόφῳ ἀνδρὶ πρέπουσαν. Ἢν μὲν οὖν κατ' ἀξίαν ὑποδὺς τὸ σὸν πρόσωπον ὑποκρίνωμαι, εὖ ἂν ἡμῖν ἔχοι καὶ τῷ Λογίῳ θύσομεν· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ σὺ προσθήσεις τὰ ἐνδέοντα. Ὥρα τοίνυν μετασκευάσαντας ἡμᾶς τὴν σκηνὴν ἐμὲ μὲν σιωπᾶν καὶ ἀνέχεσθαι τεμνόμενον καὶ καόμενον, εἰ δέοι, ἐπὶ σωτηρίᾳ, σὲ δὲ ἐπιπάττειν τῶν φαρμάκων καὶ τὴν σμίλην ἅμα πρόχειρον ἔχοντα καὶ τὸ καυτήριον διάπυρον· καὶ δὴ παραλαβὼν τὴν ῥήτραν σὺ ταῦτα πρός με ὁ Σαβῖνος ἤδη λέγεις.

2. Hæc quidem ad te ipsum, ut consentaneum, a te dicta sunt. Subjicies autem forte ad me ipsum etiam consilium quoddam ejusmodi non intempestivum, sed amicum, teque virum bonum et sapientem decens. Si igitur pro dignitate sumtam personam tuam egero, bene res habet nobis, et Eloquenti deo sacrificabimus: sin minus, at tu quæ desunt adjicies. Tempus est igitur, conversa inter nos scena, me silentio secandum urendumque, si opus sit, salutis causa præbere me, te vero medicamenta inspergere, cultrumque in promtu habere, et candens cauterium. Jamque sumtis dicendi partibus tu hæc ad me Sabinus, dicis.

3. Πάλαι μὲν, ὦ φιλότης, ὡς εἰκὸς, ηὐδοκίμηταί σοι τουτὶ τὸ σύγγραμμα καὶ ἐν πολλῷ πλήθει δειχθὲν, ὡς οἱ τότε ἀκροασάμενοι διηγοῦντο, καὶ ἰδίᾳ παρὰ τοῖς πεπαιδευμένοις, ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ καὶ διὰ χειρὸς ἔχειν ἠξίωσαν· ἥ τε γὰρ τῶν λόγων παρασκευὴ οὐ μεμπτὴ καὶ ἡ ἱστορία πολλὴ καὶ ἐμπειρία τῶν πραγμάτων καὶ ὅτι ἕκαστα σαφῶς ἐλέγετο, καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι χρήσιμα πᾶσιν ἦν, καὶ μάλιστα τοῖς πεπαιδευμένοις, ὡς μὴ ὑπ' ἀγνοίας σφᾶς αὐτοὺς εἰς δουλείαν ὑπάγοιεν. Ἐπεὶ δέ σοι μετέδοξε βελτίω ταῦτα εἶναι καὶ τὴν μὲν ἐλευθερίαν μακρὰ χαίρειν ἐᾶν, ζηλῶσαι δὲ τὸ ἀγεννέστατον ἐκεῖνο ἰαμβεῖον

3. Olim sane, amice, ut par erat, bonam famam tibi hoc scriptum adeptum est, tam in magna concione quum recitaretur, ut narrarunt mihi qui tum audiere, quam privatim apud eruditos, quotquot cognoscere illud et in manu habere dignati sunt. Etenim verborum in eo apparatus non contemnendus, et historiæ multum, et rerum peritia, et quod aperte omnia dicerentur: et maxime, quod utilia omnibus essent, eruditis præsertim, ne per ignorantiam ipsi in servitutem se conjiciant. Postquam vero mutata sententia tibi visum est, meliora hæc esse, et longum libertati vale dicere, imitarique ignavissimum illum versiculum,

ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον,

Ubi lucra magna, serviant et liberi:

ὅρα ὅπως μηδείς ἔτι ἀκούσεταί σου ἀναγιγνώσκοντος αὐτὸ, ἀλλὰ μηδ' ἄλλῳ παράσχῃς τῶν τὸν παρόντα σου βίον ὁρώντων ἐπελθεῖν τὰ γεγραμμένα, εὔχου δὲ Ἑρμῇ τῷ χθονίῳ καὶ τῶν ἀκηκοότων πρότερον πολλὴν λήθην κατασκεδάσαι, ἢ δόξεις τῷ τοῦ Κορινθίου μύθου ταὐτὸν

vide ne quis in posterum audiat te illud prælegentem, sed nec alii cuiquam eorum, qui præsentem vitam tuam inspiciunt, copiam facito legendi; sed infero Mercurio vota nuncupa, ut hos, qui prius audiere, Lethæis aquis perfundat: alioquin videberis idem esse expertus, quod est in

τι πεπονθέναι, κατὰ σαυτοῦ ὁ Βελλεροφόντης γεγραφὼς τὸ βιβλίον· μὰ γὰρ τὸν Δί' οὐχ ὁρῶ τὴν ἀπολογίαν, ἥτις ἂν εὐπρόσωπός σοι γένοιτο πρὸς τοὺς κατηγοροῦντας, καὶ μάλιστα, ἢν σὺν γέλωτι αὐτὸ ποιῶσιν ἐπαινοῦντες μὲν τὰ γεγραμμένα καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλευθερίαν, αὐτὸν δὲ τὸν συγγραφέα δουλεύοντα ὁρῶντες καὶ ἑκόντα ὑποτιθέντα τὸν αὐχένα τῷ ζυγῷ.

4. Οὐκ ἀπεικότα γοῦν λέγοιεν ἄν, εἰ λέγοιεν ἤτοι ἄλλου του γενναίου ἀνδρὸς εἶναι τὸ βιβλίον καὶ σὲ τὸν κολοιὸν ἀλλοτρίοις πτεροῖς ἀγάλλεσθαι, ἢ εἴπερ σόν ἐστιν, ὅμοιά σε τῷ Σαλαίθῳ ποιεῖν, ὃς πικρότατον κατὰ μοιχῶν τοῖς Κροτωνιάταις νόμον θεὶς καὶ θαυμαζόμενος ἐπ' αὐτῷ μετὰ μικρὸν αὐτὸς ἑάλω μοιχεύων τοῦ ἀδελφοῦ τὴν γυναῖκα. Περὶ πόδα τοίνυν καὶ σὲ τὸν Σάλαιθον ἐκεῖνον εἶναι φαίη τις ἄν· μᾶλλον δὲ πολὺ μετριώτερος ἐκεῖνος, ἔρωτι μὲν ἁλούς, ὡς ἔφασκεν ἀπολογούμενος, ἑκὼν δὲ μάλα εὐψύχως ἐς τὸ πῦρ ἁλλόμενος, καίτοι ἐλεούντων αὐτὸν ἤδη Κροτωνιατῶν καὶ ἐνδιδόντων φυγεῖν, εἰ βούλοιτο. Τὸ δὲ σὸν οὐ παρὰ μικρὸν ἀτοπώτερον, ἀκριβοῦντος μὲν ἐν τοῖς λόγοις τὴν τοῦ τοιούτου βίου δουλοπρέπειαν καὶ κατηγοροῦντος, εἴ τις εἰς πλουσίου τινὸς ἐμπεσὼν καὶ καθείρξας ἑαυτὸν ἀνέχοιτο μυρία τὰ δυσχερῆ πάσχων καὶ ποιῶν, ἐν γήρᾳ δ' ὑστάτῳ καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδὸν οὕτως ἀγεννῆ λατρείαν ἐπανῃρημένου καὶ μονονουχὶ καὶ ἐμπομπεύοντος αὐτῇ· ὅσῳ γοῦν πᾶσιν ἐπισημότερος εἶναι δοκεῖς, τοσούτῳ καταγελαστότερος ἂν δόξειας εἶναι, ἀντιφωνοῦντος τοῦ νῦν βίου τῷ βιβλίῳ.

5. Καίτοι τί δεῖ καινὴν ἐπὶ σὲ κατηγορίαν ζητεῖν μετὰ τὴν θαυμαστὴν τραγῳδίαν λέγουσαν

μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός;

Οὐκ ἀπορήσουσι δὲ οἱ κατηγοροῦντες καὶ ἄλλων παραδειγμάτων ἐπὶ σέ, ἀλλ' οἱ μὲν τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς εἰκάσουσιν, οἳ ἐπὶ μὲν τῆς σκηνῆς Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν ἢ Κρέων ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἰσιν, ἔξω δὲ Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος ἀποθέμενοι τὰ προσωπεῖα γίγνονται ὑπόμισθοι τραγῳδοῦντες, ἐκπίπτοντες καὶ συριττόμενοι, ἐνίοτε δὲ καὶ μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν, ὡς ἂν τῷ θεάτρῳ δοκῇ· ἄλλοι δὲ τὸ τοῦ πιθήκου πεπονθέναι σε φήσουσιν, ὃν Κλεοπάτρᾳ τῇ πάνυ φασὶ γενέσθαι· ἐκεῖνον γὰρ διδαχθέντα τέως μὲν ὀρχεῖσθαι πάνυ κοσμίως καὶ ἐμμελῶς καὶ ἐπὶ πολὺ θαυμάζεσθαι μένοντα ἐν τῷ σχήματι καὶ τὸ πρέπον φυλάττοντα καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι συγκινούμενον ὑμέναιον, ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἰσχάδα, οἶμαι, ἢ ἀμύγδαλον πόρρω κειμένην, μακρὰ χαίρειν φράσαντα τοῖς αὐλοῖς καὶ ῥυθμοῖς καὶ ὀρχήμασι συναρπάσαντα κατατρώγειν, ἀπορρίψαντα, μᾶλλον δὲ συντρίψαντα τὸ πρόσωπον.

6. Καὶ σὺ τοίνυν, φαῖεν ἄν, οὐχ ὑποκριτής, ἀλλὰ ποιητὴς τῶν καλλίστων καὶ νομοθέτης γενόμενος ὑπὸ ταυτησὶ τῆς ἰσχάδος παραφανείσης ἠλέγχθης πίθηκος ὢν καὶ ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφῶν καὶ ἕτερα μὲν κεύθων ἐνὶ φρεσίν, ἄλλα δὲ λέγων, ὡς εἰκότως ἄν τινα ἐπὶ

fabula Corinthia, et ipse contra te Bellerophon scripsisse libellum. Ita enim me Jupiter amet, ut non video, quam causam, quæ quidem speciem habeat, contra accusantes possis dicere : præsertim si cum risu hoc faciant, laudantes scripta, et quæ in illis elucet libertatem, ipsum vero scriptorem servientem videntes et qui sponte collum jugo submiserit.

4. Non absurde itaque dixerint, si dixerint aut alterius cujusdam fortis viri esse librum, teque graculum alienis superbire pennis; aut, si tuus sit, idem te quod Salæthum facere, qui acerbissima apud Crotoniatas lege contra adulteros lata, eam ob causam celebratus, non ita multo post in adulterio cum fratris uxore deprehensus est. Ad amussim igitur te quoque Salæthum illum aliquis dixerit. Quin multo tolerabilior ille, amore qui captus esset, quemadmodum in causa dicenda commemoravit, et ultro in ignem atque animose insilierit, misericordia licet illius jam tangerentur Crotoniatæ, et exilii, si voluisset, copiam facerent. Tuum autem haud paullo absurdius factum est, qui servilem hujus vitæ humilitatem accurata oratione excusseris, accusaverisque si quis in divitis alicujus domum incidens et concludens se, sexcenta incommoda et pati et facere sustineat; extrema vero senectute et prope jam in limine, ignavam adeo servitutem subieris, et tantum non in ea te, tanquam in pompa quadam constitutus, ostentes. Quanto igitur insignior esse omnibus videris, tanto magis idem videare ridiculus, reclamante quam nunc agis vita libello tuo.

5. Quanquam quid opus est novam contra te accusationem circumspicere, post admirabilem illam tragœdiam, quæ,

Odi (inquit) sophistam qui sibi nihil sapit?

Nec deerunt his, qui accusare volent, etiam alia in te argumenta : sed alii tragicis te actoribus assimilabunt, qui in scena quidem Agamemno unusquisque aut Creon, aut ipse adeo Hercules sunt; extra vero Polus aut Aristodemus personis depositis fiunt mercenarii tragœdi, qui excidunt interdum exsibilanturque, interdum vero etiam, si ita videatur spectatoribus, flagellis quidam illorum cæduntur. Alii idem tibi usu venisse dicent quod simiæ, quam illustri Cleopatræ aiunt fuisse. Illam enim edoctam aliquamdiu quidem saltasse decenter admodum modulateque, ac multæ fuisse admirationi, quæ et habitum suum servaret, et decorum custodiret, et hymenæum voce tibiaque canentibus motus accommodaret, conspecta vero ficu, opinor, aut amygdala procul jacente, longum vale dixisse tibiis et modis et saltationibus, correptosque fructus abjecta vel contrita potius persona, devorasse.

6. Et tu igitur, dixerint, non actor, sed poeta rerum pulcherrimarum et legislator qui fueris, ab hac ostensa ficu simius esse et a primoribus labris philosophari convictus es, atque mente aliud celare, aliud promere verbis; ut jure aliquis de te dicat, quæ dicis et propter quæ lau-

σοῦ εἰπεῖν ὅτι ἃ λέγεις καὶ ἐφ' οἷς ἐπαινεῖσθαι ἀξιοῖς, χείλεα μέν σου ἐδίηνεν, ὑπερῴην δ' αὐχμῶσαν καταλέλοιπε. Τοιγαροῦν παρὰ πόδας εὐθὺς ἔτισας δίκην, προπετῶς μὲν θρασυνάμενος πρὸς τὰς ἀνθρώπων χρείας, μετὰ μικρὸν δὲ μονονουχὶ ὑπὸ κήρυξιν ἐξομοσάμενος τὴν ἐλευθερίαν. Καὶ ἐῴκει ἡ Ἀδράστεια τότε κατόπιν ἐφεστῶσά σοι εὐδοκιμοῦντι ἐφ' οἷς κατηγόρεις τῶν ἄλλων, καταγελᾶν ὡς ἂν θεὸς εἰδυῖα τὴν μέλλουσάν σου ἐς τὰ ὅμοια μεταβολὴν καὶ ὅτι οὐκ εἰς τὸν κόλπον πτύσας πρότερον ἠξίους κατηγορεῖν τῶν διὰ ποικίλας τινὰς τύχας τοιαῦτα πράττειν ὑπομενόντων.

dem affectas, ea labra rigasse quidem, siccum liquisse palatum. Itaque e vestigio statim pœnas dedisti, qui temere audaciam sumseris contra hominum necessitates, paullo post autem tantum non sub præcone libertatem ejuraveris. Ac videtur laudibus tibi hominum ab accusatione aliorum florenti a tergo tum astans Adrastea te derisisse, quæ utpote dea futuram tuam ad idem vitæ genus mutationem videret, atque illud etiam, quod non despuens ante in tuum sinum, accusares eos qui per quandam fortunæ varietatem facere talia sustinerent.

7. Εἰ γοῦν ὑποθεῖτό τις τῷ λόγῳ τὸν Αἰσχίνην μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Τιμάρχου κατηγορίαν αὐτὸν ἁλῶναι καὶ φωραθῆναι τὰ ὅμοια πάσχοντα, πόσον ἂν οἴει παρὰ τῶν δρώντων γενέσθαι τὸν γέλωτα, εἰ Τίμαρχον μὲν ηὔθυνεν ἐπὶ τοῖς καθ' ὥραν ἡμαρτημένοις, αὐτὸς δὲ γέρων ἤδη τοιαῦτα εἰς ἑαυτὸν παρενόμει; Τὸ δ' ὅλον ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς ἀποκηρύττων βηχὸς φάρμακον καὶ αὐτίκα παύσειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος αὐτὸς μεταξὺ σπώμενος ὑπὸ βηχὸς ἐφαίνετο.

7. Si quis igitur hoc declamationi argumentum ponat Æschinem post Timarchi accusationem ipsum deprehendi patientem similia : quantum a spectantibus risum putas oriturum, si Timarchum quidem in judicium vocet ob ea quæ in flore ætatis peccaverit, ipse vero jam senex eadem in se designet? In summa, pharmacopolæ illi similis es, qui tussis remedium prædicans, et statim liberaturum se illa laborantes pollicitus, ipse interim convelli a tussi cerneretur.

8. Ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα πολλὰ ἕτερα εἴποι τις ἂν οἷος σὺ κατηγορῶν ἐν οὕτως ἀμφιλαφεῖ τῇ ὑποθέσει καὶ μυρίας τὰς ἀφορμὰς παρεχομένῃ· ἐγὼ δὲ ἤδη σκοπῶ ἥντινα καὶ τράπωμαι πρὸς τὴν ἀπολογίαν. Ἆρά μοι κράτιστον, ἐθελοκακήσαντα καὶ τὰ νῶτα ἐπιστρέψαντα καὶ ἀδικεῖν οὐκ ἀρνούμενον ἐπὶ τὴν κοινὴν ἐκείνην ἀπολογίαν καταφυγεῖν — λέγω δὲ τὴν Τύχην καὶ Μοῖραν καὶ Εἱμαρμένην — καὶ παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν μοι τοὺς ἐπιτιμῶντας εἰδότας ὡς οὐδενὸς ἡμεῖς κύριοι, ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος, μᾶλλον δὲ μιᾶς τῶν προειρημένων ἀγόμεθα οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ἀναίτιοι παντάπασιν ὄντες ἃ ἂν λέγωμεν ἢ ποιῶμεν; ἢ τοῦτο μὲν κομιδῇ ἰδιωτικὸν, καὶ οὐδ' ἂν σύ με, ὦ φιλότης, ἀνάσχοιο τοιαύτην ἀπολογίαν προϊσχόμενον καὶ συνήγορον τὸν Ὅμηρον παραλαμβάνοντα καὶ τὰ ἐκείνου ἔπη ῥαψῳδοῦντα,

> Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,

καὶ τὸ

> Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

8. Hæc igitur et in hoc genere multa alia dicat aliquis tui similis accusator in argumento ita copioso et mille dicendi opportunitates præbente. Ego vero jam dispicio qua via ad causam dicendam aggrediar. Numquid optimum fuerit sponte me succumbere et tergum præbere, nec negare peccatum, sed ad communem illam deprecationem confugere; Fortunam dico, et Parcam, et Fatum; ac rogare veniam hos qui me reprehendant, quum sciant, nullius rei penes nos arbitrium esse, sed a præstantiore natura, aut potius ab una earum quas prædiximus, agi non sponte nostra, sed extra causam undiquaque constitutos, quicquid dicamus faciamusve? An plane hoc plebeium, ut neque tu me, amice, feras, talem defensionem si prætendam, et Homerum advocatum asciscam, versusque illius recitem,

> Fatum equidem nullum dico effugisse virorum;

et illud,

> Nascenti nevit, genitrix quum funderet alvo.

9. Εἰ δὲ τοῦτον ἀφεὶς τὸν λόγον ὡς οὐ πάνυ ἀξιόπιστον ἐκεῖνο λέγοιμι, μήτε ὑπὸ χρημάτων μήτε ὑπ' ἄλλης τινὸς ἐλπίδος τοιαύτης δελεασθεὶς ὑποστῆναι τὴν παροῦσαν συνουσίαν, ἀλλὰ τὴν σύνεσιν καὶ ἀνδρείαν καὶ μεγαλόνοιαν τοῦ ἀνδρὸς θαυμάσας ἐθελῆσαι κοινωνῆσαι πράξεων τῷ τοιούτῳ, δέδοικα μὴ πρὸς τῇ ἐπιφερομένῃ κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν προσλαβὼν κἆτα εὑρίσκωμαι ἥλῳ, φασίν, ἐκκρούων τὸν ἧλον, καὶ μείζονί γε τὸν σμικρότερον, ὅσῳ κολακεία τῶν ἄλλων ἁπάντων κακῶν τὸ δουλοπρεπέστατον εἶναι καὶ ταύτῃ χείριστον νενόμισται.

9. Sin relicta hac oratione tanquam non valde probabili, illud dicam, me neque a pecuniæ neque ab alia id genus cupiditate illectum, subiisse præsentem convictum, sed prudentiæ, fortitudinis et magnanimitatis in hoc viro admiratione voluisse in communionem venire talis illius actuum : metuo ne ad intentatam accusationem adulationis insuper crimen subeam, deprehendarque clavo, quod aiunt, clavum ejicere, majori quidem minorem, in quantum adulatio malorum omnium reliquorum maxime servile esse, et hoc ipso nomine pessimum, perhibetur.

10. Τί οὖν ἄλλο, εἰ μήτε ταῦτα μήτε ἐκεῖνα λέγειν δοκεῖ, ὑπόλοιπόν ἐστιν ἢ ὁμολογεῖν μηδὲ ἓν ὑγιὲς εἰπεῖν

10. Quid igitur, si neque hæc neque illa dicenda videntur, aliud relinquitur, quam ut confitear nihil quicquam

ἔχειν; Μία μοι ἴσως ἐκείνη ἄγκυρα ἔτι ἄβροχος, ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας καὶ τὴν νόσον καὶ μετὰ τούτων τὴν πενίαν πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναπείθουσαν, ὡς ἐκφύγοι τις αὐτήν· καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ οὐκ ἄκαιρον ἴσως καὶ τὴν τοῦ Εὐριπίδου Μήδειαν παρακαλέσαι παρελθοῦσαν εἰπεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ ἐκεῖνα τὰ ἰαμβεῖα μικρὸν αὐτὰ παρῳδήσασαν·

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακά,
πενία δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Τὸ μὲν γὰρ τοῦ Θεόγνιδος κἂν ἐγὼ μὴ λέγω, τίς οὐκ οἶδεν, οὐκ ἀπαξιοῦντος, καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον σφᾶς αὐτοὺς ῥιπτεῖν καὶ κατὰ κρημνῶν γε ἠλιβάτων, εἰ μέλλοι τις οὕτως ἀποδράσεσθαι τὴν πενίαν;

11. Ταῦτα μὲν εἶναι δοκεῖ, ἅ τις ἂν ὡς ἐν τοιούτῳ ἀπολογήσασθαι ἔχοι, οὐ πάνυ εὐπρόσωπον ἕκαστον αὐτῶν. Σὺ δέ μοι θάρρει, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐδενὶ τούτων ἐμοῦ χρησομένου· μὴ γὰρ τοσοῦτός ποτε λιμὸς καταλάβοι τὸ Ἄργος, ὡς τὴν Κυλλάραβιν σπείρειν ἐπιχειρεῖν· οὐδ' ἡμεῖς οὕτω πένητες εὐλόγου ἀπολογίας ὡς ὑπ' ἀπορίας τὰ τοιαῦτα χρησφύγετα πρὸς τὴν κατηγορίαν ζητεῖν. Ἀλλά μοι ἐκεῖνο ἐννόησον, ὡς πάμπολυ διαφέρει, ἐς οἰκίαν τινὸς πλουσίου ὑπόμισθον παρελθόντα δουλεύειν καὶ ἀνέχεσθαι ὅσα μοί φησι τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ πράττοντά τι τῶν κοινῶν καὶ ἐς δύναμιν πολιτευόμενον ἐπὶ τούτῳ παρὰ βασιλέως μισθοφορεῖν. Διελθὼν δὴ καὶ ἰδίᾳ καταθεὶς ἑκάτερον σκόπει· εὑρήσεις γὰρ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν τὸ πρᾶγμα, καὶ τοσοῦτον ἐοικότας ἀλλήλοις τοὺς βίους, ὅσον μόλυβδος ἀργύρῳ καὶ χαλκὸς χρυσῷ καὶ ἀνεμώνη ῥόδῳ καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος· μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κἀκεῖ κἀνταῦθα καὶ τὸ ὑπ' ἄλλῳ τάττεσθαι, τὸ δὲ πρᾶγμα παμπόλλην ἔχει τὴν διαφωνίαν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ δουλεία σαφὴς καὶ οὐ πολὺ τῶν ἀργυρωνήτων καὶ οἰκοτρίβων διαφέρουσιν οἱ ἐπὶ τῷ τοιουτῳΐ εἰσιόντες, οἱ δὲ τὰ κοινὰ διὰ χειρὸς ἔχοντες καὶ πόλεσι καὶ ἔθνεσιν ὅλοις σφᾶς αὐτοὺς χρησίμους παρέχοντες οὐκ ἂν εἰκότως ἐκ μόνου τοῦ μισθοῦ διαβάλλοιντο καὶ ἐς ὁμοιότητα καὶ κοινωνίαν τῆς κατηγορίας καθέλκοιντο· ἐπεὶ οὐκ ἂν φθάνοι τις ἁπάσας ἀναιρῶν τὰς τοιαύτας προστασίας, καὶ οὔτε οἱ τοσαῦτα ἔθνη ἐπιτροπεύοντες οὔθ' οἱ τὰς πόλεις ἁρμόττοντες οὔθ' οἱ τὰς φάλαγγας ἢ στρατόπεδα ὅλα ἐγχειριζόμενοι ὀρθῶς ποιήσουσιν, ἐπεὶ καὶ μισθὸς αὐτῶν τῷ ἔργῳ πρόσεστιν. Ἀλλ' οὐκ ἀφ' ἑνός, οἶμαι, χρὴ ἀνατρέπειν τὰ πάντα οὐδ' ἰσοτιμίαν τῶν μισθοφορούντων καθιστάναι.

12. Τὸ δὲ ὅλον οὐ τοὺς μισθαρνοῦντας ἅπαντας ἐγὼ φαύλῳ βίῳ συνεῖναι ἔφασκον, ἀλλὰ τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις ἐπὶ προφάσει παιδεύσεως δουλεύοντας ᾤκτειρον. Τουτὶ δέ, ὦ ἑταῖρε, τὸ ἡμέτερον πρᾶγμα παντάπασιν ἑτεροῖόν ἐστιν, εἴ γε τὰ μὲν οἴκοι ἰσότιμα ἡμῖν, δημοσίᾳ δὲ τῆς μεγίστης ἀρχῆς κοινωνοῦμεν καὶ τὸ μέρος συνδιαπράττομεν. Ἔγωγ' οὖν, εἰ σκέψαιο, δόξαιμ' ἂν σοι οὐ τὸ σμικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγκεχειρί-

sani me quod dicam habere? Illa forte una mihi ancora adhuc in sicco est, deplorare senectutem, et morbum, et cum his paupertatem, facere omnia ac pati persuadentem, ut quis illam effugiat : ubi forte nec intempestivum fuerit Euripidis Medeam advocare, quæ in medium progressa dicat pro me iambos illos paulum quiddam inflexos,

Nec me, scelesta quantum moliar, fugit;
sed major urget meis consiliis inopia.

Illa enim Theognidis vel me tacente quis ignorat, non indignum putantis vel in mare cetosum abjicere se, vel montis ab aerii præcipitio, si quis hoc modo queat effugere pauperiem?

11. Hæc igitur esse videntur, quæ quis in tali re defendendi criminis causa dicere habeat, quorum nullum unum per se valde speciosum. At bono te, sodalis, animo esse jubeo, utpote nullo horum me usuro : ne enim talis unquam fames Argos deprehendat, ut Cyllarabin conserere conentur. Neque nos ita pauperes defensionis rationabilis, ut præ inopia id genus effugia contra accusationem quæramus. Sed illud mihi cogita, multum omnino hæc inter se differre, utrum in domum divitis cujusdam mercede conductus aliquis ingrediatur, et ibi serviat sustineatque quæcumque mihi dicit liber, an vero publicæ rei partem aliquam tractans et pro virili parte administrans, mercedem eo nomine ab imperatore accipiat. Nimirum percurre, et separatim unumquodque horum positum considera. Invenies sane musicorum illud Disdiapason, hoc est eo quod maximum est intervallo scriptum illud distare a facto meo, ac tantundem sibi similem utramque vitam, quantum argento plumbum, æs auro, et anemone rosæ, et homini simius. Etenim merces quidem et illic et hic est, et quod alieno paretur imperio : at res ipsa plurimum discrepat. Nam ibi quidem servitus manifesta nec multum emtis mancipiis distant qui ea lege accedunt : at qui publicam rem tractant, et urbibus gentibusque integris utiles se præstant, eos iniquum fuerit solius mercedis causa male audire, et in similitudinem communionemque criminis detrahi. Quandoquidem ubi primum aliquis omnes id genus præfecturas sustulerit : neque ipsi qui tantas gentes procurant, neque qui urbium statum ordinant, neque quibus legiones et exercitus integri mandati sunt, recte facient, quum merces ipsorum quoque operi proposita sit. Verum non oportet uno omnia impetu evertere, neque uno loco qui mercedem accipiunt omnes habere.

12. In universum vero non omnes ego qui mercede locarent operas, miseram vitam dixi vivere, sed eos miseratus sum, qui in domibus institutionis obtentu serviunt. Hoc vero nostrum, o sodalis, negotium longe diversum est : quandoquidem privatim eodem quo ante loco sumus, publice autem in maximi communionem imperii venimus, ejusque partem una administramus. Equidem, si considerare velis, videar tibi non minimam Ægyptii hujus imperii partem

σθαι, τὰς δίκας εἰσάγειν καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι καὶ τάς τε ῥητορείας τῶν δικαιολογούντων ῥυθμίζειν καὶ τὰς τοῦ ἄρχοντος γνώσεις πρὸς τὸ σαφέστατον ἅμα καὶ ἀκριβέστατον σὺν πίστει τῇ μεγίστῃ διαφυλάττειν καὶ παραδιδόναι δημοσίᾳ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀποκεισομένας, καὶ ὁ μισθὸς οὐχ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, οὐ σμικρὸς οὐδὲ οὗτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος· καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δὲ οὐ φαῦλαι ἐλπίδες, εἰ τὰ εἰκότα γίγνοιτο, ἀλλ' ἔθνος ἐπιτραπῆναι ἤ τινας ἄλλας πράξεις βασιλικάς.

13. Ἐθέλω γοῦν ἐκ περιττοῦ χρησάμενος τῇ παρρησίᾳ καὶ ὁμόσε χωρήσας τῷ ἐπιφερομένῳ ἐγκλήματι καθ' ὑπερβολὴν ἀπολογήσασθαι, καὶ δή φημί σοι μηδένα μηδὲν ἀμισθὶ ποιεῖν, οὐδ' ἂν τοὺς τὰ μέγιστα πράττοντας εἴπῃς, ὅπου μηδὲ βασιλεὺς αὐτὸς ἄμισθός ἐστιν. Οὐ φόρους λέγω οὐδὲ δασμοὺς, ὁπόσοι παρὰ τῶν ἀρχομένων ἐπέτειοι φοιτῶσιν, ἀλλ' ἔστι βασιλεῖ μισθὸς μέγιστος ἔπαινοι καὶ ἡ παρὰ πᾶσιν εὔκλεια καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις προσκυνεῖσθαι, καὶ εἰκόνες δὲ καὶ νεῲ καὶ τεμένη, ὁπόσα παρὰ τῶν ἀρχομένων ἔχουσι, μισθοὶ καὶ ταῦτά εἰσιν ὑπὲρ τῶν φροντίδων καὶ προνοίας, ἣν εἰσφέρονται προσκοποῦντες ἀεὶ τὰ κοινὰ καὶ βελτίω ποιοῦντες. Ὡς δὴ μικρὰ μεγάλοις εἰκάζειν, ἣν ἐθέλῃς ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τοῦ σωροῦ κορυφῆς ἐφ' ἕκαστον τούτων, ἀφ' ὧν σύγκειται, καταβαίνειν, ὄψει ὅτι μεγέθει καὶ σμικρότητι διαλλάττομεν τῶν ἀκροτάτων, τὰ δ' ἄλλα μισθοφόροι ὁμοίως ἅπαντες.

14. Εἰ μὲν οὖν τοῦτον ἐτεθείκειν τὸν νόμον, μηδένα μηδὲν πράττειν, ἔνοχος ἂν εἰκότως ἐδόκουν τῇ παρανομίᾳ, εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐδαμοῦ τοῦ βιβλίου λέλεκταί μοι, χρὴ δὲ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα ἐνεργὸν εἶναι, τί ἂν ἄλλο ἐς δέον αὐτῷ χρῷτο, ἢ φίλοις συμπονῶν πρὸς τὰ βέλτιστα κἂν τῷ μέσῳ ὑπαίθριος πεῖραν αὑτοῦ διδοὺς ὅπως ἔχει πίστεως καὶ σπουδῆς καὶ εὐνοίας πρὸς τὰ ἐγκεχειρισμένα, ὡς μὴ, τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο, « ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης » εἴη.

15. Πρὸ δὲ τῶν ὅλων μεμνῆσθαι χρὴ τοὺς ἐπιτιμῶντας ὅτι οὐ σοφῷ ὄντι μοι — εἰ δή τις καὶ ἄλλος ἐστί που σοφός — ἐπιτιμήσουσιν, ἀλλὰ τῷ ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου, λόγους μὲν ἀσκήσαντι καὶ τὰ μέτρια ἐπαινουμένῳ ἐπ' αὐτοῖς, πρὸς δὲ τὴν ἄκραν ἐκείνην τῶν κορυφαίων ἀρετὴν οὐ πάνυ γεγυμνασμένῳ· καὶ μὰ Δί' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ ἀνιᾶσθαί μοι ἄξιον, ὅτι μηδὲ ἄλλῳ ἐγὼ γοῦν ἐντετύχηκα τὴν τοῦ σοφοῦ ὑπόσχεσιν ἀποπληροῦντι. Σοῦ μέντοι καὶ θαυμάσαιμ' ἂν ἐπιτιμῶντός μου τῷ νυνὶ βίῳ, εἴ γε ἐπιτιμῴης, ὃν πρὸ πολλοῦ ᾔδεις ἐπὶ ῥητορικῇ δημοσίᾳ μεγίστας μισθοφορὰς ἐνεγκάμενον, ὁπότε κατὰ θέαν τοῦ ἑσπερίου Ὠκεανοῦ καὶ τὴν Κελτικὴν ἅμα ἐπιὼν ἐνέτυχες ἡμῖν τοῖς μεγαλομίσθοις τῶν σοφιστῶν ἐναριθμουμένοις. Ταῦτά σοι, ὦ ἑταῖρε, καίτοι ἐν μυρίαις ταῖς ἀσχολίαις ὢν ὅμως ἀπελογησάμην, οὐχ ἐν παρέργῳ θέμενος τὴν λευκὴν

mandatam habere, judicia dare et ordinem illis decentem adhibere, et eorum quæ aguntur dicunturque omnium commentarios scribendos curare, et litigantium orationes moderari, et decreta principis, quam disertissime potest et accuratissime, cum fide maxima conservare, et publice tradere ad futuri temporis perpetuitatem reponenda. Porro merces non a privato, sed ab imperatore; nec parva illa, sed multorum talentorum : et post hæc non spes quædam exiguæ, si fiant, quæ consentaneum est fieri, sed futurum ut gens integra nobis committatur, aut actiones aliæ principales.

13. Volo equidem ex abundanti, utens fiducia, et cominus congressus intentato crimini, ultra etiam quam oportet causam dicere : et illud nempe dico tibi, neminem quicquam sine mercede facere. Neque tu mihi eos nomines, qui res maximas gerunt; quum neque ipse imperator mercedis expers sit. Non vectigalia dico neque tributa, quæ a civibus quotannis veniunt : sed est imperatori merces maxima laudes et gloria apud omnes, et quod beneficiorum causa adoratur; statuæ porro, et ædes, ac templa, quæ habent a civibus, merces et ista sunt pro curis et providentia, quam adhibent procuranda semper publica re et in melius augenda. Nempe ut parva assimilemus magnis, si volueris a vertice quasi acervi ad unumquodque eorum, quibus constat, descendere, videbis magnitudine nos et parvitate differre ab his qui summi sunt; ceterum mercenarios æque esse universos.

14. Si igitur eam ego legem scripsissem, neminem quicquam oportere agere, tenerer merito violatæ legis meæ : sin vero hoc quidem nusquam in libello dictum a me est, ac porro bonum virum efficacem esse oportet, quodnam aliud ad officium applicet se, quam ut elaboret cum amicis in iis quæ optima sunt, et in medio atque sub divo quasi constitutus experimentum sui præbeat, qualis sit fide, diligentia, amore eorum quæ commissa ipsi sunt, ne sit, ut Homeri verbo utar, « telluris inutile pondus. »

15. Ante omnia vero et hoc meminisse oportet qui reprehendere nos voluerint, ipsos non tanquam sapientem me (modo usquam sit aliquis sapiens) reprehensuros, sed unum de multis, qui dicendi facultatem exercuerit ille quidem, mediocrem ex ea re laudem consecutus; ad summam autem illam eorum, qui capita ac duces sunt, virtutem non sit exercitatus. Neque hercules eo nomine dolere mihi fas est, quandoquidem nec in alium ego quenquam incidi, qui sapientis professionem impleret. Ac mirer etiam te si reprehendas vitam præsentem nostram, si quidem reprehendas, ejus hominis, quem olim noveras rhetorices nomine maximas publice mercedes capere, quum occidentalis Oceani videndi causa, et Celticam eadem peragrans, in nos incideres, qui in illis sophistarum numeraremur, qui magnas mercedes mererentur. Hæc apud te, sodalis, maximas licet inter occupationes, tamen defendendi criminis caussa scripsi, non obiter id agendum ratus, ut album

παρὰ σοῦ καὶ πλήρη μοι ἐνεχθῆναι· ἐπεὶ πρός γε τοὺς ἄλλους, κἂν συνάμα πάντες κατηγορῶσιν, ἱκανὸν ἂν εἴη μοι τὸ, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

a te et plenum calculum feram. Apud alios enim si vel simul omnes me accusent, satis mihi illud fuerit, Non curat Hippoclides.

XIX.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΣΕΙ ΠΤΑΙΣΜΑΤΟΣ.

1. Χαλεπὸν μὲν ἄνθρωπον ὄντα δαίμονός τινος ἐπήρειαν διαφυγεῖν, πολὺ δὲ χαλεπώτερον ἀπολογίαν εὑρεῖν παραλόγου καὶ δαιμονίου πταίσματος, ἅπερ ἀμφότερα νῦν ἐμοὶ συμβέβηκεν, ὃς ἀφικόμενος παρὰ σὲ, ὡς προσείποιμι τὸ ἑωθινὸν, δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι καὶ χαίρειν κελεύειν, ἐγὼ δ' ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος ὑγιαίνειν σε ἠξίουν, εὔφημον μὲν καὶ τοῦτο, οὐκ ἐν καιρῷ δὲ ὡς οὐ κατὰ τὴν ἕω. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ εὐθὺς ἴδιόν τε καὶ ἠρυθρίων καὶ παντοῖος ἦν ὑπὸ ἀπορίας, οἱ παρόντες δὲ οἱ μὲν παραπαίειν, ὡς εἰκὸς, οἱ δὲ ληρεῖν ὑφ' ἡλικίας, οἱ δὲ χθεσινῆς κραιπάλης ἀνάμεστον ἔτι ᾤοντό με εἶναι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα σὺ ἐπιεικῶς ἤνεγκας τὸ γεγονὸς οὐδ' ὅσον ἄκρῳ τῷ μειδιάματι ἐπισημηνάμενος τῆς γλώττης τὴν διαμαρτίαν. Ἔδοξεν οὖν μοι καλῶς ἔχειν παραμυθίαν τινὰ ἐμαυτῷ συγγράψαι, ὡς μὴ πάνυ ἀνιῴμην ἐπὶ τῷ πταίσματι μηδ' ἀφόρητον ἡγοίμην, εἰ πρεσβύτης ἀνὴρ τοσοῦτον ἀπεσφάλην τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων· ἀπολογίας μὲν γὰρ οὐδὲν ἔδει, οἶμαι, ὑπὲρ γλώττης εἰς οὕτως εὔφημον εὐχὴν ὀλισθούσης.

2. Ἀρχόμενος μὲν οὖν τῆς γραφῆς πάνυ ἀπόρῳ ἐντεύξεσθαι ᾤμην τῷ προβλήματι, προϊόντι δὲ πολλὰ προὐφάνη τὰ λεκτέα. Οὐ μὴν πρότερον ἐρῶ αὐτὰ, ἢν μὴ περὶ τοῦ χαίρειν αὐτοῦ καὶ τοῦ εὖ πράττειν καὶ τοῦ ὑγιαίνειν προείπω τὰ εἰκότα. Τὸ μὲν δὴ χαίρειν ἀρχαία μὲν ἡ προσαγόρευσις, οὐ μὴν ἑωθινὴ μόνον οὐδὲ ὑπὸ τὴν πρώτην ἔντευξιν, ἀλλὰ καὶ πρῶτον μὲν ἰδόντες ἀλλήλους ἔλεγον αὐτὸ, ὡς τὸ,

> Χαῖρ', ὦ δυνάστα τῆσδε γῆς Τιρυνθίας·

καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐς λόγους ἤδη παροινίους τρεπόμενοι, ὡς τὸ,

> Χαῖρ', Ἀχιλεῦ, δαιτὸς μὲν ἐΐσης οὐκ ἐπιδευεῖς,

Ὀδυσσεὺς ὁπότε τὴν ἐπεσταλμένην πρεσβείαν αὐτῷ ἐρρητόρευε· καὶ ἤδη ἀπιόντες παρ' ἀλλήλων, ὡς τὸ,

> Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός.

Ἴδιος δὲ καιρὸς οὐδεὶς ἀπενενέμητο τῇ προσρήσει, οὐδὲ ὡς νῦν μόνος ὁ ἑωθινὸς, ὅπου γε καὶ ἐπὶ τῶν ἀπαισίων καὶ ἀπευκτοτάτων ὅμως ἐχρῶντο αὐτῇ, ὡς ὁ τοῦ Εὐριπίδου Πολυνείκης ἤδη τελευτῶν τὸν βίον,

> Καὶ χαίρετ', ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος.

Καὶ οὐ μόνον φιλοφροσύνης αὐτοῖς ἦν τοῦτο σύμβολον, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθείας καὶ τοῦ μηκέτι χρήσεσθαι ἀλλή-

XIX.

PRO LAPSU IN SALUTANDO.

1. Difficile est, homo natus quum sis, dei alicujus invidiam effugere: multo porro difficilius, verba invenire quibus defendas inopinatum et immissum divinitus errorem. Quæ quidem duæ res modo usu mihi venerunt, qui matutinæ salutationis causa domum tuam veniens, quum oporteret consuetam illam vocem mittere, et Gaude [*i. e. Ave*] dicere; ego vero homo aureus oblivione lapsus, Valere te jusserim, quod boni et ipsum quidem ominis, sed non tempestivum, quippe quod matutino parum conveniret. Ergo in ipso verbo statim sudabam equidem, erubescebam, æstuabam consilii inopia: præsentes vero qui essent, alii desipere me videlicet, alii præ senectute delirare, alii hesterna crapula adhuc oppletum turbatumque existimabant, quanquam humaniter ipse tu ferres, ut qui maxime, quod factum erat, ac ne lenissime quidem subridens linguæ nostræ errorem notares. Faciendum itaque putavi, ut consolationem ipsi mihi aliquam scriberem, ne lapsu illo nimis excruciarer, neque intolerandum putarem, si homo senex tantum a decoro, coram tot testibus, aberrassem: nam linguæ quidem defensione nihil opus videbatur in bene ominatas adeo preces lubrico quasi vestigio prolapsæ.

2. Ac sub initium scriptionis difficilem dubiamque sane quæstionem propositam mihi fore arbitrabar: aliquantum autem progresso multa se dicenda ultro offerebant. Ne que tamen prius ea dicam, quam de ipsis verbis Gaudere, Salvere, et Valere, quæ opportuna videbuntur prædixero. Atque Gaudere (si quem jubeas) est illa quidem antiqua salutatio, verum non matutina solum, neque quæ ad primam modo congressionem pertineat: sed utebantur ea quidem et qui primum se videbant, quale est,

> Gaude, potens telluris o Tirynthiæ;

et qui post cœnam ad comessationem et liberiores in vino sermones se convertebant, ut,

> Gaude, verum epulis paribus nec egemus, Achille;

Ulysses dicit, quando mandatam sibi legationem apud illum orare incipit: et qui jam discedunt, ab se invicem, ut,

> Gaudete, hinc vobis ero morte carens deus, haud vir.

Proprium autem tempus nullum attributum erat huic appellationi, neque, ut nunc, solum matutinum: atque adeo minime auspicatis temporibus et abominandis maxime, tamen illa utebantur, ut Euripidis ille Polynices, jam finiens vitam, dicit,

> Gaudete, jam nox atra me complectitur.

Nec benevolentiæ modo illis hæc erat quasi tessera, sed inimicitiarum quoque, et quum negaret alter se usurum altero:

λοις· τὸ γοῦν μακρὰ χαίρειν φράσαι τὸ μηκέτι φροντιεῖν δηλοῖ.

3. Πρῶτος δ' αὐτὸ Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας λέγεται ἀπὸ Μαραθῶνος ἀγγέλλων τὴν νίκην εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἄρχοντας καθημένους καὶ πεφροντικότας ὑπὲρ τοῦ τέλους τῆς μάχης, Χαίρετε, νικῶμεν, καὶ τοῦτο εἰπὼν συναποθανεῖν τῇ ἀγγελίᾳ καὶ τῷ χαίρειν συνεκπνεῦσαι. Ἐν ἐπιστολῆς δὲ ἀρχῇ Κλέων ὁ Ἀθηναῖος δημαγωγὸς ἀπὸ Σφακτηρίας πρῶτον χαίρειν προὔθηκεν εὐαγγελιζόμενος τὴν νίκην τὴν ἐκεῖθεν καὶ τὴν τῶν Σπαρτιατῶν ἅλωσιν· καὶ ὅλως γε μετ' ἐκεῖνον ὁ Νικίας ἀπὸ Σικελίας ἐπιστέλλων ἐν τῷ ἀρχαίῳ τῶν ἐπιστολῶν διέμεινεν ἀπ' αὐτῶν ἀρξάμενος τῶν πραγμάτων.

4. Ἀλλ' ὁ θαυμαστὸς Πλάτων, ἀνὴρ ἀξιόπιστος νομοθέτης τῶν τοιούτων, τὸ μὲν χαίρειν κελεύει καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζειν ὡς μοχθηρὸν ὂν καὶ οὐδὲν σπουδαῖον ἐμφαῖνον, τὸ δ' εὖ πράττειν ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγει ὡς κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εὖ διακειμένων σύμβολον, καὶ ἐπιστέλλων γε τῷ Διονυσίῳ αἰτιᾶται αὐτόν, ὅτι ποιῶν ἐς τὸν Ἀπόλλω χαίρειν τὸν θεὸν προσεῖπεν ὡς ἀνάξιον τοῦ Πυθίου καὶ οὐχ ὅπως θεοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον.

5. Ὁ μέν γε θεσπέσιος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἴδιον ἡμῖν καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Ὀκέλλῳ τῷ Λευκανῷ καὶ Ἀρχύτᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, οὔτε τὸ χαίρειν οὔτε τὸ εὖ πράττειν προὔγραφεν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευεν· ἅπαντες γοῦν οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀλλήλοις ἐπιστέλλοντες ὁπότε σπουδαῖόν τι γράφοιεν, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ παρεκελεύοντο ὡς καὶ αὐτὸ ψυχῇ τε καὶ σώματι ἁρμοδιώτατον καὶ συνόλως ἅπαντα περιειληφὸς τἀνθρώπου ἀγαθά, καὶ τό γε τριπλοῦν αὐτοῖς τρίγωνον, τὸ δι' ἀλλήλων, τὸ πεντάγραμμον, ᾧ συμβόλῳ πρὸς τοὺς ὁμοδόξους ἐχρῶντο, ὑγίεια πρὸς αὐτῶν ὠνομάζετο, καὶ ὅλως ἡγοῦντο τῷ μὲν ὑγιαίνειν τὸ εὖ πράττειν καὶ τὸ χαίρειν εἶναι, οὔτε δὲ τῷ εὖ πράττειν οὔτε τῷ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν τετρακτύν, τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, ἣ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ, ἤδη καὶ ὑγιείας ἀρχὴν ἐκάλεσαν, ὧν καὶ Φιλόλαός ἐστι.

6. Καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς λέγω, ὅπου καὶ Ἐπίκουρος ἀνὴρ πάνυ χαίρων τῷ χαίρειν καὶ τὴν ἡδονὴν πρὸ ἁπάντων αἱρούμενος ἐν ταῖς σπουδαιοτέραις ἐπιστολαῖς — εἰσὶ δ' αὗται ὀλίγαι — καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς φιλτάτους μάλιστα ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ προστάττει; Πολὺ δ' ἂν καὶ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ εὕροις τὸ ὑγιαίνειν πρῶτον εὐθὺς λεγόμενον· τὸ μὲν γὰρ

Οὖλέ τε καὶ μάλα χαῖρε

σαφῶς προτεταγμένον τοῦ χαίρειν τὸ ὑγιαίνειν ἔχει· ὁ δ' Ἄλεξις,

Ὦ δέσποθ', ὑγίαιν', ὡς χρόνιος ἐλήλυθας·

ὁ δ' Ἀχαιός,

qui enim longum gaudere jubet aliquid, ille non curaturum se in posterum significat.

3. Primus vero illud verbum Philippides cursor dicitur usurpasse, quum a Marathone victoriam nunciaret, et dixisse ad Archontes sedentes ac de pugnæ exitu sollicitos, Gaudete, vincimus; eoque dicto suo nuntio immortuus esse, et in ipso gaudendi verbo exspirasse. In epistolæ autem principio Cleon, Atheniensis populi ductor, primum illud Gaudere præposuit, epistolæ ejus quam Sphacteria dederat, victoriæ ibi reportatæ et captorum Spartanorum nuntiam: in universum tamen etiam Nicias a Sicilia scribens in antiquo epistolarum more perseveravit, initium ab ipsis rebus capiens.

4. Sed admirabilis noster Plato, fide dignus legislator talium, illud Gaudere quidem gaudere (*i. e. valere*) jubet, et plane rejici, velut malum et nihil honesti significans: sed Salvere (*ad verbum* Bene agere) pro eo inducit, ut communem corporis pariter et animi bene constituti tesseram. Atque scribens ad Dionysium accusat illum, quod in Hymno Apollinis Gaudere deum jubeat, tanquam indignum Pythio, et non tantum diis, sed ne hominibus quidem non ineptis decorum.

5. Divinus sane Pythagoras, etsi nihil ipse nobis proprium relinquere suorum scriptorum dignatus est, quantum tamen ex Ocello Lucano et Archyta et reliquis ipsius familiaribus colligere licet, neque ipsum illud Gaudere neque Salvere præscripsit, sed a verbo Valere jussit incipere. Omnes enim ab illo docti in epistolis quoties serium quiddam scriberent, Valere (*ad verbum* Sanum esse) in ipso statim principio jubebant, tanquam et ipsum animo pariter et corpori convenientissimum, et bona hominis complexum in universum omnia: et triplex illud triangulum sibi implexum, quinque descriptum et inclusum lineis, qua tessera ad sententiæ suæ homines uterentur, sanitas ab ipsis vocabatur. Et omnino putabant, in verbo Valere inesse etiam ipsum Salvere et Gaudere; sed neque Salvere, neque Gaudere, continuo esse etiam Valere. Sunt vero etiam qui quaternionem, maximum illorum jusjurandum, qui perfectum secundum ipsos numerum efficit, jam sanitatis initium vocarent, in quibus et Philolaus est.

6. Et quid tibi antiquos narro, quum et Epicurus, vir valde gaudens Gaudere, et voluptatem rebus præoptans omnibus, tum in seriis magis epistolis (sunt autem hæ paucæ), tum in his quas dedit ad omnium carissimos, Valere statim in principio jubeat? Multum etiam in tragœdia et in comœdia vetere invenias Valere primo statim congressu dictum. Etenim illud,

Valeque et multum gaude,

perspicue præpositum habet gaudendi voto illud valitudinis. Alexis autem,

Here mi, vale quam quæso serus advenis!

et Achæus,

Ἥκω πεπραγὼς δεινά, σὺ δ' ὑγίαινέ μοι·

καὶ ὁ Φιλήμων,

> Αἰτῶ δ' ὑγίειαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν,
> τρίτον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί.

Ὁ μὲν γὰρ τὸ σκόλιον γράψας, οὗ καὶ Πλάτων μέμνηται, τί καὶ οὗτός φησιν; Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον, τὸ δεύτερον καλὸν γενέσθαι, τρίτον δὲ πλουτεῖν, τοῦ χαίρειν δὲ τὸ παράπαν οὐκ ἐμνήσθη, ἵνα σοι μὴ τὸ γνωριμώτατον ἐκεῖνο καὶ πᾶσι διὰ στόματος λέγω,

> Ὑγίεια, πρεσβίστα μακάρων, μετὰ σεῦ ναίοιμι τὸ λειπόμενον βιοτᾶς·

ὥστε εἰ πρεσβίστη ἐστὶν ὑγίεια, καὶ τὸ ἔργον αὐτῆς τὸ ὑγιαίνειν προτακτέον τῶν ἄλλων ἀγαθῶν.

7. Μυρία δὲ καὶ ἄλλα ἔκ τε ποιητῶν καὶ συγγραφέων καὶ φιλοσόφων καταδεῖξαί σοι ἔχων, προτιμώντων τὸ ὑγιαίνειν, τοῦτο μὲν παραιτήσομαι, ὡς μὴ εἰς ἀπειροκαλίαν τινὰ μειρακιώδη ἐκπέσῃ μοι τὸ σύγγραμμα καὶ κινδυνεύωμεν ἄλλῳ ἥλῳ ἐκκρούειν τὸν ἧλον, ὀλίγα δέ σοι τῆς ἀρχαίας ἱστορίας ὁπόσα μέμνημαι οἰκεῖα τῷ παρόντι προσγράψαι καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον.

8. Ὅτε Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἰσσῷ μάχην ἀγωνιεῖσθαι ἔμελλεν, ὡς Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς ἐν τῇ πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολῇ λέγει, ἕωθεν εἰσελθὼν εἰς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων, εἴτ' ἐπιλαθόμενος εἴτ' ἐκταραχθεὶς ὥσπερ ἐγώ, εἴτε καὶ θεοῦ τινος τοῦτο καταναγκάσαντος, ταὐτὸν ἐμοὶ ἔφη, Ὑγίαινε, βασιλεῦ, καιρὸς ἤδη παρατάττεσθαι. Ταραχθέντων δὲ τῶν παρόντων πρὸς τὸ παράδοξον τῆς προσαγορεύσεως καὶ τοῦ Ἡφαιστίωνος ὀλίγου δεῖν ὑπ' αἰδοῦς ἐκθανόντος, Ἀλέξανδρος, Δέχομαι, εἶπε, τὴν κληδόνα· τὸ γὰρ σώους ἐπανήξειν ἀπὸ τῆς μάχης ἤδη μοι ὑπέσχηται.

9. Ἀντίοχος δὲ ὁ σωτὴρ ὅτε τοῖς Γαλάταις συνάπτειν ἔμελλεν, ἔδοξεν ὄναρ ἐπιστάντα οἱ τὸν Ἀλέξανδρον κελεύειν σύνθημα πρὸ τῆς μάχης παραδοῦναι τῇ στρατιᾷ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ ὑπὸ τούτῳ συνθήματι τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην νίκην ἐνίκησε.

10. Καὶ Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου Σελεύκῳ ἐπιστέλλων σαφῶς ἀνέστρεψε τὴν τάξιν ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς ἐπιστολῆς ὑγιαίνειν αὐτὸν προσειπών, ἐπὶ τέλει δὲ ἀντὶ τοῦ ἐρρῶσθαι ὑπογράψας τὸ χαίρειν, ὡς Διονυσόδωρος ὁ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ συναγαγών φησιν.

11. Ἄξιον δὲ καὶ Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου μνησθῆναι, ἀνδρὸς μετ' Ἀλέξανδρον τὰ δεύτερα ἐν στρατηγίαις ἐνεγκαμένου καὶ μυρίας τροπὰς τῆς τύχης ἐνεγκόντος. Οὗτος τοίνυν ἀεὶ θεοῖς εὐχόμενος καὶ θύων καὶ ἀνατιθεὶς οὐδεπώποτε ἢ νίκην ἢ βασιλείας ἀξίωμα μεῖζον ἢ εὔκλειαν ἢ πλούτου ὑπερβολὴν ᾔτησε παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἓν τοῦτο ηὔχετο, ὑγιαίνειν, ὡς ἔστ' ἂν τοῦτ' ἔχῃ, ῥᾳδίως αὐτῷ τῶν ἄλλων προσγενησομένων. Καὶ ἄριστα, οἶμαι, ἐφρόνει, λογιζόμενος ὅτι οὐδὲν ὄφελος τῶν ἁπάντων ἀγαθῶν, ἔστ' ἂν τοῦ ὑγιαίνειν μόνον ἀπῇ.

12. Ναί, φησί τις· ἀλλὰ νῦν ἑκάστου καιρὸς ἴδιος

Venio patratis horridis, at tu vale!

et Philemo,

> Valere est quod primum opto, tum res prosperas,
> gaudere deinde, tum debere nemini.

Ille vero convivalis cantici scriptor, cujus etiam Plato mentionem facit, quid etiam hic ait? Primum volo Valere: deinde vero pulcher esse; deinde dives; Gaudendi vero omnino mentionem non fecit, ne tibi notissimum illud denique, quod omnium in ore est, dicam,

> Divûm senior, Valitudo, habitem tecum vitæ mihi relliquum quod superest.

Si itaque antiquissima est Valitudo, ejus etiam opus, Valere, utique præponendum est bonis reliquis.

7. Sexcenta autem alia quum habeam quæ ostendere tibi possim e poetis, historicisque et philosophis, Valere præponentibus, supersedebo equidem, ne in pueriles mihi ineptias scriptio ista exeat, et forte clavum excutere clavo alio videar: pauca vero tibi ex antiqua historia, quantorum quidem recordor in rem præsentem convenientium, ascribere opportunum putavi.

45. ΛΥΚ. Εἰκότως· οὐδὲ γὰρ εὐπρόσωπον οὐδέν. Ὥστε ἢν ἐθέλωμεν ἢ τὸν ἔχοντα τὴν ἱερὰν φιάλην εὑρεῖν ἢ τὸν ἔφεδρον ἢ τὸν ἄριστα ἡγησόμενον ἡμῖν ἐς τὴν πόλιν ἐκείνην τὴν Κόρινθον, ἐπὶ πάντας ἀναγκαίως ἀφιξόμεθα καὶ ἐξετάσομεν ἄκρως πειρώμενοι καὶ ἀποδύοντες καὶ παραθεωροῦντες· μόλις γὰρ ἂν οὕτω τἀληθὲς ἐκμάθοιμεν. Καὶ εἴ γέ τις μέλλει σύμβουλός μοι ἀξιόπιστος ἔσεσθαι φιλοσοφίας πέρι, ἥντινα φιλοσοφητέον, οὗτος ἂν εἴη μόνος ὁ τὰ ὑπὸ πασῶν αὐτῶν λεγόμενα εἰδὼς, οἱ δ' ἄλλοι ἀτελεῖς, καὶ οὐκ ἂν πιστεύσαιμι αὐτοῖς, ἔστ' ἂν καὶ μιᾶς ἀπείρατοι ὦσι· τάχα γὰρ ἂν ἡ ἀρίστη ἐκείνη εἴη. Οὐ γὰρ δὴ εἴ τις παραστησάμενος καλὸν ἄνθρωπον λέγοι τοῦτον εἶναι κάλλιστον ἀνθρώπων ἁπάντων, πιστεύσαιμεν ἂν αὐτῷ, ἢν μὴ εἰδῶμεν ὅτι πάντας ἀνθρώπους ἑόρακεν· ἴσως μὲν γὰρ καὶ οὗτος καλὸς, εἰ δὲ πάντων κάλλιστος οὐκ ἂν ἔχοι εἰδέναι μὴ ἰδὼν ἅπαντας. Ἡμεῖς δὲ οὐκ αὐτὸ μόνον καλοῦ, ἀλλὰ τοῦ καλλίστου δεόμεθα, καὶ ἢν μὴ τοῦτο εὕρωμεν, οὐδὲν ἡμῖν πλέον πεπρᾶχθαι ἡγησόμεθα· οὐ γὰρ

tuor. Apparet igitur solam ita imparem futuram proximam literam E, eumque qui illam extraxerit, esse subsessorem.

LYC. Utrum, Hermotime, prudentiam tuam laudabo, an vis contra dicam quæ mihi videantur, qualiacumque demum fuerint?

HERM. Quin dic. Non comminiscor equidem quid cum ratione in tali re dicere contra possis.

43. LYC. Tu quidem ita dixisti, tanquam ordine deinceps suo omnino scribantur literæ, velut prima A, altera B, et sic ordine, donec in una illarum numerus athletarum deficiat. Ac do tibi, Olympiæ ita fieri. Quid vero, si sumtis sine ordine quinque literis C, S, Z, K, T, reliquas quidem quatuor bis quamque in octo sortibus scribamus, Z autem solum in nona, quod scilicet designet nobis subsessorem : quid facies, si primum Z invenias? quanam re intelliges subsessorem esse qui illam habeat, nisi ad omnes accedens invenias nullam cum ea convenire? non enim poteras, ut modo, ex ordine illarum illud intelligere.

HERM. Difficile est ad respondendum quod rogas.

44. LYC. Ecce alio etiam modo idem illud considera. Quid enim, si neque literas scribamus in sortibus, sed signa quædam et notas, quo genere Ægyptii multa scribunt, pro literis pingentes caninis aut leoninis capitibus homines : aut illa quidem relinquamus, quum absurda sint; sed age uniformia illa et simplicia in iis pingamus, observata quantum potest similitudine, homines in duabus sortibus, duos in duabus equos, et gallos duos, et duos canes, nonæ autem nota esto leo. In hanc igitur signatam leone sortem si primum incidas, unde habebis dicere, hanc esse quæ subsessorem faciat, nisi ante obeundo omnes inspexeris, si qua etiam alia leonem habeat?

HERM. Non habeo quod tibi, Lycine, respondeam.

45. LYC. Nihil mirum : neque enim speciosum quidquam est quod responderi possit. Itaque si voluerimus vel eum qui auream phialam habeat invenire, vel subsessorem, vel optimum in civitatem illam Corinthum ducem, ad omnes necessario deveniemus, et inquiremus summo opere tentantes, et exuentes, et cum aliis conferentes : vix enim vel sic verum perdiscamus. Et si quis mihi futurus est consiliarius fide dignus de philosophia ea quæ sequenda sit, ille fuerit solus, qui ea quæ ab omnibus dicuntur noverit : reliqui omnes in censum non veniunt, neque iis crediderim, dum vel unius sectæ sint ignari : forte enim hæc ipsa fuerit optima. Neque enim sane, si quis pulchrum nobis hominem adducat, huncque dicat esse omnium hominum pulcherrimum, ipsi credamus, nisi sciamus omnes illum homines vidisse. Forte enim et hic quidem pulcher : an vero omnium pulcherrimus, scire non possit qui omnes non viderit. Nos autem non pulchro solum, sed pulcherrimo opus habemus : et hoc nisi invenerimus, nihil nobis profecisse videbimur. Neque enim satis habebimus in pul-

ἀγαπήσομεν ὁποιῳδήποτε καλῷ ἐντυχόντες, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ ἀκρότατον ζητοῦμεν κάλλος, ὅπερ ἀνάγκη ἓν εἶναι.

46. ΕΡΜ. Ἀληθῆ.

ΛΥΚ. Τί οὖν; ἔχεις μοί τινα εἰπεῖν ἁπάσης ὁδοῦ πεπειραμένον ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ ὃς τά τε ὑπὸ Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους καὶ Χρυσίππου καὶ Ἐπικούρου καὶ τῶν ἄλλων λεγόμενα εἰδὼς τελευτῶν μίαν εἵλετο ἐξ ἁπασῶν ὁδῶν ἀληθῆ τε δοκιμάσας καὶ πείρᾳ μαθὼν ὡς μόνη ἄγει εὐθὺ τῆς εὐδαιμονίας; εἰ γάρ τινα τοιοῦτον εὕροιμεν, παυσόμεθα πράγματα ἔχοντες.

ΕΡΜ. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Λυκῖνε, τοιοῦτον ἄνδρα εὑρεῖν.

47. ΛΥΚ. Τί δὴ οὖν πράξομεν, ὦ Ἑρμότιμε; Οὐκ ἀπαγορευτέον οἶμαι, ἐπεὶ μηδενὸς ἡγεμόνος τοιούτου ἔς γε τὸ παρὸν εὐποροῦμεν. Ἆρα τόδε πάντων κράτιστόν ἐστι καὶ ἀσφαλέστατον, αὐτὸν ἕκαστον ἀρξάμενον διὰ πάσης προαιρέσεως χωρῆσαι καὶ ἐπισκέψασθαι ἀκριβῶς τὰ ὑπὸ πάντων λεγόμενα;

ΕΡΜ. Ἔοικεν ἀπό γε τούτων· πλὴν ἐκεῖνο μὴ ἐναντίον ᾖ, ὃ μικρῷ πρόσθεν ἔλεγες, ὡς οὐ ῥᾴδιον, ἐπιδόντα ἑαυτὸν καὶ πετάσαντα τὴν ὀθόνην ἀναδραμεῖν αὖθις. Πῶς γὰρ οἷόν τε πάσας ἐπελθεῖν τὰς ὁδοὺς ἐν τῇ πρώτῃ, ὡς φῄς, κατασχεθησομένῳ;

ΛΥΚ. Ἐγώ σοι φράσω· τὸ τοῦ Θησέως ἐκεῖνο μιμησόμεθα, καί τι λίνον παρὰ τῆς τραγικῆς Ἀριάδνης λαβόντες εἴσιμεν ἐς τὸν λαβύρινθον ἕκαστον, ὡς ἔχειν ἀπραγμόνως μηρυόμενοι αὐτὸ ἐξιέναι.

ΕΡΜ. Τίς οὖν ἂν ἡμῖν Ἀριάδνη γένοιτ' ἂν ἢ πόθεν τοῦ λίνου εὐπορήσομεν;

ΛΥΚ. Θάρρει, ὦ ἑταῖρε· δοκῶ γάρ μοι εὑρηκέναι οὗτινος ἐχόμενοι ἐξέλθοιμεν ἄν.

ΕΡΜ. Τί οὖν τοῦτό ἐστιν;

ΛΥΚ. Οὐκ ἐμὸν ἐρῶ, ἀλλά τινος τῶν σοφῶν, τὸ, « νῆφε καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν· » ἣν γὰρ μὴ ῥᾳδίως πιστεύωμεν ἀκούοντες, ἀλλὰ δικαστικῶς αὐτὸ ποιῶμεν ἀπολιπόντες καὶ τοῖς ἑξῆς λόγον, ἴσως εὐμαρῶς ἂν τοὺς λαβυρίνθους ἐκφύγοιμεν.

ΕΡΜ. Εὖ λέγεις, καὶ τοῦτο ποιῶμεν.

48. ΛΥΚ. Εἶεν. Ἐπὶ τίνα δὴ αὐτῶν πρῶτον ἔλθοιμεν ἄν; ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν διοίσει, ἀρξάμενοι δὲ ἀφ' ὁτουοῦν, οἷον ἀπὸ Πυθαγόρου, ἣν οὕτω τύχῃ, πόσῳ ἂν χρόνῳ οἰώμεθα ἐκμαθεῖν τὰ Πυθαγόρου ἅπαντα; καὶ μή μοι ἐξαίρει καὶ τὰ πέντε ἔτη ἐκεῖνα τὰ τῆς σιωπῆς· σὺν δ' οὖν τοῖς πέντε ἱκανὰ τριάκοντα, οἶμαι, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ πάντως γε εἴκοσι.

ΕΡΜ. Θῶμεν οὕτως.

ΛΥΚ. Εἶτα ἑξῆς τῷ Πλάτωνι θετέον δηλαδὴ τοσαῦτα ἕτερα, ἔτι μὴν καὶ Ἀριστοτέλει οὐκ ἐλάττω.

ΕΡΜ. Οὐ γάρ.

ΛΥΚ. Χρυσίππῳ δέ γε οὐκέτι ἐρήσομαί σε πόσα· οἶδα γὰρ παρὰ σοῦ ἀκούσας ὅτι τετταράκοντα μόγις ἱκανά.

ΕΡΜ. Οὕτως.

ΛΥΚ. Εἶτα ἑξῆς Ἐπικούρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις. Ὡς

chrum quodcumque incidisse, sed summam illam pulchritudinem quærimus, quam unam esse necesse est.

46. HERM. Vera sunt ista.

LYC. Quid igitur? habes mihi dicere aliquem, qui viam omnem in philosophia tentaverit, quique cognitis quæ dicuntur a Pythagora et Platone et Aristotele et Chrysippo et Epicuro et reliquis, unam tandem ex omnibus viam delegerit, quam veram probaverit, et cognoverit experimento, solam ducere recta ad felicitatem? talem enim si invenerimus, laborare desinemus.

HERM. Non facile est, Lycine, talem virum reperire.

47. LYC. Quid agemus ergo, Hermotime? Non puto despondendum esse animum, si in præsens quidem non sit ducis ejusmodi copia. Numquid hoc omnium optimum est atque tutissimum, ipsum quemque incipere et per sectas ire omnes, et considerare accurate quæ dicuntur ab omnibus?

HERM. Sic videtur ex his quidem quæ disputata sunt: modo illud paullo ante a te dictum non adversetur, quod non facile est, qui semel se vento passis velis permiserit, retro cursum agere. Quomodo enim fieri potest ut vias aliquis omnes obeat, si in prima, quod dicis, futurum sit ut retineatur?

LYC. Dicam tibi. Thesei illud consilium imitabimur, et lino a tragica Ariadne accepto in labyrinthum quemque ingrediemur, ut glomerando illo sine molestia exeamus.

HERM. Quæ igitur nobis Ariadne fuerit, aut unde lini nobis erit copia?

LYC. Bono animo, sodalis, esto. Videor enim mihi invenisse quod tenentes egrediamur.

HERM. Quod igitur illud est?

LYC. Non meum dicam, sed cujusdam sapientium: « Sobrius fidem negato. » Si enim non facile credamus inter audiendum, sed tanquam judices illud faciemus, relinquentes etiam his qui sequuntur dicendi copiam, facile fortasse labyrinthos illos effugiamus.

HERM. Bene mones; hoc igitur faciemus.

48. LYC. Sint ista. Ad quem igitur illorum primum veniamus? an nihil hoc refert, verum incipientes a quocumque, verbi gratia a Pythagora, si usu ita veniat, quanto putamus tempore ediscere nos posse Pythagoræ omnia? ac noli mihi excipere etiam quinque illos silentii annos. Computatis igitur quinque illis, sufficere triginta arbitror: quod si non placet, at viginti quidem certe.

HERM. Sic ponamus.

LYC. Tum deinceps Platoni assignandi totidem nempe alii; hinc vero etiam Aristoteli non pauciores.

HERM. Non sane.

LYC. Chrysippo autem non jam interrogabo te quot: novi enim ex te auditum, quadraginta annos vix sufficere.

HERM. Ita est.

LYC. Tum deinceps Epicuro et reliquis ponendi sunt,

δὲ οὐ πολλὰ ταῦτα τίθημι, ἐκεῖθεν μάθοις ἄν, ἣν ἐννοήσῃ ὅσοι ὀγδοηκοντούτεις εἰσὶ Στωϊκοὶ ἢ Ἐπικούρειοι ἢ Πλατωνικοὶ ὁμολογοῦντες μὴ πάντα εἰδέναι τὰ τῆς ἑαυτοῦ αἱρέσεως ἕκαστος, ὡς μηδὲν ἐνδεῖν σφίσιν ἐς τὰ μαθήματα· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ Χρύσιππός γε καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων φαῖεν ἄν, καὶ πρὸ τούτων ὁ Σωκράτης οὐδὲν φαυλότερος αὐτῶν, ὃς ἐκεκράγει πρὸς ἅπαντας οὐχ ὅπως μὴ πάντα, ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναι τι ἢ τοῦτο μόνον ὅτι οὐκ οἶδε. Λογισώμεθα οὖν ἐξ ἀρχῆς· εἴκοσι τῷ Πυθαγόρᾳ ἔτη ἐτίθεμεν, εἶτα Πλάτωνι τοσαῦθ' ἕτερα, εἶτα ἑξῆς τοῖς ἄλλοις. Πόσα δ' οὖν ταῦτα συντεθέντα ἐν κεφαλαίῳ γένοιτ' ἄν, εἰ δέκα μόνας θεῖμεν τὰς αἱρέσεις ἐν φιλοσοφίᾳ;

ΕΡΜ. Ὑπὲρ διακόσια, ὦ Λυκῖνε.

ΛΥΚ. Βούλει οὖν ἀφαιρῶμεν τὸ τέταρτον, ὡς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη ἱκανὰ εἶναι, ἢ τὸ ἥμισυ ὅλον;

49. ΕΡΜ. Αὐτὸς ἂν εἰδείης ἄμεινον· ἐγὼ δὲ ὁρῶ τοῦτο, ὅτι ὀλίγοι ἂν καὶ οὕτω διὰ πασῶν ἐξέλθοιεν ἐκ γενετῆς εὐθὺς ἀρξάμενοι.

ΛΥΚ. Τί οὖν ἂν πάθοι τις, ὦ Ἑρμότιμε, εἰ τοιοῦτόν ἐστι τὸ πρᾶγμα; ἢ ἀνατρεπτέον ἐκεῖνα τὰ ἤδη ὡμολογημένα, ὡς οὐκ ἄν τις ἕλοιτο ἐκ πολλῶν τὸ βέλτιστον μὴ οὐχὶ πειραθεὶς ἁπάντων; ὡς τόν γε ἄνευ πείρας αἱρούμενον μαντείᾳ μᾶλλον ἢ κρίσει τἀληθὲς ἀναζητοῦντα. Οὐχ οὕτως ἐλέγομεν;

ΕΡΜ. Ναί.

ΛΥΚ. Πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη ἐπὶ τοσοῦτον βιῶναι ἡμᾶς, εἰ μέλλοιμεν εὖ τε αἱρήσεσθαι ἁπάντων πειραθέντες καὶ ἑλόμενοι φιλοσοφήσειν καὶ φιλοσοφήσαντες εὐδαιμονήσειν· πρὶν δὲ οὕτω ποιῆσαι, ἐν σκότῳ, φασίν, ὀρχοίμεθ' ἂν οἷς ἂν τύχωμεν προσπταίοντες καὶ ὅ τι ἂν πρῶτον ἐς τὰς χεῖρας ἔλθῃ, τοῦτ' εἶναι τὸ ζητούμενον ὑπολαμβάνοντες διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τἀληθές. Εἰ δὲ καὶ εὕροιμεν ἄλλως κατά τινα ἀγαθὴν τύχην περιπεσόντες αὐτῷ, οὐχ ἕξομεν βεβαίως εἰδέναι εἰ ἐκεῖνό ἐστιν ὃ ζητοῦμεν· πολλὰ γάρ ἐστιν ὅμοια αὐτοῖς, λέγοντα ἕκαστον αὐτὸ εἶναι τἀληθέστατον.

50. ΕΡΜ. Ὦ Λυκῖνε, οὐκ οἶδ' ὅπως εὔλογα μὲν δοκεῖς μοι λέγειν, ἀτὰρ — εἰρήσεται γὰρ τἀληθές — οὐ μετρίως ἀνιᾷς με διεξιὼν αὐτὰ καὶ ἀκριβολογούμενος οὐδὲν δέον. Ἴσως δὲ καὶ ἔοικα οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ ἐξεληλυθέναι τήμερον ἐκ τῆς οἰκίας καὶ ἐξελθὼν ἐντετυχηκέναι σοι, ὅς με πλησίον ἤδη τῆς ἐλπίδος ὄντα εἰς ἀπορίας φέρων ἐμβέβληκας ἀδύνατον ἀποφαίνων τῆς ἀληθείας τὴν εὕρεσιν ἐτῶν γε τοσούτων δεομένην.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν, ὦ ἑταῖρε, πολὺ δικαιότερον μέμφοιο ἂν τῷ πατρί σου Μενεκράτει καὶ τῇ μητρί — ἥτις ποτὲ καὶ ἐκαλεῖτο, οὐ γὰρ οἶδα — ἢ καὶ πολὺ πρότερον τῇ φύσει ἡμῶν, ὅτι σε μὴ κατὰ τὸν Τιθωνὸν πολυετῆ καὶ μακρόβιον ἔθεσαν, ἀλλὰ περιέγραψαν μὴ πλείω βιῶναι τὸ μήκιστον ἐτῶν ἑκατὸν ἄνθρωπον ὄντα. Ἐγὼ δὲ μετὰ σοῦ σκεπτόμενος εὗρον τὸ ἐκ τοῦ λόγου ἀποβάν.

51. ΕΡΜ. Οὐκ, ἀλλ' ὑβριστὴς ἀεὶ σύ, καὶ οὐκ οἶδ'

Me vero jam non multos ponere, inde intelligas, si cogites quot octogenarii sint Stoici, aut Epicurei, aut Platonici, qui fateantur nondum se scire suæ quisque sectæ omnia, ut nihil sibi ad disciplinam desit. Si hoc non placeat, at Chrysippus, et Aristoteles, et Plato dicant, et ante hos iis nihil deterior Socrates, qui clamabat ad omnes, nedum ut omnia, nihil omnino se scire, nisi hoc solum, nihil se scire. Computemus igitur ab initio : viginti Pythagoræ posuimus annos, tum Platoni totidem alios, tum ordine reliquis : quot igitur hi consummati effecerint, si decem solas ponamus philosophorum sectas?

HERM. Supra ducentos, Lycine.

LYC. Vin' ergo auferamus hinc quartam partem, ut centum et quinquaginta anni sufficiant, aut ipsum dimidium adeo?

49. HERM. Ipse noris melius : ego vero hoc video, paucos vel sic per sectas omnes ituros, si etiam a nativitate inde statim incipiant.

LYC. Quid igitur agat aliquis, Hermotime, si ita se res habet? Evertendane illa de quibus jam inter nos convenit? nempe eligere non posse quenquam ex pluribus quod sit optimum, nisi exploratis omnibus, eum quippe qui citra experimentum eligat, divinatione magis quam judicio verum exquirere. Nonne ita diximus?

HERM. Ita.

LYC. Omni igitur ratione necessarium, eo usque nos vivere, si et bene eligere velimus exploratis omnibus, et electione facta philosophari, et per philosophiam felices esse : ante vero quam id fecerimus, in tenebris, quod aiunt, saltabimus, offendentes ad quæcumque obvia, et quicquid primum in manus venerit, id ipsum rati quod quæritur, qui verum non noverimus. Si vero inveniamus temere, bona quadam fortuna in illud incidentes, non habebimus tamen unde sciamus firmiter, sitne illud hoc ipsum quod quærimus : multa enim sunt inter se similia, quorum unumquodque se verissimum esse contendat.

50. HERM. Nescio qui fiat, Lycine, ut rationalia quidem dicere mihi videaris : sed (dicetur enim verum) non mediocri me molestia afficis persequendis illis et ad minutias usque perscrutandis præter necessitatem. Forte etiam infelicibus hodie auspiciis domo exisse videar, et egressus in te incidisse, qui me, quum prope spem jam essem, subito in consilii inopiam conjeceris, ostendendo quam supra vires nostras veritatis sit inventio, idque quum tot annis indigeat.

LYC. Igitur, amice, multo justius irascaris patri tuo Menecrati et matri, quocumque illa nomine vocata est, non enim novi; vel etiam multo potius naturæ nostræ, quod te non, Tithoni instar, annosum et longævum fecerunt, sed circumscripserunt, ne plus quam centum summum annis vivat unusquisque homo qui sit. At ego tecum considerans, illud quod ex rationibus consequitur inveni.

51. HERM. Non : sed contumeliosus semper homo es, et

ὅ τι παθὼν μισεῖς φιλοσοφίαν καὶ ἐς τοὺς φιλοσοφοῦντας ἀποσκώπτεις.

ΛΥΚ. Ὦ Ἑρμότιμε, ἥτις μὲν ἡ ἀλήθειά ἐστιν ὑμεῖς ἂν ἄμεινον εἴποιτε οἱ σοφοί, σύ τε καὶ ὁ διδάσκαλος· ἐγὼ δὲ τό γε τοσοῦτον οἶδα, ὡς οὐ πάνυ ἡδεῖά ἐστιν αὐτὴ τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλὰ παρευδοκιμεῖται ὑπὸ τοῦ ψεύδους παρὰ πολύ· εὐπροσωπότερον γὰρ ἐκεῖνο καὶ διὰ τοῦτο ἥδιον· ἡ δὲ ἅτε μηδὲν κίβδηλον ἑαυτῇ συνειδυῖα μετὰ παρρησίας διαλέγεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ διὰ τοῦτο ἄχθονται αὐτῇ. Ἰδού γέ τοι, καὶ σὺ νῦν ἄχθῃ μοι τἀληθὲς ἐξευρόντι περὶ τούτων μετὰ σοῦ καὶ δηλώσαντι οἵων ἐρῶμεν ἐγώ τε καὶ σύ, ὡς οὐ πάνυ ῥᾳδίων· ὥσπερ εἰ ἀνδριάντος ἐρῶν ἐτύγχανες καὶ ᾤου τεύξεσθαι ὑπολαμβάνων ἄνθρωπον εἶναι, ἐγὼ δὲ κατιδὼν ὡς λίθος ἢ χαλκὸς εἴη ἐμήνυσα πρός σε ὑπ' εὐνοίας ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς, καὶ τότε δύσνουν ἐμὲ εἶναι ᾤου σαυτῷ, διότι σε οὐκ εἴων ἐξαπατᾶσθαι ἀλλόκοτα καὶ ἀνέλπιστα ἐλπίζοντα.

52. ΕΡΜ. Οὐκοῦν τοῦτο, ὦ Λυκῖνε, φής, ὡς οὐ φιλοσοφητέον ἡμῖν, ἀλλὰ χρὴ ἀργίᾳ παραδιδόντας αὑτοὺς ἰδιώτας καταβιῶναι;

ΛΥΚ. Καὶ ποῦ τοῦτο ἤκουσας ἐμοῦ λέγοντος; ἐγὼ γὰρ οὐχ ὡς οὐ φιλοσοφητέον φημί, ἀλλ' ἐπείπερ φιλοσοφητέον ὁδοί τε πολλαί εἰσιν ἐπὶ φιλοσοφίαν ἑκάστη καὶ ἀρετὴν ἄγειν φάσκουσαι, ἡ δὲ ἀληθὴς ἐν αὐταῖς ἄδηλος, ἀκριβῆ ποιήσασθαι τὴν διαίρεσιν. Ἀδύνατον δέ γε ἡμῖν ἐφαίνετο, πολλῶν προτεθέντων ἑλέσθαι τὸ ἄριστον, εἰ μὴ ἐπὶ πάντα ἴοι τις πειρώμενος· εἶτά πως μακρὰ ἡ πεῖρα ὤφθη. Σὺ δὲ πῶς ἀξιοῖς; — αὖθις γὰρ ἐρήσομαι — ὅτῳ ἂν πρώτῳ ἐντύχῃς, τούτῳ ἕψῃ καὶ συμφιλοσοφήσεις, κἀκεῖνος ἕρμαιον ποιήσεταί σε;

53. ΕΡΜ. Καί τί σοι ἀποκριναίμην ἂν ἔτι, ὃς οὔτε αὐτόν τινα κρίνειν οἷόν τε εἶναι φής, ἢν μὴ φοίνικος ἔτη βιώσῃ πάντας ἐν κύκλῳ περιιὼν καὶ πειρώμενος, οὔτε τοῖς προπεπειραμένοις πιστεύειν ἀξιοῖς οὔτε τοῖς πολλοῖς ἐπαινοῦσι καὶ μαρτυροῦσι;

ΛΥΚ. Τίνας φῂς τοὺς πολλοὺς εἰδότας καὶ πεπειραμένους ἁπάντων; εἰ γάρ τις τοιοῦτός ἐστιν, ἱκανὸς ἔμοιγε καὶ εἷς, καὶ οὐκέτι πολλῶν δεήσει. Ἢν δὲ τοὺς οὐκ εἰδότας λέγῃς, οὐδέν τι τὸ πλῆθος αὐτῶν προσάξεταί με πιστεύειν, ἄχρι ἂν ἢ μηδὲν ἢ ἓν εἰδότες περὶ ἁπάντων ἀποφαίνωνται.

ΕΡΜ. Μόνος δὲ σὺ τἀληθὲς κατεῖδες, οἱ δ' ἄλλοι ἀνόητοι ἅπαντες, ὅσοι φιλοσοφοῦσι.

ΛΥΚ. Καταψεύδῃ μου, ὦ Ἑρμότιμε, λέγων ὡς ἐγὼ προτίθημί πῃ ἐμαυτὸν τῶν ἄλλων ἢ τάττω ὅλως ἐν τοῖς εἰδόσι, καὶ οὐ μνημονεύεις ὧν ἔφην, οὐχ αὐτὸς εἰδέναι τἀληθὲς ὑπὲρ τοὺς ἄλλους διατεινόμενος, ἀλλὰ μετὰ πάντων αὐτὸ ἀγνοεῖν ὁμολογῶν.

54. ΕΡΜ. Ἀλλ', ὦ Λυκῖνε, τὸ μὲν ἐπὶ πάντας ἐλθεῖν χρῆναι καὶ πειραθῆναι ὧν φασι καὶ τὸ μὴ ἂν ἄλλως ἑλέσθαι τὸ βέλτιον ἢ οὕτως, εὔλογον ἴσως, τὸ δὲ τῇ πείρᾳ ἑκάστῃ τοσαῦτα ἔτη ἀποδιδόναι, παγγέλοιον, ὥσπερ οὐχ οἷόν τε ὂν ἀπ' ὀλίγων καταμαθεῖν τὰ

nescio qua animi affectione odisti philosophiam et rides philosophos.

LYC. Mi Hermotime, quæ sit veritas, vos forte melius, qui sapientes estis, dixeritis, tu et tuus ille magister : at ego tantum modo novi, audientibus illam non vehementer suavem esse, sed multum gratia a mendacio superari : speciosius enim hoc, eaque causa jucundius. At illa, quæ scilicet nihil sibi fraudulenti conscia sit, cum fiducia agit cum hominibus, et ob id ipsum eam gravantur. Ecce jam tu quoque nunc offensus es mihi, qui verum hisce de rebus tecum invenerim, et declaraverim qualia amemus ego et tu, quam non omnino facilia : velut si statuam tu forte adamasses, ejusque te futurum compotem sperasses, quod hominem putares; ego autem, cognito lapidem esse aut æs, indicassem tibi benevolo animo, amare te quorum fieri non posset copia, et tum malevolum me esse tibi putares, qui decipi te non passus sim et absurda atque supra omnem spem posita sperare.

52. HERM. Ergo illud, Lycine, dicis, non philosophandum nobis esse, sed consultum ut pigritiæ nos tradamus idiotarumque vitam vivamus?

LYC. Et ubi hoc dicere me audisti? Neque enim ego philosophari nos veto : sed quum philosophandum sit, multæ porro viæ sint ad philosophiam unaquæque et virtutem ducere se professæ, vera denique inter has obscura : accuratum faciendum esse discrimen dixi. Fieri autem non posse nobis apparebat, ut multis propositis eligatur quod est optimum, nisi per omnia quis experiendo eat; deinde longum aliquanto experimentum illud visum est. Tu autem quomodo vis facere? rursus enim interrogabo : in quem primum incideris, eum sequeris, cum illo philosophabere? et ille te sibi habebit lucrum a propitio Mercurio temere objectum?

53. HERM. Et quid tibi porro respondeam, qui neges per se judicare quenquam posse, nisi annos vixerit phœnicis, ac per orbem circumiens omnes probaverit, neque his credere velis, qui ante experti sunt, laudantiumve et perhibentium testimonia multitudini?

LYC. Quam mihi narras multitudinem eorum qui sciant et experti sint omnia? si quis enim est talis, sufficit mihi unus etiam, nec jam multis opus fuerit. Si vero nescientes dicas, nihil me ipsorum multitudo ad credendum adducet, dum aut nihil aut unum modo quum sciant, pronunciabunt de omnibus.

HERM. Solus autem tu verum vidisti, reliqui amentes omnes, quotquot philosophantur.

LYC. Calumniaris me, Hermotime, quasi ego usquam me præponam reliquis, aut omnino in scientibus collocem, nec recordaris eorum quæ dixi, non contendens ipse scire verum præter reliquos, sed cum omnibus ignorare illud confessus.

54. HERM. Sed, Lycine, illud forte consentaneum rationi, eundum esse ad omnes, dicta omnium exploranda, nec aliter quam hoc modo eligendum quod optimum est : sed experimento unicuique tot annos attribuere, valde ridiculum, quasi non liceret ex paucis cognoscere universa.

πάντα. Ἐμοὶ δὲ καὶ πάνυ ῥᾴδιον εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον καὶ οὐ πολλῆς διατριβῆς δεόμενον· φασί γέ τοι τῶν πλαστῶν τινα, Φειδίαν οἶμαι, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα ἀπ' ἐκείνου ἀναλελογίσθαι, ἡλίκος ἂν ὁ πᾶς λέων γένοιτο κατ' ἀξίαν τοῦ ὄνυχος ἀναπλασθείς. Καὶ σὺ δέ, ἤν τίς σοι χεῖρα μόνην ἀνθρώπου δείξῃ τὸ ἄλλο σῶμα κατακαλύψας, εἴσῃ, οἶμαι, αὐτίκα ὅτι ἄνθρωπός ἐστι τὸ κατακεκαλυμμένον, κἂν μὴ τὸ πᾶν σῶμα ἴδῃς. Καὶ τοίνυν τὰ μὲν κεφαλαιώδη ὧν ἅπαντες λέγουσι, ῥᾴδιον καταμαθεῖν ἐν ὀλίγῳ μορίῳ ἡμέρας, τὸ δὲ ὑπερακριβὲς τοῦτο καὶ μακρᾶς τῆς ἐξετάσεως δεόμενον, οὐ πάνυ ἀναγκαῖον ἐς τὴν αἵρεσιν τοῦ βελτίονος, ἀλλ' ἔστι κρῖναι καὶ ἀπ' ἐκείνων.

55. ΛΥΚ. Παπαῖ, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς ἰσχυρὰ ταῦτα εἴρηκας ἀπὸ τῶν μερῶν ἀξιῶν τὰ ὅλα εἰδέναι· καίτοι ἐγὼ τὰ ἐναντία ἀκούσας μέμνημαι ὡς ὁ μὲν τὸ ὅλον εἰδὼς εἰδείη ἂν καὶ τὸ μέρος, ὁ δὲ μόνον τὸ μέρος, οὐκέτι καὶ τὸ ὅλον. Οὕτως καί μοι τόδε ἀπόκριναι, ὁ Φειδίας ἄν ποτε ἰδὼν ὄνυχα λέοντος ἔγνω ἄν, ὅτι λέοντός ἐστιν, εἰ μὴ ἑοράκει ποτὲ λέοντα ὅλον; ἢ σὺ ἀνθρώπου χεῖρα ἰδὼν ἔσχες ἂν εἰπεῖν, ὅτι ἀνθρώπου ἐστὶ μὴ πρότερον εἰδὼς μηδὲ ἑορακὼς ἄνθρωπον; Τί σιγᾷς; ἢ βούλει ἐγὼ ἀποκρίνωμαι ὑπὲρ σοῦ τά γε ἀναγκαῖα, ὅτι οὐκ ἂν εἶχες; ὥστε κινδυνεύει ὁ Φειδίας ἄπρακτος ἀπεληλυθέναι μάτην ἀναπλάσας τὸν λέοντα· οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸν Διόνυσον ὤπται λέγων. Ἢ πῶς ταῦτα ἐκείνοις ὅμοια; τῷ μὲν γὰρ Φειδίᾳ καὶ σοὶ οὐδὲν ἄλλο τοῦ γνωρίζειν τὰ μέρη αἴτιον ἦν ἢ τὸ εἰδέναι τὸ ὅλον, ἄνθρωπον λέγω καὶ λέοντα, ἐν φιλοσοφίᾳ δέ, οἷον τῇ Στωϊκῶν, πῶς ἂν ἀπὸ τοῦ μέρους καὶ τὰ λοιπὰ ἴδοις; ἢ πῶς ἂν ἀποφαίνοιο ὡς καλά; οὐ γὰρ οἶσθα τὸ ὅλον, οὗ μέρη ἐκεῖνά ἐστιν.

56. Ὃ δὲ φῄς, ὅτι τὰ κεφάλαια ῥᾴδιον ἀκοῦσαι ἁπάσης φιλοσοφίας ἐν ὀλίγῳ μορίῳ ἡμέρας, οἷον ἀρχὰς αὐτῶν καὶ τέλη καὶ τί θεοὺς οἴονται εἶναι, τί ψυχήν, καὶ τίνες μὲν σώματα πάντα φασί, τίνες δὲ καὶ ἀσώματα εἶναι ἀξιοῦσι, καὶ ὅτι οἱ μὲν ἡδονήν, οἱ δὲ τὸ καλὸν ἀγαθὸν καὶ εὔδαιμον τίθενται καὶ τὰ τοιαῦτα, οὑτωσὶ μὲν ἀκούσαντας ἀποφήνασθαι ῥᾴδιον καὶ ἔργον οὐδέν· εἰδέναι δὲ ὅστις ὁ τἀληθῆ λέγων ἐστίν, ὅρα μὴ οὐχὶ μορίου ἐστὶν ἡμέρας, ἀλλὰ πολλῶν ἡμερῶν δέηται. Ἢ τί γὰρ ἐκεῖνοι παθόντες ὑπὲρ αὐτῶν τούτων ἑκατοντάδας καὶ χιλιάδας βιβλίων ἕκαστοι συγγεγράφασιν, ὡς πείσαιεν, οἶμαι, ἀληθῆ εἶναι τὰ ὀλίγα ἐκεῖνα καὶ ἅ σοι ἐδόκει ῥᾴδια καὶ εὐμαθῆ; Νῦν δὲ μάντεως, οἶμαι, δεήσει σοι κἀνταῦθα πρὸς τὴν αἵρεσιν τῶν κρειττόνων, εἰ μὴ ἀνέχῃ τὴν διατριβήν, ὡς ἀκριβῶς ἑλέσθαι, αὐτὸς ἅπαντα καὶ ὅλον ἕκαστον κατανοήσας· ἐπίτομος γὰρ αὕτη γένοιτ' ἄν, οὐκ ἔχουσα περιπλοκὰς οὐδ' ἀναβολάς, εἰ μεταστειλάμενος τὸν μάντιν ἀκούσας τῶν κεφαλαίων ἁπάντων σφαγιάζοιο ἐφ' ἑκάστοις· ἀπαλλάξει γάρ σε ὁ θεὸς μυρίων πραγμάτων δείξας ἐν τῷ τοῦ ἱερείου ἥπατι ἅτινά σοι αἱρετέον.

57. Εἰ δὲ βούλει, καὶ ἄλλο τι ἀπραγμονέστερον

Mihi vero etiam valde facile esse tale quippiam videtur, nec multa mora indigere. Dicunt certe statuariorum aliquem, Phidiam puto, solo conspecto leonis ungue, ex illa portionis æstimatione collegisse, quantus integer leo esset, ex dignitate unguis effictus. Et tu sane, si quis manum tibi solam ostenderit hominis, reliquo contecto corpore, scies, puto, statim, hominem esse quod tegitur, etiam si totum corpus non videas. Jam summa capita eorum quæ omnes dicunt, facile est in parva diei parte discere : illud autem nimis exquisitum et longa exploratione indigens, ad melioris electionem non utique necessarium est, sed ex illis etiam potest dijudicari.

55. LYC. Vah, Hermotime, quam firma sunt quæ dixisti, dum postulas ex partibus nos cognoscere tota : ego vero contraria me audire memini, qui totum norit, eum nosse etiam partes; qui vero partem modo, eum non continuo scire totum. Sic illud etiam mihi responde, Phidias unguem forte leonis videns num leonis esse cognovisset, si totum nunquam leonem vidisset? aut hominis tu manum videns an posses nobis dicere eam esse hominis, si prius neque novisses neque vidisses hominem? Quid taces? aut vis ego pro te necessaria respondeam? te non posse videlicet. Igitur infecta re abiturus videtur tuus Phidias, effICTO frustra leone : deprehensus est enim quod nihil ad rem pertineat dicens. Aut quomodo hæc illis similia? Phidiæ enim et tibi nulla fuit causa alia partes agnoscendi, præter eam, quod integrum nossetis, hominem dico, et leonem : in philosophia autem, velut Stoicorum, quomodo ex parte cognosces etiam reliqua? aut quomodo ea pulchra pronunciabis? neque enim totum nosti, cujus illæ partes sunt.

56. Quod vero dicis, capita summa cujuscumque philosophiæ facile esse audire exigua diei parte, ut principia cujusque, et fines, et quid deos putent esse, quid animam; et qui corpora esse omnia dicant, qui incorporea etiam quædam velint esse; et quod alii quidem in voluptate, alii vero in honestate bonum ac felicitatem collocent, et similia, sic quidem audire et reddere facile est et labor nullus : scire vero quis sit ille qui vera dicat, vide ne non tam partis sit diei, quam dies multos postulet. Aut quid illis in mentem venit, ut de his ipsis rebus centenos millenosque libros singuli conscriberent? ut persuadeant, opinor, vera esse paucula illa, quæ facilia tibi videbantur et discentibus obvia. Jam vero vate, puto, opus erit tibi hic etiam ad meliorum electionem, si moræ impatiens sis, qua curiose eligas, ipse omnia et singula universa inspiciens. Compendiaria enim hæc forte via fuerit, nihil habens perplexum, dilationes nullas, si haruspice advocato, dum audis capita omnia singula, exta de unoquoque consulas : infinitis enim te molestiis deus liberabit, ostendens in jecinore victimæ quæ tibi eligenda sint.

57. Si vero vis, etiam aliud quiddam tibi minus etiam

ὑποθήσομαί σοι, ὡς μὴ ἱερεῖα καταθύῃς ταυτὶ καὶ θυσιάζῃς τῷ μηδ᾽ ἱερέα τινὰ τῶν μεγαλομίσθων παρακαλῇς, ἀλλ᾽ ἐς κάλπιν ἐμβαλὼν γραμμάτια ἔχοντα τῶν φιλοσόφων ἑκάστου τοὔνομα κέλευε παῖδα τῶν ἀνήβων ἀμφιθαλῆ τινα, προσελθόντα πρὸς τὴν κάλπιν, ἀνελέσθαι ὅ τι ἂν πρῶτον ὑπὸ τὴν χεῖρα ἔλθῃ τῶν γραμματίων καὶ τὸ λοιπὸν κατὰ τὸν λαχόντα ἐκεῖνον, ὅστις ἂν ᾖ, φιλοσόφει.

58. ΕΡΜ. Ταυτὶ μὲν, ὦ Λυκῖνε, βωμολοχικὰ καὶ οὐ κατὰ σέ. Σὺ δὲ εἰπέ μοι, ἤδη ποτὲ οἶνον ἐπρίω αὐτός;

ΛΥΚ. Καὶ μάλα πολλάκις.

ΕΡΜ. Ἆρ᾽ οὖν περιῄεις ἅπαντας ἐν κύκλῳ τοὺς ἐν τῇ πόλει καπήλους ἀπογευόμενος καὶ παραβάλλων καὶ ἀντεξετάζων τοὺς οἴνους;

ΛΥΚ. Οὐδαμῶς.

ΕΡΜ. Ἀπέχρη γὰρ, οἶμαι, σοι τῷ πρώτῳ χρηστῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι ἀποφέρεσθαι.

ΛΥΚ. Νὴ Δία.

ΕΡΜ. Καὶ ἀπό γε τοῦ ὀλίγου ἐκείνου γεύματος εἶχες ἂν εἰπεῖν ὁποῖος ἅπας ὁ οἶνός ἐστιν;

ΛΥΚ. Εἶχον γάρ.

ΕΡΜ. Εἰ δὲ δὴ ἔλεγες προσελθὼν τοῖς καπήλοις, Ἐπειδὴ κοτύλην πρίασθαι βούλομαι, δότε μοι, ὦ οὗτοι, ἐκπιεῖν ὅλον ἕκαστος ὑμῶν τὸν πίθον, ὡς διὰ παντὸς ἐπεξελθὼν μάθοιμι ὅστις ἀμείνω τὸν οἶνον ἔχει καὶ ὅθεν μοι ὠνητέον· εἰ ταῦτ᾽ ἔλεγες, οὐκ ἂν οἴει καταγελάσαι σου αὐτοὺς, εἰ δὲ καὶ ἐπὶ πλέον ἐνοχλοίης, τάχ᾽ ἂν καὶ προσχέαι τοῦ ὕδατος;

ΛΥΚ. Οἶμαι ἔγωγε καὶ δίκαιά γ᾽ ἂν πάθοιμι.

ΕΡΜ. Κατὰ ταὐτὰ δὴ καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ. Τί δεῖ ἐκπιεῖν τὸν πίθον δυναμένους γε ἀπ᾽ ὀλίγου τοῦ γεύματος εἰδέναι ὁποῖον τὸ πᾶν ἐστιν;

59. ΛΥΚ. Ὡς ὀλισθηρὸς εἶ, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ διαδιδράσκεις ἐκ τῶν χειρῶν. Πλὴν ἀλλ᾽ ὤνησάς γε· οἰόμενος γὰρ ἐκπεφευγέναι ἐς τὸν αὐτὸν κύρτον ἐμπέπτωκας.

ΕΡΜ. Πῶς τοῦτ᾽ ἔφης;

ΛΥΚ. Ὅτι αὐθομολογούμενον πρᾶγμα λαβὼν καὶ γνώριμον ἅπασι τὸν οἶνον εἰκάζεις αὐτῷ τὰ ἀνομοιότατα καὶ περὶ ὧν ἀμφισβητοῦσιν ἅπαντες ἀφανῶν ὄντων. Ὥστε ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰπεῖν καθ᾽ ὅ τι σοι ὅμοιος φιλοσοφία καὶ οἶνος, εἰ μὴ ἄρα κατὰ τοῦτο μόνον, ὅτι καὶ οἱ φιλόσοφοι ἀποδίδονται τὰ μαθήματα ὥσπερ οἱ κάπηλοι, κερασάμενοί γε οἱ πολλοὶ καὶ δολώσαντες καὶ κακομετροῦντες. Οὑτωσὶ δὲ ἐπισκοπήσωμεν ὅ τι καὶ λέγεις· τὸν οἶνον φῂς τὸν ἐν τῷ πίθῳ ὅλον αὐτὸν αὑτῷ ὅμοιον εἶναι, καὶ μὰ Δί᾽ οὐδὲν ἄτοπον· ἀλλὰ καὶ εἴ τις γεύσαιτο ἀρυσάμενος ὀλίγον ὅσον αὐτοῦ, εἴσεσθαι αὐτίκα ὁποῖος ἅπας ὁ πίθος ἐστὶν, ἀκόλουθον καὶ τοῦτο, καὶ οὐδὲν ἂν ἔγωγέ τι ἀντεῖπον. Ὅρα δὴ καὶ τὸ μετὰ τοῦτο· φιλοσοφία καὶ οἱ φιλοσοφοῦντες οἷον ὁ διδάσκαλος ὁ σὸς, ἆρα ταὐτὰ πρὸς ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι καὶ περὶ τῶν αὐτῶν, ἢ ἄλλα ἄλλοτε; πολλὰ γάρ ἐστι, πρόδηλον,

molestum subjiciam, ut non macles istas hostias et sacrifices cuipiam, sed neque advoces sacerdotem aliquem ex illis qui magna mercede conducuntur; verum conjectis in urnam tabellis singulorum nomina philosophorum inscripta habentibus, jube puerum impuberem, patrimum quendam matrimumque, accedere ad urnam, et extrahere quæcumque tabellarum prima sub manum venerit, ac deinde secundum eum cujus sors exierit, qui demum cumque fuerit, philosophare.

58. HERM. Ista quidem, Lycine, scurrilia, neque digna te. At dic mihi, ipsene unquam vinum emisti?

LYC. Et sæpe quidem.

HERM. Tum ergo circumibas circulo omnes in urbe caupones, degustans et comparans, et inter se conferens vina?

LYC. Minime vero.

HERM. Sufficiebat enim tibi, puto, in quod primum bonum et dignum pretio incideres, de eo ferendum tibi curare.

LYC. Per Jovem.

HERM. Et de parvo illo gustu dicere poteras universum vinum quale esset?

LYC. Poteram enim.

HERM. Si vero accedens ad caupones diceres, Quandoquidem emere vini heminam volo, date mihi, o isti, ebibere totum quisque dolium, ut, ubi omne penitus exploraverim, intelligam quis melius vinum habeat et unde mihi sit emendum. Hæc igitur si diceres, non arbitraris illos te derisuros, et, si pergas molestus esse, largiorem fortasse aquam affusuros?

LYC. Equidem arbitror: nec fiat mihi injuria.

HERM. Eadem igitur philosophiæ ratio. Quid ebibere dolium opus est, quum possimus de parvo gustu scire quale sit universum?

59. LYC. Quam lubricus es, Hermotime, et inter manus effugis! Veruntamen adjuvisti me: dum enim effugisse te putas, in nassam eandem incidisti.

HERM. Quid ita?

LYC. Quod rem de qua inter omnes prorsus convenit, et notam omnibus, vinum, sumsisti, eique assimilas dissimillima, de quibus nempe disputent omnes, quum sint obscura. Quare ego quidem non habeo dicere, qua re tibi similis philosophia et vinum sit, nisi forte hoc solo, quod etiam philosophi vendunt doctrinas, ut caupones, multi etiam interpolant, et adulterant, et male metiuntur. Ita vero inspiciamus quod dicis: ais vinum in dolio universum simile sibi esse, nec profecto id absurdum; sed etiam si quis haustum vel tantillum illius gustet, illum statim sciturum quale totum sit dolium: consequens hoc etiam, neque quicquam equidem contra dixero. Sed jam vide etiam, quod sequitur. Philosophia et philosophi, velut magister tuus, utrum eadem vobis dicit quotidie, et de iisdem, an alias alia? Multa enim

ὦ ἑταῖρε· ἢ οὐκ ἂν εἴκοσιν ἔτη παρέμενες αὐτῷ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα περινοστῶν καὶ περιπλανώμενος, εἰ τὰ αὐτὰ ἔλεγεν, ἀλλ' ἀπέχρη ἄν σοι καὶ ἅπαξ ἀκούσαντι.

60. ΕΡΜ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΛΥΚ. Πῶς οὖν οἷόν τέ σοι ἦν ἀπὸ τοῦ πρώτου γεύματος εἰδέναι τὰ πάντα; οὐ γὰρ τὰ αὐτά γε, ἀλλ' ἀεὶ ἕτερα καινὰ ἐπὶ καινοῖς ἐλέγετο, οὐχ ὥσπερ ὁ οἶνος ἀεὶ ὁ αὐτὸς ἦν. Ὥστε, ὦ ἑταῖρε, ἢν μὴ ὅλον ἐκπίῃς τὸν πίθον, τηνάλλως μεθύων περιῄεις· ἀτεχνῶς γὰρ ἐν τῷ πυθμένι δοκεῖ μοι ὁ θεὸς καταχρύψαι τὸ φιλοσοφίας ἀγαθὸν ὑπὸ τὴν τρύγα αὐτήν. Δεήσει οὖν ὅλον ἐξαντλῆσαι ἐς τέλος, ἢ οὔποτ' ἂν εὕροις τὸ νεκτάρεον ἐκεῖνο πῶμα, οὗ πάλαι διψῆν μοι δοκεῖς. Σὺ δὲ οἴει τὸ τοιοῦτον αὐτὸ εἶναι, ὡς εἰ μόνον γεύσαιο αὐτοῦ καὶ σπάσαις μικρὸν ὅσον, αὐτίκα σε πάνσοφον γενησόμενον, ὥσπερ φασὶν ἐν Δελφοῖς τὴν πρόμαντιν, ἐπειδὰν πίῃ τοῦ ἱεροῦ νάματος, ἔνθεον εὐθὺς γίγνεσθαι καὶ χρᾶν τοῖς προσιοῦσιν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχειν ἔοικε· σύ γ' οὖν ὑπὲρ ἥμισυ τοῦ πίθου ἐκπεπωκὼς ἐνάρχεσθαι ἔτι ἔλεγες.

61. Ὅρα τοίνυν μὴ τῷδε μᾶλλον φιλοσοφία ἔοικεν· ὁ μὲν γὰρ πίθος ἔτι μενέτω σοι καὶ ὁ κάπηλος, ἐνέστω δὲ μὴ οἶνος, ἀλλὰ πανσπερμία τις, πυρὸς ὑπεράνω καὶ μετὰ τοῦτον κύαμοι, εἶτα κριθαὶ καὶ ὑπὸ ταύταις φακοί, εἶτα ἐρέβινθοι καὶ ἄλλα ποικίλα. Πρόσει δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων τῶν σπερμάτων, καὶ ὃς ἀφελὼν τοῦ πυροῦ, οὗπερ ἦν, ἀνέδωκέ σοι δεῖγμα ἐς τὴν χεῖρα, ὡς ἴδοις, ἆρα οὖν ἔχοις ἂν εἰπεῖν εἰς ἐκεῖνο ἀποβλέπων, εἰ καὶ οἱ ἐρέβινθοι καθαροὶ καὶ οἱ φακοὶ εὐτακεῖς καὶ οἱ κύαμοι οὐ διάκενοι;

ΕΡΜ. Οὐδαμῶς.

ΛΥΚ. Οὐ τοίνυν οὐδὲ φιλοσοφίαν ἀφ' ἑνός ὧν φήσει τις τοῦ πρώτου, μάθοις ἂν ἅπασαν ὁποία ἐστίν· οὐ γὰρ ἕν τι ἦν ὥσπερ ὁ οἶνος, ᾧπερ σὺ αὐτὴν ἀπεικάζεις ἀξιῶν ὁμοίαν εἶναι τῷ γεύματι, τὸ δὲ ἑτεροῖόν τι ὤφθη οὐ παρέργου τῆς ἐξετάσεως δεόμενον. Οἶνον μὲν γὰρ φαῦλον πρίασθαι ἐν δυοῖν ὀβολοῖν ὁ κίνδυνος, αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ παραπολέσθαι, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφησθα, οὐ μικρὸν εἶναι κακόν. Ἄλλως τε ὁ μὲν ὅλον ἀξιῶν ἐκπιεῖν τὸν πίθον, ὡς κοτύλην πρίαιτο, ζημιώσαι ἂν τὸν κάπηλον οὕτως ἀπίθανα γευόμενος, φιλοσοφία δὲ οὐδὲν ἂν τοιοῦτο πάθοι, ἀλλὰ κἂν πάμπολλα πίῃς, οὐδέν τι ἔλαττων ὁ πίθος γίγνεται οὐδὲ ζημιώσεται ὁ κάπηλος· ἐπιρρεῖ γὰρ κατὰ τὴν παροιμίαν τὸ πρᾶγμα ἐξαντλούμενον ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ τῶν Δαναΐδων πίθος· ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὸ ἐμβαλλόμενον οὐ συνεῖχεν, ἀλλὰ διέρρει εὐθύς, ἐντεῦθεν δὲ ἢν ἀφέλῃς τι, πλεῖον τὸ λοιπὸν γίγνεται.

62. Ἐθέλω δέ σοι καὶ ἄλλο ὅμοιον εἰπεῖν φιλοσοφίας περὶ γεύματος, καὶ μή με νομίσῃς βλασφημεῖν περὶ αὐτῆς, ἢν εἴπω ὅτι φαρμάκῳ ὀλεθρίῳ ἔοικεν, οἷον κωνείῳ ἢ ἀκονίτῳ ἢ ἄλλῳ τῶν τοιούτων· οὐδὲ γὰρ ταῦτα, ἐπείπερ θανατηφόρα ἐστίν, ἀποκτείνειεν ἂν εἴ τις ὀλίγον ὅσον ἀκαριαῖον ἀποξύσας αὐτῶν ἄκρῳ τῷ ὄνυχι ἀπογεύσαιτο, ἀλλὰ ἢν μὴ τοσοῦτον ὅσον χρή, καὶ ὅπως

sunt : manifestum hoc, amice : alioquin probabile non fuerit apud illum mansisse te per viginti annos, Ulixis instar circumeuntem et oberrantem, si eadem diceret; sed semel audisse tibi suffecisset.

60. HERM. Qui enim possit res habere aliter?

LYC. Quomodo igitur potuisti de primo gustu nosse omnia? Neque enim eadem profecto, sed alia semper nova super nova dicebantur; non, quemadmodum vinum, semper idem erat. Itaque, sodalis, nisi totum ebibas dolium, temere ebrius oberraveris : in ipso enim plane fundo videtur mihi deus occultasse bonum philosophiæ, sub ipsas fæces. Oportebit igitur totum ad finem usque exhaurire, aut nunquam invenias nectareum illum, quem dudum sitire mihi videris, potum. Tu autem putas tale hoc esse, ut, si modo gustes illud et paullum quiddam haurias, continuo sapientiæ omnis consultus fias, ut Delphis aiunt antistitam, quum de sacro fonte biberit, deo statim plenam fieri et respondere accedentibus. Sed non ita se rem habere apparet : tu certe, epoto jam ultra dimidium dolio, te circa initia adhuc esse dicebas.

61. Vide igitur ne huic potius similis videatur philosophia, quod dicam. Maneat enim adhuc dolium, et mercator : inesto autem non jam vinum, sed seminum quædam omnigena congeries, triticum supra, deinde faba, tum hordeum, sub his lentes, deinde cicer, et alia insuper varia. Accedes igitur tu emturus de seminibus, et ille de tritico auferens aliquid ubi illud erat, specimen tibi in manum dedit, ut videres; numquid igitur posses illo inspecto videre, an etiam purum cicer, mollis ad coquendum lens, et fabæ non cassæ?

HERM. Nequaquam?

LYC. Ergo neque philosophiam ab uno aliquo, quod primum quis dixerit, universam didiceris qualis sit. Neque unum aliquid erat, ut vinum, cui tu illam assimilas, et similem esse gustui postulas : at illam in se diversum quid esse apparuit, quod exploratione non perfunctoria indigeat. Vinum enim malum emere periculo duorum obolorum constat : ipsum vero aliquem in colluvione perire cum ceteris, ipse initio dicebas non parvum esse malum. Ceterum ille, qui totum ebibere dolium postulet, ut deinde emat heminam, cauponem damno illa absurda sua gustatione auxerit : philosophiæ autem nihil tale usu venit; sed quantumcumque biberis, nihilo minus plenum fit dolium, neque damnum ad cauponem pervenit. Affluit enim, quod in proverbio est, res illa quo magis exhauritur, contraria ratione illi Danaidum dolio : illud enim quicquid in funderetur non continebat, quin statim difflueret; hic autem, si quid abstuleris, plus fit quod superest.

62. Volo autem aliud quoque de gustu philosophiæ simile dicere, neque maledicere me putaveris, si veneno illam pernicioso similem dixero, ut cicutæ vel aconito, aut alii ex eo genere. Neque enim hæc, mortifera quantumvis sint, interficiant si quis minutissimum quiddam et individuum summo inde ungue abrasum degustet : sed nisi

καὶ ξὺν οἷς, οὐκ ἂν ἀποθάνοι ὁ προσενεγκάμενος· σὺ δὲ ἠξίους τοὐλάχιστον ἐξαρκεῖν, ὡς ἀποτελέσαι τὴν τοῦ ὅλου γνῶσιν.

63. ΕΡΜ. Ἔστω ταῦτα ὡς βούλει, Λυκῖνε. Τί οὖν; ἑκατὸν ἔτη χρὴ βιῶναι καὶ τοσαῦθ' ὑπομεῖναι πράγματα; ἢ οὐκ ἂν ἄλλως φιλοσοφήσαιμεν;

ΛΥΚ. Οὐ γάρ, ὦ Ἑρμότιμε· καὶ δεινὸν οὐδέν, εἴ γε ἀληθῆ ἔλεγες ἐν ἀρχῇ, ὡς ὁ μὲν βίος βραχύς, ἡ δὲ τέχνη μακρή. Νῦν δ' οὐκ οἶδ' ὅ τι παθὼν ἀγανακτεῖς, εἰ μὴ αὐθημερὸν ἡμῖν πρὶν ἥλιον δῦναι Χρύσιππος ἢ Πλάτων ἢ Πυθαγόρας γένοιο.

ΕΡΜ. Περιέρχῃ με, ὦ Λυκῖνε, καὶ συνελαύνεις ἐς στενὸν οὐδὲν ὑπ' ἐμοῦ δεινὸν παθών, ὑπὸ φθόνου δηλαδή, ὅτι ἐγὼ μὲν προὔκοπτον ἐν τοῖς μαθήμασι, σὺ δὲ ὠλιγώρησας ἑαυτοῦ τηλικοῦτος ὤν.

ΛΥΚ. Οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις; ἐμοὶ μὲν ὥσπερ κορυβαντιῶντι μὴ πρόσεχε τὸν νοῦν, ἀλλ' ἔα ληρεῖν, σὺ δ' ὡς ἔχεις, προχώρει ἐς τὸ πρόσθεν τῆς ὁδοῦ καὶ πέραινε κατὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς σοι δεδογμένα περὶ τούτων.

ΕΡΜ. Ἀλλ' οὐκ ἐᾷς σὺ βίαιος ὢν αἱρεῖσθαί τι, ἢν μὴ πειραθῶ ἁπάντων.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ ὡς οὐκ ἄν ποτε ἄλλο εἴποιμι. Βίαιον δὲ λέγων ἐμὲ ἀναίτιον δοκεῖς μοι κατὰ τὸν ποιητὴν αἰτιάασθαι αὐτὸν, ἔστ' ἂν μὴ ἕτερός σοι λόγος συμμαχήσας ἀφέληται τῆς βίας, ἤδη ἀγόμενον· ἰδού γέ τοι καὶ τάδε πολλῷ βιαιότερα φαίη ἄν σοι ὁ λόγος· σὺ δ' ἐκεῖνον παρεὶς ἐμὲ ἴσως αἰτιάσῃ.

ΕΡΜ. Τὰ ποῖα; θαυμάζω γάρ, εἴ τι ἄρρητον καταλέλειπται αὐτῷ.

64. ΛΥΚ. Οὐχ ἱκανὸν εἶναί φησι τὸ πάντα ἰδεῖν καὶ διεξελθεῖν δι' αὐτῶν, ὡς ἔχειν ἤδη ἑλέσθαι τὸ βέλτιστον, ἀλλ' ἔτι τοῦ μεγίστου ἐνδεῖν.

ΕΡΜ. Τίνος τούτου;

ΛΥΚ. Κριτικῆς τινος, ὦ θαυμάσιε, καὶ ἐξεταστικῆς παρασκευῆς καὶ νοῦ ὀξέος καὶ διανοίας ἀκριβοῦς καὶ ἀδεκάστου, οἵαν χρὴ εἶναι τὴν περὶ τῶν τηλικούτων δικάσουσαν, ἢ μάτην ἂν ἅπαντα ἑωραμένα εἴη. Ἀποδοτέον οὖν φησι καὶ τῷ τοιούτῳ χρόνον οὐκ ὀλίγον καὶ προθέμενον ἅπαντα εἰς μέσον αἱρεῖσθαι διαμέλλοντα καὶ βραδύνοντα καὶ πολλάκις ἐπισκοποῦντα, μήτε ἡλικίαν τοῦ λέγοντος ἑκάστου μήτε σχῆμα ἢ δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ αἰδούμενον, ἀλλὰ κατὰ τοὺς Ἀρεοπαγίτας αὐτὸ ποιοῦντα, οἳ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ δικάζουσιν, ὡς μὴ ἐς τοὺς λέγοντας, ἀλλ' ἐς τὰ λεγόμενα ἀποβλέποιεν· καὶ τότ' ἤδη ἐξέσται σοι βεβαίως ἑλομένῳ φιλοσοφεῖν.

ΕΡΜ. Μετὰ τὸν βίον φής· ἐκ γὰρ τούτων οὐδενὸς ἀνθρώπων βίος ἐξαρκέσειεν ἂν ὡς ἐπὶ πάντα ἐλθεῖν καὶ ἕκαστον ἀκριβῶς ἐπιδεῖν καὶ ἐπιδόντα κρῖναι καὶ κρίναντα ἑλέσθαι καὶ ἑλόμενον φιλοσοφῆσαι, μόνως γὰρ δὴ οὕτως εὑρεθῆναι φὴς τἀληθές, ἄλλως δὲ οὔ.

65. ΛΥΚ. Ὀκνῶ γάρ σοι εἰπεῖν, ὦ Ἑρμότιμε, ὅτι οὐδὲ τοῦτό πω ἱκανόν, ἀλλ' ἔτι μοι δοκοῦμεν λεληθέναι ἡμᾶς αὐτοὺς οἰόμενοι μέν τι εὑρηκέναι βέβαιον, εὑρόντες δὲ οὐδέν, ὥσπερ οἱ ἁλιεύοντες πολλάκις καθέντες τὰ

tantum quantum opus est, et quomodo, et cum quibus; non moriatur qui sumserit. Tu vero postulabas minimam particulam sufficere ad perficiendam totius cognitionem.

63. HERM. Sint ista uti vis, Lycine. Quid igitur? centumne annos vivere oportet, et tot sustinere molestias? an aliter philosophari non licet?

LYC. Non, Hermotime: neque id intolerabile putandum, si quidem vere dixisti ab initio, vitam brevem esse, artem autem longam. Nunc vero nescio qua causa indignaris, si non eodem die nobis ante solis occasum, Chrysippus aut Plato, aut Pythagoras fias.

HERM. Circumvenis me, Lycine, et in angustias cogis, nulla a me affectus injuria, præ invidia scilicet, quod ego progressus aliquo usque sum in doctrina, tu vero, id ætatis homo, te neglexisti.

LYC. Scis ergo quid facias? Mihi quidem, ut parum sanæ mentis homini, noli animum advertere, sed delirare me sinito : tu vero, ut habes, perge viam, et, ut ab initio tibi visum est de rebus hisce, ita perfice.

HERM. Sed tu, violentus homo, non pateris eligere me quicquam, nisi exploratis ante omnibus.

LYC. Atqui bene noris nunquam aliud me dicturum. Quum vero violentum me vocas, innocentem videris mihi, ut est apud Poetam, accusare, qui ipse, donec alia ratio mihi succenturiata a tua me vi liberet, jam auferar. Ecce enim ista multo jam violentiora dixerit tibi ratio : tu vero, illa omissa, me forte accusabis.

HERM. Quæ? miror enim si quid indictum ei prætermissum sit.

64. LYC. Negat ratio sufficere si per nos videamus et persequamur omnia, ad hoc, ut jam eligere quod optimum est queamus; sed eo quod maximum est, adhuc opus esse.

HERM. Quonam illo?

LYC. Judicandi quodam, vir mirifice, et explorandi apparatu, ingenio acuto, intelligentia accurata et incorrupta, qualem oportet esse quæ tantis de rebus judicatura sit : alioquin frustra omnia inspecta fuerint. Tribuendum ergo ait huic etiam tempus non parvum, et, in medium propositis omnibus, electionem ita faciendam, ut multum cuncteris, teque sustineas, ac sæpe consideres; nec ætatem uniuscujusque qui dicunt, neque habitum, aut gloriam sapientiæ verearis, sed ut Areopagitarum more hoc agas, qui noctu et in tenebris judicant, ne ad hos qui dicunt, sed ad ea quæ dicuntur respiciant : tum demum licebit tibi post firmam electionem philosophari.

HERM. Post hanc vitam nempe. Quantum enim audio, nullius hominum vita suffecerit, ut ad omnes veniamus, et unumquemque accurate inspiciamus, inspectum judicemus, eligamusque judicatum, atque electione facta philosophemur : hac enim sola ratione inveniri verum ais, alia minime.

65. LYC. Piget enim tibi dicere, Hermotime, ne illud quidem jam satis esse, sed nos videri per imprudentiam putasse firmum quiddam a nobis inventum, invenisse autem nihil : uti piscatores sæpe submissis retibus pondus

δίκτυα καὶ βάρους τινὸς αἰσθόμενοι ἀνέλκουσιν ἰχθῦς παμπόλλους γε περιβεβληκέναι ἐλπίζοντες, εἶτα ἐπειδὰν κάμωσιν ἀνασπῶντες, ἢ λίθος τις ἀναφαίνεται αὐτοῖς ἢ κεράμιον ψάμμῳ σεσαγμένον. Σκόπει μὴ καὶ ἡμεῖς τι τοιοῦτον ἀνεσπάκαμεν.

ΕΡΜ. Οὐ μανθάνω τί σοι τὰ δίκτυα ταῦτα βούλεται· ἀτεχνῶς γάρ με περιβάλλεις αὐτοῖς.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν πειρῶ διεκδῦναι· σὺν θεῷ γὰρ οἶσθα νεῖν, εἴ καί τις ἄλλος· ἐγὼ γὰρ κἂν ἐφ' ἅπαντας ἔλθωμεν πειρώμενοι καὶ τοῦτο ἐργασώμεθά ποτε, οὐδέπω οὐδὲ τοῦτο δῆλον ἔσεσθαι νομίζω, εἴ τις ἐξ αὐτῶν ἔχει τὸ ζητούμενον ἢ πάντες ὁμοίως ἀγνοοῦσι.

ΕΡΜ. Τί φῄς; οὐδὲ τούτων τις πάντως ἔχει;

ΛΥΚ. Ἄδηλον. Ἢ σοι ἀδύνατον δοκεῖ ἅπαντας ψεύδεσθαι, τὸ δ' ἀληθὲς ἄλλο τι εἶναι πρὸς μηδενὸς αὐτῶν πω εὑρημένον;

66. ΕΡΜ. Πῶς οἷόν τε;

ΛΥΚ. Οὕτως· ἔστω γὰρ ὁ μὲν ἀληθὴς ἀριθμὸς ἡμῖν εἴκοσιν, οἷον, κυάμους τις εἴκοσιν ἐς τὴν χεῖρα λαβών, ἐπικλεισάμενος ἐρωτάτω δέκα τινάς, ὁπόσοι εἰσὶν οἱ κύαμοι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, οἱ δ' εἰκάζοντες ὁ μὲν ἑπτά, ὁ δὲ πέντε, ὁ δὲ τριάκοντα λεγέτωσαν, ὁ δέ τις δέκα ἢ πεντεκαίδεκα, καὶ ὅλως ἄλλος ἄλλον τινὰ ἀριθμόν· ἐνδέχεται μέντοι καὶ κατὰ τύχην τινὰ ἀληθεῦσαι, ἢ γάρ;

ΕΡΜ. Ναί.

ΛΥΚ. Οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἅπαντας ἄλλον ἄλλους ἀριθμοὺς εἰπεῖν, τοὺς ψευδεῖς καὶ οὐκ ὄντας, μηδένα δὲ αὐτῶν φάναι ὅτι εἴκοσιν ὁ ἀνὴρ κυάμους ἔχει. Ἢ τί φῄς;

ΕΡΜ. Οὐκ ἀδύνατον.

ΛΥΚ. Κατὰ ταὐτὰ τοίνυν ἅπαντες μὲν οἱ φιλοσοφοῦντες τὴν εὐδαιμονίαν ζητοῦσιν ὁποῖόν τί ἐστι, καὶ λέγουσιν ἄλλος ἄλλο τι αὐτὴν εἶναι, ὁ μὲν ἡδονήν, ὁ δὲ τὸ καλόν, ὁ δὲ ὅσα ἕτερά φασι περὶ αὐτῆς. Εἰκὸς μὲν οὖν καὶ τούτων ἕν τι εἶναι τὸ εὔδαιμον, οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ ἄλλο τι παρ' αὐτὰ πάντα. Καὶ ἐοίκαμεν ἡμεῖς ἀνάπαλιν ἢ ἐχρῆν, πρὶν τὴν ἀρχὴν εὑρεῖν, ἐπείγεσθαι πρὸς τὸ τέλος. Ἔδει δ' οἶμαι πρότερον φανερὸν γενέσθαι ὅτι ἔγνωσται τἀληθὲς καὶ πάντως ἔχει τις αὐτὸ εἰδὼς τῶν φιλοσοφούντων, εἶτα μετὰ τοῦτο τὸ ἑξῆς ἂν ἦν ζητῆσαι, ᾧ πειστέον ἐστίν.

ΕΡΜ. Ὥστε, ὦ Λυκῖνε, τοῦτο φῄς, ὅτι οὐδ' ἂν διὰ πάσης φιλοσοφίας χωρήσωμεν, οὐδὲ τότε πάντως ἕξομεν τἀληθὲς ἐξευρεῖν.

ΛΥΚ. Μὴ ἐμέ, ὦγαθέ, ἐρώτα, ἀλλὰ τὸν λόγον αὖθις αὐτόν· καὶ ἴσως ἂν ἀποκρίναιτό σοι ὅτι οὐδέπω, ἔστ' ἂν ἄδηλον ᾖ εἰ ἕν τι τούτων ἐστὶν ὧν οὗτοι λέγουσιν.

67. ΕΡΜ. Οὐδέποτε ἄρα ἐξ ὧν σὺ φῄς εὑρήσομεν οὐδὲ φιλοσοφήσομεν, ἀλλὰ δεήσει ἡμᾶς ἰδιώτην τινὰ βίον ζῆν ἀποστάντας τοῦ φιλοσοφεῖν. Τοῦτο ξυμβαίνει γε ἐξ ὧν φῄς, ἀδύνατον εἶναι φιλοσοφῆσαι καὶ ἀνέφικτον ἀνθρώπῳ γε ὄντι· ἀξιοῖς γὰρ τὸν φιλοσοφήσειν μέλλοντα ἑλέσθαι πρῶτον φιλοσοφίαν τὴν ἀρίστην, ἡ δ' αἵρεσις

quoddam sentientes, ea extrahunt, pisces se quamplurimos comprehendisse rati; deinde, quum multo cum labore extraxerunt, aut lapis illis apparet, aut figlinum vas arena impletum. Vide ne nos quoque tale quid extraxerimus.

HERM. Non assequor quid tua illa sibi retia velint: plane enim illis me comprehendis.

LYC. Evadere igitur tenta : dei enim virtute, si quis alius, natare didicisti. Ego enim, etiam quum tentando per omnes iverimus, idque perfecerimus aliquando, nondum puto neque id ipsum planum futurum, habeatne aliquis eorum id quod quærimus, an similiter omnes ignorent.

HERM. Quid ais? neque horum quisquam omnino illud habet?

LYC. Obscurum. Nisi forte fieri non posse putas ut fallantur omnes, verumque aliud plane quiddam sit, a nullodum illorum inventum.

66. HERM. Qui fieri illud possit?

LYC. Ita. Sit enim verus nobis numerus viginti : verbi causa fabas aliquis viginti in manum sumens, ea clausa interroget decem homines, quot sint in manu sua fabæ? at illi divinantes dicant unus septem, alius quinque, alius triginta, alius decem aut quindecim, et in universum alium alius numerum. Fieri quidem potest ut aliquis forte quadam verum dicat : nonne ita est?

HERM. Est sane.

LYC. Verum enim vero neque illud non potest accidere, ut omnes, alium alii, numeros falsos dicant, non veros, nemo autem illorum dicat, viginti fabas virum habere. Aut quid ais?

HERM. Fieri sic posse.

LYC. Eadem ratione igitur philosophi omnes felicitatem quærunt, qualis sit, et eam dicunt alius in alia re inesse, unus quidem in voluptate, alius in honesto, alii alia omnia de ea dicunt. Veri igitur simile est horum unum quoddam esse summum bonum; sed nec abhorret, esse quiddam præter illa omnia. Itaque videmur nos, contra quam oportebat, initio nondum invento, festinare ad finem. Oportebat autem, puto, planum ante fieri, cognitam esse veritatem, et omnino teneri illam ab uno, qui eam sciat, philosophorum : ac deinde quærendum erat, cui illorum fides sit habenda.

HERM. Hoc igitur, Lycine, dicis, neque si per unamquamque eamus philosophiam, ne sic quidem, inquam, omnino verum nos invenire posse.

LYC. Noli me, bone vir, interrogare, sed ipsam rursus rationem. Atque illa tibi forte respondeat, nondum hoc omnino nos posse, dum obscurum maneat, sitne aliquid eorum quæ isti dicunt.

67. HERM. Nunquam igitur, quantum dicis, inveniemus, neque philosophabimur, sed idiotarum nos vitam vivere oportebit, et a philosophia desistere. Hoc cogitur ex iis quæ dicis, fieri non posse ut philosophemur, pervenire ad eam rem homini nato non licere. Postulas enim eum qui philosophaturus sit eligere primum philosophiam optimam.

οὕτως σοι ἐδόκει μόνως ἀκριβὴς ἂν γενέσθαι, εἰ διὰ πάσης φιλοσοφίας χωρήσαντες ἑλοίμεθα τὴν ἀληθεστάτην. Εἶτα λογιζόμενος ἐτῶν ἀριθμὸν, ὁπόσος ἑκάστῃ ἱκανός ἐστιν, ὑπερεξέπιπτες ἀπομηκύνων τὸ πρᾶγμα ἐς γενεὰς ἄλλας, ὡς ὑπερήμερον γίγνεσθαι τἀληθὲς τοῦ ἑκάστου βίου· τελευτῶν δὲ καὶ τοῦτο αὐτὸ οὐκ ἀνενδοίαστον ἀποφαίνεις, ἄδηλον εἶναι λέγων, εἴτε εὕρηται πρὸς τῶν φιλοσοφούντων πάλαι τἀληθὲς εἴτε καὶ μή.

ΛΥΚ. Σὺ δὲ πῶς, ὦ Ἑρμότιμε, δύναιο ἂν ἐπομοσάμενος εἰπεῖν ὅτι εὕρηται πρὸς αὐτῶν;

ΕΡΜ. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι.

ΛΥΚ. Καίτοι πόσα ἄλλα παρεῖδον ἑκών σοι ἐξετάσεως μακρᾶς καὶ αὐτὰ δεόμενα;

68. ΕΡΜ. Τὰ ποῖα;

ΛΥΚ. Οὐκ ἀκούεις τῶν Στωϊκῶν ἢ Ἐπικουρείων ἢ Πλατωνικῶν εἶναι φασκόντων τοὺς μὲν εἰδέναι τοὺς λόγους ἑκάστους, τοὺς δὲ μὴ, καίτοι τά γε ἄλλα πάνυ ἀξιοπίστους ὄντας;

ΕΡΜ. Ἀληθῆ ταῦτα.

ΛΥΚ. Τὸ τοίνυν διακρῖναι τοὺς εἰδότας καὶ διαγνῶναι ἀπὸ τῶν οὐκ εἰδότων μὲν, φασκόντων δὲ, οὔ σοι δοκεῖ πάνυ ἐργῶδες εἶναι;

ΕΡΜ. Καὶ μάλα.

ΛΥΚ. Δεήσει τοίνυν σε, εἰ μέλλεις Στωϊκῶν τὸν ἄριστον εἴσεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ πάντας, ἀλλ' οὖν ἐπὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐλθεῖν καὶ πειραθῆναι καὶ τὸν ἀμείνω προστήσασθαι διδάσκαλον, γυμνασάμενόν γε πρότερον καὶ κριτικὴν τῶν τοιούτων δύναμιν πορισάμενον, ὡς μή σε λάθῃ ὁ χείρων προκριθείς. Καὶ σὺ καὶ πρὸς τοῦτο ὅρα ὅσου δεῖ τοῦ χρόνου, οὗ ἑκὼν παρῆκα δεδιὼς μὴ σὺ ἀγανακτήσῃς, καίτοι τό γε μέγιστόν τε ἅμα καὶ ἀναγκαιότατον ἐν τοῖς τοιούτοις, λέγω δὴ τοῖς ἀδήλοις τε καὶ ἀμφιβόλοις, ἓν τοῦτό ἐστιν, οἶμαι· καὶ μόνη σοι αὕτη πιστὴ καὶ βέβαιος ἐλπὶς ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν τε καὶ εὕρεσιν αὐτῆς, ἄλλη δὲ οὐδ' ἡτισοῦν ἢ τὸ κρίνειν δύνασθαι καὶ χωρίζειν ἀπὸ τῶν ἀληθῶν τὰ ψευδῆ ὑπάρχειν σοι καὶ κατὰ τοὺς ἀργυρογνώμονας διαγιγνώσκειν ἅ τε δόκιμα καὶ ἀκίβδηλα καὶ ἃ παρακεκομμένα, καὶ εἴ ποτε τοιαύτην τινὰ δύναμιν καὶ τέχνην πορισάμενος ᾔεις ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν λεγομένων, εἰ δὲ μὴ, εὖ ἴσθι ὡς οὐδὲν κωλύσει σε τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι ὑφ' ἑκάστων ἢ θαλλῷ προδειχθέντι ἀκολουθεῖν ὥσπερ τὰ πρόβατα, μᾶλλον δὲ τῷ ἐπιτραπεζίῳ ὕδατι ἐοικὼς ἔσῃ, ἐφ' ὅ τι ἂν μέρος ἑλκύσῃ σέ τις, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἀγόμενος, ἢ καὶ νὴ Δία καλάμῳ τινὶ ἐπ' ὄχθῃ παραποταμίᾳ πεφυκότι καὶ πρὸς πᾶν τὸ πνέον καμπτομένῳ, κἂν μικρά τις αὔρα διαφυσήσασα διασαλεύσῃ αὐτόν.

69. Ὡς εἴ γέ τινα εὕροις διδάσκαλον, ὃς ἀποδείξεως πέρι καὶ τῆς τῶν ἀμφισβητουμένων διακρίσεως τέχνην τινὰ εἰδὼς διδάξειέ σε, παύσῃ δηλαδὴ πράγματα ἔχων· αὐτίκα γάρ σοι τὸ βέλτιστον φανεῖται καὶ τἀληθὲς ὑπαχθὲν τῇ ἀποδεικτικῇ ταύτῃ τέχνῃ καὶ τὸ ψεῦδος ἐλεγχθήσεται, καὶ σὺ βεβαίως ἑλόμενος καὶ κρίνας φι-

Electio porro ista ita demum accurata tibi videtur esse, si per omnem philosophiam euntes, eam quæ verissima est eligamus. Deinde dum computas annorum numerum qui unicuique sectæ sufficiat, modum omnem excessisti, producto in alias generationes negotio, ut adeo post terminum vitæ singulorum veniat demum veritas. Denique vero id ipsum quoque dubitatione non usquequaque liberum esse pronuncias, qui dicas obscurum esse, inventane sit olim a philosophis veritas, an non.

LYC. At tu, Hermotime, num qua possis juratus dicere, eam inventam ab illis esse?

HERM. Equidem non juraverim.

LYC. Quam multa etiam prætervidi tibi prudens, examine longo quæ et ipsa opus habeant?

68. HERM. Quænam?

LYC. Nonne audis qui se Stoicos, aut Epicureos, aut Platonicos esse dicant, eorum partim scire rationes singulas, alios non item, quamvis fide ceteroquin dignissimos homines?

HERM. Vera ista.

LYC. Discernere igitur eos qui sciunt, et dignoscere ab his qui quum nesciant, scire tamen se dicant, nonne operosum valde esse tibi videtur?

HERM. Valde id quidem.

LYC. Oportebit igitur te, si optimum Stoicorum nosse volueris, si non ad omnes, ad plerosque certe illorum accedere, et tentare, et meliorem tibi magistrum eligere, instituta prius exercitatione, et judicandi de talibus comparata facultate, ne imprudens deteriorem præferas. Tu vero ad hoc etiam vide quanto opus sit tempore, quod prætermisi volens, veritus ne indigne ferres, licet maximum et maxime necessarium in talibus, obscuris inquam et ambiguis, unum hoc esse arbitrer. Ac sola tibi hæc fidelis et firma spes ad veritatem inveniendam; alia vero non ulla restat nisi hæc, si judicare possis, et separandi a veris falsa si facultas tibi sit, et, qualis est argentariorum, dignoscendi proba et fraudis expertia ab his quæ adulterata sunt; denique si tali facultate atque arte comparata, ad eorum quæ dicuntur examen tandem accedas : sin vero minus, nihil, mihi crede, obstabit quominus naribus traharis ab unoquoque, aut fruticem præmonstratum sequaris uti pecora : potius vero fusæ per mensam aquæ similis eris, qui, quamcumque te in partem summo quis digito trahat, sequare : aut, per Jovem, enatæ ad fluminis ripam arundini, ad quemvis se spiritum flectenti, quantumvis minuta aura suo eam flatu moveat.

69. Itaque si quem magistrum invenias, qui de demonstratione atque dubiorum dijudicatione artem, quam norit, te doceat, laborare nimirum desines. Statim enim quod optimum est tibi apparuerit, et verum demonstrativa illa arte subactum; mendacium quoque hinc deprehendetur, tuque, firma electione facta et judicio, philosophabere,

λοσοφήσεις καὶ τὴν τριπόθητον εὐδαιμονίαν κτησάμενος βιώσῃ μετ' αὐτῆς ἅπαντα συλλήβδην ἔχων τἀγαθά.

ΕΡΜ. Εὖ γε, ὦ Λυκῖνε· παρὰ πολὺ γὰρ ταῦτ' ἀμείνω καὶ ἐλπίδος οὐ μικρᾶς ἐχόμενα λέγεις, καὶ ζητητέος, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἀνήρ τις τοιοῦτος, διαγνωστικούς τε καὶ διακριτικοὺς ποιήσων ἡμᾶς καὶ τὸ μέγιστον, ἀποδεικτικούς· ὡς τά γε μετὰ ταῦτα ῥᾴδια ἤδη καὶ ἀπράγμονα καὶ οὐ πολλῆς διατριβῆς δεόμενα. Καὶ ἔγωγε ἤδη χάριν οἶδά σοι ἐξευρόντι σύντομόν τινα ταύτην ἡμῖν καὶ ἀρίστην ὁδόν.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν οὐδέπω χάριν ἂν μοι εἰδείης εἰκότως· οὐδὲν γάρ σοι ἐξευρηκὼς ἔδειξα, ὡς ἐγγυτέρω σε ποιήσειν τῆς ἐλπίδος, τὸ δὲ πολὺ πορρωτέρω γεγόναμεν ἢ πρότερον ἦμεν καὶ κατὰ τοὺς παροιμιαζομένους « πολλὰ μοχθήσαντες ὁμοίως ἐσμέν. »

ΕΡΜ. Πῶς τοῦτο φής; πάνυ γὰρ λυπηρόν τι καὶ δύσελπι ἐρεῖν ἔοικας.

70. ΛΥΚ. Ὅτι, ὦ ἑταῖρε, κἂν εὕρωμεν ὑπισχνούμενόν τινα εἰδέναι τε ἀπόδειξιν καὶ ἄλλον διδάξειν, οὐκ αὐτίκα, οἶμαι, πιστεύσομεν αὐτῷ, ἀλλά τινα ζητήσομεν τὸν κρῖναι δυνάμενον, εἰ ἀληθῆ ὁ ἀνὴρ λέγει· κἂν τούτου εὐπορήσωμεν, ἄδηλον ἔτι ἡμῖν εἰ ὁ ἐπιγνώμων οὗτος οἶδε διαγιγνώσκειν τὸν ὀρθῶς κρινοῦντα ἢ μή, καὶ ἐπ' αὐτὸν αὖθις τοῦτον ἄλλου ἐπιγνώμονος, οἶμαι, δεῖ· ἡμεῖς γὰρ πόθεν ἂν εἰδείημεν διακρίνειν τὸν ἄριστα κρῖναι δυνάμενον; Ὁρᾷς ὅποι τοῦτο ἀποτείνεται καὶ ὡς ἀπέραντον γίγνεται, στῆναί ποτε καὶ καταληφθῆναι μὴ δυνάμενον; ἐπεὶ καὶ τὰς ἀποδείξεις αὐτάς, ὁπόσας οἷόν τε εὑρίσκειν, ἀμφισβητουμένας ὄψει καὶ μηδὲν ἐχούσας βέβαιον· αἱ γοῦν πλεῖσται αὐτῶν δι' ἄλλων ἀμφισβητουμένων πείθειν ἡμᾶς βιάζονται εἰδέναι, αἱ δὲ τοῖς πάνυ προδήλοις τὰ ἀφανέστατα συνάπτουσαι οὐδὲν αὐτοῖς κοινωνοῦντα ἀποδείξεις ὅμως αὐτῶν εἶναι φάσκουσιν, ὥσπερ εἴ τις οἴοιτο ἀποδείξειν εἶναι θεούς, διότι βωμοὶ αὐτῶν ὄντες φαίνονται. Ὥστε, ὦ Ἑρμότιμε, οὐκ οἶδ' ὅπως καθάπερ οἱ ἐν κύκλῳ θέοντες ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν καὶ ἀπορίαν ἐπανεληλύθαμεν.

71. ΕΡΜ. Οἷά με εἰργάσω, ὦ Λυκῖνε, ἄνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν ἀποφήνας, καὶ ὡς ἔοικεν ἀπολεῖταί μοι τὰ τοσαῦτα ἔτη καὶ ὁ κάματος ὁ πολύς.

ΛΥΚ. Ἀλλ', ὦ Ἑρμότιμε, πολὺ ἔλαττον ἀνιάσῃ, ἢν ἐννοήσῃς ὅτι οὐ μόνος ἔξω μένεις τῶν ἐλπισθέντων ἀγαθῶν, ἀλλὰ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες. Ἢ τίς ἄρα δύναιτο δι' ἐκείνων ἁπάντων χωρῆσαι ὧν ἔφην; ὅπερ ἀδύνατον καὶ αὐτὸς λέγεις εἶναι. Νῦν δὲ ὅμοιόν μοι δοκεῖς ποιεῖν ὥσπερ εἴ τις δακρύοι καὶ αἰτιῷτο τὴν τύχην, ὅτι μὴ δύναιτο ἀνελθεῖν ἐς τὸν οὐρανόν, ἢ ὅτι μὴ βύθιος ὑποδὺς εἰς τὴν θάλατταν ἀπὸ Σικελίας ἐς Κύπρον ἀναδύσεται, ἢ ὅτι μὴ ἀρθεὶς πτηνὸς αὐθημερὸν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς Ἰνδοὺς τελεῖ· τὸ δ' αἴτιον τῆς λύπης, ὅτι ἤλπικει, οἶμαι, ἢ ὄναρ ποτὲ ἰδὼν τοιοῦτον ἢ αὐτὸς αὑτῷ ἀναπλάσας, οὐ πρότερον ἐξετάσας εἰ ἐφικτὰ εὔχεται καὶ κατὰ τὴν ἀνθρώπου φύσιν. Καὶ δὴ καὶ σέ, ὦ ἑταῖρε,

et expetita illa votis omnibus felicitate parta, cum ea vives, bona possidens conjunctim omnia.

HERM. Euge, Lycine! multum enim ista meliora dicis, et cum spe non mediocri conjuncta, quærendusque, ut videtur, nobis talis vir est, qui illa nos dignoscendi dijudicandique facultate instruat, et, quod maximum est, demonstrandi quoque : itaque ea quæ sequuntur, facilia jam et molestiæ expertia, nec moræ multæ indigentia. Atque jam tibi gratiam equidem habeo, qui compendiariam hanc nobis optimamque viam inveneris.

LYC. Quin nondum mihi de jure debes gratias : nihil enim vel inveni vel ostendi tibi, quod spei te tuæ propius admoveat; sed plerumque, quam prius eramus, longius absumus, et, quod est in proverbio, post multum laborem ut ante habemus.

HERM. Quid ita? videris enim prorsus triste quiddam et desperationis plenum dicturus.

70. LYC. Quoniam, amice, etiamsi inveniamus aliquem professum scire se demonstrationem, ac docere velle alios, non statim, puto, illi credemus, sed quæremus qui judicare possit, an vera ille dicat : et hujus quoque si oblata copia sit, obscurum adhuc nobis, utrum ille judex dignoscere possit recte judicaturum an non : et ad hunc ipsum alio, arbitror, judice opus est : nos enim unde sciamus dijudicare eum qui judicare possit optime? Vides, quorsum hoc pertineat et ut sit infinitum, quum stare nusquam et comprehendi possit? quandoquidem ipsas quoque demonstrationes, quotquot inveniri possunt, in dubium revocari videas, neque firmum quicquam habere. Nam pleræque illarum per alia, de quibus et ipsis adhuc lis est, persuadere nobis nituntur se scire : aliæ vero, quæ e plane manifestis suspendunt obscurissima, commune nihil cum illis habentia, demonstrationes tamen horum se esse dicunt : verbi causa, si quis putet inde se demonstraturum deos esse, quod altaria illorum esse apparet. Itaque nescio quomodo, Hermotime, ut qui currunt in circulo, ad idem initium et dubitationem eandem rediimus.

71. HERM. Ut me tractasti, Lycine! qui thesaurum mihi in carbones redegeris : ut videtur, periere mihi tot anni et labor ille plurimus.

LYC. Sed multo minus, Hermotime, moleste feres, si cogitaveris non te solum speratis bonis carere, sed omnes, ut ita dicam, de asini umbra pugnare philosophos. Aut quis ire queat per illa, quæ dixi, omnia? quod fieri posse et ipse negas. Jam vero idem mihi videris facere, ac si quis ploret et cum fortuna queratur, quod ascendere in cœlum nequeat, aut quod non profundo mari mersus a Sicilia emergere in Cyprum, aut quod non pennis sublatus ex Græcia eodem die ad Indos perveniat : causam vero ejus doloris hanc habeat, quod illud speraverit, puto, aut viso forte tali somnio, aut quod ipse sibi ultro finxerit, non explorato prius num ea optet ad quæ pervenire possit, quæque humanæ naturæ conveniant. Et sane tibi quoque, so-

πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ὀνειροπολοῦντα νύξας ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ ὕπνου ἐκθορεῖν ἐποίησεν· εἶτα ὀργίζῃ αὐτῷ ἔτι μόλις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίγων καὶ τὸν ὕπνον οὐ ῥᾳδίως ἀποσειόμενος ὑφ' ἡδονῆς ὧν ἑώρας. Πάσχουσι δ' αὐτὸ καὶ οἱ τὴν κενὴν μακαρίαν ἑαυτοῖς ἀναπλάττοντες, ἣν μεταξὺ πλουτοῦσιν αὐτοῖς καὶ θησαυροὺς ἀνορύττουσι καὶ βασιλεύουσι καὶ τἄλλα εὐδαιμονοῦσιν — οἷα πολλὰ ἡ θεὸς ἐκείνη ῥᾳδιουργεῖ, ἡ Εὐχή, μεγαλόδωρος οὖσα καὶ πρὸς οὐδὲν ἀντιλέγουσα, κἂν πτηνὸς θέλῃ τις γενέσθαι, κἂν κολοσσιαῖος τὸ μέγεθος, κἂν ὄρη ὅλα χρυσᾶ εὑρίσκειν — ἢν τοίνυν ταῦτα ἐννοοῦσιν αὐτοῖς ὁ παῖς προσελθὼν ἔρηταί τι τῶν ἀναγκαίων, οἷον ὅθεν ἄρτους ὠνητέον ἢ ὅ τι φατέον πρὸς τὸν ἀπαιτοῦντα τοὐνοίκιον ἐκ πολλοῦ περιμένοντα, οὕτως ἀγανακτοῦσιν ὡς ὑπὸ τοῦ ἐρομένου καὶ παρενοχλήσαντος ἀφαιρεθέντες ἅπαντα ἐκεῖνα τἀγαθὰ καὶ ὀλίγου δέουσι τὴν ῥῖνα τοῦ παιδὸς ἀποτραγεῖν.

72. Ἀλλὰ σύ, ὦ φιλότης, μὴ πάθῃς αὐτὸ πρὸς ἐμέ, εἴ σε θησαυροὺς ἀνορύττοντα καὶ πετόμενον καί τινας ἐννοίας ὑπερφυεῖς ἐννοοῦντα καί τινας ἐλπίδας ἀνεφίκτους ἐλπίζοντα φίλος ὢν οὐ περιεῖδον διὰ παντὸς τοῦ βίου ὀνείρῳ ἡδεῖ μὲν ἴσως, ἀτὰρ ὀνείρῳ γε συνόντα, διαναστάντα δὲ ἀξιῶ πράττειν τι τῶν ἀναγκαίων καὶ ὅ σε παραπέμψει ἐς τὸ λοιπὸν τοῦ βίου τὰ κοινὰ ταῦτα φρονοῦντα· ἐπεὶ ἅ γε νῦν ἔπραττες καὶ ἐπενόεις, οὐδὲν τῶν Ἱπποκενταύρων καὶ Χιμαιρῶν καὶ Γοργόνων διαφέρει, καὶ ὅσα ἄλλα ὄνειροι καὶ ποιηταὶ καὶ γραφεῖς ἐλεύθεροι ὄντες ἀναπλάττουσιν οὔτε γενόμενα πώποτε οὔτε γενέσθαι δυνάμενα. Καὶ ὅμως ὁ πολὺς λεὼς πιστεύουσιν αὐτοῖς καὶ κηλοῦνται ὁρῶντες ἢ ἀκούοντες τὰ τοιαῦτα διὰ τὸ ξένα καὶ ἀλλόκοτα εἶναι.

73. Καὶ σὺ δὴ μυθοποιοῦ τινος ἀκούσας ὡς ἔστι τις γυνὴ ὑπερφυὴς τὸ κάλλος, ὑπὲρ τὰς Χάριτας αὐτὰς ἢ τὴν Οὐρανίαν, εἰ καὶ μὴ πρότερον ἐξήτασας εἰ ἀληθῆ λέγει καὶ εἰ ἔστι που τῆς γῆς ἡ ἄνθρωπος αὕτη, ἤρας εὐθύς, ὥσπερ φασὶ τὴν Μήδειαν ἐξ ὀνείρατος ἐρασθῆναι τοῦ Ἰάσονος. Ὃ δὲ δὴ μάλιστά σε πρὸς τὸν ἔρωτα ἐπηγάγετο καὶ τοὺς ἄλλους δέ, ὁπόσοι τοῦ αὐτοῦ σοι εἰδώλου ἐρῶσι, τοῦτο ἦν, ὥς γέ μοι εἰκάζοντι φαίνεται, τὸ τὸν λέγοντα ἐκεῖνον περὶ τῆς γυναικός, ἐπείπερ ἐπιστεύθη τὸ πρῶτον ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἀκόλουθα ἐπάγειν· εἰς τοῦτο γὰρ ἑωρᾶτε μόνον, καὶ διὰ τοῦτο εἷλκεν ὑμᾶς τῆς ῥινός, ἐπείπερ ἅπαξ τὴν πρώτην λαβὴν ἐνεδώκατε αὐτῷ, καὶ ἦγεν ἐπὶ τὴν ἀγαπωμένην δι' ἧς ἔλεγεν εὐθείας ὁδοῦ· ῥᾴδια γάρ, οἶμαι, τὰ μετὰ ταῦτα καὶ οὐδεὶς ὑμῶν ἔτι ἐπιστρεφόμενος εἰς τὴν εἴσοδον ἐξήταζεν εἰ ἀληθής ἐστι καὶ εἰ μὴ ἔλαθε καθ' ἣν οὐκ ἐχρῆν εἰσελθών, ἀλλ' ἠκολούθει τοῖς τῶν προωδευκότων ἴχνεσι, καθάπερ τὰ πρόβατα πρὸς τὸν ἡγούμενον, δέον ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς σκέψασθαι, εἴπερ εἰσιτητέον.

74. Ὃ δέ φημι, σαφέστερον ἂν μάθοις, ἤν τι τοιοῦτον ὅμοιον παραθεωρήσῃς αὐτῷ· λέγοντος γάρ τινος τῶν μεγαλοτόλμων τούτων ποιητῶν, ὡς γένοιτό ποτε τρικέφαλος καὶ ἑξάχειρ ἄνθρωπος, ἂν τὸ πρῶτον ταῦτα

dalis, multa et admirabilia somnianti latus fodiens ratio, ex somno ut exsilires effecit: deinde illi irasceris vix aperiens oculos, et non sine difficultate somnum præ voluptate visorum excutiens. Usu illud venit etiam iis, qui vanam illam beatam insulam sibi fingunt: quibus si, dum divites sunt, dum effodiunt thesauros, et regnant et ceteris modis beati sunt (qualia multa perpetrat dea illa, cui Voti nomen est, magnifica muneribus, neque contradicens cuiquam, nec si volucris fieri quis velit, nec si colossea magnitudine, nec si auréos totos montes invenire): hæc igitur dum animo agitant, si puer accedens interroget necessarium quiddam, verbi gratia, unde panis emendus, aut quid sit respondendum mercedem domus repetenti, qui diu jam exspectaverit; ita indignantur, quasi ab interrogante illo atque interpellante ablata ipsis essent bona illa omnia, et parum abest quin morsu nasum puero auferant.

72. Tu vero, amice, noli eodem in me impetu ferri, si te effodientem thesauros, aut volantem, aut cogitationes quasdam majores, quam natura patitur, agitantem, et spes habentem, ad quas perveniri non potest, pro amicitia nostra non passus sum per omnem vitam in somnio suavi illo quidem fortasse, somnio tamen, versari: sed surgere jubeo, et facere aliquid eorum quæ opus sunt, quodque te ad id quod superest vitæ dimittere possit communi illo sensu præditum. Quod enim modo agebas et cogitabas, ab Hippocentauris et Chimæris et Gorgonibus nihil quicquam differt, et quæcumque alia somni et poetæ et pictores pro sua libertate confingunt, quæ nec fuere unquam, neque esse possunt. Et tamen major pars populi credunt illis, et videndis audiendisve talibus mulcentur, ob id ipsum nempe quod peregrina sunt et absurda.

73. Et tu sane quum ex fabulatore quodam audisses, mulierem esse, quæ pulchritudine naturam supergressa, Gratias ipsas aut Cælestem illam Venerem vincat, licet non exploraris prius utrum vera dicat, et sitne terrarum alicubi ista mulier, statim amare eam cœpisti, ut Medeam aiunt ex insomnio amore Iasonis correptam. Quod autem maxime te in amorem illum induxit, aliosque, quotquot eandem quam tu umbram amant, quantum conjectura assequor, hoc erat, quod is qui de muliere prædicabat, postquam semel fides illi habita est ut vera dicenti, ea subjunxit, quæ consequentia et cohærentia illis essent: ad hoc enim spectabatis solum, et propter hoc ipsum naso vos quasi alligatos traxit, quum primam semel velut ansam ei dedissetis, duxitque ad amatam recta, quam dicebat, via. Facilia enim, reor, cetera, neque quisquam vestrûm ad ingressum reflexa cogitatione, verane esset via, exploravit, et num forte imprudens quam non oportebat institisset; sed præeuntium sequebatur vestigia, uti oves suum solent ducem, quum decuisset ad introitum et principio statim videre, essetne intrandum.

74. Quod autem dico apertius intelligas, si consideres et conferas ejusmodi quiddam simile. Si enim audacium horum poetarum aliquis dicat, fuisse quondam tricipitem et sex manibus hominem, si primum ista facile recipias, non

ἀπραγμόνως ἀποδέξῃ μὴ ἐξετάσας εἰ δυνατὸν, ἀλλὰ πιστεύσας, εὐθὺς ἀκολούθως ἂν ἐπάγοι καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς καὶ ὀφθαλμοὺς ὁ αὐτὸς εἶχεν ἓξ καὶ ὦτα ἓξ καὶ φωνὰς τρεῖς ἅμα ἠφίει καὶ ἤσθιε διὰ τριῶν στομάτων καὶ δακτύλους τριάκοντα εἶχεν, οὐχ ὥσπερ ἕκαστος ἡμῶν δέκα ἐν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ, καὶ εἰ πολεμεῖν δέοι, αἱ τρεῖς μὲν χεῖρες ἑκάστη πέλτην ἢ γέρρον ἢ ἀσπίδα εἶχον, αἱ τρεῖς δὲ ἡ μὲν πέλεκυν κατέφερεν, ἡ δὲ λόγχην ἠφίει, ἡ δὲ τῷ ξίφει ἐχρῆτο. Καὶ τίς ἔτι ἂν ἀπιστήσειε ταῦτα λέγοντι αὐτῷ; ἀκόλουθα γὰρ τῇ ἀρχῇ, περὶ ἧς ἐχρῆν εὐθὺς σκοπεῖν εἴπερ δεκτέα καὶ εἰ συγχωρητέα οὕτως ἔχειν. Ἢν δ' ἅπαξ ἐκεῖνα δῷς, ἐπιρρεῖ τὰ λοιπὰ καὶ οὔποτε στήσεται καὶ τὸ ἀπιστεῖν αὐτοῖς οὐκέτι ῥᾴδιον, ἐπείπερ ἀκόλουθα καὶ ὅμοιά ἐστι τῇ συγχωρηθείσῃ ἀρχῇ, ἅπερ καὶ ὑμεῖς πάσχετε· ὑπὸ γὰρ δὴ ἔρωτος καὶ προθυμίας οὐκ ἐξετάσαντες τὰ κατὰ τὴν εἴσοδον ἑκάστην ὅπως ὑμῖν ἔχει, προχωρεῖτε ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας ἑλκόμενοι, οὐκ ἐννοοῦντες εἴ πῃ γένοιτ' ἂν ἀκόλουθόν τι αὐτῷ καὶ ψεῦδος ὄν, οἷον, εἴ τις λέγοι τὰ δὶς πέντε ἑπτὰ εἶναι καὶ σὺ πιστεύσειας αὐτῷ μὴ ἀριθμήσας ἐπὶ σαυτοῦ, ἐπάξει δηλαδὴ ὅτι καὶ τετράκις πέντε τετταρεσκαίδεκα πάντως ἐστὶ καὶ μέχρι ἂν ὅτου ἐθελήσῃ, οἷα καὶ ἡ θαυμαστὴ γεωμετρία ποιεῖ· κἀκείνη γὰρ τοὺς ἐν ἀρχῇ ἀλλόκοτά τινα αἰτήματα αἰτήσασα καὶ συγχωρηθῆναι αὐτῇ ἀξιώσασα οὐδὲ συστῆναι δυνάμενα, σημεῖά τινα ἀμερῆ καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα καὶ ἀξιοῖ εἰς ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν ἀπὸ ψευδοῦς τῆς ἀρχῆς ὁρμωμένη.

75. Κατὰ ταὐτὰ τοίνυν καὶ ὑμεῖς δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης πιστεύετε τοῖς ἑξῆς καὶ γνώρισμα τῆς ἀληθείας αὐτῶν τὴν ἀκολουθίαν ἡγεῖσθε εἶναι ψευδῆ οὖσαν· εἶτα οἱ μὲν ὑμῶν ἐναποθνήσκουσι ταῖς ἐλπίσι, πρὶν ἰδεῖν τἀληθὲς καὶ καταγνῶναι τῶν ἐξαπατησάντων ἐκείνων, οἱ δὲ κἂν αἴσθωνται ἐξηπατημένοι ὀψέ ποτε γέροντες ἤδη γενόμενοι, ὀκνοῦσιν ἀναστρέφειν αἰδούμενοι, εἰ δεήσει τηλικούτους αὐτοὺς ὄντας ἐξομολογήσασθαι ὅτι πράγματα παίδων ἔχοντες οὐ συνίεσαν· ὥστε ἐμμένουσι τοῖς αὐτοῖς ὑπ' αἰσχύνης καὶ ἐπαινοῦσι τὰ παρόντα καὶ ὁπόσους ἂν δύνωνται προτρέπουσιν ἐπὶ τὰ αὐτὰ, ὡς ἂν μὴ μόνοι ἐξηπατημένοι ὦσιν, ἀλλ' ἔχωσι παραμυθίαν τὸ καὶ ἄλλους πολλοὺς τὰ ὅμοια παθεῖν αὐτοῖς· καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο ὁρῶσιν, ὅτι ἢν τἀληθὲς εἴπωσιν, οὐκέτι σεμνοὶ ὥσπερ νῦν καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς δόξουσιν οὐδὲ τιμήσονται ὁμοίως. Οὐκ ἂν οὖν ἑκόντες εἴποιεν εἰδότες, ἀφ' οἵων ἐκπεσόντες ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις δόξουσιν. Ὀλίγοις δ' ἂν πάνυ ἐντύχοις ὑπ' ἀνδρείας τολμῶσι λέγειν ὅτι ἐξηπάτηνται καὶ τοὺς ἄλλους ἀποτρέπειν τῶν ὁμοίων πειρωμένους. Εἰ δ' οὖν τινι τοιούτῳ ἐντύχοις, φιλαλήθη τε κάλει τὸν τοιοῦτον καὶ χρηστὸν καὶ δίκαιον καὶ, εἰ βούλει, φιλόσοφον· οὐ γὰρ ἂν φθονήσαιμι τούτῳ μόνῳ τοῦ ὀνόματος· οἱ δ' ἄλλοι ἢ οὐδὲν ἀληθὲς ἴσασιν οἰόμενοι εἰδέναι ἢ εἰδότες ἀποκρύπτονται ὑπὸ δειλίας καὶ αἰσχύνης καὶ τοῦ προτιμᾶσθαι βούλεσθαι.

explorato fierine possit, sed fide illi habita; ille statim consequenter subjunxerit cetera : eundem hominem sex habuisse oculos, et aures totidem, et voces eodem tempore ternas emisisse, et oribus tribus sumsisse cibum, et triginta habuisse digitos, non decem, ut quisque nostrûm, in ambabus manibus : ac si bellica opera opus esset, tres quidem manus peltam, aut cratem, aut scutum habuisse; trium vero reliquarum unam dejecisse securim, alteram emisisse lanceam, tertiam usam gladio. Et quis adhuc fidem negaret dicenti talia? conveniunt enim principio, de quo statim videndum erat, possetne recipi, et an concedendum sit rem ita habere. Ubi vero semel illa dederis, affluunt quasi reliqua, neque usquam subsistent, ipsumque illud negare fidem non jam facile, quum consequentia sint et concessis principiis similia : quod quidem vobis accidit. Præ amore enim et studio quum non explorassetis ut se vobis habeant quæ sunt circa unumquemque ingressum, proceditis, tracti a consequentia, non advertentes animum si qua sit quod sequatur ex illis et idem sit falsum : velut si quis dicat bis quinque septem esse, tuque fidem illi habeas, non et ipse apud te dinumerans, inferet scilicet etiam quater sumta quinque efficere quatuordecim, et quousque ille voluerit : qualia etiam admirabilis geometria efficit. Nam illa quoque hos qui versantur circa principia, absurda quædam postulata poscit, eaque dari sibi æquum censet, quæ tamen ne consistere quidem possunt, puncta quædam individua, et lineas latitudine omni carentes, et id genus plura; deinde putribus illis fundamentis similia inædificat, et postulat vera ad demonstrationem dicere, initio a falsis principiis facto.

75. Eodem modo vos quoque, concessis sectæ cujusque principiis, his quæ sequuntur fidem adjungitis, et signum veritatis illorum consequentiam istam putatis, quæ et ipsa tamen falsa est : deinde alii quidem vestrûm spei suæ immoriuntur, antequam verum viderint suosque illos deceptores cognoverint; alii vero, licet sero denique senes jam facti deceptos se sentiant, redire tamen cunctantur, pudore nimirum deterriti, si oporteat, id ætatis quum sint, fateri se imprudentes puerorum tractasse ludibria : itaque manent in iisdem præ pudore, et laudant præsentia, et quotquot possunt ad eadem hortantur, ne soli sint decepti, sed solatium habeant ex eo, quod multis etiam aliis eadem quæ sibi usu venerint : nam rursus illud quoque vident, si verum dicant, se non jam graves, ut adhuc, et supra vulgus elatos visum iri, neque honore eodem fruituros. Nunquam ergo sua voluntate dixerint, quantumvis sciant, quam vanis opinionibus missis similes futuri sint reliquis. Paucos omnino reperias satis fortes, uti audeant dicere se deceptos esse, et dehortari alios qui similia tentent. In talem ergo si incidas, veritatis amicum voca, et frugi, et justum, et si vis etiam philosophum : non invideam enim huic soli nominis hujus honorem. Reliqui autem aut veri nihil sciunt, quum scire se putent; aut quod sciunt occultant, præ timiditate et pudore, et quod præferri aliis cupiunt.

76. Καίτοι πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς ἅπαντα μὲν ἃ ἔφην, ἐάσωμεν αὐτοῦ καταβαλόντες καὶ λήθη τις ἔστω αὐτῶν ὥσπερ τῶν πρὸ Εὐκλείδου ἄρχοντος πραχθέντων, ὑποθέμενοι δὲ ταύτην φιλοσοφίαν ὀρθὴν εἶναι τὴν τῶν Στωϊκῶν, ἄλλην δὲ μηδ' ἡντιναοῦν, ἴδωμεν εἰ ἐφικτὴ αὕτη καὶ δυνατή ἐστιν, ἢ μάτην κάμνουσιν ὁπόσοι ἐφίενται αὐτῆς· τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμαστάς τινας, ἡλίκα εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς τὸ ἀκρότατον ἐλθόντες· μόνους γὰρ τούτους πάντα συλλαβόντας ἕξειν τὰ τῷ ὄντι ἀγαθά. Τὸ μετὰ ταῦτα δὲ σὺ ἂν ἄμεινον εἰδείης, εἴ τινι ἐντετύχηκας Στωϊκῷ τοιούτῳ καὶ Στωϊκῶν τῷ ἄκρῳ, οἵῳ μήτε λυπεῖσθαι μήθ' ὑφ' ἡδονῆς κατασπᾶσθαι μήτε ὀργίζεσθαι, φθόνου δὲ κρείττονι καὶ πλούτου καταφρονοῦντι καὶ συνόλως εὐδαίμονι, ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν βίου — ὁ γὰρ καὶ κατὰ μικρότατον ἐνδέων ἀτελής, κἂν πάντα πλείω ἔχῃ — εἰ δὲ τοῦτο οὐχί, οὐδέπω εὐδαίμων.

77. ΕΡΜ. Οὐδένα τοιοῦτον εἶδον.

ΛΥΚ. Εὖ γε, ὦ Ἑρμότιμε, ὅτι οὐ ψεύδῃ ἑκών. Εἰς τί δ' οὖν ἀποβλέπων φιλοσοφεῖς, ὅταν ὁρᾷς μήτε τὸν διδάσκαλον τὸν σὸν μήτε τὸν ἐκείνου μήτε τὸν πρὸ αὐτοῦ μηδ' ἂν εἰς δεκαγονίαν ἀναγάγῃς μηδένα αὐτῶν σοφὸν ἀκριβῶς καὶ διὰ τοῦτο εὐδαίμονα γεγενημένον; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς εἴποις, ὡς ἀπόχρη κἂν πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας, ἐπεὶ οὐδὲν ὄφελος· ὁμοίως γὰρ ἔξω τοῦ ὁδοῦ ἐστι καὶ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ ὅ τε παρὰ τὴν θύραν ἔξω ἑστὼς καὶ ὁ πόρρω, διαλλάττοιεν δ' ἄν, ὅτι μᾶλλον οὗτος ἀνιάσεται ὁρῶν ἐγγύθεν οἵων ἐστέρηται. Εἶτα ἵνα πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας — δώσω γάρ τοῦτό σοι — τοσαῦτα πονεῖς κατατρύχων σεαυτόν, καὶ παραδεδράμηκέ σε ὁ βίος ὁ τοσοῦτος ἐν ἀκηδίᾳ καὶ καμάτῳ καὶ ἀγρυπνίαις κάτω νενευκότα; καὶ εἰσαῦθις πονήσεις, ὡς φής, ἄλλα εἴκοσιν ἔτη τοὐλάχιστον, ἵνα ὀγδοηκοντούτης γενόμενος — εἴ τις ἐγγυητής ἐστί σοι, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα — ὅμως ᾖς ἐν τοῖς μηδέπω εὐδαιμονοῦσιν; εἰ μὴ μόνος οἴει τεύξεσθαι τούτου καὶ αἱρήσειν διώκων ὃ πρὸ σοῦ μάλα πολλοὶ κἀγαθοὶ καὶ ὠκύτεροι παρὰ πολὺ διώκοντες οὐ κατέλαβον.

78. Ἀλλὰ καὶ κατάλαβε, εἰ δοκεῖ, καὶ ἔχε ὅλον συλλαβών, τὸ μὲν δὴ πρῶτον οὐχ ὁρῶ ὅ τι ποτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν, ὡς ἀντάξιον δοκεῖν τῶν πόνων τῶν τοσούτων· ἔπειτα ἐς πόσον ἔτι τὸν λοιπὸν χρόνον ἀπολαύσεις αὐτοῦ γέρων ἤδη καὶ παντὸς ἡδέος ἔξωρος ὢν καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασίν, ἐν τῇ σορῷ ἔχων; εἰ μή τι ἐς ἄλλον, ὦ γενναῖε, βίον προγυμνάζεις σεαυτὸν, ὡς ἐς ἐκεῖνον ἐλθὼν ἄμεινον διαγάγοις, εἰδὼς ὄντινα τρόπον χρὴ βιοῦν, ὅμοιον ὡς εἴ τις ἐς τοσοῦτον σκευάζοι τε καὶ εὐτρεπίζοι ὡς δειπνήσων ἄμεινον, ἄχρι ἂν λάθῃ ὑπὸ λιμοῦ διαφθαρείς.

79. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό πω κατανενόηκας, οἶμαι, ὡς ἡ μὲν ἀρετὴ ἐν ἔργοις δήπου ἐστίν, οἷον ἐν τῷ δίκαια πράττειν καὶ σοφὰ καὶ ἀνδρεῖα, ὑμεῖς δὲ — τὸ δὲ ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τοὺς ἄκρους τῶν φιλοσοφούντων φημί — ἀφέντες ταῦτα ζητεῖν καὶ ποιεῖν ῥημάτια δύστηνα μελετᾶτε καὶ συλλογισμοὺς καὶ ἀπορίας καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ

76. Quanquam, per ego te Minervam oro, quæcumque dixi jam relinquamus hic deposita omnia, sitque eorum oblivio, ut eorum quæ ante Euclidem archontem facta sunt, ponamusque hanc Stoicorum philosophiam veram esse, aliam vero quamcumque nullam : ac videamus deinde, num illa talis sit, ad quam pervenire et quam assequi aliquis possit; an vero frustra laborent quotquot illam concupiverunt. Audio enim admirabilia quædam esse illius promissa de eorum felicitate, qui ad fastigium ejus delati sint : solos quippe illos vera bona habituros in universum omnia. Quod vero sequitur, melius tute noris, incideris ne unquam in Stoicum talem, et summum Stoicorum, qui nunquam vincatur dolore, ad voluptatem nunquam detrahatur, irascatur nunquam, qui invidia major sit, divitiarum contemtor, et, uno verbo, beatus, qualem oportet esse, canon qui haberi velit et regula vitæ ad virtutem compositæ : qui enim vel minima in re deficiatur, imperfectus est, quantumvis omnibus in rebus aliis superet. Hoc vero si non sit, nondum est beatus.

77. HERM. Talem quidem vidi neminem.

LYC. Recte istud, Hermotime, quod non mentiris prudens ac volens. Quo igitur consilio philosopharis, quum videas neque tuum magistrum, neque qui illius fuit, neque qui ante istum, neque si ad decimam generationem ascendas, quenquam illorum plane sapientem, et propter hoc beatum fuisse? Neque enim illud recte dixeris, sufficere tibi si vel prope felicitatem venias ; nihil quippe profeceris : nam æque extra limen est et sub divo, tam qui ad januam stat foris, quam qui e longinquo; et in hoc fortasse differant, quod ille magis excruciabitur, qui e proximo videat quibus sibi bonis sit carendum. Deinde, ut prope felicitatem sis (dabo tibi enim hoc), tantum laboras, teque conteris, tantumque tibi vitæ spatium effluxit, dum te non respicis, dum labores, dum vigiliæ te humi deprimunt? ac denuo laborabis, ut ais, viginti alios minimum annos, ut octuagenarius senex (si quis sponsor tibi est te tantum victurum) tamen sis illorum unus qui nondum beati sunt? nisi forte solum te putas illud consecuturum et persequendo capturum, quod ante te multi admodum et boni viri et multum celeriores, persequendo non comprehenderunt.

78. Sed comprehende etiam, si ita videtur, et habe tibi universum. Tum primo quidem non video quid demum sit illud bonum, quod tantis laboribus æquiparari possit: deinde quantum est temporis reliquum quo illo fruaris, senex jam et suavitatibus omnibus non amplius tempestivus, et alterum jam pedem, quod aiunt, habens in capulo? nisi forte ad aliam, generose, te vitam exerces, ut in eam delatus vivas melius, qui quomodo vivendum sit didiceris : quod est ejusmodi, ac si quis tantum paret atque adornet ad cœnandum melius, donec fame imprudens pereat.

79. Verum neque illuddum animadvertisti, puto, in operibus scilicet inesse virtutem, ut in faciendo juste, sapienter, fortiter : at vos (vos quum dico, summos philosophorum dico) mittentes ista quærere et facere, in voculis miseris exercemini et syllogismis et perplexis quæstionibus,

βίου ἐπὶ τούτοις διατρίβετε, καὶ ὃς ἂν κρατῇ ἐν αὐτοῖς, καλλίνικος ὑμῖν δοκεῖ· ἀφ' ὧν, οἶμαι, καὶ τὸν διδάσκαλον τουτονὶ θαυμάζετε, γέροντα ἄνδρα, ὅτι τοὺς προσομιλοῦντας ἐς ἀπορίαν καθίστησι καὶ οἶδεν ὡς χρὴ ἐρέσθαι καὶ σοφίσασθαι καὶ πανουργῆσαι καὶ ἐς ἄφυκτα ἐμβαλεῖν, καὶ τὸν καρπὸν ἀτεχνῶς ἀφέντες — οὗτος δὲ ἦν περὶ τὰ ἔργα — περὶ τὸν φλοιὸν ἀσχολεῖσθε τὰ φύλλα καταχέοντες ἀλλήλων ἐν ταῖς ὁμιλίαις. Ἦ γὰρ ἄλλα ἐστὶν ἃ πράττετε, ὦ Ἑρμότιμε, πάντες ἕωθεν εἰς ἑσπέραν;

ΕΡΜ. Οὐχ, ἀλλὰ ταῦτα.

ΛΥΚ. Ἦ οὖν οὐχὶ καὶ ὀρθῶς τις φαίη τὴν σκιὰν ὑμᾶς θηρεύειν ἐάσαντας τὸ σῶμα ἢ τοῦ ὄφεως τὸ σύφαρ ἀμελήσαντας τοῦ ὁλκοῦ, μᾶλλον δὲ τὸ ὅμοιον ποιεῖν ὥσπερ εἴ τις ἐς ὅλμον ὕδωρ ἐγχέας ὑπέρῳ σιδηρῷ πτίττοι πράττειν ἀναγκαῖόν τι καὶ προὔργου οἰόμενος, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἂν ἀποβάλῃ, φασί, τοὺς ὤμους πτίττων, ὕδωρ ὁμοίως τὸ ὕδωρ μένει;

80. Καί μοι δὸς ἐνταῦθα ἤδη ἐρέσθαι σε εἰ ἐθέλοις ἂν ἔξω τῶν λόγων τὰ ἄλλα ἐοικέναι τῷ διδασκάλῳ, οὕτω μὲν ὀργίλος, οὕτω δὲ μικρολόγος, οὕτω δὲ φιλόνεικος ὢν καὶ φιλήδονος νὴ Δί', εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. Τί σιγᾷς, ὦ Ἑρμότιμε; θέλεις διηγήσωμαι ἃ πρῴην ἤκουσα ὑπὲρ φιλοσοφίας τινὸς λέγοντος ἀνδρὸς πάνυ γεγηρακότος, ᾧ πάμπολλοι τῶν νέων ἐπὶ σοφίᾳ πλησιάζουσιν; Ἀπαιτῶν γὰρ παρά τινος τῶν μαθητῶν τὸν μισθὸν ἠγανάκτει, λέγων ὑπερήμερον εἶναι καὶ ἐκπρόθεσμον τοῦ ὀφλήματος, ὃν ἔδει πρὸ ἑκκαίδεκα ἡμερῶν ἐκτετικέναι τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ· οὕτω γὰρ συνθέσθαι.

81. Καὶ ἐπεὶ ταῦτα ἠγανάκτει, παρεστὼς ὁ θεῖος τοῦ νεανίσκου, ἄγροικος ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ ὑμέτερα, Πέπαυσο, εἶπεν, ὦ θαυμάσιε, τὰ μέγιστ' ἠδικῆσθαι λέγων, εἰ ῥημάτια παρὰ σοῦ πριάμενοι μηδέπω ἐκτετίκαμεν διάφορον. Καίτοι ἃ μὲν ἡμῖν πέπρακας, ἔχεις ἔτι καὶ αὐτὸς καὶ οὐδὲν ἔλαττον γέγονέ σοι τῶν μαθημάτων· τὰ δ' ἄλλα ὧν ἐξ ἀρχῆς ἐπιθυμῶν συνέστησά σοι τὸν νεανίσκον, ὁ δ' οὐδὲν ἀμείνων γεγένηται διὰ σέ, ὃς τοὐμοῦ γείτονος Ἐχεκράτους τὴν θυγατέρα συναρπάσας παρθένον οὖσαν διέφθειρε καὶ ὀλίγου δίκην ἔφυγε βιαίων, εἰ μὴ ἐγὼ ταλάντου ὠνησάμην τὸ πλημμέλημα παρὰ πένητος ἀνδρὸς τοῦ Ἐχεκράτους· τὴν μητέρα δὲ πρῴην ἐρράπισεν, ὅτι αὐτοῦ ἐλάβετο ὑπὸ κόλπου ἐκκομίζοντος τὸν κάδον, ὡς ἔχοι συμβολὰς, οἶμαι, καταθεῖναι. Τὰ μὲν γὰρ ἐς ὀργὴν καὶ θυμὸν καὶ ἀναισχυντίαν καὶ ἐς τόλμαν καὶ ψεῦδος μακρῷ τινι ἄμεινον εἶχε πέρυσιν ἢ νῦν· καίτοι ἐβουλόμην ἂν αὐτὸν ἐς ταῦτα ὠφελῆσθαι ὑπὸ σοῦ μᾶλλον ἤπερ ἐκεῖνα εἰδέναι, ἃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν δεομένους ἐπὶ τὸ δεῖπνον διεξέρχεται, ὡς κροκόδειλος ἥρπασε παιδίον, καὶ ὑπέσχηται ἀποδώσειν αὐτὸ, ἂν ἀποκρίνηται ὁ πατὴρ οὐκ οἶδ' ὅ τι, ἢ ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμέρας οὔσης μὴ νύκτα εἶναι· ἐνίοτε δὲ καὶ κέρατα ἡμῖν ὁ γενναῖος ἀναφύει οὐκ οἶδ' ὅπως περιπλέκων τὸν λόγον. Ἡμεῖς δὲ γελῶμεν ἐπὶ τούτοις, καὶ μάλιστα ὅταν ἐπιβυσάμενος

et majorem vitæ partem in his conteritis; et qui in hisce vicerit, ille pulchram vobis retulisse victoriam videtur. Quarum rerum causa hunc etiam, puto, doctorem admiramini, senem hominem, quod qui secum colloquantur in perplexas ambages conjicit, et quomodo interrogandum sit novit, et cavillationibus atque fraudibus quomodo utendum, et ad incitas quomodo redigi aliquis possit. Plane igitur fructu relicto, qui in operibus est, circa corticem negotiosi estis, foliis vos invicem vestris in congressibus perfundentes. Aut sunt alia quæ facitis, Hermotime, omnes a prima luce ad vesperam?

HERM. Non, sed hæc ipsa.

LYC. Nonne igitur recte dicat aliquis, relicto vos corpore umbram captare, aut exuvias serpentis tractu ipso ac volumine corporis neglecto? aut potius simile quid illi facere, si quis aquam in mortarium infusam ferreo pistillo contundat, necessarium quid et quod ad rem faciat a se putans peragi, ignorans, aquam manere aquam, si tundendo perdat, quod aiunt, humeros?

80. Et concede mihi ut hic te jam interrogem, velisne, excepta doctrina, aliis in rebus similis esse magistri tui, æque iracundus, æque sordidus, æque contentiosus uti sis, et, per Jovem, æque voluptuarius, licet vulgo talis non videatur. Quid taces, Hermotime? Visne tibi referam, quæ nuper audivi quendam pro philosophia dicere hominem plane senem, cujus domum multi admodum juvenes sapientiæ causa frequentant? Is dum reposcit ab aliquo discipulorum mercedem, indignabatur, dicens ipsum excessisse diem præstitutum præstando debito, quod solutum jam ab illo oportuisset sexdecim diebus ante, nempe pridie calendas illius mensis : ita quippe convenisse.

81. Astans autem avunculus adolescentis, homo rusticus et ad hæc vestra imperitus, Desine, inquit, homo admirabilis, dicere maxima te affectum injuria, si pro verbis a te emtis pretium nondum persolvimus. Atqui quæ vendidisti nobis, eadem adhuc habes et ipse, neque quicquam decessit tibi doctrinarum : ceterum quarum rerum desiderio ab initio commendavi tibi adolescentem, in iis rebus ille nihilo melior tua opera factus est, qui Echecratis vicini mei filiam virginem raptam vitiaverit, et ægre judicium de vi effugisset, nisi talento redemissem injuriam a pauperculo homine Echecrate. Matri vero alapas nuper dedit, deprehensus ab ea quum sub veste efferret cadum, ut haberet, puto, quas conferret symbolas. Quantum ad iram, excandescentiam, impudentiam, audaciam, mendacia, multo melius superiore anno quam nunc habebat : atqui volebam ego in hisce potius illum tuam operam utilem experiri, quam illa scire, quæ quotidie ad nos nihil opus habentes in cœna disputat, ut crocodilus puerum rapuerit, illumque se redditurum promiserit, si respondisset pater nescio quid; aut, necesse esse si dies sit, non esse noctem : interdum et cornua nobis bonus vir, sermone nescio quomodo perplexo, producit. At nos ridemus ista, et maxime quoties obturatis auribus apud se medita-

τὰ ὦτα μελετᾷ πρὸς αὑτὸν ἕξεις τινὰς καὶ σχέσεις καὶ καταλήψεις καὶ φαντασίας καὶ τοιαῦτα πολλὰ ὀνόματα διεξιών. Ἀκούομεν δὲ αὐτοῦ λέγοντος ὡς καὶ ὁ θεὸς οὐκ ἐν οὐρανῷ ἐστιν, ἀλλὰ διὰ πάντων πεφοίτηκεν, οἷον ξύλων καὶ λίθων καὶ ζῴων, ἄχρι καὶ τῶν ἀτιμοτάτων· καὶ τῆς γε μητρὸς ἐρομένης αὐτὸν τί ταῦτα ληρεῖ, καταγελάσας αὐτῆς, Ἀλλ' ἢν τὸν λῆρον τοῦτον, ἔφη, ἐκμάθω ἀκριβῶς, οὐδὲν κωλύσει με μόνον πλούσιον μόνον βασιλέα εἶναι, τοὺς δ' ἄλλους ἀνδράποδα καὶ καθάρματα νομίζεσθαι ὡς πρὸς ἐμέ.

82. Τοιαῦτα τοῦ ἀνδρὸς εἰπόντος, ὁ φιλόσοφος ὅρα οἵαν ἀπόκρισιν ἀπεκρίνατο, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς πρεσβυτικήν· ἔφη γάρ, Ἀλλ' εἴ γε μὴ ἐμοὶ ἐπλησίαζεν οὗτος, οὐκ οἴει μακρῷ χείρω ἂν αὐτὸν ἐξεργάσασθαι ἢ καὶ νὴ Δία ἴσως τῷ δημίῳ παραδεδόσθαι; ὡς νῦν γε χαλινόν τινα ἐμβέβληκεν αὐτῷ ἡ φιλοσοφία καὶ ἡ πρὸς ταύτην αἰδώς, καὶ διὰ τοῦτο μετριώτερός ἐστιν ὑμῖν καὶ φορητὸς ἔτι· φέρει γάρ τινα αἰσχύνην αὐτῷ, εἰ ἀνάξιος φαίνοιτο τοῦ σχήματος καὶ τοῦ ὀνόματος, ἃ δὴ παρακολουθοῦντα παιδαγωγεῖ αὐτόν. Ὥστε δίκαιος ἂν εἴην, εἰ καὶ μὴ ὧν βελτίω ἀπέφηνα, μισθὸν παρ' ὑμῶν λαβεῖν, ἀλλ' οὖν ἐκείνων γε, ἃ μὴ δέδρακεν αἰδούμενος φιλοσοφίαν· ἐπεὶ καὶ αἱ τιτθαὶ τοιάδε λέγουσι περὶ τῶν παιδίων, ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς ἐς διδασκάλου· καὶ γὰρ ἂν μηδέπω μαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται, ἀλλ' οὖν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν ἐκεῖ μένοντες. Ἐγὼ μὲν οὖν τὰ ἄλλα πάντα ἀποπλῆσαί μοι δοκῶ, καὶ ὅντινα ἂν ἐθέλῃς τῶν εἰδότων τὰ ἡμέτερα, ἡκέ μοι ἐς αὔριον παραλαβὼν ὄψει τε ὅπως ἐρωτᾷ καὶ πῶς ἀποκρίνεται καὶ ὅσα μεμάθηκε καὶ ὅσα ἤδη ἀνέγνωκε βιβλία περὶ ἀξιωμάτων, περὶ συλλογισμῶν, περὶ καταλήψεως, περὶ καθηκόντων καὶ ἄλλα ποικίλα. Εἰ δὲ ἢ τὴν μητέρα ἔτυπτεν ἢ παρθένους συνήρπαζε, τί ταῦτα πρὸς ἐμέ; οὐ γὰρ παιδαγωγόν με ἐπεστήσατε αὐτῷ.

83. Τοιαῦτα γέρων ἄνθρωπος ὑπὲρ φιλοσοφίας ἔλεγε. Σὺ δὲ καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, ὦ Ἑρμότιμε, ἱκανὸν εἶναι, ὡς διὰ τοῦτο φιλοσοφοίημεν, ὡς μηδὲν τῶν φαυλοτέρων πράττοιμεν. Ἢ ἐπ' ἄλλαις ἐλπίσιν ἐξ ἀρχῆς φιλοσοφεῖν ἠξιοῦμεν, οὐχ ὡς τῶν ἰδιωτῶν κοσμιώτεροι εἴημεν περινοστοῦντες; τί οὖν οὐκ ἀποκρίνῃ καὶ τοῦτο;

ΕΡΜ. Τί δ' ἄλλο ἢ ὅτι καὶ δακρῦσαι ὀλίγου δέω; ἐς τοσοῦτό μου καθίκετο ὁ λόγος ἀληθὴς ὤν, καὶ ὀδύρομαι, ὅσον ἄθλιος χρόνον ἀνάλωκα καὶ προσέτι μισθοὺς οὐκ ὀλίγους τελῶν ἀντὶ τῶν πόνων· νυνὶ γὰρ ὥσπερ ἐκ μέθης ἀνανήφων ὁρῶ οἷα μέν ἐστιν ὧν ἤρων, ὁπόσα δὲ πέπονθα διὰ ταῦτα.

84. ΛΥΚ. Καὶ τί δεῖ δακρύων, ὦ χρηστέ; τὸ γὰρ τοῦ μύθου ἐκεῖνο πάνυ συνετόν, οἶμαι, ὃν Αἴσωπος διηγεῖτο· ἔφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ᾐόνι καθεζόμενον ἐπὶ τὴν κυματωγὴν ἀριθμεῖν τὰ κύματα, σφαλέντα δὲ ἄχθεσθαι καὶ ἀνιᾶσθαι, ἄχρι δὴ τὴν κερδὼ παραστᾶσαν εἰπεῖν αὐτῷ, Τί, ὦ γενναῖε, ἀνιᾷ τῶν παρελθόντων ἕνεκα, δέον τὰ ἐντεῦθεν ἀρξάμενον ἀριθμεῖν ἀμελήσαντα ἐκείνων; Καὶ σὺ τοίνυν, ἐπείπερ οὕτω σοι δοκεῖ, ἐς τὸ λοιπὸν ἂν ἄμεινον ποιήσαις βίον τε κοινὸν ἅπασι βιοῦν

tur, habitus quosdam, et relationes, et comprehensiones, et visa, et nomina id genus plura persequens. Audimus autem illum dicere, non in cœlo esse deum, sed ire per omnia, ut ligna, et lapides, et animalia, ad res usque contemtissimas. Ac quum mater ipsum interrogaret, quorsum ista nugaretur? deridens illam, Verum, inquit, si perdidicero accurate nugas illas, nihil prohibebit solum me divitem, solum regem esse, reliquos vero mancipia et purgamenta ad me putare.

82. Hæc ille quum dixisset, quod responsum ei philosophus dederit, jam vide, Hermotime, quam senile. Dixit enim: Verum nisi se ad me applicuisset, nonne putas multo illum deteriora perpetraturum fuisse, quin carnifici forte fuisse tradendum? adeo jam frenum illi quoddam philosophia imposuit, et adversus eam reverentia, atque ob id ipsum moderatior vobis est et adhuc tolerabilis: affert enim illi pudorem quendam, si indignus isto habitu et nomine isto videatur, quæ nimirum sequuntur illum et pædagogi in morem continent. Itaque dignus sim si non eorum, in quibus meliorem illum reddidi, mercedem a vobis capere; at certe eorum quæ philosophiæ reverentia facere intermisit: quandoquidem nutrices etiam parvos in scholam censent mittendos, quum, si nondum bonum quicquam possint discere, certe mali nihil, dum ibi manent, faciant. Equidem reliqua mihi omnia implevisse videor, et quocumque volueris eorum, qui nostra non ignorant, assumto, cras ad me veni, videbisque ut interroget, ut respondeat, quot res didicerit, et quot jam legerit libros, de axiomatis, de syllogismis, de comprehensione, de officiis, et alia varia. Si vero aut matrem pulsavit, aut rapuit virgines, quid ea ad me? neque enim pædagogum me illi præfecistis.

83. Talia homo senex pro philosophia dicebat. Tu vero et ipse forte dixeris, Hermotime, satis esse si propter hoc philosophemur, ne quid pejus faciamus. Aut num alia spe philosophari ab initio postulavimus? non ideo, ut idiotis decentiores circumiremus? cur igitur non respondes hoc quoque?

HERM. Quid vero aliud quam quod parum abest quin illacrimer? adeo in animum meum penetravit vera ratio; ac deploro quantum miser temporis insumserim, mercedes insuper non parvas laborum meorum persolvens: jam enim velut ab ebrietate resipiscens video qualia sint quæ amabam, quæ autem propter ea perpessus sim.

84. LYC. Et quid lacrimis opus est, o bone? valde enim prudens consilium arbitror fabulæ, quam narrabat Æsopus. Dicebat enim, hominem sedentem in litore ad fluctuosum mare, numerasse fluctus: quum vero subinde erraret, graviter tulisse et excruciatum esse, donec astans vulpes ei diceret, Quid laboras, mi homo, eorum causa qui præterierunt? quum oporteat eos qui hinc oriuntur numerare incipere, neglectis illis. Et tu igitur, quoniam ita tibi videtur, in reliquum melius feceris, si communem omnibus vitam

ἀξιῶν καὶ συμπολιτεύσῃ τοῖς πολλοῖς οὐδὲν ἀλλόκοτον και τετυφωμένον ἐλπίζων, καὶ οὐκ αἰσχυνῇ, ἤνπερ εὖ φρονῇς, εἰ γέρων ἄνθρωπος μεταμαθήσῃ καὶ μεταχωρήσεις πρὸς τὸ βέλτιον.

85. Ταῦτα πάντα, ὦ φιλότης, ὁπόσα εἶπον, μή με νομίσῃς κατὰ τῆς Στοᾶς παρεσκευασμένον ἢ ἔχθραν τινὰ ἐξαίρετον πρὸς Στωϊκοὺς ἐπανῃρημένον εἰρηκέναι, ἀλλὰ κοινὸς ἐπὶ πάντας ὁ λόγος· τὰ γὰρ αὐτὰ πρὸς σὲ εἶπον ἄν, εἰ τα Πλάτωνος ἢ Ἀριστοτέλους ᾕρησο τῶν ἄλλων ἀκρίτων ἐρήμην καταγνούς. Νῦν δὲ ἐπεὶ τὰ Στωϊκῶν προετίμησας, πρὸς τὴν Στοὰν ἀποτετάσθαι ὁ λόγος ἔδοξεν οὐδὲν ἐξαίρετον πρὸς αὐτὴν ἔχων.

86. ΕΡΜ. Εὖ λέγεις· ἄπειμι γοῦν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ὡς μεταβαλοίμην καὶ αὐτὸ δὴ τὸ σχῆμα. Ὄψει γοῦν οὐκ εἰς μακρὰν οὔτε πώγωνα ὥσπερ νῦν λάσιον καὶ βαθὺν οὔτε δίαιταν κεκολασμένην, ἀλλ' ἄνετα πάντα καὶ ἐλεύθερα· τάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιάσομαι, ὡς εἰδεῖεν ἅπαντες ὅτι μηκέτι μοι τῶν λήρων ἐκείνων μέτεστιν. Ὡς εἴθε γε καὶ ἐξεμέσαι δυνατὸν ἦν ἅπαντα ἐκεῖνα, ὁπόσα ἤκουσα παρ' αὐτῶν, καὶ εὖ ἴσθι, οὐκ ἂν ὤκνησα καὶ ἐλλέβορον πιεῖν διὰ τοῦτο ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ Χρύσιππος, ὅπως μηδὲν ἔτι ἐννοήσαιμι ὧν φασι. Σοὶ δ' οὖν οὐ μικρὰν χάριν οἶδα, ὦ Λυκῖνε, ὅτι με παραφερόμενον ὑπὸ θολεροῦ τινος χειμάρρου καὶ τραχέος, ἐπιδιδόντα ἐμαυτὸν καὶ κατὰ ῥοῦν συρρέοντα τῷ ὕδατι ἀνέσπασας ἐπιστάς, τὸ τῶν τραγῳδῶν τοῦτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείς. Δοκῶ δέ μοι οὐκ ἀλόγως ἂν καὶ ξυρήσασθαι τὴν κεφαλὴν ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ναυαγίων ἀποσωθέντες ἐλεύθεροι, ἅτε καὶ σωτήρια τήμερον ἄξων τοσαύτην ἀχλὺν ἀποσεισάμενος τῶν ὀμμάτων. Φιλοσόφῳ δὲ ἐς τὸ λοιπὸν κἂν ἄκων ποτὲ ὁδῷ βαδίζων ἐντύχω, οὕτως ἐκτραπήσομαι καὶ περιστήσομαι ὥσπερ τοὺς λυττῶντας τῶν κυνῶν.

velis vivere, et civem te gerere de vulgo unum, nihil insolens et inflatum sperans; nec pudeat te, si recte sapis, senem hominem mutatis quasi partibus ad id quod melius est transire.

85. Ceterum hæc quæcumque dixi omnia, amice, noli me putare contra Porticum paratum, aut susceptis eximiis contra Stoicos inimicitiis dixisse; sed communis ad omnes pertinet ratio : eadem enim ad te dixissem, si Platonis aut Aristotelis sectam secutus esses, reliquis indicta causa damnatis. Nunc vero quum Stoicorum sectam prætulisses, ad Porticum intenta videbatur ratio, quæ eximium nihil contra eam habeat.

86. HERM. Bene dicis. Abeo igitur ad hoc ipsum, ut ipsum etiam mutem habitum. Videbis enim non ita multo post neque barbam uti nunc hirsutam et prolixam, neque victum ita castigatum, sed remissa omnia atque libera. Forte autem purpuram etiam induam, uti sciant omnes, nihil mihi jam esse cum illis nugis. Utinam etiam evomere liceat, quæcumque ex illis audivi! et noris me non cunctanter helleborum propterea bibiturum, contraria quam Chrysippus ratione, nimirum ne quid amplius eorum, quæ dicunt, in mentem mihi veniat. Tibi igitur gratiam, Lycine, non parvam habeo, quod me turbido torrente ablatum atque aspero, quum jam cessissem fluctibus et secundo flumine cum aqua ferrer, extraxisti, superveniens tanquam ille in tragœdiis præsens ex machina deus. Videor autem mihi non præter rationem caput etiam rasurus, ut qui e naufragiis servantur liberi, quippe qui et ipse salutis recuperatæ festum diem hodie acturus sim, tanta ab oculis amota caligine. In philosophum autem de reliquo si vel invitus aliquando ingrediens per viam incidero, ita aversabor, ita cavebo, ut canes rabiosos solemus.

XXI.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ Η ΑΕΤΙΩΝ.

1. Ἡροδότου εἴθε μὲν καὶ τἄλλα μιμήσασθαι δυνατὸν ἦν, οὐ πάντα φημὶ ὅσα προσῆν αὐτῷ — μεῖζον γὰρ εὐχῆς τοῦτό γε — ἀλλὰ κἂν ἓν ἐκ τῶν ἁπάντων, οἷον ἢ κάλλος τῶν λόγων ἢ ἁρμονίαν αὐτῶν ἢ τὸ οἰκεῖον τῇ Ἰωνίᾳ καὶ προσφυὲς ἢ τῆς γνώμης τὸ περιττὸν ἢ ὅσα μυρία καλὰ ἐκεῖνος ἅμα πάντα συλλαβὼν ἔχει πέρα τῆς εἰς μίμησιν ἐλπίδος· ἃ δὲ ἐποίησεν ἐπὶ τοῖς συγγράμμασι καὶ ὡς πολλαχῶς τοῖς Ἕλλησι γνώριμος ἐν βραχεῖ κατέστη, καὶ ἐγὼ καὶ σὺ καὶ ἄλλος ἂν μιμησαίμεθα. Πλεύσας γὰρ οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν ὅπως ἂν τάχιστα καὶ ἀπραγμονέστατα ἐπίσημος καὶ περιβόητος γένοιτο καὶ αὐτὸς καὶ τὰ συγγραμμάτια. Τὸ μὲν οὖν περινοστοῦντα νῦν μὲν Ἀθηναίοις, νῦν δὲ Κορινθίοις ἀναγνώσκειν ἢ Ἀργείοις ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει,

XXI.

HERODOTUS, SIVE AETION.

1. Utinam Herodoti etiam reliqua imitari liceret! non omnia dico quæ viro aderant (majus enim voto illud quidem); sed unum quiddam de omnibus, verbi causa, venustatem orationis aut compositionem, aut domesticam illam Ionicæ linguæ et nativam suavitatem, aut sententiarum divitias, aut quæ sexcenta pulchra ille una complexus habet, imitandi omnem spem transgressa : ceterum quæ circa libros suos historicos faciebat, et modum quo Græcis multis in locis brevi innotesceret, illud et ego et tu et quivis alius imitemur. Quum enim domo e Caria versus Græciam navigaret, dispiciebat apud se, qua tandem ratione quam celerrime et minimo labore insignis et celebris tum ipse, tum si quid scripsisset, fieret. Jam circumire, et nunc Atheniensibus, nunc Corinthiis recitare, aut Argivis, aut Lace-

ἐργῶδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι καὶ τριβὴν οὐ μικρὰν ἐν τῷ τοιούτῳ ἔσεσθαι· οὔκουν ἠξίου διασπᾶν τὸ πρᾶγμα οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρειν καὶ συλλέγειν τὴν γνῶσιν, ἐπεβούλευε δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, ἀθρόους που λαβεῖν τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. Ἐνίστανται οὖν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα, καὶ ὁ Ἡρόδοτος τοῦτ' ἐκεῖνο ἥκειν οἱ νομίσας τὸν καιρὸν, οὗ μάλιστα ἐγλίχετο, πλήθουσαν τηρήσας τὴν πανήγυριν, ἁπανταχόθεν ἤδη τῶν ἀρίστων συνειλεγμένων, παρελθὼν ἐς τὸν ὀπισθόδομον οὐ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν παρεῖχεν ἑαυτὸν Ὀλυμπίων ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας.

dæmoniis particulatim, laboriosum et longum esse ducebat, moramque in ea re haud parvam esse futuram. Noluit igitur negotium hoc distrahere, neque disperse ita et minutatim conciliare et cogere sibi notitiam hominum: verum eo intendit animum, ut, si fieri posset, confertos alicubi Græcos universos deprehenderet. Instant igitur magna Olympia: et Herodotus, rem ipsam putans, venire sibi tempus maxime desideratum, observato pleno concilio, collectis undique jam proceribus, ingressus in posticum templi Jovis Olympii, non spectatorem, sed certatorem se Olympiorum professus est, canens historias, et eo usque demulcens hos qui adessent, ut Musæ ipsius libri, qui et ipsi novem essent, vocarentur.

2. Ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ᾔδεσαν πολλῷ μᾶλλον ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς· καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος, οἱ μὲν αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ τῶν ἐκ τῆς πανηγύρεω ἡκόντων πυνθανόμενοι, καὶ εἴ πού γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο ἂν τῷ δακτύλῳ, Οὗτος ἐκεῖνος Ἡρόδοτός ἐστιν ὁ τὰς μάχας τὰς Περσικὰς Ἰαστὶ συγγεγραφὼς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας. Τοιαῦτα ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῶν ἱστοριῶν, ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημόν τινα καὶ κοινὴν ψῆφον τῆς Ἑλλάδος λαβὼν καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ' ἑνὸς μὰ Δία κήρυκος, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν·

2. Jam igitur multo ipsum magis nosse omnes, quam victores ipsos Olympiæ; nec esse cui Herodoti nomen non esset auditum, partim quod ipsi illum Olympiæ audissent, partim quod ab his, qui ex concilio venerant, percontando percepissent: et sicubi conspiceretur modo, digito monstrabatur, Hic ille Herodotus est, dicentium, qui prælia cum Persis Ionico sermone conscripsit, qui victorias nostras hymno celebravit. Hunc ille talem historiarum suarum fructum cepit, in uno conventu publicum quoddam et commune totius Græciæ suffragium qui ferret, ornareturque præconio non hercle ab uno præcone, sed in unaquaque urbe, unde singuli spectatorum essent.

3. Ὅπερ ὕστερον κατανοήσαντες ἐπίτομόν τινα ταύτην ὁδὸν ἐς γνῶσιν Ἱππίας τε ὁ ἐπιχώριος αὐτῶν σοφιστὴς καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ Ἀναξιμένης ὁ Χῖος καὶ Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος καὶ ἄλλοι συχνοὶ λόγους ἔλεγον ἀεὶ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀφ' ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγίγνοντο.

3. Quod quidem postea considerantes, hanc nempe compendiariam quandam ad notitiam hominum viam, Hippias ex ipsa illa Elidis regione sophista, et Ceus Prodicus, et Anaximenes Chius, et Agrigentinus Polus, et frequentes alii, semper verba et ipsi fecerunt ad concilium, unde nobiles brevi tempore facti sunt.

4. Καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς ἐκείνους λέγω σοφιστὰς καὶ συγγραφέας καὶ λογογράφους, ὅπου καὶ τὰ τελευταῖα ταῦτα καὶ Ἀετίωνά φασι τὸν ζωγράφον, γράψαντα τὸν Ῥωξάνης καὶ Ἀλεξάνδρου γάμον, εἰς Ὀλυμπίαν καὶ αὐτὸν ἀγαγόντα τὴν εἰκόνα ἐπιδείξασθαι, ὥστε Προξενίδαν, Ἑλλανοδίκην τότε ὄντα, ἡσθέντα τῇ τέχνῃ γαμβρὸν ποιήσασθαι τὸν Ἀετίωνα.

4. Et quid tibi antiquos illos sophistas dico, historicos et logographos, quum nuper adeo etiam Aetion pictor dicatur, depictis a se Roxanes et Alexandri nuptiis, Olympiam et ipse deportatam eam tabulam ostendisse, successu eo ut Proxenidas, judex certaminis qui tum esset, delectatus arte generum sibi Aetionem assumeret.

5. Καὶ τί τὸ θαῦμα ἐνῆν τῇ γραφῇ αὐτοῦ, ἤρετό τις, ὡς τὸν Ἑλλανοδίκην δι' αὐτὸ οὐκ ἐπιχωρίῳ τῷ Ἀετίωνι συνάψασθαι τῆς θυγατρὸς τὸν γάμον; Ἔστιν ἡ εἰκὼν ἐν Ἰταλίᾳ, κἀγὼ εἶδον, ὥστε καὶ σοὶ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι. Θάλαμός ἐστι περικαλλὴς καὶ κλίνη νυμφικὴ, καὶ ἡ Ῥωξάνη κάθηται πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου ἐς γῆν ὁρῶσα, αἰδουμένη ἑστῶτα τὸν Ἀλέξανδρον. Ἔρωτες δέ τινες μειδιῶντες ὁ μὲν κατόπιν ἐφεστὼς ἀπάγει τῆς κεφαλῆς τὴν καλύπτραν καὶ δείκνυσι τῷ νυμφίῳ τὴν Ῥωξάνην, ὁ δέ τις μάλα δουλικῶς ἀφαιρεῖ τὸ σανδάλιον ἐκ τοῦ ποδὸς, ὡς κατακλίνοιτο ἤδη, ἄλλος τῆς χλανίδος τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπειλημμένος, Ἔρως καὶ οὗτος, ἕλκει αὐτὸν πρὸς τὴν Ῥωξάνην πάνυ βιαίως ἐπισπώμενος, ὁ βασιλεὺς δὲ αὐτὸς μὲν στέφανόν τινα ὀρέγει τῇ παιδὶ, πάροχος δὲ καὶ νυμφαγωγὸς Ἡφαιστίων συμπάρεστι δᾷδα καομένην ἔχων, μειρακίῳ πάνυ ὡραίῳ ἐπερειδόμενος, Ὑμέναιος οἶμαί ἐστιν· οὐ γὰρ ἐπεγέ-

5. Et quid in pictura ipsius mirum inerat, rogabat aliquis, ut arbiter certaminum propter illud Aetioni, non civi, nuptias filiæ conciliaret? Est illa in Italia, et ipse eam vidi, ut etiam narrare tibi possim. Thalamus est pulcherrimus, et lectus nuptialis: et assidet Roxane virgo undique pulcherrima, humi defixos habens oculos, pudore astantis Alexandri. Cupidines autem quidam renidentes, alius quidem a tergo imminens reducit a capite flammeum, ostenditque Roxanen sponso: alius autem aliquis serviliter sane demit pede sandalium, ut jam recumbat: alius læna prehensum Alexandrum, Cupido et hic, trahit versus Roxanem, connixus validissime: rex ipse quidem coronam offert puellæ; comes autem et deductor sponsi Hephæstion una astat, facem ardentem gerens, puero innixus formosissimo: Hymenæus puto est; neque enim ascriptum est

γραπτο τοὔνομα. Ἑτέρωθι δὲ τῆς εἰκόνος ἄλλοι Ἔρωτες παίζουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις τοῦ Ἀλεξάνδρου, δύο μὲν τὴν λόγχην αὐτοῦ φέροντες, μιμούμενοι τοὺς ἀχθοφόρους, ὁπότε δοκὸν φέροντες βαροῖντο· ἄλλοι δὲ δύο ἕνα τινὰ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος κατακείμενον, βασιλέα δῆθεν καὶ αὐτόν, σύρουσι τῶν ὀχάνων τῆς ἀσπίδος ἐπειλημμένοι· εἷς δὲ δὴ ἐς τὸν θώρακα ἐσελθὼν ὕπτιον κείμενον λοχῶντι ἔοικεν, ὡς φοβήσειεν αὐτούς, ὁπότε κατ' αὐτὸν γένοιντο σύροντες.

6. Οὐ παιδιὰ δὲ ἄλλως ταῦτά ἐστιν οὐδὲ περιείργασται ἐν αὐτοῖς ὁ Ἀετίων, ἀλλὰ δηλοῖ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τὸν ἐς τὰ πολεμικὰ ἔρωτα, καὶ ὅτι ἅμα καὶ Ῥωξάνης ἤρα καὶ τῶν ὅπλων οὐκ ἐπελέληστο. Πλὴν ἀλλ' ἥ γε εἰκὼν αὐτὴ καὶ ἄλλως γαμήλιόν τι ἐπὶ τῆς ἀληθείας διεφάνη ἔχουσα, προμνησαμένη τῷ Ἀετίωνι τὴν τοῦ Προξενίδου θυγατέρα· καὶ ἀπῆλθε γήμας καὶ αὐτός, πάρεργον τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων, ὑπὸ νυμφαγωγῷ τῷ βασιλεῖ, μισθὸν εἰκασμένου γάμου προσλαβὼν ἀληθῆ γάμον.

7. Ἡρόδοτος μὲν οὖν — ἐπάνειμι γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον — ἱκανὴν τῶν Ὀλυμπίων τὴν πανήγυριν ἡγεῖτο καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι τὰς Ἑλληνικὰς νίκας διεξιόντα, ὡς ἐκεῖνος διεξῆλθεν. Ἐγὼ δὲ — καὶ πρὸς Φιλίου μή με κορυβαντιᾶν ὑπολάβητε μηδὲ τἀμὰ εἰκάζειν τοῖς ἐκείνου, ἵλεως ὁ ἀνήρ — ἀλλὰ τοῦτό γε ὅμοιον παθεῖν φημι αὐτῷ· ὅτε γὰρ τὸ πρῶτον ἐπεδήμησα τῇ Μακεδονίᾳ, πρὸς ἐμαυτὸν ἐσκόπουν ὅ τι μοι χρηστέον τῷ πράγματι· καὶ ὁ μὲν ἔρως οὗτος ἦν ἅπασιν ὑμῖν γνωσθῆναι καὶ ὅτι πλείστοις Μακεδόνων δεῖξαι τἀμά, τὸ δὲ αὐτὸν περιιόντα τηνικαῦτα τοῦ ἔτους συγγενέσθαι τῇ πόλει ἑκάστῃ οὐκ εὐμαρὲς ἐφαίνετο, εἰ δὲ τηρήσαιμι τήνδε ὑμῶν τὴν σύνοδον, εἶτα παρελθὼν ἐς μέσον δείξαιμι τὸν λόγον, ἐς δέον οὕτως ἀποβήσεσθαί μοι τὰ τῆς εὐχῆς.

8. Αὐτοί τε οὖν ἤδη συνεληλύθατε, ὅ τι περ ὄφελος ἐξ ἑκάστης πόλεως, αὐτὸ δὴ τὸ κεφάλαιον ἁπάντων Μακεδόνων, καὶ ὑποδέχεται πόλις ἡ ἀρίστη οὖσα οὐ κατὰ Πίσαν μὰ Δί' οὐδὲ τὴν ἐκεῖθι στενοχωρίαν καὶ σκηνὰς καὶ καλύβας καὶ πνῖγος, οἵ τε αὖ πανηγυρισταὶ οὐ συρφετώδης ὄχλος, ἀθλητῶν μᾶλλον φιλοθεάμονες, ἐν παρέργῳ οἱ πολλοὶ τὸν Ἡρόδοτον τιθέμενοι, ἀλλὰ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων καὶ σοφιστῶν οἱ δοκιμώτατοι, ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη, μὴ τοὐμὸν παρὰ πολὺ ἐνδεέστερον φαίνηται τῶν Ὀλυμπίων. Ἀλλ' ἢν μὲν ὑμεῖς Πολυδάμαντι ἢ Γλαύκῳ ἢ Μίλωνι παραθεωρῆτέ με, κομιδῇ ὑμῖν δόξω θρασὺς ἄνθρωπος εἶναι, ἢν δὲ πολὺ ἐκείνων ἀπαγαγόντες τὴν μνήμην ἐπ' ἐμαυτοῦ μόνου ἀποδύσαντες ἴδητε, τάχ' ἂν οὐ πάνυ μαστιγώσιμος ὑμῖν δόξαιμι· ὡς ἔν γε τηλικούτῳ σταδίῳ ἱκανὸν ἐμοὶ γοῦν καὶ τοῦτο.

———

nomen. In altera autem tabulæ parte Cupidines alii lusus agunt in armis Alexandri, duo quidem hastam illius ferentes, bajulos imitati, quum trabem ferentes onere pandantur: alii autem duo, unum in clypeo jacentem, regem nempe ipsum quoque, tanquam in curru trahunt, comprehensis clypei ansis: unus denique in loricam, quæ supina jacet, ingressus, insidianti similis est, qui perterreat illos, quando inter trahendum ad se deferantur.

6. Ceterum non lusus ista sunt, neque temere in illis operam abusus est Aetion, sed indicant Alexandri amorem etiam rerum bellicarum, ipsumque quum Roxanen amaret, armorum non esse oblitum. Præterea ipsa quoque tabula hæc nuptiale quiddam revera habere apparuit, nempe quæ conciliaverit Aetioni Proxenidæ filiam: discessitque pictor, nuptiis et ipse celebratis, quæ parergon essent et appendicula quasi nuptiarum Alexandri, conciliatore atque deductore sponsæ ipso rege, mercedis assimilatarum nuptiarum corollarium nactus veras nuptias.

7. Herodotus igitur (ad hunc enim redeo) aptum judicabat Olympiorum concilium, quod etiam historicum admirabilem ostenderet Græcis, qui quidem ita, ut ab ipso factum est, victorias Græcas enarrasset. Ego vero: et per amicitiarum vos præsidem Jovem obtestor, ne insanire me putetis, aut mea illius scriptis comparare, sic vir ille mihi faveat! ego igitur illud certe simile viri illius accidere mihi confirmo: quum primum in Macedoniam peregrinatum venissem, apud animum meum considerabam, quomodo res meæ essent tractandæ: et cupiebam sane innotescere vobis omnibus, et quamplurimis Macedonum, quid essem, ostendere; circumire autem ipsum, id anni, et cum civitate unaquaque agere præsentem, non facile videbatur: si vero hunc vestrum conventum observarem, ac tum progressus in medium dicendi facultatem ostenderem, sic sperabam votum mihi meum recte eventurum.

8. Jam igitur et ipsi convenistis, quicquid in unaquaque civitate præstantissimum est, caput ipsum et flos omnium Macedonum: et suscipit vos urbs præstantissima, non illa Pisæ similis, per Jovem, neque angustiis illis, et tabernaculis, et casis, et æstui: porro qui huc convenere, non fæx populi, athletarum spectacula præferentes plerique et obiter tantum audiendum putantes Herodotum; sed rhetorum, et historicorum, et sophistarum probatissimi: quare pæne jam effectum est, ne mea hæc conditio multum inferior videatur Olympiis. Verum si quidem ad Polydamantem aliquem, aut Glaucum, aut Milonem me inter spectandum comparaveritis, oppido vobis audax videbor homo esse: sin vero, memoria longe ab illis abducta, per me solum me exutum spectaveritis, forte non omnino flagris dignus vobis videar: nam in tali quidem stadio satis mihi certe et hoc fuerit.

———

XXII.

ΖΕΥΞΙΣ Η ΑΝΤΙΟΧΟΣ.

1. Ἔναγχος ἐγὼ μὲν ὑμῖν δείξας τὸν λόγον ἀπῄειν οἴκαδε, προσιόντες δέ μοι τῶν ἀκηκοότων πολλοί — κωλύει γὰρ οὐδέν, οἶμαι, καὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς φίλους ἤδη ὄντας ὑμᾶς λέγειν — προσιόντες οὖν ἐδεξιοῦντο καὶ θαυμάζουσιν ἐῴκεσαν· ἐπὶ πολὺ γοῦν παρομαρτοῦντες ἄλλος ἄλλοθεν ἐβόων καὶ ἐπῄνουν, ἄχρι τοῦ καὶ ἐρυθριᾶν με, μὴ ἄρα πάμπολυ τῆς ἀξίας τῶν ἐπαίνων ἀπολειποίμην. Τὸ δ' οὖν κεφάλαιον αὐτοῖς τοῦτο ἦν, καὶ πάντες ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἐπεσημαίνοντο, τὴν γνώμην τῶν συγγραμμάτων ξένην οὖσαν καὶ πολὺν ἐν αὐτῇ τὸν νεωτερισμόν. Μᾶλλον δὲ αὐτὰ εἰπεῖν ἄμεινον, ἅπερ ἐκεῖνοι ἀπεφθέγγοντο. « Ὢ τῆς καινότητος. Ἡράκλεις, τῆς παραδοξολογίας. Εὐμήχανος ἄνθρωπος. Οὐδὲν ἄν τις εἴποι τῆς ἐπινοίας νεαρώτερον. » Οἱ μὲν τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγον, ὡς ἐκεκίνηντο δηλαδὴ ὑπὸ τῆς ἀκροάσεως· ἢ τίνα γὰρ ἂν αἰτίαν εἶχον ψεύδεσθαι καὶ κολακεύειν τὰ τοιαῦτα ξένον ἄνθρωπον, οὐ πάνυ πολλῆς αὐτοῖς φροντίδος ἄξιον τὰ ἄλλα;

2. Πλὴν ἐμέ γε — εἰρήσεται γάρ — οὐ μετρίως ἠνία ὁ ἔπαινος αὐτῶν, καὶ ἐπειδή ποτε ἀπελθόντων κατ' ἐμαυτὸν ἐγενόμην, ἐκεῖνα ἐνενόουν· οὐκοῦν τοῦτο μόνον χάριεν τοῖς ἐμοῖς ἔνεστιν, ὅτι μὴ συνήθη μηδὲ κατὰ τὸ κοινὸν βαδίζει τοῖς ἄλλοις, ὀνομάτων δὲ ἄρα καλῶν ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸς τὸν ἀρχαῖον κανόνα συγκειμένων ἢ νοῦ ὀξέος ἢ περινοίας τινὸς ἢ χάριτος Ἀττικῆς ἢ ἁρμονίας ἢ τέχνης τῆς ἐφ' ἅπασι, τούτων δὲ πόρρω ἴσως τοὐμόν· οὐ γὰρ ἂν παρέντες αὐτὰ ἐκεῖνα, ἐπῄνουν μόνον τὸ καινὸν τῆς προαιρέσεως καὶ ξενίζον. Ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος ᾤμην, ὁπότε ἀναπηδῶντες ἐπαινοῖεν, τάχα μέν τι καὶ αὐτὸ τοῦτο προσάγεσθαι αὐτούς· ἀληθὲς γὰρ εἶναι τὸ τοῦ Ὁμήρου, καὶ τὴν νέαν ᾠδὴν κεχαρισμένην ὑπάρχειν τοῖς ἀκούουσιν· οὐ μὴν τοσοῦτόν γε οὐδὲ ὅλον τῇ καινότητι νέμειν ἠξίουν, ἀλλὰ τὴν μὲν ὥσπερ ἐν προσθήκης μοίρᾳ συνεπικοσμεῖν τι καὶ πρὸς τὸν ἔπαινον συντελεῖν καὶ αὐτήν, τὰ δὲ τῷ ὄντι ἐπαινούμενα καὶ ὑπὸ τῶν ἀκουόντων εὐφημούμενα ἐκεῖνα εἶναι. Ὥστε οὐ μετρίως ἐπήρμην καὶ ἐκινδύνευον πιστεύειν αὐτοῖς ἕνα καὶ μόνον ἐν τοῖς Ἕλλησιν εἶναι λέγουσι καὶ τὰ τοιαῦτα. Τὸ δὲ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἄνθρακες ἡμῶν ὁ θησαυρὸς ἦσαν, καὶ ὀλίγου δέω θαυματοποιοῦ τινος ἔπαινον ἐπαινεῖσθαι πρὸς αὐτῶν.

3. Ἐθέλω γοῦν ὑμῖν καὶ τὸ τοῦ γραφέως διηγήσασθαι· ὁ Ζεῦξις ἐκεῖνος ἄριστος γραφέων γενόμενος τὰ δημώδη καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα οὐκ ἔγραφεν, ἢ ὅσα πάνυ ὀλίγα, ἥρωας ἢ θεοὺς ἢ πολέμους, ἀεὶ δὲ καινοποιεῖν ἐπειρᾶτο καί τι ἀλλόκοτον ἂν καὶ ξένον ἐπινοήσας ἐπ' ἐκείνῳ τὴν ἀκρίβειαν τῆς τέχνης ἐπεδείκνυτο· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις τολμήμασι καὶ θήλειαν Ἱπποκένταυρον ὁ Ζεῦξις αὐτὸς ἐποίησεν, ἀνατρέφουσάν γε προσέτι παιδίω Ἱπποκενταύρω διδύμω κομιδῇ νηπίω. Τῆς εἰκόνος ταύ-

XXII.

ZEUXIS AUT ANTIOCHUS.

1. Nuper quum dicendi vobis facultatem oratione ostendissem, domum abibam : accedentes vero ad me auditorum multi : nihil enim, puto, prohibet talia quoque apud vos amicos jam meos dicere : accedentes igitur complectebantur me, et admirationem præ se ferebant; multum enim prosecuti aliunde alius clamare, et laudare, adeo ut erubescerem, veritus ne nimis multum a dignitate laudum illarum abessem. Caput autem et summa laudis hæc illis erat, omnesque unum et idem acclamabant, consilium scriptionum insolitum esse, et multum in illo novatum. Quin præstat ipsa illa verba commemorare, quæ illi proferebant. « Vah novitatem! Mirifica hercle ultra fidem oratio! hominem ad inveniendum agilem! Nihil quisquam dixerit cogitatis illis magis novum. » Atque illi quidem talia multa dicere, prout nimirum ab auditione moverentur : quam alioqui mentiendi causam habuissent, et eo modo adulandi peregrino homini, nec de cetero ad curam illorum magno opere pertinenti?

2. At me (dicetur enim) ista laus eorum non mediocri afficiebat molestia, et quum tandem post illorum discessum solus essem, ita cogitabam : Ergo illud solum jucundum meis scriptis inest, quod usitata non sunt, neque communi quasi cum reliquis vestigio incedunt : a nominibus autem in iisdem pulchris et ad antiquam regulam compositis, aut sensu acuto, aut excogitandi solertia quadam, aut venustate Attica, aut compositione ac numero, aut arte in omnibus constituendis, ab his, inquam, longe forte ratio mea remota est : neque enim, nisi hoc ita se haberet, relictis illis ipsis, solam laudarent novitatem rationis nostræ ac peregrinitatem. At vanus ego spei putaram, quum ad laudandum consurgerent, forte quidem hoc ipsum etiam eos allecturum esse, quum verum sit Homericum illud, novam cantilenam jucundam esse audientibus; non tantum tamen neque omnino omnia novitati eos tribuere censebam; verum hanc quidem, corollarii cujusdam instar, ornamenti allaturam aliquid, et laudi ipsam quoque non nihil collaturam : ea vero quæ serio ac solide laudarentur, quæque secunda audientium fama exciperentur, ista esse quæ modo commemoravi. Itaque non mediocriter jam elatus eram, et prope fuerat ut crederem illis, quum unum et solum me in Græcis esse dicerent, atque id genus alia. Verum enim vero in carbones, quod est in proverbio, thesaurus noster abiit, et parum abest quin præstigiatoris circumforanei laude ab illis afficiar.

3. Volo igitur illud etiam de pictore vobis narrare. Zeuxis ille, pictorum præstantissimus, popularia ista et communia non pingebat, aut admodum certe pauca, heroas puta, aut deos, aut pugnas; sed novum quiddam proferre semper tentabat : et si quid insolens aut peregrinum excogitasset, in eo demum vim et accurationem artis summam ostendebat. Inter reliqua ausa Centaurum etiam feminam Zeuxis idem pinxit, lactantem adhuc pueros Centauros gemellos, admodum infantes. Tabulæ hujus exemplum nunc est

της ἀντίγραφός ἐστι νῦν Ἀθήνησι πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἀκριβεῖ τῇ στάθμῃ μετενηνεγμένη· τὸ ἀρχέτυπον δ' αὐτὸ Σύλλας ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐλέγετο μετὰ τῶν ἄλλων εἰς Ἰταλίαν πεπομφέναι, εἶτα περὶ Μαλέαν, οἶμαι, καταδύσης τῆς ὁλκάδος, ἀπολέσθαι ἅπαντα καὶ τὴν γραφήν. Πλὴν ἀλλὰ τήν γε εἰκόνα τῆς εἰκόνος εἶδον, καὶ αὐτὸς ὑμῖν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, δείξω τῷ λόγῳ, οὐ μὰ τὸν Δία γραφικός τις ὤν, ἀλλὰ πάνυ μέμνημαι οὐ πρὸ πολλοῦ ἰδὼν ἔν τινος τῶν γραφέων Ἀθήνησι· καὶ τὸ ὑπερθαυμάσαι τότε τὴν τέχνην τάχ' ἂν μοι καὶ νῦν πρὸς τὸ σαφέστερον δηλῶσαι συναγωνίσαιτο.

4. Ἐπὶ χλόης εὐθαλοῦς ἡ Κένταυρος αὕτη πεποίηται ὅλη μὲν τῇ ἵππῳ χαμαὶ κειμένη, καὶ ἀποτέτανται εἰς τοὐπίσω οἱ πόδες, τὸ δὲ γυναικεῖον ὅσον αὐτῆς ἠρέμα ἐπεγήγερται καὶ ἐπ' ἀγκῶνός ἐστιν, οἱ δὲ πόδες οἱ ἔμπροσθεν οὐκέτι καὶ οὗτοι ἀποτάδην, οἷον ἐπὶ πλευρὰν κειμένης, ἀλλ' ὁ μὲν ὀκλάζοντι ἔοικεν ὢν καμπύλος ὑπεσταλμένη τῇ ὁπλῇ, ὁ δὲ ἔμπαλιν ἐπανίσταται καὶ τοῦ ἐδάφους ἀντιλαμβάνεται, οἷοί εἰσιν ἵπποι πειρώμενοι ἀναπηδᾶν. Τοῖν νεογνοῖν δὲ τὸ μὲν ἄνω ἔχει αὐτὴ ἐν ταῖς ἀγκάλαις καὶ τρέφει ἀνθρωπικῶς ἐπέχουσα τὸν γυναικεῖον μαστόν, τὸ δ' ἕτερον ἐκ τῆς ἵππου θηλάζει ἐς τὸν πωλικὸν τρόπον· ἄνω δὲ τῆς εἰκόνος οἷον ἀπό τινος σκοπῆς Ἱπποκένταυρός τις, ἀνὴρ ἐκείνης δηλαδὴ τῆς τὰ βρέφη ἀμφοτέρωθεν τιθηνουμένης, ἐπικύπτει γελῶν οὐχ ὅλος φαινόμενος, ἀλλ' ἐς μέσον τὸν ἵππον, λέοντος σκύμνον ἀνέχων τῇ δεξιᾷ καὶ ὑπὲρ ἑαυτὸν αἰωρῶν, ὡς δεδίξαιτο σὺν παιδιᾷ τὰ βρέφη.

5. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῆς γραφῆς, ἐφ' ὅσα τοῖς ἰδιώταις ἡμῖν οὐ πάντη ἐμφανῆ ὄντα τὴν ὅλην ὅμως ἔχει δύναμιν τῆς τέχνης, οἷον τὸ ἀποτεῖναι τὰς γραμμὰς ἐς τὸ εὐθύτατον καὶ τῶν χρωμάτων ἀκριβῆ τὴν κρᾶσιν καὶ εὔκαιρον τὴν ἐπιβολὴν ποιήσασθαι καὶ σκιάσαι ἐς δέον καὶ τοῦ μεγέθους τὸν λόγον καὶ τὴν τῶν μερῶν πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα καὶ ἁρμονίαν γραφέων παῖδες ἐπαινούντων, οἷς ἔργον εἰδέναι τὰ τοιαῦτα· ἐγὼ δὲ τοῦ Ζεύξιδος ἐκεῖνο μάλιστα ἐπῄνεσα, ὅτι ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὑποθέσει ποικίλως τὸ περιττὸν ἐπεδείξατο τῆς τέχνης, τὸν μὲν ἄνδρα ποιήσας πάντη φοβερὸν καὶ κομιδῇ ἄγριον, σοβαρὸν τῇ χαίτῃ, λάσιον τὰ πολλὰ οὐ κατὰ τὸν ἵππον αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐξάρας αὐτῷ τοὺς ὤμους ἐπὶ πλεῖστον, τὸ βλέμμα, καίτοι γελῶντος, θηριῶδες ὅλον καὶ ὀρειόν τι καὶ ἀνήμερον.

6. Τοιοῦτον μὲν ἐκεῖνον· τὴν θήλειαν δὲ ἵππου γε τῆς καλλίστης, οἷαι μάλιστα αἱ Θετταλαί εἰσιν, ἀδμῆτες ἔτι καὶ ἄβατοι, τὸ δ' ἄνω ἡμίτομον γυναικὸς πάγκαλον ἔξω τῶν ὤτων· ἐκεῖνα δὲ μόνα σατυρώδη ἐστὶν αὐτῇ· καὶ ἡ μίξις δὲ καὶ ἡ ἁρμογὴ τῶν σωμάτων, καθ' ὃ συνάπτεται καὶ συνδεῖται τῷ γυναικείῳ τὸ ἱππικόν, ἠρέμα καὶ οὐκ ἀθρόως μεταβαίνουσα καὶ ἐκ προσαγωγῆς τρεπομένη λανθάνει τὴν ὄψιν ἐκ θατέρου εἰς τὸ ἕτερον ὑπαγομένη. Τὸ νεογνὸν δὲ τὸ ἐν τῷ νηπίῳ ὅμως ἄγριον καὶ ἐν τῷ ἁπαλῷ ἤδη φοβερόν, καὶ τοῦτο θαυμαστὸν οἷον ἔδοξέ μοι, καὶ ὅτι παιδικῶς μάλα πρὸς τὸν σκύ-

Athenis, exacta regula inde translatum : ipsum vero archetypum Sylla Romanorum imperator dicebatur cum aliis in Italiam misisse, deinde circa Maleam, puto, submersa navi perisse omnia, cum his illam picturam. Verum imaginem certe imaginis vidi, et ipse eam vobis, quantum ejus potero, verbis ostendam, non profecto ut qui picturæ peritus sim; verum quod plane memini, qui haud ita pridem in pictoris cujusdam pergula Athenis eam viderim : et vehemens tum artis admiratio forte me nunc etiam in ea evidentius declaranda juverit.

4. In viridi molliter gramine Centaurus hæc facta est, qua quidem equa est, humi tota cubans extentis retrorsum pedibus : quantum autem illius muliebre est, sensim attollitur nixum cubito; anteriores vero pedes non jam ipsi quoque porrecti, tanquam jacentis in latus Centauri; sed alter quidem geniculanti similis, incurvatus subducta ungula; alter contra insurgit, humique nititur, quales sunt equi, exsilire dum conantur. Parvorum vero alterum quidem supra ipsa tenet ulnis, et humano more lactat, muliebrem illi mammam præbens : alterum ex equina parte subrumat, more pulli. In suprema vero tabulæ parte, quasi e specula quadam Centaurus aliquis, illius scilicet parvos suos utrimque nutrientis maritus, despicit ridens, non totus conspicuus, sed ad medium usque equum, leonis catulum dextra ostentans et supra se extollens, quasi per lusum terrere velit parvulos.

5. Reliquas igitur picturæ dotes, in quantum nobis, ejus artis rudibus, non satis apparent, quum tamen totam artis vim contineant, velut illam linearum exquisitam directionem, et pigmentorum accuratam temperationem et inductionem tempestive factam, et umbrarum commodam immissionem, et proportionem magnitudinis, et partium mensuras integro æquabiliter respondentes, pictorum filii laudaverint, quorum opus est intelligere talia : ego vero illud maxime Zeuxidis laudare soleo, quod in uno eodemque argumento varie divitias artis ostendit : qui virum quidem fecerit undique terribilem, et omnino ferum, crines superbe jactantem, hirsutum majori ex parte, non qua equus est modo, sed etiam altera parte humana, et humeros ejus quantum potest extulerit; vultum, ridentis licet, ferinum totum fecerit et montanum fere minimeque mansuetum.

6. Ita quidem illum : feminam vero finxit partem dimidiam equæ pulcherrimæ, quales præsertim sunt Thessalæ, nondum domitæ et sessorem nondum passæ; superiorem partem, mulieris, undique pulcherrimam præter aures, quæ solæ satyrorum instar illi sunt. Commistio vero et commissura corporum, ubi coagmentatur ac devincitur muliebri corpori equinum, sensim, non subito transiens, et accessu qui vix sentiatur conversa, visum fallit, ubi ex altero in alterum deducitur. Quod autem recens uterque partus in prima infantia tamen ferus, et in tenero jam est terribilis, id ipsum quoque res admirabilis mihi videbatur; et quod

μνον τοῦ λέοντος ἀναβλέπουσι, μεταξὺ τῆς θηλῆς ἑκάτερος ἐπειλημμένοι ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσιστάμενοι.

7. Ταῦτα δ' οὖν ἐπιδειξάμενος ὁ Ζεῦξις αὐτὸς μὲν ᾤετο ἐκπλήξειν τοὺς ὁρῶντας ἐπὶ τῇ τέχνῃ, οἱ δὲ αὐτίκα μὲν ἐβόων· ἢ τί γὰρ ἂν ἐποίουν καλλίστῳ θεάματι ἐντυγχάνοντες; ἐπῄνουν δὲ μάλιστα πάντες ἅπερ κἀμὲ πρῴην ἐκεῖνοι, τῆς ἐπινοίας τὸ ξένον καὶ τὴν γνώμην τῆς γραφῆς ὡς νέαν καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἠγνοημένην οὖσαν. Ὥστε ὁ Ζεῦξις συνεὶς ὅτι αὐτοὺς ἀσχολεῖ ἡ ὑπόθεσις καινὴ οὖσα καὶ ἀπάγει τῆς τέχνης, ὡς ἐν παρέργῳ τίθεσθαι τὴν ἀκρίβειαν τῶν πραγμάτων, Ἄγε δή, ἔφη, ὦ Μικκίων, πρὸς τὸν μαθητήν, περίβαλε ἤδη τὴν εἰκόνα καὶ ἀράμενοι ἀποκομίζετε οἴκαδε· οὗτοι γὰρ ἡμῶν τὸν πηλὸν τῆς τέχνης ἐπαινοῦσι, τῶν δ', ἐφ' ὅτῳ, εἰ καλῶς ἔχει καὶ κατὰ τὴν τέχνην, οὐ πολὺν ποιοῦνται λόγον, ἀλλὰ παρευδοκιμεῖ τὴν ἀκρίβειαν τῶν ἔργων ἡ τῆς ὑποθέσεως καινοτομία.

8. Ὁ μὲν οὖν Ζεῦξις οὕτως, ὀργιλώτερον ἴσως. Ἀντίοχος δὲ ὁ σωτὴρ ἐπικληθεὶς καὶ οὗτος ὅμοιόν τι παθεῖν λέγεται ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας μάχῃ. Εἰ βούλεσθε, διηγήσομαι καὶ τοῦτο, ὁποῖον ἐγένετο. Εἰδὼς γὰρ τούτους ἀλκίμους ὄντας καὶ πλήθει παμπόλλους ὁρῶν καὶ τὴν φάλαγγα καρτερῶς συναραρυῖαν καὶ ἐπὶ μετώπου μὲν προασπίζοντας τοὺς χαλκοθώρακας αὐτῶν, ἐς βάθος δὲ ἐπὶ τεττάρων καὶ εἴκοσι τεταγμένους ὁπλίτας, ἐπὶ κέρως δ' ἑκατέρωθεν τὴν ἵππον δισμυρίαν οὖσαν, ἐκ δὲ τοῦ μέσου τὰ ἅρματα ἐκπηδήσεσθαι μέλλοντα δρεπανηφόρα ὀγδοήκοντα καὶ συνωρίδας ἐπ' αὐτοῖς δὶς τοσαύτας, ταῦτα ὁρῶν πάνυ πονηρὰς εἶχε τὰς ἐλπίδας, ὡς ἀμάχων ὄντων ἐκείνων αὐτῷ· ἐκεῖνος γὰρ δι' ὀλίγου τῆς στρατιᾶς ἐκείνης παρασκευασθείσης οὐ μεγαλωστὶ οὐδὲ κατ' ἀξίαν τοῦ πολέμου ἀφίκετο κομιδῇ ὀλίγους ἄγων, καὶ τούτων πελταστικὸν τὸ πολὺ καὶ ψιλικόν· οἱ γυμνῆτες δὲ ὑπὲρ ἥμισυ τῆς στρατιᾶς ἦσαν. Ὥστε ἐδόκει αὐτῷ ἤδη σπένδεσθαι καί τινα εὐπρεπῆ διάλυσιν εὑρίσκεσθαι τοῦ πολέμου.

9. Ἀλλὰ Θεοδότας ὁ Ῥόδιος, ἀνὴρ γενναῖος καὶ τακτικῶν ἔμπειρος, οὐκ εἴα παρὼν ἀθυμεῖν· καὶ ἦσαν γὰρ ἑκκαίδεκα ἐλέφαντες τῷ Ἀντιόχῳ. Τούτους ἐκέλευσεν ὁ Θεοδότας τέως μὲν ἔχειν ὡς οἷόν τε καταχρύψαντας, ὡς μὴ κατάδηλοι εἶεν ὑπερφαινόμενοι τοῦ στρατοῦ, ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ ὁ σαλπιγκτὴς καὶ δέῃ συμπλέκεσθαι καὶ εἰς χεῖρας ἰέναι καὶ ἡ ἵππος ἡ τῶν πολεμίων ἐπελαύνηται καὶ τὰ ἅρματα οἱ Γαλάται ἀνοίξαντες τὴν φάλαγγα καὶ διαστήσαντες ἐπαφῶσι, τότε ἀνὰ τέτταρας μὲν τῶν ἐλεφάντων ἀπαντᾶν ἐφ' ἑκάτερα τοῖς ἱππεῦσι, τοὺς ὀκτὼ δὲ ἀντεπαφεῖναι τοῖς ἁρματηλάταις καὶ συνωριασταῖς· Εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, φοβηθήσονται αὐτῶν, ἔφη, οἱ ἵπποι καὶ ἐς τοὺς Γαλάτας αὖθις ἐμπεσοῦνται φεύγοντες. Καὶ οὕτως ἐγένετο.

10. Οὐ γὰρ πρότερον ἰδόντες ἐλέφαντα οὔτε αὐτοὶ Γαλάται οὔτε οἱ ἵπποι αὐτῶν οὕτω πρὸς τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως ἐταράχθησαν, ὥστε πόρρω ἔτι τῶν θηρίων ὄντων ἐπεὶ μόνον τετριγότων ἤκουσαν καὶ τοὺς ὀδόντας

pueriliter admodum ad leonis catulum respiciunt, mammæ interea quisque suæ arcte inhærentes et quam proxime matrem assistentes.

7. Hæc itaque quum ostenderet Zeuxis, ipse quidem putabat futurum ut artis admiratione perculleret spectatores. At illi statim quidem exclamarunt : quid enim facerent aliud, ad pulcherrimum spectaculum admissi? laudabant vero maxime omnes eadem, propter quæ me nuper isti : inventionis novitatem, argumentum picturæ recens et superioribus ignotum. Itaque intelligens Zeuxis occupari illos argumento novo, et ab arte contemplanda abduci, ut obiter modo exquisitam rerum curam considerent, Age, inquit ad suum discipulum, Miccio, involve jam tabulam; vos sublatam domum referte : isti enim lutum artis nostræ laudant : eorum autem, propter quæ debebat laudari, si bene et ex arte posita sunt, non multam habent rationem; sed exquisitæ circa opus ipsum artis laudem intercipit argumenti novitas.

8. Zeuxis igitur ita, justo ille forte iracundius. Antiocho autem, Soteri cognominato, simile quiddam usu venisse dicitur in pugna adversus Gallogræcos. Si vultis, hoc quoque, ut factum sit, enarrabo. Quum sciret enim hos viros fortes esse, et numero plurimos esse videret, et phalangem valide densam, et in fronte quidem tegentes primam aciem loricatos ære, introrsus vero et in versum stantes in acie vicenos quaternos scutatos, cornua firmare utrimque viginti millium equitatum; e media acie prorupturos currus falcatos octoginta, et bigarum præter hos alterum tantum : hæc, inquam, videns, male sane de rebus suis speravit, qui invicta ista sibi putaret. Ipse enim, brevi tempore comparato illo exercitu, non magnifice neque pro dignitate belli veniebat, paucos oppido ducens, et in his peltastas plerosque et levis armaturæ homines : velites autem ultra dimidiam exercitus partem erant. Itaque jam videbatur illi pacisci, et honestam quandam belli dissolvendi rationem reperire.

9. Verum Rhodius Theodotas, vir fortis et ordinandæ aciei peritus, quum adesset, non passus est animum abjicere : erant enim etiam sexdecim Antiocho elephanti. Hos jussit Theodotas tum quidem, quantum ejus fieri posset, occultos habere, ne manifesti essent, ultra exercitum eminentes : ubi vero classicum cecinisset, et jam concurrendum esset atque veniendum ad manus, inveheretur que jam hostium equitatus, currusque suos Gallogræci aperta phalange et discedentes emitterent : tum quaternos elephantes singulis utrimque equitum alis occurrere, octo autem reliquos contra immitti curruum et bigarum agitatoribus. Hoc enim si fiet, terrebuntur, dicebat, illorum equi, et retro in ipsos Gallogræcos fuga irruent. Idque ita factum.

10. Quum enim numquam elephantem neque ipsi Gallogræci neque equi illorum vidissent, adeo ad inopinatum spectaculum perturbati sunt, ut quum longe adhuc abessent belluæ, audito solo illorum barritu, et dentibus conspectis,

εἶδον ἀποστίλβοντας ἐπισημότερον ὡς ἂν ἐκ μέλανος τοῦ παντὸς σώματος καὶ τὰς προνομαίας ὡς ἐς ἁρπαγὴν ὑπεραιωρουμένας, πρὶν ἢ τὸ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι, ἐκκλίναντες σὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἔφευγον, οἱ μὲν πεζοὶ περιπειρόμενοι ὑπ' ἀλλήλων τοῖς δορατίοις καὶ συμπατούμενοι ὑπὸ τῶν ἱππέων, ὡς εἶχον, ἐμπεσόντων ἐπ' αὐτούς, τὰ ἅρματα δὲ, ἀναστρέψαντα καὶ ταῦτα ἔμπαλιν εἰς τοὺς οἰκείους, οὐκ ἀναιμωτὶ διεφέρετο ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὸ τοῦ Ὁμήρου, « δίφροι δ' ἀνεκυμβαλίαζον· » οἱ ἵπποι δ' ἐπείπερ ἅπαξ τῆς ἐς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ ἀπετρέποντο οὐκ ἀνασχόμενοι τῶν ἐλεφάντων, τοὺς ἐπιβάτας ἀποβαλόντες « κείν' ὄχεα κροτάλιζον », τέμνοντες νὴ Δία καὶ διαιροῦντες τοῖς δρεπάνοις εἴ τινας τῶν φίλων καταλάβοιεν· πολλοὶ δ' ὡς ἐν ταράχῳ τοσούτῳ κατελαμβάνοντο. Εἵποντο δὲ καὶ οἱ ἐλέφαντες συμπατοῦντες καὶ συναναρριπτοῦντες ἐς ὕψος ταῖς προνομαίαις καὶ συναρπάζοντες καὶ τοῖς ὀδοῦσι περιπείροντες, καὶ τέλος οὗτοι κατὰ κράτος παραδιδόασι τῷ Ἀντιόχῳ τὴν νίκην.

11. Οἱ Γαλάται δὲ οἱ μὲν ἐτεθνήκεσαν, πολλοῦ τοῦ φόνου γενομένου, οἱ δὲ ζῶντες ἐλαμβάνοντο, πλὴν πάνυ ὀλίγοι ὁπόσοι ἔφθασαν ἐς τὰ ὄρη ἀναφυγόντες, οἱ Μακεδόνες δὲ ὅσοι σὺν Ἀντιόχῳ ἦσαν, ἐπαιώνιζον καὶ προσιόντες ἄλλος ἀλλαχόθεν ἀνέδουν τὸν βασιλέα καλλίνικον ἀναβοῶντες· ὁ δὲ καὶ δακρύσας, ὥς φασιν, Αἰσχυνώμεθα, ἔφη, ὦ στρατιῶται, οἷς γε ἡ σωτηρία ἐν ἑκκαίδεκα τούτοις θηρίοις ἐγένετο· ὡς εἰ μὴ τὸ καινὸν τοῦ θεάματος ἐξέπληξε τοὺς πολεμίους, τί ἂν ἡμεῖς ἦμεν πρὸς αὐτούς; Ἔπειτα τῷ τροπαίῳ κελεύει ἄλλο μὲν μηδὲν, ἐλέφαντα δὲ μόνον ἐγκολάψαι.

12. Ὥρα τοίνυν με σκοπεῖν μὴ καὶ τοὐμὸν ὅμοιον ᾖ τῷ Ἀντιόχῳ καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἄξια μάχης, ἐλέφαντες δέ τινες καὶ ξένα μορμολυκεῖα πρὸς τοὺς ὁρῶντας καὶ θαυματοποιία ἄλλως· ἐκεῖνα γοῦν ἐπαινοῦσι πάντες. Οἷς δ' ἐγὼ ἐπεποίθειν, οὐ πάνυ ταῦτα ἐν λόγῳ παρ' αὐτοῖς ἐστιν, ἀλλ' ὅτι μὲν θήλεια Ἱπποκένταυρος γεγραμμένη, τοῦτο μόνον ἐκπλήττονται καὶ ὥσπερ ἐστὶ, καινὸν καὶ τεράστιον δοκεῖ αὐτοῖς. Τὰ δ' ἄλλα μάτην ἄρα τῷ Ζεύξιδι πεποίηται. Ἀλλ' οὐ μάτην· γραφικοὶ γὰρ ὑμεῖς καὶ μετὰ τέχνης ἕκαστα ὁρᾶτε. Εἴη μόνον ἄξια τοῦ θεάτρου δεικνύειν.

tanto insignitius, ut e nigro usquequaque corpore, fulgentibus, et rostris tanquam ad rapinam sublatis, ante teli jactum inclinati sine more modoque fugerent: ubi pedites quidem confixi mutuo suorum jaculis, et ab equitibus conculcati, qui toto impetu suo in illos ruerent; currus autem, conversi et ipsi retro in suos, non sine sanguine inter ipsos differebantur, sed ut est apud Homerum,

dederunt sonitumque ruinamque:

equi vero semel recta regione viarum excussi, quum ferre elephantos non possent, dejectis aurigis, currus cum strepitu vacuos raptant, secantes, per Jovem, et lacerantes falcibus si quos amicorum comprehendissent; multi vero, ut in tanto tumultu, comprehendebantur. Insequebantur vero elephanti etiam, qui conculcarent, et rostris in altum jactarent corpora, et corriperent, et confoderent dentibus: et tandem hi plenissimam tradunt Antiocho victoriam.

11. Gallogræci autem partim in prælio ceciderunt, magna cæde facta, partim vivi capti sunt, præter paucos oppido, qui fuga montes occupavere. Pæanem autem cecinere qui cum Antiocho erant Macedones, et alius aliunde accedentes coronarunt regem cum clamore, egregium victorem illum prædicantes. At ille, non sine lacrimis, ut narrant, Pudeat nos, inquit, milites, quorum salus in sexdecim his belluis posita fuerit: etenim nisi perculisset hostes hujus spectaculi novitas, quid nos ad illos futuri eramus? Deinde in tropæo jussit aliud nihil quam solum elephantem insculpi.

12. Jam mihi videndum est ne mea res similis sit Antiochi prælio, et cetera non apta quæ in aciem procedant, præter elephantos quosdam et peregrina spectantibus terriculamenta, et vanas præstigias: hæc enim laudant omnes. At quibus ego confisus fueram, horum nulla apud illos habetur ratio: verum ad id solum obstupescunt, pictam hic esse Centaurum feminam, idque, ut est, novum ac portentosum illis videtur. Reliqua igitur frustra elaborata Zeuxidi. At minime frustra: vos enim pictoriæ rationis periti, et cum arte inspicitis omnia. Utinam modo digna sint theatro quæ ostendantur.

XXIII.

ΑΡΜΟΝΙΔΗΣ.

1. Ἁρμονίδης ὁ αὐλητὴς ἤρετό ποτε Τιμόθεον διδάσκαλον αὐτοῦ ὄντα, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Τιμόθεε, πῶς ἂν ἔνδοξος γενοίμην ἐπὶ τῇ τέχνῃ; καὶ τί ποιοῦντα εἴσονταί με οἱ Ἕλληνες ἅπαντες; Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα εὖ ποιῶν ἐδιδάξω με ἤδη, ἁρμόσασθαι τὸν αὐλὸν ἐς τὸ ἀκριβὲς καὶ ἐμπνεῖν ἐς τὴν γλωττίδα λεπτόν τι καὶ ἐμμελὲς καὶ ὑποβάλλειν τοὺς δακτύλους εὐαφῶς ὑπὸ πυκνῇ τῇ ἄρσει καὶ θέσει καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ καὶ σύμφωνα εἶ-

XXIII.

HARMONIDES.

1. Harmonides tibicen interrogavit olim magistrum suum Timotheum: Dic mihi, inquit, Timothee, quomodo celebris in arte fieri possum? et quo facto meo me Græci omnes cognoscent? Reliqua enim, agnosco beneficium tuum! docuisti me jam, accurate tibiam temperare, et inflare in ligulam tenue quiddam ac modulatum, et admovere commode digitos sublatione crebra ac positione, et incedere ad numeros, et ut cantus consentiat choro, et modi uniuscu-

ναι τὰ μέλη πρὸς τὸν χορὸν καὶ τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς Φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου τὸ Βακχικὸν, τῆς Δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. Ταῦτα μὲν οὖν πάντα ἐκμεμάθηκα παρὰ σοῦ· τὰ μέγιστα δὲ καὶ ὧν ἕνεκα ἐπεθύμησα τῆς αὐλητικῆς, οὐχ ὁρῶ πῶς ἂν ἀπ' αὐτῆς μοι προσγένοιτο, ἡ δόξα ἡ παρὰ τῶν πολλῶν καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι ἐν πλήθεσι καὶ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ, καὶ ἤν που φανῶ, εὐθὺς ἐπιστρέφεσθαι πάντας εἰς ἐμὲ καὶ λέγειν τοὔνομα, οὗτος Ἁρμονίδης ἐστὶν ὁ ἄριστος αὐλητὴς, ὥσπερ ἐκεῖνος ὅτε καὶ σὺ, ὦ Τιμόθεε, τὸ πρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας ὑπηύλησας τῇ Πανδιονίδι καὶ ἐνίκησας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, τοῦ ὁμωνύμου σοι ποιήσαντος τὸ μέλος, οὐδεὶς ἦν ὃς ἠγνόει τοὔνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν· ἀλλ' ἔνθα ἂν καὶ νῦν φανῇς, συνθέουσιν ἐπὶ σὲ πάντες ὥσπερ ἐπὶ τὴν γλαῦκα τὰ ὄρνεα. Ταῦτ' ἐστὶ δι' ἅπερ ηὐξάμην αὐλητὴς γενέσθαι καὶ ὑπὲρ ὧν πεπόνηκα τὸν πόνον τὸν πολύν· ἐπεὶ τό γε αὐλεῖν αὐτὸ ἄνευ τοῦ ἔνδοξος εἶναι δι' αὐτὸ οὐκ ἂν δεξαίμην ἀγνώστῳ μοι προσγενόμενον, οὐδ' εἰ Μαρσύας ἢ Ὄλυμπος γενήσεσθαι μέλλοιμι λανθάνων· οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀπορρήτου, φασὶ, καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. Ἀλλὰ σὺ, ἔφη, καὶ ταῦτα παίδευσόν με, ὅπως μοι χρηστέον κἀμαυτῷ καὶ τῇ τέχνῃ, καί σοι διττὴν εἴσομαι τὴν χάριν, καὶ ἐπὶ τῇ αὐλήσει καὶ, τὸ μέγιστον, ἐπὶ τῇ δόξῃ αὐτῆς.

2. Ἀποκρίνεται οὖν αὐτῷ ὁ Τιμόθεος, Ἀλλ' ὦ Ἁρμονίδη, ἐρᾷς μὲν, ἔφη, εὖ ἴσθι, οὐ μικροῦ πράγματος, ἐπαίνου καὶ δόξης καὶ τοῦ ἐπίσημος εἶναι καὶ γιγνώσκεσθαι πρὸς τῶν πολλῶν, τοῦτο δὲ εἰ μὲν οὑτωσί πως ἐς τὰ πλήθη παριὼν ἐπιδεικνύμενος ἐθέλοις πορίζεσθαι, μακρὸν ἂν γένοιτο, καὶ οὐδὲ οὕτως ἅπαντες εἴσονταί σε· ποῦ γὰρ ἂν εὑρεθείη ἢ θέατρον ἢ στάδιον οὕτω μέγα, ἐν ᾧ πᾶσιν αὐλήσεις τοῖς Ἕλλησιν; Ὡς δὲ ποιήσας γνωσθήσῃ αὐτοῖς καὶ ἐπὶ τὸ πέρας ἀφίξῃ τῆς εὐχῆς, ἐγὼ καὶ τοῦθ' ὑποθήσομαί σοι· σὺ γὰρ αὔλει μὲν καὶ πρὸς τὰ θέατρα ἐνίοτε, ἀτὰρ ὀλίγον μελέτω σοι τῶν πολλῶν. Ἡ δ' ἐπίτομος καὶ ῥᾶστα ἐπὶ τὴν δόξαν ἄγουσα ἥδε ἐστίν· εἰ γὰρ ἐπιλεξάμενος τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι τοὺς ἀρίστους καὶ ὀλίγους αὐτῶν ὅσοι κορυφαῖοι καὶ ἀναμφιλόγως θαυμαστοὶ καὶ ἐπ' ἀμφότερα πιστοὶ, εἰ τούτοις, φημὶ, ἐπιδείξαιο τὰ αὐλήματα καὶ οὗτοι ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος ἐν οὕτω βραχεῖ. Καὶ τὸ πρᾶγμα ὅρα πῶς συντίθημι· εἰ γὰρ οὓς ἅπαντες ἴσασι καὶ οὓς θαυμάζουσιν, οὗτοι δὲ εἴσονταί σε αὐλητὴν εὐδόκιμον ὄντα, τί σοι δεῖ τῶν πολλῶν, οἵ γε πάντως ἀκολουθήσουσι τοῖς ἄμεινον κρῖναι δυναμένοις; ὁ γάρ τοι πολὺς οὗτος λεὼς, αὐτοὶ μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βελτίω, βάναυσοι ὄντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν, ὅντινα δ' ἂν οἱ προὔχοντες ἐπαινέσωσι, πιστεύουσι μὴ ἂν ἀλόγως ἐπαινεθῆναι τοῦτον· ὥστε ἐπαινέσουσι καὶ αὐτοί. Καὶ γὰρ οὖν καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν οἱ μὲν πολλοὶ θεαταὶ ἴσασι κροτῆσαί ποτε καὶ συρίσαι, κρίνουσι δὲ ἑπτὰ ἢ πέντε ἢ ὅσοι δή. Ταῦτα δ

jusque proprietatem servare, Phrygii illum quasi divinum afflatum, Lydii Bacchicum furorem, honestam gravitatem Dorii, et Ionii denique venustatem. Hæc igitur didici abs te omnia : maxima vero, et propter quæ concupivi artem canendi tibiis, nondum video quomodo ab illa mihi contingant, gloria apud populum, et ut conspicuus sim in multitudine hominum, et monstrer digito, et ut, sicubi appaream, statim convertantur ad me omnes, et nomen meum dicant, Hic est ille Harmonides, tibicen optimus! quemadmodum quum tu etiam, Timothee, primum domo e Bœotia adveniens succinuisti Pandionidi, vicistique in Ajace furioso, modulos faciente tuo illo cognomine; nemo erat qui ignoraret nomen, Timotheum Thebanum : sed ubicumque nunc etiam conspiciendum te præbes, concurrunt ad te omnes, ut ad noctuam aves. Hæc sunt propter quæ tibicen fieri optavi, et pro quibus laborem illum multum suscepi : ipsam quandoquidem canendi facultatem, a celebritate nominis separatam, non receperim, si inglorio mihi et ignoto contingat, non si vel Marsyas aut Olympus in illa obscuritate futurus sim; occultæ enim, aiunt, nullus est respectus musicæ. Verum tu (inquit) et hæc doce me, quomodo et me ipso et arte utendum sit : et duplicem tibi habebo gratiam, et de canendi facultate, et, quod maximum, gloriæ etiam quæ ejus nomine mihi continget.

2. Respondet igitur illi Timotheus : Tu vero, inquit, Harmonide, amare te noris rem non parvam, laudem et gloriam, et ut insignis fias, et cognoscaris a plurimis, at hoc si sic ad multitudinem prodiens tuique audiendi copiam faciens præstare tibi velis, longum fuerit, et ne sic quidem omnes te noverint : ubi enim aut theatrum inveniatur, aut circus ita magnus, in quo tibia canas Græcis omnibus? Quo vero facto innotescas illis et ad finem voti tui pervenias, id ipsum quoque ego tibi subjiciam. Cane tu quidem etiam theatris nonnunquam; sed parum cura vulgus. Compendiaria vero et facillime ducens ad gloriam via ista est : si elegeris Græcorum optimos, et paucos illorum qui capita sunt et extra controversiam admirabiles, et quibus fides in utramque partem habeatur : his, inquam, si ostenderis cantus tuos, atque hi te laudaverint, Græcis omnibus brevi adeo tempore innotuisse te putato. Vide rem quomodo demonstrem. Si enim quos omnes norunt, et quos admirantur, hi norint te probatum tibicinem esse; quid vulgo tibi opus est, qui omnino sequetur hos qui melius judicare possunt? Ista enim multitudo, ipsi quidem ignorant meliora, sellularii majorem partem opifices : quem vero principes laudaverint, illum non sine ratione laudari credunt : itaque laudabunt ipsi quoque. Etenim in certaminibus quoque multitudo quidem spectatores sunt eatenus, ut plaudant aliquando vel sibilent : judicant vero aut septem aut quinque, aut quotcumque tandem. Illa quidem Harmonides

μὲν Ἁρμονίδης οὐκ ἔφθη ποιῆσαι· μεταξὺ γὰρ αὐλῶν, φασίν, ὅτε τὸ πρῶτον ἠγωνίζετο, φιλοτιμότερον ἐμφυσῶν ἐναπέπνευσε τῷ αὐλῷ καὶ ἀστεφάνωτος ἐν τῇ σκηνῇ ἀπέθανε τὸ αὐτὸ καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον αὐλήσας ἐν τοῖς Διονυσίοις.

3. Ὁ μέντοι τοῦ Τιμοθέου λόγος οὐχ αὐληταῖς οὐδὲ Ἁρμονίδῃ μόνον εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, ἀλλὰ πᾶσιν ὅσοι δόξης ὀρέγονται δημόσιόν τι ἐπιδεικνύμενοι, τοῦ παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνου δεόμενοι. Ἔγωγ' οὖν ὁπότε καὶ αὐτὸς ἐνενόουν τὰ ὅμοια περὶ τῶν ἐμαυτοῦ καὶ ἐζήτουν ὅπως ἂν τάχιστα γνωσθείην πᾶσι, τῷ Τιμοθέου λόγῳ ἑπόμενος ἐσκοπούμην ὅστις ὁ ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ ὅτῳ πιστεύσουσιν οἱ ἄλλοι καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. Οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅ τι περ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης, ὁ γνώμων, φασί, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. Εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτά — εἴη γὰρ οὕτω φανήσεσθαι — καὶ δὴ ἐπὶ πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος ἐν μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. Ἢ τίνα γὰρ ἂν πρὸ σοῦ ἑλόμενος οὐχὶ παραπαίειν ἂν εἰκότως νομισθείην; ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναρρίψομεν τὸν κύβον, τὸ δ' ἀληθὲς ὥσπερ ἂν εἰ τοὺς ἁπανταχόθεν ἀνθρώπους συγκαλέσας εἰς κοινὸν θέατρον ἐπιδεικνυοίμην τοὺς λόγους· δῆλον γὰρ ὡς καθ' ἕνα τε καὶ συνάμα πάντων συνειλεγμένων μόνος αὐτὸς ἀμείνων ἂν ἦσθα. Οἱ μέν γε τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, τῶν ἄλλων ἑκάστου μίαν ψῆφον φερόντων, ἐκεῖνοι μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν δύο ἔφερον, σὺ δὲ καὶ τὰς τῶν ἐφόρων καὶ τὰς τῶν γερόντων προσέτι, καὶ ὅλως ἁπάντων ὁ πολυψηφότατος ἐν παιδείᾳ σύ γε, καὶ μάλιστα ὅσῳ τὴν λευκὴν ἀεὶ καὶ σώζουσαν φέρεις, ὃ καὶ θαρρεῖν με ἐν τῷ παρόντι ποιεῖ διά γε τὸ μέγεθος τοῦ τολμήματος καὶ πάνυ δικαίως ἂν φοβηθέντα. Κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι καὶ αὐτὸ θαρρεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότρια τἀμὰ εἶναί σοι, ὃς πόλεώς γε ἐκείνης εἰμί, ἣν πολλάκις εὖ ἐποίησας, τὸ μὲν πρῶτον ἰδίᾳ, τὸ δὲ δεύτερον κοινῇ μετὰ παντὸς τοῦ ἔθνους· ὥστε ἤν που καὶ νῦν ἐμοὶ ἐς τὸ χεῖρον ῥέπωσιν αἱ ψῆφοι ἐν τῷ λόγῳ καὶ ἐλάττους ὦσιν αἱ ἀμείνους, σὺ δὲ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς προστιθεὶς ἀναπλήρου τὸ ἐνδέον παρὰ σεαυτοῦ καὶ τὸ ἐπανόρθωμα οἰκεῖόν σοι δοκείτω.

4. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνό μοι ἱκανόν, εἰ πολλοὶ ἐθαύμασαν πρότερον, εἰ ἔνδοξος ἤδη ἐγώ, εἰ ἐπαινοῦνται πρὸς τῶν ἀκουσάντων οἱ λόγοι. Πάντα ἐκεῖνα ὑπηνέμια ὀνείρατα, φασί, καὶ ἐπαίνων σκιαί· τὸ δ' ἀληθὲς ἐν τῷ παρόντι δειχθήσεται. Οὗτος ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν, οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δεήσει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν ἢ πάντων — εὐφημεῖν δὲ χρὴ πρὸς οὕτω μέγαν ἀγῶνα χωροῦντα. Δόξαιμεν γάρ, ὦ θεοί, λόγου ἄξιοι καὶ βεβαιώσαιτε ἡμῖν τὸν παρὰ τῶν ἄλλων ἔπαινον, ὡς τὸ λοιπὸν θαρροῦντας ἐς τοὺς πολλοὺς παρεῖναι· πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι.

perficere non potuit : inter canendum enim, narrant, quum primum in certamen descenderet, contentius præ honoris cupiditate dum inflat, in ipsam quasi tibiam exspiravit, et sine coronæ honore in scena mortuus est, eundem et primum et ultimum cantum exhibens in Dionysiis.

3. Verum Timothei illa oratio non tibicinibus neque Harmonidi solum dicta mihi videtur, sed omnibus illis qui gloriam affectant publica aliqua commissione, populari laude opus habentes. Ego igitur, quum et ipse cogitarem de mea ratione similiter, et quomodo celerrime possem innotescere omnibus, quærerem : Timothei sermonem secutus, dispiciebam quis in quaque urbe esset præstantissimus, cui fidem reliqui essent habituri, quique unus esset instar omnium. Sic igitur tu nobis videri debebas jure meritoque, virtutis omnis quod caput est, norma, aiunt, et recta talium regula. Si vero tibi mea ostendissem, tuque ea laudasses (pono enim ita tibi visum iri), scilicet ad finem me spei venisse, in uno qui suffragio ferrem universa. Aut quis est, quem tibi si præferam, non merito insanire videar? Igitur verbo quidem in uno homine jaciemus aleam; re autem vera idem est, quasi omnibus undecumque hominibus in theatrum publicum convocatis vim dicendi ostenderem. Apertum enim est te et singulis, et collectis in universum omnibus, fuisse unum præstantiorem. Lacedæmoniorum reges, calculos reliquis singulos habentibus, soli habebant binos : tu vero et ephororum, et senum insuper calculos, et omnino omnium in doctrina amplissimum suffragandi jus habes, ea maxima de causa, quod candidum semper et salutarem fers calculum : quæ res etiam mihi in præsenti facit fiduciam, qui propter rei quam conor magnitudinem merito perterrear. Ad hæc illud etiam profecto animum mihi addit, quod non plane aliena tibi sunt mea, qui tum ex ea urbe sim, quam sæpe tu beneficiis ornasti, primo quidem privatim ipsam, iterum vero publice cum gente universa. Itaque si forte nunc etiam in sequiorem partem inclinent, dum loquor, calculi, paucioresque sint meliores, tu adjecto Minervæ, de te quæ deficiunt exple : ac domesticum tibi et familiare videatur prava hic etiam corrigere.

4. Etenim neque illud mihi satis est, si multi ante admirati sunt, si nobilis jam ego, si laudantur ab his qui audierunt orationes : omnia illa somnia, quod aiunt, vento concepta et irrita, laudum umbræ : verum autem jam nunc apparebit. Hic accuratus meorum finis : nihil in utramque partem amplius accipietur, aut ita ut dubitare quis possit; sed oportebit aut optimum circa doctrinam me putari, si quidem tibi ita videatur, aut omnium . . . . sed bene ominari fas est ad tantum certamen euntem. Videamur enim, o dii, digni hodie quorum ratio habeatur! et firmate nobis laudem tributam ab aliis, ut reliquo tempore cum fiducia in multitudinem procedere possimus : omne enim stadium jam minus formidabile ei, magna qui Olympia vicerit.

XXIV.

ΣΚΥΘΗΣ Η ΠΡΟΞΕΝΟΣ.

1. Οὐ πρῶτος Ἀνάχαρσις ἀφίκετο ἐκ Σκυθίας Ἀθήναζε παιδείας ἐπιθυμίᾳ τῆς Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ Τόξαρις πρὸ αὐτοῦ, σοφὸς μὲν καὶ φιλόκαλος ἀνὴρ καὶ ἐπιτηδευμάτων φιλομαθὴς τῶν ἀρίστων, οἴκοι δὲ οὐ τοῦ βασιλείου γένους ὢν οὐδὲ τῶν πιλοφορικῶν, ἀλλὰ Σκυθῶν τῶν πολλῶν καὶ δημοτικῶν, οἷοί εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ ὀκτάποδες καλούμενοι, τοῦτο δέ ἐστι, δύο βοῶν δεσπότην εἶναι καὶ ἁμάξης μιᾶς. Οὗτος ὁ Τόξαρις οὐδ' ἀπῆλθεν ἔτι ὀπίσω ἐς Σκύθας, ἀλλ' Ἀθήνησιν ἀπέθανε, καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ ἥρως ἔδοξε καὶ ἐντέμνουσιν αὐτῷ Ξένῳ Ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι· τοῦτο γὰρ τοὔνομα ἥρως γενόμενος ἐπεκτήσατο. Τὴν δ' αἰτίαν τῆς ἐπωνυμίας καὶ ἀνθ' ὅτου ἐς τοὺς ἥρωας κατελέγη καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν εἷς ἔδοξεν, οὐ χεῖρον ἴσως διηγήσασθαι, ὡς μάθητε οὐ Σκύθαις μόνον ἐπιχώριον ὂν ἀπαθανατίζειν καὶ πέμπειν παρὰ τὸν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος.

2. Κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν ἔδοξεν ἡ Ἀρχιτέλους γυνή, Ἀρεοπαγίτου ἀνδρός, ἐπιστάντα οἱ τὸν Σκύθην κελεῦσαι εἰπεῖν Ἀθηναίοις ὅτι παύσονται τῷ λοιμῷ ἐχόμενοι, ἢν τοὺς στενωποὺς οἴνῳ πολλῷ ῥάνωσι. Τοῦτο συχνάκις γενόμενον — οὐ γὰρ ἠμέλησαν οἱ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες — ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτούς, εἴτε ἀτμούς τινας πονηροὺς ὁ οἶνος σβέσας τῇ ὀδμῇ, εἴτε ἄλλο τι πλέον εἰδὼς ὁ ἥρως ὁ Τόξαρις, ἅτε ἰατρικὸς ὤν, συνεβούλευσεν. Ὁ δ' οὖν μισθὸς τῆς ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀποδίδοται αὐτῷ λευκὸς ἵππος καταθυόμενος ἐπὶ τῷ μνήματι, ὅθεν ἔδειξεν ἡ Δειμαινέτη προελθόντα αὐτὸν ἐντείλασθαι ἐκεῖνα τὰ περὶ τοῦ οἴνου· καὶ εὑρέθη ἐκεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθείς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι, καὶ μάλιστα, ὅτι ἐπὶ τῇ στήλῃ Σκύθης ἀνὴρ ἐγκεκόλαπτο, τῇ λαιᾷ μὲν τόξον ἔχων ἐντεταμένον, τῇ δεξιᾷ δὲ βιβλίον, ὡς ἐδόκει. Ἔτι καὶ νῦν ἴδοις ἂν αὐτοῦ ὑπὲρ ἥμισυ καὶ τὸ τόξον ὅλον καὶ τὸ βιβλίον· τὰ δ' ἄνω τῆς στήλης καὶ τὸ πρόσωπον ὁ χρόνος ἤδη ἐλυμήνατό που. Ἔστι δὲ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Διπύλου, ἐν ἀριστερᾷ εἰς Ἀκαδήμειαν ἀπιόντων, οὐ μέγα τὸ χῶμα καὶ ἡ στήλη χαμαί· πλὴν ἀλλ' ἔστεπταί γε ἀεί, καί φασι πυρεταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἄπιστον, ὃς ὅλην ποτὲ ἰάσατο τὴν πόλιν.

3. Ἀλλὰ γὰρ οὗπερ ἕνεκα ἐμνήσθην αὐτοῦ, ἔζη μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις, ὁ Ἀνάχαρσις δὲ ἄρτι καταπεπλευκὼς ἀνῄει ἐκ Πειραιῶς, οἷα δὴ ξένος καὶ βάρβαρος οὐ μετρίως τεταραγμένος ἔτι τὴν γνώμην, πάντα ἀγνοῶν, ψοφοδεὴς πρὸς τὰ πολλά, οὐκ ἔχων ὅ τι χρήσαιτο ἑαυτῷ· καὶ γὰρ συνίει καταγελώμενος ὑπὸ τῶν ὁρώντων ἐπὶ τῇ σκευῇ, καὶ ὁμόγλωττον οὐδένα εὕρισκε, καὶ ὅλως μετέμελεν αὐτῷ ἤδη τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐδέδοκτο ἰδόντα μόνον τὰς Ἀθήνας ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν καὶ

XXIV.

SCYTHA, seu CONCILIATOR HOSPITII.

1. Non primus e Scythia Athenas venit Anacharsis Græcæ disciplinæ cupidus, sed Toxaris etiam ante ipsum, sapiens quidem et pulchrarum rerum amans optimorumque institutorum studiosus, domi vero non regii generis, neque pileatorum, sed Scytharum de multis unus et plebeiorum, quales apud illos sunt qui Octipedes vocantur, hoc autem significat boum duorum dominum esse et unius plaustri. Hic Toxaris neque rursus ad Scythas rediit, sed Athenis mortuus est; neque ita multo post pro heroe est habitus, sacrificantque illi ut Hospiti Medico Athenienses : hoc enim nomen, quum heros fieret, accepit. Causam vero cognominis, et cur in heroas sit relatus, et pro Æsculapii posterorum uno habitus, enarrare haud abs re forte fuerit, ut discatis, non Scythis modo patrium esse immortales credere homines et ablegare ad Zamolxin; sed Atheniensibus etiam licere deos facere in ipsa Græcia Scythas.

2. In magna illa pestilentia visa sibi per quietem est videre Architelis Areopagitæ uxor astantem sibi Scytham, qui juberet dicere Atheniensibus, a pestilentia ipsos vexari desituros, si vicos urbis vino multo conspergant. Hoc sæpius factum (neque enim neglexerunt qui audierant Athenienses) finem pestilentiæ apud illos imposuit, seu vapores quosdam malos per odorem delente vino, sive aliud quid amplius sciens Toxaris heros, quippe medicinæ peritus, consuluit. Merces igitur curationis hodieque illi persolvitur, equus albus in ipsius monumento immolatus, illo ipso loco, unde ostendit Dimænete progressum ipsum illa de vino præcepisse : et inventus ibi est sepultus Toxaris, tum inscriptione agnitus, etsi ea non tota jam apparebat, et maxime, quod in columella insculptus erat vir Scytha, sinistra arcum intentum tenens, dextra vero, ut videbatur, librum. Adhuc etiam videas ultra dimidiam ejus partem, arcum autem integrum atque librum : superiora vero columellæ et ipsam faciem tempus jam abolevit. Est autem non multum a Dipylo, ad sinistram in Academiam euntium, tumulus non magnus, et humi jacens columella. Verumtamen coronata semper est, et aiunt febri laborantes quosdam illius ope esse liberatos : neque profecto incredibile, qui totam olim urbem sanaverit.

3. Verum enim vero, cujus rei causa mentionem illius injeci, superstes erat Toxaris, quum Anacharsis, navigatione modo finita, a Piræeo ascendit, tanquam peregrinus et barbarus non mediocriter adhuc turbatus animo, ignarus omnium, meticulosus ad plurima, de se quid faceret nescius : sentiebat etenim derideri se ob habitum et arma; et linguæ suæ peritum inveniebat neminem : et in universum viæ ipsum jam pœnitentia subibat, decretumque ipsi erat, visis modo Athenis, retro legere vestigia,

πλοίῳ ἐπιβάντα πλεῖν αὖθις ἐπὶ Βοσπόρου, ὅθεν οὐ πολλὴ ἔμελλεν αὐτῷ ὁδὸς ἔσεσθαι οἴκαδε ἐς Σκύθας. Οὕτως ἔχοντι τῷ Ἀναχάρσιδι ἐντυγχάνει δαίμων τις ἀγαθὸς ὡς ἀληθῶς ὁ Τόξαρις ἤδη ἐν τῷ Κεραμεικῷ· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἡ στολὴ αὐτὸν ἐπεσπάσατο πατριῶτις οὖσα, εἶτα μέντοι οὐ χαλεπῶς ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι τὸν Ἀνάχαρσιν ἅτε γένους τοῦ δοκιμωτάτου ὄντα καὶ ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν. Ὁ Ἀνάχαρσις δὲ πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἑλληνιστὶ ἐσταλμένον, ὑπεξυρημένον τὸ γένειον, ἄζωστον, ἀσίδηρον, ἤδη στωμύλον, αὐτῶν τῶν Ἀττικῶν ἕνα τῶν αὐτοχθόνων; οὕτω μετεπεποίητο ὑπὸ τοῦ χρόνου.

4. Ἀλλὰ Τόξαρις Σκυθιστὶ προσειπὼν αὐτὸν, Οὐ σὺ, ἔφη, Ἀνάχαρσις ὢν τυγχάνεις ὁ Δαυκέτου; Ἐδάκρυσεν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις, ὅτι καὶ ὁμόφωνον εὑρήκει τινὰ, καὶ τοῦτον εἰδότα ὅστις ἦν ἐν Σκύθαις, καὶ ἤρετο, Σὺ δὲ πόθεν οἶσθα ἡμᾶς, ὦ ξένε; Καὶ αὐτὸς, ἔφη, ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τοὔνομα, οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ὥστε καὶ ἐγνῶσθαι ἄν σοι κατ' αὐτό. Μῶν, ἔφη, σὺ ὁ Τόξαρις εἶ, περὶ οὗ ἐγὼ ἤκουσα ὥς τις Τόξαρις ἔρωτι τῆς Ἑλλάδος ἀπολιπὼν καὶ γυναῖκα ἐν Σκυθίᾳ καὶ παιδία νεογνὰ οἴχοιτο ἐς Ἀθήνας καὶ νῦν διατρίβοι ἐκεῖθι τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἀρίστων; Ἐγὼ, ἔφη, ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις κἀμοῦ λόγος ἔτι παρ' ὑμῖν. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος ὃν ἠράσθης, ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα, καὶ κατά γε τὴν ἐμπορίαν ταύτην ἀποδημήσας ἥκω σοι μυρία παθὼν ἐν τοῖς διὰ μέσου ἔθνεσι, καὶ εἴ γε μὴ σοὶ ἐνέτυχον, ἔγνωστο ἤδη πρὶν ἥλιον δῦναι, ὀπίσω αὖθις ἐπὶ ναῦν κατιέναι· οὕτως ἐτεταράγμην ξένα καὶ ἄγνωστα πάντα ὁρῶν. Ἀλλὰ πρὸς Ἀκινάκου καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν, σύ με, ὦ Τόξαρι, παραλαβὼν ξενάγησον καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῶν Ἀθήνησιν, εἶτα καὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, νόμων τε τοὺς ἀρίστους καὶ ἀνδρῶν τοὺς βελτίστους καὶ ἤθη καὶ πανηγύρεις καὶ βίον αὐτῶν καὶ πολιτείαν, δι' ἅπερ σύ τε κἀγὼ μετὰ σὲ τοσαύτην ὁδὸν ἥκομεν, καὶ μὴ περιίδῃς ἀθέατον αὐτῶν ἀναστρέψοντα.

5. Τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Τόξαρις, ἥκιστα ἐρωτικὸν εἴρηκας, ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὰς ἐλθόντα οἴχεσθαι ἀπιόντα. Πλὴν ἀλλὰ θάρρει· οὐ γὰρ ἂν, ὡς φῄς, ἀπέλθοις οὐδ' ἂν ἀφείη σε ῥᾳδίως ἡ πόλις· οὐχ οὕτως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει πρὸς τοὺς ξένους, ἀλλὰ μάλα ἐπιλήψεταί σου, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι μήτε παίδων, εἴ σοι ἤδη εἰσὶ, μεμνῆσθαι. Ὡς δ' ἂν τάχιστα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ὅλην καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ, ἐγὼ ὑποθήσομαί σοι. Ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνταῦθα, ἐπιχώριος μὲν, ἀποδημήσας δὲ μάλα πολλὰ ἔς τε Ἀσίαν καὶ ἐς Αἴγυπτον καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τὰ ἄλλα οὐ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης· ὄψει γέροντα οὕτω δημοτικῶς ἐσταλμένον. Πλὴν διά γε τὴν σοφίαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν πάνυ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθέτῃ χρῶνται πρὸς τὴν πολιτείαν καὶ ἀξιοῦσι κατὰ τὰ ἐκείνου προσ-

conscensoque navigio navigare rursus in Bosporum, unde via sibi non longa domum ad Scythas suos futura esset. Ita affecto Anacharsidi obviam in ipso Ceramico fit bonus aliquis revera genius, Toxaris. Ac primo quidem habitus illum advertebat, patrius qui esset : deinde non difficulter ipsum quoque nosciturus erat Anacharsin, quippe generis nobilissimi virum et Scytharum e principibus. Anacharsis autem unde illum agnosceret popularem suum esse, Græce vestitum, rasum genas, non cinctum, sine ferro, jam affabilem, indigenarum istorum jam unum Atticorum? adeo ab ipso jam tempore immutatus fuerat.

4. Sed Scythice ipsum allocutus Toxaris, Non tu, inquit, Anacharsis es Dauceti filius? Lacrimari præ gaudio Anacharsis, quod et linguæ suæ peritum invenisset aliquem, eumque gnarum quis ipse esset inter Scythas; atque rogare, Tu vero, hospes, unde nosti nos? Et ipse, inquit, inde sum, e vobis; Toxaris mihi nomen, non e nobilibus, ut eo tibi notus sim. Ad quæ ille : Numquid ille tu Toxaris es, de quo audivi ego, Toxarin quendam Græciæ amore, uxore relicta in Scythia et parvis pueris, Athenas abiisse, et nunc ibi vivere et in honore esse apud optimos quosque? Ille ipse, inquit, ego sum, si quis de me adhuc sermo apud vos est. Tum, Noris ergo, inquit Anacharsis, discipulum me tuum factum esse, et æmulum amoris, quo flagrabas, videndæ Græciæ. Hujus igitur negotii studio profectus venio tibi sexcenta perpessus mala apud interjectas gentes : ac nisi in te incidissem, decretum jam erat, ante solis occasum retro rursus descendere ad navim, adeo perturbatus eram quum peregrina et ignota mihi viderem omnia. Sed per ego te Acinacen et Zamolxin, patria numina, obsecro, tu me, Toxari, assumtum tanquam peregrinum circumducito, et ea, quæ Athenis pulcherrima sunt, ostendito, tum et quæ reliqua in Græcia, legum optimas, virorum præstantissimos, mores, festa, vivendi rationem et administrandæ reipublicæ, propter quæ et tu, et post te ego, tantum itineris fecimus; neque patere me his non visis domum redire.

5. Illud quidem, inquit Toxaris, minime pro amatore dicebas, te ad ipsas quum januas venisses, abitum parasse. Verum bono es animo. Neque enim, ut aiebas, abieris, neque te ita facile urbs hæc dimiserit : non ita pauca habet quibus hospites afficiat delinimenta : sed valide te complectetur, adeo ut neque uxoris jam, neque liberorum, si qui tibi jam sint, memoriam sis servaturus. Quomodo vero celerrime omnem videas Athenarum urbem, aut Græciam potius totam et bona Græcorum ac pulchra, ego tibi subjiciam. Est hic vir sapiens, indigena ille quidem, sed multum per Asiam et Ægyptum peregrinatus, et versatus cum hominibus præstantissimis, ceterum non divitum unus, sed oppido pauper; videbis senem ita plebeium in morem vestitum. Sed propter sapientiam virtutemque reliquam maximo illum in honore habent, adeo ut legislatore etiam illo ad constituendam civitatem utantur, et secundum illius præ-

τάγματα βιοῦν." Εἰ τοῦτον φίλον κτήσαιο καὶ μάθοις οἷος ἀνήρ ἐστι, πᾶσαν νόμιζε τὴν Ἑλλάδα ἐν αὐτῷ ἔχειν καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη ἂν εἰδέναι τῶν τῇδε ἀγαθῶν· ὡς οὐκ ἔστιν ὅ τι ἂν μεῖζόν σοι καλὸν χαρίσασθαι δυναίμην ἢ συστήσας ἐκείνῳ.

6. Μὴ τοίνυν μέλλωμεν, ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλά με λαβὼν ἄγε παρ' αὐτόν. Ἀτὰρ ἐκεῖνο δέδια, μὴ δυσπρόσοδος καὶ ἐν παρέργῳ θῆταί σου τὴν ἔντευξιν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν. Εὐφήμει, ἦ δ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαριεῖσθαί μοι δοκῶ ἀφορμὴν παρασχὼν τῆς ἐς ξένον ἄνδρα εὐποιίας. Ἕπου μόνον· εἴσῃ γὰρ ὅση πρὸς τὸν Ξένιον ἡ αἰδὼς καὶ ἡ ἄλλη ἐπιείκεια καὶ χρηστότης. Μᾶλλον δὲ κατὰ δαίμονα οὗτος αὐτὸς ἡμῖν πρόσεισιν, ὁ ἐπὶ συννοίας, ὁ λαλῶν ἑαυτῷ· καὶ ἅμα προσειπὼν τὸν Σόλωνα, Τοῦτό σοι, ἔφη, δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένον ἄνδρα φιλίας δεόμενον.

7. Σκύθης δέ ἐστι τῶν παρ' ἡμῖν εὐπατριδῶν, καὶ ὅμως τἀκεῖ πάντα ἀφεὶς ἥκει συνεσόμενος ὑμῖν καὶ τὰ κάλλιστα ὀψόμενος τῆς Ἑλλάδος, κἀγὼ ἐπίτομόν τινα ταύτην ἐξεῦρον αὐτῷ, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι πάντα καὶ γνώριμος γένοιτο τοῖς ἀρίστοις· τοῦτο δ' ἦν σοὶ προσαγαγεῖν αὐτόν. Εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, οὕτω ποιήσεις καὶ προξενήσεις αὐτοῦ καὶ πολίτην γνήσιον ἀποφανεῖς τῆς Ἑλλάδος. Καὶ ὅπερ σοι ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πάντα ἑόρακας ἤδη Σόλωνα ἰδών, τοῦτο αἱ Ἀθῆναι, τοῦτο ἡ Ἑλλάς· οὐκέτι ξένος σύ, πάντες σε ἴσασι, πάντες σε φιλοῦσι. Τηλικοῦτόν ἐστι τὸ κατὰ τὸν πρεσβύτην τοῦτον. Ἁπάντων ἐπιλήσῃ τῶν ἐν Σκυθίᾳ συνὼν αὐτῷ· ἔχεις τῆς ἀποδημίας τὰ ἆθλα, τοῦ ἔρωτος τὸ τέλος· οὗτός σοι ὁ Ἑλληνικὸς κανών, τοῦτο δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀττικῆς. Οὕτω τοίνυν γίγνωσκε ὡς εὐδαιμονέστατος ὤν, ὃς συνέσῃ Σόλωνι καὶ φίλῳ χρήσῃ αὐτῷ.

8. Μακρὸν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲν ἥσθη ὁ Σόλων τῷ δώρῳ, οἷα δὲ εἶπεν, ὡς δὲ τὸ λοιπὸν συνῆσαν, ὁ μὲν παιδεύων καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, ὁ Σόλων, καὶ φίλον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν καὶ προσάγων τοῖς Ἑλλήνων καλοῖς καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι· ὁ δὲ τεθηπὼς τὴν σοφίαν αὐτοῦ καὶ μηδὲ τὸν ἕτερον πόδα ἑκὼν εἶναι ἀπολειπόμενος. Ὡς γοῦν ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις, ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Σόλωνος ἅπαντα ἔγνω ἐν ἀκαρεῖ καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος καὶ ἐτιμᾶτο δι' ἐκεῖνον· οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλων ἐπαινῶν, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο καὶ ἐφίλουν οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι καὶ ἐπίστευον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι. Τὰ τελευταῖα καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίητος γενόμενος, εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν καὶ τοῦτο ἱστοροῦντι περὶ αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνέστρεψεν, οἶμαι, ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε.

9. Βούλεσθε οὖν ἤδη ἐπαγάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος, ὡς μὴ ἀκέφαλος περινοστοίη; Ὥρα γοῦν εἰδέναι οὗτινός μοι ἕνεκα ὁ Ἀνάχαρσις ἐκ Σκυθίας καὶ Τόξαρις τὰ νῦν ἐς Μακεδονίαν ἥκετον ἔτι καὶ Σόλωνα γέροντα ἄνδρα

cepta vivere velint. Hunc si amicum tibi conciliaveris, et quantus vir sit didiceris, totam te in illo Græciam habere putato, et summam jam nosse bonorum quæ hic sunt. Itaque non est quod majus tibi donare bonum possim, quam illi si te commendem.

6. Ne igitur cunctemur, Toxari, inquit Anacharsis, sed prehensum me ad ipsum deduc. Verum illud timeo, ne difficiles accessus habeat, tuamque pro me deprecationem non magni faciat. Bona verba! inquit alter, quin maxime illi gratificaturus videor subministranda beneficentiæ in hospitem occasione. Sequere modo; scies enim quantus sit illius erga peregrinorum præsidem Jovem pudor, et reliqua æquitas et benignitas. Quin divinitus ille ipse ad nos accedit, cogitabundus ille, ille secum ipse loquens : et simul Solonem allocutus, Huc tibi, inquit, donum maximum adduco, peregrinum hominem indigentem amicitiæ.

7. Scytha autem est ex generosis apud nos, et tamen relictis quæ ibi sunt omnibus, huc venit, ut vobiscum versetur, ut ea quæ pulcherrima sunt in Græcia videat; ego autem compendiariam hanc illi viam reperi, ut facillime et ipse discat omnia, et innotescat præstantissimis; hæc vero in eo inerat, ut ad te illum deducerem. Si igitur Solonem ego novi, ita facies, et tanquam publico illum hospitio accipies, et germanum Græciæ civem efficies. Et quod tibi paullo ante dicebam, Anacharsi, omnia vidisti, viso Solone : hic Athenæ, hic Græcia : non tu jam hospes es; norunt te omnes, omnes te amant. Tantum est in hoc sene! Omnium quæ sunt in Scythia oblivionem capies, cum hoc si fueris. Habes præmia peregrinationis tuæ, finem tui amoris : hæc tibi norma Græcanica, hoc Atticæ philosophiæ specimen. Ita igitur judica, te esse felicissimum, qui cum Solone futurus sis, et amico illo sis usurus.

8. Longum fuerit jam commemorare, quam delectatus sit munere Solon, et quæ dixerit, et quomodo ab eo inde tempore una vixerint, quum alter quidem, Solon, institueret et doceret pulcherrima quæque, et amicum omnibus conciliaret Anacharsin, et bonis eum Græcorum admoveret, omni ratione curans ut quam suavissime in Græcia ætatem ageret : alter vero, Anacharsis, sapientiam hujus admiraretur, nec latum pedem ab illo sua voluntate discederet. Ut enim promiserat illi Toxaris, ex uno viro Solone brevissimo tempore cognoscebat omnia, et innotescebat omnibus, et in honore erat propter illum : neque enim parvum quiddam erat laudans Solon; sed homines hac etiam in re illi tanquam legislatori obsequebantur, amabantque quos ille probaret, et optimos esse viros credebant. Denique ad mysteria etiam admissus est Anacharsis, solus barbarorum, civitatis ante jure donatus, si fides habenda est Theoxeno, hoc etiam de illo narranti. Et ne rediturus quidem erat, puto, in Scythiam, nisi Solon esset mortuus.

9. Vultin' igitur jam inducam etiam finem et coronidem fabulæ, ne sine capite oberret? Jam enim sciendum est cujus mihi rei causa Anacharsis e Scythia Toxarisque nunc in Macedoniam venerint, adducentes insuper Solonem, se-

ἐπαγομένῳ Ἀθήνηθεν. Φημὶ δὴ ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν τῷ Ἀναχάρσιδι, καὶ πρὸς Χαρίτων μὴ νεμεσήσητέ μοι τῆς εἰκόνος, εἰ βασιλικῷ ἀνδρὶ ἐμαυτὸν εἴκασα· βάρβαρος μὲν γὰρ κἀκεῖνος καὶ οὐδέν τι φαίης ἂν τοὺς Σύρους ἡμᾶς φαυλοτέρους εἶναι τῶν Σκυθῶν. Ἀτὰρ οὐδὲ κατὰ τὸ βασιλικὸν εἰσποιῶ τἀμὰ ἐς τὴν ὁμοιότητα, κατ' ἐκεῖνα δέ· ὅτε γὰρ πρῶτον ἐπεδήμησα ὑμῶν τῇ πόλει, ἐξεπλάγην μὲν εὐθὺς ἰδὼν τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος καὶ τῶν ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν καὶ λαμπρότητα πᾶσαν· ὥστε ἐπὶ πολὺ ἐτεθήπειν πρὸς ταῦτα καὶ οὐκ ἐξήρκουν τῷ θαύματι, οἷόν τι καὶ ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος ἐπεπόνθει πρὸς τὴν τοῦ Μενελάου οἰκίαν. Καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι τὴν γνώμην ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ τοσαύτῃ καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον

> ἀνθοῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν οἷς θάλλει πόλις.

10. Οὕτω δὴ ἔχων ἐσκοπούμην ἤδη περὶ τῶν πρακτέων, καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τῶν λόγων ὑμῖν πάλαι ἐδέδοκτο — τίσι γὰρ ἂν ἄλλοις ἔδειξα σιωπῇ παροδεύσας τηλικαύτην πόλιν; ἐζήτουν γάρ, οὐδὲ ἀποκρύψομαι τἀληθές, οἵτινες οἱ προὔχοντες εἶεν καὶ οἷς ἄν τις προσελθὼν καὶ ἐπιγραψάμενος προστάτας συναγωνισταῖς χρῷτο πρὸς τὰ ὅλα. Ἐνταῦθά μοι οὐχ εἷς, ὥσπερ τῷ Ἀναχάρσιδι, καὶ οὗτος βάρβαρος, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοί, μᾶλλον δὲ πάντες τὰ αὐτὰ μόνον οὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον· ὦ ξένε, πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι χρηστοὶ καὶ δεξιοὶ ἀνὰ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἂν ἀλλαχόθι τοσούτους εὕροις ἄνδρας ἀγαθούς, δύο δὲ μάλιστά ἐστον ἡμῖν ἄνδρε ἀρίστω, γένει μὲν καὶ ἀξιώματι πολὺ προὔχοντες ἁπάντων, παιδείᾳ δὲ καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ δεκάδι παραβάλλοις ἄν· ἡ δὲ παρὰ τοῦ δήμου εὔνοια πάνυ ἐρωτικὴ πρὸς αὐτούς, καὶ τουτὶ γίγνεται, ὅ τι ἂν οὗτοι ἐθέλωσιν· ἐθέλουσι γὰρ ὅ τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. Τὴν μὲν γὰρ χρηστότητα καὶ τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν καὶ τὸ ἐν μεγέθει τοσούτῳ ἀνεπίφθονον καὶ τὸ μετ' εὐνοίας αἰδέσιμον καὶ τὸ πρᾷον καὶ τὸ εὐπρόσοδον αὐτὸς ἂν ἄλλοις διηγήσαιο πειραθεὶς μικρὸν ὕστερον.

11. Καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστόν, υἱὸς καὶ πατήρ, ὁ μέν, εἴ τινα Σόλωνα ἢ Περικλέα ἢ Ἀριστείδην ἐπινοεῖς, ὁ δὲ υἱὸς καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα ἐπάξεταί σε, οὕτω μέγας ἐστὶ καὶ καλὸς ἀρρενωπήν τινα τὴν εὐμορφίαν· εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος, τοσαύτην Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει. Ἥ γέ τοι πόλις ἅπασα κεχηνότες αὐτοῦ ἀκούουσιν, ὁπόταν δημηγορήσων παρέλθῃ, ὁποῖόν φασι τοὺς τότε Ἀθηναίους πρὸς τὸν τοῦ Κλεινίου πεπονθέναι, παρ' ὅσον τοῖς μὲν οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέλησε τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβιάδου, τοῦτον δὲ ἡ πόλις οὐ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖσθαι ἤδη ἀξιοῖ, καὶ ὅλως ἓν τοῦτο ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἐστι καὶ μέγα ὄφελος ἅπασιν, ἀνὴρ οὗτος. Εἰ δὴ αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ δέξαιντό σε καὶ φίλον ποιήσαιντο, πᾶσαν ἔχεις τὴν

nem virum, Athenis. Aio nimirum simile mihi quiddam Anacharsidi usu venisse : et, per ego vos Gratiarum numen rogo, nolite irasci mihi ob istam imaginem, si regii generis viro me assimilavi. Barbarus enim et ille; neque Syros nos Scythis ulla in re deteriores temere dixeris. Ego vero non quantum ad regiam nobilitatem, similitudinem illam affecto, sed quantum ad illa priora. Quum enim primum peregrinus vestram in urbem veni, statim quidem perculsus sum conspecta magnitudine, et pulchritudine, et civium numero, et reliqua omni facultate ac splendore. Itaque diu ad ista stupebam, nec par eram admirationi, quale quid illi de insula adolescenti accidit ad Menelai domum. Et debebam ita animo affici, qui viderem urbem in eo culmine constitutam, et secundum poetam, omnibus

> bonis florentem, civitas quis possiet.

10. Ita nempe habens, quid agendum esset, jam considerabam. Et facultatis quidem dicendi specimen vobis præbere decretum olim fuerat : quibus enim præberem aliis, si silentio talem urbem præterirem? Quærebam enim (neque verum celabo) qui essent principes, et quibus quis applicans se et patronis sibi ascitis, deinde auxiliatoribus uti ad universa posset. Hic mihi non unus aliquis, ut Anacharsidi, isque barbarus, Toxaris, sed multi, quin omnes eadem tantum non iisdem syllabis dixere : Multi quidem, hospes, et alii boni dextrique in urbe viri, neque alias tot bonos viros invenias : verum duo maxime sunt nobis viri optimi, genere quidem et dignitate multum superiores omnibus, doctrina autem et eloquentia Atticæ illos decadi comparaveris : præterea populari gratia ita florent, ut plane amentur : fitque quicquid hi volunt; volunt enim quicquid optimum est urbi. Nam benignitatem ipsorum et in hospites humanitatem, et quod in tanta magnitudine nullum invidiæ locum relinquunt, et quod in illa se benevolentia venerabiles tamen præstant, et quam sint placidi, quam faciles accessus habeant; tute aliis enarrare poteris, periculo paullo post facto.

11. Utque magis mireris, ex una eademque domo sunt, filius et pater : hic quidem, si Solonem aliquem aut Periclem aut Aristidem cogitas, talis : filius vero, ubi primum videris, statim te amicum sibi adjunget, ita procerus est et virili quadam formositate pulcher : deinde si locutus modo fuerit, ilicet auribus te devincto abibit, tantam in lingua venerem habet juvenis. Urbs quidem universa hiantes eum audiunt quoties in concionem prodierit oraturus, id quod aiunt Atheniensibus, qui tum erant, in Cliniæ filio accidisse : nisi quod illos quidem non ita multo post amoris illius, quo prosecuti Alcibiadem fuerant, pœnituit; hunc vero non amat modo civitas, sed reverentia jam dignatur : denique unum hoc publicum nostrum bonum est, et maxima omnibus utilitas, hic vir! Si igitur et ipse et ipsius pater recipiant te et amicum sibi faciant, civitatem habes universam : et hoc solum opus est, ut manu significationem

πόλιν, καὶ ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκέτ' ἐνδοιάσιμα τὰ σά. Ταῦτα νὴ τὸν Δί' ἅπαντες ἔλεγον, εἰ χρὴ καὶ ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ, καί μοι ἤδη πειρωμένῳ τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι ἔδοξαν. « Οὐχ ἕδρας τοίνυν οὐδ' ἀμβολᾶς ἔργον, » ὡς ὁ Κεῖός φησιν, ἀλλὰ χρὴ πάντα μὲν κάλων κινεῖν, πάντα δὲ πράττειν καὶ λέγειν, ὡς φίλοι ἡμῖν τοιοῦτοι γένοιντο· ἢν γὰρ τοῦθ' ὑπάρξῃ, εὔδια πάντα καὶ πλοῦς οὔριος καὶ λειοκύμων ἡ θάλαττα καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

XXV.

ΠΩΣ ΔΕΙ ΙΣΤΟΡΙΑΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΝ.

1. Ἀβδηρίταις φασὶ Λυσιμάχου ἤδη βασιλεύοντος πεσεῖν τι νόσημα, ὦ καλὲ Φίλων, τοιοῦτο· πυρέττειν μὲν γὰρ τὰ πρῶτα πανδημεὶ ἅπαντας ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς ἐρρωμένως καὶ λιπαρεῖ τῷ πυρετῷ, περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην τοῖς μὲν αἷμα πολὺ ἐκ ῥινῶν ῥυέν, τοῖς δ' ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, πολὺς καὶ οὗτος, ἔλυσε τὸν πυρετόν. Ἐς γελοῖον δέ τι πάθος περιίστα τὰς γνώμας αὐτῶν· ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν παρεκινοῦντο καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμονῴδουν καὶ τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν ἐν μέρει διεξῄεσαν, καὶ μεστὴ ἦν ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λεπτῶν τῶν ἑβδομαίων ἐκείνων τραγῳδῶν,

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως,

καὶ τὰ ἄλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοώντων καὶ τοῦτο ἐπὶ πολύ, ἄχρι δὴ χειμὼν καὶ κρύος δὲ μέγα γενόμενον ἔπαυσε ληροῦντας αὐτούς. Αἰτίαν δέ μοι δοκεῖ τοῦ τοιούτου παρασχεῖν Ἀρχέλαος ὁ τραγῳδός, εὐδοκιμῶν τότε, μεσοῦντος τοῦ θέρους ἐν πολλῷ τῷ φλογμῷ τραγῳδήσας αὐτοῖς τὴν Ἀνδρομέδαν, ὡς πυρέξαι τε ἀπὸ τοῦ θεάτρου τοὺς πολλοὺς καὶ ἀναστάντας ὕστερον ἐς τὴν τραγῳδίαν παρολισθάνειν, ἐπὶ πολὺ ἐμφιλοχωρούσης τῆς Ἀνδρομέδας τῇ μνήμῃ αὐτῶν καὶ τοῦ Περσέως ἔτι σὺν τῇ Μεδούσῃ τὴν ἑκάστου γνώμην περιπετομένου.

2. Ὡς οὖν ἕν, φασίν, ἑνὶ παραβαλεῖν, τὸ Ἀβδηριτικὸν ἐκεῖνο πάθος καὶ νῦν τοὺς πολλοὺς τῶν πεπαιδευμένων περιελήλυθεν, οὐχ ὥστε τραγῳδεῖν — ἔλαττον γὰρ ἂν τοῦτο παρέπαιον ἀλλοτρίοις ἰαμβείοις, οὐ φαύλοις κατεσχημένοι — ἀλλ' ἀφ' οὗ δὴ τὰ ἐν ποσὶ ταῦτα κεκίνηται, ὁ πόλεμος ὁ πρὸς βαρβάρους καὶ τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ τραῦμα καὶ αἱ συνεχεῖς νῖκαι, οὐδεὶς ὅστις οὐχ ἱστορίαν συγγράφει, μᾶλλον δὲ Θουκυδίδαι καὶ Ἡρόδοτοι καὶ Ξενοφῶντες ἡμῖν ἅπαντες, καὶ ὡς ἔοικεν, ἀληθὲς ἄρ' ἦν ἐκεῖνο τό, « Πόλεμος ἁπάντων πατήρ, » εἴ γε καὶ συγγραφέας τοσούτους ἀνέφυσεν ὑπὸ μιᾷ τῇ ὁρμῇ.

3. Ταῦτα τοίνυν, ὦ φιλότης, ὁρῶντα καὶ ἀκούοντά με τὸ τοῦ Σινωπέως ἐκεῖνο εἰσῆλθεν· ὁπότε γὰρ ὁ Φί-

voluntatis edant, neque amplius de tuis fortunis dubitare licebit. Hæc, ita me Jupiter (si jusjurandum adjicere orationi fas est), dixerunt universi : et mihi jam experienti, vix aliquam de multis partem eorum, quæ insunt, dixisse videbantur. Non igitur desidendi aut differendi, ut Ceus poeta ait, jam tempus est, sed funem omnem movere oportet, facereque et dicere omnia, hi ut amici nobis fiant. Hoc enim si contigerit, serena omnia, et secunda navigatio, et molli fluctu leniter motum mare, et portus in proximo.

XXV.

QUOMODO HISTORIA CONSCRIBENDA SIT.

1. Abderitas dicitur Lysimacho jam regnante morbus invasisse, mi jucundissime Philo, talis : primum enim febri correptam esse universam civitatem, eaque statim ab initio vehementissima et continua : circa diem vero septimum aliis sanguis copiosus naribus fluens, aliis sudor superveniens largus et ipse, febrim solvit. At illa febris in ridiculam quandam affectionem mentes illorum conjecit : omnes ad tragœdiam velut furore correpti ferebantur, et iambica recitabant clamantes valide, maxime vero Euripideæ Andromedæ cantica modulate pronunciabant, et illam Persei orationem per vices declamabant. Plena igitur urbs erat pallida multitudine et extenuata, septiduanis inquam illis tragœdis,

Tuque, o deorum atque hominum sæve rex, Amor,

et reliqua voce magna proclamantibus, idque diutine, donec scilicet hiems et gelu magnum factum delirantes eos sisteret. Causam vero mihi videtur ejus rei præbuisse Archelaus, tragœdus ea ætate favore hominum florens, qui media æstate per multum æstum, Andromedam illis egerat, adeo ut ab ipso theatro multi febricitarent, et ubi convaluissent, deinde in tragœdiam delaberentur, utpote quorum memoriæ diutine insideret Andromeda, et Perseus cum sua Medusa singulorum mentes adhuc circumvolitaret.

2. Si igitur unum, quod aiunt, alteri comparare fas est, Abderiticus ille morbus nunc quoque eruditorum multos occupavit, non illos quidem uti tragœdias agant (levius enim sic delirarent, si iambis alienis nec malis capti tenerentur), sed ex quo præsens hic motus exstitit, bellum, inquam, contra barbaros, et vulnus in Armenia acceptum. et victoriæ perpetuæ; nemo est quin conscribat historiam, potius vero Thucydides nobis, et Herodoti, et Xenophontes sunt omnes : proinde, ut videtur, verum erat illud, bellum omnium esse patrem, si etiam tot numero historicos hoc uno impetu genuit.

3. Hæc igitur, amice, videntem me et audientem Sinopensis illud subiit. Quum enim jam appropinquare cum

λιππος ἐλέγετο ἤδη ἐπελαύνειν, οἱ Κορίνθιοι πάντες ἐταράττοντο καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν, ὁ μὲν ὅπλα ἐπισκευάζων, ὁ δὲ λίθους παραφέρων, ὁ δὲ ὑποικοδομῶν τοῦ τείχους, ὁ δὲ ἔπαλξιν ὑποστηρίζων, ὁ δὲ ἄλλος ἄλλο τι τῶν χρησίμων ὑπουργῶν. Ὁ δὴ Διογένης ὁρῶν ταῦτα, ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ὅ τι καὶ πράττοι — οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ ἐς οὐδὲν ἐχρῆτο — διαζωσάμενος τὸ τριβώνιον σπουδῇ μάλα καὶ αὐτὸς ἐκύλιε τὸν πίθον, ἐν ᾧ ἐτύγχανεν οἰκῶν, ἄνω καὶ κάτω τοῦ Κρανείου· καί τινος τῶν συνήθων ἐρομένου, Τί ταῦτα ποιεῖς, ὦ Διόγενες; Κυλίω, ἔφη, κἀγὼ τὸν πίθον, ὡς μὴ μόνος ἀργεῖν δοκοίην ἐν τοσούτοις ἐργαζομένοις.

4. Καὐτὸς οὖν, ὦ Φίλων, ὡς μὴ μόνος ἄφωνος εἴην ἐν οὕτω πολυφώνῳ τῷ καιρῷ μηδ' ὥσπερ κωμικὸν δορυφόρημα κεχηνὼς σιωπῇ παραφεροίμην, καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον, ὡς δυνατόν μοι κυλῖσαι τὸν πίθον, οὐχ ὡς ἱστορίαν συγγράφειν οὐδὲ πράξεις αὐτὰς διεξιέναι· οὐχ οὕτω μεγαλότολμος ἐγὼ, μηδὲ τοῦτο δείσῃς περὶ ἐμοῦ· οἶδα γὰρ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ κατὰ τῶν πετρῶν κυλίοι τις, καὶ μάλιστα οἷον τοὐμὸν τοῦτο πιθάκνιον οὐδὲ πάνυ καρτερῶς κεκεραμευμένον· δεήσει γὰρ αὐτίκα μάλα πρὸς μικρόν τι λιθίδιον προσπταίσαντα συλλέγειν τὰ ὄστρακα. Τί οὖν ἔγνωσταί μοι καὶ πῶς ἀσφαλῶς μεθέξω τοῦ πολέμου, αὐτὸς ἔξω βέλους ἑστὼς, ἐγώ σοι φράσω. « Τούτου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος » καὶ φροντίδων, ὅσαι τῷ συγγραφεῖ ἔνεισιν, ἀνέξω ἐμαυτὸν εὖ ποιῶν, παραίνεσιν δέ τινα μικρὰν καὶ ὑποθήκας ταύτας ὀλίγας ὑποθήσομαι τοῖς συγγράφουσιν, ὡς κοινωνήσαιμι αὐτοῖς τῆς οἰκοδομίας, εἰ καὶ μὴ τῆς ἐπιγραφῆς, ἄκρῳ γε τῷ δακτύλῳ τοῦ πηλοῦ προσαψάμενος.

5. Καίτοι οὐδὲ παραινέσεως οἱ πολλοὶ δεῖν οἴονται σφίσιν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα, οὐ μᾶλλον ἢ τέχνης τινὸς ἐπὶ τὸ βαδίζειν ἢ βλέπειν ἢ ἐσθίειν, ἀλλὰ πάνυ ῥᾷστον καὶ πρόχειρον καὶ ἅπαντος εἶναι ἱστορίαν συγγράψαι, ἤν τις ἑρμηνεῦσαι τὸ ἐπελθὸν δύνηται· τὸ δὲ οἶσθά που καὶ αὐτὸς, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐ τῶν εὐμεταχειρίστων οὐδὲ ῥᾳθύμως συντεθῆναι δυναμένων τοῦτ' ἐστὶν, ἀλλ', εἴ τι ἐν λόγοις καὶ ἄλλο, πολλῆς τῆς φροντίδος δεόμενον, ἤν τις, ὡς ὁ Θουκυδίδης φησὶν, ἐς ἀεὶ κτῆμα συντιθῇ. Οἶδα μὲν οὖν οὐ πάνυ πολλοὺς αὐτῶν ἐπιστρέψων, ἐνίοις δὲ καὶ πάνυ ἐπαχθὴς δόξων, καὶ μάλιστα ὁπόσοις ἀποτετέλεσται ἤδη καὶ ἐν τῷ κοινῷ δέδεικται ἡ ἱστορία. Εἰ δὲ καὶ ἐπῄνηται ὑπὸ τῶν τότε ἀκροασαμένων, μανία ἣ γε ἐλπὶς ὡς οἱ τοιοῦτοι μεταποιήσουσιν ἢ μετεγγράψουσί τι τῶν ἅπαξ κεκυρωμένων καὶ ὥσπερ ἐς τὰς βασιλείους αὐλὰς ἀποκειμένων. Ὅμως δὲ οὐ χεῖρον καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους εἰρῆσθαι, ἵν', εἴ ποτε πόλεμος ἄλλος συσταίη, ἢ Κελτοῖς πρὸς Γέτας ἢ Ἰνδοῖς πρὸς Βακτρίους — οὐ γὰρ πρὸς ἡμᾶς γε τολμήσειεν ἄν τις, ἁπάντων ἤδη κεχειρωμένων — ἔχωσιν ἄμεινον συντιθέναι τὸν κανόνα τοῦτον προσάγοντες, ἤνπερ γε δόξῃ αὐτοῖς ὀρθὸς εἶναι· εἰ δὲ μὴ, αὐτοὶ μὲν καὶ τότε τῷ αὐτῷ πήχει ὥσπερ καὶ νῦν μετρούντων τὸ

exercitu nunciaretur Philippus, Corinthii omnes perturbari et operi faciendo incumbere; arma reficere alius, alius afferre lapides, alius murorum partem substruere, propugnaculum fulcire alius, denique alius aliud eorum, quae usui essent, subministrare. Diogenes vero videns ista, quum quid potissimum ageret non haberet, (nemo enim quisquam illo ad ullam rem utebatur), succincto palliolo suo, studiose admodum et ipse dolium, in quo tum degebat, volvere sursum deorsum in Craneo : et familiarium interrogante aliquo, Quorsum hæc facis, Diogenes? respondit, Volvo et ipse dolium, ne otiosus esse solus inter tot occupatos videar.

4. Itaque ipse ego quoque, Philon, ne mutus solus essem in vocali adeo tempore, neu comici satellitii instar hiante ore per silentium transirem, decere arbitratus sum, pro virili me quoque dolium volvere, non ut historiam scriberem, neque ut ipsa enarrem facta; non ita audax ego, neque ab ea re tu metueris saluti meæ : novi enim quantum sit periculum, si per saxa volvat aliquis præsertim quale meum est doliolum, ne sat firmo quidem opere figlino constructum : cogar enim, si vel ad parvum lapillum offendam, ilico colligere testas. Quid igitur decrĕtum mihi sit, et quomodo tutus in partem belli sim venturus, extra teli jactum constitutus ipse, tibi enarrabo. « Illo me fumo ac fluctu » et sollicitudinibus quæ historiarum scriptorem premunt, abstinebo sapiens; admonitionem vero parvam quandam, et pauca hæc præcepta subjiciam scribentibus, ut meæ quoque partes sint in ædificando, licet in inscriptione nulla mei mentio sit, qui extremo tantum digito lutum attigerim.

5. Quanquam neque admonitione plerique opus sibi esse putant ad hoc negotium, non magis quam arte quadam ad incedendum, aut videndum, aut edendum : sed facillimum omnino et promtum et uniuscujusque esse, scribere historiam, modo quis eloqui, quæ in mentem veniunt, possit. Hoc vero nosti forte ipse quoque, sodalis, quam non sit ex facillimis, neque ex iis quæ negligenter componi possint, sed hoc esse, si quid est in dicendi arte aliud, quod multa cura indigeat; si quis, ut ait Thucydides, possessionem in perpetuum condere velit. Novi equidem fore ut non admodum multos advertam inhibeamve; quibusdam etiam ut importunus plane videar, illis præsertim quibus jam perfecta est et ostensa in publico historia. Si vero etiam laudata sit ab iis qui tum recitantem audierint, insania fuerit vel sperare retractaturos aliquid ejusmodi homines aut aliter scripturos eorum quæ semel firmata auctoritatibus et quasi in aulis regiis reposita sint. Veruntamen non pessimum fuerit etiam ad illos ipsos dicta hæc esse, ut, si quando bellum confletur aliud, aut Celtarum adversus Getas, aut contra Bactrianos Indorum (neque enim contra nos quisquam ausit tale quid, perdomitis jam omnibus), habeant quomodo componere melius possint, applicanda hac norma, si quidem recta iis videatur esse : sin minus, ipsi quidem tum eadem ulna, qua nunc etiam,

πρᾶγμα· ὁ ἰατρὸς δὲ οὐ πάνυ ἀνιάσεται, ἢν πάντες Ἀβδηρῖται ἑκόντες Ἀνδρομέδαν τραγῳδῶσι.

6. Διττοῦ δὲ ὄντος τοῦ τῆς συμβουλῆς ἔργου, τὰ μὲν γὰρ αἱρεῖσθαι, τὰ δὲ φεύγειν διδάσκει, φέρε πρῶτα εἴπωμεν ἅτινα φευκτέον τῷ ἱστορίαν συγγράφοντι καὶ ὧν μάλιστα καθαρευτέον, ἔπειτα οἷς χρώμενος οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ὀρθῆς καὶ ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης, ἀρχήν τε οἵαν αὐτῷ ἀρκτέον καὶ τάξιν ἥντινα τοῖς ἔργοις ἐφαρμοστέον καὶ μέτρον ἑκάστου καὶ ἃ σιωπητέον καὶ οἷς ἐνδιατριπτέον καὶ ὅσα παραδραμεῖν ἄμεινον καὶ ὅπως ἑρμηνεῦσαι αὐτὰ καὶ συναρμόσαι. Ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα ὕστερον· νῦν δὲ τὰς κακίας ἤδη εἴπωμεν, ὁπόσαι τοῖς φαύλως συγγράφουσι παρακολουθοῦσιν. Ἃ μὲν οὖν κοινὰ πάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα ἔν τε φωνῇ καὶ ἁρμονίᾳ καὶ διανοίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀτεχνίᾳ, μακρόν τε ἂν εἴη ἐπελθεῖν καὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως οὐκ ἴδιον· [κοινὰ γάρ, ὡς ἔφην, ἁπάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα ἔν τε φωνῇ καὶ ἁρμονίᾳ].

7. Ἃ δ' ἐν ἱστορίᾳ διαμαρτάνουσι, τὰ τοιαῦτα ἂν εὕροις ἐπιτηρῶν, οἷα κἀμοὶ πολλάκις ἀκροωμένῳ ἔδοξε, καὶ μάλιστα ἢν ἅπασιν αὐτοῖς ἀναπετάσῃς τὰ ὦτα. Οὐκ ἄκαιρον δὲ μεταξὺ καὶ ἀπομνημονεῦσαι ἔνια παραδείγματος ἕνεκα τῶν ἤδη οὕτω συγγεγραμμένων, καὶ πρῶτόν γε ἐκεῖνο, ἡλίκον ἁμαρτάνουσιν, ἐπισκοπήσωμεν· ἀμελήσαντες γὰρ οἱ πολλοὶ αὐτῶν τοῦ ἱστορεῖν τὰ γεγενημένα τοῖς ἐπαίνοις ἀρχόντων καὶ στρατηγῶν ἐνδιατρίβουσι, τοὺς μὲν οἰκείους εἰς ὕψος ἐπαίροντες, τοὺς πολεμίους δὲ πέρα τοῦ μετρίου καταρρίπτοντες, ἀγνοοῦντες ὡς οὐ στενῷ τῷ ἰσθμῷ διώρισται καὶ διατετείχισται ἡ ἱστορία πρὸς τὸ ἐγκώμιον, ἀλλά τι μέγα τεῖχος ἐν μέσῳ ἐστὶν αὐτῶν καὶ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν ἐστι πρὸς ἄλληλα, εἴ γε τῷ μὲν ἐγκωμιάζοντι μόνου ἑνὸς μέλει, ὁπωσοῦν ἐπαινέσαι καὶ εὐφρᾶναι τὸν ἐπαινούμενον, καὶ εἰ ψευσαμένῳ ὑπάρχει τυχεῖν τοῦ τέλους, ὀλίγον ἂν φροντίσειεν· ἡ δὲ οὐκ ἄν τι ψεῦδος ἐμπεσὸν ἡ ἱστορία, οὐδ' ἀκαριαῖον ἀνάσχοιτο, οὐ μᾶλλον ἢ τὴν ἀρτηρίαν ἰατρῶν παῖδές φασι τὴν τραχεῖαν παραδέξασθαι ἄν τι ἐς αὐτὴν καταποθέν.

8. Ἔτι ἀγνοεῖν ἐοίκασιν οἱ τοιοῦτοι ὡς ποιητικῆς μὲν καὶ ποιημάτων ἄλλαι ὑποσχέσεις καὶ κανόνες ἴδιοι, ἱστορίας δε ἄλλοι· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀκρατὴς ἡ ἐλευθερία καὶ νόμος εἷς, τὸ δόξαν τῷ ποιητῇ· ἔνθεος γὰρ καὶ κάτοχος ἐκ Μουσῶν, κἂν ἵππων ὑποπτέρων ἅρμα ζεύξασθαι ἐθέλῃ, κἂν ἐφ' ὕδατος ἄλλους ἢ ἐπ' ἀνθερίκων ἄκρων θευσομένους ἀναβιβάσηται, φθόνος οὐδείς, οὐδὲ ὁπόταν ὁ Ζεὺς αὐτῶν ἀπὸ μιᾶς σειρᾶς ἀνασπάσας αἰωρῇ ὁμοῦ γῆν καὶ θάλατταν, δεδίασι μὴ ἀπορραγείσης ἐκείνης συντριβῇ τὰ πάντα κατενεχθέντα· ἀλλὰ κἂν Ἀγαμέμνονα ἐπαινέσαι θέλωσιν, οὐδεὶς ὁ κωλύσων Διὶ μὲν αὐτὸν ὅμοιον εἶναι τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ὄμματα, τὸ στέρνον δὲ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τῷ Ποσειδῶνι, τὴν δὲ ζώνην τῷ Ἄρει, καὶ ὅλως σύνθετον ἐκ πάντων θεῶν γενέσθαι δεῖ τὸν Ἀτρέως καὶ Ἀερόπης· οὐ γὰρ ἱκανὸς ὁ

rem metiantur : medicus vero non valde angetur, si Abderitæ omnes sua voluntate agant Andromedam.

6. Quum autem duplex consilii officium sit, quod alia eligere docet, fugere vero alia : age primum dicamus, quæ fugienda sint scribenti historiam, et a quibus maxime sibi cavere debeat; deinde quibus rebus usus non aberret a vera via, quæque recto itinere ducat; quo initio illi sit incipiendum, quis ordo sit accommodandus rebus, quæ uniuscujusque mensura, quæ prætereunda silentio, quibus immorandum sit, quæ melius breviter percurrere, denique quomodo verbis explicanda omnia et inter se sint connectenda. Atque hæc quidem et similia his, deinde : jam nunc vero vitia dicamus, quæ malos scriptores comitantur. Quæ quidem igitur omni dictionis generi communia insunt peccata, in elocutione, in compositione, in sententia, in reliquis contra artis præcepta positis, longum fuerit persequi, et hujus argumenti minime proprium est. [Communia enim, quod modo dixi, omnis orationis vitia sunt in lingua et compositione.]

7. Quæ vero in historia peccant, ea, si observare velis, talia invenias, qualia mihi etiam, sæpe audienti recitanttes, videbantur, et maxime si omnibus illis patulas aures præbueris. Neque vero intempestivum, interea etiam speciminis causa quædam commemorare eorum, quæ jam ita scripta sunt. Et primum quidem illud quantum sit eorum peccatum inspiciamus, quod omittit vulgus illorum docere quæ facta sint, et in laudibus principum atque ducum immorantur, suos quidem tollentes in summum, hostes vero ultra modum deprimentes : ignari quam non angusto intervallo disterminata et separata sit ab encomio historia; sed magnum hisce quasi murum esse interpositum; et ut musicorum voce utamur, octavæ duplicis intervallo illa a se invicem distare : siquidem encomium scribenti illa sola cura est, quomodocumque laudare, et exhilarare eum, qui laudatur, et, si per mendacia finem illum consequi detur, parum curaverit; historia vero mendacium, quod forte inciderit, nullum ac ne minimum quidem ferat, non magis quam asperam arteriam recipere quicquam in illam glutitione delatum narrant medicorum filii.

8. Ignorare porro tales videntur, poeticæ artis et carminum aliam esse professionem et regulas proprias : alias vero historiæ. Illic enim immoderata libertas, et lex una, quicquid placuerit poetæ : quum enim divino afflatu plenus et a Musis obsessus sit, etiamsi alatos currui equos velit jungere, et si alios super aquas, aut per summas aristas decursuros constituat, invidia nulla est : neque, quum illorum Jupiter una catena in altum trahat terram et mare teneatque suspensa, metuunt ne rupta illa conterantur delapsa illa omnia : verum etiam si laudare Agamemnonem velint, nemo est qui intercedat, Jovi quidem illum similem caput et oculos, pectus fratri illius Neptuno, cincturam Marti, atque in universum compositum e diis omnibus fieri oportet Atrei et Aeropes filium : neque enim par Ju-

Ζεὺς οὐδ' ὁ Ποσειδῶν οὐδ' ὁ Ἄρης μόνος ἕκαστος ἀναπληρῶσαι τὸ κάλλος αὐτοῦ. Ἡ ἱστορία δὲ ἤν τινα κολακείαν τοιαύτην προσλάβῃ, τί ἄλλο ἢ πεζή τις ποιητικὴ γίγνεται, τῆς μεγαλοφωνίας μὲν ἐκείνης ἐστερημένη, τὴν λοιπὴν δὲ τερατείαν γυμνὴν τῶν μέτρων καὶ δι' αὐτὸ ἐπισημοτέραν ἐκφαίνουσα; Μέγα τοίνυν, μᾶλλον δὲ ὑπέρμεγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰ ἱστορίας καὶ τὰ ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπεισάγοι τῇ ἱστορίᾳ τὰ τῆς ἑτέρας κομμώματα, τὸν μῦθον καὶ τὸ ἐγκώμιον καὶ τὰς ἐν τούτοις ὑπερβολὰς, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τούτων καὶ κομιδῇ πρινίνων ἁλουργίσι περιβάλοι καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ καὶ φυκίον ἐντρίβοι καὶ ψιμύθιον τῷ προσώπῳ, Ἡράκλεις, ὡς καταγέλαστον ἂν αὐτὸν ἀπεργάσαιτο αἰσχύνας τῷ κόσμῳ ἐκείνῳ.

9. Καὶ οὐ τοῦτό φημι, ὡς οὐχὶ καὶ ἐπαινετέον ἐν ἱστορίᾳ ἐνίοτε· ἀλλ' ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι ἐπαινετέον καὶ μέτρον ἐπακτέον τῷ πράγματι, τὸ μὴ ἐπαχθὲς τοῖς ὕστερον ἀναγνωσομένοις αὐτὰ, καὶ ὅλως πρὸς τὰ ἔπειτα κανονιστέον τὰ τοιαῦτα, ἅπερ μικρὸν ὕστερον ἐπιδείξομεν. Οἳ δὲ οἴονται καλῶς διαιρεῖν ἐς δύο τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, καὶ διὰ τοῦτο εἰσποιοῦσι καὶ τὸ ἐγκώμιον εἰς αὐτὴν ὡς τερπνὸν καὶ εὐφραῖνον τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι; πρῶτον μὲν κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι· ἓν γὰρ ἔργον ἱστορίας καὶ τέλος, τὸ χρήσιμον, ὅπερ ἐκ τοῦ ἀληθοῦς μόνου συνάγεται. Τὸ τερπνὸν δὲ ἄμεινον μὲν εἰ καὶ αὐτὸ παρακολουθήσειεν, ὥσπερ καὶ κάλλος ἀθλητῇ, εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν κωλύσει ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι καὶ Νικόστρατον Ἰσιδότου, γεννάδαν ὄντα καὶ τῶν ἀνταγωνιστῶν ἑκατέρων ἀλκιμώτερον, εἰ αὐτὸς μὲν αἴσχιστος ὀφθῆναι εἴη τὴν ὄψιν, Ἀλκαῖος δὲ ὁ καλὸς ὁ Μιλήσιος ἀνταγωνίζοιτο αὐτῷ, καὶ ἐρώμενος, ὥς φασι, τοῦ Νικοστράτου ὤν. Καὶ τοίνυν ἡ ἱστορία, εἰ μὲν ἄλλως τὸ τερπνὸν παρεμπορεύσαιτο, πολλοὺς ἂν τοὺς ἐραστὰς ἐπισπάσαιτο, ἄχρι δ' ἂν καὶ μόνον ἔχῃ τὸ ἴδιον ἐντελὲς, λέγω δὲ τὴν τῆς ἀληθείας δήλωσιν, ὀλίγον τοῦ κάλλους φροντιεῖ.

10. Ἔτι κἀκεῖνο εἰπεῖν ἄξιον, ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κομιδῇ μυθῶδες καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες παρ' ἑκάτερον τοῖς ἀκούουσιν, ἢν μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοῇς, ἀλλὰ τοὺς δικαστικῶς καὶ νὴ Δία συκοφαντικῶς προσέτι γε ἀκροασομένους, οὓς οὐκ ἄν τι λάθοι παραδραμὸν, ὀξύτερον μὲν τοῦ Ἄργου ὁρῶντας καὶ πανταχόθεν τοῦ σώματος, ἀργυραμοιβικῶς δὲ τῶν λεγομένων ἕκαστα ἐξετάζοντας, ὡς τὰ μὲν παρακεκομμένα εὐθὺς ἀπορρίπτειν, παραδέχεσθαι δὲ τὰ δόκιμα καὶ ἔννομα καὶ ἀκριβῆ τὸν τύπον, πρὸς οὓς ἀποβλέποντα χρὴ συγγράφειν, τῶν δὲ ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν, κἂν διαρραγῶσιν ἐπαινοῦντες. Ἢν δὲ ἀμελήσας ἐκείνων ἡδύνῃς πέρα τοῦ μετρίου τὴν ἱστορίαν μύθοις καὶ ἐπαίνοις καὶ τῇ ἄλλῃ θωπείᾳ, τάχιστ' ἂν ὁμοίαν αὐτὴν ἐξεργάσαιο τῷ ἐν Λυδίᾳ Ἡρακλεῖ· ἑορακέναι γάρ σέ που εἰκὸς γεγραμμένον, τῇ Ὀμφάλῃ δουλεύοντα, πάνυ ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον,

piter, neque Neptunus, neque Mars, qui singuli per se pulchritudinem illius expleant. Historia vero, si quam id genus adulationem asciscat, quid aliud quam pedestris quædam poetica fiet, magnifico quidem illo dicendi genere privata, sed præstigias reliquas, nudatas numeris, et ob id ipsum magis conspicuas, ob oculos ponens? Magnum igitur, quin plus quam magnum illud vitium, si quis separare quæ historiæ sunt, et poeticæ, nesciat, sed historiæ fucum alterius artis inducat, fabulam puta et encomium, et quæ sunt in utroque exaggerationes : velut si quis athletam de robustorum horum numero unum, et plane ilicis instar durorum, purpureis vestibus induat reliquoque cultu meretricio, et fucum affricet cerussamque faciei : quam, Hercules! ridendum illum reddiderit, deturpatum cultu isto!

9. Neque hoc dico, quasi non et laudandum sit nonnunquam in historia : sed tempore opportuno laudandum, et modus huic negotio adhibendus, in quantum ea laus non molesta sit sequentis ævi lectoribus, et omnino ad posteritatis regulam dirigenda sunt talia, ut paullo post demonstrabimus. Qui vero putant bene se historiam in duas partes dividere, in suave et utile, ob eamque rem etiam encomium in eam inferunt, ut jucundum quiddam et lectores exhilarans, viden' quantum aberrarint a vero? primo quidem divisione quod utuntur fallaci; unum enim opus historiæ et finis, utilitas, quæ ex vero solo colligitur. Jucunditas vero melius quidem est si et ipsa consequatur, ut athletam pulchritudo : sin minus, nihil prohibebit quominus ab Hercule numeretur Nicostratus Isidóti, generosus vir et utrisque colluctatoribus suis fortior, licet ipse sit aspectu fœdissimus, Alcæus autem Milesius, pulcher ille, cum ipso certet, amasius adeo, ut aiunt, Nicostrati. Historia igitur, si quidem jucunditatem corollarii cujusdam instar adjiciat utilitati, multos amatores alliciet : verum ea quamdiu proprium modo negotium omnibus numeris absolvat, declarationem veritatis dico, pulchritudinem parum curabit.

10. Illud adhuc dicere e re fuerit, ne jucundum quidem esse in historia quod sit plane fabulosum; et laudes maxime molestas in utramque partem esse audientibus, si non fæcem populi et plebis multitudinem cogites, sed hos, qui judicum more, quin hercle calumniatorum insuper audituri sunt; quos nihil fugiat præterlapsum, acutius videntes Argo et ex omni parte corporis; tum trapezitica ratione singula quæ dicuntur examinantes, ut adulterina abjiciant protinus, proba autem et legitima et accurate expressa recipiant : ad quos videlicet inter scribendum oportet respicere, parum autem curare reliquos, si vel disrumpantur laudando. Sin, his neglectis, condiveris ultra modum historiam fabulis et laudibus et lenocinio reliquo, cito eam similem reddideris illi in Lydia Herculi : verisimile est enim alicubi eum te vidisse pictum, Omphalæ servientem, habitu exornatum

ἐκείνην μὲν τὸν λέοντα αὐτοῦ περιβεβλημένην καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν, ὡς Ἡρακλέα δῆθεν οὖσαν, αὐτὸν δὲ ἐν κροκωτῷ καὶ πορφυρίδι ἔρια ξαίνοντα καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης τῷ σανδαλίῳ· καὶ τὸ θέαμα αἴσχιστον, ἀφεστῶσα ἡ ἐσθὴς τοῦ σώματος καὶ μὴ προσιζάνουσα καὶ τοῦ θεοῦ τὸ ἀνδρῶδες ἀσχημόνως καταθηλυνόμενον.

11. Καὶ οἱ μὲν πολλοὶ ἴσως καὶ ταῦτά σου ἐπαινέσονται, οἱ ὀλίγοι δ' ἐκεῖνοι, ὧν σὺ καταφρονεῖς, μάλα ἡδὺ καὶ ἐς κόρον γελάσονται, ὁρῶντες τὸ ἀσύμφυλον καὶ ἀνάρμοστον καὶ δυσκόλλητον τοῦ πράγματος. Ἑκάστου γὰρ δὴ ἴδιόν τι καλόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο ἐναλλάξειας, ἀκαλλὲς τὸ αὐτὸ παρὰ τὴν χρῆσιν γίγνεται. Ἐῶ λέγειν ὅτι οἱ ἔπαινοι ἑνὶ μὲν ἴσως τερπνοί, τῷ ἐπαινουμένῳ, τοῖς δ' ἄλλοις ἐπαχθεῖς, καὶ μάλιστα ἢν ὑπερφυεῖς τὰς ὑπερβολὰς ἔχωσιν, οἵους αὐτοὺς οἱ πολλοὶ ἀπεργάζονται, τὴν εὔνοιαν τὴν παρὰ τῶν ἐπαινουμένων θηρώμενοι καὶ ἐνδιατρίβοντες ἄχρι τοῦ πᾶσι προφανῆ τὴν κολακείαν ἐξεργάσασθαι· οὐδὲ γὰρ κατὰ τέχνην αὐτὸ δρᾶν ἴσασιν οὐδ' ἐπισκιάζουσι τὴν θωπείαν, ἀλλ' ἐμπεσόντες ἀθρόα πάντα καὶ ἀπίθανα καὶ γυμνὰ διεξίασιν.

12. Ὥστ' οὐδὲ τυγχάνουσιν οὗ μάλιστα ἐφίενται· οἱ γὰρ ἐπαινούμενοι πρὸς αὐτῶν μισοῦσι μᾶλλον καὶ ἀποστρέφονται ὡς κόλακας, εὖ ποιοῦντες, καὶ μάλιστα ἢν ἀνδρώδεις τὰς γνώμας ὦσιν· ὥσπερ Ἀριστόβουλος μονομαχίαν γράψας Ἀλεξάνδρου καὶ Πώρου, καὶ ἀναγνόντος αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς — ᾤετο γὰρ χαριεῖσθαι τὰ μέγιστα τῷ βασιλεῖ ἐπιψευδόμενος ἀριστείας τινὰς αὐτῷ καὶ ἀναπλάττων ἔργα μείζω τῆς ἀληθείας — λαβὼν ἐκεῖνος τὸ βιβλίον — πλέοντες δὲ ἐτύγχανον ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Ὑδάσπῃ — ἔρριψεν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ ἐπειπών, καὶ σὲ δὲ οὕτως ἐχρῆν, ὦ Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα καὶ ἐλέφαντας ἑνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα. Καὶ ἔμελλέ γε οὕτως ἀγανακτήσειν ὁ Ἀλέξανδρος, ὅς γε οὐδὲ τὴν τοῦ ἀρχιτέκτονος τόλμαν ἠνέσχετο, ὑποσχομένου τὸν Ἄθω εἰκόνα ποιήσειν αὐτοῦ καὶ μετακοσμήσειν τὸ ὄρος εἰς ὁμοιότητα τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ κόλακα εὐθὺς ἐπιγνοὺς τὸν ἄνθρωπον οὐκέτ' οὐδ' ἐς τὰ ἄλλα ὁμοίως ἐχρῆτο.

13. Ποῦ τοίνυν τὸ τερπνὸν ἐν τούτοις, ἐκτὸς εἰ μή τις κομιδῇ ἀνόητος εἴη, ὡς χαίρειν τὰ τοιαῦτα ἐπαινούμενος, ὧν παρὰ πόδας οἱ ἔλεγχοι; ὥσπερ οἱ ἄμορφοι τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστά γε τὰ γύναια τοῖς γραφεῦσι παρακελευόμενα ὡς καλλίστας αὐτὰς γράφειν· οἴονται γὰρ ἄμεινον ἕξειν τὴν ὄψιν, ἢν ὁ γραφεὺς αὐταῖς ἐρύθημά τε πλεῖον ἐπανθίσῃ καὶ τὸ λευκὸν ἐγκαταμίξῃ πολὺ τῷ φαρμάκῳ. Τοιοῦτοι τῶν συγγραφόντων οἱ πολλοί εἰσι τὸ τήμερον καὶ τὸ ἴδιον καὶ τὸ χρειῶδες, ὅ τι ἂν ἐκ τῆς ἱστορίας ἐλπίσωσι, θεραπεύοντες, οὓς μισεῖσθαι καλῶς εἶχεν, ἐς μὲν τὸ παρὸν κόλακας προδήλους καὶ ἀτέχνους ὄντας, ἐς τοὐπιὸν δὲ ὕποπτον ταῖς ὑπερβολαῖς τὴν ὅλην πραγματείαν ἀποφαίνοντας. Εἰ δέ τις πάντως τὸ τερπνὸν ἡγεῖται κα-

plane alieno; illam quidem ipsius leonina indutam, clavamque manu tenentem, nempe quasi Hercules sit; ipsum vero in crocota et palla purpurea carpentem lanas, et sandalio ab Omphale percussum : in quo turpissimum illud est spectaculum, recedens a corpore vestis nec satis applicat, et quicquid in deo virile est, indecore effeminatum.

11. Ac vulgus quidem hæc ipsa fortasse tua laudaverit : at illi pauci, quos tu contemnis, suaviter sane et ad satietatem ridebunt, videntes rem absurdam, incongruam et combinari nesciam. Etenim sua cuique rei propria quædam est pulchritudo : quam si tu immutaveris, deforme idem per ipsum hunc usum reddideris. Mitto dicere, laudes istas uni quidem fortasse jucundas esse, illi qui laudatur, ceteris vero graves, præsertim si immodicas exaggerationes habeant, quales illas vulgus scribentium facit, dum aucupantur eorum quos laudant benevolentiam, et in iis eo usque morantur, donec manifestam omnibus adulationem effecerint. Neque enim cum arte hoc facere norunt neque obumbrant adulationem : sed facto impetu, conferta omnia et incredibilia et nuda persequuntur.

12. Quo fit ut ne assequantur quidem quod maxime concupiscunt. Qui enim ab ipsis laudantur, odio magis illos habent et tanquam adulatores aversantur, recte illi quidem, maxime si virili sunt ingenio. Quemadmodum, quum solitariam Alexandri cum Poro pugnam scripsisset Aristobulus, et illum maxime libri sui locum ei recitaret (putabat enim maximam se a rege gratiam initurum, quod mentiendo fortia quædam facta illi astrueret et gesta fingeret vero majora), arreptum ille librum (commodum autem in Hydaspe fluvio navigabant) præcipitem in aquam abjecit, addens, Te quoque sic oportebat, Aristobule, qui tales pro me pugnas singulares inieris, et uno jaculo elephantos interficias. Et consentaneum erat ita indignari Alexandrum, qui neque architecti conatum tulisset, polliciti se Athonem statuam ipsius facturum et in regis simulacrum transformaturum esse montem : sed adulatorem statim hominem intelligens, non amplius illo neque ad alia similiter ut antea usus est.

13. Ubi igitur in hisce jucunditas illa, nisi si quis plane sit stupidus, ut se in talibus laudari gaudeat, quorum e vestigio ostendi vanitas possit? ut homines deformes, et præsertim mulierculæ, quæ pictoribus injungunt, se ut quam pulcherrimas pingant : putant enim speciosiore se futuras facie, si plus floridi ruboris pictor asperserit et album multum pigmento admiscuerit. Tale est vulgus historicorum, qui præsenti tempori et suæ rei et utilitati, quam sperant ex historia, serviant: quos bonum erat odisse, in præsentia quidem adulatores manifestos et artis rudes, in futurum autem suis exaggerationibus suspectum reddentes totum illud historiæ scribendæ studium. Si quis vero putat

17.

ταμεμίχθαι δεῖν τῇ ἱστορίᾳ πάσῃ, **** ἀλλὰ ἃ σὺν ἀληθείᾳ τερπνά ἐστιν ἐν τοῖς ἄλλοις κάλλεσι τοῦ λόγου, ὧν ἀμελήσαντες οἱ πολλοὶ τὰ μηδὲν προσήκοντα ἐπεισκυκλοῦσιν.

14. Ἐγὼ δ' οὖν καὶ διηγήσομαι ὁπόσα μέμνημαι ἔναγχος ἐν Ἰωνίᾳ συγγραφέων τινῶν, καὶ νὴ Δία ἐν Ἀχαΐᾳ πρῴην ἀκούσας τὸν αὐτὸν τοῦτον πόλεμον διηγουμένων· καὶ πρὸς Χαρίτων μηδεὶς ἀπιστήσῃ τοῖς λεχθησομένοις· ὅτι γὰρ ἀληθῆ ἐστι κἂν ἐπωμοσάμην, εἰ ἀστεῖον ἦν ὅρκον ἐντιθέναι συγγράμματι. Εἷς μέν τις αὐτῶν ἀπὸ Μουσῶν εὐθὺς ἤρξατο παρακαλῶν τὰς θεὰς συνεφάψασθαι τοῦ συγγράμματος. Ὁρᾷς ὡς ἐμμελὴς ἡ ἀρχὴ καὶ περὶ πόδα τῇ ἱστορίᾳ καὶ τῷ τοιούτῳ εἴδει τῶν λόγων πρέπουσα; Εἶτα μικρὸν ὑποβὰς Ἀχιλλεῖ μὲν τὸν ἡμέτερον ἄρχοντα εἴκαζε, Θερσίτῃ δὲ τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, οὐκ εἰδὼς ὅτι ὁ Ἀχιλλεὺς ἀμείνων ἦν αὐτῷ, εἰ Ἕκτορα μᾶλλον ἢ Θερσίτην καθῄρει, καὶ εἰ πρόσθεν μὲν ἔφευγεν ἐσθλός τις,

ἐδίωκε δέ μιν μέγ' ἀμείνων.

Εἶτ' ἐπῆγεν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκώμιον, καὶ ὡς ἄξιος εἴη συγγράψαι τὰς πράξεις οὕτω λαμπρὰς οὔσας. Ἤδη δὲ κατιὼν ἐπῄνει καὶ τὴν πατρίδα τὴν Μίλητον, προστιθεὶς ὡς ἄμεινον ποιοῖ τοῦτο τοῦ Ὁμήρου μηδὲν μνησθέντος τῆς πατρίδος. Εἶτ' ἐπὶ τέλει τοῦ προοιμίου ὑπισχνεῖτο διαρρήδην καὶ σαφῶς, ἐπὶ μεῖζον μὲν ἀρεῖν τὰ ἡμέτερα, τοὺς βαρβάρους δὲ καταπολεμήσειν καὶ αὐτός, ὡς ἂν δύνηται· καὶ ἤρξατό γε τῆς ἱστορίας οὕτως, αἴτια ἅμα τῆς τοῦ πολέμου ἀρχῆς διεξιών· « Ὁ γὰρ μιαρώτατος καὶ κάκιστα ἀπολούμενος Οὐολόγεσος ἤρξατο πολεμεῖν δι' αἰτίαν τοιάνδε. »

15. Οὗτος μὲν τοιαῦτα. Ἕτερος δὲ Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἄκρος, οἷος εὖ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ εἰκασμένος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκεῖνος σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν. Ὅρα γάρ· « Κρεπέρηος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων καὶ Ῥωμαίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς ξυνισταμένου. » Ὥστε μετά γε τοιαύτην ἀρχὴν τί ἄν σοι τὰ λοιπὰ λέγοιμι, ὁποῖα ἐν Ἀρμενίᾳ ἐδημηγόρησε τὸν Κερκυραῖον αὐτὸν ῥήτορα παραστησάμενος, ἢ οἷον Νισιβηνοῖς λοιμὸν τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένοις ἐπήγαγε παρὰ Θουκυδίδου χρησάμενος ὅλον ἄρδην πλὴν μόνου τοῦ Πελασγικοῦ καὶ τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν, ἐν οἷς οἱ τότε λοιμώξαντες ᾤκησαν; τὰ δ' ἄλλα καὶ ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο, ὥστε καὶ ἐς Αἴγυπτον κατέβη καὶ ἐς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολλήν, καὶ ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν εὖ ποιῶν. Ἐγὼ γοῦν θάπτοντα ἔτι αὐτὸν καταλιπὼν τοὺς ἀθλίους Ἀθηναίους ἐν Νισίβι ἀπῆλθον ἀκριβῶς εἰδὼς καὶ ὅσα ἀπελθόντος ἐρεῖν ἔμελλε. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἐπιεικῶς πολὺ νῦν ἐστι, τὸ οἴεσθαι τοῦτ' εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ἐοικότα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις,[μικρὰ κἀκεῖνα, ὅπως καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, οὐ δι' αὐτὴν ἴδια]. Κἀκεῖνο

omnino jucundum admistum esse debere historiæ, **** sed quæ cum veritate jucunda sunt in aliis orationis ornamentis, quibus neglectis vulgares illi ea, quæ nihil ad rem faciunt, inculcant.

14. Jamque equidem narrabo quæ memini nuperrime in Ionia ex historicis quibusdam, et mehercle in Achaia quoque, non ita pridem audire, idem hoc bellum narratione persequentibus. Et per ego vos Gratias obsecro, nemo his quæ dicentur fidem deneget: vera enim esse dejerare etiam possim, si urbanum esset jusjurandum scripto interponere. Unus quidem illorum aliquis a Musis statim initium fecit, precatus deas, ut manum scriptioni secum admoveant. Viden' quam concinnum principium, et apte conveniens historiæ, quodque tale orationis genus deceret? Tum paullum progressus Achilli quidem nostrum principem comparabat, Thersitæ autem regem Persarum, ignarus tanto sibi præstantiorem futurum fuisse Achillem, si Hectorem potius quam Thersiten interemisset, et si ante quidem fugisset fortis aliquis, hunc autem « egisset multum præstantior alter. » Deinde subjunxit de se ipso encomium quoddam, quamque dignus sit scriptor claris adeo rebus gestis. Jam vero progressus Miletum laudabat patriam suam, subjiciens, melius hac in re facere se quam Homerum, qui mentionem patriæ nusquam injecerit. Deinde in fine procemii pollicebatur disertis verbis et clare, se elaturum in majus res nostras, barbaros autem, quantum in se esset, bello et ipsum oppressurum: atque incipiebat hoc modo historiam, simul causas belli incepti persequens: « Impurissimus enim ille et pessimis exemplis periturus Vologesus, bellare cœpit propter causam ejusmodi.

15. Hic quidem talia. Alius vero, Thucydidis æmulus absolutissimus scilicet et quam maxime ad archetypi sui similitudinem compositus, initium itidem ut ille a suo nomine fecit, elegantissimum omnium exordium, et quod thymum Atticum redoleat. Ecce enim: « Crepereius Calpurnianus Pompeiopolitanus, descripsit bellum Parthorum et Romanorum, ut inter se pugnarunt; initio facto ab eo tempore, quo conflatum est. » Ut post tale exordium, quid reliqua tibi dicam, quales in Armenia conciones habuerit, in medium producto ipso Corcyræorum oratore? aut qualem Nisibenis, qui Romanas partes non essent secuti, pestilentiam immiserit, sumtam mutuo confertim totam a Thucydide, excepto solo Pelasgico et longis mœnibus, in quibus habitarant tum pestilentia correpti? Ceterum et ipsa inceperat ab Æthiopia, ita ut deinde in Ægyptum descenderet, et in regis terras plurimas, et bonum factum, quod in illis mansit. Equidem sepelientem illum in Nisibi miseros Athenienses relinquens discessi, quum accurate nossem quæ etiam post meum discessum dicturus erat. Nam rursus hoc etiam valde frequens nunc est, uti putent hoc esse Thucydideis similia dicere, si quis paucis immutatis ipsa illius verba proferat, [minuta et illa, ut ipse quoque dixeris, non . . . propria]. Illud parum aberat quin omit-

ὀλίγου δεῖν παρέλιπον· ὁ γὰρ αὐτὸς οὗτος συγγραφεὺς πολλὰ καὶ τῶν ὅπλων καὶ τῶν μηχανημάτων, ὡς Ῥωμαῖοι αὐτὰ ὀνομάζουσιν, οὕτως ἀνέγραψε, καὶ τάφρον ὡς ἐκεῖνοι καὶ γέφυραν καὶ τὰ τοιαῦτα. Καί μοι ἐννόησον ἡλίκον τὸ ἀξίωμα τῆς ἱστορίας καὶ ὡς Θουκυδίδῃ πρέπον, μεταξὺ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων τὰ Ἰταλιωτικὰ ταῦτα ἐγκεῖσθαι, ὥσπερ τὴν πορφύραν ἐπικοσμοῦντα καὶ ἐμπρέποντα καὶ πάντως συνᾴδοντα.

16. Ἄλλος δέ τις αὐτῶν ὑπόμνημα τῶν γεγονότων γυμνὸν συναγαγὼν ἐν γραφῇ κομιδῇ πεζὸν καὶ χαμαιπετὲς, οἷον καὶ στρατιώτης ἄν τις τὰ καθ' ἡμέραν ἀπογραφόμενος συνέθηκεν ἢ τέκτων ἢ κάπηλός τις συμπερινοστῶν τῇ στρατιᾷ. Πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαρίεντι καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι προπεπονηκώς. Τοῦτο μόνον ᾐτιασάμην αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ἐπέγραψε τὰ βιβλία τραγικώτερον ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τύχην· « Καλλιμόρφου ἰατροῦ τῆς τῶν κοντοφόρων ἕκτης ἱστοριῶν Παρθικῶν » καὶ ὑπεγέγραπτο ἑκάστῃ ὁ ἀριθμός· καὶ νὴ Δία καὶ τὸ προοίμιον ὑπέρψυχρον ἐποίησεν οὕτως συναγαγών· οἰκεῖον εἶναι ἰατρῷ ἱστορίαν συγγράφειν, εἴ γε ὁ Ἀσκληπιὸς μὲν Ἀπόλλωνος υἱὸς, Ἀπόλλων δὲ Μουσηγέτης καὶ πάσης παιδείας ἄρχων· καὶ ὅτι ἀρξάμενος ἐν τῇ Ἰάδι γράφειν οὐκ οἶδ' ὅ τι δόξαν αὐτίκα μάλα ἐπὶ τὴν κοινὴν μετῆλθεν, ἰητρείην μὲν λέγων καὶ πείρην καὶ ὁκόσα καὶ νοῦσοι, τὰ δ' ἄλλα ὁμοδίαιτα τοῖς πολλοῖς καὶ τὰ πλεῖστα οἷα ἐκ τριόδου.

17. Εἰ δέ με δεῖ καὶ σοφοῦ ἀνδρὸς μνησθῆναι, τὸ μὲν ὄνομα ἐν ἀφανεῖ κείσθω, τὴν γνώμην δὲ ἐρῶ καὶ τὰ πρῴην ἐν Κορίνθῳ συγγράμματα, κρείττω πάσης ἐλπίδος· ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ προοιμίου περιόδῳ συνηρώτησε τοὺς ἀναγιγνώσκοντας λόγον πάνσοφον δεῖξαι σπεύδων, ὡς μόνῳ ἂν τῷ σοφῷ πρέποι ἱστορίαν συγγράφειν. Εἶτα μετὰ μικρὸν ἄλλος συλλογισμὸς, εἶτα ἄλλος· καὶ ὅλως ἐν ἅπαντι σχήματι συνηρώτητο αὐτῷ τὸ προοίμιον. Τὸ τῆς κολακείας ἐς κόρον, καὶ τὰ ἐγκώμια φορτικὰ καὶ κομιδῇ βωμολοχικὰ, οὐκ ἀσυλλόγιστα μέντοι, ἀλλὰ συνηρωτημένα κἀκεῖνα. Καὶ μὴν κἀκεῖνο φορτικὸν ἔδοξέ μοι καὶ ἥκιστα σοφῷ ἀνδρὶ καὶ πώγωνι πολιῷ καὶ βαθεῖ πρέπον, τὸ ἐν τῷ προοιμίῳ εἰπεῖν ὡς ἐξαίρετον τοῦτο ἕξει ὁ ἡμέτερος ἄρχων, οὗ γε τὰς πράξεις καὶ φιλόσοφοι ἤδη συγγράφειν ἀξιοῦσι· τὸ γὰρ τοιοῦτον, εἴπερ ἄρα, ἡμῖν ἔδει καταλιπεῖν λογίζεσθαι ἢ αὐτὸν εἰπεῖν.

18. Καὶ μὴν οὐδ' ἐκείνου ὅσιον ἀμνημονῆσαι, ὃς τοιάνδε ἀρχὴν ἤρξατο· « Ἔρχομαι ἐρέων περὶ Ῥωμαίων καὶ Περσέων, » καὶ μικρὸν ὕστερον· « ἔδεε γὰρ Πέρσῃσι γενέσθαι κακῶς, » καὶ πάλιν· « ἦν Ὀσρόης, τὸν οἱ Ἕλληνες Ὀξυρόην ὀνυμέουσι, » καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα. Ὁρᾷς; ὅμοιος αὐτὸς ἐκείνῳ, παρ' ὅσον ὁ μὲν Θουκυδίδῃ, οὗτος δὲ Ἡροδότῳ εὖ μάλα ἐῴκει.

19. Ἄλλος τις ἀοίδιμος ἐπὶ λόγων δυνάμει Θουκυδίδῃ καὶ αὐτὸς ὅμοιος ἢ ὀλίγῳ ἀμείνων αὐτοῦ, πάσας

terem : idem enim hic scriptor multa etiam armorum et machinarum genera, ut Romani illa nominant, ita in scriptum retulit, fossam ut illi, et pontem, et similia latine dicens, non græce. Et cogita mihi, quæ sit historiæ illius dignitas, et quam deceat Thucydidem, inter Attica nomina Italica ista interposita esse, quæ prætextæ instar purpuræ ornatum addant ac decus, omninoque cum illis consentiant.

16. Alius vero quidam ex illo numero commentarium eorum quæ gesta fuerant nudum scripto congessit, pedestrem valde et humilem, qualem etiam miles, quæ fiunt quotidie literis mandans, composuisset, faberve aut caupo aliquis circummigrans cum exercitu. Verum enim vero tolerabilior sane hic indoctus erat, ipse quidem statim qualis esset manifestus, sed qui alii venusto homini et tractandæ historiæ perito laborem præcepisset. Illud solum in eo reprehendi, quod ita inscripserat libros suos, tumidius quam consentaneum esset libelli conditioni : « Callimorphi, medici sextæ contatorum, historiarum Parthicarum » et subscriptus erat uniuscujusque libri numerus. Etiam, me Jupiter, procemium supra modum insulsum fecit, hac ratione concludens : familiare esse medico scribere historiam, siquidem Æsculapius ipse sit Apollinis filius, Apollo autem musageta et eruditionis omnis princeps. Postremo etiam illud reprehendi, quod, quum incepisset Ionica consuetudine scribere, nescio quo consilio ad communem subito transiit, primum ἰητρείην dicens et πείρην, et ὁκόσα, et νοῦσοι, reliqua vero, qualia in usu multitudinis sunt et pleraque quasi e trivio petita.

17. Si vero me oportet sapientis etiam viri mentionem facere, nomen quidem illius in obscuro jaceat; dicam vere consilium et libros nuper Corinthi editos, exspectatione omni præstantiores. In principio enim, statim prima procemii periodo, interrogatione aggressus est lectores suos, studuitque sapientissimam rationem ostendere, solum nempe sapientem decere historiam scribere. Deinde, paucis interjectis, syllogismus alius; deinde alius : et in universum per quæstiones syllogisticas in omni figura compositum ipsi fuerat procemium. Adulationis hic fuit ad satietatem, laudes importunæ et plane scurriles; neque illæ tamen extra syllogismum, sed ad argumentandi per interrogata leges compositæ et ipsæ. Verum illud quoque putidum mihi videbatur, et minime virum philosophum et barbam canam prolixamque decens, quod in procemio dixit, illud eximium habiturum nostrum principem, cujus actiones etiam philosophi scribere jam dignentur. Tale quid enim, si modo omnino veri quid subest, nobis existimandum relinquere potius oportebat, quam ipsum dicere.

18. Neque vero fas fuerit mentionem prætermittere illius, qui hoc cœpit exordio : « Venio dicturus de Romanis et Persis; » et paullo post, « Debebat enim Persis male evenire; » et rursus, « Erat Osroes, quem Græci Oxyrhoen vocitant, » et alia id genus multa. Viden'? similis hic illi alteri, nisi quod iste quidem Thucydidem, hic vero Herodotum quam maxime referebat.

19. Alius quidam dicendi facultate nobilis, Thucydidi similis ipse quoque, aut paullum illo melior, urbes omnes,

πόλεις καὶ πάντα ὄρη καὶ πεδία καὶ ποταμοὺς ἑρμηνεύσας πρὸς τὸ σαφέστατον καὶ ἰσχυρότατον, ὡς ᾤετο· τὸ δὲ ἐς ἐχθρῶν κεφαλὰς ὁ ἀλεξίκακος τρέψειε· τοσαύτη ψυχρότης ἐνῆν ὑπὲρ τὴν Κασπίαν χιόνα καὶ τὸν κρύσταλλον τὸν Κελτικόν. Ἡ γοῦν ἀσπὶς ἡ τοῦ αὐτοκράτορος ὅλῳ βιβλίῳ μόγις ἐξηρμηνεύθη αὐτῷ, καὶ Γοργὼν ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῆς ἐκ κυανοῦ καὶ λευκοῦ καὶ μέλανος καὶ ζώνη ἰριοειδὴς καὶ δράκοντες ἑλικηδὸν καὶ βοστρυχηδόν. Ἡ μὲν γὰρ Οὐολογέσου ἀναξυρὶς ἢ ὁ χαλινὸς τοῦ ἵππου, Ἡράκλεις, ὅσαι μυριάδες ἐπῶν ἕκαστον τούτων, καὶ οἵα ἦν ἡ Ὀσρόου κόμη, διανέοντος τὸν Τίγρητα, καὶ ἐς οἷον ἄντρον κατέφυγε, κιττοῦ καὶ μυρρίνης καὶ δάφνης ἐς ταὐτὸ συμπεφυκότων καὶ σύσκιον ἀκριβῶς ποιούντων αὐτό. Σκόπει ὡς ἀναγκαῖα τῇ ἱστορίᾳ ταῦτα, ὧν ἄνευ οὐκ ἂν ᾔδειμέν τι τῶν ἐκεῖ πραχθέντων.

20. Ὑπὸ γὰρ ἀσθενείας τῆς ἐν τοῖς χρησίμοις ἢ ἀγνοίας τῶν λεκτέων ἐπὶ τὰς τοιαύτας τῶν χωρίων καὶ ἄντρων ἐκφράσεις τρέπονται, καὶ ὁπόταν ἐς πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα ἐμπέσωσιν, ἐοίκασιν οἰκέτῃ νεοπλούτῳ, ἄρτι κληρονομήσαντι τοῦ δεσπότου, ὃς οὔτε τὴν ἐσθῆτα οἶδεν ὡς χρὴ περιβαλέσθαι οὔτε δειπνῆσαι κατὰ νόμον, ἀλλ' ἐμπηδήσας, πολλάκις ὀρνίθων καὶ συείων καὶ λαγῴων προκειμένων, ὑπερεμπίπλαται ἔτνους τινὸς ἢ ταρίχους, ἔστ' ἂν διαρραγῇ ἐσθίων. Οὗτος δ' οὖν, ὃν προεῖπον, καὶ τραύματα συνέγραψε πάνυ ἀπίθανα καὶ θανάτους ἀλλοκότους, ὡς εἰς δάκτυλον τοῦ ποδὸς τὸν μέγαν τρωθείς τις αὐτίκα ἐτελεύτησε, καὶ ὡς ἐμβοήσαντος μόνον Πρίσκου τοῦ στρατηγοῦ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι τῶν πολεμίων ἐξέθανον. Ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ τῶν νεκρῶν ἀριθμῷ, τοῦτο μὲν καὶ παρὰ τὰ γεγραμμένα ἐν ταῖς τῶν ἀρχόντων ἐπιστολαῖς ἐψεύσατο· ἐπὶ γὰρ Εὐρώπῳ τῶν μὲν πολεμίων ἀποθανεῖν μυριάδας ἑπτὰ καὶ τριάκοντα καὶ ἓξ πρὸς τοῖς διακοσίοις, Ῥωμαίων δὲ μόνους δύο, καὶ τραυματίας γενέσθαι ἐννέα. Ταῦτα οὐκ οἶδα εἴ τις ἂν εὖ φρονῶν ἀνάσχοιτο.

21. Καὶ μὴν κἀκεῖνο λεκτέον, οὐ μικρὸν ὄν· ὑπὸ γὰρ τοῦ κομιδῇ Ἀττικὸς εἶναι καὶ ἀποκεκαθάρθαι τὴν φωνὴν ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἠξίωσεν οὗτος καὶ τὰ ὀνόματα μεταποιῆσαι τὰ Ῥωμαίων καὶ μετεγγράψαι ἐς τὸ Ἑλληνικόν, ὡς Κρόνιον μὲν Σατουρνῖνον λέγειν, Φρόντιν δὲ τὸν Φρόντωνα, Τιτάνιον δὲ τὸν Τιτιανὸν καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα. Ἔτι ὁ αὐτὸς οὗτος περὶ τῆς Σευηριανοῦ τελευτῆς ἔγραψεν ὡς οἱ μὲν ἄλλοι ἅπαντες ἐξηπάτηνται οἰόμενοι ξίφει τεθνάναι αὐτόν, ἀποθάνοι δὲ ὁ ἀνὴρ σιτίων ἀποσχόμενος· τοῦτον γὰρ αὐτῷ ἀλυπότατον δόξαι τὸν θάνατον· οὐκ εἰδὼς ὅτι τὸ μὲν πάθος ἐκεῖνο πᾶν τριῶν οἶμαι ἡμερῶν ἐγένετο, ἀπόσιτοι δὲ καὶ ἐς ἑβδόμην διαρκοῦσιν οἱ πολλοί, ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦθ' ὑπολάβοι τις, ὡς Ὀσρόης τις εἱστήκει περιμένων, ἔστ' ἂν Σευηριανὸς λιμῷ ἀπόληται, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπῆγε διὰ τῆς ἑβδόμης.

22. Τοὺς δὲ καὶ ποιητικοῖς ὀνόμασιν, ὦ καλὲ Φίλων, ἐν ἱστορίᾳ χρωμένους ποῦ ἄν τις θείη; τοὺς λέγοντας,

et omnes montes, et campos et fluvios disertissime descripsit et gravissime, ut putabat: id vero in hostium capita Averruncus convertat! tantum frigus inerat supra Caspias nives et glaciem Celticam. Clypeus igitur imperatoris toto vix libro ab illo descriptus est, et Gorgo in umbone, et oculi illius ex cæruleo et albo ac nigro, et balteus colore iridis, et dracones flexi in capreolos et in cincinnos plexi. Vologesi quidem braccæ, aut frenum equi, Hercules! quot millia versuum singula horum occupant! et qualis cæsaries Osrois fuerit, quum Tigrin ille transnataret; et in quale antrum confugerit, quod hedera et myrtus et laurus in unum complexæ densissime umbrosum facerent. Vide quam ista sint necessaria historiæ, et quam sine istis nihil intellexissemus eorum quæ ibi gesta sunt!

20. Præ imbecillitate enim in utilibus recte versandi, aut ignorantia dicendorum, ad tales regionum et antrorum descriptiones se convertunt; et quum in multas magnasque res incidunt, similes sunt servo divitiarum insueto, creta nuper demum domini sui hæreditate, qui neque vestis novit quemadmodum injicienda sit, neque ex more cibum capere; sed irruens sæpe, quum tamen alites et suillæ et leporinæ carnes appositæ sint, in pulmentum aliquod aut salsamentum, usque eo oppletur, donec rumpatur edendo. Ille igitur, quem modo dicebam, etiam vulnera conscripsit omnino incredibilia, et mortes absurdas, velut hanc, aliquem in pollice pedis vulneratum statim exspirasse; et ut, inclamante solum Prisco duce, septem et viginti hostium animi deliquium passi sint. Præterea autem in cæsorum numero, etiam ultra scripta in principum epistolis mentitus est. Ad Europum enim hostium quidem cecidisse trecenties et septuagies mille ducentos sex; Romanorum vero solos duos, saucios autem factos novem. Hæc nescio an sanæ mentis quisquam tolerare possit.

21. Verum illud quoque dicendum, quod non pusillum est. Præ nimio Atticismi studio et accuratissimæ circa linguam puritatis, voluit ille etiam Romanorum nomina Attica facere et transferre in Græcas formas, adeo ut pro Saturnino Κρόνιον diceret, Φρόντιν autem Frontonem, Titianum porro Τιτάνιον, et reliqua multo etiam magis ridicula. Ad hæc idem hic de Severiani obitu scripsit, deceptos esse reliquos omnes, qui ferro illum mortuum putent; perisse autem virum inedia; hoc enim mollissimum mortis genus illi visum: ignorans, totam illam calamitatem trium, puto, dierum fuisse; qui vero cibo abstinent, etiam ad septimum diem durare plerosque; nisi quis hoc putet, stetisse Osroen exspectantem dum fame periret Severianus, et ob id ipsum per septem dies signa non intulisse.

22. Eos vero quo quis loco ponat, jucundissime Philo, qui poeticis in historia verbis utuntur? dicentes, « Strido-

« ἐλέλιξε μὲν ἡ μηχανὴ, τὸ τεῖχος δὲ πεσὸν μεγάλως ἐδούπησε, » καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς καλῆς ἱστορίας· « Ἔδεσσα μὲν δὴ οὕτω τοῖς ὅπλοις περιεσμαραγεῖτο καὶ ὄτοβος ἦν καὶ κόναβος ἅπαντα ἐκεῖνα, » καὶ « ὁ στρατηγὸς ἐμερμήριζεν ᾧ τρόπῳ μάλιστα προσαγάγοι πρὸς τὸ τεῖχος. » Εἶτα μεταξὺ οὕτως εὐτελῆ ὀνόματα καὶ δημοτικὰ καὶ πτωχικὰ πολλὰ παρενεβέβυστο, τὸ « ἐπέστειλεν ὁ στρατοπεδάρχης τῷ κυρίῳ, » καὶ « οἱ στρατιῶται ἠγόραζον τὰ ἐγχρῄζοντα, » καὶ « ἤδη λελουμένοι περὶ αὐτοὺς ἐγίγνοντο, » καὶ τὰ τοιαῦτα· ὥστε τὸ πρᾶγμα ἐοικὸς εἶναι τραγῳδῷ τὸν ἕτερον μὲν πόδα ἐπ' ἐμβάτου ὑψηλοῦ βεβηκότι, θατέρῳ δὲ σάνδαλον ὑποδεδεμένῳ.

23. Καὶ μὴν καὶ ἄλλους ἴδοις ἂν τὰ μὲν προοίμια λαμπρὰ καὶ τραγικὰ καὶ εἰς ὑπερβολὴν μακρὰ συγγράφοντας, ὡς ἐλπίσαι θαυμαστὰ ἡλίκα τὰ μετὰ ταῦτα πάντως ἀκούσεσθαι, τὸ σῶμα δὲ αὐτὸ τῆς ἱστορίας μικρόν τι καὶ ἀγεννὲς ἐπαγαγόντας, ὡς καὶ τοῦτο ἐοικέναι παιδίῳ, εἴ που Ἔρωτα εἶδες παίζοντα, προσωπεῖον Ἡρακλέους πάμμεγα ἢ Τιτᾶνος περικείμενον· εὐθὺς γοῦν οἱ ἀκούσαντες ἐπιφθέγγονται αὐτοῖς τὸ, Ὤδινεν ὄρος. Χρὴ δὲ οἶμαι μὴ οὕτως, ἀλλ' ὅμοια τὰ πάντα καὶ ὁμόχροα εἶναι καὶ συνᾷδον τῇ κεφαλῇ τὸ ἄλλο σῶμα, ὡς μὴ χρυσοῦν μὲν τὸ κράνος εἴη, θώραξ δὲ πάνυ γελοῖος ἐκ ῥακῶν ποθεν ἢ ἐκ δερμάτων σαπρῶν συγκεκαττυμένος καὶ ἡ ἀσπὶς οἰσυίνη καὶ χοιρίνη περὶ ταῖς κνήμαις. Ἴδοις γὰρ ἂν ἀφθόνους τοιούτους συγγραφέας, τοῦ Ῥοδίου κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν ναννώδει σώματι ἐπιτιθέντας· ἄλλους αὖ ἔμπαλιν ἀκέφαλα τὰ σώματα εἰσάγοντας, ἀπροοιμίαστα καὶ εὐθὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων, οἳ καὶ προσεταιρίζονται τὸν Ξενοφῶντα οὕτως ἀρξάμενον· « Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος παῖδες γίγνονται δύο », καὶ ἄλλους τῶν παλαιῶν, οὐκ εἰδότες ὡς δυνάμει τινὰ προοίμιά ἐστι λεληθότα τοὺς πολλούς, ὡς ἐν ἄλλοις δείξομεν.

24. Καίτοι ταῦτα πάντα φορητὰ ἔτι, ὅσα ἢ ἑρμηνείας ἢ τῆς ἄλλης διατάξεως ἁμαρτήματά ἐστι, τὸ δὲ καὶ περὶ τοὺς τόπους αὐτοὺς ψεύδεσθαι, οὐ παρασάγγας μόνον, ἀλλὰ καὶ σταθμοὺς ὅλους, τίνι τῶν καλῶν ἔοικεν; Εἷς γοῦν οὕτω ῥαθύμως συνήγαγε τὰ πράγματα, οὔτε Σύρῳ τινὶ ἐντυχὼν οὔτε τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο τῶν ἐπὶ κουρείων τὰ τοιαῦτα μυθολογούντων ἀκούσας, ὥστε περὶ Εὐρώπου λέγων οὕτως ἔφη· « Ἡ δὲ Εὔρωπος κεῖται μὲν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ σταθμοὺς δύο τοῦ Εὐφράτου ἀπέχουσα, ἀπῴκισαν δὲ αὐτὴν Ἐδεσσαῖοι ». Καὶ οὐδὲ τοῦτο ἀπέχρησεν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμὴν πατρίδα τὰ Σαμόσατα ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ ἀράμενος ὁ γενναῖος αὐτῇ ἀκροπόλει καὶ τείχεσι μετέθηκεν εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, ὡς περιωρίσθαι αὐτὴν ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν ποταμῶν, ἑκατέρωθεν ἐν χρῷ παραμειβομένων καὶ μονονουχὶ τοῦ τείχους ψαυόντων. Τὸ δὲ καὶ γελοῖον, εἴ σοι νῦν, ὦ Φίλων, ἀπολογοίμην, ὡς οὐ Παρθυαίων οὐδὲ Μεσοποταμίτης σοι ἐγώ, οἷ με φέρων ὁ θαυμαστὸς συγγραφεὺς ἀπῴκισε.

rem dedit machina, procumbensque murus tonuit vehementer; » et rursus in alia parte bellæ historiæ : » Jam igitur Edessa armorum sonitu circumstrepebatur, erantque stridor fremorque illa omnia, » et « Dux versat sub pectore curas, qua maxime ratione ad muros accedat. » Deinde inter hæc inculcata erant vilia hujusmodi nomina, et plebeia et mendicorum propria multa, velut, « tribunus militum per literas nunciavit nostro domino, » et, « Milites mercabantur illa quibus indigebant, « et, « Jam loti ad illos se convertebant, » et similia : ut similis ea res esset tragœdo, qui altero quidem pede alto cothurno nitatur, alterum autem sandalio devinctum gerat.

23. Ac videas etiam alios, procemia quidem splendida et tragica et ad excessum usque longa scribentes, ut speres te mira quanta post istæc omnino auditurum : at ipsum corpus historiæ pusillum quoddam et ignavum subjungentes, ut hoc etiam simile videatur puerulo, si qua Cupidinem vidisti sic ludentem, persona Herculis maxima aut Titanis caput occultantem. Statim igitur qui audiere, illud subjiciunt : Parturiunt montes. At, opinor, non ita esse oportet, sed æquabilia omnia et ejusdem velut coloris, consentiensque capiti corpus reliquum, ne galea quidem sit aurea, lorica vero prorsus ridicula, ex pannis alicunde aut coriis putridis consuta, et vimineus clypeus, porcina autem circa tibias. Videas enim satis multos id genus scriptores, Rhodii Colossi caput imponentes nani corpusculo; alios contra ea, trunca suo capite corpora inducentes, sine exordio statim res ipsas aggressos : qui etiam suarum partium esse volunt Xenophontem, qui ita cœperit : « Darii et Parysatidis filii sunt duo; » et alios antiquorum. Ignorant nempe, esse quædam quæ vim prooemiorum habeant, licet vulgi intellectum fugiant, ut monstrabimus alias.

24. Verumtamen hæc omnia adhuc tolerabilia, quæcumque aut elocutionis, aut dispositionis reliquæ sunt peccata : mentiri vero circa ipsa loca, non parasangis modo, sed integris mansionibus, cui rerum bonarum simile est? Unus quippe eorum adeo supine res congessit, qui neque cum Syro unquam locutus videtur, neque, quod est in proverbio, in tonstrinis talia fabulantes audisse, ut de Europo verba faciens ita dicat : « Europus vero sita est in Mesopotamia, mansiones duas ab Euphrate remota : condiderunt autem illam Edesseni. » Neque satis hoc illi fuit, verum etiam Samosata, patriam meam, ipse ille vir fortis eodem in libro sublatam sua cum arce et munitionibus transtulit in Mesopotamiam, adeo ut includatur inter ambo amnes, quam proxime utrimque præterlabentes et tantum non ipsa alluentes mœnia. Ridiculum autem fuerit, si nunc causam apud te, mi Philo, dicam, non ex Parthis me esse, neque Mesopotamenum hominem, ad quos me correptum historicus admirabilis detulit.

25. Νὴ Δία κἀκεῖνο κομιδῇ πιθανὸν περὶ τοῦ Σευηριανοῦ ὁ αὐτὸς οὗτος εἶπεν ἐπομοσάμενος, ἦ μὴν ἀκοῦσαί τινος τῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαφυγόντων· οὔτε γὰρ ξίφει ἐθελῆσαι αὐτὸν ἀποθανεῖν οὔτε φαρμάκου πιεῖν οὔτε βρόχου ἅψασθαι, ἀλλά τινα θάνατον ἐπινοῆσαι τραγικὸν καὶ τῇ τόλμῃ ξενίζοντα· τυχεῖν μὲν γὰρ αὐτὸν ἔχοντα παμμεγέθη ἐκπώματα ὑάλινα τῆς καλλίστης ὑάλου· ἐπεὶ δὲ πάντως ἀποθανεῖν ἔγνωστο, κατάξαντα τὸν μέγιστον τῶν σκύφων ἑνὶ τῶν θραυσμάτων χρήσασθαι εἰς τὴν σφαγὴν ἐντεμόντα τῇ ὑάλῳ τὸν λαιμόν. Οὕτως οὐ ξιφίδιον, οὐ λογχάριον εὗρεν, ὡς ἀνδρεῖός γε αὐτῷ καὶ ἡρωϊκὸς ὁ θάνατος γένοιτο.

26. Εἶτ' ἐπειδὴ Θουκυδίδης ἐπιτάφιόν τινα εἶπε τοῖς πρώτοις τοῦ πολέμου ἐκείνου νεκροῖς, καὶ αὐτὸς ἡγήσατο χρῆναι ἐπειπεῖν τῷ Σευηριανῷ· ἅπασι γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ κακῶν, τὸν Θουκυδίδην, ἡ ἅμιλλα. Θάψας οὖν τὸν Σευηριανὸν μεγαλοπρεπῶς ἀναβιβάζεται ἐπὶ τὸν τάφον Ἀφράνιόν τινα Σίλωνα ἑκατόνταρχον, ἀνταγωνιστὴν Περικλέους, ὃς τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἐπερρητόρευσεν αὐτῷ ὥστε με νὴ τὰς Χάριτας πολλὰ πάνυ δακρῦσαι ὑπὸ τοῦ γέλωτος, καὶ μάλιστα ὁπότε ὁ ῥήτωρ ὁ Ἀφράνιος ἐπὶ τέλει τοῦ λόγου δακρύων ἅμα σὺν οἰμωγῇ περιπαθεῖ ἐμέμνητο τῶν πολυτελῶν ἐκείνων δείπνων καὶ προπόσεων, εἶτα ἐπέθηκεν Αἰάντειόν τινα τὴν κορωνίδα· σπασάμενος γὰρ τὸ ξίφος, εὐγενῶς πάνυ καὶ ὡς Ἀφράνιον εἰκὸς ἦν, πάντων ὁρώντων ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τάφῳ, οὐκ ἀνάξιος ὢν μὰ τὸν Ἐνυάλιον πρὸ πολλοῦ ἀποθανεῖν, εἰ τοιαῦτα ἐρρητόρευε. Καὶ τοῦτο ἔφη ἰδόντας τοὺς παρόντας ἅπαντας θαυμάσαι καὶ ὑπερεπαινέσαι τὸν Ἀφράνιον. Ἐγὼ δὲ καὶ τὰ ἄλλα μὲν αὐτοῦ κατεγίγνωσκον, μονονουχὶ ζωμῶν καὶ λοπάδων μεμνημένου καὶ ἐπιδακρύοντος τῇ τῶν πλακούντων μνήμῃ, τοῦτο δὲ μάλιστα ᾐτιασάμην, ὅτι μὴ τὸν συγγραφέα καὶ διδάσκαλον τοῦ δράματος προαποσφάξας ἀπέθανε.

27. Πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ὁμοίους τούτοις ἔχων σοι, ὦ ἑταῖρε, καθαριθμήσασθαι, ὀλίγων ὅμως ἐπιμνησθεὶς, ἐπὶ τὴν ἑτέραν ὑπόσχεσιν ἤδη μετελεύσομαι, τὴν συμβουλὴν ὅπως ἂν ἄμεινον συγγράφοι τις· εἰσὶ γάρ τινες, οἳ τὰ μεγάλα μὲν τῶν πεπραγμένων καὶ ἀξιομνημόνευτα παραλείπουσιν ἢ παραθέουσιν, ὑπὸ δὲ ἰδιωτείας καὶ ἀπειροκαλίας καὶ ἀγνοίας τῶν λεκτέων ἢ σιωπητέων τὰ μικρότατα πάνυ λιπαρῶς καὶ φιλοπόνως ἑρμηνεύουσιν ἐμβραδύνοντες, ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ μὲν ὅλον κάλλος τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον ὂν μὴ βλέποι μηδὲ ἐπαινοίη μηδὲ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐξηγοῖτο, τοῦ ὑποποδίου δὲ τό τε εὐθυεργὲς καὶ τὸ εὔξεστον θαυμάζοι καὶ τῆς κρηπῖδος τὸ εὔρυθμον, καὶ ταῦτα πάνυ μετὰ πολλῆς φροντίδος διεξιών.

28. Ἐγὼ γοῦν ἤκουσά τινος τὴν μὲν ἐπ' Εὐρώπῳ μάχην ἐν οὐδ' ὅλοις ἑπτὰ ἔπεσι παραδραμόντος, εἴκοσι δὲ μέτρα ἢ ἔτι πλείω ὕδατος ἀναλωκότος ἐς ψυχρὰν καὶ οὐδὲν ἡμῖν προσήκουσαν διήγησιν, ὡς Μαῦρός τις ἱππεὺς Μαυσάκας τοὔνομα ὑπὸ δίψους πλανώμενος ἀνὰ τὰ ὄρη

25. Illud etiam, mehercule usquequaque probabile de Severiano idem ille, interposito jurejurando, dixit, se profecto audisse quendam eorum, qui ex ipsa clade aufugissent. Neque enim ferro illum voluisse mori, neque venenum bibere, neque laqueo se innectere, sed tragicam mortem aliquam excogitasse, et ipso consilio novam. Habuisse illum forte pocula miræ magnitudinis vitrea de vitro pulcherrimo : quum autem mori omnino decretum esset, confregisse scyphorum maximum et fragmentorum uno usum ad cædem, inciso vitri ope gutture. Adeo pugionem aut lanceolam non invenit, ut certe virilis illi et heroica mors contingeret?

26. Deinde quoniam Thucydides funebrem quandam orationem dixit primis illo in bello mortuis, ipse quoque existimavit dicendum esse talem Severiano : omnibus enim illis cum Thucydide, penes quem tamen nulla causa est illorum in Armenia malorum, est æmulatio. Postquam ergo sepeliit Severianum magnifice, ad sepulcrum statuit Afranium Silonem quendam, centurionem, Periclis æmulum, qui talia ac tanta de illo declamavit, ut, ita me Gratiæ! multum sane lacrimarum risus mihi excusserit, et maxime quum orator Afranius in peroratione, lacrimans cum ejulatione maximi affectus indice, mentionem fecit sumtuosarum illarum cœnarum atque propinationum : deinde sumtam ab Ajacis fabula coronidem imponit; stricto enim ense generose sane, et ut æquum erat Afranium, in conspectu omnium ad sepulcrum se interemit, non indignus, ita me Mars amet, qui multo ante moreretur, si quidem declamavit talia. Et hoc, ait, quum viderent præsentes, omnes admiratos esse, et supra modum laudasse Afranium. Ego vero tum reliqua illius damnabam, qui tantum non jusculorum et patinarum meminisset, illacrimareturque mentioni placentarum; hoc vero nomine maxime illum incusabam, quod non interfecto antea scriptore, qui hanc fabulam docuit, tum demum mortuus est.

27. Ceterum multos etiam alios similes hisce quum enumerare tibi, sodalis, possim; tamen paucorum facta mentione, ad alterum promissum meum jam transibo, ad consilium, quomodo quis scribat historiam melius. Sunt enim qui magna negotia et digna memoratu prætermittant aut transcurrant; præ inscitia vero et pulchri imperitia atque dicendorum tacendorumve ignoratione, minima quæque copiose admodum studioseque enarrent, diuque in iis immorentur : velut si quis Olympii Jovis totam quidem pulchritudinem tantam tamque multiplicem non videat, neque laudet, neque his qui non viderunt enarret, scabellum vero, quod ita ad normam exactum et politum sit, admiretur, et crepidinis proportionem; eaque plurima cum cura persequatur.

28. Ego igitur audivi quendam, qui pugnam quidem ad Europum vix septem versibus neque iis integris percurreret, viginti autem vel amplius mensuras aquæ (in clepsydra) impenderet in frigidam et nihil ad nos pertinentem narrationem, ut Maurus aliquis eques, Mausacas nomine, præ siti

καταλάβοι Σύρους τινὰς τῶν ἀγροίκων, ἄριστον παρατιθεμένους, καὶ ὅτι τὰ μὲν πρῶτα ἐκεῖνοι φοβηθεῖεν αὐτὸν, εἶτα μέντοι μαθόντες ὡς τῶν φίλων εἴη κατεδέξαντο καὶ εἱστίασαν· καὶ γάρ τινα τυχεῖν αὐτῶν ἀποδεδημηκότα καὶ αὐτὸν ἐς τὴν τῶν Μαύρων, ἀδελφοῦ αὐτῷ ἐν τῇ γῇ στρατευομένου. Μῦθοι τὸ μετὰ τοῦτο μακροὶ καὶ διηγήσεις, ὡς θηράσειεν αὐτὸς ἐν τῇ Μαυρουσίᾳ καὶ ὡς ἴδοι τοὺς ἐλέφαντας πολλοὺς ἐν τῷ αὐτῷ συννεμομένους καὶ ὡς ὑπὸ λέοντος ὀλίγου δεῖν καταβρωθείη, καὶ ἡλίκους ἰχθῦς ἐπρίατο ἐν Καισαρείᾳ· καὶ ὁ θαυμαστὸς συγγραφεὺς ἀφεὶς τὰς ἐν Εὐρώπῳ γιγνομένας σφαγὰς τοσαύτας καὶ ἐπελάσεις καὶ σπονδὰς ἀναγκαίας καὶ φυλακὰς καὶ ἀντιφυλακὰς ἄχρι βαθείας ἑσπέρας ἐφειστήκει ὁρῶν Μαλχίωνα τὸν Σύρον ἐν Καισαρείᾳ σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνούμενον· εἰ δὲ μὴ νὺξ κατέλαβε, τάχ' ἂν καὶ συνεδείπνει μετ' αὐτοῦ ἤδη τῶν σκάρων ἐσκευασμένων. Ἅπερ εἰ μὴ ἐνεγέγραπτο ἐπιμελῶς τῇ ἱστορίᾳ, μεγάλα ἂν ἡμεῖς ἠγνοηκότες ἦμεν, καὶ ἡ ζημία Ῥωμαίοις ἀφόρητος, εἰ Μαυσάκας ὁ Μαῦρος διψῶν μὴ εὗρε πιεῖν, ἀλλ' ἄδειπνος ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Καίτοι πόσα ἄλλα μακρῷ ἀναγκαιότερα ἑκὼν ἐγὼ νῦν παρίημι; ὡς καὶ αὐλητρὶς ἧκεν ἐκ τῆς πλησίον κώμης αὐτοῖς καὶ ὡς δῶρα ἀλλήλοις ἀντέδοσαν, ὁ Μαῦρος μὲν τῷ Μαλχίωνι λόγχην, ὁ δὲ τῷ Μαυσάκᾳ πόρπην, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα τῆς ἐπ' Εὐρώπῳ μάχης αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαια. Τοιγάρτοι εἰκότως ἄν τις εἴποι τοὺς τοιούτους τὸ μὲν ῥόδον αὐτὸ μὴ βλέπειν, τὰς ἀκάνθας δὲ αὐτοῦ τὰς παρὰ τὴν ῥίζαν ἀκριβῶς ἐπισκοπεῖν.

per montes oberrans, Syros quosdam rusticos deprehenderit, qui prandium sibi apponebant, atque ut initio illi pertimuerint eum, deinde autem, cognito amicum esse, acceperint prandio : etenim forte quendam illorum et ipsum in Maurorum terra peregrinatum esse, quod suus frater in ea regione militaret. Hinc fabulæ longæ, et narrationes, quomodo ipse in Mauritania venatus esset, et ut vidisset elephantas multos una pascentes, et ut parum abfuerit quin a leone devoratus esset, et quam magnos Cæsareæ pisces emerit. Et historicus admirabilis, omissis tantis cædibus, quæ circa Europum iuterea fiebant et invasionibus, et induciis necessariis, et præsidiis ab utraque parte disponendis, ad seram usque vesperam Malchioni Syro, Cæsareæ scaros ingentes vili pretio ementi, spectator astitit : nisi vero nox oppressisset, forte etiam cœnaturus cum illo erat, scaris jam paratis. Quæ nisi cum cura scripta essent in historia, magna vero nos ignorassemus, et jactura Romanis intoleranda fuisset, si Mausacas Maurus sitiens, quod biberet, non invenisset, sed incœnatus in castra rediisset. Quamvis quot etiam alia longe magis necessaria sciens ego nunc prætermitto? tibicina etiam ut illis ex proximo pago venerit, et uti dona alter alteri dederint, Maurus quidem Malchioni lanceam, at hic fibulam Mausacæ, multaque alia ex hoc genere, ipsa nempe prælii ad Europum capita. Merito ergo dicat aliquis, tales homines rosam quidem ipsam non videre, spinas vero illius radici proximas accurate considerare.

29. Ἄλλος, ὦ Φίλων, μάλα καὶ οὗτος γελοῖος, οὐδὲ τὸν ἕτερον πόδα ἐκ Κορίνθου πώποτε προβεβηκὼς οὐδ' ἄχρι Κεγχρεῶν ἀποδημήσας, οὔτι γε Συρίαν ἢ Ἀρμενίαν ἰδὼν, ὧδε ἤρξατο — μέμνημαι γάρ — « Ὦτα ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα· γράφω τοίνυν ἃ εἶδον, οὐχ ἃ ἤκουσα. » Καὶ οὕτως ἀκριβῶς ἅπαντα ἑοράκει, ὥστε τοὺς δράκοντας ἔφη τῶν Παρθυαίων — σημεῖον δὲ πλήθους τοῦτο αὐτοῖς· χιλίους γὰρ οἶμαι ὁ δράκων ἄγει — ζῶντας δράκοντας παμμεγέθεις εἶναι γεννωμένους ἐν τῇ Περσίδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν, τούτους δὲ τέως μὲν ἐπὶ κοντῶν μεγάλων ἐκδεδεμένους ὑψηλοὺς αἰωρεῖσθαι καὶ πόρρωθεν ἐπελαυνόντων δέος ἐμποιεῖν, ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔργῳ ἐπειδὰν ὁμοῦ ἴωσι, λύσαντες αὐτοὺς ἐπαφιᾶσι τοῖς πολεμίοις· ἀμέλει πολλοὺς τῶν ἡμετέρων οὕτω καταποθῆναι καὶ ἄλλους, περισπειραθέντων αὐτοῖς, ἀποπνιγῆναι καὶ συγκλασθῆναι· ταῦτα δὲ ἐφεστὼς ὁρᾶν αὐτὸς, ἐν ἀσφαλεῖ μέντοι ἀπὸ δένδρου ὑψηλοῦ ποιούμενος τὴν σκοπήν. Καὶ εὖ γε ἐποίησε μὴ ὁμόσε χωρήσας τοῖς θηρίοις, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἡμεῖς οὕτω θαυμαστὸν συγγραφέα νῦν εἴχομεν καὶ ἀπὸ χειρὸς αὐτὸν μεγάλα καὶ λαμπρὰ ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ ἐργασάμενον· καὶ γὰρ ἐκινδύνευσε πολλὰ καὶ ἐτρώθη περὶ Σοῦραν, ἀπὸ τοῦ Κρανείου δῆλον ὅτι βαδίζων ἐπὶ τὴν Λέρναν. Καὶ ταῦτα Κορινθίων ἀκουόντων ἀνεγίγνωσκε τῶν ἀκριβῶς εἰδότων, ὅτι μηδὲ κατὰ τοίχου γεγραμμένον πόλεμον ἑοράκει.

29. Alius, mi Philo, valde ipse etiam ridiculus, qui neque alterum Corintho pedem protulisset unquam, neque Cenchreas usque discessisset, nedum Syriam vidisset aut Armeniam; ita, memini enim, exorsus est : « Aures minus fideles oculis : scribo igitur quæ vidi, non quæ audivi. » Atqui tam accurate viderat omnia, uti diceret, dracones Parthorum (est vero hoc illis numeri signum : mille enim, puto, milites draco ducit) vivos esse serpentes ingenti magnitudine, qui nascantur in Perside paullo supra Iberiam : et eos initio quidem in contis magnis revinctos celsosque ferri, atque e longinquo dum invadant, terrorem injicere : in ipsa autem pugna, inquit, quum concurritur, solutos illos hostibus immittunt : itaque multos nostrorum ita devoratos, et alios quum spiris illos suis complexi essent dracones, suffocatos elisosque. Hæc vero ex propinquo se vidisse ipsum, in tuto tamen loco de altissima arbore speculantem. Et bene sane fecit, quod non ex propinquo congressus est illis belluis; alioqui enim tam admirabili nunc scriptore nobis carendum esset, qui manu etiam sua magnifica quædam et clarissima facinora hoc bello edidit : multa etenim pericula subiit, et vulneratus est circa Suram, dum videlicet a Cranio ad Lernam ambulaverit. Atque ista Corinthiis audientibus recitavit, qui accurate scirent illum ne pictum quidem in pariete bellum vidisse

Ἀλλ' οὐδὲ ὅπλα ἐκεῖνός γε ᾔδει οὐδὲ μηχανήματα οἷά ἐστιν οὐδὲ τάξεων ἢ καταλοχισμῶν ὀνόματα· πάνυ γοῦν ἔμελεν αὐτῷ πλαγίαν μὲν τὴν φάλαγγα, ἐπὶ κέρως δὲ λέγειν τὸ ἐπὶ μετώπου ἄγειν.

30 Εἷς δέ τις βέλτιστος ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος τὰ πεπραγμένα, ὅσα ἐν Ἀρμενίᾳ, ὅσα ἐν Συρίᾳ, ὅσα ἐν Μεσοποταμίᾳ, τὰ ἐπὶ τῷ Τίγρητι, τὰ ἐν Μηδίᾳ, πενταχοσίοις οὐδ' ὅλοις ἔπεσι περιλαβὼν συνέτριψε καὶ τοῦτο ποιήσας ἱστορίαν συγγεγραφέναι φησί. Τὴν μέντοι ἐπιγραφὴν ὀλίγου δεῖν μακροτέραν τοῦ βιβλίου ἐπέγραψεν, « Ἀντιοχιανοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερονίκου » — δόλιχον γάρ που οἶμαι ἐν παισὶ νενίκηκε — « τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ Μεσοποταμίᾳ καὶ ἐν Μηδίᾳ νῦν Ῥωμαίοις πραχθέντων ἀφήγησις ».

31. Ἤδη δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ μέλλοντα συγγεγραφότος ἤκουσα, καὶ τὴν λῆψιν τὴν Οὐολογέσου καὶ τὴν Ὀσρόου σφαγὴν, ὡς παραβληθήσεται τῷ λέοντι, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν τριπόθητον ἡμῖν θρίαμβον. Οὕτω μαντικῶς ἅμα ἔχων ἔσπευδεν ἤδη πρὸς τὸ τέλος τῆς γραφῆς. Ἀλλὰ καὶ πόλιν ἤδη ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ᾤκισε μεγέθει τε μεγίστην καὶ κάλλει καλλίστην· ἔτι μέντοι ἐπισκοπεῖ καὶ διαβουλεύεται εἴτε Νίκαιαν αὐτὴν ἀπὸ τῆς νίκης χρὴ ὀνομάζεσθαι εἴτε Ὁμόνοιαν εἴτε Εἰρηνίαν. Καὶ τοῦτο μὲν ἔτι ἄκριτον καὶ ἀνώνυμος ἡμῖν ἡ καλὴ πόλις ἐκείνη, λήρου πολλοῦ καὶ κορύζης συγγραφικῆς γέμουσα· τὰ δ' ἐν Ἰνδοῖς πραχθησόμενα ὑπέσχετο ἤδη γράψειν καὶ τὸν περίπλουν τῆς ἔξω θαλάττης, καὶ οὐχ ὑπόσχεσις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται, καὶ τὸ τρίτον τάγμα καὶ οἱ Κελτοὶ καὶ Μαύρων μοῖρα ὀλίγη σὺν Κασσίῳ πάντες οὗτοι ἐπεραιώθησαν τὸν Ἰνδὸν ποταμόν· ὅ τι δὲ καὶ πράξουσιν ἢ πῶς δέξονται τὴν τῶν ἐλεφάντων ἐπέλασιν, οὐκ εἰς μακρὰν ἡμῖν ὁ θαυμαστὸς συγγραφεὺς ἀπὸ Μουζίριδος ἢ ἀπ' Ὀξυδρακῶν ἐπιστελεῖ.

32. Τοιαῦτα πολλὰ ὑπὸ ἀπαιδευσίας ληροῦσι, τὰ μὲν ἀξιόρατα οὔτε ὁρῶντες οὔτ', εἰ βλέποιεν, κατ' ἀξίαν εἰπεῖν δυνάμενοι, ἐπινοοῦντες δὲ καὶ ἀναπλάττοντες, ὅ τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν, φασὶν, ἔλθῃ, καὶ ἐπὶ τῷ ἀριθμῷ τῶν βιβλίων ἔτι σεμνυνόμενοι, καὶ μάλιστα ἐπὶ ταῖς ἐπιγραφαῖς· καὶ γὰρ αὖ καὶ αὗται παγγέλοιοι· τοῦ δεῖνος Παρθικῶν νικῶν τοσάδε· καὶ αὖ· Παρθίδος πρῶτον, δεύτερον, ὡς Ἀτθίδος δῆλον ὅτι. Ἄλλος ἀστειότερον παρὰ πολύ —ἀνέγνων γάρ — Δημητρίου Σαγαλασσέως Παρθονικικά· οὐδ' ὡς ἐν γέλωτι ποιήσασθαι καὶ ἐπισκῶψαι τὰς ἱστορίας οὕτω καλὰς οὔσας, ἀλλὰ τοῦ χρησίμου ἕνεκα· ὡς ὅστις ἂν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα φεύγῃ, πολὺ μέρος ἤδη ἐς τὸ ὀρθῶς συγγράφειν οὗτος προείληφε, μᾶλλον δὲ ὀλίγων ἔτι προσδεῖται, εἴ γε ἀληθὲς ἐκεῖνό φησιν ἡ διαλεκτικὴ, ὡς τῶν ἀμέσων ἡ θατέρου ἄρσις τὸ ἕτερον πάντως ἀντεισάγει·

33. Καὶ δὴ τὸ χωρίον σοι, φαίη τις ἂν, ἀκριβῶς ἀνακεκάθαρται καὶ αἵ τε ἄκανθαι, ὁπόσαι ἦσαν, καὶ βάτοι ἐκκεκομμέναι εἰσὶ, τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἐρείπια ἤδη ἐκπεφόρηται, καὶ εἴ τι τραχὺ, ἤδη καὶ τοῦτο λεῖόν

Sed neque arma ille novit, neque machinas, quales sint; neque acierum aut ordinum struendorum nomina: qui multum scilicet curavit, ecquam transversam diceret quæ directa esset acies, vel in cornu ducere appellaret quod dici in frontem oportebat.

30. Unus autem aliquis præstantissimus res ab initio inde ad finem usque gestas omnes, quæcumque in Armenia, quæ in Syria, quæ in Mesopotamia, quæ ad Tigrim, quæ in Media acta sunt, quingentis non integris versibus amplexus comminuit: idque ubi fecit, historiam se ait scripsisse. Titulum tamen, parum abest quin majorem libro, inscripsit ejusmodi: « Antiochiani, in sacro Apollinis certamine victoris (cursu, credo, aliquando puer vicerat), eorum quæ in Armenia et Mesopotamia et Media a Romanis modo gesta sunt enarratio. »

31. Jam vero audivi etiam qui futurarum rerum historiam scripserit, et captivitatem Vologesi, et Osrois cædem, quomodo ut leoni objicietur, et super omnia desideratissimum nobis triumphum. Sic vaticinantis simul furore instinctus ad finem jam scriptionis properavit. Verum etiam urbem jam in Mesopotamia condidit, magnitudine maximam et pulchritudine pulcherrimam; illud vero adhuc considerat et consulit, utrum Victoriam illam appellare fas sit, an Concordiam, an Paciferam. Et istud quidem nondum decretum est et adhuc sine nomine nobis urbs illa pulcherrima, deliriis multis atque muco historico oppleta: ea vero quæ apud Indos aliquando gerentur, jam scripturum se recepit, externique maris circuitum. Neque ista intra promissionem subsistunt, sed proœmium Indicæ jam compositum est: ac tertia legio, et Galli, et Maurorum manus exigua duce Cassio, omnes jam Indum flumen trajecerunt: quid vero facturi sint, aut elephantorum quomodo sint impetum excepturi, ea non ita multo post nobis admirabilis scriptor Muziride aut ab Oxydracis perscribet.

32. Talia multa præ inscitia delirant, qui digna visu neque vident, neque si viderint explicare pro dignitate queant, excogitent vero et confingant quicquid in buccas illas importunas, aiunt, venerit: præterea in numero quoque librorum gravitatem quandam affectant, maxime ipsis in inscriptionibus: nam rursus hæ quoque perquam ridiculæ. Alicujus Parthicarum victoriarum tot libri: et rursus, Parthidis primus, secundus, nempe ut Atthidis. Alius multo etiam urbanius (legi enim), Demetrii Sagalassensis Parthonicica. Neque vero eo ista commemoro, ut ridiculo habeam et ludibrio traducam historias tam bellas, verum utilitatis causa: quandoquidem qui hæc et horum similia fugerit, ille jam multum ad rectam historiæ scribendæ rationem profecit, vel potius paucis adhuc indiget, si quidem vere illud dialectica præcipit, eorum, inter quæ nihil est medium, alterius sublationem necessario contra inducere alterum.

33. Et sane area tibi, dicat aliquis, accurate purgata est, atque spinæ, quotquot erant, et vepres excisi sunt; rudera reliquorum jam elata, et si quid asperum fuerat, jam planum est. Itaque jam tu aliquid ædifica et ipse, ut

ἐστιν. Ὥστε οἰκοδόμει τι ἤδη καὶ αὐτός, ὡς δείξῃς οὐκ ἀνατρέψαι μόνον τὸ τῶν ἄλλων γεννάδας ὤν, ἀλλά τι καὶ αὐτὸς ἐπινοῆσαι δεξιὸν καὶ ὃ οὐδεὶς ἄν, ἀλλ' οὐδ' ὁ Μῶμος μωμήσασθαι δύναιτο.

34. Φημὶ τοίνυν τὸν ἄριστα ἱστορίαν συγγράφοντα δύο μὲν ταῦτα κορυφαιότατα οἴκοθεν ἔχοντα ἥκειν, σύνεσίν τε πολιτικὴν καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικήν, τὴν μὲν ἀδίδακτόν τι τῆς φύσεως δῶρον, ἡ δύναμις δὲ πολλῇ τῇ ἀσκήσει καὶ συνεχεῖ τῷ πόνῳ καὶ ζήλῳ τῶν ἀρχαίων προσγεγενημένη ἔστω. Ταῦτα μὲν οὖν ἄτεχνα καὶ οὐδὲν ἐμοῦ συμβούλου δεόμενα· οὐ γὰρ συνετοὺς καὶ ὀξεῖς ἀποφαίνειν τοὺς μὴ παρὰ τῆς φύσεως τοιούτους φησὶ τοῦτο ἡμῖν τὸ βιβλίον· ἐπεὶ πολλοῦ ἄν, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἦν ἄξιον, εἰ μεταπλάσαι καὶ μετακοσμῆσαι τὰ τηλικαῦτα ἠδύνατο ἢ ἐκ μολύβδου χρυσὸν ἀποφῆναι ἢ ἄργυρον ἐκ καττιτέρου ἢ ἀπὸ Κόνωνος Τίτορμον ἢ ἀπὸ Λεωτροφίδου Μίλωνα ἐξεργάσασθαι.

35. Ἀλλὰ ποῦ τὸ τῆς τέχνης καὶ τὸ τῆς συμβουλῆς χρήσιμον; οὐκ ἐς ποίησιν τῶν προσόντων, ἀλλ' ἐς χρῆσιν αὐτῶν τὴν προσήκουσαν· οἷόν τι ἀμέλει καὶ Ἴκκος καὶ Ἡρόδικος καὶ Θέων καὶ εἴ τις ἄλλος γυμναστής, οὐχ ὑπόσχοιντο ἄν σοί που τὸν Περδίκκαν παραλαβόντες [εἰ δὴ οὗτός ἐστιν ὁ τῆς μητρυιᾶς ἐρασθεὶς καὶ διὰ ταῦτα κατεσκληκώς, ἀλλὰ μὴ Ἀντίοχος ὁ τοῦ Σελεύκου Στρατονίκης ἐκείνης] ἀποφαίνειν Ὀλυμπιονίκην καὶ Θεαγένει τῷ Θασίῳ ἢ Πολυδάμαντι τῷ Σκοτουσσαίῳ ἀντίπαλον, ἀλλὰ τὴν δοθεῖσαν ὑπόθεσιν εὐφυᾶ πρὸς ὑποδοχὴν τῆς γυμναστικῆς παρὰ πολὺ ἀμείνω ἀποφαίνειν μετὰ τῆς τέχνης. Ὥστε ἀπέστω καὶ ἡμῶν τὸ ἐπίφθονον τοῦτο τῆς ὑποσχέσεως, εἰ τέχνην φαμὲν ἐφ' οὕτω μεγάλῳ καὶ χαλεπῷ τῷ πράγματι εὑρηκέναι· οὐ γὰρ ὁντινοῦν παραλαβόντες ἀποφαίνειν συγγραφέα φαμέν, ἀλλὰ τῷ φύσει συνετῷ καὶ ἄριστα πρὸς λόγους ἠσκημένῳ ὑποδείξειν ὁδούς τινας ὀρθάς, εἰ δὴ τοιαῦται φαίνονται, αἷς χρώμενος θᾶττον ἂν καὶ εὐμαρέστερον τελέσειεν ἄχρι πρὸς τὸν σκοπόν.

36. Καίτοι οὐ γὰρ ἂν φαίης ἀπροσδεῆ τὸν συνετὸν εἶναι τῆς τέχνης καὶ διδασκαλίας ὧν ἀγνοεῖ· ἐπεὶ κἂν ἐκιθάριζε μὴ μαθὼν καὶ ηὔλει καὶ πάντα ἂν ἠπίστατο. Νῦν δὲ μὴ μαθὼν οὐκ ἄν τι αὐτῶν χειρουργήσειεν, ὑποδείξαντος δέ τινος ῥᾷστά τε ἂν μάθοι καὶ εὖ μεταχειρίσαιτο ἐφ' αὑτοῦ.

37. Καὶ τοίνυν καὶ ἡμῖν τοιοῦτός τις ὁ μαθητὴς νῦν παραδεδόσθω, συνεῖναί τε καὶ εἰπεῖν οὐκ ἀγεννής, ἀλλ' ὀξὺ δεδορκώς, οἷος καὶ πράγμασι χρήσασθαι ἄν, εἰ ἐπιτραπείη, καὶ γνώμην στρατιωτικήν, ἀλλὰ μετὰ τῆς πολιτικῆς καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν καὶ νὴ Δία καὶ ἐν στρατοπέδῳ γεγονώς ποτε καὶ γυμναζομένους ἢ ταττομένους στρατιώτας ἑορακὼς καὶ ὅπλα εἰδὼς καὶ μηχανήματα ἔνια καὶ τί ἐπὶ κέρως καὶ τί ἐπὶ μετώπου, πῶς οἱ λόχοι, πῶς οἱ ἱππεῖς καὶ πόθεν καὶ τί ἐξελαύνειν ἢ περιελαύνειν, καὶ ὅλως, οὐ τῶν κατοικιδίων τις οὐδ' οἷος πιστεύειν μόνον τοῖς ἀπαγγέλλουσι.

38. Μάλιστα δὲ καὶ πρὸ τῶν πάντων ἐλεύθερος

non diruendis tantum aliorum operibus virum te fortem ostendas, sed idoneum aliquid etiam per te ipsum excogitare, quodque nemo, ne ipse quidem Momus possit reprehendere.

34. Aio igitur eum qui optime scripturus sit historiam, duo quidem ista maxime capitalia domo ad eam rem afferre debere, prudentiam civilem et vim eloquendi; alteram quidem ingenii munus, doceri nescium : eloquendi vero vis multa exercitatione, et perpetuo labore, et antiquorum æmulatione accesserit oportet. Hæc quidem igitur artis et disciplinæ expertia, neque meo indigentia consilio : non enim prudentes atque acutos reddere eos qui a natura tales non sunt, hic noster libellus promittit : alioquin magni, quin quantivis esset pretii, si refingere et retractare talia posset, aut ex plumbo aurum facere, vel argentum de stanno, aut ex Conone Titormum, aut ex Leotrophide Milonem efficere.

35. Sed ubi artis et consilii usus est? Non ad creanda quæ adesse debent, sed ad usum illorum convenientem. Sicut nempe etiam Iccus et Herodicus, et Theon, et si quis alius exercitor, non promiserint tibi assumtum hunc Perdiccam [si modo hic est ille, qui novercæ suæ amore quum correptus esset, ob id ipsum contabuit; non Antiochus Seleuci filius, Stratonicam illam deperiens] Olympiæ victorem reddere, et qui cum Thasio Theagene, aut Polydamante Scotussæo comparari possit : verum hoc promiserint, se datam sibi materiem aptam natam recipiendæ illi exercitationum rationi meliorem multo ope artis suæ reddituros. Itaque absit a nobis etiam pollicitationis illius invidia, si artem nos dicamus rei ita magnæ atque difficili consequendæ reperisse : neque enim hoc dicimus, nos quemcunque de medio arreptum reddituros historicum; sed ei qui natura prudens et optime ad dicendum exercitatus fuerit, ostensuros vias quasdam rectas, si quidem tales eæ videbuntur, quas si insistierit, celerius faciliusque ad scopum pervenire possit.

36. Neque enim hoc dixeris, qui prudens sit, eum nihil indigere arte ac disciplina eorum quæ ignorat : alioqui citharam etiam nemine docente pulsaret, et inflaret tibias, ac nosset omnia. Jam vero sine disciplina nihil horum tractaverit : verum si quis illi commonstret, et discet facillime, et bene deinde suo ipse Marte tractabit.

37. Itaque nobis etiam talis nunc tradatur discipulus, non ignavus ad intelligendum neque ad dicendum; sed acutum cernens, qui etiam negotia publica tractare, si præficiatur, possit, militaremque animum, sed cum civili, etiam bellici ducis experientiam habere : et qui mehercle in castris aliquando versatus fuerit, militesque viderit dum exercentur instruunturve, armaque et machinas quasdam norit, quidque sit in cornu, quid in frontem, quomodo ordines, quomodo equites, et unde, et quid sit obequitare, aut circumequitare : verbo, detur nobis non aliquis qui domi desideat, quique credat solum narrantibus.

38. Maxime vero et ante omnia liber sit animo, neu

ἔστω τὴν γνώμην καὶ μήτε φοβείσθω μηδένα μήτε ἐλπιζέτω μηδὲν, ἐπεὶ ὅμοιος ἔσται τοῖς φαύλοις δικασταῖς πρὸς χάριν ἢ πρὸς ἀπέχθειαν ἐπὶ μισθῷ δικάζουσιν. Ἀλλὰ μὴ μελέτω αὐτῷ μήτε Φίλιππος ἐκκεκομμένος τὸν ὀφθαλμὸν ὑπὸ Ἀστέρος τοῦ Ἀμφιπολίτου τοῦ τοξότου ἐν Ὀλύνθῳ, ἀλλὰ τοιοῦτος οἷος ἦν δειχθήσεται· μήτ' εἰ Ἀλέξανδρος ἀνιάσεται ἐπὶ τῇ Κλείτου σφαγῇ ὠμῶς ἐν τῷ συμποσίῳ γενομένῃ, εἰ σαφῶς ἀναγράφοιτο· οὐδὲ Κλέων αὐτὸν φοβήσει μέγα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δυνάμενος καὶ κατέχων τὸ βῆμα, ὡς μὴ εἰπεῖν ὅτι ὀλέθριος καὶ μανικὸς ἄνθρωπος οὗτος ἦν· οὐδὲ ἡ σύμπασα πόλις τῶν Ἀθηναίων, ἢν τὰ ἐν Σικελίᾳ κακὰ ἱστορῇ καὶ τὴν Δημοσθένους λῆψιν καὶ τὴν Νικίου τελευτὴν καὶ ὡς ἐδίψων καὶ οἷον τὸ ὕδωρ ἔπινον καὶ ὡς ἐφονεύοντο πίνοντες οἱ πολλοί. Ἡγήσεται γὰρ — ὅπερ δικαιότατον — ὑπ' οὐδενὸς τῶν νοῦν ἐχόντων αὐτὸς ἕξειν τὴν αἰτίαν, ἢν τὰ δυστυχῶς ἢ ἀνοήτως γεγενημένα ὡς ἐπράχθη διηγῆται· οὐ γὰρ ποιητὴς αὐτῶν, ἀλλὰ μηνυτὴς ἦν. Ὥστε κἂν καταναυμαχῶνται τότε, οὐκ ἐκεῖνος ὁ καταδύων ἐστὶ, κἂν φεύγωσιν, οὐκ ἐκεῖνος ὁ διώκων, ἐκτὸς εἰ μὴ, εὔξασθαι δέον, παρέλειπεν· ἐπεί τοί γε εἰ σιωπήσας αὐτὰ ἢ πρὸς τοὐναντίον εἰπὼν ἐπανορθώσασθαι ἐδύνατο, ῥᾷστον ἦν ἑνὶ καλάμῳ λεπτῷ τὸν Θουκυδίδην ἀνατρέψαι μὲν τὸ ἐν ταῖς Ἐπιπολαῖς παρατείχισμα, καταδῦσαι δὲ τὴν Ἑρμοκράτους τριήρη καὶ τὸν κατάρατον Γύλιππον διαπεῖραι μεταξὺ ἀποτειχίζοντα καὶ ἀποταφρεύοντα τὰς ὁδοὺς, καὶ τέλος Συρακοσίους μὲν ἐς τὰς λιθοτομίας ἐμβαλεῖν, τοὺς δ' Ἀθηναίους περιπλεῖν Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν μετὰ τῶν πρώτων τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐλπίδων. Ἀλλ', οἶμαι, τὰ μὲν πραχθέντα οὐδὲ Κλωθὼ ἂν ἔτι ἀνακλώσειεν οὐδὲ Ἄτροπος μετατρέψειε.

39. Τοῦ δὴ συγγραφέως ἔργον ἓν, ὡς ἐπράχθη, εἰπεῖν. Τοῦτο δ' οὐκ ἂν δύναιτο, ἄχρι ἂν ἢ φοβῆται Ἀρτοξέρξην ἰατρὸς αὐτοῦ ὤν, ἢ ἐλπίζῃ κάνδυν πορφυροῦν καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν καὶ ἵππον τῶν Νισαίων λήψεσθαι μισθὸν τῶν ἐν τῇ γραφῇ ἐπαίνων. Ἀλλ' οὐ Ξενοφῶν αὐτὸ ποιήσει, δίκαιος συγγραφεὺς, οὐδὲ Θουκυδίδης. Ἀλλὰ κἂν ἰδίᾳ μισῇ τινας, πολὺ ἀναγκαιότερον ἡγήσεται τὸ κοινὸν καὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ πλείονος ποιήσεται τῆς ἔχθρας, κἂν φιλῇ, ὅμως οὐκ ἀφέξεται ἁμαρτάνοντος· ἓν γὰρ, ὡς ἔφην, τοῦτο ἴδιον ἱστορίας, καὶ μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἴ τις ἱστορίαν γράψων ἴῃ, τῶν δ' ἄλλων ἁπάντων ἀμελητέον αὐτῷ, καὶ ὅλως πῆχυς εἷς καὶ μέτρον ἀκριβὲς, ἀποβλέπειν μὴ εἰς τοὺς νῦν ἀκούοντας, ἀλλ' εἰς τοὺς μετὰ ταῦτα συνεσομένους τοῖς συγγράμμασιν.

40. Εἰ δὲ τὸ παραυτίκα τις θεραπεύοι, τῆς τῶν κολακευόντων μερίδος εἰκότως ἂν νομισθείη, οὓς πάλαι ἡ ἱστορία καὶ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀπέστραπτο, οὐ μεῖον ἢ κομμωτικὴν ἡ γυμναστική. Ἀλεξάνδρου γοῦν καὶ τοῦτο ἀπομνημονεύουσιν, ὃς, Ἡδέως ἂν, ἔφη, πρὸς ὀλίγον ἀνεβίουν, ὦ Ὀνησίκριτε, ἀποθανὼν, ὡς μάθοιμι ὅπως ταῦτα οἱ ἄνθρωποι τότε ἀναγιγνώσκουσιν. Εἰ δὲ νῦν

metuat quemquam, neve quicquam speret : alioqui malis judicibus similis erit, ad gratiam aut inimicitias mercede jus dicentibus. Sed neque curæ ipsi sit aut Philippus oculo privatus ab Astere Amphipolitano sagittario ad Olynthum; verum qualis erat, talis ostendetur : neque an Alexander ægre laturus sit Cliti cædem crudeliter in convivio factam, si dilucide scribatur; neque Cleon illum terrebit, multum in concione valens et regnans in suggestu, quominus dicat perniciosum furiosumque fuisse hominem : neque universa Atheniensium civitas, si Siculas clades enarret, et Demosthenis captivitatem, et mortem Niciæ, et ut sitierint, et qualem aquam biberint, et ut inter bibendum cæsi sint multi. Existimabit enim, quod res est a nemine sano vitio sibi datum iri, si, quæ infeliciter aut parum prudenter facta sunt, ea quemadmodum contigere enarret. Neque enim ipse auctor illorum est, sed index. Itaque quum navali prælio vincuntur, non ille est qui submergit; et, si fugiant, non ille qui tergis instat : nisi forte, quum votis opus esset, ea prætermiserit. Quandoquidem si tacendo illa, aut in contrarium narrando corrigere potuisset; facillimum erat Thucydidi, tenui uno calamo evertere munitionem Epipolis impositam, et Hermocratis triremem submergere, et exsecrabilem illum confodere Gylippum, dum munitionibus vias et fossis intercludit; et tandem Syracusanos quidem in lapicidinas conjicere, Atheniensibus vero hoc præstare, ut Siciliam atque Italiam secundum primas spes Alcibiadis navigatione complecterentur. Verum quæ facta sunt, ea, puto, neque Clotho retro glomerare potest, neque retractare Atropos.

39. Historici autem unum est opus, ut gesta sint singula, ita dicere. Hoc vero facere non poterit, quam diu Artaxerxen metuet, cujus sit medicus, aut purpuream se candyn sperabit, et torquem auream, et equum Nisæum acceptu-rum, mercedem suarum in historia laudum. Verum Xenophon hoc non fecerit, justus scriptor, neque Thucydides. Sed licet privatim quosdam oderit, multo sibi magis necessariam judicabit rem publicam, et veritatem pluris faciet quam inimicitias : et, si quem amet, tamen non parcet peccanti. Unum enim, ut dixi, hoc historiæ proprium est, et soli litandum veritati, si quis ad scribendam historiam accedat; reliquorum vero omnium cura abjicienda ipsi. Atque in universum, norma una et mensura exacta hæc est, respicere non ad eos qui nunc audiunt, sed ad hos qui postero ævo cum scriptis nostris sint versaturi.

40. Si quis vero quod præsens est modo captet suis studiis, adulatorum merito gregi ascribetur, quos dudum historia ab initio inde non minus quam exercitatrix ars comtricem illam mangonum aversata est. Alexandri quidem illam quoque memorabilem vocem referunt, qui, Lubens, inquit, Onesicrite, vel ad parvum temporis spatium post mortem meam reviviscerem, audiendi causa, quomodo ista lecturi

αὐτὰ ἐπαινοῦσι καὶ ἀσπάζονται, μὴ θαυμάσης· οἴονται γὰρ οὐ μικρῷ τινι τῷ δελέατι τούτῳ ἀνασπάσειν ἕκαστος τὴν παρ' ἡμῶν εὔνοιαν. Ὁμήρῳ γοῦν, καίτοι πρὸς τὸ μυθῶδες τὰ πλεῖστα συγγεγραφότι ὑπὲρ τοῦ Ἀχιλλέως, ἤδη καὶ πιστεύειν τινὲς ὑπάγονται, μόνον τοῦτο εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας μέγα τεκμήριον τιθέμενοι, ὅτι μὴ περὶ ζῶντος ἔγραφεν· οὐ γὰρ εὑρίσκουσιν οὗτινος ἕνεκα ἐψεύδετ' ἄν.

41. Τοιοῦτος οὖν μοι ὁ συγγραφεὺς ἔστω, ἄφοβος, ἀδέκαστος, ἐλεύθερος, παρρησίας καὶ ἀληθείας φίλος, ὡς ὁ κωμικός φησι, τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην δὲ σκάφην ὀνομάσων, οὐ μίσει οὐδὲ φιλίᾳ τι νέμων οὐδὲ φειδόμενος ἢ ἐλεῶν ἢ αἰσχυνόμενος ἢ δυσωπούμενος, ἴσος δικαστής, εὔνους ἅπασιν ἄχρι τοῦ μὴ θατέρῳ ἀπονεῖμαι πλεῖον τοῦ δέοντος, ξένος ἐν τοῖς βιβλίοις καὶ ἄπολις, αὐτόνομος, ἀβασίλευτος, οὐ τί τῷδε ἢ τῷδε δόξει λογιζόμενος, ἀλλὰ τί πέπρακται λέγων.

42. Ὁ δ' οὖν Θουκυδίδης εὖ μάλα τοῦτ' ἐνομοθέτησε καὶ διέκρινεν ἀρετὴν καὶ κακίαν συγγραφικήν, ὁρῶν μάλιστα θαυμαζόμενον τὸν Ἡρόδοτον, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι αὐτοῦ τὰ βιβλία· κτῆμα γάρ φησι μᾶλλον ἐς ἀεὶ συγγράφειν ἤπερ ἐς τὸ παρὸν ἀγώνισμα, καὶ μὴ τὸ μυθῶδες ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγενημένων ἀπολείπειν τοῖς ὕστερον. Καὶ ἐπάγει τὸ χρήσιμον καὶ ὃ τέλος ἄν τις εὖ φρονῶν ὑπόθοιτο ἱστορίας, ὥς εἴ ποτε καὶ αὖθις τὰ ὅμοια καταλάβοι, ἔχοιεν, φησί, πρὸς τὰ προγεγραμμένα ἀποβλέποντες εὖ χρῆσθαι τοῖς ἐν ποσί.

43. Καὶ τὴν μὲν γνώμην τοιαύτην ἔχων ὁ συγγραφεὺς ἡκέτω μοι, τὴν δὲ φωνὴν καὶ τὴν τῆς ἑρμηνείας ἰσχύν, τὴν μὲν σφοδρὰν ἐκείνην καὶ κάρχαρον καὶ συνεχῆ ταῖς περιόδοις καὶ ἀγκύλην ταῖς ἐπιχειρήσεσι καὶ τὴν ἄλλην τῆς ῥητορείας δεινότητα μὴ κομιδῇ τεθηγμένος ἀρχέσθω τῆς γραφῆς, ἀλλ' εἰρηνικώτερον διακείμενος. Καὶ ὁ μὲν νοῦς σύστοιχος ἔστω καὶ πυκνός, ἡ λέξις δὲ σαφὴς καὶ πολιτική, οἷα ἐπισημότατα δηλοῦν τὸ ὑποκείμενον.

44. Ὡς γὰρ τῇ γνώμῃ τοῦ συγγραφέως σκοποὺς ὑπεθέμεθα παρρησίαν καὶ ἀλήθειαν, οὕτω δὲ καὶ τῇ φωνῇ αὐτοῦ εἷς σκοπὸς ὁ πρῶτος, σαφῶς δηλῶσαι καὶ φανότατα ἐμφανίσαι τὸ πρᾶγμα, μήτε ἀπορρήτοις καὶ ἔξω πάτου ὀνόμασι μήτε τοῖς ἀγοραίοις τούτοις καὶ καπηλικοῖς, ἀλλ' ὡς μὲν τοὺς πολλοὺς συνεῖναι, τοὺς δὲ πεπαιδευμένους ἐπαινέσαι. Καὶ μὴν καὶ σχήμασι κεκοσμήσθω ἀνεπαχθέσι καὶ τὸ ἀνεπιτήδευτον μάλιστα ἔχουσιν· ἐπεὶ τοῖς κατηρτυμένοις τῶν ζωμῶν ἐοικότας ἀποφαίνει τοὺς λόγους.

45. Καὶ ἡ μὲν γνώμη κοινωνείτω καὶ προσαπτέσθω τι καὶ ποιητικῆς, παρ' ὅσον μεγαληγόρος καὶ διηρμένη καὶ ἐκείνη, καὶ μάλισθ' ὁπόταν παρατάξεσι καὶ μάχαις καὶ ναυμαχίαις συμπλέκηται· δεήσει γὰρ τότε ποιητικοῦ τινος ἀνέμου ἐπουριάσοντος τὰ ἀκάτια καὶ συνδιοίσοντος ὑψηλὴν καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν κυμάτων τὴν ναῦν. Ἡ λέξις δὲ ὅμως ἐπὶ γῆς βεβηκέτω, τῷ μὲν κάλλει καὶ

sint qui tum erunt homines. Nunc vero ea si laudant et amplectuntur, mirari noli : putant enim ea se non parva quadam esca piscaturos esse nostram quisque benevolentiam. Homero sane, licet fabulose pleraque scripserit in Achillis laudem, jam ad credendum quidam inducuntur, solum illud ad veritatis demonstrationem magnum documentum ponentes, quod non de vivo scripsit : neque enim cujus rei causa mentiretur inveniunt.

41. Talis igitur mihi historicus esto, metus expers, incorruptus, ingenuus, libertatis et veritatis amicus, qui, Comici verbo, ficum vocet ficum, scapham dicat scapham : non odio, neque amicitiæ tribuens quicquam, non parcens, non misericordia, aut pudore vel verecundia tactus, judex æquus, benevolus omnibus eatenus, ne quid alteri justo plus tribuat, peregrinus in libris suis, nullius civitatis, suis ipse legibus vivens, regem agnoscens nullum, non quid hic vel ille existimaturus sit reputans, sed dicens quod est factum.

42. Præclare igitur hanc legem tulit Thucydides, virtutemque et vitium historici distinxit, quum maxima in admiratione videret esse Herodotum, adeo ut Musarum etiam nominibus libri illius vocarentur. Possessionem enim potius in perpetuum scribere se ait, quam commissionem quæ in præsens tantum placeat : neque fabulosa se amplecti, sed veram factorum expositionem posteritati se relinquere : subjungitque utilitatem, quemque finem, si quis recte sapiat, constituat historiæ : ut si quando rursus similia ingruant, habeant, inquit, respicientes ad ea quæ olim scripta sunt, quomodo recte utantur præsentibus.

43. Ac talem quidem habens animum historicus mihi detur : quantum vero ad dictionem et eloquendi facultatem attinet, vehementi quidem illa atque aspera, et periodis continua, et argumentis contorta, ceteraque vi oratoria non admodum exacutus, sed placide magis animo affectus, ad scribendum accedat. Ac sententia quidem sit concinna et crebra; dictio autem dilucida et civilis, quæ quam clarissime explicet materiam.

44. Quemadmodum enim animo scriptoris metas posuimus dicendi libertatem et veritatem : ita et linguæ illius seu dictioni scopus unus primus, dilucide explicare et clarissime rem declarare, neque obscuris et remotis ab usu nominibus, neque hisce de media turba et de caupona sumtis, sed talibus quæ vulgus intelligere, eruditi laudare possint. Verum figuris quoque ornata sit non importunis, et quæ minime videantur quæsitæ : alioquin offis per nimia condimenta corruptis similem orationem efficit.

45. Ac mens quidem historici participet aliquid asciscatque sibi poetices, quatenus magna et ipsam eloqui et erigere se oporteat, præsertim quando aciebus, et pugnis, et navalibus præliis implicatur : opus enim tum erit poetico quodam spiritu, qui secundo flatu vela impleat, celsamque per summos fluctus navim perferat. Dictio autem nihilominus humi incedat, quæ simul cum pulchritudine

τῷ μεγέθει τῶν λεγομένων συνεπαιρομένη καὶ ὡς ἔνι μάλιστα ὁμοιουμένη, ξενίζουσα δὲ μηδ' ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐνθουσιῶσα· κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μέγιστος παρακινῆσαι καὶ κατενεχθῆναι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κορύβαντα, ὥστε μάλιστα πειστέον τηνικαῦτα τῷ χαλινῷ καὶ σωφρονητέον, εἰδότας ὡς ἱπποτυφία τις καὶ ἐν λόγοις πάθος οὐ μικρὸν γίγνεται. Ἄμεινον οὖν ἐφ' ἵππου ὀχουμένῃ τότε τῇ γνώμῃ τὴν ἑρμηνείαν πεζῇ συμπαραθεῖν, ἐχομένην τοῦ ἐφιππίου, ὡς μὴ ἀπολείποιτο τῆς φορᾶς.

46. Καὶ μὴν καὶ συνθήκῃ τῶν ὀνομάτων εὐκράτῳ καὶ μέσῃ χρηστέον, οὔτε ἄγαν ἀφιστάντα καὶ ἀπαρτῶντα — τραχὺ γάρ — οὔτε ῥυθμῷ παρ' ὀλίγον, ὡς οἱ πολλοί, συνάπτοντα· τὸ μὲν γὰρ ἐπαίτιον, τὸ δὲ ἀηδὲς τοῖς ἀκούουσι.

47. Τὰ δὲ πράγματα αὐτὰ οὐχ ὡς ἔτυχε συνακτέον, ἀλλὰ φιλοπόνως καὶ ταλαιπώρως πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν ἀνακρίναντα, καὶ μάλιστα μὲν παρόντα καὶ ἐφορῶντα, εἰ δὲ μή, τοῖς ἀδεκαστότερον ἐξηγουμένοις προσέχοντα καὶ οὓς εἰκάσειεν ἄν τις ἥκιστα πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἀφαιρήσειν ἢ προσθήσειν τοῖς γεγονόσι. Κἀνταῦθα ἤδη καὶ στοχαστικός τις καὶ συνθετικὸς τοῦ πιθανωτέρου ἔστω.

48. Καὶ ἐπειδὰν ἀθροίσῃ ἅπαντα ἢ τὰ πλεῖστα, πρῶτα μὲν ὑπόμνημά τι συνυφαινέτω αὐτῶν καὶ σῶμα ποιείτω ἀκαλλὲς ἔτι καὶ ἀδιάρθρωτον· εἶτα ἐπιθεὶς τὴν τάξιν ἐπαγέτω τὸ κάλλος καὶ χρωννύτω τῇ λέξει καὶ σχηματιζέτω καὶ ῥυθμιζέτω.

49. Καὶ ὅλως ἐοικέτω τότε τῷ τοῦ Ὁμήρου Διὶ ἄρτι μὲν τὴν τῶν ἱπποπόλων Θρῃκῶν γῆν ὁρῶντι, ἄρτι δὲ τὴν Μυσῶν· κατὰ ταῦτα καὶ αὐτὸς ἄρτι μὲν ἴδια ὁράτω καὶ δηλούτω ἡμῖν οἷα ἐφαίνετο αὐτῷ ἀφ' ὑψηλοῦ ὁρῶντι, ἄρτι δὲ τὰ Περσῶν, εἶτ' ἀμφότερα, εἰ μάχοιντο. Καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ παρατάξει μὴ πρὸς ἓν μέρος ὁράτω μηδὲ ἐς ἕνα ἱππέα ἢ πεζόν, εἰ μὴ Βρασίδας τις εἴη προπηδῶν ἢ Δημοσθένης ἀνακόπτων τὴν ἐπίβασιν, ἀλλ' ἐς τοὺς στρατηγοὺς μὲν τὰ πρῶτα, καὶ εἴ τι παρεκελεύσαντο, κἀκεῖνο ἀκηκούσθω, καὶ ὅπως καὶ ᾗτινι γνώμῃ καὶ ἐπινοίᾳ ἔταξαν. Ἐπειδὰν δὲ ἀναμιχθῶσι, κοινὴ ἔστω ἡ θέα, καὶ ζυγοστατείτω τότε ὥσπερ ἐν τρυτάνῃ τὰ γιγνόμενα καὶ συνδιωκέτω καὶ συμφευγέτω.

50. Καὶ πᾶσι τούτοις μέτρον ἐπέστω, μὴ ἐς κόρον μηδὲ ἀπειροκάλως μηδὲ νεαρῶς, ἀλλὰ ῥᾳδίως ἀπολυέσθω· καὶ στήσας ἐνταῦθά που ταῦτα ἐπ' ἐκεῖνα μεταβαινέτω, ἢν κατεπείγῃ· εἶτα ἐπανίτω λυθείς, ὁπόταν ἐκεῖνα καλῇ· καὶ πρὸς πάντα σπευδέτω καὶ ὡς δυνατὸν ὁμοχρονείτω καὶ μεταπετέσθω ἀπ' Ἀρμενίας μὲν εἰς Μηδίαν, ἐκεῖθεν δὲ ῥοιζήματι ἑνὶ εἰς Ἰβηρίαν, εἶτα εἰς Ἰταλίαν, ὡς μηδενὸς καιροῦ ἀπολείποιτο.

51. Μάλιστα δὲ κατόπτρῳ ἐοικυῖαν παρασχέσθω τὴν γνώμην ἀθόλῳ καὶ στιλπνῷ καὶ ἀκριβεῖ τὸ κέντρον, καὶ ὁποίας ἂν δέξηται τὰς μορφὰς τῶν ἔργων, τοιαῦτα καὶ δεικνύτω αὐτά, διάστροφον δὲ ἢ παράχρουν ἢ ἑτερόσχημον μηδέν· οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενα ἔστι καὶ εἰρήσεται· πέπρακται γὰρ

dicendorum et magnitudine attollatur, et quantum ejus licet, illis exæquetur; interim in peregrinitatem non exeat, neque ultra quam opportunum est, spiritu efferatur. Tum enim maximum periculum est, ne insaniat præcepsque in poeticum furorem incidat. Itaque tum inprimis obtemperandum est habenis, et sobrietati studendum, cogitantibus magnum etiam in oratione vitium esse nimium et fastuosum equitandi studium. Optimum igitur tum fuerit, uti mentem velut equo vectam pedestri cursu comitetur elocutio, prehenso ephippio, ne ab impetu equi destituatur.

46. Verum compositione etiam verborum temperata et media utendum, ut ea neque nimis distrahas et dimoveas (asperum enim), neque rythmo pæne, ut plerique, concludas: quorum hoc quidem vitiosum est, illud vero insuave audientibus.

47. Res autem ipsas non temere conquirere debet, sed cum labore et ærumnabili quadam diligentia, instituto sæpius de iisdem judicio, maxime quidem, præsens ipse et inspiciens; sin vero minus, fidem illis habens qui narrant celeris incorruptius, et quos conjiciat aliqui minime ad gratiam vel odii causa subtrahere quicquam rebus gestis vel adjicere. Et hinc jam ad conjecturam acutus sit, et qui argumentis elicere quid sit probabilius queat.

48. Et quum collegerit omnia aut pleraque, primo quidem commentarium quendam illorum contexat, et corpus faciat informe adhuc et artubus suis nondum distinctum: tum ordine adjecto pulchritudinem inducat, et dictionis colorem addat, et figurarum numerorumque ornamentis orationem instruat.

49. Et omnino tum Homerico illi Jovi similis sit, nunc quidem equestrium Thracum inspicienti terram, nunc vero Mysorum: eadem enim ratione ipse quoque jam res Romanorum seorsum inspiciat, et, quales sibi visæ sint ex alto contemplanti, enarret, jam vero Persarum: tum utrasque, si pugnent; et in ipsa adeo acie non ad unam partem respiciat, neque ad unum equitem vel peditem, nisi forte Brasidas aliquis prosiliat, aut Demosthenes escensum prohibeat; sed ad duces quidem primum; et, si quid illi imperent, illud quoque audiat, et quomodo et qua mente et consilio aciem instruxerint. Postquam vero ad manus ventum, commune sit spectaculum, et quasi trutina tum suspendat quæcumque geruntur: et persequentes comitetur, et fugientes.

50. Et modus adsit hisce omnibus, ne ad satietatem, neu ultra quam res poscat neu juveniliter narret; sed cum facilitate se quadam expediat: et certo quodam loco de his cessans, ad illa, si urgeant, transeat; tum redeat exsolutus, ubi ista vocaverint; ac properet ad omnia, et quantum potest, eodem cum ipsis temporibus vestigio procedat, transvoletque ab Armenia quidem in Mediam, inde vero stridentibus velut alis in Iberiam, inde in Italiam, ut nullum non tempus consequatur.

51. Maxime vero speculo similem præbeat animum, nihil turbido, splendido, centri exacti; qualesque acceperit operum species, tales etiam illas ostendat; distortum vero, aut adulterati coloris, aut figuræ diversæ, nihil. Neque enim ut eloquentiæ magistris scribunt historici: sed dicenda præsto sunt, et dicentur omnino; jam enim facta sunt;

ἤδη· δεῖ δὲ τάξαι καὶ εἰπεῖν αὐτά. Ὥστε οὐ τί εἴπωσι ζητητέον αὐτοῖς, ἀλλ' ὅπως εἴπωσιν. Ὅλως δὲ νομιστέον τὸν ἱστορίαν συγγράφοντα Φειδίᾳ χρῆναι ἢ Πραξιτέλει ἐοικέναι ἢ Ἀλκαμένει ἤ τῳ ἄλλῳ ἐκείνων. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνοι χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἢ ἐλέφαντα ἢ τὴν ἄλλην ὕλην ἐποίουν, ἀλλ' ἡ μὲν ὑπῆρχε καὶ προϋπεβέβλητο, Ἠλείων ἢ Ἀθηναίων ἢ Ἀργείων πεποπισμένων, οἱ δὲ ἔπλαττον μόνον καὶ ἔπριον τὸν ἐλέφαντα καὶ ἔξεον καὶ ἐκόλλων καὶ ἐρρύθμιζον καὶ ἐπήνθιζον τῷ χρυσῷ, καὶ τοῦτο ἦν ἡ τέχνη αὐτοῖς, ἐς δέον οἰκονομήσασθαι τὴν ὕλην. Τοιοῦτο δή τι καὶ τὸ τοῦ συγγραφέως ἔργον, εἰς καλὸν διαθέσθαι τὰ πεπραγμένα καὶ εἰς δύναμιν ἐναργέστατα ἐπιδεῖξαι αὐτά. Καὶ ὅταν τις ἀκροώμενος οἴηται μετὰ ταῦτα ὁρᾶν τὰ λεγόμενα καὶ μετὰ τοῦτο ἐπαινῇ, τότε δὴ τότε ἀπηκρίβωται καὶ τὸν οἰκεῖον ἔπαινον ἀπείληφε τὸ ἔργον τῷ τῆς ἱστορίας Φειδίᾳ.

52. Πάντων δὲ ἤδη παρεσκευασμένων, καὶ ἀπροοιμίαστον μέν ποτε ποιήσεται τὴν ἀρχήν, ὁπόταν μὴ πάνυ κατεπείγῃ τὸ πρᾶγμα προδιοικήσασθαί τι ἐν τῷ προοιμίῳ· δυνάμει δὲ καὶ τότε προοιμίῳ χρήσεται τῷ ἀποσαφοῦντι περὶ τῶν λεκτέων.

53. Ὁπόταν δὲ καὶ φροιμιάζηται, ἀπὸ δυοῖν μόνον ἄρξεται, οὐχ ὥσπερ οἱ ῥήτορες ἀπὸ τριῶν, ἀλλὰ τὸ τῆς εὐνοίας παρεὶς προσοχὴν καὶ εὐμάθειαν εὐπορήσει τοῖς ἀκούουσι. Προσέξουσι μὲν γὰρ αὐτῷ, ἢν δείξῃ ὡς περὶ μεγάλων ἢ ἀναγκαίων ἢ οἰκείων ἢ χρησίμων ἐρεῖ· εὐμαθῆ δὲ καὶ σαφῆ τὰ ὕστερον ποιήσει, τὰς αἰτίας προεκτιθέμενος καὶ περιορίζων τὰ κεφάλαια τῶν γεγενημένων.

54. Τοιούτοις προοιμίοις οἱ ἄριστοι τῶν συγγραφέων ἐχρήσαντο, Ἡρόδοτος μέν, ὡς μὴ τὰ γενόμενα ἐξίτηλα τῷ χρόνῳ γένηται, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ὄντα, καὶ ταῦτα νίκας Ἑλληνικὰς δηλοῦντα καὶ ἥττας βαρβαρικάς· Θουκυδίδης δέ, μέγαν τε καὶ αὐτὸς ἐλπίσας ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον καὶ μείζω τῶν προγεγενημένων ἐκεῖνον τὸν πόλεμον· καὶ γὰρ παθήματα ἐν αὐτῷ μεγάλα ξυνέβη γενέσθαι.

55. Μετὰ δὲ τὸ προοίμιον, ἀνάλογον τοῖς πράγμασιν ἢ μηκυνόμενον ἢ βραχυνόμενον, εὐαφὴς καὶ εὐάγωγος ἔστω ἡ ἐπὶ τὴν διήγησιν μετάβασις· ἅπαν γὰρ ἀτεχνῶς τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς ἱστορίας διήγησις μακρά ἐστιν· ὥστε ταῖς τῆς διηγήσεως ἀρεταῖς κατακεκοσμήσθω, λείως τε καὶ ὁμαλῶς προϊοῦσα καὶ αὐτὴ ὁμοίως, ὥστε μὴ προὔχειν μηδὲ κοιλαίνεσθαι· ἔπειτα τὸ σαφὲς ἐπανθείτω, τῇ τε λέξει, ὡς ἔφην, μεμηχανημένον καὶ τῇ συμπεριπλοκῇ τῶν πραγμάτων. Ἀπόλυτα γὰρ καὶ ἐντελῆ πάντα ποιήσει, καὶ τὸ πρῶτον ἐξεργασάμενος ἐπάξει τὸ δεύτερον ἐχόμενον αὐτοῦ καὶ ἁλύσεως τρόπον συνηρμοσμένον, ὡς μὴ διακεκόφθαι μηδὲ διηγήσεις πολλὰς εἶναι ἀλλήλαις παρακειμένας, ἀλλ' ἀεὶ τὸ πρῶτον τῷ δευτέρῳ μὴ γειτνιᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν καὶ ἀνακεκρᾶσθαι κατὰ τὰ ἄκρα.

56. Τάχος ἐπὶ πᾶσι χρήσιμον, καὶ μάλιστα εἰ μὴ ἀπορία τῶν λεκτέων εἴη· καὶ τοῦτο πορίζεσθαι χρὴ μὴ τοσοῦτον ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων, ὅσον ἀπὸ τῶν

oportet autem ordinare illa atque eloqui. Itaque non quid dicant, quærendum eis est, sed quomodo dicant. In universum vero putandum est, historiæ scriptorem Phidiæ aut Praxiteli similem esse debere, aut Alcameni, aut cuidam alii ex eo numero. Neque enim illi aurum, aut argentum, aut ebur, aut ceteram materiam faciebant ipsi; verum illa quidem aderat et subjecta illis erat, Eleis, aut Atheniensibus, aut Argivis suppeditantibus : at ipsi formabant tantum et secabant ebur, poliebantque, et conglutinabant, et concinnabant, et auri velut florem inducebant : eaque ipsa illorum ars erat, materiam, prout opus erat, disponere. Tale igitur etiam opus historici, cum ornatu disponere res gestas, et quam potest lucidissime eas demonstrare. Et ubi, qui audit, postea putat se videre ea quæ dicuntur, ac deinde laudat, tunc sane tunc elaboratum accurate et propriam sibi laudem consecutum est opus historico nostro Phidiæ.

52. Omnibus autem jam paratis, et sine prooemio nonnunquam incipiet, quum res ipsa non valde postulabit præstrui quicquam in prooemio; quanquam tum quoque eo exordio utetur, quod vim habeat prooemii ad lucem iis quæ dicentur afferendam.

53. Quum vero utetur prooemio, a duobus tantum exordietur, non ut oratores a tribus, sed omisso illo quod ad benevolentiam pertinet, attentionem ac docilitatem in auditoribus parabit. Attendent illi, si ostenderit se de magnis, aut necessariis, aut domesticis, aut utilibus dicturum : perspicua vero ea quæ sequuntur et dilucida reddet, causas si primum exponat rerumque gestarum capita finibus suis describat.

54. Talibus prooemiis optimi historicorum usi sunt : Herodotus quidem, Ne res gestæ ipso tempore evanescant, magnæ quum sint atque admirabiles, eæque Græcas victorias indicent, et clades barbarorum; Thucydides autem, magnum et ipse futurum ratus et memoria dignissimum et majus prioribus illud bellum; etenim calamitates magnas in illo contigisse.

55. Post prooemium vero, pro rerum ipsarum portione aut productum aut correptum, concinnus porro et facilis sit transitus ad narrationem. Nam omne prorsus reliquum corpus historiæ narratio longa est. Itaque virtutibus narrationis ornata sit, mollique et æquabili vestigio pariter et ipsa procedat, ut neque emineat quicquam, neve hiet. Deinde perspicuitas efflorescat, quæ et in dictione efficitur, ut dixi, et rerum inter gestarum comprehensione. Nempe expedita omnia et consummata faciet, et primo perfecto secundum illi cohærens inducet et catenæ instar coagmentatum, ut nusquam membratim dissecentur, neque multæ sint narrationes altera alteri adjectæ, sed semper prius posteriori non vicinum modo sit, sed continuum et extremis suis permistum.

56. Brevitas utilis in omnibus, et maxime si non sit dicendorum penuria : eaque paranda non tantum a nominibus aut verbis, quantum ab ipsis rebus : hoc autem dico, si

πραγμάτων· λέγω δέ, εἰ παραθέοις μὲν τὰ μικρὰ καὶ ἧττον ἀναγκαῖα, λέγοις δὲ ἱκανῶς τὰ μεγάλα· μᾶλλον δὲ καὶ παραλειπτέον πολλά. Οὐδὲ γὰρ ἢν ἑστιᾷς τοὺς φίλους καὶ πάντα ᾖ παρεσκευασμένα, διὰ τοῦτο ἐν μέσοις τοῖς πέμμασι καὶ τοῖς ὀρνέοις καὶ λοπάσι τοσαύταις καὶ συσὶν ἀγρίοις καὶ λαγωοῖς καὶ ὑπογαστρίοις, καὶ σαπέρδην ἐνθήσεις καὶ ἔτνος, ὅτι κἀκεῖνο παρεσκεύαστο, ἀμελήσεις δὲ τῶν εὐτελεστέρων.

57. Μάλιστα δὲ σωφρονητέον ἐν ταῖς τῶν ὀρῶν ἢ τειχῶν ἢ ποταμῶν ἑρμηνείαις, ὡς μὴ δύναμιν λόγων ἀπειροκάλως παρεπιδείκνυσθαι δοκοίης καὶ τὸ σαυτοῦ δρᾶν παρεὶς τὴν ἱστορίαν· ἀλλ' ὀλίγον προσαψάμενος, τοῦ χρησίμου καὶ σαφοῦς ἕνεκα, μεταβήσῃ ἐκφυγὼν τὸν ἰξὸν τὸν ἐν τῷ πράγματι καὶ τὴν τοιαύτην ἅπασαν λιχνείαν, οἷον ὁρᾷς τι καὶ Ὅμηρος ὁ μεγαλόφρων ποιεῖ· καίτοι ποιητὴς ὢν παραθεῖ τὸν Τάνταλον καὶ τὸν Ἰξίονα καὶ τὸν Τιτυὸν καὶ τοὺς ἄλλους. Εἰ δὲ Παρθένιος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἴει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισε; Μᾶλλον δὲ ὁ Θουκυδίδης αὐτὸς ὀλίγα τῷ τοιούτῳ εἴδει τοῦ λόγου χρησάμενος σκέψαι ὅπως εὐθὺς ἀφίσταται ἢ μηχάνημα ἑρμηνεύσας ἢ πολιορκίας σχῆμα δηλώσας, ἀναγκαῖον καὶ χρειῶδες ὄν, ἢ Ἐπιπολῶν σχῆμα ἢ Συρακοσίων λιμένα· ὅταν μὲν γὰρ τὸν λοιμὸν διηγῆται καὶ μακρὸς εἶναι δοκῇ, σὺ τὰ πράγματα ἐννόησον· εἴσῃ γὰρ οὕτω τὸ τάχος καὶ ὡς φεύγοντος ὅμως ἐπιλαμβάνεται αὐτοῦ τὰ γεγενημένα πολλὰ ὄντα.

58. Ἢν δέ ποτε καὶ λόγους ἐροῦντά τινα δεήσῃ εἰσάγειν, μάλιστα μὲν ἐοικότα τῷ προσώπῳ καὶ τῷ πράγματι οἰκεῖα λεγέσθω, ἔπειτα ὡς σαφέστατα καὶ ταῦτα. Πλὴν ἐφεῖταί σοι τότε καὶ ῥητορεῦσαι καὶ ἐπιδεῖξαι τὴν τῶν λόγων δεινότητα.

59. Ἔπαινοι μὲν γὰρ ἢ ψόγοι πάνυ πεφεισμένοι καὶ περιεσκεμμένοι καὶ ἀσυκοφάντητοι καὶ μετὰ ἀποδείξεων καὶ ταχεῖς καὶ μὴ ἄκαιροι, ἐπεὶ ἔξω τοῦ δικαστηρίου ἐκεῖνοί εἰσι, καὶ τὴν αὐτὴν Θεοπόμπῳ αἰτίαν ἕξεις φιλαπεχθημόνως κατηγοροῦντι τῶν πλείστων καὶ διατριβὴν ποιουμένῳ τὸ πρᾶγμα, ὡς κατηγορεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν τὰ πεπραγμένα.

60. Καὶ μὴν καὶ μῦθος εἴ τις παρεμπέσοι, λεκτέος μέν, οὐ μὴν πιστωτέος πάντως, ἀλλ' ἐν μέσῳ θετέος τοῖς ὅπως ἂν ἐθέλωσιν εἰκάσουσι περὶ αὐτοῦ· σὺ δ' ἀκίνδυνος καὶ πρὸς οὐδέτερον ἐπιρρεπέστερος.

61. Τὸ δ' ὅλον ἐκείνου μοι μέμνησο — πολλάκις γὰρ τοῦτο ἐρῶ — καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε, ὡς οἱ νῦν ἐπαινέσονταί σε καὶ τιμήσουσιν, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἐστοχασμένος πρὸς τοὺς ἔπειτα μᾶλλον σύγγραφε καὶ παρ' ἐκείνων ἀπαίτει τὸν μισθὸν τῆς γραφῆς, ὡς λέγηται καὶ περὶ σοῦ· « ἐκεῖνος μέντοι ἐλεύθερος ἀνὴρ ἦν καὶ παρρησίας μεστός, οὐδὲν οὔτε κολακευτικὸν οὔτε δουλοπρεπές, ἀλλ' ἀλήθεια ἐπὶ πᾶσι. » Τοῦτ', εἰ σωφρονοίη τις, ὑπὲρ πάσας τὰς νῦν ἐλπίδας θεῖτο ἄν, οὕτως ὀλιγοχρονίους οὔσας.

percurras parva et minus necessaria, sufficienter autem dicas de magnis. Quin multa etiam omittenda sunt. Neque enim si quando convivio accipis amicos, paratis omnibus, propterea inter medias placentas, et aviculas, et tot patinas, et apros, et lepores, et sumina, saperdam quoque appones et pultem, quoniam hæc etiam parata sunt : verum negliges viliora.

57. Maxime vero sobrie versandum est in montium, aut mœnium, aut fluminum descriptionibus, ne imperite ac putide vim dicendi ostentare videaris et omissa historia tuum negotium agere : sed ubi leviter utilitatis perspicuitatisque causa attigeris, transito, viscumque veluti illius rei illasque omnes delicias effugito. Quale quiddam ipse, vides, magnanimus Homerus facit : quantumvis poeta sit, transcurrit Tantalum, et Ixionem, et Tityum, et reliquos. Si vero Parthenius, aut Euphorion, aut Callimachus dixisset, quot, putas, versibus aquam ad labra usque Tantali perduxisset? deinde quot aliis circumegisset Ixionem? Quid? ipse Thucydides, parce hac orationis forma usus, vide quam celeriter desistat, ubi vel machinationem aliquam declaravit, aut obsidionis formam explicavit, necessariam quidem et utilem, aut Epipolarum situm, aut Syracusiorum portum. Quum enim pestilentiam describit et longus ibi esse videtur, at tu res ipsas cogita : sic enim celeritatem ejus cognosces, et ut fugientem velut tamen facta, multa quidem illa, retineant ac reprehendant.

58. Si quando vero etiam verba facientem aliquem inducere oportebit, maxime quidem personæ convenientia et propria negotio dicantur, deinde quam dilucidissime hæc quoque : quanquam tum etiam permissum tibi est rhetorem agere et vim dicendi ostentare.

59. Laudes enim aut vituperationes omnino moderatæ, et circumspectæ, et a calumnia remotæ sunto, et cum demonstratione conjunctæ, et breves, neque intempestivæ, quandoquidem extra tribunal sunt : alioquin idem quod Theopompus crimen sustinebis, qui inimicitiarum quodam studio plerosque accuset, in eoque negotio diu moretur, ut accuset potius quam quæ facta sunt enarret.

60. Si etiam fabula ex transverso incidat, dicenda quidem, non tamen omnino asseveranda, sed relinquenda in medio, ut prout quisque voluerit, probabiliter de ea decernat : tu vero tutus, ac in neutram partem propensior.

61. In universum autem illud mihi memento (sæpius idem dicam), neu ad præsens modo spectans scribito, ut qui nunc sunt homines te laudent et honoribus afficiant, sed ad omnis ævi suffragia quasi collineans, his potius scribe qui post erunt, et ab illis scriptionis mercedem repete, ut de te etiam dicatur : Ille vero ingenuus vir fuit et dicendi libertate plenus : nihil neque adulatorium, neque servile; sed veritas in omnibus. Hoc, si quis sapiat, super omnes hujus vitæ spes, quæ parvi adeo temporis sunt, posuerit.

62. Ὁρᾷς τὸν Κνίδιον ἐκεῖνον ἀρχιτέκτονα, οἷον ἐποίησεν; οἰκοδομήσας γὰρ τὸν ἐπὶ τῇ Φάρῳ πύργον, μέγιστον καὶ κάλλιστον ἔργων ἁπάντων, ὡς πυρσεύοιτο ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ναυτιλλομένοις ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάττης καὶ μὴ καταφέροιντο εἰς τὴν Παραιτονίαν, παγχάλεπον, ὥς φασιν, οὖσαν καὶ ἄφυκτον, εἴ τις ἐμπέσοι εἰς τὰ ἕρματα· οἰκοδομήσας οὖν τὸ ἔργον ἔνδοθεν μὲν κατὰ τῶν λίθων τὸ αὑτοῦ ὄνομα ἔγραψεν, ἐπιχρίσας δὲ τιτάνῳ καὶ ἐπικαλύψας ἐπέγραψε τοὔνομα τοῦ τότε βασιλεύοντος, εἰδώς, ὅπερ καὶ ἐγένετο, πάνυ ὀλίγου χρόνου συνεκπεσούμενα μὲν τῷ χρίσματι τὰ γράμματα, ἐκφανησόμενον δὲ, « Σώστρατος Δεξιφάνους Κνίδιος θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωϊζομένων. » Οὕτως οὐδ' ἐκεῖνος ἐς τὸν τότε καιρὸν οὐδὲ τὸν αὑτοῦ βίον τὸν ὀλίγον ἑώρα, ἀλλ' εἰς τὸν νῦν καὶ τὸν ἀεὶ, ἄχρι ἂν ἑστήκῃ ὁ πύργος καὶ μένῃ αὐτοῦ ἡ τέχνη.

63. Χρὴ τοίνυν καὶ τὴν ἱστορίαν οὕτω γράφεσθαι σὺν τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐλπίδα ἤπερ σὺν κολακείᾳ πρὸς τὸ ἡδὺ τοῖς νῦν ἐπαινουμένοις. Οὗτός σοι κανὼν καὶ στάθμη ἱστορίας δικαίας. Καὶ εἰ μὲν σταθμήσονταί τινες αὐτῇ, εὖ ἂν ἔχοι καὶ εἰς δέον ἡμῖν γέγραπται, εἰ δὲ μὴ, κεκύλισται ὁ πίθος ἐν Κρανείῳ.

62. Videsne tu Cnidium illum architectum, quale quid fecerit? Qui quum ædificasset illam in Pharo turrim, maximum omnium operum pulcherrimumque, ut inde signum igne accenso tolleretur navigantibus longe in mari, ne in Parætoniam deferrentur, difficillimam, ut aiunt, et unde effugere non possit si quis inciderit in scopulosa illa loca : opere igitur exædificato, intus quidem in ipsis saxis suum nomen inscripsit; inducta vero calce quum texisset, ipsi tectorio inscripsit nomen regis qui tum erat; ut qui sciret, quod etiam contigit, parvo admodum interjecto tempore futurum, ut cum tectorio exciderent literæ, in conspectum vero prodiret « Sostratus Dexiphanis Cnidius, diis servatoribus pro salute navigantium. » Ita neque ille ad tempus quod tum erat, neque ad suam vitam, brevem illam oppido, respexit, sed in hoc quod nunc est quodque futurum omni ævo, quamdiu turris stet, ipsiusque maneat artificium.

63. Oportet igitur historiam quoque eo modo scribi, cum veri studio potius ad spem futuram, quam cum adulatione ad delectationem iis, qui nunc laudantur parandam. Illa tibi regula et norma justæ historiæ. Qua si qui in exigenda scribendi ratione usi fuerint, bene habebit, et cum fructu nobis erit scriptum : sin minus, at dolium volutum est in Craneo.

XXVI.

ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

1. Ὥσπερ τοῖς ἀθλητικοῖς καὶ περὶ τὴν τῶν σωμάτων ἐπιμέλειαν ἠσκημένοις οὐ τῆς εὐεξίας μόνον οὐδὲ τῶν γυμνασίων φροντίς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ καιρὸν γιγνομένης ἀνέσεως — μέρος γοῦν τῆς ἀσκήσεως τὸ μέγιστον αὐτὴν ὑπολαμβάνουσιν — οὕτω δὴ καὶ τοῖς περὶ τοὺς λόγους ἐσπουδακόσιν ἡγοῦμαι προσήκειν μετὰ τὴν πολλὴν τῶν σπουδαιοτέρων ἀνάγνωσιν ἀνιέναι τε τὴν διάνοιαν καὶ πρὸς τὸν ἔπειτα κάματον ἀκμαιοτέραν παρασκευάζειν.

2. Γένοιτο δ' ἂν ἐμμελὴς ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῖς, εἰ τοῖς τοιούτοις τῶν ἀναγνωσμάτων ὁμιλοῖεν, ἃ μὴ μόνον ἐκ τοῦ ἀστείου τε καὶ χαρίεντος ψιλὴν παρέξει τὴν ψυχαγωγίαν, ἀλλά τινα καὶ θεωρίαν οὐκ ἄμουσον ἐπιδείξεται, οἷόν τι καὶ περὶ τῶνδε τῶν συγγραμμάτων φρονήσειν ὑπολαμβάνω· οὐ γὰρ μόνον τὸ ξένον τῆς ὑποθέσεως οὐδὲ τὸ χάριεν τῆς προαιρέσεως ἐπαγωγὸν ἔσται αὐτοῖς οὐδ' ὅτι ψεύσματα ποικίλα πιθανῶς τε καὶ ἐναλήθως ἐξενηνόχαμεν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ἱστορουμένων ἕκαστον οὐκ ἀκωμῳδήτως πρός τινας ᾔνικται τῶν παλαιῶν ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων καὶ φιλοσόφων πολλὰ τεράστια καὶ μυθώδη συγγεγραφότων, οὓς καὶ ὀνομαστὶ ἂν ἔγραφον, εἰ μὴ καὶ αὐτῷ σοι ἐκ τῆς ἀναγνώσεως φανεῖσθαι ἔμελλον.

3. Κτησίας ὁ Κτησιόχου ὁ Κνίδιος συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἃ μήτε αὐτὸς εἶδε μήτε ἄλλου εἰπόντος ἤκουσεν. Ἔγραψε δὲ καὶ

XXVI.

VERÆ HISTORIÆ LIBER PRIMUS.

1. Quemadmodum athletis et his qui circa corporis curam exercentur, non habitus modo boni et exercitationum cura est, sed opportunæ etiam remissionis, quippe quam partem exercitationis vel maximam arbitrentur : ita etiam his qui studium in literis posuerunt, convenire arbitror ut post multam severiorum rerum lectionem remittant cogitationem, et ad futuros labores alacriorem reddant.

2. Conveniens autem illis requies contingat, si in iis legendis versentur, quæ non nudam modo ex urbanitate et venustate delectationem præbeant, sed cognitionem etiam non ineruditam suppeditent, quale quid etiam de hisce libellis ut sentiant lectores, futurum existimo. Neque enim sola argumenti peregrinitas, neque quod in ipso consilio venustum est, ipsos alliciet, neque quod mendacia varia probabili et verisimili oratione protulimus, sed etiam quod eorum quæ narrantur unumquodque non sine comica quadam dicacitate respectum occultum habet ad quosdam veterum poetarum, et historicorum et philosophorum, qui portentosa multa et fabulosa conscripserunt, quos nominatim scripsissem, nisi futurum esset ut tibi ipsi inter legendum appareant.

3. Scripsit Ctesias Ctesiochi filius Cnidius de Indorum regione et his quæ ibi sunt, quæ nec vidit ipse, neque alio dicente audivit. Scripsit etiam Iambulus de rebus

Ἰάμβουλος περὶ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ πολλὰ παράδοξα, γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀτερπῆ δὲ ὅμως συνθεὶς τὴν ὑπόθεσιν. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τὰ αὐτὰ τούτοις προελόμενοι συνέγραψαν ὡς δή τινας ἑαυτῶν πλάνας τε καὶ ἀποδημίας θηρίων τε μεγέθη ἱστοροῦντες καὶ ἀνθρώπων ὠμότητας καὶ βίων καινότητας· ἀρχηγὸς δὲ αὐτοῖς καὶ διδάσκαλος τῆς τοιαύτης βωμολοχίας ὁ τοῦ Ὁμήρου Ὀδυσσεύς, τοῖς περὶ τὸν Ἀλκίνουν διηγούμενος ἀνέμων τε δουλείαν καὶ μονοφθάλμους καὶ ὠμοφάγους καὶ ἀγρίους τινὰς ἀνθρώπους, ἔτι δὲ πολυκέφαλα ζῷα καὶ τὰς ὑπὸ φαρμάκων τῶν ἑταίρων μεταβολάς, οἷα πολλὰ ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἰδιώτας ἀνθρώπους ἐτερατεύσατο τοὺς Φαίακας.

4. Τούτοις οὖν ἐντυχὼν ἅπασι τοῦ ψεύσασθαι μὲν οὐ σφόδρα τοὺς ἄνδρας ἐμεμψάμην ὁρῶν ἤδη σύνηθες ὂν τοῦτο καὶ τοῖς φιλοσοφεῖν ὑπισχνουμένοις· ἐκεῖνο δ' αὐτῶν ἐθαύμαζον, εἰ ἐνόμισαν λήσειν οὐκ ἀληθῆ συγγράφοντες. Διόπερ καὶ αὐτὸς ὑπὸ κενοδοξίας ἀπολιπεῖν τι σπουδάσας τοῖς μεθ' ἡμᾶς, ἵνα μὴ μόνος ἄμοιρος ὦ τῆς ἐν τῷ μυθολογεῖν ἐλευθερίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀληθὲς ἱστορεῖν εἶχον — οὐδὲν γὰρ ἐπεπόνθειν ἀξιόλογον — ἐπὶ τὸ ψεῦδος ἐτραπόμην πολὺ τῶν ἄλλων εὐγνωμονέστερον· κἂν ἓν γὰρ δὴ τοῦτο ἀληθεύσω λέγων, ὅτι ψεύσομαι. Οὕτω δ' ἄν μοι δοκῶ καὶ τὴν παρὰ τῶν ἄλλων κατηγορίαν ἐκφυγεῖν αὐτὸς ὁμολογῶν μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. Γράφω τοίνυν περὶ ὧν μήτε εἶδον μήτε ἔπαθον μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην, ἔτι δὲ μήτε ὅλως ὄντων μήτε τὴν ἀρχὴν γενέσθαι δυναμένων. Διὸ δεῖ τοὺς ἐντυγχάνοντας μηδαμῶς πιστεύειν αὐτοῖς.

5. Ὁρμηθεὶς γάρ ποτε ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν καὶ ἀφεὶς ἐς τὸν ἑσπέριον ὠκεανὸν οὐρίῳ ἀνέμῳ τὸν πλοῦν ἐποιούμην. Αἰτία δέ μοι τῆς ἀποδημίας καὶ ὑπόθεσις ἡ τῆς διανοίας περιεργία καὶ πραγμάτων καινῶν ἐπιθυμία καὶ τὸ βούλεσθαι μαθεῖν τί τὸ τέλος ἐστὶ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τίνες οἱ πέραν κατοικοῦντες ἄνθρωποι. Τούτου γε μέντοι ἕνεκα πάμπολλα μὲν σιτία ἐνεβαλόμην, ἱκανὸν δὲ καὶ ὕδωρ ἐνεθέμην, πεντήκοντα δὲ τῶν ἡλικιωτῶν προσεποιησάμην τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντας, ἔτι δὲ καὶ ὅπλων πολύ τι πλῆθος παρεσκευασάμην καὶ κυβερνήτην τὸν ἄριστον μισθῷ μεγάλῳ πείσας παρέλαβον καὶ τὴν ναῦν — ἄκατος δὲ ἦν — ὡς πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐκρατυνάμην.

6. Ἡμέραν μὲν οὖν καὶ νύκτα οὐρίῳ πλέοντες ἔτι τῆς γῆς ὑποφαινομένης οὐ σφόδρα βιαίως ἀνηγόμεθα, τῇ ἐπιούσῃ δὲ ἅμα ἡλίῳ ἀνατέλλοντι ὅ τε ἄνεμος ἐπεδίδου καὶ τὸ κῦμα ηὐξάνετο καὶ ζόφος ἐπεγίγνετο καὶ οὐκέτ' οὐδὲ στεῖλαι τὴν ὀθόνην δυνατὸν ἦν. Ἐπιτρέψαντες οὖν τῷ πνεύματι καὶ παραδόντες ἑαυτοὺς ἐχειμαζόμεθα ἡμέρας ἐννέα καὶ ἑβδομήκοντα, τῇ ὀγδοηκοστῇ δὲ ἄφνω ἐκλάμψαντος ἡλίου καθορῶμεν οὐ πόρρω νῆσον ὑψηλὴν καὶ δασεῖαν, οὐ τραχεῖ περιηχουμένην τῷ κύματι· καὶ γὰρ ἤδη τὸ πολὺ τῆς ζάλης κατεπέπαυτο. Προσσχόντες οὖν καὶ ἀποβάντες ὡς ἂν ἐκ μακρᾶς ταλαιπωρίας πολὺν μὲν ἐπὶ τῆς γῆς χρόνον ἐκεί-

quæ in magno mari habeantur multa admirabilia, manifestum quidem omnibus mendacium fingens, non indelectabile tamen componens argumentum. Multi vero alii etiam eodem instituto scripsere velut suos quosdam errores et peregrinationes, ubi bestiarum magnitudines enarrant, et hominum crudelitates, et novas victus rationes. Dux autem illis et magister ejus scurrilitatis Homericus ille Ulixes est enarrans Alcinoo ventorum servitia, et coclites, crudivorosque, et silvestres quosdam homines; ad hæc multorum capitum animalia, et versos in animalia medicamentis quibusdam socios; quod genus multa ille utpote ad imperitos rerum Phæaces prodigiose enarravit.

4. In hos igitur quum incidissem omnes, mendaciorum quidem causa non valde reprehendi homines illos, qui viderem jam solemne hoc esse his etiam, qui philosophiam promitterent: at illud in iis miratus sum, si putarunt fieri posse ut lateat se non vera scripsisse. Quare et ego, quum gloriolæ quodam studio impulsus ipse quoque relinquere aliquid vellem posteris, ne solus expers essem illius fingendi libertatis, quando veri nihil narrare poteram, cui nihil dignum dictu usu venerit, ad mendacium conversus sum multo aliorum mendaciis rationabilius : quandoquidem vel unum hoc certe verum dixero, Mentiar. Ita autem mihi videor etiam criminationem aliorum effugere, qui ipse veri nihil me dicere fatear. Scribo igitur de quibus neque vidi neque expertus sum, neque audivi ex aliis; ad hæc, quæ neque sunt, neque fieri omnino possunt. Nullo modo igitur fidem illis adhibere par est qui lectores mihi contigerint.

5. Jam solvens aliquando de Columnis Herculis et in occidentalem Oceanum delatus, secundo vento navigabam. Causa mihi peregrinationis et institutum erat mentis quædam inanis sedulitas, novarumque rerum cupido, et quod discere vellem quis finis esset Oceani, quique in diverso illius litore habitarent homines. Hujus igitur rei gratia magnam ciborum copiam et aquæ quod satis esset imposueram; porro æqualium quinquaginta mihi adjunxeram, qui consilium idem haberent: ad hæc armorum magnam vim paraveram, gubernatoremque optimum magna mercede inductum asciveram; ac navim (erat autem acatium), ut ad magnam violentamque navigationem, firmaveram.

6. Igitur diem quidem unum ac noctem secundo vento navigantes, adhuc apparente aliquantum tellure, non admodum violenter provecti sumus : at postridie ejus diei cum sole oriente et ventus increbuit, et fluctus auctus est, et caligo ingruit, nec fieri poterat ut vel velum contraheremus. Vento igitur quum concessissemus nosque tradidissemus, tempestate undeoctoginta dies jactati sumus : octogesimo vero quum subito sol illucesceret, videmus non procul insulam eminentem atque silvestrem, quam fluctus non asper circumsonabat, quoniam major tempestatis pars resederat. Appulsi igitur et egressi, ut a longa ærumna, longo quidem tempore humi jacuimus : sed surgentes tamen, delegimus

μεθα, διαναστάντες δὲ ὅμως ἀπεκρίναμεν ἡμῶν αὐτῶν τριάκοντα μὲν φύλακας τῆς νεὼς παραμένειν, εἴκοσι δὲ σὺν ἐμοὶ ἀνελθεῖν ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν ἐν τῇ νήσῳ.

7. Προελθόντες δὲ ὅσον σταδίους τρεῖς ἀπὸ τῆς θαλάττης δι' ὕλης ὁρῶμέν τινα στήλην χαλκοῦ πεποιημένην, Ἑλληνικοῖς γράμμασι καταγεγραμμένην, ἀμυδροῖς δὲ καὶ ἐκτετριμμένοις, λέγουσαν « ἄχρι τούτων Ἡραχλῆς καὶ Διόνυσος ἀφίκοντο. » Ἦν δὲ καὶ ἴχνη δύο πλησίον ἐπὶ πέτρας, τὸ μὲν πλεθριαῖον, τὸ δὲ ἔλαττον· ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ μὲν τοῦ Διονύσου τὸ μικρότερον, θάτερον δὲ Ἡρακλέους. Προσκυνήσαντες δ' οὖν προῄειμεν· οὔπω δὲ πολὺ παρῄειμεν καὶ ἐφιστάμεθα ποταμῷ οἶνον ῥέοντι ὁμοιοτάτῳ μάλιστα οἷόσπερ ὁ Χῖός ἐστιν. Ἄφθονον δὲ ἦν τὸ ῥεῦμα καὶ πολὺ, ὥστε ἐνιαχοῦ καὶ ναυσίπορον εἶναι δύνασθαι. Ἐπῄει οὖν ἡμῖν πολὺ μᾶλλον πιστεύειν τῷ ἐπὶ τῆς στήλης ἐπιγράμματι ὁρῶσι τὰ σημεῖα τῆς Διονύσου ἐπιδημίας. Δόξαν δέ μοι καὶ ὅθεν ἄρχεται ὁ ποταμὸς καταμαθεῖν, ἀνῄειν παρὰ τὸ ῥεῦμα, καὶ πηγὴν μὲν οὐδεμίαν εὗρον αὐτοῦ, πολλὰς δὲ καὶ μεγάλας ἀμπέλους, πλήρεις βοτρύων, παρὰ δὲ τὴν ῥίζαν ἑκάστης ἀπέρρει σταγὼν οἴνου διαυγοῦς, ἀφ' ὧν ἐγίγνετο ὁ ποταμός. Ἦν δὲ καὶ ἰχθῦς ἐν αὐτῷ πολλοὺς ἰδεῖν, οἴνῳ μάλιστα καὶ τὴν χρόαν καὶ τὴν γεῦσιν προσεοικότας· ἡμεῖς γοῦν ἀγρεύσαντες αὐτῶν τινας καὶ ἐμφαγόντες ἐμεθύσθημεν· ἀμέλει καὶ ἀνατεμόντες αὐτοὺς εὑρίσκομεν τρυγὸς μεστούς. Ὕστερον μέντοι ἐπινοήσαντες τοὺς ἄλλους ἰχθῦς, τοὺς ἀπὸ ὕδατος, παραμιγνύντες ἐκεράννυμεν τὸ σφοδρὸν τῆς οἰνοφαγίας.

8. Τότε δὲ τὸν ποταμὸν διαπεράσαντες, ᾗ διαβατὸς ἦν, εὕρομεν ἀμπέλων χρῆμα τεράστιον· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς, ὁ στέλεχος αὐτὸς εὐερνὴς καὶ παχὺς, τὸ δὲ ἄνω γυναῖκες ἦσαν, ὅσον ἐκ τῶν λαγόνων ἅπαντα ἔχουσαι τέλεια. Τοιαύτην παρ' ἡμῖν τὴν Δάφνην γράφουσιν ἄρτι τοῦ Ἀπόλλωνος καταλαμβάνοντος ἀποδενδρουμένην. Ἀπὸ δὲ τῶν δακτύλων ἄκρων ἐξεφύοντο αὐταῖς οἱ κλάδοι καὶ μεστοὶ ἦσαν βοτρύων. Καὶ μὴν καὶ τὰς κεφαλὰς ἐκόμων ἕλιξί τε καὶ φύλλοις καὶ βότρυσι. Προσελθόντας δὲ ἡμᾶς ἠσπάζοντό τε καὶ ἐδεξιοῦντο, αἱ μὲν Λύδιον, αἱ δὲ Ἰνδικὴν, αἱ πλεῖσται δὲ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν προϊέμεναι. Καὶ ἐφίλουν δὲ ἡμᾶς τοῖς στόμασιν· ὁ δὲ φιληθεὶς αὐτίκα ἐμέθυε καὶ παράφορος ἦν. Δρέπεσθαι μέντοι οὐ παρεῖχον τοῦ καρποῦ, ἀλλ' ἤλγουν καὶ ἐβόων ἀποσπωμένου. Αἱ δὲ καὶ μίγνυσθαι ἡμῖν ἐπεθύμουν· καὶ δύο τινὲς τῶν ἑταίρων πλησιάσαντες αὐταῖς οὐκέτ' ἀπελύοντο, ἀλλ' ἐκ τῶν αἰδοίων ἐδέδεντο· συνεφύοντο γὰρ καὶ συνερριζοῦντο, καὶ ἤδη αὐτοῖς κλάδοι ἐπεφύκεσαν οἱ δάκτυλοι καὶ ταῖς ἕλιξι περιπλεκόμενοι ὅσον οὐδέπω καὶ αὐτοὶ καρποφορήσειν ἔμελλον.

9. Καταλιπόντες δὲ αὐτοὺς ἐπὶ ναῦν ἐφεύγομεν καὶ τοῖς ἀπολειφθεῖσι διηγούμεθα ἐλθόντες τά τε ἄλλα καὶ τῶν ἑταίρων τὴν ἀμπελομιξίαν. Καὶ δὴ λαβόντες ἀμφορέας τινὰς καὶ ὑδρευσάμενοί τε ἅμα καὶ ἐκ τοῦ ποταμοῦ οἰνισάμενοι καὶ αὐτοῦ πλησίον ἐπὶ τῆς ἠόνος

e nobis ipsis triginta, qui custodes navis manerent; viginti autem, qui mecum interiora peterent ad res insulæ explorandas.

7. Progressi vero per silvam stadia circiter a mari tria, videmus columnam ex ære factam, Græcis inscriptam literis, obscuris autem et exesis, in hanc sententiam : Huc usque Hercules et Bacchus pervenere. Erant autem vestigia quoque duo prope in petra, alterum jugeri magnitudine, alterum vero minus : ut mihi videbatur, Bacchi minus illud, alterum vero Herculis. Adoratis igitur diis, progredimur. Nondum autem multum progressi eramus, quum astamus amni vino, non equa, fluenti, et Chii maxime speciem referenti. Flumen erat copiosum et multum, ut quibusdam locis etiam posset navigari. Subiit ergo multo magis credere inscriptioni columnæ, quum signa præsentiæ Bacchi videremus. Quum autem mihi placeret discere unde oriretur fluvius, adverso itinere juxta profluentem perrexi. Ac fontem quidem illius nullum reperi, sed multas et magnas vites, uvarum plenas : ad radicem vero uniuscujusque guttatim profluebat vinum liquidum, unde colligebatur amnis. Erat autem pisces quoque in eo videre multos, vino maxime et colore et gustu similes. Nos certe captos eorum aliquot quum devorassemus, inebriati sumus : quin et resectos invenimus fæce plenos. Deinde vero illud commenti sumus, ut alteris de aqua piscibus admistis temperaremus quod in vineo cibo nimium erat.

8. Tum trajecto flumine, ubi vadosum est, prodigiosum vitium genus invenimus. Quod enim terræ continens est, truncus ipse viridis et crassus : superius autem mulieres erant, ab iliibus inde membra omnia perfecta habentes. Talem apud nos Daphnen pingunt, Apolline jamjam comprehendente in arborem abeuntem. Summis autem digitis enascebantur illis palmites, qui pleni erant uvarum. Verum capita etiam pro coma claviculas habebant, et folia et uvas. Ceterum accedentes nos salutabant et prensabant, vocem partim Lydiam, partim Indicam, Græcam vero pleræque emittentes. Atque osculabantur nos labris : et quem osculo contigissent, is inebriatus statim incerto vestigio oberrabat. Vindemiare tamen de fructu suo non præbebant, sed præ dolore exclamabant eo detracto. Quædam etiam misceri nobis cupiebant; ac duo quidam sociorum congressi illis, dissolvi non amplius potuere, devincti genitalibus : coalescebant nempe illis, et ipsis radicibus permiscebantur; jamque palmites ipsis qui modo digiti fuerant, et claviculis implexi, tantum non jam fructum et ipsi laturi videbantur.

9. Nos autem relictis illis ad navim fugere, et his qui remanserant, advenientes narrare tum reliqua, tum illam sociorum complexionem et commistionem cum vitibus. Tum sumtis aliquot amphoris aquati quum essemus simul et vinum petiissemus de fluvio, et vicino loco in littore

αὐλισάμενοι ἕωθεν ἀνήχθημεν οὐ σφόδρα βιαίῳ πνεύματι· περὶ μεσημβρίαν δὲ οὐκέτι τῆς νήσου φαινομένης ἄφνω τυφὼν ἐπιγενόμενος καὶ περιδινήσας τὴν ναῦν καὶ μετεωρίσας ὅσον ἐπὶ σταδίους τρισχιλίους οὐκέτι καθῆκεν εἰς τὸ πέλαγος, ἀλλ' ἄνω μετέωρον ἐξαπηρτημένην ἄνεμος ἐμπεσὼν τοῖς ἱστίοις ἔφερε κολπώσας τὴν ὀθόνην.

10. Ἑπτὰ δὲ ἡμέρας καὶ τὰς ἴσας νύκτας ἀεροδρομήσαντες ὀγδόῃ καθορῶμεν γῆν τινα μεγάλην ἐν τῷ ἀέρι καθάπερ νῆσον, λαμπρὰν καὶ σφαιροειδῆ καὶ φωτὶ μεγάλῳ καταλαμπομένην· προσενεχθέντες δὲ αὐτῇ καὶ ὁρμισάμενοι ἀπέβημεν, ἐπισκοποῦντες δὲ τὴν χώραν εὑρίσκομεν οἰκουμένην τε καὶ γεωργουμένην. Ἡμέρας μὲν οὖν οὐδὲν αὐτόθεν καθεωρῶμεν, νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης ἐφαίνοντο ἡμῖν καὶ ἄλλαι πολλαὶ νῆσοι πλησίον, αἱ μὲν μείζους, αἱ δὲ μικρότεραι, πυρὶ τὴν χρόαν προσεοικυῖαι, καὶ ἄλλη δέ τις γῆ κάτω καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ καὶ ποταμοὺς ἔχουσα καὶ πελάγη καὶ ὕλας καὶ ὄρη. Ταύτην οὖν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην εἰκάζομεν.

11. Δόξαν δὲ ἡμῖν καὶ ἔτι πορρωτέρω προελθεῖν, ξυνελήφθημεν τοῖς Ἱππογύποις παρ' αὐτοῖς καλουμένοις ἀπαντήσαντες. Οἱ δὲ Ἱππόγυποι οὗτοί εἰσιν ἄνδρες ἐπὶ γυπῶν μεγάλων ὀχούμενοι καὶ καθάπερ ἵπποις τοῖς ὀρνέοις χρώμενοι· μεγάλοι γὰρ οἱ γῦπες καὶ ὡς ἐπίπαν τρικέφαλοι. Μάθοι δ' ἄν τις τὸ μέγεθος αὐτῶν ἐντεῦθεν· νεὼς γὰρ μεγάλης φορτίδος ἱστοῦ ἕκαστον τῶν πτερῶν μακρότερον καὶ παχύτερον φέρουσι. Τούτοις οὖν τοῖς Ἱππογύποις προστέτακται περιπετομένοις τὴν γῆν, εἴ τις εὑρεθείη ξένος, ἀνάγειν ὡς τὸν βασιλέα· καὶ δὴ καὶ ἡμᾶς ξυλλαβόντες ἀνάγουσιν ὡς αὐτόν. Ὁ δὲ θεασάμενος καὶ ἀπὸ τῆς θέας καὶ τῆς στολῆς εἰκάσας, Ἕλληνες ἄρα, ἔφη, ὑμεῖς, ὦ ξένοι; Συμφησάντων δὲ ἡμῶν, Πῶς οὖν ἀφίκεσθε, ἔφη, τοσοῦτον ἀέρα διελθόντες; Καὶ ἡμεῖς τὸ πᾶν αὐτῷ διηγούμεθα· καὶ ὃς ἀρξάμενος τὸ καθ' ἑαυτὸν ἡμῖν διεξῄει, ὡς καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ὢν τοὔνομα Ἐνδυμίων ἀπὸ τῆς ἡμετέρας γῆς καθεύδων ἀναρπασθείη ποτὲ καὶ ἀφικόμενος βασιλεύσειε τῆς χώρας· εἶναι δὲ τὴν γῆν ἐκείνην ἔλεγε τὴν ἡμῖν κάτω φαινομένην Σελήνην. Ἀλλὰ θαρρεῖν τε παρεκελεύετο καὶ μηδένα κίνδυνον ὑφορᾶσθαι· πάντα γὰρ ἡμῖν παρέσεσθαι ὧν δεόμεθα.

12. Ἢν δὲ καὶ κατορθώσω, ἔφη, τὸν πόλεμον, ὃν ἐκφέρω νῦν πρὸς τοὺς τὸν ἥλιον κατοικοῦντας, ἁπάντων εὐδαιμονέστατα παρ' ἐμοὶ καταβιώσεσθε. Καὶ ἡμεῖς ἠρόμεθα τίνες τε εἶεν οἱ πολέμιοι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς διαφορᾶς· Ὁ δὲ Φαέθων, φησίν, ὁ τῶν ἐν τῷ ἡλίῳ κατοικούντων βασιλεύς — οἰκεῖται γὰρ δὴ κἀκεῖνος ὥσπερ καὶ ἡ Σελήνη — πολὺν ἤδη πρὸς ἡμᾶς πολεμεῖ χρόνον. Ἤρξατο δὲ ἐξ αἰτίας τοιαύτης· τῶν ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ ἐμῇ ποτε τοὺς ἀπορωτάτους συναγαγὼν ἐβουλήθην ἀποικίαν ἐς τὸν Ἑωσφόρον στεῖλαι, ὄντα ἔρημον καὶ ὑπὸ μηδενὸς κατοικούμενον· ὁ τοίνυν Φαέθων φθονήσας ἐκώλυε τὴν ἀποικίαν κατὰ μέσον τὸν πόρον ἀπαντήσας ἐπὶ τῶν Ἱππομυρμήκων. Τότε μὲν οὖν

pernoctassemus; mane vento non nimis vehementi solvimus. Circa meridiem, quum jam disparuisset insula, subito ingruens turbo circumactam vertigine navim in altum sustulit, nec per tria fere millia stadiorum demisit in mare, sed supra in aere suspensam ventus in vela irruens, eaque sinuans, ferebat.

10. Septem dies et noctes totidem per aera vecti, octavo terram quandam conspicimus magnam in aere, insulæ instar, splendidam, globosam, et multa luce illustratam. Delati ad illam et appulsi escendimus, explorataque regione habitari eam colique invenimus. Atque interdiu quidem nihil inde videbamus: superveniente vero nocte aliæ in conspectum nobis veniebant in propinquo insulæ multæ, majores, minores, colore igneo: alia autem quædam terra infra nos, et urbes in se et flumina habens, et maria, et silvas, et montes. Hanc igitur nostram esse tellurem conjiciebamus.

11. Quum vero placuisset nobis ultra progredi, comprehensi sumus ab his, qui Hippogypi (*Equivultures*) apud illos vocantur, in quos incideramus. Sunt autem Hippogypi viri magnis vulturibus vehentes, iisque avibus utentes velut equis: magni enim sunt illi vultures, et utplurimum tricipites. Discat autem magnitudinem eorum inde aliquis, quod pennam unamquamque onerariæ magnæ navis malo majorem crassioremque ferunt. His igitur Hippogypis injunctum est, uti circumvolantes terram, si quis peregrinus inveniatur, deducant ad regem. Itaque nos quoque comprehensos ad eum deducunt. Ille vero, conspectis nobis, conjectura ex habitu ducta, Græci ergo, inquit, vos estis, hospites? Fatentibus nobis, Quomodo igitur, inquit, huc venitis tanto superato aere? Et nos, quicquid erat, illi narramus. Atque ille exorsus suas nobis res enarrat, ut ipse quoque, homo qui esset, Endymion nomine, de nostra terra inter ipsum somnum sursum quondam abreptus esset, et huc delatus regioni imperitet. Esse autem terram illam dicebat eam, quæ infra nobis luna videatur. Sed bono nos animo esse jussit, et periculum suspicari nullum: præsto quippe nobis futura, quibus opus esset, omnia.

12. Si vero, inquit, bellum etiam prospere confecero, quod jam Solis incolis infero, felicissimam apud me vitam vivetis. Interrogantibus nobis, quinam hostes essent, et quæ dissidiorum causa, Ille Phaethon, inquit, rex eorum qui Solem incolunt (habitatur enim ille quoque non minus quam Luna), diu jam bellum adversus nos gerit. Cœpit autem ex causa tali. Collectis aliquando tenuissimis imperii mei, coloniam mittere in Luciferum statui, desertum et inhabitatum a nemine. At Phaethon præ invidia prohibuit coloniam, in media se via objiciens nobis in Hippomyrmecibus (*Equiformicis*). Igitur tum quidem superati

νικηθέντες — οὐ γὰρ ἦμεν ἀντίπαλοι τῇ παρασκευῇ — ἀνεχωρήσαμεν· νῦν δὲ βούλομαι αὖθις ἐξενεγκεῖν τὸν πόλεμον καὶ ἀποστεῖλαι τὴν ἀποικίαν. Ἢν οὖν ἐθέλητε, κοινωνήσατέ μοι τοῦ στόλου, γῦπας δὲ ὑμῖν ἐγὼ παρέξω τῶν βασιλικῶν ἕνα ἑκάστῳ καὶ τὴν ἄλλην ὅπλισιν· αὔριον δὲ ποιησόμεθα τὴν ἔξοδον. Οὕτως, ἔφην ἐγώ, γιγνέσθω, ἐπειδή σοι δοκεῖ.

13. Τότε μὲν οὖν παρ' αὐτῷ ἑστιαθέντες ἐμείναμεν, ἕωθεν δὲ διαναστάντες ἐταττόμεθα· καὶ γὰρ οἱ σκοποὶ ἐσήμαινον πλησίον εἶναι τοὺς πολεμίους. Τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῆς στρατιᾶς δέκα μυριάδες ἐγένοντο ἄνευ τῶν σκευοφόρων καὶ τῶν μηχανοποιῶν καὶ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ξένων συμμάχων· τούτων δὲ ὀκτακισμύριοι μὲν ἦσαν οἱ Ἱππόγυποι, δισμύριοι δὲ οἱ ἐπὶ τῶν λαχανοπτέρων. Ὄρνεον δὲ καὶ τοῦτό ἐστι μέγιστον, ἀντὶ τῶν πτερῶν λαχάνοις πάντῃ λάσιον, τὰ δὲ ὠκύπτερα ἔχει θριδακίνης φύλλοις μάλιστα προσεοικότα. Ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ Κεγχροβόλοι ἐτετάχατο καὶ οἱ Σκοροδομάχοι. Ἦλθον δὲ αὐτῷ καὶ ἀπὸ τῆς ἄρκτου σύμμαχοι, τρισμύριοι μὲν Ψυλλοτοξόται, πεντακισμύριοι δὲ Ἀνεμοδρόμοι· τούτων δ' οἱ μὲν Ψυλλοτοξόται ἐπὶ ψυλλῶν μεγάλων ἱππάζονται, ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχουσι· μέγεθος δὲ τῶν ψυλλῶν ὅσον δώδεκα ἐλέφαντες· οἱ δὲ Ἀνεμοδρόμοι πεζοὶ μέν εἰσι, φέρονται δὲ ἐν τῷ ἀέρι ἄνευ πτερῶν· ὁ δὲ τρόπος τῆς φορᾶς τοιόσδε· χιτῶνας ποδήρεις ὑποζωσάμενοι κολπώσαντες αὐτοὺς τῷ ἀνέμῳ καθάπερ ἱστία, φέρονται ὥσπερ τὰ σκάφη. Τὰ πολλὰ δ' οἱ τοιοῦτοι ἐν ταῖς μάχαις πελτασταί εἰσιν. Ἐλέγοντο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τὴν Καππαδοκίαν ἀστέρων ἥξειν Στρουθοβάλανοι μὲν ἑπτακισμύριοι, Ἱππογέρανοι δὲ πεντακισχίλιοι. Τούτους ἐγὼ οὐκ ἐθεασάμην· οὐ γὰρ ἀφίκοντο. Διόπερ οὐδὲ γράψαι τὰς φύσεις αὐτῶν ἐτόλμησα· τεράστια γὰρ καὶ ἄπιστα περὶ αὐτῶν ἐλέγετο.

14. Αὕτη μὲν ἡ τοῦ Ἐνδυμίωνος δύναμις ἦν. Σκευὴ δὲ πάντων ἡ αὐτή· κράνη μὲν ἀπὸ τῶν κυάμων· μεγάλοι γὰρ παρ' αὐτοῖς οἱ κύαμοι καὶ καρτεροί· θώρακες δὲ φολιδωτοὶ πάντες θέρμινοι· τὰ γὰρ λέπη τῶν θέρμων συρράπτοντες ποιοῦνται θώρακας· ἄρρηκτον δ' ἐκεῖ γίγνεται τοῦ θέρμου τὸ λέπος ὥσπερ κέρας· ἀσπίδες δὲ καὶ ξίφη οἷα τὰ Ἑλληνικά.

15. Ἐπειδὴ δὲ καιρὸς ἦν, ἐτάξαντο ὧδε· τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον οἱ Ἱππόγυποι καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς ἀρίστους περὶ αὐτὸν ἔχων· καὶ ἡμεῖς ἐν τούτοις ἦμεν· τὸ δ' εὐώνυμον οἱ Λαχανόπτεροι· τὸ δὲ μέσον οἱ σύμμαχοι ὡς ἕκαστοι. Τὸ δὲ πεζὸν ἦσαν μὲν ἀμφὶ τὰς ἑξακισχιλίας μυριάδας· ἐτάχθησαν δὲ οὕτως· ἀράχναι παρ' αὐτοῖς πολλοὶ καὶ μεγάλοι γίγνονται πολὺ τῶν Κυκλάδων νήσων ἕκαστος μείζων· τούτοις προσέταξε διυφῆναι τὸν μεταξὺ τῆς Σελήνης καὶ τοῦ Ἑωσφόρου ἀέρα· ὡς δὲ τάχιστα ἐξειργάσαντο καὶ πεδίον ἐποίησαν, ἐπὶ τούτου παρέταξε τὸ πεζόν· ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Νυκτερίων ὁ Εὐδιάνακτος τρίτος αὐτός.

16. Τῶν δὲ πολεμίων τὸ μὲν εὐώνυμον εἶχον οἱ Ἱπ-

discessimus; neque enim apparatu pares eramus : jam vero denuo inferre bellum volo, et coloniam deducere. Quodsi ergo volueritis, in partem expeditionis meæ venite. Vultures autem vobis ego præbebo de regiis singulos, et armaturam reliquam. Ceterum crastino die egrediemur. Ita fiat, inquam ego, quandoquidem tibi sic videtur.

13. Ac tum quidem in convivio ipsius mansimus. Postridie vero ejus diei mane surgentes, in aciem processimus, quum prope esse hostem significarent speculatores. Numerus exercitus fuere centum millia, præter calones, et machinarios, et pedites, et auxilia peregrina; erant autem octuaginta millia Hippogyporum, et viginti millia qui Lachanopteris (*oleripennibus*) vehuntur. Est illa quoque avis maxima, pro pennis undique hirsuta oleribus, alas habens lactucæ foliis maxime similes. Juxta hos collocati in acie erant Cenchroboli (*jaculatores milii*) et Scorodomachi (*alliis pugnantes*). Venerant etiam de septentrione auxiliares, trigesies mille Psyllotoxotæ (*pulicisagittarii*), et quinquagies mille Anemodromi (*venticursores*). Horum autem isti magnis in pulicibus equitant, unde etiam nomen habent; magnitudo singulorum pulicum, quanta duodecim elephantorum : Anemodromi autem pedites illi quidem, sed in aere feruntur sine alis. Ratio cursus ejus hujusmodi est : togas talares substringunt, easque vento velorum instar sinuandas quum permisere, navigiorum more feruntur. Plerumque hi in præliis peltastæ sunt. Dicebantur vero etiam de stellis Cappadociæ imminentibus venturi Struthobalanorum (*passeriglandium*) septuaginta millia, Hippogeranorumque (*equigruum*) millia quinque. Hos ego non vidi; neque enim venerunt. Ideo neque naturas illorum ausus sum scribere : prodigiosa enim et incredibilia de illis dicebantur.

14. Atque hæ Endymionis copiæ. Ceterum arma omnium eadem : galeæ de fabis, magnæ enim apud illos fabæ ac robustæ; loricæ squamatæ omnes de lupinis; lupinorum nempe pelliculis consutis loricas sibi faciunt : impenetrabilis vero ibi nascitur lupini pellicula, cornu instar : clypei et gladii Græcis similes.

15. Quum vero opportunum jam esset, aciem formabant ejusmodi : dextrum cornu Hippogypi tenebant, et ipse rex, qui circa se habebat quosque fortissimos; in his nos quoque eramus : sinistrum Lachanopteri : mediam aciem auxiliares, suum sibi agmen quique implentes. Peditum numerus erat ad sexagies mille millia, quorum acies hoc modo instructa est : aranei apud eos multi magnique nascuntur, Cycladum insularum singulis singulæ multo majores : his obtexere imperavit interjectum Lunam inter et Phosphorum aera : ac quum primum hoc perfecissent et campum ita parassent, in eo instruxit pedites, quos ducebat Nycterion Eudianactis (*Nocturnus Sereni regis*) filius, cum duobus aliis.

16. At hostium sinistrum cornu tenebant Hippomyrme-

πομύρμηκες καὶ ἐν αὐτοῖς ὁ Φαέθων· θηρία δέ ἐστι μέγιστα, ὑπόπτερα, τοῖς παρ' ἡμῖν μύρμηξι προσεοικότα πλὴν τοῦ μεγέθους· ὁ γὰρ μέγιστος αὐτῶν καὶ δίπλεθρος ἦν. Ἐμάχοντο δὲ οὐ μόνον οἱ ἐπ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ μάλιστα τοῖς κέρασιν· ἐλέγοντο δὲ οὗτοι εἶναι ἀμφὶ τὰς πέντε μυριάδας. Ἐπὶ δὲ τοῦ δεξιοῦ αὐτῶν ἐτάχθησαν οἱ Ἀεροκώνωπες, ὄντες καὶ οὗτοι ἀμφὶ τὰς πέντε μυριάδας, πάντες τοξόται κώνωψι μεγάλοις ἐποχούμενοι· μετὰ δὲ τούτους οἱ Ἀεροκόρδακες, ψιλοί τε ὄντες καὶ πεζοί, πλὴν μάχιμοί γε καὶ οὗτοι· πόρρωθεν γὰρ ἐσφενδόνων ῥαφανῖδας ὑπερμεγέθεις, καὶ ὁ βληθεὶς οὐδ' ἐπ' ὀλίγον ἀντέχειν ἠδύνατο, ἀπέθνησκε δέ, δυσωδίας τινὸς αὐτίκα τῷ τραύματι ἐγγινομένης· ἐλέγοντο δὲ χρίειν τὰ βέλη μαλάχης ἰῷ· ἐχόμενοι δὲ αὐτῶν ἐτάχθησαν οἱ Καυλομύκητες, ὁπλῖται ὄντες καὶ ἀγχέμαχοι τὸ πλῆθος μύριοι· ἐκλήθησαν δὲ Καυλομύκητες, ὅτι ἀσπίσι μὲν μυκητίναις ἐχρῶντο, δόρασι δὲ καυλίνοις τοῖς ἀπὸ τῶν ἀσπαράγων. Πλησίον δὲ αὐτῶν οἱ Κυνοβάλανοι ἔστησαν, οὓς ἔπεμψαν αὐτῷ οἱ τὸν Σείριον κατοικοῦντες, πεντακισχίλιοι καὶ οὗτοι, ἄνδρες κυνοπρόσωποι ἐπὶ βαλάνων πτερωτῶν μαχόμενοι. Ἐλέγοντο δὲ κἀκείνων ὑστερίζειν τῶν συμμάχων οὕς τε ἀπὸ τοῦ Γαλαξίου μετεπέμπετο σφενδονήτας καὶ οἱ Νεφελοκένταυροι. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τῆς μάχης ἤδη κεκριμένης ἀφίκοντο, ὡς μήποτε ὤφελον· οἱ σφενδονῆται δὲ οὐδὲ ὅλως παρεγένοντο, διόπερ φασὶν αὐτοῖς ὕστερον ὀργισθέντα τὸν Φαέθοντα πυρπολῆσαι τὴν χώραν. Τοιαύτῃ μὲν καὶ ὁ Φαέθων ἐπῄει παρασκευῇ.

17. Συμμίξαντες δὲ ἐπειδὴ τὰ σημεῖα ἤρθη καὶ ὠγκήσαντο ἑκατέρων οἱ ὄνοι — τούτοις γὰρ ἀντὶ σαλπιγκτῶν χρῶνται — ἐμάχοντο. Καὶ τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἡλιωτῶν αὐτίκα ἔφυγεν, οὐδ' εἰς χεῖρας δεξάμενοι τοὺς Ἱππογύπους, καὶ ἡμεῖς εἱπόμεθα κτείνοντες· τὸ δεξιὸν δὲ αὐτῶν ἐκράτει τοῦ ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ εὐωνύμου, καὶ ἐπεξῆλθον οἱ Ἀεροκώνωπες διώκοντες ἄχρι πρὸς τοὺς πεζούς. Ἐνταῦθα δὲ κἀκείνων ἐπιβοηθούντων ἔφυγον ἐγκλίναντες, καὶ μάλιστα ἐπεὶ ᾔσθοντο τοὺς ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ σφῶν νενικημένους. Τῆς δὲ τροπῆς λαμπρᾶς γεγενημένης πολλοὶ μὲν ζῶντες ἡλίσκοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ἀνῃροῦντο, καὶ τὸ αἷμα ἔρρει πολὺ μὲν ἐπὶ τῶν νεφῶν, ὥστε αὐτὰ βάπτεσθαι καὶ ἐρυθρὰ φαίνεσθαι, οἷα παρ' ἡμῖν δυομένου τοῦ ἡλίου φαίνεται, πολὺ δὲ καὶ εἰς τὴν γῆν κατέσταζεν, ὥστε με εἰκάζειν, μὴ ἄρα τοιούτου τινὸς καὶ πάλαι ἄνω γενομένου Ὅμηρος ὑπέλαβεν αἵματι ὗσαι τὸν Δία ἐπὶ τῷ τοῦ Σαρπηδόνος θανάτῳ.

18. Ἀναστρέψαντες δὲ ἀπὸ τῆς διώξεως δύο τρόπαια ἐστήσαμεν, τὸ μὲν ἐπὶ τῶν ἀραχνίων τῆς πεζομαχίας, τὸ δὲ τῆς ἀερομαχίας ἐπὶ τῶν νεφῶν. Ἄρτι δὲ τούτων γιγνομένων ἠγγέλλοντο ὑπὸ τῶν σκοπῶν οἱ Νεφελοκένταυροι προσελαύνοντες, οὓς ἔδει πρὸ τῆς μάχης ἐλθεῖν τῷ Φαέθοντι. Καὶ δὴ ἐφαίνοντο προσιόντες, θέαμα παραδοξότατον, ἐξ ἵππων πτερωτῶν καὶ ἀνθρώπων συγκείμενοι· μέγεθος δὲ τῶν μὲν ἀνθρώπων

ces, atque in illis Phaethon : animalia autem illa sunt maxima, volucria, formicis nostris similia, a magnitudine si discesseris : maximum enim illorum vel duorum jugerum erat. Pugnabant autem non sessores modo, sed et ipsa, maxime cornibus : dicebanturque hi esse quinquaginta circiter millia. In dextro cornu collocati erant Aeroconopes (*aeroculices*), quinquagies mille circiter, et ipsi, sagittarii omnes magnis culicibus inequitantes. Post hos vero Aerocordaces, levis armaturæ pedites, sed pugnaces ipsi quoque : e longinquo enim fundis jaculabantur raphanos supra modum magnos, quibus percussus ne paullum quidem durare poterat, sed moriebatur fœdo statim odore superveniente vulneri : dicebantur autem ungere tela veneno malvæ. Continuo post illos stare jussi Caulomycetes (*Caulifungi*), gravis armaturæ milites cominus pugnantes, decies mille numero, appellationem inde nacti, quod scutis quidem e fungis, hastis autem uterentur e caulibus asparagorum. Prope hos collocati Cynobalani (*Caniglandarii*), quos submiserant qui habitant Sirium, quinquies mille, caninis capitibus viri, in alatis glandibus pugnantes. Dicebantur autem de illorum quoque auxiliis quidam abesse, tum quos de Lactea via arcessiverat funditores, tum Nephelocentauri (*Nubicentauri*). Verum illi pugna jam diremta advenerunt, et utinam nunquam venissent! funditores autem plane non venerunt; propterea aiunt iratum deinde illis Phaethontem illorum regionem igni vastasse. Hoc quidem apparatu Phaethon inibat prælium.

17. Quum vero commissa esset pugna, sublatis signis ruditque ab asinis utrimque edito (his enim utuntur loco tubicinum), certabant. Ac sinistrum Heliotarum cornu statim fugere, quum nec ad manus admisisset Hippogypos, et nos insequi cædibus : dextrum vero illorum cornu sinistram nostram aciem superavit, impetuque facto persecuti Aeroconopes ad pedites usque pervenerunt. Hic vero et illis subsidio venientibus, inclinata acie fugerunt, et maxime quum sentirent suos in sinistro cornu victos. Quum effuse jam fugerent, multi quidem vivi capti sunt, multi vero etiam interfecti, copiosusque tum per nubes sanguis fluxit, ut tingerentur illo et rubicundæ viderentur, quales apud nos occidente sole apparent; tum multus stillavit in terram, adeo quidem ut conjicerem ego, numquid forte tale quid olim apud superos factum quum esset, Homerus putaverit sanguine pluisse Jovem ob mortem Sarpedonis.

18. A persequendis hostibus reversi tropæa duo statuimus, alterum de pedestri prælio, in aranearum tela; alterum vero pugnæ in aere commissæ, in nubibus. Commodum ista gerebantur, quum nunciantur a speculatoribus adventare Nephelocentauri, quos ante pugnam venire Phaethonti oportebat. Et sane apparebat quum accederent admirabile inprimis spectaculum, ex alatis equis et hominibus compositi : magnitudo autem, hominum, quanta est Colossi

ὅσον τοῦ Ῥοδίων κολοσσοῦ ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ ἄνω, τῶν δ' ἵππων ὅσον νεὼς μεγάλης φορτίδος. Τὸ μέντοι πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἀνέγραψα, μή τῳ καὶ ἄπιστον δόξῃ, τοσοῦτον ἦν. Ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν ὁ ἐκ τοῦ Ζωδιακοῦ τοξότης. Ἐπεὶ δὲ ᾔσθοντο τοὺς φίλους νενικημένους, ἐπὶ μὲν τὸν Φαέθοντα ἔπεμπον ἀγγελίαν αὖθις ἐπιέναι, αὐτοὶ δὲ διαταξάμενοι τεταραγμένοις ἐπιπίπτουσι τοῖς Σεληνίταις, ἀτάκτοις περὶ τὴν δίωξιν καὶ τὰ λάφυρα διεσκεδασμένοις· καὶ πάντας μὲν τρέπουσιν, αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα καταδιώκουσι πρὸς τὴν πόλιν καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ὀρνέων αὐτοῦ κτείνουσιν· ἀνέσπασαν δὲ καὶ τὰ τρόπαια καὶ κατέδραμον ἅπαν τὸ ὑπὸ τῶν ἀραχνῶν πεδίον ὑφασμένον, ἐμὲ δὲ καὶ δύο τινὰς τῶν ἑταίρων ἐζώγρησαν. Ἤδη δὲ παρῆν καὶ ὁ Φαέθων καὶ αὖθις ἄλλα τρόπαια ὑπ' ἐκείνων ἵστατο. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἀπηγόμεθα ἐς τὸν Ἥλιον αὐθημερὸν τὼ χεῖρε ὀπίσω δεθέντες ἀραχνίου ἀποκόμματι.

19. Οἱ δὲ πολιορκεῖν μὲν οὐκ ἔγνωσαν τὴν πόλιν, ἀναστρέψαντες δὲ τὸ μεταξὺ τοῦ ἀέρος ἀπετείχιζον, ὥστε μηκέτι τὰς αὐγὰς ἀπὸ τοῦ Ἡλίου πρὸς τὴν Σελήνην διήκειν. Τὸ δὲ τεῖχος ἦν διπλοῦν, νεφελωτόν· ὥστε σαφὴς ἔκλειψις τῆς Σελήνης ἐγεγόνει καὶ νυκτὶ διηνεκεῖ πᾶσα κατείχετο. Πιεζόμενος δὲ τούτοις ὁ Ἐνδυμίων πέμψας ἱκέτευε καθαιρεῖν τὸ οἰκοδόμημα καὶ μὴ σφᾶς περιορᾶν ἐν σκότῳ βιοτεύοντας, ὑπισχνεῖτο δὲ καὶ φόρους τελέσειν καὶ σύμμαχος ἔσεσθαι καὶ μηκέτι πολεμήσειν, καὶ ὁμήρους ἐπὶ τούτοις δοῦναι ἤθελεν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Φαέθοντα γενομένης δὶς ἐκκλησίας τῇ προτεραίᾳ μὲν οὐδὲν παρέλυσαν τῆς ὀργῆς, τῇ ὑστεραίᾳ δὲ μετέγνωσαν, καὶ ἐγένετο ἡ εἰρήνη ἐπὶ τούτοις.

20. « Κατὰ τάδε συνθήκας ἐποιήσαντο οἱ Ἡλιῶται καὶ οἱ σύμμαχοι πρὸς Σεληνίτας καὶ τοὺς συμμάχους, ἐπὶ τῷ καταλῦσαι μὲν τοὺς Ἡλιώτας τὸ διατείχισμα καὶ μηκέτι ἐς τὴν Σελήνην ἐσβάλλειν, ἀποδοῦναι δὲ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ῥητοῦ ἕκαστον χρήματος, τοὺς δὲ Σεληνίτας ἀφεῖναι μὲν αὐτονόμους τούς γε ἄλλους ἀστέρας, ὅπλα δὲ μὴ ἐπιφέρειν τοῖς Ἡλιώταις, συμμαχεῖν δὲ τῇ ἀλλήλων, ἤν τις ἐπίῃ· φόρον δὲ ὑποτελεῖν ἑκάστου ἔτους τὸν βασιλέα τῶν Σεληνιτῶν τῷ βασιλεῖ τῶν Ἡλιωτῶν δρόσου ἀμφορέας μυρίους, καὶ ὁμήρους δὲ σφῶν αὐτῶν δοῦναι μυρίους, τὴν δὲ ἀποικίαν τὴν ἐς τὸν Ἑωσφόρον κοινὴν ποιεῖσθαι καὶ μετέχειν τῶν ἄλλων τὸν βουλόμενον· ἐγγράψαι δὲ τὰς συνθήκας στήλῃ ἠλεκτρίνῃ καὶ ἀναστῆσαι ἐν μέσῳ τῷ ἀέρι ἐπὶ τοῖς μεθορίοις. Ὤμοσαν δὲ Ἡλιωτῶν μὲν Πυρωνίδης καὶ Θερίτης καὶ Φλόγιος, Σεληνιτῶν δὲ Νύκτωρ καὶ Μήνιος καὶ Πολυλαμπής. »

21. Τοιαύτη μὲν ἡ εἰρήνη ἐγένετο· εὐθὺς δὲ τὸ τεῖχος καθῃρεῖτο καὶ ἡμᾶς τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέδοσαν. Ἐπεὶ δὲ ἀφικόμεθα ἐς τὴν Σελήνην, ὑπηντίαζον ἡμᾶς καὶ ἠσπάζοντο μετὰ δακρύων οἵ τε ἑταῖροι καὶ ὁ Ἐνδυμίων αὐτός. Καὶ ὁ μὲν ἠξίου μεῖναί τε παρ' αὐτῷ καὶ κοινωνεῖν τῆς ἀποικίας ὑπισχνούμενος δώσειν πρὸς γά-

Rhodiorum dimidia pars superior; equorum, quanta magnæ navis onerariæ. Numerum eorum non scripsi, ne cui incredibilis videretur : adeo ingens erat. Dux illorum erat ille de Zodiaco Sagittarius. Quum vero victos amicos suos esse sensissent, Phaethontem misso nuncio in prælium revocarunt : ipsi vero instructa acie in Selenitas irruunt perturbatos, palantes, et in persequendis hostibus prædaque legenda dispersos. In fugam vertunt omnes, ipsum regem ad urbem usque persequuntur, plerasque volucrium ipsius interficiunt : deinde tropæa revulsere, totumque campum ab araneis textum percurrerunt : me vero et sociorum duos vivos cepere. Jamque Phaethon aderat, et rursus alia ab illis tropæa statuebantur. Nos quidem igitur eodem adhuc die ad Solem abducebamur, manibus ad terga revinctis filo de araneæ tela abscisso.

19. Atque oppugnare quidem urbem non statuerunt, reversi autem quod interjectum est aeris muro interposito absciderunt, ut splendor a sole non jam pervenire ad Lunam posset. Murus ille duplex erat, nubibus constans : hinc aperta Lunæ eclipsis efficiebatur, ut perpetua nocte universa premeretur. His quum urgeretur malis Endymion, legatione missa supplicavit ut demolirentur illam munitionem, nec rejicerent se degentes in tenebris : promisitque tributa pendere, ac mittere auxilia, neque amplius rebellare; obsidesque harum rerum causa obtulit. Phaethon autem cum suis, concilio bis habito, priori quidem irarum nihil remisere, sed posteriore sententiam mutarunt. Convenit igitur pax his legibus :

20. « In has conditiones fœdus fecere Heliotæ ipsorumque socii, cum Selenitis ac sociis illorum, ut Heliotæ demoliantur munitionem interpositam, neque amplius irruptionem in Lunam faciant, reddantque captivos pretio quo de singulis convenerit : Selenitæ autem uti liberas et sui juris esse patiantur stellas reliquas; neque bellum inferant Heliotis, sed auxilia potius mittant invicem, si quis illos invadat; tributumque pendat quotannis Heliotarum regi rex Selenitarum, roris amphoras decies mille, ejusque rei obsides det ex suis decies mille; coloniam autem in Luciferum communiter mittant, et in partem ejus veniat aliorum etiam quisquis voluerit; inscribantque fœdus hoc columnæ ex electro, eamque statuant in medio aere, ipsis in confiniis. Jurarunt in hoc fœdus Heliotarum Pyronides (*Igneus*) et Therites (*Æstivus*) et Phlogius (*Flammeus*) : Selenitarum vero Nyctor (*Nocturnus*) et Menius (*Menstruus*) et Polylampes (*Multilucius*). »

21. Hæc talis igitur pax facta est. Statimque munitio dejiciebatur, nosque captivos reddidere. Quum autem rediissemus in Lunam, occurrerunt nobis et cum lacrimis complexi sunt tum socii, tum ipse Endymion. Et hic quidem rogabat, maneremus apud se, et coloniæ nos ascribi pateremur, pollicitus se nuptui daturum mihi puerum

μον τὸν ἑαυτοῦ παῖδα· γυναῖκες γὰρ οὐκ εἰσὶ παρ' αὐτοῖς. Ἐγὼ δὲ οὐδαμῶς ἐπειθόμην, ἀλλ' ἠξίουν ἀποπεμφθῆναι κάτω ἐς τὴν θάλατταν. Ὡς δὲ ἔγνω ἀδύνατον ὂν πείθειν, ἀποπέμπει ἡμᾶς ἑστιάσας ἑπτὰ ἡμέρας.

22. Ἃ δ' ἐν τῷ μεταξὺ διατρίβων ἐν τῇ Σελήνῃ κατενόησα καινὰ καὶ παράδοξα, ταῦτα βούλομαι εἰπεῖν. Πρῶτα μὲν τὸ μὴ ἐκ γυναικῶν γεννᾶσθαι αὐτούς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀρρένων· γάμοις γὰρ τοῖς ἄρρεσι χρῶνται καὶ οὐδὲ ὄνομα γυναικὸς ὅλως ἴσασι. Μέχρι μὲν οὖν πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν γαμεῖται ἕκαστος, ἀπὸ δὲ τούτων γαμεῖ αὐτός· κύουσι δὲ οὐκ ἐν τῇ νηδύϊ, ἀλλ' ἐν ταῖς γαστροκνημίαις· ἐπειδὰν γὰρ συλλάβῃ τὸ ἔμβρυον, παχύνεται ἡ κνήμη, καὶ χρόνῳ ὕστερον ἀνατεμόντες ἐξάγουσι νεκρά, ἐκθέντες δὲ αὐτὰ πρὸς τὸν ἄνεμον κεχηνότα ζωοποιοῦσι. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἐς τοὺς Ἕλληνας ἐκεῖθεν ἥκειν τῆς γαστροκνημίας τοὔνομα, ὅτι παρ' ἐκείνοις ἀντὶ γαστρὸς κυοφορεῖ. Μεῖζον δὲ τούτου ἄλλο διηγήσομαι. Γένος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ἀνθρώπων οἱ καλούμενοι Δενδρῖται, γίγνεται δὲ τὸν τρόπον τοῦτον· ὄρχιν ἀνθρώπου τὸν δεξιὸν ἀποτεμόντες ἐν γῇ φυτεύουσιν, ἐκ δ' αὐτοῦ δένδρον ἀναφύεται μέγιστον, σάρκινον, οἷον φαλλός· ἔχει δὲ καὶ κλάδους καὶ φύλλα· ὁ δὲ καρπός ἐστι βάλανοι πηχυαῖαι τὸ μέγεθος. Ἐπειδὰν οὖν πεπανθῶσι, τρυγήσαντες αὐτὰς ἐκκολάπτουσιν τοὺς ἀνθρώπους. Αἰδοῖα μέντοι πρόσθετα ἔχουσιν οἱ μὲν ἐλεφάντινα, οἱ δὲ πένητες αὐτῶν ξύλινα, καὶ διὰ τούτων ὀχεύουσι καὶ πλησιάζουσι τοῖς γαμέταις τοῖς ἑαυτῶν.

23. Ἐπειδὰν δὲ γηράσῃ ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ' ὥσπερ καπνὸς διαλυόμενος ἀὴρ γίγνεται. Τροφὴ δὲ πᾶσιν ἡ αὐτή· ἐπειδὰν γὰρ πῦρ ἀνακαύσωσι, βατράχους ὀπτῶσιν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων· πολλοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς εἰσιν ἐν τῷ ἀέρι πετόμενοι· ὀπτωμένων δὲ περικαθεζόμενοι ὥσπερ δὴ περὶ τράπεζαν λάπτουσι τὸν ἀναθυμιώμενον καπνὸν καὶ εὐωχοῦνται. Σίτῳ μὲν δὴ τρέφονται τοιούτῳ· ποτὸν δὲ αὐτοῖς ἐστιν ἀὴρ ἀποθλιβόμενος ἐς κύλικα καὶ ὑγρὸν ἀνιεὶς ὥσπερ δρόσον. Οὐ μὴν ἀπουροῦσί γε καὶ ἀφοδεύουσιν, ἀλλ' οὐδὲ τέτρηνται ἧπερ ἡμεῖς· ἀλλ' οὐδὲ τὴν συνουσίαν οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἕδραις παρέχουσιν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἰγνύσιν ὑπὲρ τὴν γαστροκνημίαν· ἐκεῖ γάρ εἰσι τετρημένοι. Καλὸς δὲ νομίζεται παρ' αὐτοῖς ἤν πού τις φαλακρὸς καὶ ἄκομος ᾖ, τοὺς δὲ κομήτας καὶ μυσάττονται. Ἐπὶ δὲ τῶν κομητῶν ἀστέρων τοὐναντίον τοὺς κομήτας νομίζουσι καλούς· ἐπεδήμουν γάρ τινες, οἳ καὶ περὶ ἐκείνων διηγοῦντο. Καὶ μὴν καὶ γένεια φύουσι μικρὸν ὑπὲρ τὰ γόνατα. Καὶ ὄνυχας ἐν τοῖς ποσὶν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ πάντες εἰσὶ μονοδάκτυλοι. Ὑπὲρ δὲ τὰς πυγὰς ἑκάστῳ αὐτῶν κράμβη ἐκπέφυκε μακρὰ ὥσπερ οὐρά, θάλλουσα ἐς ἀεὶ καὶ ὑπτίου ἀναπίπτοντος οὐ κατακλωμένη.

24. Ἀπομύττονται δὲ μέλι δριμύτατον· κἀπειδὰν ἢ πονῶσιν ἢ γυμνάζωνται, γάλακτι πᾶν τὸ σῶμα ἱδροῦσιν, ὥστε καὶ τυροὺς ἀπ' αὐτοῦ πήγνυσθαι, ὀλίγον τοῦ μέλιτος ἐπιστάξαντες· ἔλαιον δὲ ποιοῦνται ἀπὸ τῶν κρομμύων πάνυ λιπαρόν τε καὶ εὐῶδες ὥσπερ μύρον.

suum : mulieres enim apud illos non sunt. At ego nullo modo persuaderi mihi passus sum, sed demitti in mare petii. Quum vero videret persuaderi mihi non posse, post septem nos dierum epulas dimittit.

22. Quæ autem toto hoc quo in Luna commoratus sum tempore nova atque admiranda animadverterim, ea dicere jam volo. Primum quidem illud, non nasci eos ex mulieribus, sed ex viris : masculis enim nuptiis utuntur, mulierisque plane nomen ignorant. Ad quinque igitur et viginti annos nubit eorum unusquisque, ab eo inde tempore alium ipse ducit. Fœtum autem gerunt non in utero, sed in suris : quum enim conceptus est embryo, crassescit sura : atque aliquanto post per sectionem educunt mortuos, expositisque hianti ore ad ventum vitam conciliant. Videtur autem mihi ad Græcos istinc descendisse suræ nomen, quam « suræ ventrem » appellant, quod ea apud illos pro ventre gravida est. Sed hoc majus etiam aliud enarrabo. Genus est apud illos hominum Dendritæ (*Arborei*), quod hunc in modum nascitur : testiculum hominis dextrum resectum in terra deponunt : ex illo deinde arbor enascitur maxima, carnea, phalli instar; habet vero etiam ramos et folia : fructus autem sunt glandes magnitudine cubitales. Has, ubi maturuere, decerpunt hominesque inde extundunt. Pudenda habent asciticia, eburnea alii, lignea vero pauperes, iisque coeunt suosque nuptos subigunt.

23. Quum consenuit homo, non moritur, sed fumi instar in aerem dissolvitur. Cibus omnibus unus est : accenso enim igne ranas in prunis assant : sunt autem apud ipsos multæ volantes in aere. Assidentes vero circa focum in quo assantur quasi circa mensam, surgentem inde nidorem ore captant, atque ita epulantur. Ac cibo quidem nutriuntur ejusmodi : potus vero illis est expressus aer in calicem, ubi liquidum quiddam roris instar dimittit. Veruntamen neque urinam emittunt, neque alterius rei causa secedunt : quin neque iisdem quibus nos locis perforati sunt. Sed neque sedem præbent pueri ad coeundum amatoribus, verum supra suram poplites : ibi enim per forati sunt. Pulcher autem apud illos habetur, si quis calvus et sine comis sit : comatos vero etiam abominantur. Contra ea in Cometis (*stellis comatis*) comatos pro pulchris habent : peregrini enim inde quidam aderant, qui de illis etiam narrarent. Barbas tamen habent paullum supra genua. Ungues in pedibus non habent, sed unum modo omnes ibi digitum. Supra podicem brassica unicuique enata est magna, caudæ instar, virens semper, quæ nec frangitur, si quis supinus cadat.

24. Emungunt mel acerrimum; et quum aut laborant aut exercentur, lacte totum corpus diffluunt, adeo ut caseos etiam inde, exiguo instillato melle, efficiant. Oleum sibi parant de cepis pingue admodum et unguenti instar fra-

Ἀμπέλους δὲ πολλὰς ἔχουσιν ὑδροφόρους· αἱ γὰρ ῥᾶγες τῶν βοτρύων εἰσὶν ὥσπερ χάλαζα, καί μοι δοκεῖν, ἐπειδὰν ἐμπεσὼν ἄνεμος διασείσῃ τὰς ἀμπέλους ἐκείνας, τότε πρὸς ἡμᾶς καταπίπτει ἡ χάλαζα διαρραγέντων τῶν βοτρύων. Τῇ μέντοι γαστρὶ ὅσα πήρᾳ χρῶνται τιθέντες ἐν αὐτῇ ὅσων δέονται· ἀνοικτὴ γὰρ αὐτοῖς αὕτη καὶ πάλιν κλειστή ἐστιν· ἔντερον δὲ οὐδὲ ἧπαρ ἐν αὐτῇ φαίνεται ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι δασεῖα πᾶσα ἔντοσθεν καὶ λάσιός ἐστιν, ὥστε καὶ τὰ νεογνὰ, ἐπειδὰν ῥιγῶσιν, ἐς ταύτην ὑποδύεται.

25. Ἐσθὴς δὲ τοῖς μὲν πλουσίοις ὑαλίνη μαλθακὴ, τοῖς πένησι δὲ χαλκῆ ὑφαντή· πολύχαλκα γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία καὶ ἐργάζονται τὸν χαλκὸν ὕδατι ὑποβρέξαντες ὥσπερ τὰ ἔρια. Περὶ μέντοι τῶν ὀφθαλμῶν, οἵους ἔχουσιν, ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, μή τίς με νομίσῃ ψεύδεσθαι διὰ τὸ ἄπιστον τοῦ λόγου. Ὅμως δὲ καὶ τοῦτο ἐρῶ· τοὺς ὀφθαλμοὺς περιαιρετοὺς ἔχουσι, καὶ ὁ βουλόμενος ἐξελὼν τοὺς αὐτοῦ φυλάττει ἔστ' ἂν δεηθῇ ἰδεῖν· οὕτω δ' ἐνθέμενος ὁρᾷ· καὶ πολλοὶ τοὺς σφετέρους ἀπολέσαντες παρ' ἄλλων χρησάμενοι ὁρῶσιν. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ πολλοὺς ἀποθέτους ἔχουσιν, οἱ πλούσιοι. Τὰ ὦτα δὲ πλατάνων φύλλα ἐστὶν αὐτοῖς πλήν γε τοῖς ἀπὸ τῶν βαλάνων· ἐκεῖνοι γὰρ μόνοι ξύλινα ἔχουσι.

26. Καὶ μὴν καὶ ἄλλο θαῦμα ἐν τοῖς βασιλείοις ἐθεασάμην· κάτοπτρον μέγιστον κεῖται ὑπὲρ φρέατος οὐ πάνυ βαθέος. Ἂν μὲν οὖν ἐς τὸ φρέαρ καταβῇ τις, ἀκούει πάντων τῶν παρ' ἡμῖν ἐν τῇ γῇ λεγομένων, ἐὰν δὲ ἐς τὸ κάτοπτρον ἀποβλέψῃ, πάσας μὲν πόλεις, πάντα δὲ ἔθνη ὁρᾷ ὥσπερ ἐφεστὼς ἑκάστοις· τότε καὶ τοὺς οἰκείους ἐγὼ ἐθεασάμην καὶ πᾶσαν τὴν πατρίδα, εἰ δὲ κἀκεῖνοι ἐμὲ ἑώρων, οὐκ ἔχω τὸ ἀσφαλὲς εἰπεῖν. Ὅστις δὲ ταῦτα μὴ πιστεύει οὕτως ἔχειν, ἄν ποτε καὶ αὐτὸς ἐκεῖσε ἀφίκηται, εἴσεται ὡς ἀληθῆ λέγω.

27. Τότε δ' οὖν ἀσπασάμενοι τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐμβάντες ἀνήχθημεν· ἐμοὶ δὲ καὶ δῶρα ἔδωκεν ὁ Ἐνδυμίων, δύο μὲν τῶν ὑαλίνων χιτώνων, πέντε δὲ χαλκοῦς, καὶ πανοπλίαν θερμίνην, ἃ πάντα ἐν τῷ κήτει κατέλιπον. Συνέπεμψε δὲ ἡμῖν καὶ Ἱππογύπους χιλίους παραπέμψοντας ἄχρι σταδίων πεντακοσίων.

5. Μειράκιον μὲν οὖν ἔτι ὢν πάνυ ὡραῖον, ὡς ἐνῆν ἀπὸ τῆς καλάμης τεκμαίρεσθαι καὶ ἀκούειν τῶν διηγουμένων, ἀνέδην ἐπόρνευε καὶ συνῆν ἐπὶ μισθῷ τοῖς βουλομένοις. Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις λαμβάνει τις αὐτὸν ἐραστὴς γόης τῶν μαγείας καὶ ἐπῳδὰς θεσπεσίους ὑπισχνουμένων καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς καὶ ἐπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς καὶ θησαυρῶν ἀναπομπὰς καὶ κλήρων διαδοχάς. Οὗτος ἰδὼν εὐφυᾶ παῖδα καὶ πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἑαυτοῦ πράξεων ἑτοιμότατον, οὐ μεῖον ἐρῶντα τῆς κακίας τῆς αὐτοῦ ἢ αὐτὸς τῆς ὥρας τῆς ἐκείνου, ἐξεπαίδευσέ τε αὐτὸν καὶ διετέλει ὑπουργῷ καὶ ὑπηρέτῃ καὶ διακόνῳ χρώμενος. Ὁ δ' αὐτὸς ἐκεῖνος δημοσίᾳ μὲν ἰατρὸς δῆθεν ἦν, ἠπίστατο δὲ κατὰ τὴν Θῶνος τοῦ Αἰγυπτίου γυναῖκα

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά·

ὧν ἁπάντων κληρονόμος καὶ διάδοχος οὗτος ἐγένετο. Ἦν δὲ ὁ διδάσκαλος ἐκεῖνος καὶ ἐραστὴς τὸ γένος Τυανεὺς τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ συγγενομένων καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ τραγῳδίαν εἰδότων. Ὁρᾷς ἐξ οἵας σοι διατριβῆς ἄνθρωπον λέγω.

6. Ἤδη δὲ πώγωνος ὁ Ἀλέξανδρος πιμπλάμενος καὶ τοῦ Τυανέως ἐκείνου ἀποθανόντος ἐν ἀπορίᾳ καθεστὼς, ἀπηνθηκυίας ἅμα τῆς ὥρας, ἀφ' ἧς τρέφεσθαι ἐδύνατο, οὐκέτι μικρὸν οὐδὲν ἐπενόει, ἀλλὰ κοινωνήσας Βυζαντίῳ τινὶ χρονογράφῳ τῶν καθιέντων ἐς τοὺς ἀγῶνας, πολὺ καταρατοτέρῳ τὴν φύσιν — Κοκκωνᾶς δὲ οἶμαι ἐπεκαλεῖτο — περιῄεσαν γοητεύοντες καὶ μαγγανεύοντες καὶ τοὺς παχεῖς τῶν ἀνθρώπων — οὕτως γὰρ αὐτοὶ τῇ πατρίῳ τῶν μάγων φωνῇ τοὺς πολλοὺς ὀνομάζουσιν — ἀποκείροντες. Ἐν δὴ τούτοις καὶ Μακέτιν

bens, et modestissime de se loquens, Pythagoræ similis esse prædicabat. Sed propitius sit Pythagoras, sapiens vir et divina mente præditus. Si vero hujus ætate vixisset, puer, bene novi, ad illum visus esset. Et per Gratiarum numen, noli putare me contumeliæ in Pythagoram causa ista dicere, aut quo componere illos audeam, quantum ad actionum similitudinem. Verum si quis pessima quæque et contumeliosissima, quæ per calumniam dicuntur de Pythagora, quibus ego fidem ut veris nunquam adhibuero, tamen in unum conducat omnia; vix minima pars ea fuerit ejus quæ in Alexandro fuit malæ calliditatis. Omnino enim cogita mihi et animo effinge variam vehementer animæ temperaturam, ex mendacio, dolis, perjuriis, malis artibus compositam, agilem, audacem, periculis se objicientem, laboriosam in perficiendis cogitatis, probabilem, quæ fidem facile inveniat, quæ optima simulet, et maxime his, quæ vult revera, adversari videatur. Nemo igitur, qui primo illum convenisset, non sic ab eo discessit, ut putaret omnium illum hominum optimum et æquissimum, ad hæc simplissimum atque ab omni fuco alienum. Super ea vero omnia inerat quædam in viro magnificentia, et quod nihil unquam cogitaret parvum, sed rebus semper maximis mentem applicaret.

5. Quum igitur adolescens adhuc esset, formosus admodum, quod licebat e stipula quasi et reliquiis formæ colligere, et audire a narrantibus, effuse impudicus, pretio copiam sui faciebat cupientibus. Inter alios ducit illum amator aliquis, præstigiator ex eorum genere, qui magicas artes et divinas incantationes pollicentur, et philtra venerea, et deorum evocationes in inimicos, et thesauros eruendos, et hereditates. Hic videns ingeniosum puerum, et ad suarum actionum ministeria paratissimum, non minus suæ cupidum malitiæ, quam ipse florem illius ætatis deperierat: instituit illum, et adjutore, ministro, atque famulo perpetuo usus est. Ceterum ipse ille, publica quidem professione medicus, sciebat non minus quam Thonis illius Ægyptii uxor,

pharmaca multa remista bona, ast eadem mala multa;

quorum iste omnium heres et successor factus est. Fuerat autem magister ille et amator Tyaneus genere, ex familiaribus Apollonii Tyanei et iis qui omnem illius tragœdiam nossent. Vides ex qua tibi schola hominem narrem.

6. Jam barbatus Alexander, mortuoque illo Tyanensi in paupertate constitutus, quum jam defloruisset ætatula, qua ali proterat, nihil jam parvum cogitabat; sed societate inita cum Byzantio quodam annalium scriptore ex eo genere, qui in certamina descendunt, multum etiam exsecrabilioris ingenii homine (Cocconas, puto, vocabatur), circumibant præstigiis et incantationibus utentes, et pingues hominum (sic ipsi patrio magorum nomine vulgus appellabant) detondentes. In hisce vero etiam e Macedonia mulierem

γυναῖκα πλουσίαν, ἔξωρον μὲν, ἐράσμιον δὲ ἔτι εἶναι βουλομένην, ἐξευρόντες ἐπεσιτίσαντό τε τὰ ἀρκοῦντα παρ' αὐτῆς καὶ ἠκολούθησαν ἐκ τῆς Βιθυνίας ἐς τὴν Μακεδονίαν. Πελλαία δὲ ἦν ἐκείνη, πάλαι μὲν εὐδαίμονος χωρίου κατὰ τοὺς τῶν Μακεδόνων βασιλέας, νῦν δὲ ταπεινοὺς καὶ ὀλιγίστους οἰκήτορας ἔχοντος.

7. Ἐνταῦθα ἰδόντες δράκοντας παμμεγέθεις, ἡμέρους πάνυ καὶ τιθασούς, ὡς καὶ ὑπὸ γυναικῶν τρέφεσθαι καὶ παιδίοις συγκαθεύδειν καὶ πατουμένους ἀνέχεσθαι καὶ θλιβομένους μὴ ἀγανακτεῖν καὶ γάλα πίνειν ἀπὸ θηλῆς κατὰ ταὐτὰ τοῖς βρέφεσι — πολλοὶ δὲ γίγνονται παρ' αὐτοῖς τοιοῦτοι, ὅθεν καὶ τὸν περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος μῦθον διαφοιτῆσαι πάλαι εἰκὸς, ὁπότε ἐκύει τὸν Ἀλέξανδρον, δράκοντος οἶμαι συγκαθεύδοντος αὐτῇ τοιούτου — ὠνοῦνται τῶν ἑρπετῶν ἓν τὸ κάλλιστον ὀλίγων ὀβολῶν.

8. Καὶ κατὰ τὸν Θουκυδίδην ἄρχεται ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη. Ὡς γὰρ ἂν δύο κάκιστοι καὶ μεγαλότολμοι καὶ πρὸς τὸ κακουργεῖν προχειρότατοι ἐς τὸ αὐτὸ συνελθόντες ῥᾳδίως κατενόησαν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ὑπὸ δυοῖν τούτοιν μεγίστοιν τυραννούμενον, ἐλπίδος καὶ φόβου, καὶ ὅτι ὁ τούτων ἑκατέρῳ ἐς δέον χρήσασθαι δυνάμενος τάχιστα πλουτήσειεν ἄν· ἀμφοτέροις γὰρ, τῷ τε δεδιότι καὶ τῷ ἐλπίζοντι, ἑώρων τὴν πρόγνωσιν ἀναγκαιοτάτην τε καὶ ποθεινοτάτην οὖσαν, καὶ Δελφοὺς οὕτω πάλαι πλουτῆσαι καὶ ἀοιδίμους γενέσθαι καὶ Δῆλον καὶ Κλάρον καὶ Βραγχίδας, τῶν ἀνθρώπων ἀεὶ δι' οὓς προεῖπον τυράννους, τὴν ἐλπίδα καὶ τὸν φόβον, φοιτώντων ἐς τὰ ἱερὰ καὶ προμαθεῖν τὰ μέλλοντα δεομένων καὶ δι' αὐτὸ ἑκατόμβας θυόντων καὶ χρυσᾶς πλίνθους ἀνατιθέντων. Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους στρέφοντες καὶ κυκῶντες μαντεῖον συστήσασθαι καὶ χρηστήριον ἐβουλεύοντο· εἰ γὰρ τοῦτο προχωρήσειεν αὐτοῖς, αὐτίκα πλούσιοί τε καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθαι ἤλπιζον, ὅπερ ἐπὶ μεῖζον ἢ κατὰ τὴν πρώτην προσδοκίαν ἀπήντησεν αὐτοῖς καὶ κρεῖττον διεφάνη τῆν ἐλπίδος.

9. Τοὐντεῦθεν τὴν σκέψιν ἐποιοῦντο, πρῶτον μὲν περὶ τοῦ χωρίου, δεύτερον δὲ ἥτις ἡ ἀρχὴ καὶ ὁ τρόπος ἂν γένοιτο τῆς ἐπιχειρήσεως. Ὁ μὲν οὖν Κοκκωνᾶς τὴν Χαλκηδόνα ἐδοκίμαζεν ἐπιτήδειον εἶναι, ὡς ἐμπόρων χωρίον τῇ τε Θρᾴκῃ καὶ τῇ Βιθυνίᾳ πρόσοικον, οὐχ ἑκὰς οὐδὲ τῆς Ἀσίας καὶ Γαλατίας καὶ τῶν ὑπερκειμένων ἐθνῶν ἁπάντων· ὁ δὲ Ἀλέξανδρς ἔμπαλιν τὰ οἴκοι προὔκρινε λέγων ὅπερ ἀληθὲς ἦν, πρὸς τὴν τῶν τοιούτων ἀρχὴν καὶ ἐπιχείρησιν ἀνθρώπων δεῖν παχέων καὶ ἠλιθίων τῶν ὑποδεξομένων, οἵους τοὺς Παφλαγόνας εἶναι ἔφασκεν ὑπεροικοῦντας τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος, δεισιδαίμονας τοὺς πολλοὺς καὶ πλουσίους, καὶ μόνον εἰ φανείη τις αὐλητὴν ἢ τυμπανιστὴν ἢ κυμβάλοις κροτοῦντα ἐπαγόμενος, κοσκίνῳ τὸ τοῦ λόγου μαντευόμενος, αὐτίκα μάλα πάντας κεχηνότας πρὸς αὐτὸν καὶ ὥσπερ τινὰ τῶν ἐπουρανίων προσβλέποντας.

10. Ὀλίγης δὲ περὶ τοῦτο στάσεως αὐτοῖς γενομένης τέλος ἐνίκησεν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ ἀφικόμενοι ἐς

divitem, effœtam illam quidem, sed quæ amabilis etiamnum esse vellet, quum invenissent, annonæ quantum opus esset ab illa nacti, e Bithynia illam in Macedoniam secuti sunt. Ex Pella autem ea fuit, beato quondam oppido Macedonum regum temporibus, jam vero perpaucos eosque humiles cives habente.

7. Hic visis draconibus ingenti specie, mansuetis plane et cicuribus, qui etiam alerentur a mulieribus, et jacerent cum pueris, et calcari se paterentur, atque urgeri non ægre ferrent, et infantum instar lac e mamma sugerent (multi autem tales apud illos nascuntur, unde etiam illam de Olympiade fabulam olim exiisse probabile est, quum Alexandrum utero ferret, tali, puto, angue cum illa cubante), emunt horum serpentium unum pulcherrimum paucis obolis.

8. Et hinc, ut ait Thucydides, jam belli principia. Tanquam enim pessimi duo mortales et audacissimi et ad maleficium promtissimi, societatem coeuntes, facile intelligebant, a duobus hisce maximis quasi tyrannis vitam regi, spe et metu, eumque, qui alterutro horum, prout opus sit, uti queat, ad divitias celeriter perventurum. In utroque enim horum, quando vel metueretur vel speraretur, videbant futuri scientiam et maxime necessariam et inprimis desiderabilem esse : eaque ipsa ratione Delphos olim divites factos esse atque celebres, et Delum, et Clarum, et Branchidas, hominibus semper propter eos quos dixi tyrannos, spem ac metum, ad templa euntibus, et prædiscere futura cupientibus, ac propter ipsum hecatombas sacrificantibus, et aureos lateres dedicantibus. Hæc inter se versantes ac miscentes, de oraculo constituendo deliberabant. Hoc enim si sibi processisset, statim se divites ac beatos sperabant futuros; quæ quidem res magis illis, quam pro prima exspectatione, successit, et spe melior apparuit.

9. Hinc dispiciebant primum de loco, deinde quod principium, quæ ratio esset incepti. Cocconas quidem Chalcedonem judicabat aptam, quod commercia multa haberet, atque Thraciæ pariter ac Bithyniæ esset contermina, nec procul distaret Asia, nec Gallogræci, gentesque quæ superjacent omnes. Vicissim Alexander suam patriam præferre, dicens quod verum erat, ad talium rerum initia et conatum opus esse hominibus pinguibus et stupidis qui recepturi sint, quales esse Paphlagonas dicebat, eos qui supra Aboni castrum habitarent, superstitiosos plerosque et divites; quibus si quis modo se ostendat tibicinem, aut tympanistam, aut strepentem cymbalis secum ducens, qui cribro, ut in proverbio est, vaticinetur, statim omnes hianti ore et tanquam cœlestium quendam, illum aspiciant.

10. Hac de re quum aliquamdiu dissedissent, vincit tandem Alexander : ac delati Chalcedonem (nam utile tamen

τὴν Χαλκηδόνα — χρήσιμον γάρ τι ὅμως ἡ πόλις αὐτοῖς ἔχειν ἔδοξε — τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν τῷ ἱερῷ, ὅπερ ἀρχαιότατόν ἐστι τοῖς Χαλκηδονίοις, κατορύττουσι δέλτους χαλκᾶς, λεγούσας ὡς αὐτίκα μάλα ὁ Ἀσκληπιὸς σὺν τῷ πατρὶ Ἀπόλλωνι μέτεισιν ἐς τὸν Πόντον καὶ καθέξει τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος. Αὗται αἱ δέλτοι ἐξεπίτηδες εὑρεθεῖσαι διαφοιτῆσαι ῥᾳδίως τοῦτον τὸν λόγον ἐς πᾶσαν τὴν Βιθυνίαν καὶ τὸν Πόντον ἐποίησαν, καὶ πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων ἐς τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος· ἐκεῖνοι γοῦν καὶ νεὼν αὐτίκα ἐψηφίσαντο ἐγεῖραι καὶ τοὺς θεμελίους ἤδη ἔσκαπτον. Κἀνταῦθα ὁ μὲν Κοκκωνᾶς ἐν Χαλκηδόνι καταλείπεται, διττούς τινας καὶ ἀμφιβόλους καὶ λοξοὺς χρησμοὺς συγγράφων. Καὶ μετ' ὀλίγον ἐτελεύτησε τὸν βίον ὑπὸ ἐχίδνης οἶμαι δηχθείς.

11. Προεισπέμπεται δὲ ὁ Ἀλέξανδρος κομῶν ἤδη καὶ πλοκάμους καθειμένος καὶ μεσόλευκον χιτῶνα πορφυροῦν ἐνδεδυκὼς καὶ ἱμάτιον ὑπὲρ αὐτοῦ λευκὸν ἀναβεβλημένος ἅρπην ἔχων κατὰ τὸν Περσέα, ἀφ' οὗ ἑαυτὸν ἐγενεαλόγει μητρόθεν, καὶ οἱ ὄλεθροι ἐκεῖνοι Παφλαγόνες εἰδότες αὐτοῦ ἄμφω τοὺς γονέας ἀφανεῖς καὶ ταπεινοὺς ἐπίστευον τῷ χρησμῷ λέγοντι

> Περσείδης γενεὴν Φοίβῳ φίλος οὗτος ὁρᾶται,
> δῖος Ἀλέξανδρος, Ποδαλειρίου αἷμα λελογχώς.

Οὕτως ἄρα ὁ Ποδαλείριος μάχλος καὶ γυναικομανὴς τὴν φύσιν, ὡς ἀπὸ Τρίκκης ἄχρι Παφλαγονίας στύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα. Εὕρητο δὲ χρησμὸς ἤδη ὡς Σιβύλλης προμαντευσαμένης·

> Εὐξείνου Πόντοιο παρ' ᾐόσιν ἄγχι Σινώπης
> ἔσται τις κατὰ Τύρσιν ὑπ' Αὐσονίοισι προφήτης,
> ἐκ πρώτης δεικνὺς μονάδος τρισσῶν δεκάδων τε
> πένθ' ἑτέρας μονάδας καὶ εἰκοσάδα τρισάριθμον,
> ἀνδρὸς ἀλεξητῆρος ὁμωνυμίην τετράκυκλον.

12. Ἐσβαλὼν οὖν ὁ Ἀλέξανδρος μετὰ τοιαύτης τραγῳδίας διὰ πολλοῦ ἐς τὴν πατρίδα περίβλεπτός τε καὶ λαμπρὸς ἦν, μεμηνέναι προσποιούμενος καὶ ἀφροῦ ἐνίοτε ὑποπιμπλάμενος τὸ στόμα· ῥᾳδίως δὲ τοῦτο ὑπῆρχεν αὐτῷ, στρουθίου τῆς βαφικῆς βοτάνης τὴν ῥίζαν διαμασησαμένῳ· τοῖς δὲ θεῖόν τι καὶ φοβερὸν ἐδόκει καὶ ὁ ἀφρός. Ἐπεποίητο δὲ αὐτοῖς πάλαι καὶ κατεσκεύαστο κεφαλὴ δράκοντος ὀθονίνη ἀνθρωπόμορφόν τι ἐπιφαίνουσα, κατάγραφος, πάνυ εἰκασμένη, ὑπὸ θριξὶν ἱππείαις ἀνοίγουσά τε καὶ αὖθις ἐπικλείουσα τὸ στόμα, καὶ γλῶττα οἷα δράκοντος διττὴ μέλαινα προέκυπτεν, ὑπὸ τριχῶν καὶ αὐτὴ ἑλκομένη. Καὶ ὁ Πελλαῖος δὲ δράκων προϋπῆρχε καὶ οἴκοι ἐτρέφετο, κατὰ καιρὸν ἐπιφανησόμενος αὐτοῖς καὶ συντραγῳδήσων, μᾶλλον δὲ πρωταγωνιστὴς ἐσόμενος.

13. Ἤδη δὲ ἄρχεσθαι δέον, μηχανᾶται τοιόνδε τι· νύκτωρ γὰρ ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς θεμελίους τοῦ νεὼ τοὺς ἄρτι ὀρυττομένους — συνειστήκει δὲ ἐν αὐτοῖς ὕδωρ ἢ αὐτόθεν ποθὲν συλλειβόμενον ἢ ἐξ οὐρανοῦ πεσόν — ἐνταῦθα κατατίθεται χήνειον ᾠὸν προκεκενωμένον, ἔνδον φυλάττον ἑρπετόν τι ἀρτιγέννητον, καὶ βυθίσας τοῦτο ἐν μυχῷ τοῦ πηλοῦ ὀπίσω αὖθις ἀπηλλάττετο.

aliquid urbs ea habere illis visa est) in templo Apollinis, quod antiquissimum est Chalcedonensibus, tabulas defodiunt æneas, in quibus scriptum esset, propediem Æsculapium cum patre suo Apolline in Pontum adventurum esse, et Aboni castrum inhabitaturum. Hæ tabulæ dedita opera inventæ facile hunc sermonem per universam Bithyniam atque Pontum distulere, et multum ante alias urbes, ad Aboni castrum. Illi igitur et templum statim excitare decreverunt, et fundamentis fossam jam fodiebant. Interim Cocconas quidem Chalcedone relinquitur, ambigua quædam et duplicia atque perplexa oracula scribens: necque ita multo post diem supremum obiit, morsus, opinor, a vipera.

11. Præmittitur autem Alexander jam comatus, demissisque cincinnis, tunicam indutus purpuream ex albo virgatam, et pallium superinjectum gerens candidum, falcem gestans instar Persei, a quo maternum genus deducebat. Et perditi illi Paphlagones, qui scirent illius parentes humiles ambos atque ignobiles, oraculo credidere dicenti,

> Persides genus hic, Phœbo carusque, videtur,
> divus Alexander, Podaliri sanguine cretus.

Adeo igitur Podalirius libidinosus et natura ad furorem usque mulierum cupidus, ut a Tricca inde usque in Paphlagoniam in Alexandri matrem arrexerit. Inventum autem jam erat oraculum quasi Sibyllæ prædicentis:

> Littora ad Euxini Ponti vicina Sinopæ,
> ad Turres erit Ausonio sub rege propheta,
> post primam ostendens monadem, ternas decadasque,
> quinque alias monadas, viginti et ter numerata:
> nomen Alexeteris habens ex orbe quaterno.

12. Irruens igitur cum hac histrionia Alexander post longum tempus in patriam suam, conspicuus erat et splendidus, furere interdum se simulans, et spuma os oppletum habens, quod facile illi contingebat, struthii, tinctoriæ herbæ, radicem mandenti: at illis divinum quiddam et terribile spuma illa videbatur. Factum autem illis et præparatum olim erat caput draconis linteum, humanæ formæ affine quiddam habens, pictum, accurate assimilatum, per setas equinas aperiens os et iterum claudens; et lingua qualis serpentum, bisulca, nigra, prominebat, setis et ipsa mobilis. Pellæus autem ille draco ipsis jam ante fuerat, et domi alebatur, suo tempore appariturus illis et adjuturus tragœdiam, vel primarum potius partium ipse actor futurus.

13. Quum jam faciendum esset initium, tale quid machinatur. Accedens noctu ad fundamenta templi recens effossa, in quibus aqua constiterat, vel ibidem undecumque collecta, vel cœlestis, deponit ibidem anserinum ovum ante excavatum, in quo inclusus serpens recens natus. Hoc in recessu quodam luti defixo, domum redit. Postridie vero

Ἕωθεν δὲ γυμνὸς ἐς τὴν ἀγορὰν προπηδήσας, διάζωμά δὲ περὶ τὸ αἰδοῖον ἔχων κατάχρυσον, καὶ τοῦτο καὶ τὴν ἅρπην ἐκείνην φέρων, σείων ἅμα τὴν κόμην ἄνετον ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντές τε καὶ ἐνθεαζόμενοι, ἐδημηγόρει ἐπὶ βωμόν τινα ὑψηλὸν ἀναβὰς καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζεν αὐτίκα μάλα δεξομένην ἐναργῆ τὸν θεόν. Οἱ παρόντες δὲ — ξυνδεδραμήκει γὰρ σχεδὸν ἅπασα ἡ πόλις ἅμα γυναιξὶ καὶ γέρουσι καὶ παιδίοις — ἐτεθήπεσαν καὶ ηὔχοντο καὶ προσεκύνουν. Ὁ δὲ φωνάς τινας ἀσήμους φθεγγόμενος, οἷαι γένοιντ' ἂν Ἑβραίων ἢ Φοινίκων, ἐξέπληττε τοὺς ἀνθρώπους οὐκ εἰδότας ὅ τι καὶ λέγοι, πλὴν τοῦτο μόνον, ὅτι πᾶσιν ἐγκατεμίγνυ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὸν Ἀσκληπιόν.

mane nudus in forum prosiliens, segestri circa pudenda vinctus aureo, hoc et illam falcem gestans, solutam simul comam quatiens, ut qui matri deorum stipem colligunt fanatici, concionabatur conscenso altari quodam excelso et beatam urbem prædicabat, quæ præsentem jam statim deum susceptura esset. Qui præsentes erant (concurrerat autem tota fere civitas cum mulieribus, senibus, pueris) stupere, precari, adorare. At ille vocibus quibusdam prolatis obscuris, quales fuerint forte Hebræorum aut Phœnicum, percellebat homines, quid sibi vellet nescientes, præter illud solum, quod omnibus immiscebat Apollinem et Æsculapium.

14. Εἶτ' ἔθει δρόμῳ ἐπὶ τὸν ἐσόμενον νεών· καὶ ἐπὶ τὸ ὄρυγμα ἐλθὼν καὶ τὴν προῳκοδομημένην τοῦ χρηστηρίου πηγήν, ἐμβὰς ἐς τὸ ὕδωρ ὕμνους τε ᾖδεν Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἀπόλλωνος μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ ἐκάλει τὸν θεὸν ἥκειν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ ἐς τὴν πόλιν. Εἶτα φιάλην αἰτήσας, ἀναδόντος τινός, ῥᾳδίως ὑποβαλὼν ἀνιμᾶται μετὰ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ πηλοῦ τὸ ᾠὸν ἐκεῖνο, ἐν ᾧ ὁ θεὸς αὐτῷ κατεκέκλειστο, κηρῷ λευκῷ καὶ ψιμυθίῳ τὴν ἁρμογὴν τοῦ στόματος ξυγκεκολλημένον· καὶ λαβὼν αὐτὸ ἐς τὰς χεῖρας ἔχειν ἔφασκεν ἤδη τὸν Ἀσκληπιόν. Οἱ δὲ ἀτενὲς ἀπέβλεπον ὅ τι καὶ γίγνοιτο, πολὺ πρότερον θαυμάσαντες τὸ ᾠὸν ἐν τῷ ὕδατι εὑρημένον. Ἐπεὶ δὲ καὶ κατάξας αὐτὸ ἐς κοίλην τὴν χεῖρα ὑπεδέξατο τὸ τοῦ ἑρπετοῦ ἐκείνου ἔμβρυον καὶ οἱ παρόντες εἶδον κινούμενον καὶ περὶ τοῖς δακτύλοις εἰλούμενον, ἀνέκραγον εὐθὺς καὶ ἠσπάζοντο τὸν θεὸν καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζον καὶ χανδὸν ἕκαστος ἐνεπίμπλαντο τῶν εὐχῶν, θησαυροὺς καὶ πλούτους καὶ ὑγίειαν καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὰ αἰτῶν παρ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ δρομαῖος αὖθις ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἵετο φέρων ἅμα καὶ τὸν ἀρτιγέννητον Ἀσκληπιὸν δὶς τεχθέντα, ὅτε ἄλλοι ἅπαξ τίκτονται ἄνθρωποι, οὐκ ἐκ Κορωνίδος μὰ Δί' οὐδέ γε κορώνης, ἀλλ' ἐκ χηνὸς γεγεννημένον. Ὁ δὲ λεὼς ἅπας ἠκολούθει, πάντες ἔνθεοι καὶ μεμηνότες ὑπὸ τῶν ἐλπίδων.

14. Tum curriculo petit futurum templum, delatusque ad fossam structamque ante oraculi scaturiginem, in aquam ingressus, hymnosque magna voce canebat Æsculapii et Apollinis, deumque faustis auspiciis in urbem ut veniret invocabat. Tum phialam poscit, quam quum dedisset aliquis, facile subjicit, hauritque cum aqua et luto ovum illud, in quo deum ipse incluserat, commissuris aperturæ cera alba et cerussa conglutinatis. Hoc in manus sumto, habere se jam proclamat Æsculapium. At illi defixis oculis videre quid tandem fieret, qui multum ante jam admirati essent ovum in aqua inventum. Quum vero fracto illo in cavam manum susciperet fœtum serpentis illius, viderentque præsentes moveri illum et circa digitos volvi, exclamant statim, et deum salutant et beatam civitatem prædicant, et magno hiatu omnes plenisque faucibus precantur, thesauros, divitias, sanitatem, bona reliqua ab eo sibi quisque expetunt. At ille curriculo rursus domum repetit, ferens secum etiam recens natum Æsculapium, bis natum, quum alii semel tantum nascantur homines, non ex Coronide, medius fidius, aut ex cornice, sed ex ansere procreatum. Populus autem universus sequitur, fanatico omnes instinctu pleni et præ spe furentes.

15. Ἡμέρας μὲν οὖν οἴκοι ἔμεινεν ἐλπίζων ὅπερ ἦν, ὑπὸ τῆς φήμης αὐτίκα μάλα παμπόλλους τῶν Παφλαγόνων συνδραμεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ ὑπερεπέπληστο ἀνθρώπων ἡ πόλις, ἁπάντων τοὺς ἐγκεφάλους καὶ τὰς καρδίας προεξῃρημένων οὐδὲν ἐοικότων σιτοφάγοις ἀνδράσιν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ μορφῇ μὴ οὐχὶ πρόβατα εἶναι διαφερόντων, ἐν οἰκίσκῳ τινὶ ἐπὶ κλίνης καθεζόμενος μάλα θεοπρεπῶς ἐσταλμένος ἐλάμβανεν ἐς τὸν κόλπον τὸν Πελλαῖον ἐκεῖνον Ἀσκληπιόν, μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον, ὡς ἔφην, ὄντα, καὶ ὅλον τῷ αὐτοῦ τραχήλῳ περιειλήσας καὶ τὴν οὐρὰν ἔξω ἀφείς — πολὺς δὲ ἦν, ὡς καὶ ἐν τῷ προκολπίῳ προκεχύσθαι αὐτοῦ καὶ χαμαὶ τὸ μέρος ἐπισύρεσθαι — μόνην τὴν κεφαλὴν ὑπὸ μάλης ἔχων καὶ ἀποκρύπτων, ἀνεχομένου πάντα ἐκείνου, προὔφαινε τὴν ὀθονίνην κεφαλὴν κατὰ θάτερον τοῦ πώγωνος, ὡς δῆθεν ἐκείνου τοῦ φαινομένου πάντως οὖσαν.

15. Dies igitur aliquot domi manet, sperans futurum quod res erat, ut a fama illa plurimi mox Paphlagones concurrerent. Quum autem supra modum plena hominibus urbs esset, quibus jam ante cerebra pariter et corda exemta essent, ac nulla cum hominibus frumento vesci solitis similitudo, sed qui sola forma ab ovibus distinguerentur, in quadam ædicula in lecto assidens, vestitu, qui plane deum deceret, longo indutus, sinu suscipit Pellæum illum Æsculapium, maximum, ut dixi, pulcherrimumque: ac totum suæ cervici circumponens, cauda extra vestem relicta (adeo autem magnus erat draco, ut et in gremio ipsius provolutus jaceret, et humi pars ipsius traheretur), caput solum sub ala habens et abscondens, sustinente illo omnia, linteum illud caput ab altera parte barbæ protendit, quasi nimirum illius draconis, qui videndum se præbebat, omnino esset.

16. Εἶτά μοι ἐπινόησον οἰκίσκον οὐ πάνυ φαιδρὸν οὐδὲ ἐς κόρον τοῦ φωτὸς δεχόμενον καὶ πλῆθος ἀνθρώπων συγκλύδων τεταραγμένων καὶ προεκπεπληγμένων καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπαιωρουμένων, οἷς ἐσελθοῦσι τεράστιον ὡς εἰκὸς τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο, ἐκ τοῦ τέως μικροῦ ἑρπετοῦ ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν τοσοῦτον δράκοντα πεφηνέναι, ἀνθρωπόμορφον καὶ ταῦτα καὶ τιθασόν. Ἠπείγοντο δὲ αὐτίκα πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ πρὶν ἀκριβῶς ἰδεῖν, ἐξηλαύνοντο ὑπὸ τῶν ἀεὶ ἐπεισιόντων. Ἐτετρύπητο δὲ κατὰ τὸ ἀντίθυρον ἄλλη ἔξοδος, οἷόν τι καὶ τοὺς Μακεδόνας ἐν Βαβυλῶνι ποιῆσαι ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ νοσοῦντι λόγος, ὅτε ὁ μὲν ἤδη πονήρως εἶχεν, οἱ δὲ περιστάντες τὰ βασίλεια ἐπόθουν ἰδεῖν αὐτὸν καὶ προσειπεῖν τὸ ὕστατον. Τὴν δὲ ἐπίδειξιν ταύτην οὐχ ἅπαξ ὁ μιαρὸς, ἀλλὰ πολλάκις ποιῆσαι λέγεται, καὶ μάλιστα εἴ τινες τῶν πλουσίων ἀφίκοιντο νεαλέστεροι.

16. Tum cogita mihi ædiculam non omnino illustrem, neque quantum satis est lucis capientem, et multitudinem hominum confluentium, perturbatorum, et jam ante admiratione perculsorum, et ad spes sublatorum, quibus ad primum ingressum portentosa, nec immerito, res videbatur, ex parvo tum serpente intra paucos dies draconem tantum prodiisse, eumque humana forma capitis et mansuetum. Urgebantur autem statim ad exitum, et antequam accurate vidissent, exigebantur ab his qui novi semper accederent. Perforatus autem fuerat e regione januæ exitus alius, quale quid Macedonas Babylone fecisse, ægrotante Alexandro, sermo est, quum ille male jam haberet, isti vero regiam circumstantes videre illum desiderarent, et ultimum alloqui. Ceterum hanc ostensionem non semel impurus homo, sed sæpe fecisse dicitur, præsertim si qui ex divitibus advenissent adhuc integri.

17. Ἐνταῦθα, ὦ φίλε Κέλσε, εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν, συγγνώμην χρὴ ἀπονέμειν τοῖς Παφλαγόσι καὶ Ποντικοῖς ἐκείνοις, παχέσι καὶ ἀπαιδεύτοις ἀνθρώποις, εἰ ἐξηπατήθησαν ἁπτόμενοι τοῦ δράκοντος — καὶ γὰρ τοῦτο παρεῖχε τοῖς βουλομένοις ὁ Ἀλέξανδρος — ὁρῶντες ἐν ἀμυδρῷ τῷ φωτὶ τὴν κεφαλὴν δῆθεν αὐτοῦ ἀνοίγουσάν τε καὶ συγκλείουσαν τὸ στόμα, ὥστε πάνυ τὸ μηχάνημα ἐδεῖτο Δημοκρίτου τινὸς ἢ καὶ αὐτοῦ Ἐπικούρου ἢ Μητροδώρου ἤ τινος ἄλλου ἀδαμαντίνην πρὸς ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τὴν γνώμην ἔχοντος, ὡς ἀπιστῆσαι καὶ ὅπερ ἦν εἰκάσαι, καὶ εἰ μὴ εὑρεῖν τὸν τρόπον ἐδύνατο, ἐκεῖνο γοῦν προπεπεισμένου, ὅτι λέληθεν αὐτὸν ὁ τρόπος τῆς μαγγανείας, τὸ δ' οὖν πᾶν ψεῦδός ἐστι καὶ γενέσθαι ἀδύνατον.

17. Hic, mi Celse, si verum dicendum est, ignoscere par est Paphlagonibus illis et Ponticis, pingui ingenio et ineruditis hominibus, si contacto ipsi dracone (nam hoc quoque volentibus dabat Alexander) decepti sunt, quum viderent in tenui luce caput scilicet ipsius, aperiens pariter os et claudens: adeo ut plane indigeret machinatio illa Democrito quodam, aut ipso Epicuro, aut Metrodoro, aut alio quodam, invictam ad hæc et talia mentem habente, qui diffideret, et quod res esset conjiceret, et si ipsum invenire modum non posset, at illud certe jam ante persuasum haberet, licet ipsum ratio præstigiarum fugiat, totum tamen hoc mendacium esse, ac fieri non posse.

18. Κατ' ὀλίγον οὖν καὶ ἡ Βιθυνία καὶ ἡ Γαλατία καὶ ἡ Θρᾴκη συνέρρει, ἑκάστου τῶν ἀπαγγελλόντων ὡς τὸ εἰκὸς λέγοντος ὡς καὶ γεννώμενον ἴδοι τὸν θεὸν καὶ ὕστερον ἅψαιτο μετ' ὀλίγον παμμεγέθους αὐτοῦ γεγενημένου καὶ τὸ πρόσωπον ἀνθρώπῳ ἐοικότος. Γραφαί τε ἐπὶ τούτῳ καὶ εἰκόνες καὶ ξόανα, τὰ μὲν ἐκ χαλκοῦ, τὰ δὲ ἐξ ἀργύρου εἰκασμένα, καὶ ὄνομά γε τῷ θεῷ ἐπιτεθέν· Γλύκων γὰρ ἐκαλεῖτο ἔκ τινος ἐμμέτρου καὶ θείου προστάγματος· ἀνεφώνησε γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος

Εἰμὶ Γλύκων, τρίτον αἷμα Διὸς, φάος ἀνθρώποισι.

18. Paullatim igitur et Bithynia, et Gallogræcia, et Thracia confluxit, unoquoque renunciantium, ut credere par est, dicente, et nascentem a se visum deum, et postea contactum, quum ingens brevi tempore interjecto factus esset et vultum haberet humano similem. Super hæc picturæ, et imagines, et simulacra, ex ære partim, partim ex argento assimilata, et nomen deo impositum: Glycon enim appellabatur, ex divino jussu carmine concluso. Exclamarat enim Alexander:

Tertius ecce, Glycon, sanguis Jovis, atque hominum lux.

19. Καὶ ἐπειδὴ καιρὸς ἦν, οὗπερ ἕνεκα τὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, καὶ χρᾶν τοῖς δεομένοις καὶ θεσπίζειν παρ' Ἀμφιλόχου τοῦ ἐν Κιλικίᾳ τὸ ἐνδόσιμον λαβών — καὶ γὰρ ἐκεῖνος μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τοῦ Ἀμφιάρεω καὶ τὸν ἐν Θήβαις ἀφανισμὸν αὐτοῦ ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας ἐς τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος οὐ πονήρως ἀπήλλαξε προθεσπίζων καὶ αὐτὸς τοῖς Κίλιξι τὰ μέλλοντα καὶ δύ' ὀβολοὺς ἐφ' ἑκάστῳ χρησμῷ λαμβάνων — ἐκεῖθεν οὖν τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν ὁ Ἀλέξανδρος προλέγει πᾶσι τοῖς ἀφικομένοις ὡς μαντεύσεται ὁ θεὸς ῥητήν τινα ἡμέραν. Ἐκέλευσε δὲ ἕκαστον, οὗ δέοιτ'

19. Et quum tempus esset ejus rei, propter quam instituta fuerant omnia, nimirum oracula edendi rogantibus ac vaticinandi, præcentorem quasi secutus Amphilochum, qui in Cilicia colitur (etenim ille quoque post Amphiarai patris mortem, quum ad Thebas ille periisset, ejectus domo et in Ciliciam delatus, non male rem gessit, prædicens et ipse futura Cilicibus, et duos pro unoquoque oraculo obolos accipiens): ab hoc igitur quasi cantus initio accepto, Alexander advenientibus omnibus denuntiat, oracula redditurum deum præstituto quodam die. Jubet autem unumquemque,

ἂν καὶ ὃ μάλιστα μαθεῖν ἐθέλοι, ἐς βιϐλίον ἐγγράψαντα καταρράψαι τε καὶ κατασημήνασθαι κηρῷ ἢ πηλῷ ἢ ἄλλῳ τοιούτῳ· αὐτὸς δὲ λαϐὼν τὰ βιϐλία καὶ ἐς τὸ ἄδυτον κατελθὼν — ἤδη γὰρ ὁ νεὼς ἐγήγερτο καὶ ἡ σκηνὴ παρεσκεύαστο — καλέσειν ἔμελλε κατὰ τάξιν τοὺς δεδωκότας ὑπὸ κήρυκι καὶ θεολόγῳ, καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀκούων ἕκαστα τὸ μὲν βιϐλίον ἀποδώσειν σεσημασμένον ὡς εἶχε, τὴν δὲ πρὸς αὐτὸ ἀπόκρισιν ὑπογεγραμμένην, πρὸς ἔπος ἀμειϐομένου τοῦ θεοῦ περὶ ὅτου τις ἔροιτο.

quod sibi opus sit et quod maxime velit discere, in libellum inscribere, eumque trajectum filo obsignare cera, aut creta, aut id genus re alia. Ipse autem in adytum ubi descenderat (jam enim ædificatum erat templum, et parata scena), ordine vocaturus eo erat per præconem et adhibito theologo, illos qui dedissent, et, auditis quasi a deo omnibus, libellum cuique suum, ut signatus fuit, redditurus, responsumque illius subscriptum, ad verbum respondente deo de quocumque aliquis interrogasset.

20. Ἦν δὲ τὸ μηχάνημα τοῦτο ἀνδρὶ μὲν οἵῳ σοί, εἰ δὲ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, καὶ οἵῳ ἐμοί, πρόδηλον καὶ γνῶμαι ῥᾴδιον, τοῖς δὲ ἰδιώταις καὶ κορύζης μεστοῖς τὴν ῥῖνα τεράστιον καὶ πάνυ ἀπίστῳ ὅμοιον. Ἐπινοήσας γὰρ ποικίλας τῶν σφραγίδων τὰς λύσεις ἀνεγίγνωσκέ τε τὰς ἐρωτήσεις ἑκάστας καὶ τὰ δοκοῦντα πρὸς αὐτὰς ἀπεκρίνετο, εἶτα κατειλήσας αὖθις καὶ σημηνάμενος ἀπεδίδου μετὰ πολλοῦ θαύματος τοῖς λαμϐάνουσι. Καὶ πολὺ ἦν παρ' αὐτοῖς τό, πόθεν γὰρ οὗτος ἠπίστατο ἃ ἐγὼ πάνυ ἀσφαλῶς σημηνάμενος αὐτῷ ἔδωκα ὑπὸ σφραγῖσι δυσμιμήτοις, εἰ μὴ θεός τις ὡς ἀληθῶς ὁ πάντα γιγνώσκων ἦν;

20. Erat vero machinatio ista, viro quidem qualis tu, et, si non est indecens dictu, etiam qualis ego sum, manifesta et cognitu facilis; imperitis autem et obesæ ac plenæ pituita naris hominibus prodigiosa, et prorsus incredibili similis. Excogitatis enim diversis solvendi sigilla generibus, legebat interrogationes singulas, et quæ viderentur ad eas respondebat, tum involutas iterum et obsignatas reddebat multa cum admiratione accipientibus : et frequens inter illos hæc erat oratio, Unde enim iste sciret quæ firmiter admodum obsignata ipsi dedi sub sigillis imitatu difficillimis, nisi revera deus esset cognoscens omnia?

21. Τίνες οὖν αἱ ἐπίνοιαι, ἴσως ἐρήσῃ με. Ἄκουε τοίνυν, ὡς ἔχοις ἐλέγχειν τὰ τοιαῦτα. Ἡ πρώτη μὲν ἐκείνη, ὦ φίλτατε Κέλσε· βελόνην πυρώσας τὸ ὑπὸ τὴν σφραγῖδα μέρος τοῦ κηροῦ διατήκων ἐξῄρει καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῇ βελόνῃ αὖθις ἐπιχλιάνας τὸν κηρόν, τόν τε κάτω ὑπὸ τῷ λίνῳ καὶ τὸν αὐτὴν τὴν σφραγῖδα ἔχοντα, ῥᾳδίως συνεκόλλα. Ἕτερος δὲ τρόπος ὁ διὰ τοῦ λεγομένου κολλυρίου· σκευαστὸν δὲ τοῦτό ἐστιν ἐκ πίττης Βρυττίας καὶ ἀσφάλτου καὶ λίθου τοῦ διαφανοῦς τετριμμένου καὶ κηροῦ καὶ μαστίχης· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων ἀναπλάσας τὸ κολλύριον καὶ θερμήνας πυρὶ σιάλῳ τὴν σφραγῖδα προχρίσας ἐπετίθει καὶ ἀπέματτε τὸν τύπον. Εἶτα αὐτίκα ξηροῦ ἐκείνου γενομένου, λύσας ῥᾳδίως καὶ διαναγνοὺς ἐπιθεὶς τὸν κηρὸν ἀπετύπου ὥσπερ ἐκ λίθου τὴν αὐτὴν σφραγῖδα εὖ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ ἐοικυῖαν. Τρίτον ἄλλο πρὸς τούτοις ἄκουσον· τιτάνου γὰρ ἐς κόλλαν ἐμϐαλών, ᾗ κολλῶσι τὰ βιϐλία, καὶ κηρὸν ἐκ τούτου ποιήσας ἔτι ὑγρὸν ὄντα ἐπετίθει τῇ σφραγῖδι καὶ ἀφελὼν — αὐτίκα δὲ ξηρὸν γίγνεται καὶ κέρατος, μᾶλλον δὲ σιδήρου παγιώτερον — τούτῳ δὴ ἐχρῆτο πρὸς τὸν τύπον. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τοῦτο ἐπινενοημένα, ὧν οὐκ ἀναγκαῖον μεμνῆσθαι ἁπάντων, ὡς μὴ ἀπειρόκαλοι εἶναι δοκοίημεν, καὶ μάλιστα σοῦ ἐν οἷς κατὰ μάγων συνέγραψας, καλλίστοις τε ἅμα καὶ ὠφελιμωτάτοις συγγράμμασι καὶ δυναμένοις σωφρονίζειν τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἱκανὰ παραθεμένου καὶ πολλῷ τούτων πλείονα.

21. Quæ sunt igitur, forte me interrogabis, illa commenta? Audi ergo, ut habeas qui convincas talia. Primum, Celse carissime, illud est : acu ignita partem ceræ, quæ infra signum est, ubi liquefecerat, signum ipsum detrahebat, lectoque libello, acus ope liquefactam iterum ceram, tum quæ infra sub lino est, tum eam quæ sigillum ipsum continet, facile conglutinabat. Altera est ratio per illud quod vocatur collyrium : paratur hoc e pice Bruttia, et asphalto, et speculari lapide trito, ceraque et mastiche. Fictum ex his omnibus collyrium, et igni calefactum, in signum, saliva prius madefactum, imponebat, et typum exprimebat : deinde collyrio celeriter siccato, solutas facile tabellas perlegebat; tum cera imposita idem sigillum optime conveniens archetypo tanquam gemma iterum exprimebat. Tertiam aliam præter has rationem audi : calcem glutini, quo libros glutinant, injectam, et in massam ceræ similem redactam, mollem adhuc sigillo imponebat : ablata deinde (nam siccatur statim, et cornu, quin ferro fit solidior) ad exprimendum utebatur. Sunt vero alia etiam multa ad hoc ipsum excogitata, quorum mentionem facere omnium nihil opus est, ne inepti esse videamur; præsertim quum tu in libris, quos contra magos scripsisti, pulcherrimis pariter atque utilissimis, quique prudentes reddere lectores possunt, satis multa proposueris, et multo his nostris plura.

22. Ἔχρα οὖν καὶ ἐθέσπιζε, πολλῇ τῇ συνέσει ἐνταῦθα χρώμενος καὶ τὸ εἰκαστικὸν τῇ ἐπινοίᾳ προσάπτων, τοῖς μὲν λοξὰ καὶ ἀμφίϐολα πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀποκρινόμενος, τοῖς δὲ καὶ πάνυ ἀσαφῆ· χρησμῳδικὸν γὰρ ἐδόκει αὐτῷ καὶ τοῦτο· τοὺς δὲ ἀπέτρεπεν ἢ προὔ-

22. Oracula ergo fundebat, et responsa dabat divina, multa hic prudentia usus, et probabilitatem adjungens commentis suis, qui perplexa quibusdam et ambigua responderet ad interrogationes, aliis vero plane obscura : etenim hoc etiam ad oracula pertinere ipsi videbatur : alios autem vel

τρεπεν, ὡς ἂν ἄμεινον ἔδοξεν αὐτῷ εἰκάζοντι, τοῖς δὲ θεραπείας προὔλεγε καὶ διαίτας, εἰδὼς, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔφην, πολλὰ καὶ χρήσιμα φάρμακα· μάλιστα δὲ ηὐδοκίμουν παρ' αὐτῷ αἱ κυτμίδες, ἀκόπου τι ὄνομα πεπλασμένον, ἐκ λίπους αἰγείου συντεθειμένου. Τὰς μέντοι ἐλπίδας καὶ προκοπὰς καὶ κλήρων διαδοχὰς εἰσαῦθις ἀεὶ ἀνεβάλλετο, προστιθεὶς ὅτι ἔσται πάντα, ὁπόταν ἐθελήσω ἐγὼ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ προφήτης μου δεηθῇ καὶ εὔξηται ὑπὲρ ὑμῶν.

23. Ἐτέτακτο δὲ καὶ μισθὸς ἐφ' ἑκάστῳ χρησμῷ δραχμὴ καὶ δύ' ὀβολώ. Μὴ μικρὸν δὲ οἰηθῇς, ὦ ἑταῖρε, μηδὲ ὀλίγον γεγενῆσθαι τὸν πόρον τοῦτον, ἀλλ' εἰς ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ μυριάδας ἑκάστου ἔτους ἤθροιζεν, ἀνὰ δέκα καὶ πεντεκαίδεκα χρησμοὺς τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ ἀπληστίας ἀναδιδόντων. Λαμβάνων δὲ οὐχ αὐτὸς ἐχρῆτο μόνος οὐδ' ἐς πλοῦτον ἀπεθησαύριζεν, ἀλλὰ πολλοὺς ἤδη περὶ αὐτὸν ἔχων συνεργοὺς καὶ ὑπηρέτας καὶ πευθῆνας καὶ χρησμοποιοὺς καὶ χρησμοφύλακας καὶ ὑπογραφέας καὶ ἐπισφραγιστὰς καὶ ἐξηγητὰς ἅπασιν ἔνεμεν ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν.

24. Ἤδη δέ τινας καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν ἐξέπεμπε, φήμας ἐμποιήσοντας τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ μαντείου καὶ διηγησομένους ὡς προείποι καὶ ἀνεύροι δραπέτας καὶ κλέπτας καὶ λῃστὰς ἐξελέγξειε καὶ θησαυροὺς ἀνορύξαι παράσχοι καὶ νοσοῦντας ἰάσαιτο, ἐνίους δὲ καὶ ἤδη ἀποθανόντας ἀναστήσειε. Δρόμος οὖν καὶ ὠθισμὸς ἁπανταχόθεν ἐγίγνετο καὶ θυσίαι καὶ ἀναθήματα, καὶ διπλάσια τῷ προφήτῃ καὶ μαθητῇ τοῦ θεοῦ. Καὶ γὰρ αὖ καὶ οὗτος ἐξέπεσεν ὁ χρησμός·

Τιέμεναι κέλομαι τὸν ἐμὸν θεράπονθ' ὑποφήτην·
οὐ γάρ μοι κτεάνων μέλεται ἄγαν, ἀλλ' ὑποφήτου.

25. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ τῶν νοῦν ἐχόντων ὥσπερ ἐκ μέθης βαθείας ἀνανήφοντες συνίσταντο ἐπ' αὐτὸν καὶ μάλιστα οἱ Ἐπικούρου ἑταῖροι, πολλοὶ δὲ ἦσαν, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπεφώρατο ἠρέμα ἤδη πᾶσα ἡ μαγγανεία καὶ συσκευὴ τοῦ δράματος, ἐκφέρει φόβητρόν τι ἐπ' αὐτοὺς, λέγων ἀθέων ἐμπεπλῆσθαι καὶ Χριστιανῶν τὸν Πόντον, οἳ περὶ αὐτοῦ τολμῶσι τὰ κάκιστα βλασφημεῖν, οὓς ἐκέλευε λίθοις ἐλαύνειν, εἴ γε ἐθέλουσιν ἵλεων ἔχειν τὸν θεόν. Περὶ δὲ Ἐπικούρου καὶ τοιοῦτόν τινα χρησμὸν ἀπεφθέγξατο· ἐρομένου γάρ τινος τί πράττει ἐν Ἅδου ὁ Ἐπίκουρος;

Μολυβδίνας (ἔφη) ἔχων πέδας ἐν βορβόρῳ κάθηται.

Εἶτα θαυμάζεις εἰ ἐπὶ μέγα ἤρθη χρηστήριον, ὁρῶν τὰς ἐρωτήσεις τῶν προσιόντων συνετὰς καὶ πεπαιδευμένας; Ὅλως δὲ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος αὐτῷ ὁ πόλεμος πρὸς Ἐπίκουρον ἦν· καὶ μάλα εἰκότως. Τίνι γὰρ ἄλλῳ δικαιότερον προσεπολέμει γόης ἄνθρωπος καὶ τερατείᾳ φίλος, ἀληθείᾳ δὲ ἔχθιστος, ἢ Ἐπικούρῳ ἀνδρὶ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καθεορακότι καὶ μόνῳ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι; οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα καὶ Χρύσιππον καὶ Πυθαγόραν φίλοι καὶ εἰρήνη βαθεῖα πρὸς ἐκείνους ἦν· ὁ δὲ ἄτεγκτος Ἐπίκουρος —

dehortabatur, vel impellebat, prout melius esse conjiceret aliis curationes præcipiebat et victus rationem, qui, quod primum dicebam, multa etiam utilia medicamenta sciret. Maxime vero probabantur illi cytmides, fictum nomen unguenti ad lassitudinem et dolorem, ex caprino adipe confecti. Spes vero et bonorum incrementa et hereditatum successiones in futurum semper rejiciebat, adjiciens, Fient omnia, si voluero ego, sique Alexander propheta meus rogaverit, et vota pro vobis fecerit.

23. Constituta autem erat etiam merces unicuique responso, drachma cum duobus obolis. Ne parvum putes, amice, aut minutum fuisse hunc reditum; ad septuaginta vel octuaginta millia quotannis congerebat, dena et quindena responsa hominibus præ inexplebili cupiditate sibi reddi petentibus. Quæ autem acceperat, iis non solus utebatur, neque in thesauros reponebat: sed quum multos jam circa se haberet administros, et operarios, et exploratores, et scriptores oraculorum pariter ac custodes, et exceptores, et obsignatores, et conjectores, illis omnibus suam cuique partem pro dignitate tribuebat.

24. Jam vero in peregrinas etiam regiones quosdam emittebat qui famam apud gentes excitarent de oraculo, ac narrarent ut prædicat, et inveniat fugitivos, ac fures et latrones convincat, et effodiendos thesauros præbeat, sanetque ægrotos, ut aliquot jam mortuos resuscitaverit. Concursus igitur et urgentium se undique turba orta est: hinc sacrificia et donaria vel duplicia prophetæ ac discipulo dei. Nam hæc etiam sors exierat:

Vatem ornare meum jubeo vos atque ministrum:
divitias nec enim curo, sed curo ministrum.

25. Quum multi jam prudentes viri, quasi ex profunda ebrietate resipiscentes, contra ipsum consisterent, inprimis Epicuri sodales (erant autem multi), et in urbibus deprehensæ paullatim essent omnes illius præstigiæ, ac totus fabulæ apparatus, terriculamentum quoddam contra illos expedit, dicens Atheis plenum esse et Christianis Pontum, qui audeant pessima de se maledicta spargere, quos lapidibus jussit abigi, si propitium habere vellent deum. De Epicuro reddidit etiam oraculum tale. Interrogante quodam, Quid agit apud inferos Epicurus? respondit;

Desidet in cœno plumbeis coercitus catenis.

Deinde miraris, si ad magnam gloriam elatum est oraculum, quum videas interrogationes accedentium prudentes adeo atque eruditas? Universim implacabile ipsi et ne caduceatorem quidem admittens bellum erat contra Epicurum. Nec profecto injuria. Contra quem enim justius pugnaret homo præstigiator et portentosarum fraudum amans, veritatis autem inimicissimus, quam contra Epicurum, hominem qui naturam rerum perspexisset, solusque verum in illis vidisset? Nam Platonici, Stoici, Pythagorei amici erant, profunda cum illis pax: sed Epicurus ille molliri nescius (sic enim

οὕτω γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζεν — ἔχθιστος δικαίως, πάντα ταῦτα ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ τιθέμενος. Διὸ καὶ τὴν Ἄμαστριν ἐμίσει μάλιστα τῶν Ποντικῶν πόλεων, ὅτι ἠπίστατο τοὺς περὶ Λέπιδον καὶ ἄλλους ὁμοίους αὐτοῖς πολλοὺς ὄντας ἐν τῇ πόλει· οὐδὲ ἐχρησμῴδησε πώποτε Ἀμαστριανῷ ἀνδρί· ὁπότε δὲ καὶ ἐτόλμησεν ἀδελφῷ συγκλητικοῦ χρησμῳδῆσαι, καταγέλαστος ἀπήλλαξεν οὐχ εὑρὼν οὔτ' αὐτὸς πλάσασθαι χρησμὸν δεξιὸν οὔτε τὸν ποιῆσαι πρὸς καιρὸν αὐτῷ δυνησόμενον· μεμφομένῳ γὰρ αὐτῷ στομάχου ὀδύνην προστάξαι βουλόμενος ὕειον πόδα μετὰ μαλάχης ἐσκευασμένον ἐσθίειν οὕτως ἔφη·

Μάλβακα χοιρείων ἱερῇ κυμίνευε σιπύδνῳ.

26. Πολλάκις μὲν οὖν, ὡς προεῖπον, ἔδειξε τὸν δράκοντα τοῖς δεομένοις, οὐχ ὅλον, ἀλλὰ τὴν οὐρὰν μάλιστα καὶ τὸ ἄλλο σῶμα προβεβληκώς, τὴν κεφαλὴν δὲ ὑπὸ κόλπου ἀθέατον φυλάττων. Ἐθελήσας δὲ καὶ μειζόνως ἐκπλῆξαι τὸ πλῆθος ὑπέσχετο καὶ λαλοῦντα παρέξειν τὸν θεόν, αὐτὸν ἄνευ ὑποφήτου χρησμῳδοῦντα. Εἶτα οὐ χαλεπῶς γεράνων ἀρτηρίας συνάψας καὶ διὰ τῆς κεφαλῆς ἐκείνης τῆς μεμηχανημένης πρὸς ὁμοιότατα διείρας, ἄλλου τινὸς ἔξωθεν ἐμβοῶντος, ἀπεκρίνετο πρὸς τὰς ἐρωτήσεις, τῆς φωνῆς διὰ τοῦ ὀθονίνου ἐκείνου Ἀσκληπιοῦ προσπιπτούσης. Ἐκαλοῦντο δὲ οἱ χρησμοὶ οὗτοι αὐτόφωνοι, καὶ οὐ πᾶσιν ἐδίδοντο οὐδὲ ἀνέδην, ἀλλὰ τοῖς εὐπαρύφοις καὶ πλουσίοις καὶ μεγαλοδώροις.

27. Ὁ γοῦν Σευηριανῷ δοθεὶς ὑπὲρ τῆς ἐς Ἀρμενίαν εἰσόδου τῶν αὐτοφώνων καὶ αὐτὸς ἦν· προτρέπων γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τὴν εἰσβολὴν οὕτως ἔφη·

Πάρθους Ἀρμενίους τε θοῷ ὑπὸ δουρὶ δαμάσσας
νοστήσεις Ῥώμην καὶ Θύμβριδος ἀγλαὸν ὕδωρ
στέμμα φέρων κροτάφοισι μεμιγμένον ἀκτίνεσσιν.

Εἶτ' ἐπειδὴ πεισθεὶς ὁ ἠλίθιος ἐκεῖνος Κελτὸς εἰσέβαλε καὶ ἀπήλλαξεν αὐτῇ στρατιᾷ ὑπὸ τοῦ Ὀθρυάδου κατακοπείς, τοῦτον μὲν τὸν χρησμὸν ἐξαιρεῖ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων, ἐντίθησι δὲ ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ·

Μὴ σύ γ' ἐπ' Ἀρμενίους ἐλάαν στρατόν, οὐ γὰρ ἄμεινον,
μή σοι θηλυχίτων τις ἀνὴρ τόξου ἄπο λυγρὸν
πότμον ἐπιπροϊεὶς παύσῃ βιότοιο φάους τε.

28. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο σοφώτατον ἐπενόησε, τοὺς μεταχρονίους χρησμοὺς ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν κακῶς προτεθεσπισμένων καὶ ἀποτετευγμένων· πολλάκις γὰρ τοῖς μὲν νοσοῦσι πρὸ τῆς τελευτῆς ὑγίειαν ἐπηγγέλλετο, ἀποθανόντων δὲ χρησμὸς ἄλλος ἕτοιμος ἦν παλινῳδῶν·

Μηκέτι δίζησθαι νούσοιο λυγρῆς ἐπαρωγήν·
πότμος γὰρ προφανὴς οὐδ' ἐκφυγέειν δυνατόν σοι.

29. Εἰδὼς δὲ τοὺς ἐν Κλάρῳ καὶ Διδύμοις καὶ Μαλλῷ καὶ αὐτοὺς εὐδοκιμοῦντας ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ μαντικῇ ταύτῃ φίλους αὐτοὺς ἐποιεῖτο, πολλοὺς τῶν προσιόντων πέμπων ἐπ' αὐτοὺς λέγων·

ipsum appellabat) inimicissimus merito, qui omnia ista pro risu et ludibrio sibi haberet. Propterea etiam Amastrin oderat maxime urbium Ponticarum, quod sciebat Lepidum et alios illi similes multos in ea urbe esse : neque unquam Amastriano cuiquam oraculum reddidit. Quum vero ausus etiam esset fratri senatorii viri respondere, ridicule discessit, quum neque ipse posset responsum fingere callidum, neque inveniret qui in tempore illud facere sibi posset. Querenti enim illi ventriculi dolores, quum comedendum imperare vellet suillum pedem cum malva paratum, sic dixit:

Malvaca porcinæ sacrato vase cumina.

26. Sæpe quidem, ut dixi antea, ostendit draconem rogantibus, non totum, sed caudam maxime et reliquum corpus protendens, caput autem in sinu, ubi videri non posset, occultans. Quum vero magis percellere multitudinem vellet, promisit se loquentem etiam deum illis præstiturum, oracula reddentem sine vatis excipientis ministerio. Commissis deinde non difficulter gruum asperis arteriis et per caput illud ad similitudinem humani fabricatum transmissis, alio quodam extra inclamante, ad interrogata respondit, voce per linteum illum Æsculapium accidente. Vocabantur oracula ista vocalia, nec reddebantur omnibus nec promiscue, sed vestitis magnifice, et locupletibus, et magna munera offerentibus.

27. Itaque illud Severiano datum de suo in Armeniam introitu e vocalium numero ipsum quoque fuit. Adhortans enim illum ad impressionem faciendam, sic dixerat:

Parthisque Armeniisque hasta celeri superatis,
urbem ad Romanam Tiberisque fluenta redibis,
permixta radiis lauro tua tempora vinctus.

Deinde quum persuadere sibi passus stolidus ille Gallus irruptionem fecisset, sed male ei (nam cum exercitu suo ab Othryade concisus est) expeditio cessisset : hoc oraculum exemit e commentariis, posuitque pro eo aliud :

Ducere in Armenios noli: nec enim bene cedet:
ne tibi femineo vir amictu triste per arcum
immittens fatum perimat cum lumine vitam.

28. Nam illud quoque callidum fuit viri commentum, oracula post eventum facta, quibus emendarentur ea quæ male prædicta aberraverant. Sæpe enim ægrotantibus ante mortem sanitatem promiserat: mortuis autem illis oraculum præsto aliud fuit, quo prius retractaretur:

Auxilium tristi modo desine quærere morbo;
nam fatum apparet, tibi nec vitare licebit.

29. Ceterum quod sciret Clarios, ac Didymæos et Mallenses celebrari et ipsos simili vaticinandi arte, eos sibi conciliabat amicos, multis eorum qui ad se venirent eo ablegandis, dicens :

Ἐς Κλάρον ἴεσο νῦν, τοὐμοῦ πατρὸς ὡς ὄπ' ἀκούσῃς·

καὶ πάλιν·

Βραγχιδέων ἀδύτοισι πελάζεο καὶ κλύε χρησμῶν·

καὶ αὖθις·

Ἐς Μαλλὸν χώρει θεσπίσματά τ' Ἀμφιλόχοιο.

Jam Claron ito, mei vocem patris auditurus:

et rursus

Branchidarum adytis accede, oracula et audi:

et iterum:

Ad Mallum Amphilochique auditum oracula vade.

30. Ταῦτα μὲν ἐντὸς τῶν ὅρων μέχρι τῆς Ἰωνίας καὶ Κιλικίας καὶ Παφλαγονίας καὶ Γαλατίας. Ὡς δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν διεφοίτησε τοῦ μαντείου τὸ κλέος καὶ εἰς τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐνέπεσεν, οὐδεὶς ὅστις οὐχ ἄλλος πρὸ ἄλλου ἠπείγετο, οἱ μὲν αὐτοὶ ἰόντες, οἱ δὲ πέμποντες, καὶ μάλιστα οἱ δυνατώτατοι καὶ μέγιστον ἀξίωμα ἐν τῇ πόλει ἔχοντες, ὧν πρῶτος καὶ κορυφαιότατος ἐγένετο Ῥουτιλλιανός, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς καὶ ἀγαθὸς καὶ ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος, τὰ δὲ περὶ τοὺς θεοὺς πάνυ νοσῶν καὶ ἀλλόκοτα περὶ αὐτῶν πεπιστευκὼς καὶ εἰ μόνον ἀληλιμμένον που λίθον ἢ ἐστεφανωμένον θεάσαιτο, προσπίπτων εὐθὺς καὶ προσκυνῶν καὶ ἐπὶ πολὺ παρεστὼς καὶ εὐχόμενος καὶ τἀγαθὰ παρ' αὐτοῦ αἰτῶν. Οὗτος τοίνυν ἀκούσας τὰ περὶ τοῦ χρηστηρίου μικροῦ μὲν ἐδέησεν ἀφεὶς τὴν ἐγκεχειρισμένην τάξιν εἰς τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος ἀναπτῆναι. Ἔπεμπε δ' οὖν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις· οἱ δὲ πεμπόμενοι ἰδιῶταί τινες οἰκέται ῥᾳδίως ἐξαπατηθέντες ἐπανῄεσαν τὰ μὲν ἰδόντες, τὰ δὲ ὡς ἰδόντες καὶ ὡς ἀκούσαντες διηγούμενοι καὶ προσεπιμετροῦντες ἔτι πλείω τούτων, ὡς ἐντιμότεροι εἶεν παρὰ τῷ δεσπότῃ. Ἐξέκαον οὖν τὸν ἄθλιον γέροντα καὶ εἰς μανίαν ἐρρωμένην ἐνέβαλλον.

30. Hæc quidem intra terminos Asiæ, usque ad Ioniam, et Ciliciam, et Paphlagoniam, et Galiogræciam. Quum vero in Italiam usque percrebuisset oraculi fama, et in Romanorum urbem incidisset; nemo fuit quin alius præ alio festinaret; alii quidem proficiscentes ipsi; alii vero mittentes alios: et inprimis potentissimi, maximaque dignitate in civitate præditi. Primus horum et caput ipsum Rutilianus fuit, vir cetera bonus et honestus et in multis dignitatibus Romanis versatus, sed circa deos religioso quodam morbo laborans et absurdas de iis persuasiones habens, qui si qua unctum modo lapidem aut coronatum videret, accideret statim adorandi causa, multumque astans et vota faceret, et bona ab illo peteret. Hic igitur de oraculo quum audisset, parum aberat quin mandato sibi munere relicto, ad Aboni castrum advolaret: misit certe alios super alios. Missi vero qui essent, imperiti quidam servi, facile decepti post reditum alia a se visa, alia tanquam visa et audita narrant, et plura his corollariorum instar adjiciunt, ut gratiosiores nempe essent apud dominum. Accendunt ergo misellum senem, et in robustam illum insaniam conjiciunt.

31. Ὁ δὲ ὡς ἂν τοῖς πλείστοις καὶ δυνατωτάτοις φίλος ὢν περιῄει τὰ μὲν διηγούμενος ὡς ἀκούσειε παρὰ τῶν πεμφθέντων, τὰ δὲ καὶ αὐτοῦ προστιθείς. Ἐνέπλησε δ' οὖν τὴν πόλιν καὶ διεσάλευσεν οὗτος καὶ τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τοὺς πλείστους διεθορύβησεν, οἳ αὐτίκα καὶ αὐτοὶ ἠπείγοντο ἀκοῦσαί τι τῶν καθ' αὐτούς. Ὁ δὲ τοὺς ἀφικνουμένους πάνυ φιλοφρόνως ὑποδεχόμενος ξενίοις τε καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς πολυτελέσιν εὔνους ἐργαζόμενος αὐτῷ ἀπέπεμπεν οὐχ ἀπαγγελοῦντας μόνον τὰς ἐρωτήσεις, ἀλλὰ καὶ ὑμνήσοντας τὸν θεὸν καὶ τεράστια ὑπὲρ τοῦ μαντείου καὶ αὐτοῦ ψευσομένους.

31. At ille qui amicus esset plerisque et potentissimis, circumire et narrare partim quidem ut audierat ex his quos miserat, partim etiam de suo adjecta. Implet igitur urbem et commovet hic vir, et de aula plerosque sollicitat, qui statim ipsi quoque festinant de suis rebus aliquid audituri. At noster blande qui exciperet venientes, hospitalibusque et aliis magni pretii muneribus suos faceret, dimittebat illos, qui non renuntiarent modo interrogata, sed deum etiam celebrarent, et prodigiosa de oraculo seque ipso mentirentur.

32. Ἀλλὰ καὶ μηχανᾶται ὁ τρισκατάρατος οὐκ ἄσοφον οὐδὲ τοῦ προστυχόντος λῃστοῦ ἄξιον· λύων γὰρ τὰ πεπεμμένα βιβλία καὶ ἀναγιγνώσκων, εἴ τι εὕροι ἐπισφαλὲς καὶ παρακεκινδυνευμένον ἐν ταῖς ἐρωτήσεσι, κατεῖχεν αὐτὸς καὶ οὐκ ἀπέπεμπεν, ὡς ὑποχειρίους καὶ μονονουχὶ δούλους διὰ τὸ δέος ἔχοι τοὺς πεπομφότας, μεμνημένους οἷα ἦν ἃ ἤροντο. Συνίης δὲ οἵας εἰκὸς τοὺς πλουσίους καὶ μέγα δυναμένους τὰς πύστεις πυνθάνεσθαι. Ἐλάμβανεν οὖν πολλὰ παρ' ἐκείνων εἰδότων, ὅτι ἐντὸς αὐτοὺς ἔχοι τῶν ἀρκύων.

32. Ac machinatur quiddam homo exsecrabilis non insipiens et latrone minime vulgari dignum: solvens enim libellos sibi missos et legens, si quid inveniret præceps et periculosum in interrogationibus, retinuit ipse nec remisit, ut obnoxios et tantum non servos sibi retineret isto metu eos, qui miserant, memores nimirum, qualia fuissent de quibus interrogassent. Probe autem intelligis quas interrogationes proponi a divitibus et potentibus probabile sit. Ab his ergo multa accepit, qui scirent se intra illius retia conclusos.

33. Βούλομαι δέ σοι καὶ τῶν Ῥουτιλλιανῷ δοθέντων χρησμῶν ἐνίους εἰπεῖν· πυνθανομένῳ γὰρ αὐτῷ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἐκ προτέρας γυναικός, παιδείας ὥραν ἔχον-

33. Volo autem tibi oraculorum Rutiliano datorum quædam dicere. Interroganti de filio suo e priori uxore suscepto,

τος, ὅντινα προστήσεται τὸν διδάσκαλον τῶν μαθημάτων αὐτοῦ, ἔφη·

Πυθαγόρην πολέμων τε διάκτορον ἐσθλὸν ἀοιδόν.

Εἶτα μετ' ὀλίγας ἡμέρας τοῦ παιδὸς ἀποθανόντος ὁ μὲν ἠπόρει καὶ οὐδὲν εἶχε λέγειν πρὸς τοὺς αἰτιωμένους, παρὰ πόδας οὕτως ἐληλεγμένου τοῦ χρησμοῦ, ὁ δὲ Ῥουτιλλιανὸς αὐτὸς φθάσας ὁ βέλτιστος ἀπελογεῖτο ὑπὲρ τοῦ μαντείου λέγων, τοῦτο αὐτὸ προδεδηλωκέναι τὸν θεὸν καὶ δι' αὐτὸ ζῶντα μὲν κελεῦσαι μηδένα διδάσκαλον ἑλέσθαι αὐτῷ, Πυθαγόραν δὲ καὶ Ὅμηρον πάλαι τεθνεῶτας, οἷς εἰκὸς τὸ μειράκιον ἐν Ἅδου νῦν συνεῖναι. Τί τοίνυν μέμφεσθαι ἄξιον Ἀλεξάνδρῳ, εἰ τοιούτοις ἀνθρωπίσκοις ἐνδιατρίβειν ἠξίου;

34. Αὖθις δὲ πυνθανομένῳ αὐτῷ τὴν τίνος ψυχὴν αὐτὸς διεδέξατο, ἔφη·

Πρῶτον Πηλείδης ἐγένου, μετὰ ταῦτα Μένανδρος,
εἶθ' ὃς νῦν φαίνῃ, μετὰ δ' ἔσσεαι ἠλιὰς ἀκτίς,
ζήσεις δ' ὀγδώκοντ' ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν λυκάβαντας.

Ὁ δ' ἑβδομηκοντούτης ἀπέθανε μελαγχολήσας οὐ περιμείνας τὴν τοῦ θεοῦ ὑπόσχεσιν.

35. Καὶ οὗτος ὁ χρησμὸς τῶν αὐτοφώνων ἦν. Ἐρομένῳ δὲ αὐτῷ ποτε καὶ περὶ γάμου ῥητῶς ἔφη·

Γῆμον Ἀλεξάνδρου τε Σεληναίης τε θύγατρα.

Διεδεδώκει δὲ πάλαι λόγον ὡς τῆς θυγατρός, ἣν εἶχεν, ἐκ Σελήνης αὐτῷ γενομένης· τὴν γὰρ Σελήνην ἔρωτι ἁλῶναι αὐτοῦ καθεύδοντός ποτε ἰδοῦσαν, ὅπερ αὐτῇ ἔθος, κοιμωμένων ἐρᾶν τῶν καλῶν. Ὁ δ' οὐδὲν μελλήσας ὁ συνετώτατος Ῥουτιλλιανὸς ἔπεμπεν εὐθὺς ἐπὶ τὴν κόρην καὶ τοὺς γάμους ξυνετέλει ἑξηκοντούτης νυμφίος καὶ συνῆν, τὴν πενθερὰν Σελήνην ἑκατόμβαις ὅλαις ἱλασκόμενος καὶ τῶν ἐπουρανίων εἷς καὶ αὐτὸς οἰόμενος γεγονέναι.

36. Ὁ δ' ὡς ἅπαξ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πραγμάτων ἐλάβετο, μείζω ἀεὶ προσεπενόει καὶ πάντοσε τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἔπεμπε χρησμολόγους ταῖς πόλεσι προλέγων, λοιμοὺς καὶ πυρκαϊὰς φυλάττεσθαι καὶ σεισμούς, καὶ ἀσφαλῶς βοηθήσειν, ὡς μὴ γένοιτό τι τούτων, αὐτὸς ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς. Ἕνα δέ τινα χρησμόν, αὐτόφωνον καὶ αὐτόν, εἰς ἅπαντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ λοιμῷ διεπέμψατο· ἦν δὲ τὸ ἔπος ἕν·

Φοῖβος ἀκερσεκόμης λοιμοῦ νεφέλην ἀπερύκει.

Καὶ τοῦτο ἦν ἰδεῖν τὸ ἔπος πανταχοῦ ἐπὶ τῶν πυλώνων γεγραμμένον ὡς τοῦ λοιμοῦ ἀλεξιφάρμακον. Τὸ δ' ἐς τοὐναντίον τοῖς πλείστοις προὐχώρει· κατὰ γάρ τινα τύχην αὗται μάλιστα αἱ οἰκίαι ἐκενώθησαν, αἷς τὸ ἔπος ἐπεγέγραπτο. Καὶ μή με νομίσῃς τοῦτο λέγειν, ὅτι διὰ τὸ ἔπος ἀπώλλυντο· ἀλλὰ τύχῃ τινὶ οὕτως ἐγένετο. Τάχα δὲ καὶ οἱ πολλοὶ θαρροῦντες τῷ στίχῳ ἠμέλουν καὶ ῥαθυμότερον διῃτῶντο οὐδὲν τῷ χρησμῷ πρὸς τὴν νόσον συντελοῦντες, ὡς ἂν ἔχοντες προμαχομένας αὐτῶν τὰς συλλαβὰς καὶ τὸν ἀκερσεκόμην Φοῖβον ἀποτοξεύοντα τὸν λοιμόν.

qui jam ad ætatem institutionis capacem pervenisset, quem discendi magistrum ei præficeret; respondit:

Pythagoram, egregieque canentem prælia vatem.

Puero deinde paucis post diebus mortuo, ipse quidem æstuare, nec habere quod accusantibus responderet, oraculo ita rebus præsentibus refutato. At ipse bonus vir Rutilianus ultro suscepta oraculi defensione dixit, hoc ipsum indicatum a deo, ac propterea non vivum illi præceptorem capi jussisse, sed Pythagoram atque Homerum vita olim functos, quibuscum versari nunc puerum apud inferos probabile sit. Quid vero reprehendendus est Alexander, si tales inter homunciones versari voluit?

34. Rursus interroganti, cujus ipse animam nactus esset? ait:

Pelides primum fueras, post ista Menander,
tum, qui nunc vivis, radius post omnia Solis,
quum supra centum octoginta exegeris annos.

At ille septuagenarius diem suum obiit, morbo atrabiliario, non exspectata promissione dei.

35. Etiam hoc erat vocalium unum oraculorum. Interroganti quondam de nuptiis diserte dixit:

Ducito Alexandro natam Lunaque puellam.

Nempe olim rumorem sparserat, filiam, quam habebat, ex Luna sibi natam esse. Lunam enim amore ipsius captam, quum dormientem vidisset: mos scilicet illius, dormientes formosos amare. Prudentissimus autem ille Rutilianus nihil cunctatus, statim misit ad arcessendam puellam, nuptias celebravit sexagenarius sponsus, et cum illa cubuit, placata prius socru Luna totis hecatombis, putansque se quoque jam cœlestium unum esse factum.

36. At ille quum semel res Italicas attigisset, majora semper adinveniebat, et per omnes Romani imperii partes mittebat oraculorum nuncios, prædicens civitatibus, pestilentias et incendia ut caverent, et terræ motus: pollicebaturque illis, ne quid tale fieret, valide se adjuturum. Unum aliquod oraculum, vocale ipsum quoque, ad omnes gentes pestilentiæ tempore misit: erat autem versiculus unus:

Intonsus nubem pestis depellit Apollo.

Eratque videre hunc versum ubique inscriptum vestibulis, tanquam depellendæ luis remedium. Hoc vero contra plerisque evenit: forte enim fortuna quadam illæ maxime domus exhaustæ sunt, quibus inscriptus fuerat versiculus. Et ne putes me hoc dicere, per ipsum illos versiculum periisse: quin forte quadam ita factum est. Forte etiam vulgo homines fiducia versiculi negligentius agebant, omissa victus cura, nihil adjuvantes oraculum contra vim morbi, qui haberent propugnaturas pro se illas syllabas, et intonsum Phœbum telis abacturum pestilentiam.

37. Πευθῆνας μέντοι ἐν αὐτῇ Ῥώμῃ κατεστήσατο πάνυ πολλοὺς τῶν συνωμοτῶν, οἳ τὰς ἑκάστου γνώμας διήγγελλον αὐτῷ καὶ τὰς ἐρωτήσεις προεμήνυον καὶ ὧν μάλιστα ἐφίενται, ὡς ἕτοιμον αὐτὸν πρὸς τὰς ἀποκρίσεις καὶ πρὶν ἥκειν τοὺς πεμπομένους καταλαμβάνεσθαι.

38. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα προσεμηχανᾶτο· τελετήν τε γάρ τινα συνίσταται καὶ δᾳδουχίας καὶ ἱεροφαντίας, τριῶν ἑξῆς ἀεὶ τελουμένων ἡμερῶν· καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πρόρρησις ἦν ὥσπερ Ἀθήνησι τοιαύτη· Εἴ τις ἄθεος ἢ Χριστιανὸς ἢ Ἐπικούρειος ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω, οἱ δὲ πιστεύοντες τῷ θεῷ τελείσθωσαν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. Εἶτ' εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἐξέλασις ἐγίγνετο· καὶ ὁ μὲν ἡγεῖτο λέγων « ἔξω Χριστιανούς, » τὸ δὲ πλῆθος ἅπαν ἐπεφθέγγετο « ἔξω Ἐπικουρείους. » Εἶτα Λητοῦς ἐγίγνετο λοχεία καὶ Ἀπόλλωνος γοναὶ καὶ Κορωνίδος γάμος καὶ Ἀσκληπιὸς ἐτίκτετο· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ Γλύκωνος ἐπιφάνεια καὶ γέννησις τοῦ θεοῦ.

39. Τρίτη δὲ ἡμέρᾳ Ποδαλειρίου ἦν καὶ τῆς μητρὸς Ἀλεξάνδρου γάμος· Δᾳδὶς δὲ ἐκαλεῖτο καὶ δᾷδες δὲ ἐκάοντο. Καὶ τελευταῖον Σελήνης καὶ Ἀλεξάνδρου ἔρως καὶ τικτομένη τοῦ Ῥουτιλλιανοῦ ἡ γυνή. Ἐδᾳδούχει δὲ καὶ ἱεροφάντει ὁ Ἐνδυμίων Ἀλέξανδρος. Καὶ ὁ μὲν καθεύδων δῆθεν κατέκειτο ἐν τῷ μέσῳ, κατῄει δὲ ἐπ' αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὀροφῆς ὡς ἐξ οὐρανοῦ ἀντὶ τῆς Σελήνης Ῥουτιλλία τις ὡραιοτάτη τῶν Καίσαρος οἰκονόμων τινὸς γυνή, ἐρῶσα ὡς ἀληθῶς τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ ἀντερωμένη ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ ὀλεθρίου ἐκείνου ἀνδρὸς φιλήματά τε ἐγίγνετο ἐν τῷ μέσῳ καὶ περιπλοκαί· εἰ δὲ μὴ πολλαὶ ἦσαν αἱ δᾷδες, τάχα ἄν τι καὶ τῶν ὑπὸ κόλπου ἐπράττετο. Μετὰ μικρὸν δὲ πάλιν εἰσῄει ἱεροφαντικῶς ἐσκευασμένος ἐν πολλῇ τῇ σιωπῇ, καὶ αὐτὸς μὲν ἔλεγε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἰὴ Γλύκων· ἐπεφθέγγοντο δὲ αὐτῷ ἐπακολουθοῦντες Εὐμολπίδαι δῆθεν καὶ Κήρυκές τινες Παφλαγόνες καρβατίνας ὑποδεδεμένοι, πολλὴν τὴν σκοροδάλμην ἐρυγγάνοντες, ἰὴ Ἀλέξανδρε.

40. Πολλάκις δ' ἐπὶ ταῖς δᾳδουχίαις καὶ τοῖς μυστικοῖς σκιρτήμασι γυμνωθεὶς ὁ μηρὸς αὐτοῦ ἐξεπίτηδες χρυσοῦς ἐξεφάνη, δέρματος ὡς τὸ εἰκὸς ἐπιχρύσου περιτεθέντος καὶ πρὸς τὴν αὐγὴν τῶν λαμπάδων ἀποστίλβοντος. Ὥστε καὶ γενομένης ποτὲ ζητήσεως δύο τισὶ τῶν μωροσόφων ὑπὲρ αὐτοῦ, εἴτε Πυθαγόρου τὴν ψυχὴν ἔχοι διὰ τὸν χρυσοῦν μηρὸν εἴτε ἄλλην ὁμοίαν αὐτῷ, καὶ τὴν ζήτησιν ταύτην αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐπανενεγκόντων, ὁ βασιλεὺς Γλύκων χρησμῷ ἔλυσε τὴν ἀπορίαν·

Πυθαγόρου ψυχὴ ποτὲ μὲν φθίνει, ἄλλοτε δ' αὔξει·
ἡ δὲ προφητείη δίης φρενός ἐστιν ἀπορρώξ.
Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπαρωγόν·
καὶ πάλιν ἐς Διὸς εἶσι Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

41. Προλέγων δὲ πᾶσιν ἀπέχεσθαι παιδίου συνουσίας, ὡς ἀσεβὲς ὄν, αὐτὸς τοιόνδε τι ὁ γεννάδας ἐτεχνάσατο·

37. Verum etiam exploratores in ipsa Roma multos sane constituerat conjuratorum, qui sententias uniuscujusque sibi nunciarent, et ante indicarent interrogationes, quæque maxime cuperent, ut paratum ad responsiones jam ante adventum suum missi invenirent.

38. Atque homines Italicos his et similibus machinis aggrediebatur. Mysteria etiam quædam instituit, et facum gestationes, et sacrorum cærimonias, tribus deinceps diebus festos ritus peragendos curans. Ac primo die edicebatur, ut Athenis, in hanc formulam : Si quis atheus, aut Christianus, aut Epicureus venerit, orgiorum speculator, fugito : qui autem deo credunt, initiantor bonis auspiciis! Deinde statim a principio fiebat exactio. Atque ipse initio dicebat, Foras Christianos ! multitudo universa subjiciebat, Foras Epicureos! Tum Latonæ agebatur puerperium, et Apollinis partus, et Coronidis nuptiæ, et nascebatur Æsculapius : altero autem die Glyconis adventus et nativitas dei.

39. Tertio, Podalirii erant et matris Alexandri nuptiæ : Dadis (*facularia*) autem illa dies vocabatur, et faces accendebantur. Tandem agebantur Lunæ et Alexandri amores, nascensque uxor Rutiliani. Facem porro gestabat, et præibat cærimonias Endymion Alexander. Atque ipse quidem dormiens scilicet jacebat in medio, descendebat autem ad eum ex tecto tanquam e cœlo pro Luna Rutilia quædam formosissima, dispensatorum Cæsaris cujusdam uxor, vere illa amans Alexandrum, et amata vicissim ab illo, atque in oculis miseri illius viri osculaque intercedebant in medio et complexus; si vero non adfuissent faces multæ, forte etiam quiddam eorum quæ sub veste fieri solent, patratum esset. Parvo autem interjecto temporis spatio rursus intrabat, ut antistitem cærimoniarum decet exornatus, multo cum silentio : deinde ipse quidem magna voce dicebat, Ie Glycon ! succlamabant autem comites, Eumolpidæ nimirum et Ceryces quidam e Paphlagonia, carbatinis calceati, acrem allii odorem ructantes multum, Ie Alexander!

40. Sæpe autem in illa facum gestatione et mysticis saltionibus nudatum ipsius de industria femur apparuit aureum, circumposita, ut probabile est, pelle inaurata, et ad lucernarum splendorem refulgente. Itaque exorta aliquando disputatione de illo inter duos stultitiæ illius consultos, utrum Pythagoræ animam haberet propter aureum illud femur, an aliam illius similem; eamque quæstionem ad ipsum Alexandrum referentibus, Glycon rex oraculo dubitationem illam dissolvit :

Pythagoræ vicibus mens alma peritque reditque :
vatis at est animus Joviali e mente propago :
missus adest jussu patris auxiliator honestis,
et redit ad patrem Joviali fulmine tactus.

41. Quum pueri concubitu omnibus interdiceret, tanquam re impia, ipse tale quid vir ingeniosus commentus est. Ci-

ταῖς γὰρ πόλεσι ταῖς Ποντικαῖς καὶ ταῖς Παφλαγονικαῖς ἐπήγγελλε θεηκόλους πέμπειν ἐς τριετίαν ὑμνήσοντας παρ' αὐτῷ τὸν θεόν· καὶ ἔδει δοκιμασθέντας καὶ προκριθέντας τοὺς εὐγενεστάτους καὶ ὡραιοτάτους καὶ κάλλει διαφέροντας πεμφθῆναι, οὓς ἐγκλεισάμενος ὥσπερ ἀργυρωνήτοις ἐχρῆτο καὶ συγκαθεύδων καὶ πάντα τρόπον ἐμπαροινῶν. Καὶ νόμον δὲ ἐπεποίητο, ὑπὲρ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη μηδένα τῷ αὐτοῦ στόματι δεξιοῦσθαι μηδὲ φιλήματι ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις προτείνων τὴν χεῖρα κύσαι μόνους τοὺς ὡραίους κατεφίλει, καὶ ἐκαλοῦντο οὗτοι οἱ ἐντὸς τοῦ φιλήματος.

42. Τοιαῦτα ἐντρυφῶν τοῖς ἀνοήτοις διετέλει γυναῖκάς τε ἀνέδην διαφθείρων καὶ παισὶ συνών. Καὶ ἦν μέγα καὶ εὐκτὸν ἑκάστῳ, εἴ τινος γυναικὶ προσβλέψειεν· εἰ δὲ καὶ φιλήματος ἀξιώσειεν, ἀθρόαν τὴν ἀγαθὴν τύχην ᾤετο ἕκαστος ἐς τὴν οἰκίαν αὐτῷ ἐσρυήσεσθαι· πολλαὶ δὲ καὶ ηὔχουν τετοκέναι παρ' αὐτοῦ, καὶ οἱ ἄνδρες ἐπεμαρτύρουν ὅτι ἀληθῆ λέγουσιν.

43. Ἐθέλω δέ σοι καὶ διάλογον διηγήσασθαι τοῦ Γλύκωνος καὶ σακέρδωτός τινος, Τιανοῦ ἀνθρώπου, ὁποίου τινὸς τὴν σύνεσιν, εἴσῃ ἀπὸ τῶν ἐρωτήσεων. Ἀνέγνων δὲ αὐτὸν χρυσοῖς γράμμασι γεγραμμένον ἐν Τίῳ ἐν τῇ τοῦ σακέρδωτος οἰκίᾳ. Εἰπὲ γάρ μοι, ἔφη, ὦ δέσποτα Γλύκων, τίς εἶ; Ἐγώ, ἦ δ' ὅς, Ἀσκληπιὸς νέος. Ἄλλος παρ' ἐκεῖνον τὸν πρότερον, πῶς λέγεις; Οὐ θέμις ἀκοῦσαί σε τοῦτό γε. Πόσα δὲ ἡμῖν ἔτη παραμενεῖς χρησμῳδῶν; Τρίτον πρὸς τοῖς χιλίοις. Εἶτα ποῖ μεταστήσῃ; Ἐς Βάκτρα καὶ τὴν ἐκεῖ γῆν· δεῖ γὰρ ἀπολαῦσαι καὶ τοὺς βαρβάρους τῆς ἐπιδημίας τῆς ἐμῆς. Τὰ δ' ἄλλα χρηστήρια, τὸ ἐν Διδύμοις καὶ τὸ ἐν Κλάρῳ καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς ἔτι σου τὸν προπάτορα ἔχει τὸν Ἀπόλλω, ἢ ψευδεῖς εἰσιν οἱ νῦν ἐκπίπτοντες ἐκεῖ χρησμοί; Μηδὲ τοῦτο ἐθελήσῃς εἰδέναι· οὐ γὰρ θέμις. Ἐγὼ δὲ τίς ἔσομαι μετὰ τὸν νῦν βίον; Κάμηλος, εἶτα ἵππος, εἶτα ἀνὴρ σοφὸς καὶ προφήτης οὐ μείων Ἀλεξάνδρου. Τοιαῦτα μὲν ὁ Γλύκων τῷ σακέρδωτι διελέχθη. Ἐπὶ τέλει δὲ χρησμὸν ἔμμετρον ἐφθέγξατο εἰδὼς αὐτὸν Λεπίδῳ ἑταῖρον ὄντα·

Μὴ πείθου Λεπίδῳ, ἐπεί οἱ λυγρὸς οἶτος ὀπηδεῖ.

Πάνυ γὰρ ἐδεδίει τὸν Ἐπίκουρον, ὡς προεῖπον, ὥς τινα ἀντίτεχνον καὶ ἀντισοφιστὴν τῆς μαγγανείας αὐτοῦ.

44. Ἕνα γοῦν τινα τῶν Ἐπικουρείων τολμήσαντα καὶ διελέγχειν αὐτὸν ἐπὶ πολλῶν τῶν παρόντων ἐς κίνδυνον οὐ μικρὸν κατέστησεν· ὁ μὲν γὰρ προσελθὼν ἔλεγε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Σὺ μέντοι, ὦ Ἀλέξανδρε, τὸν δεῖνα Παφλαγόνα προσαγαγεῖν οἰκέτας αὐτοῦ τῷ ἡγουμένῳ τῆς Γαλατίας τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀνέπεισας ὡς ἀπεκτονότας τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παιδευόμενον, ὁ δὲ νεανίσκος καὶ ζῇ καὶ ἐπανελήλυθε ζῶν μετὰ τὴν τῶν οἰκετῶν ἀπώλειαν θηρίοις ὑπὸ σοῦ παραδοθέντων. Τοιοῦτο δέ τι ἐγεγένητο· ἀναπλεύσας ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον, ἄχρι τοῦ Κλύσματος πλοίου ἀναγομένου ἐπείσθη καὶ αὐτὸς εἰς Ἰνδίαν πλεῦσαι, κἀπειδήπερ ἐβράδυνεν, οἱ

vitatibus Ponticis atque Paphlagonicis injunxit ut divini cultus ministros sibi in triennium mitterent, qui laudes dei apud se canerent: oportebatque probatos ac prælatos ceteris generosissimos quosque et florentissimos ætate et formosissimos mitti: quibus inclusis tanquam emtis pecunia sua utebatur, dormiens cum illis et omni genere intemperantis contumeliæ in illos utens. Insuper legem tulerat, ne quis duodeviginti annis major inter salutandum complectendumque ipsum oscularetur; verum aliis manum ad osculum quum offerret, solos ætate florentes osculabatur: dicebanturque hi intra osculum esse.

42. Hunc ad modum stupidis hominibus ad delicias suas illudebat, corrumpendis promiscue mulieribus, et pueris constuprandis. Et magnum erat unicuique atque optabile, si cujus uxorem aspiceret: si vero osculo etiam dignaretur, confertim ut bona fortuna in domum suam influeret, futurum unusquisque putabat. Multæ vero etiam se peperisse ex eo gloriabantur, et vera illas dicere, mariti illis testabantur.

43. Volo tibi etiam colloquium referre Glyconis et sacerdotis cujusdam, hominis Tianensis, qui quam prudens fuerit, ex interrogationibus discere poteris. Legi autem illud colloquium, aureis literis scriptum in Tio urbe in domo sacerdotis. Nempe, Dic mihi, inquit, domine Glycon, quis es? Ego, inquit ille, Æsculapius junior. Diversusne ab illo priore? quomodo ais? Non fas est te hoc audire. Quot vero annos manebis apud nos et dabis responsa? Tres supra mille annos. Deinde quo te conferes? Bactra, et ad vicinam regionem: oportet enim barbaros etiam frui mea inter homines peregrinatione. Oracula vero reliqua, Didymæum, Clarium, Delphicum, habentne adhuc progenitorem tuum Apollinem reddentem sibi oracula? an mendacia sunt, quæ nunc ibi exeunt, oracula? Neque hoc scire postules; neque enim fas est. Ego vero quis ero post hanc vitam? Camelus, post equus, post vir sapiens, et propheta non minor Alexandro. Hæc cum sacerdote Glycon locutus est. In fine autem oraculum versu conclusum pronunciavit, quum Lepido sodalem esse sciret:

Ne Lepido credas: tristis manet exitus illum.

Vehementer enim, ut ante dixi, metuebat Epicurum, tanquam hominem arte sua et sapientia præstigias ipsius oppugnantem.

44. Unum igitur quendam Epicureorum audentem etiam multis præsentibus ipsum confutare, in periculum non parvum adduxit. Ille enim accedens ait magna voce, At tu, Alexander, Paphlagoni illi, quem scis, persuasisti, ut apud præsidem Gallogræciæ postularet servos suos ultimi supplicii, tanquam qui filium suum Alexandriæ doctrinæ causa versantem interfecissent. Vivit autem adolescens, et salvus rediit post servorum interitum, bestiis a te objectorum. Factum vero ejusmodi quid fuerat. Adolescens, qui adverso flumine navigarat in Ægyptum ad Clysma usque, solvente commodum navi persuaderi sibi passus est, ut et ipse navigaret in Indiam; quumque cunctaretur,

δυστυχεῖς ἐκεῖνοι οἰχέται αὐτοῦ οἰηθέντες ἢ ἐν τῷ Νείλῳ πλέοντα διεφθάρθαι τὸν νεανίσκον ἢ καὶ ὑπὸ λῃστῶν — πολλοὶ γὰρ ἦσαν τότε — ἀνῃρῆσθαι ἐπανῆλθον ἀπαγγέλλοντες αὐτοῦ τον ἀφανισμόν. Εἶτα ὁ χρησμὸς καὶ ἡ καταδίκη, μεθ' ἣν ἐπέστη ὁ νεανίσκος διηγούμενος τὴν ἀποδημίαν. Ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν.

45. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀγανακτήσας ἐπὶ τῷ ἐλέγχῳ καὶ μὴ φέρων τοῦ ὀνείδους τὴν ἀλήθειαν ἐκέλευε τοὺς παρόντας λίθοις βάλλειν αὐτὸν ἢ καὶ αὐτοὺς ἐναγεῖς ἔσεσθαι καὶ Ἐπικουρείους κληθήσεσθαι. Τῶν δὲ βάλλειν ἀρξαμένων Δημόστρατός τις ἐπιδημῶν τοῦ Πόντου πρῶτος περιχυθεὶς ἐρρύσατο τοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον μικροῦ δεῖν καταλευσθέντα, πάνυ δικαίως· τί γὰρ ἔδει μόνον φρονεῖν ἐν τοσούτοις μεμηνόσι καὶ παραπολαῦσαι τῆς Παφλαγόνων μωρίας; καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον τοιαῦτα.

46. Εἰ δέ τινων προσκαλουμένων κατὰ τάξιν τῶν χρησμῶν —πρὸ μίας δὲ τοῦτο τοῦ θεσπίσειν ἐγίγνετο — καὶ ἐρομένου τοῦ κήρυκος εἰ θεσπίζει, τῷ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν « ἐς κόρακας, » οὐκέτι τὸν τοιοῦτον οὔτε στέγῃ τις ἐδέχετο οὔτε πυρὸς ἢ ὕδατος ἐκοινώνει, ἀλλ' ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι ὡς ἀσεβῆ καὶ ἄθεον καὶ Ἐπικούρειον, ἥπερ ἦν ἡ μεγίστη λοιδορία.

47. Ἓν γοῦν καὶ γελοιότατον ἐποίησεν ὁ Ἀλέξανδρος· εὑρὼν γὰρ τὰς Ἐπικούρου κυρίας δόξας, τὸ κάλλιστον, ὡς οἶσθα τῶν βιβλίων καὶ κεφαλαιώδη περιέχον τῆς τἀνδρὸς σοφίας τὰ δόγματα, κομίσας ἐς τὴν ἀγορὰν μέσην ἔκαυσεν ἐπὶ ξύλων συκίνων ὡς δῆθεν αὐτὸν καταφλέγων, καὶ τὴν σποδὸν ἐς τὴν θάλατταν ἐξέβαλεν ἔτι καὶ χρησμὸν ἐπιφθεγξάμενος·

Πυρπολέειν κέλομαι δόξας ἀλαοῖο γέροντος·

οὐδ' εἰδὼς ὁ κατάρατος ὅσων ἀγαθῶν τὸ βιβλίον ἐκεῖνο τοῖς ἐντυγχάνουσιν αἴτιον γίγνεται καὶ ὅσην αὐτοῖς εἰρήνην καὶ ἀταραξίαν καὶ ἐλευθερίαν ἐνεργάζεται, δειμάτων μὲν καὶ φασμάτων καὶ τεράτων ἀπαλλάττον καὶ ἐλπίδων ματαίων καὶ περιττῶν ἐπιθυμιῶν, νοῦν δὲ καὶ ἀλήθειαν ἐντιθὲν καὶ καθαῖρον ὡς ἀληθῶς τὰς γνώμας οὐχ ὑπὸ δᾳδὶ καὶ σκίλλῃ καὶ ταῖς τοιαύταις φλυαρίαις, ἀλλὰ λόγῳ ὀρθῷ καὶ ἀληθείᾳ καὶ παρρησίᾳ.

48. Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἕν τι καὶ μέγιστον τόλμημα τοῦ μιαροῦ ἀνδρὸς ἄκουσον· ἔχων γὰρ οὐ μικρὰν ἐπὶ τὰ βασίλεια καὶ τὴν αὐλὴν τὸν Ῥουτιλλιανὸν εὐδοκιμοῦντα πάροδον, διαπέμπεται χρησμὸν τοῦ ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος, ὅτε ὁ θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. Ἠξίου δὲ ὁ χρησμὸς δύο λέοντας ἐμβληθῆναι ζῶντας ἐς τὸν Ἴστρον μετὰ πολλῶν ἀρωμάτων καὶ θυσιῶν μεγαλοπρεπῶν. Ἄμεινον δὲ αὐτὸν εἰπεῖν τὸν χρησμόν·

Ἐς δίνας Ἴστροιο διιπετέος ποταμοῖο
ἐσβαλέειν κέλομαι δοιοὺς Κυβέλης θεράποντας,
θῆρας ὀρειτρεφέας, καὶ ὅσα τρέφει Ἰνδικὸς ἀὴρ
ἄνθεα καὶ βοτάνας εὐώδεας· αὐτίκα δ' ἔσται
νίκη καὶ μέγα κῦδος ἅμ' εἰρήνῃ ἐρατεινῇ.

infelices illi servi ipsius, rati aut in Nili navigatione periisse adolescentulum, aut a latronibus, qui multi tum erant, de medio sublatum, redierunt, amissum illum nunciantes. Tum secutum est oraculum, et condemnatio; post quam subito affuit juvenis, suam peregrinationem enarrans. Hæc ille dixit.

45. Alexander vero ægerrime ferens se redargui, veræque reprehensionis impatiens, jussit, qui præsentes erant, lapidibus illum petere, alioquin ipsos quoque devoti capitis futuros et Epicureos vocatum iri. Qui quum jam lapidare inciperent, Demostratus aliquis ex Ponti proceribus, ibi commorans, circumfusus homini, morti illum eripuit, quum parum abesset quin obrueretur lapidibus : merito ille quidem : quid enim oportebat solum sapere inter tot insanientes, et præter necessitatem frui Paphlagonum stultitia? Et hæc de illo ejusmodi erant.

46. Si vero eorum alicui, qui advocarentur ordine oraculorum (fiebat autem hoc pridie quam responderet), atque interrogante præcone, an responderet? intus diceret : Ad corvos! hunc talem neque tecto amplius recipiebat, neque ignem ei neque aquam impertiebat quisquam; sed cogebatur e terra una vagari ad aliam, tanquam impius homo, et atheus, et Epicureus, quod quidem maximum erat convicium.

47. Unum ergo maxime ridiculum fecit Alexander. Quum invenisset Sententias principes Epicuri, pulcherrimum, quod nosti, illius librorum et qui placita sapientiæ hujus viri summatim omnia contineat, in medium forum prolatas ficulneis lignis cremavit, quasi ipsum videlicet exureret, et in mare abjecit cineres, oraculo etiam adjecto :

Edico decreta senis comburere cæci.

Ignorabat nempe homo exsecrabilis, quantorum bonorum liber ille legentibus causa fiat, quantam in illis pacem, tranquillitatem, libertatem efficiat, qui a timoribus, et spectris, et prodigiis non minus, quam a spe vana et non necessariis cupiditatibus eos liberet; intelligentiam et veritatem inserat, et vere mentes purget, non tæda aut squilla et nugis similibus, sed recta ratione, et veritate et libertate.

48. Inter reliqua vero unum quoddam et audacissimum facinus impuri hominis audi. Quum aditus faciles haberet ad regiam atque aulam per Rutilianum gratia florentem, mittit ad illum oraculum vigente bello Germanico, quum divus Marcus Marcomanis et Quadis esset implicitus. Postulabat autem illud oraculum leones duos conjici vivos in Istrum multis cum aromatis et sacrificiis magnificis. Sed melius est ipsum ponere oraculum :

Istri vorticibus, lapsis divinitus undis,
præcipitare duos Cybeles, edico, ministros
montibus eductos : et, quos alit Indicus aer
flores, atque herbas fragrantes : evenietque
cum decore ingenti victoria, paxque benigna.

Γενομένων δὲ τούτων, ὡς προσέταξε, τοὺς μὲν λέοντας διανηξαμένους ἐς τὴν πολεμίαν οἱ βάρβαροι ξύλοις κατειργάσαντο ὥς τινας κύνας ἢ λύκους ξενικούς· αὐτίκα δὲ τὸ μέγιστον τραῦμα τοῖς ἡμετέροις ἐγένετο δισμυρίων που σχεδὸν ἀθρόων ἀπολομένων. Εἶτα ἐπηκολούθησε τὰ περὶ Ἀκυληΐαν γενόμενα καὶ ἡ παρὰ μικρὸν τῆς πόλεως ἐκείνης ἅλωσις. Ὁ δὲ πρὸς τὸ ἀποβεβηκὸς τὴν Δελφικὴν ἐκείνην ἀπολογίαν καὶ τὸν τοῦ Κροίσου χρησμὸν ψυχρῶς παρῆγε, νίκην μὲν γὰρ προειπεῖν τὸν θεόν, μὴ μέντοι δηλῶσαι, Ῥωμαίων ἢ τῶν πολεμίων.

49. Ἤδη δὲ πολλῶν ἐπὶ πολλοῖς ἐπεσρεόντων καὶ τῆς πόλεως αὐτῶν θλιβομένης ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐπὶ τὸ χρηστήριον ἀφικνουμένων καὶ τὰ ἐπιτήδεια διαρκῆ μὴ ἐχούσης, ἐπινοεῖ τοὺς νυκτερινοὺς καλουμένους χρησμούς· λαμβάνων γὰρ τὰ βιβλία ἐπεκοιμᾶτο ὡς ἔφασκεν αὐτοῖς καὶ ὡς ὄναρ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀκούων ἀπεκρίνετο, οὐ μέντοι σαφεῖς τοὺς πολλούς, ἀλλ' ἀμφιβόλους καὶ τεταραγμένους καὶ μάλιστα εἴ ποτε θεάσαιτο περιεργότερον τὸ βιβλίον κατεσφραγισμένον. Οὐ γὰρ παρακινδυνεύων τὸ ἐπελθὸν ἄλλως ὑπέγραφε χρησμοῖς πρέπον καὶ τὸ τοιοῦτον οἰόμενος, καὶ ἦσάν τινες ἐξηγηταὶ ἐπὶ τούτῳ καθήμενοι καὶ μισθοὺς οὐκ ὀλίγους ἐκλέγοντες παρὰ τῶν τοὺς τοιούτους χρησμοὺς ἀπολαμβανόντων ἐπὶ τῇ ἐξηγήσει καὶ διαλύσει αὐτῶν. Καὶ τοῦτο αὐτῶν τὸ ἔργον ὑπόμισθον ἦν· ἐτέλουν γὰρ οἱ ἐξηγηταὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τάλαντον Ἀττικὸν ἑκάτερος.

50. Ἐνίοτε δὲ μήτε ἐρομένου τινὸς μήτε πεμφθέντος, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ὄντος ἐχρησμῴδει πρὸς ἔκπληξιν τῶν ἀνοήτων, οἷον καὶ τοῦτο·

> Δίζεαι ὅστις σὴν ἄλοχον μάλα πάγχυ λεληθὼς
> Καλλιγένειαν ὑπὲρ λεχέων σαλαγεῖ κατὰ δῶμα;
> δοῦλος Πρωτογένης, τῷ δὴ σύ γε πάντα πέποιθας.
> Ὤπυιες γὰρ ἐκεῖνον, ὁ δ' αὖθις σὴν παράκοιτιν,
> ἀντίδοσιν ταύτην ὕβρεως ἰδίας ἀποτίνων.
> Ἀλλ' ἐπὶ σοὶ δὴ φάρμακ' ἀπ' αὐτῶν λυγρὰ τέτυκται,
> ὡς μήτ' εἰσαΐοις μήτ' εἰσοράοις ἃ ποιοῦσιν.
> Εὑρήσεις δὲ κάτω ὑπὸ σῷ λέχει ἀγχόθι τοίχου
> πρὸς κεφαλῆς· καὶ σὴ θεράπαινα σύνοιδε Καλυψώ.

Τίς οὐκ ἂν Δημόκριτος διεταράχθη ἀκούσας ὀνόματα καὶ τόπους ἀκριβῶς, εἶτα μετ' ὀλίγον κατέπτυσεν ἂν συνεὶς τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν;

51. Ἀλλὰ καὶ βαρβάροις πολλάκις ἔχρησεν, εἴ τις τῇ πατρίῳ ἔροιτο φωνῇ Συριστὶ ἢ Κελτιστί, οὐ ῥᾳδίως ἐξευρίσκων τινὰς ἐπιδημοῦντας ὁμοεθνεῖς τοῖς δεδωκόσι. Διὰ τοῦτο καὶ πολὺς ὁ ἐν μέσῳ χρόνος ἦν τῆς τε δόσεως τῶν βιβλίων καὶ τῆς χρησμῳδίας, ὡς ἐν τοσούτῳ κατὰ σχολὴν λύοιντό τε οἱ χρησμοὶ ἀσφαλῶς καὶ εὑρίσκοιντο οἱ ἑρμηνεῦσαι δυνάμενοι ἕκαστα, οἷος καὶ ὁ τῷ Σκύθῃ δοθεὶς χρησμὸς ἦν·

> Μόρφι ἐβάργουλις εἰς σκιὴν χνέγχικραγκ λείψει φάος.

52. Ἄλλως πάλιν οὔτε παρόντι οὔτε ὅλως τινὶ ὄντι ἔφη ἄνευ μέτρου, ἀναστρέφειν ὀπίσω· ὁ γὰρ πέμψας σε τέθνηκεν ὑπὸ τοῦ γείτονος Διοκλέους τήμερον, ληστῶν

Factis autem hisce uti jusserat, leones quum in hosticum enatassent, lignis confecere barbari, uti canes quosdam, aut lupos peregrinos : statimque maximum vulnus nostri accepere, vicies mille fere uno loco amissis. Deinde consecuta sunt ea, quæ ad Aquileiam contigere, urbsque illa pæne capta. At ille ad eventum excusandum, Delphicam illam defensionem et Crœsi oraculum frigide protulit, victoriam nempe prædixisse deum, neque tamen declarasse, Romanorumne ea esset an hostium.

49. Jam vero confluentibus multis, ipsaque urbe pressa a multitudine venientium ad oraculum, nec satis rerum necessariarum habente, oracula excogitat quæ nocturna vocaret. Sumtis enim libris, incubabat, prout dicebat, et quasi per quietem audita a deo respondebat oracula, non tamen aperta pleraque, sed ambigua et perturbata, inprimis si quando videret curiosius obsignatum libellum. Quibus, minime periclitans, quicquid in mentem veniret, subscribebat temere, oraculis illud quoque convenire ratus. Et erant constituti ad hoc ipsum interpretes, qui mercedes non tenues quærebant, interpretationis et explicationis causa, ab his, quibus talia oracula reddita fuerant. Hoc quoque illorum opus tributarium erat : pendebant enim interpretes Alexandro talentum unusquisque Atticum.

50. Interdum vero, licet neque interrogaret quisquam, neque missus esset, quin neque omnino esset (ad quem pertineret oraculum), oracula fundebat ad stuporem hominum insipientium : quale est hoc quoque :

> Scire cupis quisnam uxorem tibi Calligeniam,
> in stratis furtim subigat tecto sub herili?
> Servus Protogenes, is, cui tute omnia credis.
> Is tibi quod dederat, dat ei rursus tua conjux:
> vindictam is repetit factis pro turpibus istam.
> Tristia jamque tibi per utrumque venena parata,
> ut neque quæ faciunt videas, nec ea audiat auris.
> Ad murum invenies hæc et supposta cubili
> ad caput: est horum tua conscia serva Calypso.

Quis non Democritus confundatur auditis nominibus accurate et locis, ac deinde paullo post non despuat intellectum illorum consilium?

51. Verum respondit sæpe etiam barbaris, si quis patria lingua interrogaret, Syriace aut Celtice, cum difficultate aliqua inveniens commorantes in urbe ejusdem gentis, cujus essent, qui darent libellos. Propterea et multum temporis intercedebat inter datos libellos, et ipsa oracula, ut interea per otium solverentur libelli secure, invenirenturque qui interpretari possent singula. Quale etiam fuit oraculum Scythæ datum :

> Morphi ebargulis in umbram Chnenchicranc linquet lucem.

52. Rursus neque præsenti, neque omnino viventi cuiquam dixit extra versum, Retro abi : qui enim te misit, interfectus est a Diocle vicino hodie, accedentibus latroni-

ἐπαχθέντων Μάγνου καὶ Κέλερος καὶ Βουβάλου, οἳ καὶ ἤδη δέδενται ληφθέντες.

53. Ὀλίγους δὲ καὶ τῶν ἐμοὶ δοθέντων ἄκουσον· ἐρομένου γάρ μου εἰ φαλακρός ἐστιν Ἀλέξανδρος, καὶ κατασημηναμένου περιέργως καὶ προφανῶς ὑπογράφεται χρησμὸς νυκτερήσιος,

Σαβαρδαλάχου μάλαχ Ἄττις ἄλλος ἦν.

Καὶ πάλιν ἐμοῦ ἐρομένου ἐν δύο βιβλίοις διαφόροις τὴν αὐτὴν ἐρώτησιν, πόθεν ἦν Ὅμηρος ὁ ποιητής, ἐπ' ἄλλου καὶ ἄλλου ὀνόματος, τῷ ἑτέρῳ μὲν ὑπέγραψεν ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ νεανίσκου — ἐρωτηθεὶς γὰρ ἐφ' ὅ τι ἥκε, Θεραπείαν, ἔφη, αἰτήσων πρὸς ὀδύνην πλευροῦ —

Κυτμίδα χρίεσθαι κέλομαι δροσίην τε κέλητος·

τῷ δ' ἑτέρῳ, ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἠκηκόει ὡς ἐρομένου τοῦ πέμψαντος, εἴτε μοι πλεῦσαι ἐπ' Ἰταλίαν εἴτε πεζοπορῆσαι λῷον, ἀπεκρίνατο οὐδὲν πρὸς τὸν Ὅμηρον·

Μή σύ γε πλωέμεναι, πεζὴν δὲ κατ' οἶμον ὅδευε.

54. Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ἐπεμηχανησάμην αὐτῷ, οἷον καὶ ἐκεῖνο· μίαν ἐρώτησιν ἐρωτήσας ἐπέγραψα τῷ βιβλίῳ κατὰ τὸ ἔθος· τοῦ δεῖνος χρησμοὶ ὀκτώ, ψευσάμενός τι ὄνομα, καὶ τὰς ὀκτὼ δραχμὰς καὶ τὸ γιγνόμενον ἔτι πρὸς ταύταις πέμψας· ὁ δὲ πιστεύσας τῇ ἀποπομπῇ τοῦ μισθοῦ καὶ τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ βιβλίου πρὸς μίαν ἐρώτησιν — ἦν δὲ αὕτη· πότε ἁλώσεται μαγγανεύων Ἀλέξανδρος; — ὀκτώ μοι χρησμοὺς ἔπεμψεν οὔτε γῆς φασιν οὔτε οὐρανοῦ ἁπτομένους, ἀνοήτους δὲ καὶ δυσνοήτους ἅπαντας. Ἅπερ ὕστερον αἰσθόμενος καὶ ὅτι τὸν Ῥουτιλλιανὸν ἀπέτρεπον ἐγὼ καὶ τοῦ γάμου καὶ τοῦ προσκεῖσθαι ταῖς τοῦ χρηστηρίου ἐλπίσιν, ἐμίσει, ὡς τὸ εἰκός, καὶ ἔχθιστον ἡγεῖτο. Καί ποτε περὶ ἐμοῦ ἐρομένῳ τῷ Ῥουτιλλιανῷ ἔφη·

Νυκτιπλάνοις ὀάροις χαίρει κοίταις τε δυσάγνοις.

55. Καὶ ὅλως ἔχθιστος ἦν ἐγώ. Κἀπειδὴ ἐσελθόντα με ἐς τὴν πόλιν ᾔσθετο καὶ ἔμαθεν ὡς ἐκεῖνος εἴην ὁ Λουκιανὸς — ἐπηγόμην δὲ καὶ στρατιώτας δύο, λογχοφόρον καὶ κοντοφόρον, παρὰ τοῦ ἡγουμένου τῆς Καππαδοκίας, φίλου ὄντος, λαβών, ὥς με παραπέμψειαν ἄχρι πρὸς τὴν θάλατταν — αὐτίκα μεταστέλλεται δεξιῶς πάνυ καὶ μετὰ πολλῆς φιλοφροσύνης. Ἐλθὼν δ' ἐγὼ πολλοὺς καταλαμβάνω περὶ αὐτόν· συνεπηγόμην δὲ καὶ τοὺς στρατιώτας τύχῃ τινὶ ἀγαθῇ. Καὶ ὁ μὲν προὔτεινέ μοι κύσαι τὴν δεξιάν, ὥσπερ εἰώθει τοῖς πολλοῖς, ἐγὼ δὲ προσφὺς ὡς φιλήσων δήγματι χρηστῷ πάνυ μικροῦ δεῖν χωλὴν αὐτῷ τὴν χεῖρα ἐποίησα. Οἱ μὲν οὖν παρόντες ἄγχειν με καὶ παίειν ἐπειρῶντο ὡς ἱερόσυλον, καὶ πρότερον ἔτι ἀγανακτήσαντες ὅτι Ἀλέξανδρον αὐτόν, ἀλλὰ μὴ προφήτην προσεῖπον· ὁ δὲ πάνυ γεννικῶς καρτερήσας κατέπαυέ τε αὐτοὺς καὶ ὑπισχνεῖτο τιθασόν με ῥᾳδίως ἀποφανεῖν καὶ δείξειν τὴν Γλύκωνος ἀρετήν, ὅτι καὶ τοὺς πάνυ τραχυνομένους φίλους ἀπεργάζεται· καὶ μεταστησάμενος ἅπαντας

bus Magno et Celere et Bubalo, qui etiam capti jam sunt et vincti.

53. Pauca etiam eorum quæ mihi reddita sunt audi. Quum interrogassem, an calvus sit Alexander, et curiose obsignassem et coram omnibus, subscribitur nocturnum oraculum :

Sabardalachu malach Attis alius est.

Rursus quum duobus libellis interrogassem diversis, et sub nominibus diversis, interrogationem eandem, cujas Homerus poeta fuisset, alteri subscripsit, deceptus a meo puero, qui quærenti, cujus rei causa veniret? responderat, Petitum curationem ad dolorem lateris : scripsit :

Ungi cytmide præcipio spumaque caballi.

Alteri autem, quum et hoc audisset, interrogare eum qui mitteret, utrum navigare melius esset in Italiam, an pedestre iter facere, respondit nihil ad Homerum :

Navibus ire cave, pedibus sed iter peragendum.

54. Multa enim in eo genere et ipse illi machinatus sum, ut hoc quoque. Unam modo quæstionem quum rogarem, inscripsi libro ex consuetudine : Illius (ponebam fictum nomen) consultationes octo, et drachmas octo, quodque insuper efficitur, misi. At ille mercedi missæ credens et inscriptioni libelli, ad unam quæstionem (erat autem hæc : Quando deprehendetur ut præstigiator Alexander?) octo mihi responsa misit, quæ neque terram, aiunt, neque cœlum tangerent, sed sensu carentia et difficilia intellectu universa. Quæ postea quum sensisset, et illud quoque, dehortatum me esse Rutilianum a nuptiis, et ne nimis intentus esset spei ab oraculo ostensæ, oderat me, ut facile est ad existimandum, et inimicissimum sibi putabat : interrogantique aliquando de me Rutiliano respondebat :

Noctivago gaudet coitu incestoque cubili.

55. Et in summa infensissimum merito me sibi habuit. Quumque sensisset in urbem me ingressum, et didicisset me illum esse Lucianum (adduxeram autem mecum milites duos, hastatum et contarium, quos a præside Cappadociæ, qui amicus mihi erat, acceperam ad mare usque me deducturos), statim invitari me jubet dextre sane et cum multa humanitatis significatione. Adveniens ego multos cum illo deprehendo, adduxeram autem mecum, bona fortuna mea, milites. Et ille protendit mihi osculandam manum, ut solebat vulgo : at ego applicito ore tanquam ad osculum, præclaro morsu tantum non claudam feci viro manum. Præsentes ergo angere me et pulsare tentabant, pro sacrilego, jam prius irati quod Alexandri ipsum nomine, non prophetæ salutaveram. Ille vero generosa illud patientia sustinens, et ipsos sedavit, promisitque se mansuetum facile me redditurum, et vim Glyconis ostensurum, qui vel maxime asperos ad amicitiam adduceret. Tum arbitris re-

ἐδικαιολογεῖτο πρός με λέγων πάνυ εἰδέναι καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ Ῥουτιλλιανῷ συμβουλευόμενα, καὶ Τί παθὼν τάδε με εἰργάσω δυνάμενος ὑπ' ἐμοῦ ἐπὶ μέγα προαχθῆναι παρ' αὐτῷ; Κἀγὼ ἄσμενος ἤδη ἐδεχόμην τὴν φιλοφροσύνην ταύτην ὁρῶν οἷ κινδύνου καθειστήκειν, καὶ μετ' ὀλίγον προῆλθον φίλος γεγενημένος. Καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν θαῦμα τοῖς ὁρῶσιν ἔδοξεν, οὕτω μου ῥᾳδία γενομένη μεταβολή.

56. Εἶτα δή μου ἐκπλεῖν προαιρουμένου ξένια καὶ δῶρα πολλὰ πέμψας — μόνος δὲ σὺν τῷ Ξενοφῶντι ἔτυχον ἐπιδημῶν, τὸν πατέρα καὶ τοὺς ἐμοὺς εἰς Ἄμαστριν προὐκπεπομφώς — ὑπισχνεῖται καὶ πλοῖον αὐτὸς παρέξειν καὶ ἐρέτας τοὺς ἀπάξοντας· κἀγὼ μὲν ᾤμην ἁπλοῦν τι τοῦτο εἶναι καὶ δεξιόν. Ἐπεὶ δὲ κατὰ μέσον τὸν πόρον ἐγενόμην, δακρύοντα ὁρῶν τὸν κυβερνήτην καὶ τοῖς ναύταις τι ἀντιλέγοντα οὐκ ἀγαθὰς εἶχον περὶ τῶν μελλόντων τὰς ἐλπίδας. Ἦν δὲ αὐτοῖς ἐπεσταλμένον ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀραμένους ῥῖψαι ἡμᾶς ἐς τὴν θάλατταν· ὅπερ εἰ ἐγεγένητο, ῥᾳδίως ἂν αὐτῷ διεπεπολέμητο τὰ πρὸς ἐμέ. Ἀλλὰ δακρύων ἐκεῖνος ἔπεισε καὶ τοὺς συνναύτας μηδὲν ἡμᾶς δεινὸν ἢ κακὸν ἐργάσασθαι, καὶ πρὸς ἐμὲ ἔφη, Ἔτη ἑξήκοντα, ὡς ὁρᾷς, ἀνεπίληπτον βίον καὶ ὅσιον προβεβιωκὼς οὐκ ἂν βουλοίμην ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα ἔχων μιᾶναι φόνῳ τὰς χεῖρας, δηλῶν ἐφ' ὅπερ ἡμᾶς ἀνειλήφει καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου προστεταγμένα.

57. Καταθέμενος δὲ ἡμᾶς ἐν Αἰγιαλοῖς, ὧν καὶ ὁ καλὸς Ὅμηρος μέμνηται, ὀπίσω ἀπήλαυνεν. Ἔνθα ἐγὼ παραπλέοντας εὑρὼν Βοσποριανούς τινας πρέσβεις παρ' Εὐπάτορος τοῦ βασιλέως ἐς τὴν Βιθυνίαν ἀπιόντας ἐπὶ κομιδῇ τῆς ἐπετείου συντάξεως καὶ διηγησάμενος αὐτοῖς τὸν περιστάντα ἡμᾶς κίνδυνον καὶ δεξιῶν αὐτῶν τυχὼν ἀναληφθεὶς ἐς τὸ πλοῖον διασώζομαι ἐς τὴν Ἄμαστριν παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀποθανεῖν. Τοὐντεῦθεν καὶ αὐτὸς ἐπεκορυσσόμην αὐτῷ καὶ πάντα κάλων ἐκίνουν ἀμύνασθαι βουλόμενος, καὶ πρὸ τῆς ἐπιβουλῆς ἤδη μισῶν αὐτὸν, καὶ ἔχθιστον ἡγούμενος διὰ τὴν τοῦ τρόπου μιαρίαν, καὶ πρὸς τὴν κατηγορίαν ὡρμώμην πολλοὺς συναγωνιστὰς ἔχων καὶ μάλιστα τοὺς ἀπὸ Τιμοκράτους τοῦ Ἡρακλεώτου φιλοσόφου· ἀλλ' ὁ τότε ἡγούμενος τῆς Βιθυνίας καὶ τοῦ Πόντου αὐτὸς ἐπέσχε μονονουχὶ ἱκετεύων καὶ ἀντιβολῶν παύσασθαι· διὰ γὰρ τὴν πρὸς Ῥουτιλλιανὸν εὔνοιαν μὴ ἂν δύνασθαι, καὶ εἰ φανερῶς λάβοι ἀδικοῦντα, κολάσαι αὐτόν. Οὕτω μὲν ἀνεκόπην τῆς ὁρμῆς καὶ ἐπαυσάμην οὐκ ἐν δέοντι θρασυνόμενος ἐφ' οὕτω δικαστοῦ διακειμένου.

58. Ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ μέγα ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ τόλμημα τοῦ Ἀλεξάνδρου, τὸ αἰτῆσαι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος μετονομασθῆναι τὸ Ἀβώνου τεῖχος καὶ Ἰωνόπολιν κληθῆναι καὶ νόμισμα καινὸν κόψαι ἐγκεχαραγμένον τῇ μὲν τοῦ Γλύκωνος, κατὰ θάτερα δὲ Ἀλεξάνδρου στέμματά τε τοῦ πάππου Ἀσκληπιοῦ καὶ τὴν ἅρπην ἐκείνην τοῦ πατρομήτορος Περσέως ἔχοντος;

motis, mecum expostulabat, dicens omnino sibi notum esse quid Rutiliano auctor fuerim: et, Qua de causa, inquit, hæc mihi fecisti, quum possis a me in magnum gradum apud ipsum provehi? Hic ego lubens jam illam humanitatem accepi, videns quo in periculo constitissem; ac paullo post prodii factus illi amicus. Idque miraculum videbatur non parvum videntibus, tam facilis circa me mutatio facta.

56. Postea quum inde navigare vellem, xeniis muneribusque multis missis (solus autem cum Xenophonte iter faciebam, patrem et meos Amastrim præmiseram), promittit etiam navim se præbiturum et remiges qui me abducerent Atque ego simpliciter illum et dextre facere ista putabam. Quum vero medio in trajectu essem, flentem videns gubernatorem et nautis aliqua in re contradicentem, non multum boni de his quæ futura essent sperabam. Erat autem illis ab Alexandro præceptum, uti arreptos nos in mare præcipitarent: quod si factum esset, facile contra me debellatum erat. Sed ille lacrimis suis reliquis etiam nautis persuasit, ne quid durum aut malum in nos consulerent; atque ad me, Sexaginta annos, inquit, ut vides, irreprehensam et sanctam vitam quum vixerim, nolim hac ætate, qui conjugem habeam et liberos, cæde maculare manus: indicans quo nos consilio recepisset, et quæ sibi essent mandata ab Alexandro.

57. Quum autem exposuisset nos Ægialis, quorum etiam pulcher Homerus meminit, retro navigavit. Ibi ego prætervagantes quum invenissem Bosporanos quosdam legatos, ab Eupatore rege abeuntes in Bithyniam, ut annuum tributum afferrent, atque enarrassem illis impendens nobis periculum, benevolosque illos nactus et receptus in navem, Amastrim salvus pervenio, quum in propinquum adeo mortis discrimen adductus fuissem. Hinc et ipse in illum concitatus, omnem funem, aiunt, movebam, ulcisci hominem cupiens, quem et ante insidias jam odissem, et infensissimum propter morum impuritatem haberem: jamque accusationem meditabar, subscriptores habens multos, præsertim philosophos e schola Timocratis Heracleotæ. Sed qui tum Bithyniam et Pontum regebat, impediit ipse, tantum non supplicans obsecransque uti quiescerem: se enim propter amicitiam Rutiliani non posse, manifestis in criminibus licet deprehensum, supplicio afficere. Itaque ab impetu repulsus acquievi, intempestive audax sub judice sic affecto futurus.

58. Illa vero nonne magna in reliquis audacia Alexandri, quod petiit ab Imperatore, nomen mutari Aboni castro, eamque urbem Ionopolin vocari; et novum nummum percuti, insculptam habentem hinc Glyconis imaginem, ab altera vero parte Alexandri, coronam avi sui gerentis, Æsculapii, et falcem illam materni progenitoris sui Persei?

59. Προειπὼν δὲ διὰ χρησμοῦ περὶ ἑαυτοῦ ὅτι ζῆσαι εἵμαρται αὐτῷ ἔτη πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, εἶτα κεραυνῷ βληθέντα ἀποθανεῖν, οἰκτίστῳ τέλει οὐδὲ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονὼς ἀπέθανεν ὡς Ποδαλειρίου υἱὸς διασαπεὶς τὸν πόδα μέχρι τοῦ βουβῶνος καὶ σκωλήκων ζέσας, ὅτεπερ καὶ ἐφάνη φαλακρὸς ὢν παρέχων τοῖς ἰατροῖς ἐπιβρέχειν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν διὰ τὴν ὀδύνην, ὃ οὐκ ἂν ποιῆσαι ἐδύναντο μὴ οὐχὶ τῆς φενάκης ἀφῃρημένης.

60. Τοιοῦτο τέλος τῆς Ἀλεξάνδρου τραγῳδίας καὶ αὕτη τοῦ παντὸς δράματος ἡ καταστροφὴ ἐγένετο, ὡς εἰκάζειν προνοίας τινὸς τὸ τοιοῦτον, εἰ καὶ κατὰ τύχην συνέβη. Ἔδει δὲ καὶ τὸν ἐπιτάφιον αὐτοῦ ἄξιον γενέσθαι τοῦ βίου καὶ ἀγῶνά τινα συστήσασθαι ὑπὲρ τοῦ χρηστηρίου, τῶν συνωμοτῶν ἐκείνων καὶ γοήτων, ὅσοι κορυφαῖοι ἦσαν, ἀνελθόντων ἐπὶ διαιτητὴν τὸν Ῥουτιλλιανὸν, τίνα χρὴ προκριθῆναι αὐτῶν καὶ διαδέξασθαι τὸ μαντεῖον καὶ στεφανωθῆναι τῷ ἱεροφαντικῷ καὶ προφητικῷ στέμματι. Ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ Παῖτος ἰατρὸς τὴν τέχνην, πολιώδης ὢν, οὔτε ἰατρῷ πρέποντα οὔτε πολιῷ ἀνδρὶ ταῦτα ποιῶν. Ἀλλ' ὁ ἀγωνοθέτης Ῥουτιλλιανὸς ἀστεφανώτους αὐτοὺς ἀπέπεμψεν αὐτῷ τὴν προφητείαν φυλάττων μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγήν.

61. Ταῦτα, ὦ φιλότης, ὀλίγα ἐκ πολλῶν δείγματος ἕνεκα γράψαι ἠξίωσα καὶ σοὶ μὲν χαριζόμενος ἀνδρὶ ἑταίρῳ καὶ φίλῳ καὶ ὃν ἐγὼ πάντων μάλιστα θαυμάσας ἔχω ἐπί τε σοφίᾳ καὶ τῷ πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτι καὶ τρόπου πραότητι καὶ ἐπιεικείᾳ καὶ γαλήνῃ βίου καὶ δεξιότητι πρὸς τοὺς συνόντας, τὸ πλέον δὲ, ὅπερ καὶ σοὶ ἥδιον, Ἐπικούρῳ τιμωρῶν, ἀνδρὶ ὡς ἀληθῶς ἱερῷ καὶ θεσπεσίῳ τὴν φύσιν καὶ μόνῳ μετ' ἀληθείας τὰ καλὰ ἐγνωκότι καὶ παραδεδωκότι καὶ ἐλευθερωτῇ τῶν ὁμιλησάντων αὐτῷ γενομένῳ. Οἶμαι δὲ ὅτι καὶ τοῖς ἐντυχοῦσι χρήσιμόν τι ἔχειν δόξει ἡ γραφὴ τὰ μὲν διεξελέγχουσα, τὰ δ' ἐν ταῖς τῶν εὖ φρονούντων γνώμαις βεβαιοῦσα.

XXXIII.

ΠΕΡΙ ΟΡΧΗΣΕΩΣ.

1. ΛΥΚΙΝΟΣ. Ἐπεὶ τοίνυν, ὦ Κράτων, δεινήν τινα ταύτην κατηγορίαν ἐκ πολλοῦ, οἶμαι, παρεσκευασμένος κατηγόρηκας ὀρχήσεώς τε καὶ αὐτῆς ὀρχηστικῆς καὶ προσέτι ἡμῶν γε τῶν χαιρόντων τῇ τοιαύτῃ θέᾳ ὡς ἐπὶ φαύλῳ καὶ γυναικείῳ πράγματι μεγάλην σπουδὴν ποιουμένων, ἄκουσον ὅσον τοῦ ὀρθοῦ διημάρτηκας καὶ ὡς λέληθας σεαυτὸν τοῦ μεγίστου τῶν ἐν τῷ βίῳ ἀγαθῶν κατηγορῶν. Καὶ συγγνώμη σοι, εἰ ἐξ ἀρχῆς βίῳ αὐχμηρῷ συζῶν καὶ μόνον τὸ σκληρὸν ἀγαθὸν ἡγούμενος ὑπ' ἀπειρίας αὐτῶν κατηγορίας ἄξια εἶναι νενόμικας.

2. ΚΡΑΤ. Ἀνὴρ δέ τις ὢν, ὦ λῷστε, καὶ ταῦτα παιδείᾳ σύντροφος καὶ φιλοσοφίᾳ τὰ μέτρια ὡμιληκὼς, ἀφέμενος, ὦ Λυκῖνε, τοῦ περὶ τὰ βελτίω σπουδάζειν καὶ τοῖς παλαιοῖς συνεῖναι, κάθηται καταυλούμενος, θηλυ-

59. Quum vero prædixisset reddito de se oraculo, vitam sibi fato attributam annorum quinquaginta et centum, deinde fulminis ictu se moriturum : miserrimo fine, annos nondum septuaginta natus, periit, ut filius Podalirii, putrefacto ad inguen usque pede, et scatens vermibus : quo tempore etiam calvus esse deprehensus est, dum præbet propter dolorem medicis caput perfundendum, quod nisi ablato ficticio capillamento facere non poterant.

60. Ille finis tragœdiæ Alexandri, hæc totius fabulæ exitus fuit, ut conjicere quis possit, a quadam hoc providentia fuisse, etsi forte tantum fortuna evenit. Oportebat autem etiam parentari ei prout ista vita dignum erat, et certamen institui pro oraculo obtinendo, quum conjuratorum præstigiatorumque principes ad Rutilianum arbitrum venirent, quis ipsorum prælatus reliquis suscipere deberet oraculum, coronarique sacerdotali illa et prophetica corona. Erat inter illos etiam Pætus arte medicus, jam fere canus, qui neque medicum quod deceret, neque canum hominem, hac in re egit. Sed præses hujus certaminis Rutilianus illos non coronatos remisit, prophetæ munus illi, postquam hinc decesserat, adhuc servans.

61. Hæc, amice, pauca de multis scribere speciminis causa volui, tibi quidem gratificans, sodali et amico, quemque ego omnium maxime admiror, cum propter sapientiam et veritatis amorem et mores mansuetos, tum propter æquitatem et vitæ tranquillitatem, dexteritatemque in convictu : magis vero (id quod tibi etiam jucundius) Epicuri ulciscendi causa, viri vere sancti, et divino ingenio, quique solus cum veritate quæ pulchra sunt cognoverit tradideritque, liberatorque auditorum suorum factus sit. Puto vero aliis etiam qui inciderint, utile quiddam continere visum iri hanc scriptionem, quæ alia quidem refellat, alia vero in recte sentientium animis confirmet.

XXXIII.

DE SALTATIONE.

1. LYCINUS. Quandoquidem ergo, Crato, gravem hanc accusationem, olim, puto, ad eam paratus, protulisti saltationum et ipsius saltandi artis, et nostri insuper, qui tali spectaculo gaudemus, ut qui in vili et muliebri negotio magnum studium adhibeamus : audi jam quantum a recta via aberres, et quam imprudens bonorum in vita maximum accuses. Et ignoscendum tibi, si ab initio inde tristi vitæ generi assuetus, et, quod durum est, solum bonum esse judicans, præ ignorantia earum rerum, dignas accusatione putasti.

2. CRATO. Homo qui vir sit, o bone, isque eruditioni innutritus, et cum philosophia versatus mediocriter, relicto, Lycine, optimarum rerum studio, et antiquorum consuetudine, sedensne tibiis mulcendum se præbet, effeminatum

δρίαν ἄνθρωπον ὁρῶν ἐσθῆσι μαλακαῖς καὶ ᾄσμασιν ἀκολάστοις ἐναβρυνόμενον καὶ μιμούμενον ἐρωτικὰ γύναια, τῶν πάλαι τὰς μαχλοτάτας, Φαίδρας καὶ Παρθενόπας καὶ Ῥοδόπας τινάς, καὶ ταῦτα πάντα ὑπὸ κρούμασι καὶ τερετίσμασι καὶ ποδῶν κτύπῳ καταγέλαστα ὡς ἀληθῶς πράγματα καὶ ἥκιστα ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ καὶ οἵῳ σοὶ πρέποντα; Ὥστε ἔγωγε πυθόμενος ὡς ἐπὶ τοιαύτῃ θέᾳ σχολάζεις οὐχ ᾐδέσθην μόνον ὑπὲρ σοῦ, ἀλλὰ καὶ ἠνιάθην, εἰ Πλάτωνος καὶ Χρυσίππου καὶ Ἀριστοτέλους ἐκλαθόμενος κάθησαι τὸ ὅμοιον πεπονθὼς τοῖς τὰ ὦτα πτερῷ κνωμένοις, καὶ ταῦτα μυρίων ἄλλων ὄντων ἀκουσμάτων καὶ θεαμάτων σπουδαίων, εἴ τούτων τις δέοιτο τῶν κυκλικῶν αὐλητῶν καὶ τῶν κιθάρᾳ τὰ ἔννομα προσᾳδόντων, καὶ μάλιστα τῆς σεμνῆς τραγῳδίας καὶ τῆς φαιδροτάτης κωμῳδίας, ἅπερ καὶ ἐναγώνια εἶναι ἠξίωται.

3. Πολλῆς οὖν, ὦ γενναῖε, τῆς ἀπολογίας σοι δεήσει πρὸς τοὺς πεπαιδευμένους, εἰ βούλει μὴ παντάπασιν ἐκκεκρίσθαι καὶ τῆς τῶν σπουδαίων ἀγέλης ἐξεληλάσθαι. Καίτοι τό γε ἄμεινον ἐκεῖνό ἐστιν, οἶμαι, ἀρνήσει τὸ πᾶν ἰάσασθαι καὶ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ὁμολογεῖν τι τοιοῦτον παρανενομῆσθαί σοι. Πρὸς δ' οὖν τοὐπιὸν ὅρα ὅπως μὴ λάθῃς ἡμῖν ἐξ ἀνδρὸς τοῦ πάλαι Λυδή τις ἢ Βάκχη γενόμενος, ὅπερ οὐ σὸν ἂν ἔγκλημα εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, εἰ μή σε κατὰ τὸν Ὀδυσσέα τοῦ λωτοῦ ἀποσπάσαντες ἐπὶ τὰς συνήθεις διατριβὰς ἐπανάξομεν, πρὶν λάθῃς τελέως ὑπὸ τῶν ἐν τῷ θεάτρῳ Σειρήνων κατεσχημένος. Καίτοι ἐκεῖναι μὲν τοῖς ὠσὶ μόνοις ἐπεβούλευον, καὶ διὰ τοῦτο κηροῦ ἐδέησε πρὸς τὸν παράπλουν αὐτῶν· σὺ δὲ καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἔοικας ὅλος δεδουλῶσθαι.

4. ΛΥΚ. Παπαῖ, ὦ Κράτων, ὡς κάρχαρόν τινα ἔλυσας ἐφ' ἡμᾶς τὸν σαυτοῦ κύνα. Πλὴν τό γε παράδειγμα τὴν τῶν Λωτοφάγων καὶ Σειρήνων εἰκόνα πάνυ ἀνομοιοτάτην μοι δοκεῖς εἰρηκέναι ὧν πέπονθα, παρ' ὅσον τοῖς μὲν τοῦ λωτοῦ γευσαμένοις καὶ τῶν Σειρήνων ἀκούσασιν ὄλεθρος ἦν τῆς τε ἐδωδῆς καὶ τῆς ἀκροάσεως τοὐπιτίμιον, ἐμοὶ δὲ πρὸς τῷ τὴν ἡδονὴν παρὰ πολὺ ἡδίω πεφηνέναι καὶ τὸ τέλος ἀγαθὸν ἀποβέβηκεν· οὐ γὰρ εἰς λήθην τῶν οἴκοι οὐδ' εἰς ἀγνωσίαν τῶν κατ' ἐμαυτὸν περιίσταμαι, ἀλλ' εἰ χρὴ μηδὲν ὀκνήσαντα εἰπεῖν, μακρῷ πινυτώτερος καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ διορατικώτερος ἐκ τοῦ θεάτρου σοι ἐπανελήλυθα. Μᾶλλον δὲ τὸ τοῦ Ὁμήρου αὐτὸ εἰπεῖν καλόν, ὅτι ὁ τοῦτο ἰδὼν τὸ θέαμα

τερψάμενος νεῖται καὶ πλείονα εἰδώς.

ΚΡΑΤ. Ἡράκλεις, ὦ Λυκῖνε, οἷα πέπονθας, ὃς οὐδὲ αἰσχύνῃ ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ σεμνυνομένῳ ἔοικας. Τὸ γοῦν δεινότατον τοῦτό ἐστιν, ὅτι μηδὲ ἰάσεώς τινα ἡμῖν ὑποφαίνεις ἐλπίδα ἐπαινεῖν τολμῶν τὰ οὕτως αἰσχρὰ καὶ κατάπτυστα.

5. ΛΥΚ. Εἰπέ μοι, ὦ Κράτων, ταυτὶ δὲ καὶ περὶ ὀρχήσεως καὶ τῶν ἐν τῷ θεάτρῳ γινομένων, ἰδὼν πολλάκις, αὐτὸς ἐπιτιμᾷς, ἢ ἀπείρατος ὢν τοῦ θεάματος ὅμως αἰσχρὸν αὐτὸ καὶ κατάπτυστον, ὡς φῄς, νομίζεις;

spectans hominem, molli vestitu et lascivis canticis delicatum, et amatorias imitantem mulierculas, omnium ex antiquitate libidinosissimas, Phædras, et Parthenopas, et Rhodopas quasdam? et hæc omnia ad pulsationes, et frequentamenta, et pedum scabellorum strepitus? res vere ridiculæ, et minime virum liberalem et tui similem decentes. Itaque ipse ego quum audirem tali te spectaculo vacare, non erubui modo vicem tuam, sed moleste quoque tuli, si Platonis et Chrysippi et Aristotelis oblitus sedeas iis similis, qui pinnula aures titillant: idque quum sexcentæ sint honestæ aurium et oculorum voluptates, si quis illos in circulis tibicines desideret, et qui ad citharam legitimos modos accinunt; illa præsertim gravis tragœdia, et comœdia hilarissima, quæ etiam certaminum publicorum materia esse meruerunt.

3. Quare longa tibi, o generose, defensione opus erit apud eruditos, si velis non omnino ejici, et ex honestis viris expelli. Quanquam illud, puto, optimum erit, negatione totum hoc sanare, neque fateri omnino tale quid piam abs te peccatum esse. In futurum tamen vide ne inscientibus nobis ex viro qui olim fueras, Lyda quædam aut Baccha evaseris: quod quidem non tuum modo crimen fuerit, sed etiam nostrum, nisi te Ulixis instar a loto abstractum ad consueta studia prius reduxerimus, quam non sentiens ab illis in theatro Sirenibus plane occuperis. Quanquam illæ solis insidiabantur auribus, propter quod cera opus erat, ut quis eas præternavigaret: at tu etiam per oculos omnino in servitutem videris redactus.

4. LYC. Vah, Crato, quam asperum in nos laxasti canem tuum! Verumtamen exemplum illud, illam Lotophagorum et Sirenum imaginem, usquequaque dissimilem eorum protulisse mihi videris, quæ mihi accidunt: in quantum his qui lotum gustaverant quique audierant Sirenas, interitus tanquam præmium esus illius auditionisve propositum erat; mihi vero, præterquam quod voluptas multo suavior visa est, etiam finis evadit bonus. Neque enim in oblivionem rerum domesticarum neque ignorantiam mei ipsius incidi; sed si absque hæsitatione dicendum est, multum prudentior et perspicacior ad negotia vitæ ex theatro redii. Quin plane Homeri illud dicere fas est, Qui vidit illud spectaculum,

lætusque lares et doctior ille revisit.

CRAT. Hercules, Lycine, quid tibi est, quem adeo non pudeat harum rerum, ut tibi etiam placere iis videare! Gravissimum enim hoc est, quod neque curationis ullam nobis spem ostendis, qui laudare audeas turpia adeo ac despuenda.

5. LYC. Dic mihi, Crato, istane de saltatione atque his quæ in theatro fiunt, reprehendis sæpe abs te visa; an spectaculum nunquam a te usurpatum tamen turpe et despuendum, ut ais, arbitrare? Si enim vidisti, nobis tu exæ-

Εἰ μὲν γὰρ εἶδες, ἐξ ἴσου ἡμῖν καὶ σὺ γεγένησαι· εἰ δὲ μὴ, ὅρα μὴ ἄλογος ἡ ἐπιτίμησις εἶναί σου δόξῃ καὶ θρασεῖα κατηγοροῦντος ὧν ἀγνοεῖς.

ΚΡΑΤ. Ἔτι γὰρ τοῦτό μοι λοιπὸν ἦν, ἐν βαθεῖ τούτῳ τῷ πώγωνι καὶ πολιᾷ τῇ κόμῃ καθῆσθαι μέσον ἐν τοῖς γυναίοις καὶ τοῖς μεμηνόσιν ἐκείνοις θεαταῖς κροτοῦντά τε προσέτι καὶ ἐπαίνους ἀπρεπεστάτους ἐπιβοῶντα ὀλέθρῳ τινὶ ἀνθρώπῳ ἐς οὐδὲν δέον κατακλωμένῳ.

ΛΥΚ. Συγγνωστά σου ταῦτα, ὦ Κράτων. Εἰ δέ μοι πεισθείης ποτὲ καὶ ὅσον πείρας ἕνεκα παράσχοις σεαυτὸν ἀναπετάσας τοὺς ὀφθαλμοὺς, εὖ οἶδα ὡς οὐκ ἀνάσχοιο ἂν μὴ οὐχὶ πρὸ τῶν ἄλλων θέαν ἐν ἐπιτηδείῳ καταλαμβάνων, ὅθεν καὶ ὄψει ἀκριβῶς καὶ ἀκούσῃ ἅπαντα.

ΚΡΑΤ. Μὴ ὥρασιν ἄρα ἱκοίμην, εἴ τι τοιοῦτον ἀνασχοίμην ποτὲ, ἔστ' ἂν δασύς τε εἴην τὰ σκέλη καὶ τὸ γένειον ἀπαράτιλτος· ὡς νῦν γε καὶ σὲ ἤδη ἐλεῶ τελέως ἡμῖν ἐκβεβακχευμένον.

6. ΛΥΚ. Βούλει οὖν ἀφέμενος, ὦ ἑταῖρε, τῶν βλασφημιῶν τούτων ἀκοῦσαί μού τι περὶ ὀρχήσεως λέγοντος καὶ τῶν ἐν αὐτῇ καλῶν, καὶ ὡς οὐ τερπνὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὠφέλιμός ἐστι τοῖς θεωμένοις, καὶ ὅσα παιδεύει καὶ ὅσα διδάσκει καὶ ὡς ῥυθμίζει τῶν ὁρώντων τὰς ψυχὰς καλλίστοις θεάμασιν ἐγγυμνάζουσα καὶ ἀρίστοις ἀκούσμασιν ἐνδιατρίβουσα καὶ κοινόν τι ψυχῆς καὶ σώματος κάλλος ἐπιδεικνυμένη; τὸ γὰρ μετὰ μουσικῆς καὶ ῥυθμοῦ ταῦτα πάντα ποιεῖν, οὐ ψόγος ἂν αὐτῆς, ἀλλ' ἔπαινος μᾶλλον εἴη.

ΚΡΑΤ. Ἐμοὶ μὲν οὐ πάνυ σχολὴ μεμηνότος ἀνθρώπου ἀκροᾶσθαι τὴν νόσον τὴν αὐτοῦ ἐπαινοῦντος· σὺ δὲ, εἰ βούλει λῆρόν τινα κατασκεδάσαι μου, ἕτοιμος φιλικὴν ταύτην λειτουργίαν ὑποστῆναι καὶ παρασχεῖν τὰ ὦτα, καὶ ἄνευ κηροῦ παρακούειν τῶν φαύλων δυνάμενος. Ὥστε ἤδη σιωπήσομαί σοι, καὶ λέγε ὁπόσα ἐθέλεις ὡς μηδὲ ἀκούοντός τινος.

7. ΛΥΚ. Εὖ γε, ὦ Κράτων, καὶ τούτου ἐδεόμην μάλιστα· εἴσῃ γὰρ κατ' ὀλίγον εἰ λῆρος εἶναί σοι δόξει τὰ λεχθησόμενα. Καὶ πρῶτόν γε ἐκεῖνο πάνυ ἠγνοηκέναι μοι δοκεῖς, ὡς οὐ νεώτερον τὸ τῆς ὀρχήσεως ἐπιτήδευμα τοῦτό ἐστιν οὐδὲ χθὲς καὶ πρῴην ἀρξάμενον, οἷον κατὰ τοὺς προπάτορος ἡμῶν ἢ τοὺς ἐκείνων, ἀλλ' οἵ γε τἀληθέστατα ὀρχήσεως πέρι γενεαλογοῦντες ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων φαῖεν ἄν σοι καὶ ὄρχησιν ἀναφῦναι τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ Ἔρωτι συναναφανεῖσαν· ἡ γοῦν χορεία τῶν ἀστέρων καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἀπλανεῖς τῶν πλανήτων συμπλοκὴ καὶ εὔρυθμος αὐτῶν κοινωνία καὶ εὔτακτος ἁρμονία τῆς πρωτογόνου ὀρχήσεως δείγματά ἐστι. Κατ' ὀλίγον δὲ αὐξανομένη καὶ τῆς πρὸς τὸ βέλτιον ἀεὶ προσθήκης τυγχάνουσα νῦν ἔοικεν ἐς τὸ ἀκρότατον ἀποτετελέσθαι καὶ γεγενῆσθαι ποικίλον τι καὶ παναρμόνιον καὶ πολύμουσον ἀγαθόν.

8. Πρῶτον δέ φασι Ῥέαν ἡσθεῖσαν τῇ τέχνῃ ἐν Φρυγίᾳ μὲν τοὺς Κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δὲ τοὺς Κου-

quatus es : sin minus, vide ne irrationabilis reprehensio tua esse videatur et audax, qui quæ nescis, ea tamen accuses.

CRAT. Nempe illud adhuc mihi supererat, cum prolixa hac barba et cano capillo sedere medium inter mulierculas, et spectatores furiosis similes, plaudentem insuper, et laudes indecentissimas inclamantem perdito alicui homini præter decorum se frangenti.

LYC. Ignoscendum in his tibi, Crato. Si vero mihi obsecutus aliquando, vel experimenti causa te des ad spectandum, et oculos aperias : bene novi te nihil intermissurum, quo ante alios spectaculum idoneo loco occupes, unde et videas accurate omnia et audias.

CRAT. Male vero peream, si quid tale unquam sustineam, quamdiu quidem hirsuta crura habuero, et mentum non vulsum : itaque tui me jam miseret, plane bacchico furore correpti.

6. LYC. Vis igitur, amice, omissis maledictis hisce, audire me de saltatione aliquid dicentem, et quæ in illa pulchra insint, et quam non ad delectationem modo pertineat, sed utilis etiam sit spectantibus, et quot ad res instituat, et quæ doceat, quamque in ordinem redigat et concinnet spectantium animos, dum pulcherrimis illos in spectaculis exercet, et optimarum rerum audita detinet, et communem quandam animi atque corporis pulchritudinem ostendit? quod enim cum musica et rhythmo facit hæc omnia, ea non reprehensio illius, sed laus fuerit potius.

CRAT. Mihi quidem non omnino otium est ad furiosum hominem audiendum, qui morbum laudet suum : interea tu si vis nugis me tuis perfundere, paratus sum hoc tibi amici ministerium subire, et præbere aures, qui sine cera etiam tanquam non auditas transmittere res nauci possim. Itaque jam silentium tibi præbebo, et dic quicquid volueris, quasi nemo plane audiret.

7. LYC. Bene sane, Crato, hoc maxime petebam. Scies enim paullo post, num nugæ tibi, quæ dicturus sum, videantur. Ac primo quidem illud omnino videris mihi ignorare, quam non recens sit hoc saltandi studium, neque heri aut nudiustertius cœperit, verbi causa progenitorum nostrorum ætate, eorumve qui horum fuere majores; sed qui veracissime saltationis origines enarrant, illi cum primo omnium ortu natam tibi dixerint, quippe quæ cum antiquo illo Amore simul in conspectum prodierit. Etenim illa astrorum chorea, planetarum illa ad inerrantes conjunctio, et concinna illorum communio, et ordinatus ille concentus, primigeniæ illius saltationis documenta sunt. Quum autem paullatim creverit et accessionem subinde in melius nacta sit, jam ad summum videtur perfecta, et evasisse varium quoddam, et consentiens undique, et Musarum plurium bonum.

8. Primum autem dicunt Rheam, delectatam arte, in Phrygia Corybantes, Curetes autem in Creta, saltare jus-

ῥῆτας ὀρχεῖσθαι κελεῦσαι, καὶ οὐ τὰ μέτρια ὤνατο τῆς τέχνης αὐτῶν, οἵ γε περιορχούμενοι διεσώσαντο αὐτῇ τὸν Δία, ὥστε καὶ σῶστρα εἰκότως ἂν ὁ Ζεὺς ὀφείλειν ὁμολογοίη αὐτοῖς ἐκφυγὼν διὰ τὴν ἐκείνων ὄρχησιν τοὺς πατρῴους ὀδόντας. Ἐνόπλιος δὲ αὐτῶν ἡ ὄρχησις ἦν, τὰ ξίφη μεταξὺ κροτούντων πρὸς τὰς ἀσπίδας καὶ πηδώντων ἔνθεόν τι καὶ πολεμικόν. Μετὰ δὲ Κρητῶν οἱ κράτιστοι ἐνεργῶς ἐπιτηδεύσαντες αὐτὸ ἄριστοι ὀρχησταὶ ἐγένοντο, οὐχ οἱ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλικώτεροι καὶ πρωτεύειν ἀξιοῦντες. Ὁ γοῦν Ὅμηρος τὸν Μηριόνην οὐκ αἰσχῦναι βουλόμενος, ἀλλὰ κοσμῆσαι, ὀρχηστὴν προσεῖπε, καὶ οὕτως ἄρα πᾶσιν ἐπίσημος ἦν καὶ γνώριμος ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, ὥστε οὐχ οἱ Ἕλληνες μόνον ταῦτα ἠπίσταντο περὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ οἱ Τρῶες αὐτοὶ καίτοι πολέμιοι ὄντες· ἑώρων γάρ, οἶμαι, καὶ τὴν ἐν τῷ πολεμεῖν αὐτοῦ κουφότητα καὶ εὐρυθμίαν, ἣν ἐξ ὀρχήσεως ἐκέκτητο. Φησὶ δέ πως ὧδε τὰ ἔπη·

Μηριόνη, τάχα κέν σε καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα
ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε.

Καὶ ὅμως οὐ κατέπαυσεν αὐτόν· ἅτε γὰρ ἠσκημένος ἐν τῇ ὀρχηστικῇ ῥᾳδίως, οἶμαι, διεδίδρασκε τὰς ἐπ' αὐτὸν ἀφέσεις τῶν ἀκοντίων.

9. Πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους τῶν ἡρώων εἰπεῖν ἔχων τοῖς αὐτοῖς ἐγγεγυμνασμένους καὶ τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένους ἱκανὸν ἡγοῦμαι τὸν Νεοπτόλεμον, Ἀχιλλέως μὲν παῖδα ὄντα, πάνυ δὲ διαπρέψαντα ἐν τῇ ὀρχηστικῇ καὶ εἶδος τὸ κάλλιστον αὐτῇ προστεθεικότα, Πυρρίχιον ἀπ' αὐτοῦ κεκλημένον· καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς ταῦτα ὑπὲρ τοῦ παιδὸς πυνθανόμενος μᾶλλον ἔχαιρεν, οἶμαι, ἢ ἐπὶ τῷ κάλλει καὶ τῇ ἄλλῃ ἀλκῇ αὐτοῦ. Τοιγαροῦν τὴν Ἴλιον τέως ἀνάλωτον οὖσαν ἡ ἐκείνου ὀρχηστικὴ καθεῖλε καὶ εἰς ἔδαφος κατέρριψε.

10. Λακεδαιμόνιοι μὲν ἄριστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες παρὰ Πολυδεύκους καὶ Κάστορος καρυατίζειν μαθόντες — ὀρχήσεως δὲ καὶ τοῦτο εἶδος ἐν Καρύαις τῆς Λακωνικῆς διδασκόμενον — ἅπαντα μετὰ Μουσῶν ποιοῦσιν ἄχρι τοῦ πολεμεῖν πρὸς αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν καὶ εὔτακτον ἔμβασιν τοῦ ποδός· καὶ τὸ πρῶτον σύνθημα Λακεδαιμονίοις πρὸς τὴν μάχην ὁ αὐλὸς ἐνδίδωσι. Τοιγαροῦν καὶ ἐκράτουν ἁπάντων μουσικῆς αὐτοῖς καὶ εὐρυθμίας ἡγουμένης. Ἴδοις δ' ἂν νῦν ἔτι καὶ τοὺς ἐφήβους αὐτῶν οὐ μεῖον ὀρχεῖσθαι ἢ ὁπλομαχεῖν μανθάνοντας· ὅταν γὰρ ἀκροχειρισάμενοι καὶ παίσαντες καὶ παισθέντες ἐν τῷ μέρει παύσωνται, εἰς ὄρχησιν αὐτοῖς ἡ ἀγωνία τελευτᾷ. Καὶ αὐλητὴς μὲν ἐν τῷ μέσῳ κάθηται ἐπαυλῶν καὶ κτυπῶν τῷ ποδί, οἱ δὲ κατὰ στοῖχον ἀλλήλοις ἑπόμενοι σχήματα παντοῖα ἐπιδείκνυνται πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες, ἄρτι μὲν πολεμικά, μετ' ὀλίγον δὲ χορευτικά, ἃ Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ φίλα.

11. Τοιγαροῦν καὶ τὸ ᾆσμα, ὃ μεταξὺ ὀρχούμενοι ᾄδουσιν, Ἀφροδίτης ἐπίκλησίς ἐστι καὶ Ἐρώτων, ὡς

sisse, nec mediocrem retulit artis illorum fructum : illi enim circum saltando Jovem illi servarunt, ut credibile sit etiam Jovem fateri se salutis suæ illis præmia debere, qui saltationis illorum beneficio dentes patris sui effugerit. Armata autem fuit illorum saltatio, qui interim gladios incuterent clypeis, et tanquam divinitus immisso furore bellico insultarent. Postea vero Cretensium fortissimi quique, operoso studio hoc agentes, saltatores optimi facti sunt, neque de plebe modo homines et privati, sed etiam regibus proximi, et qui ad primatum aspirarent. Homerus enim Merionen non contumeliosa nota afficere volens, sed ornare, saltatorem appellavit. Et ita sane insignis erat et notus omnibus hac arte, ut non Græci solum hæc de illo scirent, sed Trojani quoque, licet hostes : videbant enim, puto, etiam ipsius agilitatem in pugna, et concinnam mobilitatem, quam saltatione sibi paraverat. Ita autem fere versus dicunt :

Merione, quanquam saltator maximus audis,
ista tamen forsan mea te confecerit hasta.

Et tamen non confecit illum : exercitatus quippe saltandi arte, facile, puto, effugiebat emissa in ipsum jacula.

9. Multos autem alios etiam heroum dicere quum possim iisdem in rebus exercitatos, qui illam tanquam artem habuere, sufficere puto Neoptolemum, Achillis filium, saltandi arte præstantissimum, qui genus pulcherrimum adjecit Pyrrhichiam ab ipsius nomine (Pyrrho) dictam : et Achilles audiens ista de filio, magis, arbitror, eis gaudebat, quam pulchritudine et virtute illius reliqua. Namque Ilium, invictam ad eum diem urbem, illius saltatoria destruxit et solo æquavit.

10. Lacedæmonii quidem, qui fortissimi Græcorum esse feruntur, a Polluce et Castore Caryaticam edocti (saltationis id genus est, quod Caryis, Laconicæ pago, discitur), cum Musis omnia faciunt, adeo ut etiam ad tibiam et rhythmum pugnent, et ad ordinatum pedis ingressum ; et primum signum pugnæ Lacedæmoniis canit tibia. Igitur etiam vincebant omnes, musica ipsis duce et motuum concinnitate : videasque etiam nunc illorum adolescentes non minus saltare, quam pugnare armis discentes. Quum enim manibus jam consertis percussere et percussi sunt, ac tum per vices quiescunt, in saltationem illis certamen exit. Ac sedet in medio tibicen canens et pede solum percutiens : illi vero, ut in versus divisi sunt, se invicem sequentes habitus ostendunt omnis generis, incedentes ad numeros, jam quidem bellicos, paullo post autem saltatorios, Baccho et Veneri gratos.

11. Quare etiam canticum, quod inter saltandum canunt, Veneris invitatio est et Cupidinum, ut saltent secum et

συγκωμάζοιεν αὐτοῖς καὶ συνορχοῖντο. Καὶ θάτερον δὲ τῶν ᾀσμάτων — δύο γὰρ ᾄδεται — καὶ διδασκαλίαν ἔχει ὡς χρὴ ὀρχεῖσθαι· Πόρρω γάρ, φασίν, ὦ παῖδες, πόδα μετάβατε καὶ κωμάξατε βέλτιον, τουτέστιν ἄμεινον ὀρχήσασθε. Ὅμοια δὲ καὶ οἱ τὸν ὅρμον καλούμενον ὀρχούμενοι ποιοῦσιν.

12. Ὁ δὲ ὅρμος ὄρχησίς ἐστι κοινὴ ἐφήβων τε καὶ παρθένων, παρ' ἕνα χορευόντων καὶ ὡς ἀληθῶς ὅρμῳ ἐοικότων· καὶ ἡγεῖται μὲν ὁ ἔφηβος τὰ νεανικὰ ὀρχούμενος καὶ ὅσοις ὕστερον ἐν πολέμῳ χρήσεται, ἡ παρθένος δὲ ἕπεται κοσμίως τὸ θῆλυ χορεύειν διδάσκουσα, ὡς εἶναι τὸν ὅρμον ἐκ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας πλεκόμενον. Καὶ αἱ γυμνοπαιδίαι δὲ αὐτοῖς ὁμοίως ὄρχησίς ἐστιν.

13. Ἃ δὲ Ὅμηρος ὑπὲρ Ἀριάδνης ἐν τῇ ἀσπίδι πεποίηκε καὶ τοῦ χοροῦ ὃν αὐτῇ Δαίδαλος ἤσκησεν, ὡς ἀνεγνωκότι σοι παρίημι, καὶ τοὺς ὀρχηστὰς δὲ τοὺς δύο, οὓς ἐκεῖ ὁ ποιητὴς κυβιστητῆρας καλεῖ, ἡγουμένους τοῦ χοροῦ, καὶ πάλιν, ἃ ἐν τῇ αὐτῇ ἀσπίδι λέγει· « Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, » ὥς τι κάλλιστον τοῦτο τοῦ Ἡφαίστου ἐμποιήσαντος τῇ ἀσπίδι. Τοὺς μὲν γὰρ Φαίακας καὶ πάνυ εἰκὸς ἦν ὀρχήσει χαίρειν ἁβρούς τε ὄντας καὶ ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ διατρίβοντας. Ὁ γοῦν Ὅμηρος τοῦτο αὐτῶν μάλιστα θαυμάζοντα πεποίηκε τὸν Ὀδυσσέα καὶ τὰς μαρμαρυγὰς τῶν ποδῶν θεώμενον.

14. Ἐν μέν γε Θεσσαλίᾳ τοσοῦτον ἐπέδωκε τῆς ὀρχηστικῆς ἡ ἄσκησις, ὥστε τοὺς προστάτας καὶ προαγωνιστὰς αὐτῶν προορχηστῆρας ἐκάλουν· καὶ δηλοῦσι τοῦτο αἱ τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφαί, οὓς τοῖς ἀριστεύσασιν ἀνίστασαν· Προὔκρινε γάρ, φησί, προορχηστῆρα ἁ πόλις. Καὶ αὖθις, Εἰλατίωνι τὰν εἰκόνα ὁ δᾶμος εὖ ὀρχησαμένῳ τὰν μάχαν.

15. Ἐῶ λέγειν ὅτι τελετὴν οὐδὲ μίαν ἀρχαίαν ἔστιν εὑρεῖν ἄνευ ὀρχήσεως, Ὀρφέως δηλαδὴ καὶ Μουσαίου, τῶν τότε ἀρίστων ὀρχηστῶν, καταστησαμένων αὐτάς, ὥς τι κάλλιστον καὶ τοῦτο νομοθετησάντων σὺν ῥυθμῷ καὶ ὀρχήσει μυεῖσθαι. Ὅτι δ' οὕτως ἔχει, τὰ μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον τῶν ἀμυήτων ἕνεκα, ἐκεῖνο δὲ πάντες ἀκούουσιν, ὅτι τοὺς ἐξαγορεύοντας τὰ μυστήρια ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ πολλοί.

16. Ἐν Δήλῳ δέ γε οὐδὲ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σὺν ταύτῃ καὶ μετὰ μουσικῆς ἐγίγνοντο. Παίδων χοροὶ συνελθόντες ὑπ' αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπωρχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι προκριθέντες ἐξ αὐτῶν. Τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τούτοις ᾄσματα ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο καὶ ἐμπέπληστο τῶν τοιούτων ἡ λύρα.

17. Καὶ τί σοι τοὺς Ἕλληνας λέγω, ὅπου καὶ Ἰνδοὶ ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες προσεύχωνται τὸν Ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες ἡγούμεθα ἐντελῆ ἡμῶν εἶναι τὴν εὐχήν, ἀλλ' ἐκεῖνοι πρὸς τὴν ἀνατολὴν στάντες ὀρχήσει τὸν Ἥλιον ἀσπάζονται σχηματίζοντες ἑαυτοὺς σιωπῇ καὶ μιμούμενοι τὴν χορείαν τοῦ θεοῦ· καὶ τοῦτό ἐστιν Ἰνδῶν καὶ εὐχὴ καὶ χοροὶ καὶ

tripudient. Alterum vero canticorum (duo enim canuntur) etiam institutionem continet, quomodo sit saltandum. Porro enim, aiunt, o pueri, promovete pedem, et saltate melius. Similia vero faciunt illi quoque, qui Hormum saltant.

12. Est autem Hormus saltatio communis adolescentium atque virginum, alterna serie choreas agentium, monilique, qui Hormus est, revera similium. Ac ducit choream juvenis, juveniles gressus saltans et quibus deinde in bello usurus est : sequitur virgo decenter saltare suum sexum docens, ut adeo sit istud quasi monile ex modestia et fortitudine plexum. Gymnopædiæ similiter saltatio apud eos est.

13. Quæ autem Homerus de Ariadne in clypeo Achillis describendo fecit carmina, et de choro quem illi exercuit Dædalus, apud te, qui legeris, prætermitto, et saltatores duos, quos tibi poeta « in caput saltantes » appellat, chori duces : et quæ rursus ait in eodem clypeo, « Saltantes juvenes convertebantur in orbem, » velut pulcherrimum hoc quiddam in clypeo Vulcanus elaboravisset. Phæaces quidem maxime consentaneum erat saltatione gaudere, delicatos homines et in felicitate omni vitam agentes. Itaque Homerus hoc maxime in illis miratum induxit Ulixen, et spectantem pedes motu trepidante micantes.

14. In Thessalia tantum aucta fuerat saltatoriæ exercitatio, ut suos duces et propugnatores Præsules dicerent : indicantque illud statuarum inscriptiones, quas viris fortibus ob rem bene gestam posuere, Elegit enim, ait una, præsulem civitas : et rursus, Ilationi statuam dedit populus bene saltata pugna.

15. Omitto dicere quod initia antiqua invenire nulla est sine saltatione, quum nempe Orpheus et Musæus, qui optimi erant illa ætate saltatores, ea constituerint, tanquam pulcherrimum quiddam illud quoque in legibus ponentes ut cum rhythmo et saltatione homines initiarentur. Rem ita se habere, ipsa quidem orgia tacere oportet, propter non initiatos : at illud omnes audiunt, eos qui enunciant mysteria, « extra seu foras saltare » vulgo dici.

16. In Delo autem neque sacrificia sine saltatione peragebantur, sed cum hac et cum musica fiebant. Nempe puerorum chori convenientes ad tibiam ac citharam partim quidem agebant choreas, partim vero cantum et modos præibant præstantissimi ex eorum numero delecti. Carmina igitur scripta his choris vocabantur Hyporchemata, qualium plena est poesis lyrica.

17. Et quid Græcos tibi commemoro, quum etiam Indi, postquam mane surrexerunt, adorent Solem, non ut nos, qui ubi manum sumus osculati, perfectam putamus a nobis esse adorationem : sed stantes illi in orientem conversi saltatione Solem salutant, silentio conformantes se et dei hujus saltationem imitantes. Et hæc est Indorum adoratio,

θυσία. Διὸ καὶ τούτοις ἱλεοῦνται τὸν θεὸν δὶς καὶ ἀρχομένης καὶ δυομένης τῆς ἡμέρας.

18. Αἰθίοπες δέ γε καὶ πολεμοῦντες σὺν ὀρχήσει αὐτὸ δρῶσι, καὶ οὐκ ἂν ἀφείη τὸ βέλος Αἰθίοψ ἀνὴρ ἀφελὼν τῆς κεφαλῆς — ταύτῃ γὰρ ἀντὶ φαρέτρας χρῶνται περιδέοντες αὐτῇ ἀκτινηδὸν τὰ βέλη — εἰ μὴ πρότερον ὀρχήσαιτο καὶ τῷ σχήματι ἀπειλήσειε καὶ προεκφοβήσειε τῇ ὀρχήσει τὸν πολέμιον.

19. Ἄξιον δὲ, ἐπεὶ τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διεξεληλύθαμεν, καὶ ἐς τὴν γείτονα αὐτῶν Αἴγυπτον καταβῆναι τῷ λόγῳ· δοκεῖ γάρ μοι ὁ παλαιὸς μῦθος καὶ Πρωτέα τὸν Αἰγύπτιον οὐκ ἄλλο τι ἢ ὀρχηστήν τινα γενέσθαι λέγειν, μιμητικὸν ἄνθρωπον καὶ πρὸς πάντα σχηματίζεσθαι καὶ μεταβάλλεσθαι δυνάμενον, ὡς καὶ ὕδατος ὑγρότητα μιμεῖσθαι καὶ πυρὸς ὀξύτητα ἐν τῇ τῆς κινήσεως σφοδρότητι καὶ λέοντος ἀγριότητα καὶ παρδάλεως θυμὸν καὶ δένδρου δόνημα, καὶ ὅλως ὅ τι καὶ θελήσειεν. Ὁ δὲ μῦθος παραλαβὼν πρὸς τὸ παραδοξότερον τὴν φύσιν αὐτοῦ διηγήσατο, ὡς γιγνομένου ταῦτα ἅπερ ἐμιμεῖτο· ὅπερ δὴ καὶ τοῖς νῦν ὀρχουμένοις πρόσεστιν. Ἴδοις δ' ἂν οὖν αὐτοὺς πρὸς τὸν αὐτὸν καιρὸν ὠκέως διαλλαττομένους καὶ αὐτὸν μιμουμένους τὸν Πρωτέα. Εἰκάζειν δὲ χρὴ καὶ τὴν Ἔμπουσαν τὴν ἐς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένην τοιαύτην τινὰ ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ μύθου παραδεδόσθαι.

20. Ἐπὶ τούτοις δίκαιον μηδὲ τῆς Ῥωμαίων ὀρχήσεως ἀμνημονεῖν, ἣν οἱ εὐγενέστατοι αὐτῶν τῷ πολεμικωτάτῳ τῶν θεῶν Ἄρει οἱ Σάλιοι καλούμενοι — ἱερωσύνης δὲ τοῦτο ὄνομα — ὀρχοῦνται σεμνοτάτην τε ἅμα καὶ ἱερωτάτην.

21. Βιθυνὸς δὲ μῦθος, καὶ οὗτος οὐ πάνυ τῶν Ἰταλιωτικῶν ἀλλότριος, τὸν Πρίαπον δαίμονα πολεμιστὴν, τῶν Τιτάνων οἶμαι ἕνα ἢ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων τοῦτο ἔργον πεποιημένων τὰ ἐνόπλια παιδεύειν, παραλαβόντα παρὰ τῆς Ἥρας τὸν Ἄρη, παῖδα μὲν ἔτι, σκληρὸν δὲ καὶ πέρα τοῦ μετρίου ἀνδρικὸν, μὴ πρότερον ὁπλομαχεῖν διδάξαι, πρὶν τέλειον ὀρχηστὴν ἀπειργάσατο· καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ μισθὸς αὐτῷ παρὰ τῆς Ἥρας ἐγένετο, δεκάτην ἀεὶ τῶν ἐκ πολέμου περιγιγνομένων τῷ Ἄρει παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν.

22. Τὰ μὲν γὰρ Διονυσιακὰ καὶ Βακχικὰ οἶμαί σε μὴ περιμένειν ἐμοῦ ἀκοῦσαι, ὅτι ὄρχησις ἐκεῖνα πάντα ἦν· τριῶν γοῦν οὐσῶν τῶν γενικωτάτων ὀρχήσεων, κόρδακος καὶ σικιννίδος καὶ ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες οἱ σάτυροι ταύτας ἐφευρόντες ἀφ' αὑτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. Καὶ ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρώμενος ὁ Διόνυσος Τυρρηνοὺς καὶ Ἰνδοὺς καὶ Λυδοὺς ἐχειρώσατο καὶ φῦλον οὕτω μάχιμον τοῖς αὐτοῖς θιάσοις κατωρχήσατο.

23. Ὥστε, ὦ θαυμάσιε, ὅρα μὴ ἀνόσιον ᾖ κατηγορεῖν ἐπιτηδεύματος θείου τε ἅμα καὶ μυστικοῦ καὶ τοσούτοις θεοῖς ἐσπουδασμένου καὶ ἐπὶ τιμῇ αὐτῶν δρωμένου καὶ τοσαύτην τέρψιν ἅμα καὶ παιδιὰν ὠφέλιμον παρεχομένου. Θαυμάζω δέ σου κἀκεῖνο, εἰδὼς Ὁμήρου

et chori et sacrificium: quare etiam his rebus bis placant deum, tum incipiente die, tum occidente.

18. Æthiopes autem, etiam dum præliantur, cum saltatione hoc faciunt: neque emiserit sagittam vir Æthiops capite ablatam (hoc enim utuntur pro pharetra, radiorum instar sagittas ei circumponentes), nisi saltaverit prius et habitu suo minatus sit, et saltatione hostem ante terruerit.

19. Operæ pretium autem est, quum Indiam et Æthiopiam peragraverimus, etiam in vicinam illis Ægyptum oratione descendere. Videtur enim mihi antiqua fabula Proteum quoque Ægyptium nihil aliud quam saltatorem quendam fuisse dicere, virum imitandi facultate magna præditum, qui ad figuras se componere omnes et mutare in omnia posset, adeo ut aquæ fluxam mobilitatem imitaretur et celeritatem ignis motus vehementia, et leonis feritatem, et pardalis iracundiam, et agitationem arboris, et quicquid denique vellet. Sed fabula ea parte rem assumens, qua erat admirabilior, naturam ejus ita narrabat, quasi fieret illa omnia quæ imitabatur: quod his etiam, qui nunc saltant, inest. Videas enim illos eodem tempore celeriter immutari, ipsumque æmulari Proteum. Conjicere licet, Empusam etiam illam in sexcentas species verti solitam, ex eo genere mulierem a fabula esse traditam.

20. Præter hæc neque Romanorum saltatio oblivione prætermittenda est, quam generosissimi illorum viri, Salii dicti (quæ sacerdotii appellatio est), deorum bellicosissimo, Marti, obeunt, gravissimam sanctissimamque.

21. Bithyna autem fabula est, et ista ab Italicis non multum abhorrens, qua aiunt Priapum, bellatorem genium, Titanum, puto, unum aut Dactylorum Idæorum, disciplinam vibrandi arma professorum, acceptum a Junone Martem, puerum illum quidem adhuc, sed durum et supra modum virilem, non prius armis pugnare docuisse, quam saltatorem perfectum reddidisset. Hac de re etiam merces illi a Junone attributa, ut decimam semper eorum, quæ de bello ad Martem pervenirent, ab eo acciperet.

22. Dionysiaca enim et Bacchica non puto te exspectare ut ex me audias saltationem fuisse illa omnia. Quum enim tria summa genera essent saltationis, Cordax, Sicinnis et Emmelia; ministri Dionysi Satyri has inventas a se nominarunt singulas. Et hac arte usus Dionysus Tyrrhenes et Indos et Lydos domuit, et gentem adeo pugnacem iisdem thiasis inducendis subegit.

23. Quæ quum ita sint, vir admirabilis, vide ne impium sit accusare studium divinum simul et mysticum, et a tot diis cultum, et quod illorum honori exercetur, et tantam delectationem simul et utilem lusum præbet. Miror vero illam etiam rationem tuam, quum amatorem te Homeri atque

καὶ Ἡσιόδου μάλιστα ἐραστὴν ὄντα σε — αὖθις γὰρ ἐπὶ τοὺς ποιητὰς ἐπάνειμι — πῶς ἀντιφθέγγεσθαι ἐκείνοις τολμᾷς πρὸ τῶν πάντων ὄρχησιν ἐπαινοῦσιν· ὁ μὲν γὰρ Ὅμηρος τὰ ἥδιστα καὶ κάλλιστα καταλέγων, ὕπνον καὶ φιλότητα καὶ μολπὴν καὶ ὄρχησιν, ταύτην μόνην ἀμύμονα ὠνόμασε, προσμαρτυρήσας νὴ Δία καὶ τὸ ἡδὺ τῇ μολπῇ, ἅπερ ἀμφότερα τῇ ὀρχηστικῇ πρόσεστι, καὶ ᾠδὴ γλυκερὰ καὶ ὀρχηθμὸς ἀμύμων, ὃν σὺ νῦν μωμᾶσθαι ἐπινοεῖς. Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς ποιήσεως·

> Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
> ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

Ἱμερόεσσα γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ μετ' ὀρχήσεως ᾠδὴ καὶ δῶρον θεῶν τοῦτο κάλλιστον. Καὶ ἔοικεν εἰς δύο διῃρηκὼς ὁ Ὅμηρος τὰ πάντα πράγματα, πόλεμον καὶ εἰρήνην, τοῖς τοῦ πολέμου μόνα ταῦτα ὡς κάλλιστα ἀντιτεθεικέναι.

24. Ὁ δὲ Ἡσίοδος οὐ παρ' ἄλλου ἀκούσας, ἀλλ' ἰδὼν αὐτὸς ἕωθεν εὐθὺς ὀρχουμένας τὰς Μούσας ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν τοῦτο περὶ αὐτῶν τὸ μέγιστον ἐγκώμιον διηγεῖται, ὅτι « περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν ὀρχεῦνται » τοῦ πατρὸς τὸν βωμὸν περιχορεύουσαι. Ἀλλὰ σὺ μέν, ὦ γενναῖε, μονονουχὶ θεομαχῶν ὑβρίζεις εἰς τὴν ὀρχηστικήν.

25. Ὁ Σωκράτης δὲ σοφώτατος ἀνήρ — εἴ γε πιστευτέον τοῦτο περὶ αὐτοῦ λέγοντι τῷ Πυθίῳ — οὐ μόνον ἐπῄνει τὴν ὀρχηστικήν, ἀλλὰ καὶ ἐκμαθεῖν αὐτὴν ἠξίου μέγιστον ἀπονέμων εὐρυθμίᾳ καὶ εὐμουσίᾳ καὶ κινήσει ἐμμελεῖ καὶ εὐσχημοσύνῃ τοῦ κινουμένου, καὶ οὐκ ᾐδεῖτο γέρων ἀνὴρ ἓν τῶν σπουδαιοτάτων μαθημάτων καὶ τοῦτο ἡγούμενος εἶναι· καὶ ἔμελλέ γε ἐκεῖνος περὶ ὀρχηστικὴν οὐ μετρίως σπουδάσεσθαι, ὅς γε καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ὤκνει μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα τῶν αὐλητρίδων ἐφοίτα καὶ παρ' ἑταίρας γυναικὸς οὐκ ἀπηξίου σπουδαῖόν τι ἀκούειν τῆς Ἀσπασίας. Καίτοι ἐκεῖνος ἄρτι ἀρχομένην ἑώρα τότε τὴν τέχνην καὶ οὐδέπω εἰς τοσοῦτον κάλλος διηρθρωμένην. Εἰ δὲ τοὺς νῦν ἐπὶ μέγιστον αὐτὴν προαγαγόντας ἐθεᾶτο, εὖ οἶδα, πάντων ἂν ἐκεῖνός γε ἀφέμενος μόνῳ τῷ θεάματι τούτῳ τὸν νοῦν ἂν προσεῖχε καὶ τοὺς παῖδας οὐκ ἂν ἄλλο τι πρὸ αὐτοῦ ἐδιδάξατο.

26. Δοκεῖς δέ μοι, ὅταν κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπαινῇς, ἐπιλελῆσθαι ὅτι καὶ ἐν ἑκατέρᾳ ἐκείνων ὀρχήσεως ἴδιόν τι εἶδός ἐστιν, οἷον τραγικῇ μὲν ἡ ἐμμέλεια, κωμῳδικῇ δὲ ὁ κόρδαξ, ἐνίοτε δὲ καὶ τρίτης σικιννίδος προσλαμβανομένης. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν ἀρχῇ προετίμησας τῆς ὀρχήσεως τὴν τραγῳδίαν καὶ κωμῳδίαν καὶ αὐλητὰς κυκλίους καὶ κιθαρῳδίαν ἐναγώνια ταῦτα καὶ διὰ τοῦτο σεμνὰ προσειπών, φέρε νῦν ἀντεξετάσωμεν τῇ ὀρχήσει ἕκαστον αὐτῶν. Καίτοι τὸν μὲν αὐλόν, εἰ δοκεῖ, καὶ τὴν κιθάραν παρῶμεν· μέρη γὰρ τῆς τοῦ ὀρχηστοῦ ὑπηρεσίας καὶ ταῦτα.

27. Τὴν τραγῳδίαν δέ γε ἀπὸ τοῦ σχήματος πρῶτον καταμάθωμεν οἷά ἐστιν, ὡς εἰδεχθὲς ἅμα καὶ φοβε-

Hesiodi inprimis norim (rursus enim ad poetas redeo), quomodo contradicere illis audeas, saltationem ante omnia laudantibus. Etenim Homerus suavissima et pulcherrima dum enarrat, somnum et amorem et cantum et saltationem, solam hanc nominavit « reprehensionis expertem, » qui hercle etiam suavitatem suo testimonio cantui tribuat; quorum utrumque sane saltatoriæ adest, cum cantus dulcis, tum saltatio reprehensionis expers, quam tu tamen nunc reprehendere audes. Et rursus in alia parte suæ poeseos :

> Istum namque deus concinnat bellipotentem,
> hunc alium choreæque et cantus amabilis ornat.

Amabilis enim revera cantus cum chorea, et donum deorum hoc pulcherrimum. Et videtur in classes duas divisisse Homerus res omnes agendas, bellum et pacem, ac bellicis rebus sola hæc tanquam pulcherrima opposuisse.

24. Hesiodus vero, qui non audisset ab alio, sed ipse vidisset mane statim saltantes Musas, in principio carminis hanc maximam earum laudem enarrat, quod

> Cæruleum circa fontem tenero pede saltant,
> et patris circum ductant altare choreas.

At tu, generose, tantum non deos oppugnans contumeliose cum saltatoria agis.

25. At Socrates, vir sapientissimus, si quidem fides habenda dicenti hoc de ipso Pythio, non laudabat modo saltatoriam, sed discere etiam illam operæ pretium putabat, qui plurimum tribueret concinnitati, et musicæ venustati, et numerosis motibus, et decenti inter movendum habitui; nec pudebat virum senem, hanc quoque disciplinam ex iis esse putare, quæ summo cum studio sint tractandæ. Nec mediocriter ille circa saltatoriam elaboraturus erat, qui parva etiam impigre disceret, quin tibicinarum scholas frequentaret, et a muliere meretrice, Aspasia, grave quiddam audire non dedignaretur. Quanquam ille nascentem modo videbat artem, et nondum ad tantam pulchritudinem quasi articulis omnibus perfectam. Si vero eos vidisset, qui nunc ad summum eam fastigium evexerunt, omnibus ille, bene novi, relictis, soli huic spectaculo advertisset animum, neque aliud quicquam pueros doceri jussisset prius.

26. Videris autem, quum comœdiam laudas et tragœdiam, oblitus esse, etiam in unaquaque illarum suum quoddam saltationis genus inesse, nempe tragicæ poesi eam quæ Emmelia vocatur, comicæ autem Cordacem : interdum vero tertium quoque, assumta Sicinnide. Quum vero in principio etiam prætuleris saltationi tragœdiam et comœdiam, et illos in circulis tibicines, et citharœdorum artem, quæ certaminis materiem præbent et ob id ipsum honesta et gravia abs te appellata sunt : age jam componamus unum quodque eorum cum saltatione. Quanquam tibiam citharamque, si videtur, prætermittamus : partes enim istæ quoque ministerii saltatoris.

27. Tragœdiam vero primum ab habitu suo, qualis sit, contemplemur : quam odiosum simul et terribile specta-

ρὸν θέαμα εἰς μῆκος ἄρρυθμον ἠσκημένος ἄνθρωπος, ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος, πρόσωπον ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατεινόμενον ἐπικείμενος καὶ στόμα κεχηνὸς πάμμεγα ὡς καταπιόμενος τοὺς θεατάς, ἐῶ λέγειν προστερνίδια καὶ προγαστρίδια, προσθετὴν καὶ ἐπιτεχνητὴν παχύτητα προσποιούμενος, ὡς μὴ τοῦ μήκους ἡ ἀρρυθμία ἐν λεπτῷ μᾶλλον ἐλέγχοιτο· εἶτ' ἔνδοθεν αὐτὸς κεκραγώς, ἑαυτὸν ἀνακλῶν καὶ κατακλῶν, ἐνίοτε καὶ περιᾴδων τὰ ἰαμβεῖα, καὶ τὸ δὴ αἴσχιστον μελῳδῶν τὰς συμφορὰς καὶ μόνης τῆς φωνῆς ὑπεύθυνον παρέχων ἑαυτόν· τὰ γὰρ ἄλλα τοῖς ποιηταῖς ἐμέλησε πρὸ πολλοῦ ποτε γενομένοις· καὶ μέχρι μὲν Ἀνδρομάχη τις ἢ Ἑκάβη ἐστί, φορητὸς ἡ ᾠδή, ὅταν δὲ Ἡρακλῆς αὐτὸς εἰσελθὼν μονῳδῇ ἐπιλαθόμενος αὑτοῦ καὶ μήτε τὴν λεοντῆν αἰδεσθεὶς μήτε τὸ ῥόπαλον ὃ περίκειται, σολοικίαν εὖ φρονῶν εἰκότως φαίη ἄν τις τὸ πρᾶγμα.

28. Καὶ γὰρ αὖ, ὅπερ ἐνεκάλεις τῇ ὀρχηστικῇ, τὸ ἄνδρας ὄντας γυναῖκας μιμεῖσθαι, κοινὸν τοῦτο καὶ τῆς τραγῳδίας καὶ τῆς κωμῳδίας ἔγκλημα ἂν εἴη· πλείους γοῦν ἐν αὐταῖς τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες.

29. Ἡ κωμῳδία δὲ καὶ τῶν προσώπων αὐτῶν τὸ καταγέλαστον μέρος τοῦ τερπνοῦ αὐτῇ νενόμικεν, οἷα Δάων καὶ Τιβίων καὶ μαγείρων πρόσωπα. Τὸ δὲ τοῦ ὀρχηστοῦ σχῆμα ὡς μὲν κόσμιον καὶ εὐπρεπὲς οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν· δῆλα γὰρ τοῖς μὴ τυφλοῖς ταῦτα. Τὸ δὲ πρόσωπον αὐτὸ ὡς κάλλιστον καὶ τῷ ὑποκειμένῳ δράματι ἐοικός, οὐ κεχηνὸς δὲ ὡς ἐκεῖνα ἀλλὰ συμμεμυκός· ἔχει γὰρ πολλοὺς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ βοῶντας.

30. Πάλαι μὲν γὰρ οἱ αὐτοὶ καὶ ᾖδον καὶ ὠρχοῦντο· εἶτ' ἐπειδὴ κινουμένων τὸ ἆσθμα τὴν ᾠδὴν ἐπετάραττεν, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλους αὐτοῖς ὑπᾴδειν.

31. Αἱ δὲ ὑποθέσεις κοιναὶ ἀμφοτέροις, καὶ οὐδέν τι διακεκριμέναι τῶν τραγικῶν αἱ ὀρχηστικαί, πλὴν ὅτι ποικιλώτεραι αὗται καὶ πολυμαθέστεραι καὶ μυρίας μεταβολὰς ἔχουσαι.

32. Εἰ δὲ μὴ ἐναγώνιος ἡ ὄρχησις, ἐκείνην εἶναί φημι αἰτίαν, τὸ δόξαι τοῖς ἀγωνοθέταις μεῖζον καὶ σεμνότερον τὸ πρᾶγμα ἢ ὥστε εἰς ἐξέτασιν καλεῖσθαι. Ἐῶ λέγειν ὅτι πόλις ἐν Ἰταλίᾳ τοῦ Χαλκιδικοῦ γένους ἡ ἀρίστη καὶ τοῦτο ὥσπερ τι κόσμημα τῷ παρ' αὐτοῖς ἀγῶνι προστέθεικεν.

33. Ἐθέλω δέ σοι ἐνταῦθα ἤδη ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ τῶν παραλελειμμένων τῷ λόγῳ παμπόλλων ὄντων, ὡς μὴ δόξαν ἀγνοίας ἢ ἀμαθίας παράσχωμαι· οὐ γάρ με λέληθεν ὅτι πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ ὀρχήσεως συγγεγραφότες τὴν πλείστην διατριβὴν τῆς γραφῆς ἐποιήσαντο πάντα τῆς ὀρχήσεως τὰ εἴδη ἐπεξιόντες καὶ ὀνόματα αὐτῶν καταλέγοντες καὶ οἵα ἑκάστη καὶ ὑφ' ὅτου εὑρέθη, πολυμαθείας ταύτην ἐπίδειξιν ἡγούμενοι παρέξειν. Ἐγὼ δὲ μάλιστα μὲν τὴν περὶ ταῦτα φιλοτιμίαν ἀπειρόκαλόν τε καὶ ὀψιμαθῆ καὶ ἐμαυτῷ ἄκαιρον οἴομαι εἶναι καὶ διὰ τοῦτο παρίημι.

34. Ἔπειτα δὲ κἀκεῖνό σε ἀξιῶ ἐννοεῖν καὶ μεμνῆσθαι, ὅτι μοι νῦν οὐ πᾶσαν ὄρχησιν πρόκειται γενεαλο-

culum in longitudinem inconcinnam excultus homo, cothurnis invectus altis, personam impositam gerens, quæ ultra caput emineat, et os latissime hians, quasi devoraturus esset spectatores : omitto dicere antepectoralia et anteventralia, asciticiam et artificialem crassitiem assumens, ne longitudinis inconcinnitas in tenui corpore magis deprehendatur : deinde intra personam ipse clamans, nunc sublata, nunc demissa voce et fracta, nonnunquam etiam cantu invertens iambicos versus, et, quod turpissimum est, ad modos præscriptos cantans calamitates, et solius se vocis auctorem præstans : reliqua enim poetæ qui olim fuere curarunt. Et quamdiu Andromache quædam aut Hecuba est quæ agitur, tolerabilis cantus : quum vero ingressus in scenam ipse Hercules solus canit, oblitus sui, nec leoninam reveritus, neque clavam quam gestat, solœcismum eam rem prudens quisque merito vocaverit.

28. Rursus enim, quod reprehendebas saltatoriam, quod viri nati imitentur mulieres, illud commune tragœdiæ pariter et comœdiæ crimen fuerit : plures enim viris in utraque mulieres.

29. Comœdia vero in ipsis quoque personis eam partem delectationis, quæ ridiculo constat, ad se pertinere putavit, quales sunt Davorum et Tibiorum et coquorum personæ. Contra saltatoris habitus quam ornatus et decorus sit, non opus est uti dicam : manifesta enim sunt ista his qui cæci non sunt. Persona autem ipsa ut pulcherrima est, et subjectæ actioni apta! non hians ut istæ, sed clauso ore : nam multos habet pro se clamantes.

30. Etenim olim iidem canebant saltabantque : deinde quum moventium se spiritus difficilius commeans turbaret cantum, commodius visum est alios illis succinere.

31. Ceterum argumenta utrisque communia, neque different a tragicis saltatoria, nisi quod hæc majorem varietatem habent, et plus doctrinæ, et mille mutationes.

32. Si vero certaminum publicorum materia non est saltatio, ejus rei hanc aio esse causam, quod præsidibus certaminum major res videtur atque honestior, quam quæ ad tale examen vocetur. Omitto dicere illud, quod urbs Italiæ, Chalcidici generis præstantissima, etiam hoc quasi ornamentum quoddam certaminibus, quæ apud se aguntur, adjecit.

33. Volo autem hic tibi jam causam dicere pro his, quæ in oratione mea, et plurima quidem, prætermisi, ne ignorantiæ aut inscitiæ opinionem præbeam. Neque enim fugit me, multos ante nos de saltatione qui scriberent, majorem scriptionum suarum partem in eo consumsisse, ut omnes saltationis species percurrerent, et nomina illarum recenserent, et quæ esset unaquæque, et a quo inventa esset, rati se multiplicis doctrinæ demonstrationem hanc exhibituros. Ego vero inprimis ambitiosum circa talia studium ineptum et hominis seri studiorum, et mihi intempestivum esse arbitror, ac propterea omitto.

34. Deinde vero illud etiam te cogitare et meminisse jubeo, mihi jam non propositum hoc esse, ut uniuscujusque sal-

γεῖν, οὐδὲ τοῦτον τὸν σκοπὸν ὑπεστησάμην τῷ λόγῳ ὀρχήσεων ὀνόματα καταριθμήσασθαι πλὴν ὅσων ἐν ἀρχῇ ὀλίγων ἐπεμνήσθην τὰς γενικωτέρας αὐτῶν προχειρισάμενος· ἀλλὰ τό γε ἐν τῷ παρόντι μοι κεφάλαιον τοῦ λόγου τοῦτό ἐστι τὴν νῦν ὄρχησιν καθεστῶσαν ἐπαινέσαι καὶ δεῖξαι ὅσα ἐν αὐτῇ τερπνὰ καὶ χρήσιμα περιλαβοῦσα ἔχει, οὐ πάλαι ἀρξαμένη ἐς τοσοῦτον κάλλος ἐπιδιδόναι, ἀλλὰ κατὰ τὸν Σεβαστὸν μάλιστα· αἱ μὲν γὰρ πρῶται ἐκεῖναι ὥσπερ τινὲς ῥίζαι καὶ θεμέλιοι τῆς ὀρχήσεως ἦσαν, τὸ δὲ ἄνθος αὐτῆς καὶ τὸν τελεώτατον καρπὸν, ὅπερ νῦν μάλιστα ἐς τὸ ἀκρότατον ἀποτετέλεσται, τοῦτο νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται παρεὶς τὸ θερμαϋστρίζειν καὶ γέρανον ὀρχεῖσθαι καὶ τἄλλα ὡς μηδὲν τῇ νῦν ταύτῃ ἔτι προσήκοντα· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο τὸ Φρύγιον τῆς ὀρχήσεως εἶδος τὸ παροίνιον καὶ συμποτικὸν μετὰ μέθης γιγνόμενον, ἀγροίκων πολλάκις πρὸς αὔλημα γυναικεῖον ὀρχουμένων σφοδρὰ καὶ καματηρὰ πηδήματα καὶ νῦν ἔτι ταῖς ἀγροικίαις ἐπιπολάζοντα, ὑπ' ἀγνοίας παρέλιπον, ἀλλ' ὅτι μηδὲν ταῦτα τῇ νῦν ὀρχήσει κοινωνεῖ. Καὶ γὰρ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις τὰ μέν τινα εἴδη ἐπαινεῖ ταύτης, τὰ δὲ πάνυ ἀπαξιοῖ διαιρῶν αὐτὰ ἔς τε τὸ τερπνὸν καὶ τὸ χρήσιμον καὶ ἀπελαύνων αὐτῶν τὰ ἀσχημονέστερα, προτιμῶν δὲ καὶ θαυμάζων θάτερα.

35. Καὶ περὶ μὲν αὐτῆς ὀρχήσεως τοσαῦτα· τὸ γὰρ πάντα ἐπεξιόντα μηκύνειν τὸν λόγον ἀπειρόκαλον. Ἃ δὲ τὸν ὀρχηστὴν αὐτὸν ἔχειν χρὴ καὶ ὅπως δεῖ ἠσκῆσθαι καὶ ἃ μεμαθηκέναι καὶ οἷς κρατύνειν τὸ ἔργον, ἤδη σοι δίειμι, ὡς μάθῃς οὐ τῶν ῥᾳδίων καὶ τῶν εὐμεταχειρίστων οὖσαν τὴν τέχνην, ἀλλὰ πάσης παιδεύσεως ἐς τὸ ἀκρότατον ἀφικνουμένην, οὐ μουσικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥυθμικῆς καὶ μετρικῆς καὶ τῆς σῆς φιλοσοφίας μάλιστα, τῆς τε φυσικῆς καὶ τῆς ἠθικῆς· τὴν γὰρ διαλεκτικὴν αὐτῆς περιεργίαν ἄκαιρον αὐτῇ νενόμικεν. Οὐ μὴν οὐδὲ ῥητορικῆς ἀφέστηκεν, ἀλλὰ καὶ ταύτης μετέχει, καθ' ὅσον ἤθους τε καὶ πάθους ἐπιδεικτική ἐστιν, ὧν καὶ οἱ ῥήτορες γλίχονται. Οὐχ ἀπήλλακται δὲ καὶ γραφικῆς καὶ πλαστικῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν ταύταις εὐρυθμίαν μάλιστα μιμουμένη φαίνεται, ὡς μηδὲν ἀμείνω μήτε Φειδίαν αὐτῆς μήτε Ἀπελλῆν εἶναι δοκεῖν.

36. Πρὸ πάντων δὲ Μνημοσύνην καὶ τὴν θυγατέρα αὐτῆς Πολύμνιαν ἵλεων ἔχειν αὐτῇ πρόκειται καὶ μεμνῆσθαι πειρᾶται ἁπάντων· κατὰ γάρ τοι τὸν Ὁμηρικὸν Κάλχαντα τὸν ὀρχηστὴν εἰδέναι χρὴ « τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα, » ὡς μηδὲν αὐτὸν διαλαθεῖν, ἀλλ' εἶναι πρόχειρον τὴν μνήμην αὐτῶν. Καὶ τὸ μὲν κεφάλαιον τῆς ὑποθέσεως, μιμητική τίς ἐστιν ἐπιστήμη καὶ δεικτικὴ καὶ τῶν ἐννοηθέντων ἐξαγορευτικὴ καὶ τῶν ἀφανῶν σαφηνιστικὴ, καὶ ὅπερ ὁ Θουκυδίδης περὶ τοῦ Περικλέους ἔφη ἐπαινῶν τὸν ἄνδρα, τοῦτο καὶ τὸ τοῦ ὀρχηστοῦ ἀκρότατον ἐγκώμιον ἂν εἴη, γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτά· ἑρμηνείαν δὲ νῦν τὴν σαφήνειαν τῶν σχημάτων λέγω.

tationis origines persequar, neque hunc libro huic scopum a me constitutum, enumerare saltationum nomina, præter pauca illa, quorum ab initio mentionem feci, quum summa earum genera proferrem. Sed summa mihi præsentis libri hæc est, laudare saltationem ut nunc constituta est, atque ostendere quantum illa delectationis et utilitatis complexa habeat, quum non olim inceperit tanta pulchritudinis incrementa habere, sed Augusto maxime imperante. Nam primæ illæ quasi radices quædam et fundamenta erant saltationis: sed florem ejus, et perfectissimum fructum, qui nunc maxime ad summum perfectionis fastigium pervenit, hæc nunc oratio nostra persequitur, omisso quid sit Thermaystrida vel gruem saltare, et reliqua, quæ nihil jam ad hodiernam pertineant. Neque enim illud Phrygium saltationis genus, vinolentum istud et in conviviis inter ebrios exerceri solitum, rusticorum sæpe ad tibicinæ cantum saltantium saltus vehementes et laboriosos, qui nunc adhuc inter rusticos frequentantur, per ignorantiam quandam prætermisi; verum quod hæc talia nihil cum hodierna saltatione commune habent. Etenim Plato in Legibus quædam hujus genera laudat, quædam vero plane rejicit, dividens illa ipsa secundum delectationem et utilitatem, et ab iis removens indecora, præferens autem et admiratione prosequens altera.

35. Ac de saltatione ipsa tantum: omnibus enim persequendis producere orationem, ineptum fuerit. Quæ vero saltatorem ipsum habere oporteat, quomodo exercitatus esse debeat, et quæ didicisse et quibus rebus confirmare opus suum, jam tibi enarro, uti discas non inter faciles et leves tractatu esse hanc artem, sed ad summum omnis doctrinæ fastigium pertinere, non musicæ modo, sed rhythmicæ etiam, et geometricæ, et philosophiæ illius tuæ maxime, tum naturalis tum moralis: nam disputatricem illius subtilitatem intempestivam sibi putavit. Verum neque ab oratoria removit se, sed hujus quoque partem sibi vindicavit, in quantum mores atque affectus declaret, quam rem etiam oratores studiose sectantur. Neque vero abhorret a pictura et plastice, sed harum quoque artium concinnitatem inprimis imitari deprehenditur, ut nihilo melior neque Phidias neque Apelles illa esse videatur.

36. Ante omnia vero Mnemosynen ejusque Polymniam filiam propitiam habere illi propositum est, ac meminisse tentat omnium. More enim Homerici illius Calchantis scire oportet saltatorem » quæ sunt et quæ fient omnia, quæque fuere, » ut nihil ipsum fugiat, sed promta sit illorum memoria. Et quantum ad capitale argumentum et propositum artis, scientia est imitandi, ostendendique et cogitata proferendi, et obscura declarandi: et quod Thucydides in laude Periclis dixit, illa summa etiam saltatoris laus fuerit, intelligere quid oporteat, et explicare ea: explicationem autem nunc dico claram uniuscujusque habitus expressionem.

37. Ἡ δὲ πᾶσα τῷ ἔργῳ χορηγία ἡ παλαιὰ ἱστορία ἐστὶν, ὡς προεῖπον, καὶ ἡ πρόχειρος αὐτῆς μνήμη τε καὶ μετ' εὐπρεπείας ἐπίδειξις· ἀπὸ γὰρ χάους εὐθὺς καὶ τῆς πρώτης τοῦ κόσμου γενέσεως ἀρξάμενον χρὴ αὐτὸν ἅπαντα εἰδέναι ἄχρι τῶν κατὰ τὴν Κλεοπάτραν τὴν Αἰγυπτίαν. Τούτῳ γὰρ τῷ διαστήματι περιωρίσθω ἡμῖν ἡ τοῦ ὀρχηστοῦ πολυμάθεια καὶ τὰ διὰ μέσου μάλιστα ἴστω, Οὐρανοῦ τομὴν, Ἀφροδίτης γονὰς, Τιτάνων μάχην, Διὸς γέννησιν, Ῥέας ἀπάτην, λίθου ὑποβολὴν, Κρόνου δεσμὰ, τὸν τῶν τριῶν ἀδελφῶν κλῆρον.

37. Apparatus omnis hujus operis antiqua historia est, ut prædixi, et promta illius tum memoria, tum decora repræsentatio. Oportet enim illum, captis ab ipso statim Chao et prima mundi origine initiis, scire omnia, ad Cleopatram usque Ægyptiam. Hoc enim intervallo definiatur nobis saltatoris multiplex scientia, eaque præsertim sciat quæ interjecta sunt, Cœli castrationem, natales Veneris, Titanum pugnam, Jovis nativitatem, fraudem Rheæ, subjectum lapidem, Saturni vincula, fratrum trium sortem.

38. Εἶτα ἑξῆς Γιγάντων ἐπανάστασιν, πυρὸς κλοπὴν, ἀνθρώπων πλάσιν, Προμηθέως κόλασιν, Ἔρωτος ἰσχὺν ἀμφοτέρου, καὶ μετὰ ταῦτα Δήλου πλάνην καὶ Λητοῦς ὠδῖνας καὶ Πύθωνος ἀναίρεσιν καὶ Τιτυοῦ ἐπιβουλὴν καὶ τὸ μέσον τῆς γῆς εὑρισκόμενον πτήσει τῶν ἀετῶν.

38. Tum deinceps Gigantum seditionem, ignem furto subductum, homines formatos, Promethei pœnam, vim utriusque Amoris ; et post ista Deli insulæ errores, et Latonæ partum, et Pythonem sublatum, Tityi insidias, mediumque telluris locum volatu aquilarum deprehensum.

39. Δευκαλίωνα ἐπὶ τούτοις καὶ τὴν μεγάλην ἐπ' ἐκείνου τοῦ βίου ναυαγίαν καὶ λάρνακα μίαν λείψανον τοῦ ἀνθρωπείου γένους φυλάττουσαν καὶ ἐκ λίθων ἀνθρώπους πάλιν, εἶτα Ἰάκχου σπαραγμὸν καὶ Ἥρας δόλον καὶ Σεμέλης κατάφλεξιν καὶ Διονύσου ἀμφοτέρας τὰς γονὰς καὶ ὅσα περὶ Ἀθηνᾶς καὶ ὅσα περὶ Ἡφαίστου καὶ Ἐριχθονίου καὶ τὴν ἔριν τὴν περὶ τῆς Ἀττικῆς καὶ Ἁλιρρόθιον καὶ τὴν πρώτην ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίσιν, καὶ ὅλως τὴν Ἀττικὴν πᾶσαν μυθολογίαν.

39. Deucalionem super hæc, et magnum hoc vivente sæculi naufragium, et arcam unam reliquias humani generis servantem, et enatos rursus ex lapidibus homines : tum Iacchum laceratum, et Junonis dolum, et combustam Semelen, et utramque Dionysi nativitatem, et quæcumque traduntur de Minerva, de Vulcano et Erichthonio, et contentionem de Attica, et (interfectum a Marte) Halirrhothium, et primum (de ea re) in Areopago judicium, et Atticam in universum mythologiam omnem.

40. Ἐξαιρέτως δὲ τὴν Δήμητρος πλάνην καὶ Κόρης εὕρεσιν καὶ Κελεοῦ ξενίαν καὶ Τριπτολέμου γεωργίαν καὶ Ἰκαρίου ἀμπελουργίαν καὶ τὴν Ἠριγόνης συμφορὰν, καὶ ὅσα περὶ Βορέου καὶ ὅσα περὶ Ὠρειθυίας καὶ Θησέως καὶ Αἰγέως· ἔτι δὲ τὴν Μηδείας ὑποδοχὴν καὶ αὖθις ἐς Πέρσας φυγὴν καὶ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας καὶ τὰς Πανδίονος, ἅ τε ἐν Θράκῃ ἔπαθον καὶ ἔπραξαν· εἶτα ὁ Ἀκάμας καὶ ἡ Φυλλὶς καὶ ἡ προτέρα δὲ τῆς Ἑλένης ἁρπαγὴ καὶ ἡ στρατεία τῶν Διοσκούρων ἐπὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ Ἱππολύτου πάθος καὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδος· Ἀττικὰ γὰρ καὶ ταῦτα εἰκότως ἂν νομίζοιτο. Ταῦτα μὲν τὰ Ἀθηναίων ὀλίγα πάνυ δείγματος ἕνεκα ἐκ πολλῶν τῶν παραλελειμμένων διῆλθον.

40. Præter cetera vero errorem Cereris, inventamque Proserpinam, et Celei hospitium, et agriculturam Triptolemi, et vineam ab Icario cultam, et calamitatem Erigones, et quæcumque de Borea, et de Orithyia, et Theseo, et Ægeo narrantur. Ad hæc receptionem Medeæ, et rursus fugam ad Persas, et Erechthei filias, et Pandionis, quæ in Thracia vel passæ sunt vel fecerunt. Postea tenendi sunt Acamas et Phyllis, et prior Helenæ raptus, et Dioscurorum contra urbem expeditio, et quæ acciderunt Hippolyto, et Heraclidarum reditus : Attica enim ista quoque videri possunt merito. Atque ista quidem Atheniensium, pauca sane, speciminis causa de multis omissis retuli.

41. Ἑξῆς δὲ Μέγαρα καὶ Νῖσος καὶ Σκύλλα καὶ πορφυροῦς πλόκαμος καὶ Μίνωος πόρος καὶ περὶ τὴν εὐεργέτιν ἀχαριστία· οἷς ἑξῆς ὁ Κιθαιρὼν καὶ τὰ Θηβαίων καὶ Λαβδακιδῶν πάθη καὶ Κάδμου ἐπιδημία καὶ βοὸς ὄκλασις καὶ ὄφεως ὀδόντες καὶ Σπαρτῶν ἀνάδοσις καὶ αὖθις τοῦ Κάδμου εἰς δράκοντα μεταβολὴ καὶ πρὸς λύραν τείχισις καὶ μανία τοῦ τειχοποιοῦ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τῆς Νιόβης ἡ μεγαλαυχία καὶ ἡ ἐπὶ τῷ πένθει σιγὴ καὶ τὰ Πενθέως καὶ Ἀκτέωνος καὶ τὰ Οἰδίποδος καὶ Ἡρακλῆς σὺν τοῖς ἄθλοις αὐτοῦ ἅπασι καὶ ἡ τῶν παίδων σφαγή.

41. Deinde occurrunt Megara, et Nisus, et Scylla et cincinnus purpureus, et profectio Minois, ingratusque adversus bene de se meritam animus : post quæ sequuntur Cithæron, et Thebanorum Labdacidarumque res tragicæ, et Cadmi adventus, et bos procumbens, et dentes serpentis, et Spartorum exortus, ac rursus Cadmi in serpentem mutatio, et ædificatio Amphionis ad lyram, et furor structoris et uxoris illius Niobes magniloquentia, et in luctu silentium, et Penthei, et Actæonis, et Œdipi res, et Hercules suis cum laboribus omnibus, et liberorum illius cædes.

42. Εἶθ' ἡ Κόρινθος πλέα καὶ αὐτὴ μύθων, τὴν Γλαύκην καὶ τὸν Κρέοντα ἔχουσα, καὶ τὸν πρὸ αὐτῶν Βελλεροφόντην καὶ τὴν Σθενέβοιαν καὶ Ἡλίου μάχην καὶ Ποσειδῶνος, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν Ἀθάμαντος μα-

42. Tum Corinthus plena et ipsa fabularum, quæ Glaucen habeat et Creontem, et ante hos Bellerophontem et Sthenobœam et Solis atque Neptuni pugnam : ac post hæc

νίαν καὶ τῶν Νεφέλης παίδων ἐπὶ τοῦ κριοῦ τὴν διαέριον φυγήν, Ἰνοῦς καὶ Μελικέρτου ὑποδοχήν.

43. Ἐπὶ τούτοις τὰ Πελοπιδῶν καὶ Μυκῆναι καὶ τὰ ἐν αὐταῖς καὶ πρὸ αὐτῶν, Ἴναχος καὶ Ἰὼ καὶ ὁ φρουρὸς αὐτῆς Ἄργος καὶ Ἀτρεὺς καὶ Θυέστης καὶ Ἀερόπη, καὶ τὸ χρυσοῦν ἀρνίον καὶ Πελοπείας γάμος καὶ Ἀγαμέμνονος σφαγὴ καὶ Κλυταιμνήστρας τιμωρία· καὶ ἔτι πρὸ τούτων ἡ τῶν ἑπτὰ λοχαγῶν στρατεία καὶ ἡ τῶν φυγάδων γαμβρῶν τοῦ Ἀδράστου ὑποδοχὴ καὶ ὁ ἐπ' αὐτοῖς χρησμὸς καὶ ἡ τῶν πεσόντων ἀταφία καὶ Ἀντιγόνης διὰ ταῦτα καὶ Μενοικέως ἀπώλεια.

44. Καὶ τὰ ἐν Νεμέᾳ δὲ ἡ Ὑψιπύλη καὶ Ἀρχέμορος, ἀναγκαιότατα τῷ ὀρχηστῇ μνημονεύματα. Καὶ πρὸ αὐτῶν εἴσεται τὴν Δανάης παρθένευσιν καὶ Περσέως γέννησιν καὶ τὸν ἐπὶ τὰς Γοργόνας ἆθλον αὐτῷ προηρημένον, ᾧ οἰκεία καὶ ἡ Αἰθιοπικὴ διήγησις, Κασσιέπεια καὶ Ἀνδρομέδα καὶ Κηφεύς, οὓς καὶ ἄστροις ἐγκατέλεξεν ἡ τῶν μετὰ ταῦτα πίστις. Κἀκεῖνα δὲ τὰ ἀρχαῖα τὰ Αἰγύπτου καὶ Δαναοῦ εἴσεται καὶ τὴν ἐπιθαλάμιον ἐπιβουλήν.

45. Οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ ἡ Λακεδαίμων τοιαῦτα παρέχεται, τὸν Ὑάκινθον καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἀντεραστὴν Ζέφυρον καὶ τὴν ὑπὸ τῷ δίσκῳ τοῦ μειρακίου σφαγὴν καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἵματος ἄνθος καὶ τὴν ἐν αὐτῷ αἰάζουσαν ἐπιγραφήν, καὶ τὴν Τυνδάρεω ἀνάστασιν καὶ τὴν Διὸς ἐπὶ τούτῳ κατ' Ἀσκληπιοῦ ὀργήν· ἔτι δὲ καὶ τὸν Πάριδος ξενισμὸν καὶ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν μετὰ τὴν ἐπὶ τῷ μήλῳ κρίσιν.

46. Νομιστέον γὰρ τῇ Σπαρτιατικῇ ἱστορίᾳ καὶ τὴν Ἰλιακὴν συνῆφθαι, πολλὴν οὖσαν καὶ πολυπρόσωπον· καθ' ἕκαστον γοῦν τῶν ἐκεῖ πεσόντων δρᾶμα τῇ σκηνῇ πρόκειται· καὶ μεμνῆσθαι δεῖ τούτων ἀεί, μάλιστα ἀπὸ τῆς ἁρπαγῆς εὐθὺς ἄχρι τῶν ἐν τοῖς νόστοις γεγενημένων καὶ τῆς Αἰνείου πλάνης καὶ Διδοῦς ἔρωτος, ὧν οὐκ ἀλλότρια καὶ τὰ περὶ τὸν Ὀρέστην δράματα καὶ τὰ ἐν Σκυθίᾳ τῷ ἥρωϊ τετολμημένα. Οὐκ ἀπῳδὰ δὲ καὶ τὰ πρὸ τούτων, ἀλλὰ τοῖς Ἰλιακοῖς συγγενῆ, Ἀχιλλέως ἐν Σκύρῳ παρθένευσις καὶ Ὀδυσσέως μανία καὶ Φιλοκτήτου ἐρημία, καὶ ὅλως ἡ πᾶσα Ὀδύσσειος πλάνη καὶ Κίρκη καὶ Τηλέγονος καὶ ἡ Αἰόλου τῶν ἀνέμων δυναστεία καὶ τὰ ἄλλα μέχρι τῆς τῶν μνηστήρων τιμωρίας· καὶ πρὸ τούτων ἡ κατὰ Παλαμήδους ἐπιβουλὴ καὶ ἡ Ναυπλίου ὀργὴ καὶ ἡ Αἴαντος μανία καὶ ἡ θατέρου ἐν ταῖς πέτραις ἀπώλεια.

47. Ἔχει πολλὰς καὶ ἡ Ἦλις ἀφορμὰς τοῖς ὀρχεῖσθαι πειρωμένοις, τὸν Οἰνόμαον, τὸν Μυρτίλον, τὸν Κρόνον, τὸν Δία, τοὺς πρώτους τῶν Ὀλυμπίων ἀγωνιστάς.

48. Πολλὴ δὲ καὶ ἡ κατ' Ἀρκαδίαν μυθολογία, Δάφνης φυγή, Καλλιστοῦς θηρίωσις, Κενταύρων παροινία καὶ Πανὸς γοναί, Ἀλφειοῦ ἔρως καὶ ὕφαλος ἀποδημία.

49. Ἀλλὰ κἂν εἰς τὴν Κρήτην ἀφίκῃ τῷ λόγῳ, πάμπολλα κἀκεῖθεν ἡ ὄρχησις ἐρανίζεται τὴν Εὐρώ-

Athamantis furorem, et liberorum Nepheles aeriam in ariete fugam, Ino et Melicertam mari exceptos.

43. Post hæc Pelopidarum res et Mycenæ, tum quæ ibi ante hos quoque gesta sunt: Inachus, atque Io, ipsiusque Argus custos, et Atreus, ac Thyestes, et Aerope, et aureum vellus, et Pelopeæ nuptiæ, et cædes Agamemnonis, et pœna Clytæmnestræ: et ante hæc etiam septem ducum ad Thebas expeditio, receptioque generorum Adrasti exulum, oraculumque de illis, et insepulti qui ibi ceciderant, et Antigones propter ista Menœceique interitus.

44. Et quæ in Nemea acciderunt, Hypsipyle et Archemorus, res saltatori memoratu maxime necessariæ. Et ante ista sciet custoditam Danaes virginitatem, et natum ex ea Perseum, propositumque illi contra Gorgonas certamen; cui domestica etiam illa Æthiopica narratio, Cassiepea, et Andromeda, et Cepheus, quos astris etiam annumeravit fides posterior. Illa quoque antiqua sciet de Ægypto et Danao, et illas in nuptiali toro insidias.

45. Non pauca vero etiam Lacedæmon talia præbet: Hyacinthum, et rivalem Apollinis Zephyrum, et cædem pueri a disco, et florem ex sanguine, inscriptionemque in illo lugubrem; et excitatum ab inferis Tyndarum, Jovemque propterea iratum Æsculapio: porro hospitium Paridis, et Helenæ raptum, post judicium de pomo.

46. Putandum enim Spartanæ historiæ Iliacam quoque connexam esse, quæ multa est et multarum personarum: de unoquoque enim eorum, qui ibi ceciderunt, actus aliquis scenæ propositus est: et meminisse horum oportet semper, maxime statim inde a rapina usque ad ea quæ in reditu cujusque facta sunt, et errorum Æneæ et Didus amorum, a quibus non alieni actus circa Oresten, et quæ in Scythia heros ille ausus est. Neque abhorrent abhisce illa etiam ante gesta, sed cognata sunt rebus Iliacis, Achillis in Scyro pro virgine commoratio, furor simulatus Ulixis, Philoctetes destitutus, et tota in universum Ulixea peregrinatio, et Circe, et Telegonus, et Æoli in ventos potestas, et reliqua ad pœnam usque procorum: et ante hæc structæ Palamedi insidiæ, et Nauplii ira, et furor Ajacis, et alterius Ajacis in scopulis interitus.

47. Habet multas occasiones Elis quoque saltare conantibus, Œnomaum, Myrtilum, Saturnum, Jovem, primos Olympiorum certatores.

48. Multa quoque circa Arcadiam fabularum materies, Daphnes fuga, Callistus in feram mutatio, Centaurorum ebrii furores, Panis nativitas, amor Alphei et iter sub mari.

49. Verum etiam in Cretam si mente adveneris, plurima inde quoque sibi saltatio colligit, Europen, Pasi-

πην, τὴν Πασιφάην, τοὺς Ταύρους ἀμφοτέρους, τὸν Λαβύρινθον, τὴν Ἀριάδνην, τὴν Φαίδραν, τὸν Ἀνδρόγεων, τὸν Δαίδαλον, τὸν Ἴκαρον, τὸν Γλαῦκον, τὴν Πολυΐδου μαντικήν, τὸν Τάλω, τὸν χαλκοῦν τῆς Κρήτης περίπολον.

50. Κἂν εἰς Αἰτωλίαν μετέλθῃς, κἀκεῖ πολλὰ ἡ ὄρχησις καταλαμβάνει, τὴν Ἀλθαίαν, τὸν Μελέαγρον, τὴν Ἀταλάντην, τὸν δαλόν, καὶ ποταμοῦ καὶ Ἡρακλέους πάλην καὶ Σειρήνων γένεσιν καὶ Ἐχινάδων ἀνάδοσιν καὶ μετὰ τὴν μανίαν Ἀλκμέωνος οἴκησιν· εἶτα Νέσσον καὶ Δηϊανείρας ζηλοτυπίαν, ἐφ' ᾗ τὴν ἐν Οἴτῃ πυράν.

51. Ἔχει καὶ Θρᾴκη πολλὰ τῷ ὀρχησομένῳ ἀναγκαῖα, τὸν Ὀρφέα, τὸν ἐκείνου σπαραγμὸν καὶ τὴν λάλον αὐτοῦ κεφαλὴν τὴν ἐπιπλέουσαν τῇ λύρᾳ, καὶ τὸν Αἷμον καὶ τὴν Ῥοδόπην καὶ τὴν Λυκούργου κόλασιν.

52. Καὶ Θεσσαλία δὲ ἔτι πλείω παρέχεται, τὸν Πελίαν, τὸν Ἰάσονα, τὴν Ἄλκηστιν, τὸν τῶν πεντήκοντα νέων στόλον, τὴν Ἀργώ, τὴν λάλον αὐτῆς τρόπιν.

53. Τὰ ἐν Λήμνῳ, τὸν Αἰήτην, τὸν Μηδείας ὄνειρον τὸν Ἀψύρτου σπαραγμὸν καὶ τὰ ἐν τῷ παράπλῳ γενόμενα, καὶ μετὰ ταῦτα τὸν Πρωτεσίλαον καὶ τὴν Λαοδάμειαν.

54. Κἂν εἰς τὴν Ἀσίαν πάλιν διαβῇς, πολλὰ κἀκεῖ δράματα· ἡ γὰρ Σάμος εὐθὺς καὶ τὸ Πολυκράτους πάθος καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ μέχρι Περσῶν πλάνη, καὶ τὰ ἔτι ἀρχαιότερα, ἡ τοῦ Ταντάλου φλυαρία καὶ ἡ παρ' αὐτῷ θεῶν ἑστίασις καὶ ἡ Πέλοπος κρεουργία καὶ ὁ ἐλεφάντινος ὦμος αὐτοῦ.

55. Καὶ ἐν Ἰταλίᾳ δὲ ὁ Ἠριδανὸς καὶ Φαέθων καὶ αἴγειροι ἀδελφαὶ θρηνοῦσαι καὶ ἤλεκτρον δακρύουσαι.

56. Εἴσεται δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ τὰς Ἑσπερίδας καὶ τὸν φρουρὸν τῆς χρυσῆς ὀπώρας δράκοντα καὶ τὸν Ἄτλαντος μόχθον καὶ τὸν Γηρυόνην καὶ τὴν ἐξ Ἐρυθείας ἔλασιν τῶν βοῶν.

57. Οὐκ ἀγνοήσει δὲ καὶ τὰς μυθικὰς μεταμορφώσεις ἁπάσας, ὅσαι εἰς δένδρα ἢ θηρία ἢ ὄρνεα ἠλλάγησαν καὶ ὅσαι ἐκ γυναικῶν ἄνδρες ἐγένοντο, τὸν Καινέα λέγω καὶ τὸν Τειρεσίαν καὶ τοὺς τοιούτους.

58. Καὶ ἐν Φοινίκῃ δὲ Μύρραν καὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο πένθος μεριζόμενον, καὶ ταῦτα εἴσεται, καὶ τὰ νεώτερα δὲ ὅσα μετὰ τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν ἐτολμήθη ὑπό τε Ἀντιπάτρου καὶ παρὰ Σελεύκου ἐπὶ τῷ Στρατονίκης ἔρωτι.

59. Τὰ γὰρ Αἰγυπτίων μυστικώτερα ὄντα εἴσεται μέν, συμβολικώτερον δὲ ἐπιδείξεται, τὸν Ἔπαφον λέγω καὶ τὸν Ὄσιριν καὶ τὰς τῶν θεῶν εἰς τὰ ζῷα μεταβολάς· πρὸ πάντων δὲ τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας αὐτῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ Διὸς καὶ εἰς ὅσα ἑαυτὸν μετεσκεύασεν.

60. Εἴσεται δὲ καὶ τὴν ἐν Ἅδου ἅπασαν τραγῳδίαν καὶ τὰς κολάσεις καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίας καὶ τὴν Πειρίθου καὶ Θησέως ἄχρι τοῦ Ἅδου ἑταιρείαν.

61. Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, οὐδὲν τῶν ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου καὶ τῶν ἀρίστων ποιητῶν καὶ μάλιστα

phaen, et utriusque Tauros, Labyrinthum, Ariadnen Phædram, Androgeon, Dædalum, Icarum, Glaucum, Polyidi vaticinandi artem, Talum illum æneum per Cretam erronem.

50. Et in Ætoliam si transieris, etiam ibi multa invenit saltatio : Althæam, Meleagrum, Atalantam, fatalem illum torrem, Herculis cum fluvio luctam, Sirenum natales, et emergentes Echinadas, ab Alcmæone furore discusso habitatas : tum Nessum et Deianiræ zelotypiam, ex eaque Herculis in Œta rogum.

51. Habet etiam Thrace multa saltaturo necessaria : Orpheum, ejus laniationem, caput illius loquax lyræ innatans; et Hæmum, et Rhodopen, et Lycurgi supplicium.

52. Ac Thessalia multo etiam plura exhibet, Peliam, Iasonem, Alcestin, quinquaginta juvenum expeditionem, Argo, loquacem illius carinam.

53. Ea quæ in Lemno acta sunt, Æeten, Medeæ somnium, laceratum Absyrtum, et gesta in prætemavigando : et post ista Protesilaum et Laodamiam.

54. Et si in Asiam rursus transeas, multæ ibi etiam actiones : statim enim occurrit Samus et Polycratis calamitas, filiæque ipsius ad Persas usque error : et antiquiora adhuc, lingua Tantali incontinens, deorum apud illum epulæ, mactatus Pelops, redditusque illi humerus eburneus.

55. In Italia vero Eridanus, et Phaethon, et sororesillius populi plorantes electri lacrimas.

56. Norit talis etiam Hesperidas, et custodem aurei autumni draconem, et Atlantis laborem, et Geryonem, et boves ex Erythea abactos.

57. Neque ignorabit fabulosas formarum immutationes, sed sciet omnes illas quæ in arbores, aut bestias, aut aves mutatæ sunt, et quæ ex mulieribus in viros abierint, Cæneum dico et Tiresiam, et similes.

58. In Phœnice Myrrham, et Assyrium illum luctum alternum. Hæc, inquam, norit : insuper vero etiam recentiora, quæcumque post magnum illud Macedonum imperium constitutum suscepta sunt ab Antipatro et a Seleuco præ amore Stratonices.

59. Ægyptiorum illa occultiora sciet quidem, sed symbolice magis demonstrabit : Epaphum dico, et Osirin, et mutatos in animalia deos : ante omnia vero amores illorum, ipsiusque adeo Jovis, et in quos se habitus mutaverit.

60. Sciet etiam totam illam apud inferos tragœdiam, supplicia, et singulorum causas, et Pirithoi atque Thesei ad inferos usque amicitiam.

61. Ut breviter comprehendam, nihil eorum quæ ab Homero et Hesiodo et optimis poetis, et maxime tragicis,

τῆς τραγῳδίας λεγομένων ἀγνοήσει. Ταῦτα πάνυ ὀλίγα ἐκ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀπείρων τὸ πλῆθος ἐξελὼν τὰ κεφαλαιωδέστερα κατέλεξα, τὰ ἄλλα τοῖς τε ποιηταῖς ἀφεὶς ᾄδειν καὶ τοῖς ὀρχησταῖς αὐτοῖς δεικνύναι καὶ σοὶ προσεξευρίσκειν καθ' ὁμοιότητα τῶν προειρημένων, ἅπερ ἅπαντα πρόχειρα καὶ πρὸς τὸν καιρὸν ἕκαστον τῷ ὀρχηστῇ προπεπορισμένα καὶ προτεταμιευμένα κεῖσθαι ἀναγκαῖον.

62. Ἐπεὶ δὲ μιμητικός ἐστι καὶ κινήμασι τὰ ᾀδόμενα δείξειν ὑπισχνεῖται, ἀναγκαῖον αὐτῷ ὅπερ καὶ τοῖς ῥήτορσι, σαφήνειαν ἀσκεῖν, ὡς ἕκαστον τῶν δεικνυμένων ὑπ' αὐτοῦ δηλοῦσθαι μηδενὸς ἐξηγητοῦ δεόμενον, ἀλλ' ὅπερ ἔφη ὁ Πυθικὸς χρησμὸς, δεῖ τὸν θεώμενον ὄρχησιν καὶ κωφοῦ συνιέναι καὶ μὴ λαλέοντος (τοῦ ὀρχηστοῦ) ἀκούειν.

63. Ὃ δὴ καὶ Δημήτριον τὸν Κυνικὸν παθεῖν λέγουσιν· ἐπεὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὅμοιά σοι κατηγόρει τῆς ὀρχηστικῆς, λέγων τοῦ αὐλοῦ καὶ τῶν συρίγγων καὶ τῶν κτύπων πάρεργόν τι τὸν ὀρχηστὴν εἶναι, μηδὲν αὐτὸν πρὸς τὸ δρᾶμα συντελοῦντα, κινούμενον δὲ ἄλογον ἄλλως κίνησιν καὶ μάταιον, οὐδενὸς αὐτῇ νοῦ προσόντος, τῶν δ' ἀνθρώπων τοῖς περὶ τὸ πρᾶγμα γοητευομένων, ἐσθῆτι Σηρικῇ καὶ προσωπείῳ εὐπρεπεῖ, αὐλῷ τε καὶ τερετίσμασι καὶ τῇ τῶν ᾀδόντων εὐφωνίᾳ, οἷς κοσμεῖσθαι μηδὲν ὂν τὸ τοῦ ὀρχηστοῦ πρᾶγμα· ὁ τότε κατὰ τὸν Νέρωνα εὐδοκιμῶν ὀρχηστὴς οὐκ ἀσύνετος, ὥς φασιν, ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος ἔν τε ἱστορίας μνήμῃ καὶ κινήσεως κάλλει διενεγκὼν ἐδεήθη τοῦ Δημητρίου εὐγνωμονεστάτην, οἶμαι, τὴν δέησιν, ἰδεῖν ὀρχούμενον, ἔπειτα κατηγορεῖν αὐτοῦ, καὶ ὑπέσχετό γε ἄνευ αὐλοῦ καὶ ᾀσμάτων ἐπιδείξασθαι αὐτῷ· καὶ οὕτως ἐποίησεν· ἡσυχίαν γὰρ τοῖς τε κτυποῦσι καὶ τοῖς αὐλοῦσι καὶ αὐτῷ παραγγείλας τῷ χορῷ αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ὠρχήσατο τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως μοιχείαν, Ἥλιον μηνύοντα καὶ Ἥφαιστον ἐπιβουλεύοντα καὶ τοῖς δεσμοῖς ἀμφοτέρους, τήν τε Ἀφροδίτην καὶ τὸν Ἄρη, σαγηνεύοντα καὶ τοὺς ἐφεστῶτας θεοὺς ἕκαστον αὐτῶν, καὶ αἰδουμένην μὲν τὴν Ἀφροδίτην, ὑποδεδοικότα δὲ καὶ ἱκετεύοντα τὸν Ἄρη καὶ ὅσα τῇ ἱστορίᾳ ταύτῃ πρόσεστιν, ὥστε τὸν Δημήτριον ὑπερησθέντα τοῖς γιγνομένοις τοῦτον ἔπαινον ἀποδοῦναι τὸν μέγιστον τῷ ὀρχηστῇ· ἀνέκραγε γὰρ καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνεφθέγξατο, Ἀκούω, ἄνθρωπε, ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν.

64. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν Νέρωνά ἐσμεν τῷ λόγῳ, βούλομαι καὶ βαρβάρου ἀνδρὸς τὸ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ὀρχηστοῦ γενόμενον εἰπεῖν, ὅπερ μέγιστος ἔπαινος ὀρχηστικῆς γένοιτ' ἄν· τῶν γὰρ ἐκ τοῦ Πόντου βαρβάρων βασιλικός τις ἄνθρωπος κατά τι χρέος ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα ἐθεᾶτο μετὰ τῶν ἄλλων τὸν ὀρχηστὴν ἐκεῖνον οὕτω σαφῶς ὀρχούμενον, ὡς καίτοι μὴ ἐπακούοντα τῶν ᾀδομένων — ἡμιέλλην γάρ τις ὢν ἐτύγχανε — συνεῖναι ἁπάντων. Καὶ δὴ ἀπιὼν ἤδη ἐς τὴν οἰκείαν, τοῦ Νέρωνος δεξιουμένου καὶ ὅ τι βούλοιτο αἰτεῖν κελεύοντος καὶ δώσειν ὑπισχνουμένου, Τὸν ὀρχηστὴν, ἔφη, δοὺς

dicuntur, ignorabit. Hæc pauca sane de multis, vel potius multitudine infinitis, decerpta enumeravi præcipua, reliqua tum poetis canenda relinquens, tum ipsis ostendenda saltatoribus, tibique ad similitudinem prædictorum invenienda, quæ omnia in promtu, et ad unamquamque occasionem jam ante præparata, et in penu quasi reposita esse saltatori necesse est.

62. Quandoquidem vero imitator est, et motibus se ostensurum ea quæ canuntur promittit, opus est illi, quemadmodum et oratoribus, exercere diluciditatem, ut unumquodque eorum, quæ ostenduntur ab illo, declaretur, neque interprete opus habeat : sed quod dixit oraculum Pythicum, oportet a spectatore saltationis et mutum intelligi, et audiri nihil loquentem saltatorem.

63. Quod etiam Cynico Demetrio accidisse aiunt. Quum enim et ipse similibus argumentis, quibus tu, usus accusaret saltatoriam, dicens tibiæ et fistularum et percussionum accessionem esse saltatorem, qui nihil ipse ad actionem conferat, sed moveatur temere, motu quodam irrationabili atque vano, quippe cui intellectus nullus insit, fascinatis interim hominibus per ea quæ adjuncta rei sunt, vestem Sericam, et personam decentem, et tibiam atque cantillationes, bonasque canentium voces, quibus exornari diceret opus saltatoris, quod per se nihil esset : saltator qui tum floreret, Neronis temporibus, non imprudens, ut aiunt, sed si quis alius et historiæ memoria et motus decentia præstans, petiit a Demetrio rem æquissimam, puto, ut saltantem se videret, deinde accusaret : promisitque, se absque tibia et canticis copiam sui facturum. Idque fecit. Imperato enim scabello pulsantibus et inflantibus tibias, choroque ipsi, silentio, ipse per se saltavit Martis atque Veneris adulterium, Solem indicantem, insidiantem Vulcanum, et vincula ambobus, Veneri ac Marti, injicientem, astantiumque deorum unumquemque : et Venerem quidem pudore suffusam, aliquantum metuentem vero et supplicantem Martem, et quæcumque insunt in hac historia; adeo ut supra modum his quæ fierent delectatus Demetrius, hanc saltatori laudem maximam tribueret : exclamavit enim et maxima voce : Audio, inquit, homo, quæ facis, non solum video : sed ipsis mihi manibus loqui videris.

ὄλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς·

τοσοῦτον βόρβορον συνερανίσας κατήντλησάς μου μηδέν σε δεινὸν εἰργασμένου. Δοκεῖς δέ μοι μήτε φίλον τινὰ ἢ οἰκεῖον ἢ εὔνουν ἔχειν μήτε ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πώποτε καὶ παρρησίαν ἄγοντι ἐντετυχηκέναι, ὃς τἀληθὲς εἰπὼν ἔπαυσεν ἄν σε ὑδέρῳ μὲν ἐχόμενον καὶ ὑπὸ τοῦ πάθους διαρραγῆναι κινδυνεύοντα, σαυτῷ δὲ εὔσαρκον εἶναι δοκοῦντα καὶ εὐρωστίαν οἰόμενον τὴν συμφορὰν καὶ ὑπὸ μὲν τῶν ἀνοήτων ἐπαινούμενον ἀγνοούντων ἃ πάσχεις, ὑπὸ δὲ τῶν πεπαιδευμένων εἰκότως ἐλεούμενον.

18. Ἀλλ' εἰς καλὸν γὰρ τουτονὶ Σώπολιν ὁρῶ τὸν ἰατρὸν προσιόντα, φέρε τούτῳ ἐγχειρίσαντές σε καὶ

contra te advocem : scitis enim quam crucier, et quam compactum (et minime pervium vaporibus) caput habeam.

14. Post potum autem connugabimur, qualia et quæ solemus : neque enim intempestivum sane in vino garrire. Laudo hoc, inquam : etenim flos ipse et medulla sumus Atticissationis. Bene dicis, inquit Callicles : sæpe enim invicem se petere dictis coticula fit loquelæ. Ego vero, inquit Eudemus, frigus enim est, lubentius meraciora pocula suffrequentarem : etenim frigore enectus sum; et calefactus lubentius audirem manusapientes illos, et tibicinem, et barbiticinem.

15. Quid hæc, inquam, Eudeme? indictionem (*silentium*) nobis injungis, quasi ore carentibus, et elinguatis? Mihi vero et lingua jam sermocinaturit, et jam provehebar, ut qui antiquo apud vos sermone usurus essem, et velut nive vos de lingua mea conspuiturus omnes. At tu simile quid fecisti, ac si quis trium velorum onerariam navem, secundo navigantem, inflatis velis scaphæ, felici cursu summos fluctus lambentem, dimissis quibusdam tenacibus ancipitibus, et habenis ferreis, et compedibus navium, comis retrahat impetuosum illud cursus, invidia venti ferentis. Igitur, inquit ille, tu quidem, si volueris, naviga et nata et curre per fluctum : ego vero e terra, bibens interim, ut Homericus ille Jupiter, aut de glabris (*montis specula*) aut de cœli arce, videbo te differri, ac navim de puppi a vento secundo flatu impelli. »

16. LYC. Satis, Lexiphanes, convivii et lectionis : ego enim jam ebrius tibi sum et nauseo, ac nisi celeriter evomuero hæc omnia quæ recitasti, Corybanticum, scito, morbum nacturus mihi videor, circumsonantibus, quibus perfudisti me, verbis. Quanquam primum ridere illa subibat : quum vero multa essent, et similia inter se omnia, miseratus sum infelicitatem tuam, qui viderem in labyrinthum te incidisse e quo fuga nulla sit, et morbo laborare maximo, vel atra potius bili esse percitum.

17. Quæro igitur apud me ipse, unde tot mala collegeris, et quanto tempore atque ubi tantum examen absurdorum distortorumque nominum concluseris, quorum partem quidem ipse fecisti, partim vero sepulta alicunde eruisti, ut ex iambico illo tibi dici possit,

Male pereas mala eligens mortalium!

tantum cœni collectum in me effudisti, qui nulla te injuria læserim. Videris autem mihi neque amicum quenquam, aut familiarem, aut benevolum habere, neque in virum liberum unquam et libere loquendi audacia utentem incidisse, qui vera dicendo liberaret te aquoso tumore correptum, et, ne a morbo illo rumparis, periclitantem, dum te corpus fecisse putas, et firmam valitudinem esse quæ calamitas est, et ab insanis quidem laudaris, morbum tuum ignorantibus, eruditis autem misericordiam moves merito.

18. Verum enim vero, accedentem enim video opportune hunc Sopolin medicum, huic te commendemus, age,

διαλεχθέντες ὑπὲρ τῆς νόσου ἴασίν τινά σοι εὑρώμεθα· συνετὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ πολλοὺς ἤδη παραλαβὼν ὥσπερ σὲ ἡμιμανεῖς καὶ κορυζῶντας ἀπήλλαξεν ἐγχέας φάρμακον. Χαῖρε, Σώπολι, καὶ τουτονὶ Λεξιφάνην παραλαβὼν ἑταῖρον, ὡς οἶσθα, ἡμῖν ὄντα, λήρῳ δὲ νῦν καὶ ξένῃ περὶ τὴν φωνὴν νόσῳ ξυνόντα καὶ κινδυνεύοντα ἤδη τελέως ἀπολωλέναι σῶσον ἑνί γέ τῳ τρόπῳ.

19. ΛΕΞ. Μὴ ἐμὲ, Σώπολι, ἀλλὰ τουτονὶ Λυκῖνον, ὃς περιφανῶς μακκοᾷ καὶ ἄνδρας πεφρενωμένους ὀλισθογνωμονεῖν οἴεται καὶ κατὰ τὸν Μνησάρχου τὸν Σάμιον, σιωπὴν καὶ γλωτταργίαν ἡμῖν ἐπιβάλλει. Ἀλλὰ μὰ τὴν ἀναίσχυντον Ἀθηνᾶν καὶ τὸν μέγαν θηριομάχον Ἡρακλέα οὐδ' ὅσον τοῦ γρῦ καὶ τοῦ φνεὶ φροντιοῦμεν αὐτοῦ· ὀττεύομαι γοῦν μηδὲ ὅλως ἐντυγχάνειν αὐτῷ. Ἔοικα δὲ καὶ ῥιναυλήσειν τοιαῦτα ἐπιτιμῶντος ἀκούων. Καὶ ἤδη γε ἄπειμι παρὰ τὸν ἑταίριον Κλεινίαν, ὅτι πυνθάνομαι χρόνου ἤδη ἀκάθαρτον εἶναι αὐτῷ τὴν γυναῖκα καὶ ταύτῃ νοσεῖν, ὅτι μὴ ῥεῖ. Ὥστε οὐκέτι οὐδ' ἀναβαίνει αὐτὴν, ἀλλ' ἄβατος καὶ ἀνήροτός ἐστι.

20. ΣΩΠΟΛΙΣ. Τί δὲ νοσεῖ, ὦ Λυκῖνε, Λεξιφάνης;

ΛΥΚ. Αὐτὰ ταῦτα, ὦ Σώπολι. Οὐχ ἀκούεις ἃ φθέγγεται; καὶ ἡμᾶς τοὺς νῦν προσομιλοῦντας καταλιπὼν πρὸ χιλίων ἐτῶν ἡμῖν διαλέγεται διαστρέφων τὴν γλῶτταν καὶ ταυτὶ τὰ ἀλλόκοτα συντιθεὶς καὶ σπουδὴν ποιούμενος ἐπ' αὐτοῖς, ὡς δή τι μέγα ὄν, εἴ τις ξενίζοι καὶ τὸ καθεστηκὸς νόμισμα τῆς φωνῆς παρακόπτοι.

ΣΩΠ. Μὰ Δί' οὐ μικράν τινα λέγεις τὴν νόσον, ὦ Λυκῖνε. Βοηθητέα γοῦν τῷ ἀνδρὶ πάσῃ μηχανῇ καὶ — κατὰ θεὸν γὰρ τῶν χολωτῶν τινι φάρμακον τουτὶ κερασάμενος ἀπῄειν, ὡς πιὼν ἐμέσειε — φέρε πρῶτος αὐτὸς πῖθι, ὦ Λεξίφανες, ὡς ὑγιὴς ἡμῖν καὶ καθαρὸς γένοιο τῆς τοιαύτης τῶν λόγων ἀτοπίας κενωθείς. Ἀλλὰ πείσθητί μοι καὶ πῖθι καὶ ῥάων ἔσῃ.

ΛΕΞ. Οὐκ οἶδ' ὅ καὶ δράσετέ με, ὦ Σώπολι, σύ τε καὶ Λυκῖνος, πιπίσκοντες τουτουὶ τοῦ φαρμάκου. Δέδοικα γοῦν μὴ πτῶμα γένοιτό μοι τοῦτο τῶν λόγων τὸ πῶμα.

ΛΥΚ. Πῖθι καὶ μὴ μέλλε, ὡς ἀνθρώπινα ἤδη φρονοίης καὶ λέγοις.

ΛΕΞ. Ἰδοὺ πείθομαι καὶ πίομαι. Φεῦ, τί τοῦτο; πολὺς ὁ βορβορυγμός. Ἐγγαστρίμυθόν τινα ἔοικα πεπωκέναι.

21. ΣΩΠ. Ἄρξαι δὴ ἐμεῖν. Βαβαί. Πρῶτον τουτὶ τὸ μῶν, εἶτα μετ' αὐτὸ ἐξελήλυθε τὸ κᾆτα, εἶτα ἐπ' αὐτοῖς τὸ ἦ δ' ὃς καὶ ἀμηγέπῃ καὶ λῷστε καὶ δήπουθεν καὶ συνεχὲς τὸ ἄττα. Βίασαι δ' ὅμως, κάθες εἰς τὴν φάρυγγα τοὺς δακτύλους. Οὐδέπω τὸ ἴκταρ ἐμήμεκας οὐδὲ τὸ σκορδινᾶσθαι οὐδὲ τὸ τευτάζεσθαι οὐδὲ τὸ σκύλλεσθαι. Πολλὰ ἔτι ὑποδέδυκε καὶ μεστή σοι αὐτῶν ἡ γαστήρ. Ἄμεινον δὲ, εἰ καὶ κάτω διαχωρήσειεν ἔνια· ἡ γοῦν σιληπορδία μέγαν τὸν ψόφον ἐργάσεται συνεκπεσοῦσα μετὰ τοῦ πνεύματος. Ἀλλ' ἤδη μὲν καθαρὸς οὑτοσὶ πλὴν εἴ τι μεμένηκεν ὑπόλοιπον ἐν τοῖς κάτω ἐντέροις. Σὺ δὲ τὸ μετὰ τοῦτο παραλα-

et sermone de morbo instituto curationem tibi aliquam inveniamus. Prudens enim vir est, qui jam multos tui similes furori proximos, et pituita laborantes, medicamento infuso liberavit. Salve, Sopoli, et assumtum hunc Lexiphanem, sodalem, ut nosti, nostrum, verum in delirio jam et peregrino circa linguam morbo versantem, et ne jam plane perierit periclitantem, serva quacumque demum ratione.

19. LEX. Non me, Sopoli, sed huncce Lycinum, qui manifeste maccus est, et homines cordatos labi sententia arbitratur, et ut Samius ille Mnesarchi filius, silentium nobis et linguotium imponit. Sed per impudentem (*quam nemo pudore afficiet*) Minervam, et magnum monstripugnacem Herculem, neque gry neque phui illum curabimus, quare abominor etiam omnino in illum incidere. Videor mihi etiam naso sibilaturus, quum tot ipsius reprehensiones audiam. Et jam quidem abeo ad sodalicium meum Cliniam, quod audio tempore jam satis longo impuram (*non men struatam*) illi esse mulierem, eaque ægrotare, quod non fluit. Itaque non amplius inscendit illam, sed invia et inarata est.

20. SOPOLIS. Quid vero ægrotat, Lycine, Lexiphanes?

LYC. Ipsum hoc, Sopoli. Non audis quæ loquatur? et nobis, qui nunc cum ipso versamur, relictis, ante mille annos recepto sermone nobiscum loquitur, linguam pervertens, et absurda illa componens, studiumque in illis collocans, quasi magnum quiddam esset, si quis ut peregrinum se instituat, et constantem linguæ monetam adulteret.

SOP. Non parvum profecto morbum narras, Lycine. Succurrendum igitur omni ope viro: ac divina quadam sorte atribilario cuidam hanc potionem temperaveram, jamque ibam ad illum, ut ea pota vomeret: age igitur prius ipse bibe, Lexiphanes, uti sanus nobis et purus fias, egesta tali sermonum absurditate. Quin obsequere mihi et bibe, habebisque mollius.

LEX. Nescio quid acturi mecum sitis, Sopoli, tuque Lycine, potantes me hoc medicamenti poculo. Metuo enim ne loculum mihi verborum paret hoc poculum.

LYC. Bibe, ne cunctare, ut humanum jam sapias et loquare.

LEX. En obsequor, et bibo. Væ, quid hoc est? multus intestinorum tumultus. Videor mihi profunda ventris movens dæmonium glutiisse.

21. SOP. Incipe ergo vomere. Vah, primum hoc μῶν, deinde post illud exiit κᾆτα. Tum post illa, ἦ δ' ὅς et ἀμηγέπη, et λῷστε, et δήπουθεν, et frequens illud ἄττα. Attamen vim tibi adhibe, demitte in gulam digitos. Nondum enim ἴκταρ illud evomuisti, neque σκορδινᾶσθαι, neque τευτάζεσθαι, neque σκύλλεσθαι. Multa adhuc subiere, plenusque tibi illis venter. Melius fuerit, si deorsum etiam quædam decedant. Atque illa σιληποδία magnum crepitum edet cum spiritu una elabens. En jam purus hic est, nisi si quid mansit reliquum in inferioribus intestinis. Verum tu postea

6ῶν αὐτὸν, ὦ Λυκῖνε, μεταπαίδευε καὶ δίδασκε ἃ χρὴ λέγειν.

22. ΛΥΚ. Οὕτω ποιήσομεν, ὦ Σώπολι, ἐπειδήπερ ἡμῖν προωδοποίηται τὰ παρὰ σοῦ· καὶ πρὸς σὲ τὸ λοιπὸν, ὦ Λεξίφανες, ἡ συμβουλή. Εἴπερ ἄρ' ἐθέλεις ὡς ἀληθῶς ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ λόγοις κἂν τοῖς πλήθεσιν εὐδοκιμεῖν τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα φεῦγε καὶ ἀποτρέπου, ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῶν ἀρίστων ποιητῶν καὶ ὑπὸ διδασκάλοις αὐτοὺς ἀναγνοὺς μέτιθι ἐπὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς ἐπὶ τὰ Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγεγυμνασμένος· παρὰ γὰρ τούτων ἅπαντα τὰ κάλλιστα ἀπανθισάμενος ἔσῃ τις ἐν λόγοις· ὡς νῦν γε ἐλελήθεις σαυτὸν τοῖς ὑπὸ τῶν κοροπλάθων εἰς τὴν ἀγορὰν πλαττομένοις ἐοικὼς, κεχρωσμένος μὲν τῇ μίλτῳ καὶ τῷ κυανῷ, τὸ δ' ἔνδοθεν πήλινός τε καὶ εὔθρυπτος ὤν.

23. Ἐὰν ταῦτα ποιῇς πρὸς ὀλίγον τὸν ἐπὶ τῇ ἀπαιδευσίᾳ ἔλεγχον ὑπομείνας καὶ μὴ αἰδεσθεὶς μεταμανθάνων, θαρρῶν ὁμιλήσεις τοῖς πλήθεσι καὶ οὐ καταγελασθήσῃ ὥσπερ νῦν οὐδὲ διὰ στόματος ἐπὶ τῷ χείρονι τοῖς ἀρίστοις ἔσῃ, Ἕλληνα καὶ Ἀττικὸν ἀποκαλούντων σε τὸν μηδὲ βαρβάρων ἐν τοῖς σαφεστάτοις ἀριθμεῖσθαι ἄξιον. Πρὸ πάντων δὲ ἐκεῖνο μέμνησό μοι, μὴ μιμεῖσθαι τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν γενομένων σοφιστῶν τὰ φαυλότατα μηδὲ περιεσθίειν ἐκεῖνα ὥσπερ νῦν, ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καταπατεῖν, ζηλοῦν δὲ τὰ ἀρχαῖα τῶν παραδειγμάτων. Μηδέ σε θελγέτωσαν αἱ ἀνεμῶναι τῶν λόγων, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῶν ἀθλητῶν νόμον ἡ στερρά σοι τροφὴ συνήθης ἔστω, μάλιστα δὲ χάρισι καὶ σαφηνείᾳ θῦε, ὧν πάμπολυ λίαν νῦν ἀπολέλειψο.

24. Καὶ ὁ τῦφος δὲ καὶ ἡ μεγαλαυχία καὶ ἡ κακοήθεια καὶ τὸ βρενθύεσθαι καὶ λαρυγγίζειν ἀπέστω καὶ τὸ διασιλλαίνειν τὰ τῶν ἄλλων καὶ οἴεσθαι ὅτι πρῶτος ἔσῃ αὐτὸς, ἢν τὰ πάντων συκοφαντῇς. Καὶ μὴν κἀκεῖνο οὐ μικρὸν, μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον ἁμαρτάνεις, ὅτι οὐ πρότερον τὰς διανοίας τῶν λέξεων προπαρεσκευασμένος ἔπειτα κατακοσμεῖς τοῖς ῥήμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ ἤν που ῥῆμα ἔκφυλον εὕρῃς ἢ αὐτὸς πλασάμενος οἰηθῇς εἶναι καλὸν, τούτῳ ζητεῖς διάνοιαν ἐφαρμόσαι καὶ ζημίαν ἡγῇ, ἂν μὴ παραβύσῃς αὐτό που, κἂν τῷ λεγομένῳ μηδ' ἀναγκαῖον ᾖ, οἷον πρῴην τὸν θυμάλωπα οὐδὲ εἰδὼς ὅ τι σημαίνει, ἀπέρριψας οὐδὲν ἐοικότα τῷ ὑποκειμένῳ. Καὶ οἱ μὲν ἰδιῶται πάντες ἐτεθήπεσαν ὑπὸ τοῦ ξένου πληγέντες τὰ ὦτα· οἱ πεπαιδευμένοι δὲ ἐπ' ἀμφοτέροις, καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἐπαινοῦσιν, ἐγέλων.

25. Τὸ δὲ πάντων καταγελαστότατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι ὑπεραττικος εἶναι ἀξιῶν καὶ τὴν φωνὴν εἰς τὸ ἀρχαιότατον ἀπηκριβωμένος τοιαῦτα ἔνια, μᾶλλον δὲ τὰ πλεῖστα ἐγκαταμιγνύεις τοῖς λόγοις, ἃ μηδὲ παῖς ἄρτι μανθάνων ἀγνοήσειεν ἄν· οἷον ἐκεῖνα πῶς οἴει κατὰ γῆς δῦναι ηὐχόμην ἀκούων σου ἐπιδεικνυμένου, ὅτε χιτώνιον μὲν καὶ τὸν ἀνδρεῖον ᾤου λέγεσθαι, δουλάρια

assumtum, Lycine, aliter institue et doce quæ sint dicenda.

22. LYC. Sic faciemus, Sopoli, quandoquidem via nobis a te munita est : atque ad te de cetero, Lexiphanes, pertinet admonitio. Si volueris vere laudari ab oratione, et in multitudine celebrari, talia quidem omnia fuge et aversare : facto autem initio a poetarum optimis, quum magistrorum opera eos cognoveris, ad oratores transi, eorumque linguæ innutritus, ad Thucydidis et Platonis libros tempestive transi, multum in pulchra etiam comœdia et tragœdia gravi exercitatus. Ab his enim si pulcherrima quæque florum instar decerpseris, eris aliquid in eloquentiæ studio, qui nunc imprudens similis fuisti his quæ a figulis ad vendendum finguntur, rubrica quidem ac cæruleo pictus-quum intra luteus sis et fragilis.

23. Hæc si feceris, et pauxillo tempore inscitiæ reprehensionem sustinueris, neque discere de novo te pudeat : cum fiducia multitudinem alloqueris, neque deridebere ut nunc, neque in deteriorem partem in ore eris præstantissimorum, Græcum te Atticumque per contemtum vocantium, qui neque in barbarorum disertissimis numerari dignus sis. Ante omnia vero hoc mihi memento, ne imiteris sophistarum qui paullo ante nos fuere pessima, neque circumrodas illa, uti nunc facis; verum talia conculces, exemplaria autem antiqua æmuleris. Neque demulceant te verborum inodori et caduci flores; sed ex lege athletarum, solidus tibi cibus consuetus sit : maxime vero Gratiis et Perspicuitati litato, a quibus longissime jam relictus eras.

24. Tumor vero et jactantia, et mala consuetudo, et gravitatis illa ac sonoræ dictionis affectatio absit, et insectatio aliorum, et ne putes primum te fore ipsum, si omnium scripta calumnieris. Etenim illud quoque non parvum, sed potius maximum peccas, quod non prius, quam verba, sententias tibi comparas, deindè verbis exornandas nominibusque; sed si qua verbum extra suam tribum quasi oberrans inveneris, aut ipse confictum a te pulchrum putaveris, huic studes aptare sententiam, et damnum judicas, si illud non aliquorsum infercias, etiamsi ei, quod dicitur, plane necessarium non sit, ut nuper θυμάλωπα illud, quum neque quid significaret scires, projecisti, nihil argumento conveniens. Atque imperiti quidem omnes obstupuerunt, quum aures illorum feriret peregrinitas : sed eruditi utrosque, et te et laudatores illos, risere.

25. Maxime autem ridiculum illud est, quod, quum super omnes esse Atticos postules, et ad antiquissimam rationem linguam expoliisse, tamen talia quædam, potius vero plurima immisces orationi, quæ neque puer modo discens ignorare possit : ut illa, quid putas? terram mihi hiscere optabam, quum audirem te, specimen eloquentiæ edentem, χιτώνιον etiam virorum dici putare, δουλάρια autem etiam

δὲ καὶ τοὺς ἄρρενας τῶν ἀκολούθων ἀπεκάλεις, ἃ τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι χιτώνιον μὲν γυναικὸς ἐσθής, δουλάρια δὲ θήλεα καλοῦσι; καὶ ἄλλα πολὺ τούτων προφανέστερα, οἷον τὸ ἵπτατο καὶ τὸ ἀπαντώμενος καὶ τὸ καθεσθεὶς οὐδὲ μετοικικὰ τῆς Ἀθηναίων φωνῆς. Ἡμεῖς δὲ οὐδὲ ποιητὰς ἐπαινοῦμεν τοὺς κατάγλωττα γράφοντας ποιήματα. Τὰ δὲ σά, ὡς πεζὰ μέτροις παραβάλλειν, καθάπερ ὁ Δωσιάδα βωμὸς ἂν εἴη καὶ ἡ τοῦ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, καὶ εἴ τις ἔτι τούτων τὴν φωνὴν κακοδαιμονέστερος. Ἂν ταῦτα ζηλώσῃς καὶ μεταμάθῃς, ἄριστα βεβουλευμένος ὑπὲρ σεαυτοῦ ἔσῃ· ἢν δὲ λάθῃς αὖθις εἰς τὴν λιχνείαν κατολισθών, ἐμοὶ μὲν ἀποπεπλήρωται ἡ παραίνεσις, σὺ δὲ σεαυτὸν αἰτιάσῃ ἄν γε καὶ ξυνῇς χείρων γενόμενος.

mares pedissequos appellares : quæ quis nescit χιτώνιον mulierum esse vestimentum, δουλάρια autem servas modo illos vocare? et alia multo his apertiora, quale est ἵπτατο, et ἀπαντώμενος et καθεσθείς, quæ ne aliunde quidem delata domicilium unquam in Attico sermone acceperunt. Nos vero non magis laudamus poetas, insolitis oppleta vocibus poemata scribentes. Tua vero, ut pedestria metris comparem, sicut Dosiadæ Ara fuerint, aut Alexandra Lycophronis, et si quis adhuc est linguæ quam isti infelicioris. Hæc si studiose dediscas, optime tutemet tibi consulueris : sin imprudens iterum in delicias illas fallente velut vestigio labaris, admonitione ego defunctus sum, tu vero te accusabis, si quidem intelliges aliquando factum te deteriorem.

XXXV.

ΕΥΝΟΥΧΟΣ.

1. ΠΑΜΦΙΛΟΣ. Πόθεν, ὦ Λυκῖνε, ἢ τί γελῶν ἡμῖν ἀφῖξαι; ἀεὶ μὲν γὰρ φαιδρὸς ὢν τυγχάνεις· τουτὶ δὲ πλέον τοῦ συνήθους εἶναί μοι δοκεῖ, ἐφ' ὅτῳ μηδὲ κατέχειν δυνατὸς εἶ τὸν γέλωτα.

ΛΥΚΙΝΟΣ. Ἐξ ἀγορᾶς μὲν ἥκω σοι, ὦ Πάμφιλε· τοῦ γέλωτος δὲ αὐτίκα κοινωνὸν ποιήσομαί σε, ἢν ἀκούσῃς οἵᾳ δίκῃ δικαζομένῃ παρεγενόμην, φιλοσόφων πρὸς ἀλλήλους ἐριζόντων.

ΠΑΜΦ. Καὶ τοῦτο μὲν ὡς ἀληθῶς γελοῖον λέγεις τὸ φιλοσοφοῦντας δικάζεσθαι πρὸς ἀλλήλους, δέον, εἰ καί τι μέγα εἴη, κατ' εἰρήνην ἐν σφίσι διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα.

2. ΛΥΚ. Πόθεν, ὦ μακάριε, κατ' εἰρήνην ἐκεῖνοι, οἵ γε ξυμπεσόντες ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων κεκραγότες καὶ ὑπερδιατεινόμενοι;

ΠΑΜΦ. Ἦ που, ὦ Λυκῖνε, περὶ τῶν λόγων διεφέροντο τὰ συνήθη ταῦτα ἑτερόδοξοι τυγχάνοντες;

ΛΥΚ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἑτεροῖόν τι τοῦτο ἦν· ὁμόδοξοι γὰρ ἄμφω καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν λόγων. Δίκη δὲ ὅμως συνειστήκει καὶ δικασταὶ ψηφοφοροῦντες ἦσαν οἱ ἄριστοι καὶ πρεσβύτατοι καὶ σοφώτατοι τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ ἐφ' ὧν ἄν τις ᾐδέσθη παρὰ μέλος τι φθεγξάμενος, οὐχ ὅπως ἐς τοσαύτην ἀναισχυντίαν τραπόμενος.

ΠΑΜΦ. Οὐκοῦν λέγοις ἂν ἤδη τὸ κεφάλαιον τῆς δίκης, ὡς καὶ αὐτὸς εἰδείην ὅ τι σοὶ τὸ κεκινηκὸς εἴη τὸν τοσοῦτον γέλωτα.

3. ΛΥΚ. Συντέτακται μέν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω καὶ Πλατωνικοῖς καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι δὲ καὶ τοῖς ἐκ τοῦ περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν. Ἔδει δὲ ἀποθανόντος αὐτῶν τινος ἄλλον ἀντικαθίστασθαι δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. Καὶ τὰ ἆθλα οὐ βοείη τις ἦν κατὰ τὸν ποιητὴν οὐδὲ ἱερήϊον, ἀλλὰ μύριαι κατὰ τὸν ἐνιαυτόν, ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις.

XXXV.

EUNUCHUS.

1. PAMPHILUS. Unde nobis, Lycine, aut quid ridens advenis? nam semper quidem hilaris esse soles; hoc autem solito plus mihi videtur, in quo ne vales quidem continere risum.

LYCINUS. E foro tibi adsum, Pamphile : risus autem statim faciam te participem, si audieris, quali causæ disceptandæ interfuerim, contendentibus inter se philosophis.

PAMPH. Illud ipsum quidem vere ridiculum narras, philosophos jure inter se experiri, qui debeant, si quid etiam sit magnum, pacate inter se crimina dissolvere.

2. LYC. Unde illi, sodalis, pacate? qui commissi inter se plaustra conviciorum tota in se congesserunt invicem, clamantes et ultra modum contendentes?

PAMPH. Numquid de literis disceptabant solennia illa, quum diversæ essent sententiæ atque sectæ?

LYC. Minime : sed aliusmodi quiddam hoc erat : ejusdem enim ambo sententiæ, et disciplinæ ejusdem. Et tamen judicium constitutum est, et suffragia ferebant judices optimates et ætate maxime provecti et sapientissimi civitatis, ii denique apud quos merito pudeat aliquem, extra numerum quicquam dicere, nedum ut eo impudentiæ progrediatur.

PAMPH. Quin tu igitur dicis jam caput causæ, ut et ipse sciam, quid tantum tibi risum moverit.

3. LYC. Constituta sunt, quod nosti, Pamphile, ab imperatore salaria non contemnenda generatim philosophis, Stoicis dico, et Platonicis, et Epicureis, insuper etiam Peripateticis, æqualia his omnibus. Oportebat autem in mortui alicujus locum surrogari alium, probatum suffragiis optimatum. Præmium certaminis non bubula pellis erat, secundum poetam, neque victima, sed decies millenæ quotannis drachmæ, ut juvenes doceret.

ΠΑΜΦ. Οἶδα ταῦτα· καί τινά φασιν αὐτῶν ἔναγχος ἀποθανεῖν, τῶν Περιπατητικῶν οἶμαι τὸν ἕτερον.

ΛΥΚ. Αὕτη, ὦ Πάμφιλε, ἡ Ἑλένη, ὑπὲρ ἧς ἐμονομάχουν πρὸς ἀλλήλους. Καὶ ἄχρι γε τούτου γελοῖον οὐδὲν ἦν ἐκείνοις ἢ τὸ φιλοσόφους εἶναι φάσκοντας καὶ χρημάτων καταφρονεῖν ἔπειτα ὑπὲρ τούτων ὡς ὑπὲρ πατρίδος κινδυνευούσης καὶ ἱερῶν πατρῴων καὶ τάφων προγονικῶν ἀγωνίζεσθαι.

ΠΑΜΦ. Καὶ μὴν καὶ τὸ δόγμα τοῦτό γέ ἐστι τοῖς Περιπατητικοῖς, τὸ μὴ σφόδρα καταφρονεῖν χρημάτων, ἀλλὰ τρίτον τι ἀγαθὸν καὶ τοῦτο οἴεσθαι.

ΛΥΚ. Ὀρθῶς λέγεις. Φασὶ γὰρ οὖν ταῦτα, καὶ κατὰ τὰ πάτρια ἐγίγνετο αὐτοῖς ὁ πόλεμος.

4. Τὰ μετὰ ταῦτα δὲ ἤδη ἄκουε. Πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι τὸν ἐπιτάφιον τοῦ ἀποθανόντος ἐκείνου ἠγωνίζοντο· δύο δὲ μάλιστα ἦσαν οἱ ἀμφήριστοι αὐτῶν, Διοκλῆς τε ὁ πρεσβύτης — οἶσθα ὃν λέγω, τὸν ἐριστικόν — καὶ Βαγώας ὁ εὐνοῦχος εἶναι δοκῶν. Τὰ μὲν οὖν τῶν λόγων προηγώνιστο αὐτοῖς καὶ τὴν ἐμπειρίαν ἑκάτερος τῶν δογμάτων ἐπεδέδεικτο καὶ ὅτι τοῦ Ἀριστοτέλους καὶ τῶν ἐκείνῳ δοκούντων εἴχετο· καὶ μὰ τὸν Δί' οὐδέτερος αὐτῶν ἀμείνων ἦν.

5. Τὸ δ' οὖν τέλος δίκης ἐς τοῦτο περιέστη· ἀφέμενος γὰρ ὁ Διοκλῆς τοῦ δεικνύναι τὰ αὑτοῦ μετέβαινεν ἐπὶ τὸν Βαγώαν καὶ διελέγχειν ἐπειρᾶτο μάλιστα τὸν βίον αὐτοῦ· κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ὁ Βαγώας ἀντεξήταζε τὸν ἐκείνου βίον.

ΠΑΜΦ. Εἰκότως, ὦ Λυκῖνε· καὶ τὰ πλείω γε τοῦ λόγου περὶ τούτου μᾶλλον ἐχρῆν εἶναι αὐτοῖς· ὡς ἔγωγε, εἰ δικάζων ἐτύγχανον, ἐπὶ τῷ τοιούτῳ τὸ πλεῖον διατρῖψαι ἄν μοι δοκῶ τὸν ἄμεινον βιοῦντα μᾶλλον ἢ τὸν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῖς προχειρότερον ζητῶν καὶ οἰκειότερον τῇ νίκῃ νομίζων.

6. ΛΥΚ. Εὖ λέγεις κἀμὲ ὁμόψηφον ἐν τούτῳ ἔχεις. Ἐπεὶ δὲ ἅλις μὲν εἶχον βλασφημιῶν, ἅλις δὲ ἐλέγχων, τὸ τελευταῖον ἤδη ὁ Διοκλῆς ἔφη, μηδὲ τὴν ἀρχὴν θεμιτὸν εἶναι τῷ Βαγώᾳ μεταποιεῖσθαι φιλοσοφίας καὶ τῶν ἐπ' αὐτῇ ἀριστείων εὐνούχῳ γε ὄντι, ἀλλὰ τοὺς τοιούτους οὐχ ὅπως τούτων ἀποκεκλεῖσθαι ἠξίου, ἀλλὰ καὶ ἱερῶν αὐτῶν καὶ περιρραντηρίων καὶ τῶν κοινῶν ἁπάντων συλλόγων, δυσοιώνιστόν τι ἀποφαίνων καὶ δυσάντητον θέαμα, εἴ τις ἕωθεν ἐξιὼν ἐκ τῆς οἰκίας ἴδοι τοιοῦτόν τινα. Καὶ πολὺς ἦν ὁ περὶ τούτου λόγος, οὔτε ἄνδρα οὔτε γυναῖκα εἶναι τὸν εὐνοῦχον λέγοντος, ἀλλά τι σύνθετον καὶ μικτὸν καὶ τερατῶδες ἔξω τῆς ἀνθρωπείας φύσεως.

ΠΑΜΦ. Καινόν γε τὸ ἔγκλημα φής, ὦ Λυκῖνε, καὶ ἤδη γελᾶν καὶ αὐτός, ὦ ἑταῖρε, προάγομαι τῆς παραδόξου ταύτης κατηγορίας ἀκούων. Τί δ' οὖν ἅτερος; ἆρα τὴν ἡσυχίαν ἤγαγεν, ἤ τι πρὸς ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀντειπεῖν ἐτόλμησε;

7. ΛΥΚ. Τὰ μὲν πρῶτα ὑπ' αἰδοῦς καὶ δειλίας — οἰκεῖον γὰρ αὐτοῖς τὸ τοιοῦτον — ἐπὶ πολὺ ἐσιώπα καὶ ἠρυθρία καὶ ἱδίων φανερὸς ἦν, τέλος δὲ λεπτόν τι καὶ

PAMPH. Novi ista, et aiunt quendam illorum nuper mortuum, Peripateticorum puto alterum.

LYC. Hæc, Pamphile, Helena illa erat, pro qua depugnabant inter se invicem. Et hactenus quidem ridiculum illis erat nihil aliud, quam quod qui philosophos se dicerent esse et pecunias contemnere, deinde pro his tanquam pro patria periclitante et sacris patriis et sepulcris majorum suorum decertarent.

PAMPH. Quin etiam hoc dogma est Peripateticis, non nimis contemnere divitias, sed tertium quoddam bonum illud quoque putare.

LYC. Recte dicis. Aiunt scilicet ista, atque ex patria disciplina bellum ab iis gestum est.

4. Quæ autem post consecuta sunt, jam audi. Multi enim alii quoque in funebribus defuncti ludis pugnabant : duo autem maxime erant quorum anceps esset certamen, Diocles senex (nosti quem dico; contentiosum illum) et Bagoas, qui putatur eunuchus. Ac doctrinæ certamen jam ante certatum illis fuerat, peritiamque dogmatum uterque demonstraverat, seque Aristoteli ejusque sententiis addictum esse. Et sane neuter illorum erat melior.

5. Finis ergo causæ huc evasit : Diocles omisso ostendere sua merita, ad Bagoam transiit, et vitam maxime illius reprehendere tentavit : et eadem ratione etiam Bagoas contra in illius vitam inquisivit.

PAMPH. Merito illud quidem, Lycine : ac major pars orationis versari illis circa hoc potius debebat. Nam equidem si judex essem, in tali re præcipue immoraturus mihi videor, quæramque potius, uter melius vixerit, quam qui promtior sit oratione, eumque magis affinem victoriæ judicem.

6. LYC. Bene dicis, meque ea in re suffragantem tibi habes. Quum vero satis haberent conviciorum et criminum satis, denique jam negavit Diocles omnino fas esse Bagoæ tractare philosophiam et præmia illius affectare, qui eunuchus sit : tales vero non modo his rebus excludendos affirmavit, sed sacris ipsis, et lustralibus vasis, et communibus universis cœtibus; inauspicatum esse pronuncians et abominabile spectaculum, si quis mane domo egressus talem quendam viderit. Et fuit illi multus hac de re sermo, quum neque virum neque feminam esse eunuchum diceret, sed compositum quiddam, et mixtum et prodigiosum, et a natura humana abhorrens.

PAMPH. Novum crimen narras, Lycine, jamque ipse ad risum, sodalis, adducor, inexspectatam accusationem audiens. Quid igitur alter? numquid tum quievit, an ipse quoque contra hæc dicere quicquam ausus est?

7. LYC. Primo quidem præ pudore ac metu, quod familiare his est, diu tacebat erubescebat et manifeste sudabat : tandem vero tenue quiddam sonans ac muliebre, inique

γυναικεῖον ἐμφθεγξάμενος οὐ δίκαια ποιεῖν ἔφη τὸν Διοκλέα φιλοσοφίας ἀποκλείοντα εὐνοῦχον ὄντα, ἧς καὶ γυναιξὶ μετεῖναι· καὶ παρήγοντο Ἀσπασία καὶ Διοτίμα καὶ Θαργηλία συνηγορήσουσαι αὐτῷ, καί τις Ἀκαδημαϊκὸς εὐνοῦχος ἐκ Κελτῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν εὐδοκιμήσας ἐν τοῖς Ἕλλησιν. Ὁ Διοκλῆς δὲ κἀκεῖνον αὐτὸν, εἰ περιῆν καὶ τῶν ὁμοίων μετεποιεῖτο, εἶρξεν ἂν οὐ καταπλαγεὶς αὐτοῦ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξαν· καί τινας καὶ αὐτὸς ἀπεμνημόνευε λόγους καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὑπό τε Στωϊκῶν καὶ Κυνικῶν μάλιστα εἰρημένους πρὸς τὸ γελοιότερον ἐπὶ τῷ ἀτελεῖ τοῦ σώματος.

8. Ἐν τούτοις ἦν τοῖς δικασταῖς ἡ διατριβή· καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη τοῦ σκέμματος τοῦτο ἐτύγχανεν ὄν, εἰ δοκιμαστέος εὐνοῦχος ἐπὶ φιλοσοφίαν παρελθὼν καὶ νέων προστασίαν ἐγχειρισθῆναι ἀξιῶν· τοῦ μὲν καὶ σχῆμα καὶ σώματος εὐμοιρίαν προσεῖναι φιλοσόφῳ δεῖν λέγοντος, καὶ τὸ μέγιστον, πώγωνα βαθὺν ἔχειν αὐτὸν καὶ τοῖς προσιοῦσι καὶ μανθάνειν βουλομένοις ἀξιόπιστον καὶ πρέποντα ταῖς μυρίαις, ἃς χρὴ παρὰ βασιλέως ἀποφέρεσθαι, τὸ δὲ τοῦ εὐνούχου καὶ τῶν βακήλων χεῖρον εἶναι· τοὺς μὲν γὰρ κἂν πεπειρᾶσθαί ποτε ἀνδρείας, τοῦτον δὲ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀποκεκόφθαι καὶ ἀμφίβολόν τι ζῷον εἶναι κατὰ ταὐτὰ ταῖς κορώναις, αἳ μήτε περιστεραῖς μήτε κόραξιν ἐναριθμοῖντο ἄν.

9. Τοῦ δὲ οὐ σωματικὴν λέγοντος εἶναι τὴν κρίσιν, ἀλλ' ἀλκὴν ψυχῆς καὶ τῆς γνώμης ἐξέτασιν δεῖν γίγνεσθαι καὶ τῆς τῶν δογμάτων ἐπιστήμης, εἶθ' ὁ Ἀριστοτέλης ἐκαλεῖτο μάρτυς τοῦ λόγου εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσας Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον τὸν ἐκ τοῦ Ἀταρνέως τύραννον ἄχρι τοῦ καὶ θύειν αὐτῷ κατὰ ταὐτὰ τοῖς θεοῖς. Καί τι καὶ ἐτόλμα προστιθέναι ὁ Βαγώας τοιοῦτον, ὡς πολὺ ἐπιτηδειότερος εὐνοῦχος τοῖς νέοις διδάσκαλος οὐδὲ διαβολήν τινα πρὸς αὐτοὺς ἐνδέξασθαι δυνάμενος οὐδὲ τὸ τοῦ Σωκράτους ἐκεῖνο ἔγκλημα παθεῖν ἂν ὡς διαφθείρων τὰ μειράκια. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸ ἀγένειον μάλιστα ἐσκώφθη, χαριέντως τοῦτο, ὡς γοῦν ᾤετο, προσέρριψεν· Εἰ γὰρ ἀπὸ πώγωνος, ἔφη, βαθέος κρίνεσθαι δέοι τοὺς φιλοσοφοῦντας, τὸν τράγον ἂν δικαιότερον προκριθῆναι πάντων.

10. Ἐν τούτῳ τρίτος ἄλλος παρεστὼς — τὸ δὲ ὄνομα ἐν ἀφανεῖ κείσθω — Καὶ μὴν, ἔφη, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὑτοσὶ ὁ τὰς γνάθους λεῖος καὶ τὸ φώνημα γυναικεῖος καὶ τὰ ἄλλα εὐνούχῳ ἐοικὼς εἰ ἀποδύσαιτο, πάνυ ἀνδρεῖος ὑμῖν φανεῖται· εἰ δὲ μὴ ψεύδονται οἱ περὶ αὐτοῦ λέγοντες, καὶ μοιχὸς ἑάλω ποτὲ, ὡς ὁ ἄξων φησὶν, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων· ἀλλὰ τότε μὲν ἐς τὸν εὐνοῦχον ἀναφυγὼν καὶ τοῦτο κρησφύγετον εὑρόμενος ἀφείθη, ἀπιστησάντων τῇ κατηγορίᾳ τῶν τότε δικαστῶν ἀπό γε τῆς φανερᾶς ὄψεως· νῦν δὲ κἂν παλινῳδῆσαί μοι δοκεῖ τοῦ προκειμένου μισθοῦ ἕνεκα.

11. Τούτων δὴ λεγομένων παρὰ πάντων μὲν γέλως ἐγίγνετο, ὡς τὸ εἰκός. Βαγώας δὲ μᾶλλον ἐταράττετο καὶ παντοῖος ἦν ἐς μυρία τραπόμενος χρώματα καὶ ψυχρῷ τῷ ἱδρῶτι ῥεόμενος, καὶ οὔτε συγκατατίθεσθαι

facere dixit Dioclem, qui philosophia arceat eum qui sit eunuchus, quam mulieres etiam vindicare sibi possint; adducebanturque Aspasia, ac Diotima, et Thargelia, quæ causam ipsius juvarent; atque aliquis Academicus e Gallia eunuchus, qui paullo ante nostram ætatem inter Græcos floruerit. At Diocles illum ipsum quoque, si superstes esset aspirassetque ad similia, his exclusisset nihil commotus ipsius apud vulgus fama: et quædam ipse memorabat dicta, in illum a Stoicis quoque, et Cynicis maxime, ridicule conjecta de corporis illo vitio.

8. In his occupabantur judices, et caput causæ jam in eo vertebatur, probandusne esset eunuchus philosophiam profiteri et adolescentium præfecturam sibi demandari postulans: altero dicente, habitum et integritatem partium omnium corporis inesse philosopho debere, præsertim, prolixam eum barbam habere, quæ fidem ei apud accedentes et discere volentes auctoritatemque præstet, dignam denique decem millibus, quæ ab imperatore acciperet: at eunuchi conditionem, exsectorum etiam statu esse deteriorem. Hos enim tamen aliquando expertos esse virilitatem; hunc autem ab initio statim abscissum, et ambiguum quoddam animal esse, cornicum instar, quæ neque in columbis neque in corvis numerari possint.

9. Altero autem contendente, non corporis hoc esse judicium, sed robur animi spectari, et examen mentis oportere fieri atque scientiæ dogmatum: tum Aristoteles citabatur testis ejus orationis, qui supra modum admiratus sit Hermeam eunuchum, Aternensem tyrannum, usque eo, ut etiam illi eodem modo quo diis rem sacram faceret. Quin etiam illud adjicere ausus est Bagoas, multo aptiorem esse adolescentibus eunuchum magistrum, in quo neque hærere aliqua illorum respectu calumnia possit, neque Socratis illud crimen locum habere, quasi corrumperet adolescentulos. Quumque in mentum imberbe inprimis jacta quædam essent, lepide hoc, ut sibi quidem videbatur, inter alia objecit: si enim, inquit, a barba prolixa judicari philosophos oporteat, caprum justius præferri omnibus.

10. Inter hæc tertius alius superveniens, cujus nomen in obscuro relinquatur, Verumtamen, inquit, judices, iste lævibus genis, muliebri voce, et reliqua eunucho similis, si exuatur, virilis valde vobis videbitur: si vero non mentiuntur qui de isto narrant, etiam mœchus aliquando deprehensus est, membra, quod ait tabula Solonis, in membris habens. Sed tum quidem ad eunuchum se recipiens, invento illo perfugio, absolutus est, fidem crimini, qui tum judicabant, negantibus, ex specie manifesta: jam vero etiam retractaturus mihi videtur propositæ mercedis causa.

11. His vero dictis, omnium quidem risus, ut facile est ad existimandum, ortus est. Bagoas vero magis etiam perturbabatur, et omnia tentabat, in mille colores versus, frigidoque sudore diffluens: qui neque honestum putaret

τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι καλῶς ἔχειν ᾤετο οὔτε ἀχρεῖον αὐτῷ τὴν κατηγορίαν ταύτην ἐς τὸν παρόντα ἀγῶνα ἡγεῖτο εἶναι.

ΠΑΜΦ. Γελοῖα, ὦ Λυκῖνε, ὡς ἀληθῶς ταῦτα καὶ ἔοικεν οὐ τὴν τυχοῦσαν ὑμῖν διατριβὴν παρεσχῆσθαι. Τὸ δ' οὖν τέλος τί ἐγένετο καὶ πῶς ἔγνωσαν ὑπὲρ αὐτῶν οἱ δικασταί;

12. ΛΥΚ. Οὐχ ὁμόψηφοι πάντες ἦσαν, ἀλλ' οἱ μὲν ἠξίουν ἀποδύσαντας αὐτὸν ὥσπερ τοὺς ἀργυρωνήτους ἐπισκοπεῖν, εἰ δύναιτο φιλοσοφεῖν τά γε πρὸς τῶν ὄρχεων· οἱ δὲ ἔτι γελοιότερον μεταστειλαμένους τινὰς τῶν ἐξ οἰκήματος γυναικῶν κελεύειν αὐτὸν συνεῖναι καὶ ὀπυίειν, καί τινα τῶν δικαστῶν τὸν πρεσβύτατόν τε καὶ πιστότατον ἐφεστῶτα ὁρᾶν, εἰ φιλοσοφεῖ. Μετὰ δὲ ἐπεὶ πάντας ὁ γέλως κατεῖχε καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ τὴν γαστέρα ἤλγει βραττόμενος ὑπ' αὐτοῦ, ἔγνωσαν ἀναπόμπιμον ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐκπέμψαι τὴν δίκην.

13. Καὶ νῦν ἅτερος μὲν πρὸς τὴν τῶν λόγων ἐπίδειξιν, ὥς φασι, γυμνάζεται καὶ παρασκευάζεται καὶ κατηγορίαν συγκροτεῖ καὶ τὸ τῆς μοιχείας ἔγκλημα ὑποκινεῖ ἐναντιώτατον αὐτῷ, καὶ οὗτος κατὰ τοὺς φαύλους τῶν ῥητόρων τοῦτο ποιῶν καὶ εἰς τοὺς ἄνδρας τὸν ἀντίδικον ἐκ τοῦ ἐγκλήματος καταλέγων· τῷ Βαγώᾳ δὲ ἕτερα, ὥς φασι, μέλει καὶ ἀνδρίζεται τὰ πολλὰ καὶ διὰ χειρὸς ἔχει τὸ πρᾶγμα καὶ τέλος κρατήσειν ἐλπίζει, ἢν ἐπιδείξῃ ὡς οὐδὲν χείρων ἐστὶ τῶν τὰς ἵππους ἀναβαινόντων ὄνων. Αὕτη γάρ, ὦ ἑταῖρε, φιλοσοφίας ἀρίστη κρίσις ἔοικεν εἶναι καὶ ἀπόδειξις ἀναντίλεκτος. Ὥστε καὶ τὸν υἱὸν — ἔτι δέ μοι κομιδῇ νέος ἐστίν — εὐξαίμην ἂν οὐ τὴν γνώμην οὐδὲ τὴν γλῶτταν ἀλλὰ τὸ αἰδοῖον ἕτοιμον ἐς φιλοσοφίαν ἔχειν.

adulterii crimen non refutando confiteri neque vero inutile sibi crimen ad præsens certamen judicaret.

PAMPH. Ridicula profecto ista, quæque non vulgarem vobis oblectationem videantur præbuisse. Sed quid tandem factum est, et quomodo judices de illis decreverunt?

12. LYC. Non in eadem omnes erant sententia, sed alii postulabant illum exutum instar mancipiorum inspici, possetne, quantum quidem ad testiculos, philosophari: alii, magis etiam ridicule, arcessitis quibusdam de lupanari muliercculis, juberi illum congredi et inire, et judicum aliquem, ætate maximum et fide dignissimum, assistere ac, num philosophetur, spectare. Postea vero, quum risus occupasset omnes et nemo esset cui non concussa dolerent ilia, decreverunt rejicere et remittere causam in Italiam.

13. Et nunc alter quidem ad eruditionis ostentationem, ut aiunt, exercet se et comparat, et accusationem componit, et adulterii crimen movet, maxime sibi contrarium; isque more malorum causidicorum hoc agit, et inter viros adversarium suum hoc ipso crimine recenset: Bagoam autem alia, aiunt, cura tenet, et pro viro se gerit frequenter et præ manu rem habet, et denique superaturum se sperat, si ostendat nihilo se asinis qui equas ineunt esse deteriorem. Illud enim, sodalis, optimum videtur philosophiæ specimen esse, hæc demonstratio cui contradici nihil possit. Itaque filium etiam (est autem mihi admodum juvenis) optaverim non mentem neque linguam, sed verecundam partem philosophiæ aptam habere.

XXXVI.

* ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΗΣ.

1. Ἀμφί τε οὐρανοῦ ἀμφί τε ἀστέρων ἡ γραφή, οὐκ αὐτέων ἀστέρων οὐδ' αὐτέου πέρι οὐρανοῦ, ἀλλὰ μαντηίης καὶ ἀληθηίης, ἣ δὴ ἐκ τουτέων ἐς ἀνθρώπων βίον ἔρχεται. Ὁ δέ μοι λόγος οὐχ ὑποθημοσύνην ἔχει οὐδὲ διδασκαλίην ἐπαγγέλλεται, ὅκως ταύτην τὴν μαντοσύνην διενεκτέον, ἀλλὰ μέμφομαι ὁκόσοι σοφοὶ ἐόντες τὰ μὲν ἄλλα ἐπασκέουσι καὶ πᾶσι τοῖς ἑωυτέων ἀπηγέονται, μούνην δ' ἀστρολογίην οὔτε τιμέουσιν οὔτε ἐπασκέουσι.

2. Καὶ ἡ μὲν σοφίη παλαιὴ οὐδὲ νέον ἐς ἡμέας ἀπίκετο, ἀλλ' ἔστιν ἔργον ἀρχαίων βασιλέων θεοφιλέων. Οἱ δὲ νῦν ἀμαθίῃ καὶ ῥᾳθυμίῃ καὶ προσέτι μισοπονίῃ κείνοισί τε ἀντίξοα φρονέουσι καὶ εὖτ' ἂν ἀνδράσιν ἐπικυρέωσι ψεύδεα μαντευομένοισι, ἄστρων τε κατηγορέουσι καὶ αὐτὴν ἀστρολογίην μισέουσι, οὐδέ μιν οὔτε ὑγιέα οὔτε ἀληθέα νομίζουσιν, ἀλλὰ λόγον ψευδέα καὶ ἀνεμώλιον, οὐ δικαίως, ἐμοὶ δοκέει, φρονέοντες· οὔτε

XXXVI.

* DE ASTROLOGIA.

1. De cœlo deque stellis hæc scriptio est; non ipsis de astris neque ipso de cœlo, sed de divinatione ac veritate, quæ ab hisce ad hominum vitam pervenit. Neque vero præcepta libellus meus habet, nec disciplinam promittit, quomodo excellere hac divinatione quis possit, sed reprehendo, quotquot docti quum sint, alia quidem exercent et suis omnibus enarrant, solam autem astrologiam neque honorant neque exercent.

2. Ac sapientia quidem hujus rei est antiqua, neque recens demum ad nos venit, sed est opus antiquorum regum diis carorum. Verum qui nunc sunt, inscitia et socordia atque insuper laboris odio, tum contraria illis sentiunt, tum si quando in homines incidunt falsa divinantes, et sidera accusant, et ipsam oderunt astrologiam, eamque neque sanam neque veram arbitrantur, sed disciplinam mendacem et ventosam, inique, ut mihi videtur, sentientes. Neque

γὰρ τέκτονος ἀϊδρίη τεκτοσύνης αὐτῆς ἀδικίη οὔτε αὐλητέω ἀμουσίη μουσικῆς ἀσοφίη, ἀλλ' οἱ μὲν ἀμαθέες τῶν τεχνέων, ἑκάστη δ' ἐν ἑωυτῇ σοφή.

3. Πρῶτον μὲν ὦν Αἰθίοπες τόνδε τὸν λόγον ἀνθρώποισι κατεστήσαντο. Αἰτίη δὲ αὐτέοισι τὰ μὲν ἡ σοφίη τοῦ ἔθνεος — καὶ γὰρ τἄλλα τῶν ἄλλων σοφώτεροι Αἰθίοπες — τὰ δὲ καὶ τῆς οἰκήσιος ἡ εὐμοιρίη· αἰεὶ γὰρ σφέας εὐδίη καὶ γαληναίη περιχέαται· οὐδὲ τῶν τοῦ ἔτεος τροπέων ἀνέχονται, ἀλλ' ἐν μιῇ ὥρῃ οἰκέουσιν. Ἰδόντες ὦν πρῶτα τὴν σεληναίην οὐκ ἐς πάμπαν ὁμοίην φαινομένην, ἀλλὰ πολυειδέα τε γιγνομένην καὶ ἐν ἄλλοτε ἄλλῃ μορφῇ τρεπομένην, ἐδόκεε αὐτέοισι τὸ χρῆμα θωύματος καὶ ἀπορίης ἄξιον. Ἔνθεν δὲ ζητέοντες εὗρον τουτέων τὴν αἰτίην, ὅτι οὐκ ἴδιον τῇ σεληναίῃ τὸ φέγγος, ἀλλά οἱ παρ' ἠελίου ἔρχεται.

4. Εὗρον δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων τὴν φορήν, τοὺς δὴ πλάνητας ἡμεῖς καλέομεν — μοῦνοι γὰρ τῶν ἄλλων ἀστέρων κινέονται — φύσιν τε αὐτῶν καὶ δυναστείην καὶ ἔργα, τὰ ἕκαστος ἐπιτελέουσι. Ἐν δὲ καὶ οὐνόματα αὐτέοισιν ἐπέθεσαν, οὐκ οὐνόματα, ὅκως ἐδόκεον, ἀλλὰ σημήια.

5. Ταῦτα μὲν ὦν Αἰθίοπες ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπέβλεψαν. Μετὰ δὲ γείτοσιν οὖσι Αἰγυπτίοισι ἀτελέα τὸν λόγον παρέδοσαν, Αἰγύπτιοι δὲ παρὰ σφέων ἐκδεξάμενοι ἡμιεργέα τὴν μαντικὴν ἐπὶ μέζον ἤγειραν μέτρα τε τῆς ἑκάστου κινήσεως ἐσημήναντο καὶ ἐτέων ἀριθμὸν καὶ μηνέων καὶ ὡρέων διετάξαντο. Καὶ μηνέων μὲν σφίσι μέτρον ἡ σεληναίη καὶ ἡ ταύτης ἀναστροφὴ ἐγένετο, ἔτεος δὲ ἠέλιος καὶ ἡ τοῦ ἠελίου περίφορος.

6. Οἱ δὲ καὶ ἄλλα ἐμήσαντο πολλῷ μέζω τουτέων· ἐκ γὰρ δὴ τοῦ παντὸς ἠέρος καὶ ἀστέρων τῶν ἄλλων ἀπλανέων τε καὶ εὐσταθέων καὶ οὐδαμὰ κινεομένων δυώδεκα μοίρας ἐτάμοντο ἐν τοῖσι κινεομένοισι, καὶ οἰκεῖα ζώια ἐόντα ἕκαστον αὐτῶν ἐς ἄλλην μορφὴν μεμιμέαται τὰ μὲν ἐνάλια, τὰ δὲ ἀνθρώπων, τὰ δὲ θηρῶν, τὰ δὲ πτηνῶν, τὰ δὲ κτηνέων.

7. Ἀπὸ τέω δὴ καὶ ἱερὰ τὰ Αἰγύπτια πολυειδέα ποιέεται· οὐ γὰρ πάντες Αἰγύπτιοι ἐκ τῶν δυώδεκα μοιρέων πασέων ἐμαντεύοντο, ἄλλοι δὲ ἀλλοίῃσι μοίρῃσι ἐχρέοντο· καὶ κριὸν μὲν σέβουσι ὁκόσοι ἐς κριὸν ἀπέβλεπον, ἰχθύας δὲ οὐ σιτέονται ὁκόσοι ἰχθύας ἐπεσημήναντο, οὐδὲ τράγον κτείνουσι ὅσοι αἰγόκερων ᾔδεσαν, καὶ οἱ ἄλλοι τἄλλα ὡς ἕκαστοι ἱλάσκονται. Ναὶ μὴν καὶ ταῦρον ἐς τιμὴν τοῦ ἠερίου ταύρου σεβίζονται, καὶ ὁ Ἆπις αὐτέοις χρῆμα ἱρώτατον τὴν χώρην ἐπινέμεται καί οἱ ἐκεῖ μαντήιον ἀνατιθέασι σημήιον τῆς ἐκείνου τοῦ ταύρου μαντικῆς.

8. Οὐ μετὰ πολλὸν δὲ καὶ Λίβυες ἐπέβησαν τοῦ λόγου· καὶ γὰρ τὸ Λιβύων μαντήιον τὸ Ἄμμωνος, καὶ τοῦτο ἐς τὸν ἠέρα καὶ ἐς τὴν τουτέου σοφίην εὕρητο, παρ' ὅσον τὸν Ἄμμωνα καὶ οὗτοι κριοπρόσωπον ποιέονται.

9. Ἔγνωσαν δὲ τουτέων ἕκαστα καὶ Βαβυλώνιοι,

enim fabri inscitia, fabrilis ipsius artis mala indoles; neque imperitia tibicinis, musicæ ipsius est inertia : sed isti quidem artium imperiti, unaquæque autem ars in se sapiens est.

3. Primi ergo Æthiopes hanc rationem hominibus constituerunt. Causa illis partim sapientia gentis (nam reliquis etiam in rebus sapientiores ceteris Æthiopes), partim etiam habitandi sors commoda. Semper enim illos serenitas et tranquillitas circumdat; neque anni vices patiuntur, sed in una eademque tempestate habitant. Quum igitur cernerent lunam non eandem semper apparere, sed plures accipere species et in aliam alias formam verti, visa est illis res admiratione et dubitatione digna. Inde igitur quærendi invenerunt causam harum rerum, quod non sua lunæ lux, verum a sole illi venit.

4. Invenerunt vero aliorum quoque siderum motum, quos quidem planetas nos vocamus (soli enim reliquorum siderum moventur), naturamque illorum et potestatem, et opera quæ singuli efficiunt. Imposuerunt autem illis quoque nomina : non nuda nomina, ut videbantur, sed signa ipsarum naturarum.

5. Hæc igitur Æthiopes in cœlo conspexerunt. Post vicinis suis Ægyptiis imperfectam artem tradiderunt : Ægyptii vero, quam accepere ab illis ex parte modo altera absolutam divinandi rationem, in majus extulerunt, mensuras motus uniuscujusque signarunt, et annorum numerum et mensium atque horarum ordinarunt. Et mensium quidem illis modus luna ejusque conversio fuit, anni autem sol atque solis circuitus.

6. At ipsi alia quoque his multo majora machinati sunt. Ex omni enim aere, et stellis reliquis inerrantibus atque fixis et haudquaquam moventibus se, duodecim partes resecuerunt illis alteris quæ moverentur, et propria his animalia : quæ singula in aliam unumquodque formam expressere, marina alia, alia vero hominum, alia bestiarum, volucrium alia, alia jumentorum.

7. Unde etiam sacra apud Ægyptios multorum generum fiunt. Nec enim omnes Ægyptii ex duodecim partibus iisdem omnibus divinabant; sed aliis alii partibus diversisque utebantur. Atque arietem quidem colunt quotquot respiciebant Arietem; pisces non edunt qui Pisces nomine illo signaverant; neque caprum mactant quicumque noverant Capricornum : atque alii alia, ut cuique visum est, placant. Sane etiam taurum in honorem cœlestis Tauri colunt, atque Apis illis, ut res sanctissima, regionem incolit; cui oraculum etiam constituerunt ibi, signum divinationis illius cœlestis Tauri.

8. Non ita multo post Libyes etiam hanc rationem amplexi sunt. Nam Libyum etiam oraculum Ammonis ipsum quoque ad cœlum ejusque sapientiam relatum est, quatenus Ammonem hi etiam arietis vultu sibi faciunt.

9. Agnoverunt autem horum singula etiam Babylonii :

οὗτοι μὲν, λέγουσι, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων, ἐμοὶ δὲ δοκέει, πολλὸν ὕστερον ἐς τουτέους ὁ λόγος ἀπίκετο.

10. Ἕλληνες δὲ οὔτε παρ' Αἰθιόπων οὔτε παρ' Αἰγυπτίων ἀστρολογίης πέρι οὐδὲν ἤκουσαν, ἀλλὰ σφίσιν Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης πρῶτος τάδε ἀπηγήσατο, οὐ μάλα ἐμφανέως, οὐδὲ ἐς φάος τὸν λόγον προήνεγκε, ἀλλ' ἐς γοητείην καὶ ἱρολογίην, οἵη διανοίη ἐκείνου· πηξάμενος γὰρ λύρην ὄργιά τε ἐποιέετο καὶ τὰ ἱρὰ ἤειδε· ἡ δὲ λύρη ἑπτάμιτος ἐοῦσα τὴν τῶν κινεομένων ἀστέρων ἁρμονίην συνεβάλλετο. Ταῦτα Ὀρφεὺς διζήμενος καὶ ταῦτα ἀνακινέων πάντα ἔθελγε καὶ πάντων ἐκράτεε· οὐ γὰρ ἐκείνην τὴν λύρην ἔβλεπε οὐδέ οἱ ἄλλης ἔμελε μουσουργίης, ἀλλ' αὕτη Ὀρφέος ἡ μεγάλη λύρη. Ἕλληνές τε τάδε τιμέοντες μοίρην αὐτέῃ ἐν οὐρανῷ ἀπέκριναν καὶ ἀστέρες πολλοὶ καλέονται λύρη Ὀρφέος. Ἢν δέ κοτε Ὀρφέα ἴδῃς ἢ λίθοισι ἢ χροιῇ μεμιμημένον, ἐν μέσῳ ἕζεται ἴκελος ἀείδοντι μετὰ χερσὶ ἔχων τὴν λύρην· ἀμφὶ δέ μιν ζῶια μυρία ἕστηκε, ἐν οἷς καὶ ἄνθρωπος καὶ ταῦρος καὶ λέων καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. Εὖτ' ἂν ἐκεῖνα ἴδῃς, μέμνησό μοι τουτέων, κοίη ἐκείνου ἀοιδὴ, κοίη δὲ καὶ ἡ λύρη, κοῖος δὲ καὶ ταῦρος ἢ ὁκοῖος λέων Ὀρφέος ἐπαΐουσι. Εἰ δὲ τὰ λέγω αἴτια γνοίης, σὺ δὲ καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ δέρκεο ἕκαστον τουτέων.

11. Λέγουσι δὲ Τειρεσίην ἄνδρα Βοιώτιον, τοῦ δὴ κλέος μαντοσύνης περὶ πολλὸν ἀείρεται, τοῦτον τὸν Τειρεσίην ἐν Ἕλλησιν εἰπεῖν, ὅτι τῶν πλανεομένων ἀστέρων οἱ μὲν θήλεες, οἱ δὲ ἄρρενες ἐόντες οὐκ ἴσα ἐκτελέουσι· τῷ καί μιν διφυέα γενέσθαι καὶ ἀμφίβιον Τειρεσίην μυθολογέουσιν ἄλλοτε μὲν θῆλυν ἄλλοτε δὲ ἄρρενα.

12. Ἀτρέος δὲ καὶ Θυέστεω περὶ τῇ πατρωίῃ βασιληίῃ φιλονεικεόντων ἤδη τοῖσι Ἕλλησι ἀναφανδὸν ἀστρολογίης τε καὶ σοφίης τῆς οὐρανίης μάλιστ' ἔμελε, καὶ τὸ ξυνὸν τῶν Ἀργείων ἄρχειν ἔγνωσαν ἑωυτῶν ὅστις τοῦ ἑτέρου σοφίην προφερέστερος. Ἔνθα δὴ Θυέστης μὲν τὸν κριὸν σφίσι τὸν ἐν τῷ οὐρανῷ σημηνάμενος ὑπέδειξεν, ἀπὸ τέω δὴ ἄρνα χρύσεον Θυέστη γενέσθαι μυθολογέουσι. Ἀτρεὺς δὲ τοῦ ἠελίου πέρι καὶ τῶν ἀνατολέων αὐτέου λόγον ἐποιήσατο, ὅτι οὐκ ἐς ὁμοίην φορὴν ἠέλιός τε καὶ ὁ κόσμος κινέονται, ἀλλ' ἐς ἀντίξοον ἀλλήλοισι ἀντιδρομέουσι, καὶ αἱ νῦν δύσιες δοκέουσαι, τοῦ κόσμου δύσιες ἐοῦσαι, τοῦ ἠελίου ἀνατολαί εἰσι. Τάδε εἰπόντα βασιλέα μιν Ἀργεῖοι ἐποιήσαντο, καὶ μέγα κλέος ἐπὶ σοφίῃ αὐτέου ἐγένετο.

13. Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Βελλεροφόντεω τοιάδε φρονέω· πτηνὸν μέν οἱ γενέσθαι ὡς ἵππον, οὐ μάλα πείθομαι, δοκέω δέ μιν ταύτην τὴν σοφίην μετέποντα ὑψηλά τε φρονέοντα, καὶ ἄστροισι ὁμιλέοντα ἐς οὐρανὸν οὐχὶ τῷ ἵππῳ ἀναβῆναι, ἀλλὰ τῇ διανοίῃ.

14. Ἴσα δέ μοι καὶ ἐς Φρίξον τὸν Ἀθάμαντος εἰρήσθω, τὸν δὴ κριῷ χρυσέῳ δι' αἰθέρος ἐλάσαι μυθέονται. Ναὶ μέντοι καὶ Δαίδαλον τὸν Ἀθηναῖον· ξείνη μὲν ἡ ἱστορίη, δοκέω γε μὴν οὐκ ἔξω ἀστρολογίης,

hi quidem aiunt, etiam ante alios; mihi vero videtur multo post ad ipsos hæc ratio pervenisse.

10. Græci autem neque ab Æthiopibus neque ab Ægyptiis de astrologia quicquam audiere : sed ipsis Orpheus, Œagri et Calliopes filius, primus hæc enarravit : non ille manifeste valde, neque in lucem totam rationem protulit, sed ad incantationem et sacramenta utebatur, qualis erat mens illius. Lyra enim constructa faciebat orgia et sacra canebat : lyra autem septem chordarum quæ esset, errantium stellarum harmoniam symbolo quodam signabat. Hæc inquirens Orpheus, et hæc movens, mulcebat omnia, et omnia vincebat : neque enim illam, quam fecerat sibi, lyram spectabat, neque alia illi cordi erat ars musica; sed hæc erat magna lyra Orphei. Honorantes vero ista Græci, partem in cœlo illi decreverunt, et stellæ plures Lyra vocantur Orphei. Si vero videris aliquando Orpheum vel lapidibus vel colore assimilatum, in medio sedet canenti similis, in manibus habens lyram : circa ipsum autem animalia stant sexcenta, in quibus homo etiam, et taurus, et leo, eorumque singuli. Ea vero quum videris, horum mihi memento, qualis ille sit cantus, qualis lyra, qualis etiam taurus, et qualis leo Orpheum audiant. Si vero quas dico causas noveris, tum tu etiam in cœlo unumquodque videas.

11. Aiunt vero Tiresiam, virum Bœotium, cujus divinandi gloria multum elata est, hunc igitur Tiresiam inter Græcos dixisse ferunt, errantium siderum alia quæ sint feminina, alia vero quæ masculina, non eadem efficere : unde etiam illum duplicis naturæ fuisse atque vitæ Tiresiam fabulantur, alias feminam, alias vero marem.

12. Atreo autem et Thyeste de regno paterno contendentibus, jam Græci aperte astrologiam et cœlestem sapientiam vehementer sectabantur : et commune Argivorum regnare eum apud se decreverunt, qui altero quantum ad hanc sapientiam esset præstantior. Tunc Thyestes quidem arietem illis, qui in cœlo est, designatum monstravit : a quo auream ovem Thyesti fuisse fabulantur. Atreus vero de sole et ortibus illius sermonem habuit, non versus eandem plagam solem atque mundum moveri, sed contrarium sibi invicem cursum tenere : et qui nunc occasus solis videatur, quum sit mundi, solis esse ortum. Hæc illum dicentem regem suum Argivi fecerunt, magnaque fuit sapientiæ illius gloria.

13. Ego vero etiam de Bellerophonte eadem sentio. Alatum quidem equum illi fuisse, persuaderi mihi non patior; puto autem illum sapientiæ hujus studiosum sublimia cogitasse, et versatum cum astris, in cœlum non equi opera ascendisse, sed animo.

14. Eadem mihi etiam in Athamantis filium Phrixum dicta sunto, quem ariete aureo per æthera vectum fabulantur. Quin etiam in Dædalum Atheniensem : peregrina quidem et mira historia; sed puto illum non fuisse ab astro-

ἀλλά οἱ αὐτὸς μάλιστα ἐχρήσατο καὶ παιδὶ τῷ ἑωυτοῦ κατηγήσατο.

15. Ἴκαρος δὲ νεότητι καὶ ἀτασθαλίῃ χρεόμενος καὶ οὐχ ἐπικτὰ διζήμενος, ἀλλ' ἐς πόλον ἀερθεὶς τῷ νῷ ἐξέπεσε τῆς ἀληθηίης καὶ παντὸς ἀπεσφάλη τοῦ λόγου καὶ ἐς πέλαγος κατηνέχθη ἀβύσσων πρηγμάτων, τὸν Ἕλληνες ἄλλως μυθολογέουσι καὶ κόλπον ἐπ' αὐτῷ ἐν τῇδε τῇ θαλάσσῃ Ἰκάριον εἰκῇ καλέουσι.

16. Τάχα δὲ καὶ Πασιφάη παρὰ Δαιδάλου ἀκούσασα ταύρου τε πέρι τοῦ ἐν τοῖς ἄστροισι φαινομένου καὶ αὐτέης ἀστρολογίης εἰς ἔρωτα τοῦ λόγου ἀπίκετο, ὅθεν νομίζουσι ὅτι Δαίδαλός μιν τῷ ταύρῳ ἐνύμφευσε.

17. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ κατὰ μέρεα τὴν ἐπιστήμην διελόντες ἕκαστοι αὐτῶν ἄλλα ἐπενοήσαντο, οἱ μὲν τὰ ἐς τὴν σεληναίην, οἱ δὲ τὰ ἐς Δία, οἱ δὲ τὰ ἐς ἥλιον συναγείραντες δρόμου τε αὐτέων πέρι καὶ κινήσιος καὶ δυνάμιος.

18. Καὶ Ἐνδυμίων μὲν τὰ ἐς τὴν σεληναίην διετάξατο·

19. Φαέθων δὲ τοῦ ἠελίου δρόμον ἐτεκμήρατο, οὐ μέν γε ἀτρεκέως, ἀλλ' ἀτελέα τὸν λόγον ἀπολιπὼν ἀπέθανε. Οἱ δὲ τάδε ἀγνοέοντες Ἠελίου παῖδα Φαέθοντα δοκέουσι καὶ μῦθον ἐπ' αὐτέῳ οὐδαμὰ πιστὸν διηγέονται· ἐλθόντα γάρ μιν παρὰ τὸν Ἥλιον τὸν πατέρα αἰτέειν τὸ τοῦ φωτὸς ἅρμα ἡνιοχεύειν, τὸν δὲ δοῦναί τέ οἱ καὶ ὑποθέσθαι τῆς ἱππασίης τὸν νόμον. Ὁ δὲ Φαέθων ἐπειδὴ ἀνέβη τὸ ἅρμα, ἡλικίῃ καὶ ἀπειρίῃ ἄλλοτε μὲν πρόσγειος ἡνιόχευε, ἄλλοτε δὲ πολλὸν τῆς γῆς ἀπαιωρούμενος· τοὺς δὲ ἀνθρώπους κρύος τε καὶ θάλπος οὐκ ἀνασχετὸν διέφθειρε. Ἐπὶ τοῖσι δὴ τὸν Δία ἀγανακτέοντα βαλεῖν πρηστῆρι Φαέθοντα μεγάλῳ. Πεσόντα δέ μιν αἱ ἀδελφαὶ περιστᾶσαι πένθος μέγα ἐποίεον, ἔστε μετέβαλλον τὰ εἴδεα, καὶ νῦν εἰσι αἴγειροι καὶ τὸ ἤλεκτρον ἐπ' αὐτέῳ δάκρυον σταλάουσι. Οὐχ οὕτω ταῦτα ἐγένετο οὐδὲ ὅσιον αὐτοῖσι πείθεσθαι, οὐδὲ Ἥλιος παῖδα ἐποιήσατο, οὐδὲ ὁ παῖς αὐτέῳ ἀπέθανε.

20. Λέγουσι δὲ καὶ ἄλλα Ἕλληνες πολλὰ μυθώδεα, τοῖσι ἐγὼ οὐ μάλα τι πείθομαι. Κῶς γὰρ δὴ ὅσιον πιστεῦσαι παῖδα Αἰνείην τῆς Ἀφροδίτης γενέσθαι καὶ Διὸς Μίνω καὶ Ἄρεος Ἀσκάλαφον καὶ Αὐτόλυκον Ἑρμέω; ἀλλ' οὗτοι ἕκαστος αὐτέων θεοφιλέες ἐγένοντο καὶ σφίσι γενομένοισι τῷ μὲν ἡ Ἀφροδίτη, τῷ δὲ ὁ Ζεύς, τῷ δὲ ὁ Ἄρης ἐπέβλεψαν· ὁκόσοι γὰρ δὴ ἀνθρώποισι ἐν τῇ γενεῇ ταύτῃ οἰκοδεσποτέουσι, οὗτοι ὅκως τοκέες ἑωυτοῖσι πάντα ἴκελα ἐκτελέουσι καὶ χροιὴν καὶ μορφὴν καὶ ἔργα καὶ διανοίην, καὶ βασιλεὺς μὲν ὁ Μίνως Διὸς ἡγεομένου, καλὸς δὲ Αἰνείης Ἀφροδίτης βουλήσει ἐγένετο, κλέπτης δὲ Αὐτόλυκος, ἡ δέ οἱ κλεπτικὴ ἐξ Ἑρμέω ἀπίκετο.

21. Οὐ μὲν ὦν οὐδὲ τὸν Κρόνον ὁ Ζεὺς ἔδησε οὐδὲ ἐς Τάρταρον ἔρριψε οὐδὲ τὰ ἄλλα ἐμήσατο ὁκόσα ἄνθρωποι νομίζουσι, ἀλλὰ φέρεται γὰρ ὁ Κρόνος τὴν ἔξω φορὴν πολλὸν ἀπ' ἡμέων καί οἱ νωθρή τε ἡ κίνησις καὶ οὐ ῥηιδίη τοῖσι ἀνθρώποισι ὁρέεσθαι. Διὸ δή μιν

logia alienum : verum ea tum ipse maxime est usus, tum filium eam suum docuit.

15. Icarus autem, juventute et temeritate usus et inconcessa quærens, sed animo in polum ipsum sublatus, vero excidit et ab tota ratione aberravit, et in mare decidit negotiorum fundo ac fine carentium : de quo temere fabulam narrant Græci, et ab illo sinum in hoc mari frustra vocant Icarium.

16. Fortasse etiam Pasiphae, quæ audisset ex Dædalo de Tauro sidere in astris lucente et ipsa astrologia, in amorem doctrinæ devenit : unde putant eam a Dædalo conciliatam tauro esse.

17. Sunt vero etiam qui, divisa in partes disciplina, alia singuli excogitarunt, alii quæ ad lunam pertinent, alii quæ ad Jovem, alii quæ ad solem, colligentes, deque cursu illorum, motu et potestate.

18. Atque Endymion quidem quæ ad lunam pertinent ordinavit.

19. Phaethon autem solis cursum designavit, non sane exploratis omnibus, sed imperfectam artem relinquens mortuus est. Qui autem ista ignorant, Solis filium Phaethontem putant, et fabulam de eo nulla parte credibilem narrant : venisse nempe ad Solem patrem, ab eoque petiisse ut lucis currum regere sibi liceret; illum vero dedisse, et legem aurigationis subjecisse. At Phaethon conscenso curru præ juventute et imperitia alias quidem terræ nimis vicinus aurigatur, alias nimium a terra sublatus, unde homines frigus calorque intolerabilis perdidit. Inter hæc Jovem indignatum fulmine magno Phaethontem feriisse. Cadentem circumstantes sorores luctus habuere magnos, donec formas mutarent : et nunc sunt populi, lacrimamque super eo electrum stillant. Non ita gesta hæc sunt, nec fas est fidem iis adjungere : neque filium Sol genuit, neque filius ipsi mortuus est.

20. Dicunt autem alia quoque multa fabulosa Græci, quibus ego non multum fidei tribuo. Quomodo enim fas sit credere filium Æneam fuisse Veneris, et Jovis Minoem, et Martis Ascalaphum, et Autolycum Mercurii? At singuli horum cari Deo fuere, nascentesque hunc Venus, hunc Jupiter, hunc Mars respexerunt. Quicumque enim hominibus in hac genitura domum ut domini regunt, illi tanquam parentes similia sibi omnia efficiunt, et colorem, et formam, et opera, et animum : ac rex quidem Minos Jove ducente, pulcher autem Æneas Veneris voluntate fuit; fur autem Autolycus, furandique illi ars a Mercurio venit.

21. Jam vero neque Saturnum Jupiter vinxit, neque in Tartarum detrusit, neque reliqua machinatus est quæ putant homines : sed enim fertur Saturnus per orbem extimum procul a nobis, estque illi languidus motus, neque observatu facilis hominibus. Propterea nempe stare illum

ἑστάναι λέγουσι ὅκως πεπεδημένον· τὸ δὲ βάθος τὸ πολλὸν τοῦ ἠέρος Τάρταρος καλέεται.

22. Μάλιστα δ' ἔκ τε Ὁμήρου τοῦ ποιητέω καὶ τῶν Ἡσιόδου ἐπέων μάθοι ἄν τις τὰ πάλαι τοῖς ἀστρολογέουσι ὁμοφωνέοντα. Εὖτ' ἂν δὲ τὴν σειρὴν τοῦ Διὸς ἀπηγέηται καὶ τοῦ Ἠελίου τὰς βόας, τὰ δὴ ἐγὼ ἤματα εἶναι συμβάλλομαι, καὶ τὰς πόλιας τὰς ἐν τῇ ἀσπίδι Ἥφαιστος ἐποιήσατο καὶ τὸν χορὸν καὶ τὴν ἀλωήν. Τὰ μὲν γὰρ ὁκόσα ἐς τὴν Ἀφροδίτην αὐτέῳ καὶ τοῦ Ἄρεος τὴν μοιχείην λέλεκται, καὶ τὰ ἐμφανέα οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῆσδε τῆς σοφίης πεποιημένα· ἡ γὰρ δὴ ὦν Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἄρεος ὁμοδρομίη τὴν Ὁμήρου ἀοιδὴν ἀπεργάζεται· ἐν ἄλλοισι δὲ ἔπεσι τὰ ἔργα ἑκάστου αὐτέων διωρίσατο τῇ Ἀφροδίτῃ μὲν εἰπών,

Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο·

τὰ δὲ τοῦ πολέμου,

Ταῦτα δ' Ἄρηι θοῷ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει.'

23. Ἅπερ οἱ παλαιοὶ ἰδόντες μάλιστα μαντηίῃσι ἐχρέοντο καὶ οὐ πάρεργον αὐτέην ἐποιέοντο, ἀλλ' οὔτε πόλιας ᾤκιζον οὔτε τείχεα περιεβάλλοντο οὔτε φόνους ἐργάζοντο οὔτε γυναῖκας ἐγάμεον, πρὶν δὴ παρὰ μάντεων ἀκοῦσαι ἕκαστα· καὶ γὰρ δὴ τὰ μαντήια αὐτέοισι οὐκ ἔξω ἀστρολογίης ἦν, ἀλλὰ παρὰ μὲν Δελφοῖσι παρθένος ἔχει τὴν προφητείην σύμβολον τῆς παρθένου τῆς οὐρανίης, καὶ δράκων ὑπὸ τῷ τρίποδι φθέγγεται, ὅτι καὶ ἐν τοῖσι ἄστροισι δράκων φαίνεται, καὶ ἐν Διδύμοισι δὲ μαντήιον τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐμοὶ δοκέει, καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἠερίων Διδύμων ὀνομάζεται.

24. Οὕτω δὲ αὐτέοισι χρῆμα ἱρότατον ἡ μαντοσύνη ἐδόκεε, ὥστε δὴ Ὀδυσσεὺς ἐπειδὴ ἔκαμε πλανεόμενος, ἐθελήσας ἀτρεκὲς ἀκοῦσαι περὶ τῶν ἑωυτοῦ πρηγμάτων ἐς τὸν Ἀΐδην ἀπίκετο, οὐχ «ὄφρα ἴδῃ νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον», ἀλλ' εἰς λόγους ἐλθεῖν Τειρεσίῃ ἐπιθυμέων. Καὶ ἐπειδὴ ἐς τὸν χῶρον ἦλθε, ἔνθα οἱ Κίρκη ἐσήμηνε καὶ ἔσκαψε τὸν βόθρον καὶ τὰ μῆλα ἔσφαξε, πολλῶν νεκύων παρεόντων, ἐν τοῖσι καὶ τῆς μητρὸς τῆς ἑωυτοῦ, τοῦ αἵματος πιεῖν ἐθελόντων οὐ πρότερον ἀπῆκεν οὐδενὶ οὐδὲ αὐτέῃ τῇ μητρί, πρὶν Τειρεσίην γεύσασθαι καὶ ἐξαναγκάσαι εἰπεῖν οἱ τὸ μαντήιον· καὶ ἀνέσχετο διψῶσαν ὁρέων τῆς μητρὸς τὴν σκιήν.

25. Λακεδαιμονίοισι δὲ Λυκοῦργος τὴν πολιτηίην πᾶσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διετάξατο καὶ νόμους σφίσι ἐποιήσατο μηδαμὰ μηδὲ ἐς πόλεμον προχωρέειν πρὶν τὴν σεληναίην πλήρεα γενέσθαι· οὐ γὰρ ἴσην ἐνόμιζε εἶναι τὴν δυναστείην αὐξανομένης τῆς σεληναίης καὶ ἀφανιζομένης, πάντα δὲ ὑπ' αὐτέῃ διοικέεσθαι.

26. Ἀλλὰ μοῦνοι Ἀρκάδες ταῦτα οὐκ ἐδέξαντο οὐδὲ ἐτίμησαν ἀστρολογίην, ἀνοίῃ δὲ καὶ ἀσοφίῃ λέγουσι καὶ τῆς σεληναίης ἔμμεναι προγενέστεροι.

27. Οἱ μὲν ὦν πρὸ ἡμέων οὕτω χάρτα ἦσαν φιλομάντιες, οἱ δὲ νῦν οἱ μὲν αὐτέων ἀδύνατα εἶναι λέγουσι ἀνθρώποισι τέλος εὕρασθαι μαντικῆς — οὐ γὰρ εἶναί

alunt tanquam vinctum compedibus ingens autem cœli profunditas Tartarus vocatur.

22. Maxime vero ex Homeri poetæ et Hesiodi versibus discat aliquis, de quibus olim inter astrologos convenerit. Quando vero catenam Jovis refert, et boves Solis, hos ego utique dies esse conjicio; et urbes, quas in clypeo Achillis fecit Vulcanus, et chorum, et vineam, similiter ad astrologiam pertinere. Nam illa omnia, quæ in Venerem ab illo et in Martis adulterium dicta sunt, et quæ ut palam gesta, non aliunde, quam ex hac sapientia ficta sunt: conjunctus nempe cursus Veneris et Martis Homeri cantum efficit, et absolvit. In aliis vero versibus opera uniuscujusque illorum definivit, quum Veneri dicit:

Dulcia nempe tibi sunto connubia curæ:

de bellicis autem:

Mars celer ista quidem Pallasque armata parabunt.

23. Quæ quum viderent veteres, maxime utebantur divinationibus, neque obiter illam tractabant: sed neque urbes condebant, neque ducebant mœnia, nec prælia committebant, neque uxores ducebant ante, quam a vatibus audissent singula. Etenim neque oracula illis expertia astrologiæ erant: verum Delphis quidem virgo vaticinandi munus habet, cœlestis Virginis symbolum: et draco sub tripode vocem emittit, quoniam inter sidera quoque lucet Draco. Quod autem Didymis est Apollinis oraculum, ut mihi videtur, ipsum quoque a cœlestibus Didymis (*Geminis*) appellatur.

24. Adeo res sanctissima illis visa divinatio est, ut Ulysses, quum in errore illo suo laboraret, verum audire cupiens de rebus suis, ad inferos descenderet, non « Cerneret ut functos vita, illætabile regnum, » sed in colloquium Tiresiæ venire qui desideraret. Et quum venisset in locum quem designaverat ipsi Circe, et fossam fodisset, mactassetque oves; mortuis multis præsentibus, interque illos matre ipsius, ac bibere de sanguine volentibus, non prius permisit cuiquam, nec ipsi matri adeo, quam Tiresias gustasset, eumque ipse coegisset edere sibi oraculum; sustinuitque sitientem matris umbram videre.

25. Lacedæmoniis autem Lycurgus rem omnem publicam ex cœli rationibus constituit, et leges illis posuit, ne usquam in bellum ante progrederentur, quam plena luna esset. Neque enim æqualem putabat esse potentiam augescentis lunæ et decrescentis, omniaque ab illa administrari.

26. Sed soli ista Arcades non recepere, neque in honore habuerunt astrologiam; sed amentia quadam et insipientia dicunt ipsa se luna esse antiquiores.

27. Majores igitur nostri valde adeo divinationis erant studiosi: sed qui nunc sunt, partim illi quidem fieri posse negant ut inveniant homines finem certumque fundamen-

μιν οὔτε πιστὴν οὔτε ἀληθέα, οὐδὲ τὸν Ἄρεα ἢ τὸν Δία ἐν τῷ οὐρανῷ ἡμέων ἕνεκα κινέεσθαι, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀνθρωπηίων πρηγμάτων οὐδεμίην ὤρην ἐκεῖνοι ποιέονται οὐδ' ἔστιν αὐτέοισι πρὸς τάδε κοινωνίη, κατὰ σφέας δὲ χρείῃ τῆς περιφορῆς ἀναστρέφονται·

28. ἄλλοι δὲ ἀστρολογίην ἀψευδέα μὲν, ἀνωφελέα δ' εἶναι λέγουσι· οὐ γὰρ ὑπὸ μαντοσύνῃ ἀλλάσσεσθαι ὁκόσα τῇσι μοίρῃσι δοκέοντα ἐπέρχεται.

29. Ἐγὼ δὲ πρὸς τάδε ἄμφω κεῖνα ἔχω εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν ἀστέρες ἐν τῷ οὐρανῷ τὴν σφετέρην εἱλέονται, πάρεργον δὲ σφίσι τῆς κινήσιος τῶν κατ' ἡμέας ἕκαστον ἐπιγίγνεται. Ἦ ἐθέλεις ἵππου μὲν θέοντος καὶ ὀρνίθων καὶ ἀνδρῶν κινεομένων λίθους ἀνασαλεύεσθαι καὶ κάρφεα δονέεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνέμων τοῦ δρόμου, ὑπὸ δὲ τῇ δίνῃ τῶν ἀστέρων μηδὲν ἄλλο γίγνεσθαι; Καὶ ἐκ μὲν ὀλίγου πυρὸς ἀπορροίη ἐς ἡμέας ἔρχεται, καὶ τὸ πῦρ οὐ δι' ἡμέας καίει τι οὐδέ οἱ μέλει τοῦ ἡμετέρου θάλπεος, ἀστέρων δὲ οὐδεμίην ἀπορροίην δεχόμεθα; Καὶ μέντοι τῇ ἀστρολογίῃ τὰ μὲν φαῦλα ἐσθλὰ ποιῆσαι ἀδύνατά ἐστιν οὐδὲ ἀλλάξαι τι τῶν ἀπορρεόντων πρηγμάτων, ἀλλὰ τοὺς χρεομένους τάδε ὠφελέει, τὰ μὲν ἐσθλὰ εἰδότας ἀπιξόμενα πολλὸν ἀπόπροσθεν εὐφρανέει, τὰ δὲ φαῦλα εὐμαρέως δέχονται· οὐ γάρ σφισιν ἀγνοέουσι ἐπέρχεται, ἀλλ' ἐν μελέτῃ καὶ προσδοχίῃ ῥηίδια καὶ πρηέα ἡγέεται. Τάδε ἀστρολογίης πέρι ἐγὼν ὑπολαμβάνω.

XXXVII.

ΔΗΜΩΝΑΚΤΟΣ ΒΙΟΣ.

1. Ἔμελλεν ἄρα μηδὲ ὁ καθ' ἡμᾶς βίος τὸ παντάπασιν ἄμοιρος ἔσεσθαι ἀνδρῶν λόγου καὶ μνήμης ἀξίων, ἀλλὰ καὶ σώματος ἀρετὴν ὑπερφυᾶ καὶ γνώμην ἄκρως φιλόσοφον ἐκφαίνειν· λέγω δὲ εἴς τε τὸν Βοιώτιον Σώστρατον ἀναφέρων, ὃν Ἡρακλέα οἱ Ἕλληνες ἐκάλουν καὶ ᾤοντο εἶναι, καὶ μάλιστα εἰς Δημώνακτα τὸν φιλόσοφον, οὓς καὶ εἶδον αὐτὸς καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα, θατέρῳ δὲ τῷ Δημώνακτι καὶ ἐπὶ μήκιστον συνεγενόμην. Περὶ μὲν οὖν Σωστράτου ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ γέγραπταί μοι καὶ δεδήλωται μέγεθός τε αὐτοῦ καὶ ἰσχύος ὑπερβολὴ καὶ ἡ ὕπαιθρος ἐν τῷ Παρνασῷ δίαιτα καὶ ἡ ἐπὶ πόας εὐνὴ καὶ τροφαὶ ὄρειοι καὶ ἔργα οὐκ ἀπῳδὰ τοῦ ὀνόματος καὶ ὅσα ἢ λῃστὰς αἵρων ἔπραξεν ἢ ὁδοποιῶν τὰ ἄβατα ἢ γεφυρῶν τὰ δύσπορα.

2. Περὶ δὲ Δημώνακτος ἤδη δίκαιον λέγειν ἀμφοῖν ἕνεκα, ὡς ἐκεῖνός τε διὰ μνήμης εἴη τοῖς ἀρίστοις τό γε κατ' ἐμὲ καὶ οἱ γενναιότατοι τῶν νέων καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες ἔχοιεν μὴ πρὸς τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν παραδειγμάτων σφᾶς αὐτοὺς ῥυθμίζειν, ἀλλὰ κἀκ τοῦ ἡμετέρου βίου κανόνα προτίθεσθαι καὶ ζηλοῦν ἐκεῖνον ἄριστον ὧν οἶδα ἐγὼ φιλοσόφων γενόμενον.

3. Ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Κύπριος, οὐ τῶν ἀφανῶν ὅσα

tum divinationis : neque enim fidam illam esse, neque veram; neque Martem aut Jovem in cœlo nostra causa moveri; sed humanarum rerum curam illos plane nullam habere, neque communionem adeo ipsis cum hisce rebus nostris ullam intercedere; verum suæ rei causa atque quod necessarius sit ille ipsis circuitus, converti.

28. Alii vero astrologiam mendacii quidem, sed eandem utilitatis quoque expertem aiunt : neque enim per divinationis usum immutari quæ fatorum decreto eveniant.

29. Ego autem ad hæc ambo illa habeo dicere : stellas quidem in cœlo suam sibi viam volvi, sed obiter, præter suum illum motum, nostri quoque singulorum rationem accedere. Aut vis tu equo quidem currente, aut avibus hominibusve se moventibus exsilire lapides, et festucas agitari a vento quem effecit cursus; a stellarum autem vertigine aliud nihil fieri? Et ex parvulo quidem igni aliquid ad nos defluit, et tamen ignis non propter nos urit quicquam, neque ille nos ut calefiamus curat : stellarum autem influxum non recipimus? Et sane astrologiæ quæ mala sunt in melius mutare non licet, neque mutare quicquam rerum quæ ex principiis fluunt; sed qui ea utuntur, illis prodest eatenus : bona eventura præmonitos multo ante exhilarant, mala autem facilius accipiunt : neque enim imprudentes opprimunt, sed exercitatione et exspectatione facilia leniaque ducuntur. Hæc de astrologia equidem statuo.

XXXVII.

DEMONACTIS VITA.

1. Ergo ne nostrum quidem sæculum omnino erat futurum expers hominum sermone et commemoratione dignorum; sed tum corporis ingens robur prolaturum, tum animum summo opere philosophum : dico autem hoc ad Bœotium Sostratum respiciens, quem Herculem vocabant Græci et putabant esse; et maxime ad Demonactem philosophum : quos et vidi ipse, et visos admiratus sum; altero vero, Demonacte, diutissime etiam sum usus. Ac de Sostrato quidem alio in libro a me scriptum est, et tum magnitudo illius ostensa, tum fidem prope excedens robur hominis, et subdivalis in Parnasso mora, et cubile in gramine, et montanus victus, et opera a nomine Herculis non abhorrentia, quæque aut tollendis latronibus perfecerit, aut viis per invia muniendis, aut quum pontibus junxit loca trajectu difficilia.

2. De Demonacte autem jam dicere fas fuerit duarum rerum causa, ut et ille in memoria versetur, quantum fieri opera mea potest, præstantissimorum hominum, et juvenum generosissimi, qui ad philosophiam appulere animum, non antiqua tantum exemplaria habeant ad quæ se ipsos componant, sed etiam e nostro sæculo illum sibi tanquam canonem proponant atque æmulentur, optimum, quos ego novi, philosophorum.

3. Fuit autem genere Cyprius, non obscurorum unus,

εἰς ἀξίωμα πολιτικὸν καὶ κτῆσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντων τούτων ὑπεράνω γενόμενος καὶ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῶν καλλίστων πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν οὐχ Ἀγαθοβούλου μὰ Δί' οὐδὲ Δημητρίου πρὸ αὐτοῦ οὐδὲ Ἐπικτήτου ἐπεγειράντων, ἀλλὰ πᾶσι μὲν συνεγένετο τούτοις καὶ ἔτι Τιμοκράτει τῷ Ἡρακλεώτῃ σοφῷ ἀνδρὶ φωνήν τε καὶ γνώμην μάλιστα κεκοσμημένῳ· ἀλλ' ὅ γε Δημῶναξ οὐχ ὑπὸ τούτων τινός, ὥς ἔφην, παρακληθείς, ἀλλ' οἰκείας πρὸς τὰ καλὰ ὁρμῆς καὶ ἐμφύτου πρὸς φιλοσοφίαν ἔρωτος ἐκ παίδων εὐθὺς κεκινημένος ὑπερεῖδε μὲν τῶν ἀνθρωπείων ἀγαθῶν ἁπάντων, ὅλον δὲ παραδοὺς ἑαυτὸν ἐλευθερίᾳ καὶ παρρησίᾳ διετέλεσεν αὐτός τε ὀρθῷ καὶ ὑγιεῖ καὶ ἀνεπιλήπτῳ βίῳ χρώμενος καὶ τοῖς ὁρῶσι καὶ ἀκούουσι παράδειγμα παρέχων τὴν ἑαυτοῦ γνώμην καὶ τὴν ἐν τῷ φιλοσοφεῖν ἀλήθειαν.

4. Οὐ μὴν ἀνίπτοις γε ποσί, τὸ τοῦ λόγου, πρὸς ταῦτα ἧξεν, ἀλλὰ καὶ ποιηταῖς σύντροφος ἐγένετο καὶ τῶν πλείστων ἐμέμνητο καὶ λέγειν ἤσκητο καὶ τὰς ἐν φιλοσοφίᾳ προαιρέσεις οὐχ ἐπ' ὀλίγον οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἁψάμενος ἠπίστατο, καὶ τὸ σῶμα δὲ ἐγεγύμναστο καὶ πρὸς καρτερίαν διεπεπόνητο, καὶ τὸ ὅλον ἐμεμελήκει αὐτῷ μηδενὸς ἄλλου προσδεᾶ εἶναι· ὥστε ἐπεὶ καὶ ἔμαθεν οὐκέτι ἑαυτῷ διαρκῶν, ἑκὼν ἀπῆλθε τοῦ βίου πολὺν ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον τοῖς ἀρίστοις τῶν Ἑλλήνων καταλιπών.

5. Φιλοσοφίας δὲ εἶδος οὐχ ἓν ἀποτεμόμενος, ἀλλὰ πολλὰ ἐς ταὐτὸ καταμίξας οὐ πάνυ τι ἐξέφαινε τίνι αὐτῶν ἔχαιρεν· ἐῴκει δὲ τῷ Σωκράτει μᾶλλον ᾠκειῶσθαι, εἰ καὶ τῷ σχήματι καὶ τῇ τοῦ βίου ῥᾳστώνῃ τὸν Σινωπέα ζηλοῦν ἔδοξεν, οὐ παραχαράττων τὰ εἰς τὴν δίαιταν, ὡς θαυμάζοιτο καὶ ἀποβλέποιτο ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων, ἀλλ' ὁμοδίαιτος ἅπασιν ὢν καὶ πεζὸς καὶ οὐδ' ἐπ' ὀλίγον τύφῳ κάτοχος συνῆν καὶ ξυνεπολιτεύετο·

6. τὴν μὲν τοῦ Σωκράτους εἰρωνείαν οὐ προσιέμενος, χάριτος δὲ Ἀττικῆς μεστὰς ἀποφαίνων τὰς συνουσίας, ὡς τοὺς προσομιλήσαντας ἀπιέναι μήτε καταφρονήσαντας ὡς ἀγεννοῦς μήτε τὸ σκυθρωπὸν τῶν ἐπιτιμήσεων ἀποφεύγοντας, παντοίους δὲ ὑπ' εὐφροσύνης γενομένους καὶ κοσμιωτέρους παρὰ πολὺ καὶ φαιδροτέρους καὶ πρὸς τὸ μέλλον εὐέλπιδας.

7. Οὐδεπώποτε γοῦν ὤφθη κεκραγὼς ἢ ὑπερδιατεινόμενος ἢ ἀγανακτῶν οὐδ' εἰ ἐπιτιμᾶν τῳ δέοι, ἀλλὰ τῶν μὲν ἁμαρτημάτων καθήπτετο, τοῖς δὲ ἁμαρτάνουσι συνεγίγνωσκε, καὶ τὸ παράδειγμα παρὰ τῶν ἰατρῶν ἠξίου λαμβάνειν τὰ μὲν νοσήματα ἰωμένων, ὀργῇ δὲ πρὸς τοὺς νοσοῦντας οὐ χρωμένων· ἡγεῖτο γὰρ ἀνθρώπου μὲν εἶναι τὸ ἁμαρτάνειν, θεοῦ δὲ ἢ ἀνδρὸς ἰσοθέου τὰ πταισθέντα ἐπανορθοῦν.

8. Τοιούτῳ δὴ βίῳ χρώμενος εἰς ἑαυτὸν μὲν οὐδενὸς ἐδεῖτο, φίλοις δὲ συνέπραττε τὰ εἰκότα, καὶ τοὺς μὲν εὐτυχεῖν δοκοῦντας αὐτῶν ὑπεμίμνησκεν ὡς ἐπ' ὀλιγοχρονίοις τοῖς δοκοῦσιν ἀγαθοῖς ἐπαιρομένους, τοὺς δὲ ἢ πενίαν ὀδυρομένους ἢ φυγὴν δυσχεραίνοντας ἢ γῆρας ἢ νόσον αἰτιωμένους σὺν γέλωτι παρεμυθεῖτο, οὐχ ὁρῶντας

neque quantum ad dignitatem in republica, nec divitiarum nomine. Verum enim vero superior hisce omnibus, atque ad ea quæ pulcherrima sunt, aspirans, animum ad philosophiam appulit, non Agathobulo profecto, neque ante ipsum Demetrio, neque Epicteto excitantibus; quibus omnibus quidem utebatur, et insuper Timocrate Heracleota, sapienti viro, et linguæ pariter atque animi ornatissimi: sed non ab ullo horum incitatus, uti dixi, Demonax, verum a domestico ad honesta impetu et insito philosophiæ amore a puero inde statim commotus, humana bona omnia despiciebat, totumque se libertati et fiduciæ quum tradidisset, ita vivebat semper, tum ipse recta, sobria atque experte reprehensionis vita utens, tum præbens videntibus audientibusque exemplar, suam prudentiam, suamque in philosophando veritatem.

4. Nec tamen illotis, quod aiunt, pedibus in hæc irruit: sed poetis innutritus erat, ac plerosque tenebat memoria, exercitatusque erat dicendo; tum sectas philosophorum non pauxillum, neque extremo, secundum proverbium, digito attigerat, verum sciebat: corpus vero exercuerat et ad patientiam laborum subegerat. In universum cura illi, ne cujuscumque alterius rei indigeret: adeo ut, quum intelligeret se non amplius sibi sufficere, de vita sponte abierit, relicto Græcorum optimis quibusque multo de se sermone.

5. Philosophiæ autem non unam aliquam speciem sibi resecuit, sed multis in unum commistis, non satis declaravit, qua illarum præter ceteras gauderet. Videbatur tamen Socratis maxime ad familiam se applicuisse, licet habitu et illa victus facilitate æmulari Sinopensem videretur: neque tamen ea quæ ad victum pertinent in deterius mutabat, ut admirarentur ipsum et oculos in ipso defigerent vulgo homines: sed eodem quo ceteri victus cultusque genere utens, communis, ne pauxillum quidem tumidus, versabatur privatim et publice cum omnibus:

6. Socratis quidem illam dissimulationem non admittens, sed plenam Attica quadam gratia consuetudinem præ se ferens. Itaque sic ab eo discedebant qui cum illo fuerant, ut neque contemnerent tanquam ignavum, neque asperitatem reprehensionum ejus refugerent: sed præ voluptate animi nihil non facerent et decentiores multum, et hilariores, et spei in futurum melioris essent.

7. Nunquam enim visus est clamare, aut supra modum contendere, aut indignari, neque si quis reprehendendus esset: sed peccata quum perstringeret, ignoscebat peccantibus, volebatque exemplum nos capere a medicis, sanantibus quidem morbos, ira autem in ægrotos non utentibus: putabat enim, hominis quidem esse peccare, dei autem aut æqualis deo viri, peccata corrigere.

8. Hanc vitam quum viveret, pro se ille quidem nullius rei indigebat, sed amicos in iis, quæ e re esse judicaret, adjuvabat: et si qui illorum felices sibi viderentur, submonebat quam brevibus, quæ nunc viderentur, bonis efferrentur: qui vero aut paupertatem deplorarent, aut exilium ægre ferrent, aut senectutem, vel morbum accusarent,

ὅτι μετὰ μικρὸν αὐτοῖς παύσεται μὲν τὰ ἀνιῶντα, λήθη δέ τις ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ ἐλευθερία μακρὰ πάντας ἐν ὀλίγῳ καταλήψεται.

9. Ἔμελε δὲ αὐτῷ καὶ ἀδελφοὺς στασιάζοντας διαλλάττειν καὶ γυναιξὶ πρὸς τοὺς γεγαμηκότας εἰρήνην πρυτανεύειν· καί που καὶ δήμοις ταραττομένοις ἐμμελῶς διελέχθη καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἔπεισεν ὑπουργεῖν τῇ πατρίδι τὰ μέτρια. Τοιοῦτός τις ἦν ὁ τρόπος τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ, πρᾶος καὶ ἥμερος καὶ φαιδρός.

10. Μόνον αὐτὸν ἠνία φίλου νόσος ἢ θάνατος, ὡς ἂν καὶ τὸ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν τὴν φιλίαν ἡγούμενον· καὶ διὰ τοῦτο φίλος μὲν ἦν ἅπασι καὶ οὐκ ἔστιν ὅντινα οὐχ οἰκεῖον ἐνόμιζεν, ἄνθρωπόν γε ὄντα. Πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν. Καὶ πάντα ταῦτα μετὰ Χαρίτων καὶ Ἀφροδίτης αὐτῆς ἔπραττέ τε καὶ ἔλεγεν, ὡς ἀεὶ, τὸ κωμικὸν ἐκεῖνο, τὴν πειθὼ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐπικαθῆσθαι.

11. Τοιγαροῦν καὶ Ἀθηναίων ὅ τε σύμπας δῆμος καὶ οἱ ἐν τέλει ὑπερφυῶς ἐθαύμαζον αὐτὸν καὶ διετέλουν ὥς τινα τῶν κρειττόνων προσβλέποντες. Καίτοι ἐν ἀρχῇ προσέκρουε τοῖς πολλοῖς αὐτῶν καὶ μῖσος οὐ μεῖον τοῦ Σωκράτους παρὰ τοῖς πλήθεσιν ἐκτήσατο ἐπί τε τῇ παρρησίᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ, καί τινες ἐπ᾽ αὐτὸν συνέστησαν Ἄνυτοι καὶ Μέλητοι τὰ αὐτὰ κατηγοροῦντες ἅπερ κἀκείνου οἱ τότε, ὅτι οὔτε θύων ὤφθη πώποτε οὔτε ἐμυήθη μόνος ἁπάντων ταῖς Ἐλευσινίαις· πρὸς ἅπερ ἀνδρείως μάλα στεφανωσάμενος καὶ καθαρὸν ἱμάτιον ἀναλαβὼν καὶ παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὰ μὲν ἐμμελῶς, τὰ δὲ καὶ τραχύτερον ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἀπελογήσατο· πρὸς μὲν γὰρ τὸ μὴ τεθυκέναι πώποτε τῇ Ἀθηνᾷ, Μὴ θαυμάσητε, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ ἔθυσα, οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι αὐτὴν τῶν παρ᾽ ἐμοῦ θυσιῶν ὑπελάμβανον. Πρὸς δὲ θάτερον, τὸ τῶν μυστηρίων, ταύτην ἔφη ἔχειν αἰτίαν τοῦ μὴ κοινωνῆσαι σφίσι τῆς τελετῆς, ὅτι, ἄν τε φαῦλα ᾖ τὰ μυστήρια, οὐ σιωπήσεται πρὸς τοὺς μηδέπω μεμυημένους, ἀλλ᾽ ἀποτρέψει αὐτοὺς τῶν ὀργίων, ἄν τε καλὰ, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν ὑπὸ φιλανθρωπίας· ὥστε τοὺς Ἀθηναίους ἤδη λίθους ἐπ᾽ αὐτὸν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντας πράους αὐτῷ καὶ ἵλεως γενέσθαι αὐτίκα καὶ τὸ ἀπ᾽ ἐκείνου ἀρξαμένους τιμᾶν καὶ αἰδεῖσθαι καὶ τὰ τελευταῖα θαυμάζειν, καίτοι εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῶν πρὸς αὐτοὺς λόγων τραχυτέρῳ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ· Ἄνδρες γὰρ, ἔφη, Ἀθηναῖοι, ἐμὲ μὲν ὁρῶντες ἐστεφανωμένον ὑμεῖς ἤδη κἀμὲ καταθύσατε, τὸ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιερήσατε.

12. Βούλομαι δὲ ἔνια παραθέσθαι τῶν εὐστόχως τε ἅμα καὶ ἀστείως ὑπ᾽ αὐτοῦ λελεγμένων, ἄρξασθαι δὲ ἀπὸ Φαβωρίνου καλὸν καὶ ὧν πρὸς ἐκεῖνον εἶπεν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Φαβωρῖνος ἀκούσας τινὸς ὡς ἐν γέλωτι ποιοῖτο τὰς ὁμιλίας αὐτοῦ καὶ μάλιστα τῶν ἐν αὐταῖς μελῶν τὸ ἐπικεκλασμένον σφόδρα ὡς ἀγεννὲς καὶ γυναικεῖον καὶ φιλοσοφίᾳ ἥκιστα πρέπον, προσελθὼν

consolabatur cum risu, ut qui non viderent, post pusillum temporis cessatura quæ ipsos contristarent, oblivionem vero quandam bonorum pariter ac malorum, ac libertatem longam brevi omnes occupaturam.

9. Curæ hoc quoque sibi habebat, ut dissidentes inter se fratres in concordiam redigeret, mulieribusque pacem cum maritis conciliaret. Est etiam ubi in populo turbis agitato concinne verba fecit, persuaderetque majori parti, ut patriæ rebus consulerent modeste. Talis erat ratio illius philosophiæ, mitis, mansueta, hilaris.

10. Unum molestia ipsum afficiebat, morbus aut mors amici, ut qui maximum inter homines bonum amicitiam judicaret. Ac propter hæc amicus erat omnibus, nec est quem ipse non domesticum et familiarem putaret, in quantum homo esset. Ceterum magis minusve quorundam inter illos consuetudine delectabatur, a solis illis se removens, quicumque ultra spem emendationis peccare ipsi viderentur. Atque hæc cum Gratiis et ipsa Venere faciebatque et dicebat, ut semper, quod est in comœdia, Suada labiis illius insideret.

11. Itaque Atheniensium tum universus populus, tum principes supra modum illum admirabantur, et ut ad deum aliquem semper ad ipsum respiciebant. Quanquam initio plerisque illorum offensus erat, odiumque non minus quam Socrates apud multitudinem contraxerat loquendi illa fiducia atque libertate : jamque consurrexerant contra illum Anyti quidam et Meliti, accusantes eadem quæ illi quondam, quod neque sacrificans unquam visus esset, neque initiatus esset solus omnium Eleusiniis. Ad quæ quidem ille viriliter sane, coronatus et pura veste indutus quum in concionem prodiisset, partim concinne, partim vero asperius quam pro suo instituto causam dixit. Ad illud enim crimen, quod non unquam rem sacram Minervæ fecisset : Nolite, inquit, mirari, Athenienses, si non prius ei sacrum feci; neque enim indigere meis illam victimis putabam. Ad alterum vero illud de mysteriis, hanc sibi causam esse dicebat, cur non veniret in communionem initiorum, quod, si mala sint mysteria, taciturus non esset apud non initiatos, sed dehortaturus illos ab orgiis; sin bona, indicaturum præ humanitate omnibus. Igitur Athenienses, qui jam lapides contra ipsum haberent in manibus, mites ei et propitii statim sunt facti, et inde initio facto honorarunt virum, reveriti sunt, ac denique admirati : quanquam in principio statim suæ ad illos orationis asperiori paullum usus esset procemio. Nam, Athenienses, inquit, quum coronatum me (victimæ instar) videatis, vos jam me quoque mactate; priore enim hostia non litastis.

12. Volo jam subjicere quædam acute pariter et urbane ab illo dictorum. Decet autem a Phavorino, et his quæ ad illum dixit, incipere. Quum enim audisset e quodam Phavorinus, deridiculo ab illo haberi ipsius cum familiaribus sermones, maxime versiculos illis immistos, quod fracti nimis, ignavi, muliebres, philosophiam minime decentes

ἠρώτα τὸν Δημώνακτα τίς ὢν χλευάζοι τὰ αὐτοῦ· Ἄνθρωπος, ἔφη, οὐκ εὐαπάτητα ἔχων τὰ ὦτα. Ἐγκειμένου δὲ τοῦ σοφιστοῦ καὶ ἐρωτῶντος, τίνα δὲ καὶ ἐφόδια ἔχων, ὦ Δημῶναξ, ἐκ παιδιᾶς εἰς φιλοσοφίαν ἥκεις; Ὄρχεις, ἔφη.

13. Ἄλλοτε δέ ποτε ὁ αὐτὸς προσελθὼν ἠρώτα τὸν Δημώνακτα τίνα αἵρεσιν ἀσπάζεται μᾶλλον ἐν φιλοσοφίᾳ· ὁ δὲ, Τίς γάρ σοι εἶπεν ὅτι φιλοσοφῶ; Καὶ ἀπιὼν ἤδη παρ' αὐτῷ μάλα ἡδὺ ἐγέλασε· τοῦ δὲ ἐρωτήσαντος ἐφ' ὅτῳ γελᾷ, ἐκεῖνος ἔφη, Γελοῖόν μοι εἶναι ἔδοξεν, εἰ σὺ ἀπὸ τοῦ πώγωνος ἀξιοῖς κρίνεσθαι τοὺς φιλοσοφοῦντας αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων.

14. Τοῦ δὲ Σιδωνίου ποτὲ σοφιστοῦ Ἀθήνησιν εὐδοκιμοῦντος καὶ λέγοντος ὑπὲρ αὐτοῦ ἔπαινόν τινα τοιοῦτον, ὅτι πάσης φιλοσοφίας πεπείραται — οὐ χεῖρον δὲ αὐτὰ εἰπεῖν ἃ ἔλεγεν· Ἐὰν Ἀριστοτέλης με καλῇ ἐπὶ τὸ Λύκειον, ἕψομαι· ἂν Πλάτων ἐπὶ τὴν Ἀκαδήμειαν, ἀφίξομαι· ἂν Ζήνων, ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ διατρίψω· ἂν Πυθαγόρας καλῇ, σιωπήσομαι. Ἀναστὰς οὖν ἐκ μέσων τῶν ἀκροωμένων, Οὗτος, ἔφη προσειπὼν τὸ ὄνομα, καλεῖ σε Πυθαγόρας.

15. Πύθωνος δέ τινος τῶν ἐν Μακεδονίᾳ εὐπαρύφων νεανίσκου ὡραίου ἐρεσχηλοῦντος αὐτὸν καὶ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιστικὸν καὶ κελεύοντος εἰπεῖν τοῦ συλλογισμοῦ τὴν λύσιν, Ἕν, ἔφη, οἶδα, τέκνον, ὅτι περαίνῃ. Ἀγανακτήσαντος δὲ ἐκείνου ἐπὶ τῷ τῆς ἀμφιβολίας σκώμματι καὶ συναπειλήσαντος, Αὐτίκα σοι μάλα τὸν ἄνδρα δείξω, ὁ δὲ σὺν γέλωτι ἠρώτησε, Καὶ γὰρ ἄνδρα ἔχεις;

16. Ἐπεὶ δέ τις ἀθλητὴς καταγελασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι ἐσθῆτα ὤφθη ἀνθινὴν ἀμπεχόμενος Ὀλυμπιονίκης ὢν, ἐπάταξεν αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ καὶ αἷμα ἐρρύη, οἱ μὲν παρόντες ἠγανάκτουν ὡς αὐτὸς ἕκαστος τετυπτημένος καὶ ἐβόων ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον ἰέναι, ὁ δὲ Δημῶναξ, Μηδαμῶς, ἔφη, ὦ ἄνδρες, πρὸς τὸν ἀνθύπατον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἰατρόν.

17. Ἐπεὶ δέ ποτε καὶ χρυσοῦν δακτύλιον ὁδῷ βαδίζων εὗρε, γραμμάτιον ἐν ἀγορᾷ προθεὶς ἠξίου τὸν ἀπολέσαντα, ὅστις εἴη τοῦ δακτυλίου δεσπότης, ἥκειν καὶ εἰπόντα ὁλκὴν αὐτοῦ καὶ λίθον καὶ τύπον ἀπολαμβάνειν· ἧκεν οὖν τις μειρακίσκος ὡραῖος αὐτὸς ἀπολωλεκέναι λέγων. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ὑγιὲς ἔλεγεν, Ἄπιθι, ἔφη, ὦ παῖ, καὶ τὸν σεαυτοῦ δακτύλιον φύλαττε, τοῦτον γὰρ οὐκ ἀπολώλεκας.

18. Τῶν δὲ ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς τις Ἀθήνησιν υἱὸν αὐτῷ δείξας πάνυ ὡραῖον, θηλυδρίαν δὲ καὶ διακεκλασμένον, Προσαγορεύει σε, ἔφη, ὁ ἐμὸς υἱὸς οὑτοσί· καὶ ὁ Δημῶναξ, Καλὸς, ἔφη, καὶ σοῦ ἄξιος καὶ τῇ μητρὶ ὅμοιος.

19. Τὸν δὲ Κυνικὸν ἐν ἄρκτου δέρματι φιλοσοφοῦντα οὐχ Ὀνωρᾶτον, ὥσπερ ὠνομάζετο, ἀλλ' Ἀρκεσίλαον καλεῖν ἠξίου.

20. Ἐρωτήσαντος δέ τινος τίς αὐτῷ ὅρος εὐδαιμονίας εἶναι δοκεῖ, Μόνον εὐδαίμονα, ἔφη, τὸν ἐλεύθερον·

essent : accessit ad Demonactem rogavitque quis esset qui sua derideret: is, Homo, inquit, aures habens deceptu non nimium faciles. Instante vero sophista atque interrogante, Quo vero viatico instructus, Demonax, a puero ad philosophiam accessisti? Testiculis, inquit.

13. Alio quodam tempore idem accedens interrogat Demonactem, quam maxime sectam in philosophia amplecteretur: at ille, Quis vero tibi, inquit, dixit me philosophari? Et jam discedens apud se suaviter sane risit : illo vero interrogante quid rideret, Ridiculum mihi, inquit, esse videbatur, te a barba judicari velle philosophos, barbam quum non habeas ipse.

14. Sidonio aliquando sophista Athenis florente ac de se laudem commemorante ejusmodi, se philosophiam universam explorasse — sed nihil impedit verba ipsa referre : Si Aristoteles me vocet in Lyceum, sequar : si Plato in Academiam, veniam : si Zeno, in Pœcile commorabor : si Pythagoras vocet, silebo. Surgens igitur Demonax ex mediis auditoribus, Heus tu, inquit nomine illum appellans, vocat te Pythagoras.

15. Pythonis cujusdam purpuratorum Macedoniæ filio pulchro, irritante illum nugis et sophisticam interrogationem proponente, ejusque syllogismi solutionem dicere illum jubente, Unum, inquit, puer, novi, te περαίνεσθαι [*quod est et* concludere ex sumtis quibusdam *et* subigi]. Ægre autem ferente illo lusum ex ambiguo, et una minitante, Statim tibi virum monstrabo! cum risu interrogavit, Virum nempe habes?

16. Quum vero athleta quidam derisus ab illo, quod in florida veste, Olympionices licet, visus esset, caput illius lapide percussisset, et sanguis effluxeret : præsentes quidem indignari, quasi unusquisque ipsorum pulsatus esset, clamareque, ad proconsulem eundum esse : at Demonax, Nequaquam, inquit, viri, ad proconsulem; sed ad medicum.

17. Invenerat aliquando aureum annulum incedens per viam, tabellaque in foro proposita postulabat, ut qui perdidisset, dominus annuli, veniret, dictoque pondere illius et gemma, et imagine, eum reciperet. Venit adolescentulus formosus, se perdidisse dicens. Quum vero sani nihil diceret, Abi, puer, inquit, et tuum ipsius anulum serva : hunc quidem non perdidisti!

18. De Romano senatu aliquis Athenis filium ipsi suum ostendens formosum valde, sed effeminatum fractumque, Salutat te, inquit, filius hic meus. Et Demonax, Pulcher, inquit, et te dignus, et matris similis.

19. Cynicum illum in ursi pelle philosophantem, non Honoratum, quod illi nomen erat, sed Arcesilaum vocari volebat.

20. Interrogante quodam quis ipsi finis felicitatis videretur, Solum felicem, ait, liberum : illo vero dicente,

ἐκείνου δὲ φήσαντος πολλοὺς ἐλευθέρους εἶναι, Ἀλλ' ἐκεῖνον, εἶπε, νομίζω τὸν μήτε ἐλπίζοντά τι μήτε δεδιότα· ὁ δὲ, Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, τοῦτό τις δύναιτο; ἅπαντες γὰρ ὡς τὸ πολὺ τούτοις δεδουλώμεθα, Καὶ μὴν εἰ κατανοήσειας, εἶπε, τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, εὕροις ἂν αὐτὰ οὔτ' ἐλπίδος οὔτε φόβου ἄξια, παυσομένων πάντως καὶ τῶν ἀνιαρῶν καὶ τῶν ἡδέων.

multos liberos esse : At ego, inquit, illum puto, qui neque speret quicquam, neque metuat. Ille, Et quomodo, inquit, quis illud possit? omnes enim utplurimum hisce rebus servimus. Quin si perspicies, respondit, res hominum, deprehendes illas neque spe neque metu dignas, quum desitura sint omnino molesta pariter et jucunda.

21. Περεγρίνου δὲ τοῦ Πρωτέως ἐπιτιμῶντος αὐτῷ, ὅτι ἐγέλα τὰ πολλὰ καὶ τοῖς ἀνθρώποις προσέπαιζε, καὶ λέγοντος, Δημῶναξ, οὐ κυνᾷς, ἀπεκρίνατο, Περεγρῖνε, οὐκ ἀνθρωπίζεις.

21. Peregrino illo Proteo increpante ipsum, quod multum rideret atque alluderet hominibus, ac dicente, Demonax non agis canem (*Cynicum*), respondit, Peregrine, non agis hominem!

22. Καὶ μὴν καὶ φυσικόν τινα περὶ τῶν ἀντιπόδων διαλεγόμενον ἀναστήσας καὶ ἐπὶ φρέαρ ἀγαγὼν καὶ δείξας αὐτῷ τὴν ἐν τῷ ὕδατι σκιὰν ἤρετο, Τοιούτους ἄρα τοὺς ἀντίποδας εἶναι λέγεις;

22. Physicum adeo quendam, de antipodibus disputantem, excitavit, et ad puteum deducto ostendit in aqua umbram, interrogans : Tales igitur ais esse antipodas?

23. Ἀλλὰ καὶ μάγου τινὸς εἶναι λέγοντος καὶ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυρὰς, ὡς ὑπ' αὐτῶν ἅπαντας ἀναπείθειν καὶ παρέχειν αὐτῷ ὁπόσα βούλεται, Μὴ θαύμαζε, ἔφη· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁμότεχνός εἰμί σοι, καὶ εἰ βούλει, ἕπου πρὸς τὴν ἀρτόπωλιν καὶ ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπῳδῆς καὶ μικροῦ του φαρμάκου πείθοντα αὐτὴν δοῦναί μοι τῶν ἄρτων, αἰνιττόμενος τὸ νόμισμα ὡς τὰ ἴσα τῇ ἐπῳδῇ δυνάμενον.

23. Etiam quum aliquis magum se esse diceret et carmina habere potentissima, quibus persuadere posset omnibus, ut præberent sibi quæcumque vellet : Noli admirari, inquit; nam et ego artis tuæ sum : et, si vis, sequere ad panum venditricem, et videbis uno me carmine et pauxillo quodam veneno inducere illam ut panem mihi det : nummum indicans, cujus eadem quæ carminis vis esset.

24. Ἐπεὶ δὲ Ἡρώδης ὁ πάνυ ἐπένθει τὸν Πολυδεύκην πρὸ ὥρας ἀποθανόντα καὶ ἠξίου ὄχημα ζεύγνυσθαι αὐτῷ καὶ ἵππους παρίστασθαι ὡς ἀναβησομένῳ καὶ δεῖπνον παρασκευάζεσθαι, προσελθών, Παρὰ Πολυδεύκους, ἔφη, κομίζω σοί τινα ἐπιστολήν. Ἡσθέντος δὲ ἐκείνου καὶ οἰηθέντος ὅτι κατὰ τὸ κοινὸν καὶ αὐτὸς συντρέχει τοῖς ἄλλοις τῷ πάθει αὐτοῦ, καὶ εἰπόντος, Τί οὖν, ὦ Δημῶναξ, Πολυδεύκης ἀξιοῖ; Αἰτιᾶταί σε, ἔφη, ὅτι μὴ ἤδη πρὸς αὐτὸν ἄπει.

24. Quum Herodes ille celeberrimus Pollucem suum lugeret ante pubertatem defunctum, juberetque currum illi jungi, et equos astare tanquam conscensuro, et cœnam parari, accedens, A Polluce, inquit, affero tibi epistolam. Delectato autem illo, atque putante, pro communi reliquorum ratione, et ipsum suo subservire morbo, dicenteque : Quid ergo, Demonax, Pollux mandat? Accusat te, inquit, quod non jam ad ipsum abeas.

25. Ὁ δ' αὐτὸς υἱὸν πενθοῦντι καὶ ἐν σκότῳ ἑαυτὸν καθείρξαντι προσελθὼν ἔλεγε μάγος τε εἶναι καὶ δύνασθαι ἀναγαγεῖν τοῦ παιδὸς τὸ εἴδωλον, εἰ μόνον αὐτῷ τρεῖς τινας ἀνθρώπους ὀνομάσειε μηδένα πώποτε πεπενθηκότας· ἐπὶ πολὺ δὲ ἐκείνου ἐνδοιάσαντος καὶ ἀποροῦντος — οὐ γὰρ εἶχέ τινα, οἶμαι, εἰπεῖν τοιοῦτον — Εἶτ', ἔφη, ὦ γελοῖε, μόνος ἀφόρητα πάσχειν νομίζεις μηδένα ὁρῶν πένθους ἄμοιρον;

25. Idem lugenti filium, et in tenebris se concludenti accedens dixit magum se esse, et posse ipsi evocare filii umbram, modo sibi tres quosdam homines nominaret, qui neminem unquam luxerint. Multum autem illo dubitante et hærente (neque enim habebat, opinor, quem talem nominaret), Tum tu, inquit, ridicule, solum te intolerabilia pati arbitraris, quum tamen expertem luctus videas neminem?

26. Καὶ μὴν κἀκείνων καταγελᾶν ἠξίου τῶν ἐν ταῖς ὁμιλίαις πάνυ ἀρχαίοις καὶ ξένοις ὀνόμασι χρωμένων· ἑνὶ γοῦν ἐρωτηθέντι ὑπ' αὐτοῦ λόγον τινὰ καὶ ὑπεραττικῶς ἀποκριθέντι, Ἐγὼ μέν σε, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, νῦν ἠρώτησα, σὺ δέ μοι ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀποκρίνῃ.

26. Etiam illos risu solebat excipere, qui in congressibus uterentur antiquatis omnino peregrinisque vocabulis. Uni ergo interrogato a se aliquid, et supra modum Attice respondenti, Equidem te jam nunc, inquit, interrogavi : at tu mihi tanquam sub Agamemnone respondes.

27. Εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων, Ἀπίωμεν, Δημῶναξ, εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον καὶ προσευξώμεθα ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ, Πάνυ, ἔφη, κωφὸν ἡγῇ τὸν Ἀσκληπιὸν, εἰ μὴ δύναται κἀντεῦθεν ἡμῶν εὐχομένων ἀκούειν.

27. Dicente sodalium quodam, Abeamus, Demonax, in Æsculapii, et oremus pro filio, Utique, inquit, surdum judicas Æsculapium, si non potest hinc etiam orantes audire.

28. Ἰδὼν δέ ποτε δύο τινὰς φιλοσόφους κομιδῇ ἀπαιδεύτως ἐν ζητήσει ἐρίζοντας καὶ τὸν μὲν ἄτοπα ἐρωτῶντα, τὸν δὲ οὐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον, Οὐ δοκεῖ ὑμῖν, ἔφη, ὦ φίλοι, ὁ μὲν ἕτερος τούτων τράγον ἀμέλγειν, ὁ δὲ αὐτῷ κόσκινον ὑποτιθέναι;

28. Videns aliquando duos quosdam philosophos omnino indocte in disputatione contendere, et alterum quidem absurda interrogare, alterum nihil quod ad rem faceret respondere, Nonne videtur vobis, inquit, amici, alter horum mulgere hircum, alter cribrum ei supponere?

29. Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Περιπατητικοῦ μέγα φρονοῦντος ὅτι μόνος αὐτός ἐστι καὶ πρῶτος τῶν διαλεκτικῶν, ἔφη, Καὶ μήν, ὦ Ἀγαθόκλεις, εἰ μὲν πρῶτος, οὐ μόνος, εἰ δὲ μόνος, οὐ πρῶτος.

30. Κεθήγου δὲ τοῦ ὑπατικοῦ, ὁπότε διὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπῄει πρεσβεύσων τῷ πατρί, πολλὰ καταγέλαστα καὶ λέγοντος καὶ ποιοῦντος, ἐπειδή τῶν ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα ἔλεγεν αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Δημῶναξ, οὐδὲν μέγα.

31. Καὶ Ἀπολλώνιον δέ ποτε τὸν φιλόσοφον ἰδὼν μετὰ πολλῶν τῶν μαθητῶν ἐξελαύνοντα — ἤδη δὲ ἀπῄει μετάπεμπτος ὡς ἐπὶ παιδείᾳ τῷ βασιλεῖ συνεσόμενος — Προσέρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ.

32. Ἄλλου δέ ποτε ἐρομένου εἰ ἀθάνατος αὐτῷ ἡ ψυχὴ δοκεῖ εἶναι, Ἀθάνατος, ἔφη, ἀλλ' ὡς πάντα.

33. Περὶ μέντοι Ἡρώδου ἔλεγεν ἀληθεύειν τὸν Πλάτωνα φάμενον οὐ μίαν ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν· οὐ γὰρ εἶναι τῆς αὐτῆς ψυχῆς Ῥηγίλλαν καὶ Πολυδεύκην ὡς ζῶντας ἑστιᾶν καὶ τὰ τοιαῦτα μελετᾶν.

34. Ἐτόλμησε δέ ποτε καὶ Ἀθηναίους ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ τῆς προρρήσεως ἀκούσας, διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους καὶ ταῦτα τοῦ τὴν τελετὴν αὐτοῖς καταστησαμένου Εὐμόλπου βαρβάρου καὶ Θρᾳκὸς ὄντος.

35. Ἐπεὶ δέ ποτε πλεῖν μέλλοντι αὐτῷ διὰ χειμῶνος ἔφη τις τῶν φίλων, Οὐ δέδοικας μὴ ἀνατραπέντος τοῦ σκάφους ὑπὸ ἰχθύων καταβρωθῇς; Κᾆτ' οὐκ ἀγνώμων ἂν εἴην, ἔφη, ὀκνῶν ὑπὸ ἰχθύων καταδασθῆναι τοσούτους αὐτὸς ἰχθῦς καταφαγών;

36. Ῥήτορι δέ τινι κάκιστα μελετήσαντι συνεβούλευεν ἀσκεῖν καὶ γυμνάζεσθαι· τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἀεὶ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγω, Εἰκότως τοίνυν, ἔφη, τοιαῦτα λέγεις μωρῷ ἀκροατῇ χρώμενος.

37. Καὶ μάντιν δέ ποτε ἰδὼν δημοσίᾳ ἐπὶ μισθῷ μαντευόμενον, Οὐχ ὁρῶ, ἔφη, ἐφ' ὅτῳ τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖς· εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀλλάξαι τι δυνάμενος τῶν ἐπικεκλωσμένων, ὀλίγον αἰτεῖς ὁπόσον ἂν αἰτῇς, εἰ δὲ ὡς δέδοκται τῷ θεῷ πάντα ἔσται, τί σου δύναται ἡ μαντική;

38. Πρεσβύτου δέ τινος Ῥωμαίου εὐσωματοῦντος καὶ τὴν ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην πρὸς πάτταλον ἐπιδειξαμένου καὶ ἐρομένου, Πῶς σοι, Δημῶναξ, μεμαχῆσθαι ἔδοξα; Καλῶς, ἔφη, ἂν ξύλινον τὸν ἀνταγωνιστὴν ἔχῃς.

39. Καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰς ἀπόρους τῶν ἐρωτήσεων πάνυ εὐστόχως παρεσκεύαστο· ἐρομένου γάρ τινος ἐπὶ χλευασμῷ, εἰ χιλίας μνᾶς ξύλων καύσαιμι, ὦ Δημῶναξ, πόσαι μναῖ ἂν καπνοῦ γένοιντο; Στῆσον, ἔφη, τὴν σποδόν, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν καπνός ἐστι.

40. Πολυβίου δέ τινος, κομιδῇ ἀπαιδεύτου ἀνθρώπου καὶ σολοίκου, εἰπόντος, Ὁ βασιλεύς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν· Εἴθε σε, ἔφη, Ἕλληνα μᾶλλον ἢ Ῥωμαῖον πεποίηκεν.

41. Ἰδὼν δέ τινα τῶν εὐπαρύφων ἐπὶ τῷ πλάτει

29. Agathocle Peripatetico gloriante, solum se et primum esse dialecticorum, Quin tu, inquit, Agathocles, si quidem primus, non solus: si vero solus; non primus.

30. Cethego consulari, quum per Græciam in Asiam pergeret legatus patri futurus, ridicula multa et dicente et faciente; atque sodalium ipsius uno, qui ista videret, dicente; magnum eum purgamentum esse: Medius fidius, inquit Demonax, magnum nihil.

31. Apollonium aliquando philosophum quum videret multis cum discipulis exeuntem (ibat autem arcessitus, ut institutionis causa cum imperatore esset), Accedit, inquit, Apollonius cum suis Argonautis.

32. Interrogante alio utrum immortalis illi videatur anima, Immortalis, inquit, sed ut omnia.

33. De Herode dicebat, verum dicere Platonem, non unam nos animam habere: neque enim ejusdem esse animæ, Regillam et Pollucem (mortuos) ut viventes convivio excipere, et talia declamare.

34. Ausus est aliquando etiam Athenienses publice interrogare, audita solemni denuntiatione, propter quam causam excludant sacris barbaros, idque, quum constituerit illis initia Eumolpus, barbarus e Thracia.

35. Quum navigaturo per hiemem diceret amicorum aliquis, Non metuis ne everso navigio devoreris a piscibus? Tum non ingratus fuerim, inquit, si gravarer consumi a piscibus, qui ipse multos adeo pisces sim epulatus?

36. Rhetori cuidam pessime declamanti consulebat exercere se et meditari: hoc autem dicente, Semper apud me dico; Non igitur mirum est, inquit, talia te dicere, qui stultum adeo auditorem adhibeas.

37. Divinatorem videns publice accepta mercede divinantem, Non video, inquit, pro qua re mercedem repetas: si enim, ut qui mutare aliquid possis de fatis, parum nimis exigis, quantumcumque exigas; sin vero ut decretum deo est, sic erunt omnia, tua quid prodest divinatio?

38. Sene quodam Romano, corporis bene curati, armatam ipsi pugnam ad palum ostendente, atque interrogante, Quomodo tibi, Demonax, pugnasse videor? Præclare, inquit, ligneum si hostem habueris.

39. Etiam ad difficiles quæstiones acute admodum paratus erat. Per ludibrium enim interrogante quodam, Si mille minas lignorum cremavero, Demonax, quot ibi minæ fumi fuerint? Appende, inquit, cineres; reliquum omne fumus est.

40. Polybio cuidam indocto plane homini et vitiose loquenti, quum diceret: Imperator Romana me civitate honoravit: Utinam, inquit, Græcum te potius quam Romanum fecisset!

41. Quum prætextatum aliquem vidisset latitudine clavi

τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα, κύψας αὐτοῦ πρὸς τὸ οὖς καὶ τῆς ἐσθῆτος λαβόμενος καὶ δείξας, Τοῦτο μέντοι, ἔφη, πρὸ σοῦ πρόβατον ἐφόρει καὶ ἦν πρόβατον.

42. Ἐπεὶ μέντοι λουόμενος ὤκνησεν ἐς τὸ ὕδωρ ζέον ἐμβῆναι, καὶ ᾐτιάσατό τις ὡς ἀποδειλιάσαντα, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὑπὲρ πατρίδος αὐτὸ πείσεσθαι ἔμελλον;

43. Ἐρομένου δέ τινος, Ὁποῖα νομίζεις τὰ ἐν Ἅδου; Περίμεινον, ἔφη, κἀκεῖθέν σοι ἐπιστελῶ.

44. Ἀδμήτῳ δέ τινι ποιητῇ φαύλῳ λέγοντι γεγραφέναι μονόστιχον ἐπίγραμμα, ὅπερ ἐν ταῖς διαθήκαις κεκέλευκεν ἐπιγραφῆναι αὐτοῦ τῇ στήλῃ — οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν,

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον, βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός —

γελάσας εἶπεν, Οὕτω καλόν ἐστιν, ὦ Ἄδμητε, τὸ ἐπίγραμμα ὥστε ἐβουλόμην αὐτὸ ἤδη ἐπιγεγράφθαι.

45. Ἰδών δέ τις ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ οἷα τοῖς γέρουσιν ἐπιεικῶς γίγνεται, ἤρετο, Τί τοῦτο, ὦ Δημῶναξ; ὁ δὲ μειδιάσας, Χάρων με ἔδακεν, ἔφη.

46. Καὶ μέντοι καὶ Λακεδαιμόνιόν τινα ἰδὼν τὸν αὐτοῦ οἰκέτην μαστιγοῦντα, Παῦσαι, ἔφη, ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν δοῦλον ἀποφαίνων.

47. Δανάης δέ τινος πρὸς τὸν ἀδελφὸν δίκην ἐχούσης, Κρίθητι, ἔφη, οὐ γὰρ εἶ Δανάη ἡ Ἀκρισίου θυγάτηρ.

48. Μάλιστα δὲ ἐπολέμει τοῖς οὐ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς ἐπίδειξιν φιλοσοφοῦσιν. Ἕνα γοῦν ἰδὼν Κυνικὸν τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, ἀντὶ δὲ τῆς βακτηρίας ὕπερον, κεκραγότα καὶ λέγοντα ὅτι Ἀντισθένους καὶ Κράτητος καὶ Διογένους ἐστὶ ζηλωτής, Μὴ ψεύδου, ἔφη, σὺ γὰρ Ὑπερίδου μαθητὴς ὢν τυγχάνεις.

49. Ἐπεὶ μέντοι πολλοὺς τῶν ἀθλητῶν ἑώρα κακομαχοῦντας καὶ παρὰ τὸν νόμον τὸν ἐναγώνιον ἀντὶ τοῦ παγκρατιάζειν δάκνοντας, Οὐκ ἀπεικότως, ἔφη, τοὺς νῦν ἀθλητὰς οἱ παρομαρτοῦντες λέοντας καλοῦσιν.

50. Ἀστεῖον δὲ κἀκεῖνο αὐτοῦ καὶ δηκτικὸν ἅμα τὸ πρὸς τὸν ἀνθύπατον εἰρημένον· ἦν μὲν γὰρ τῶν πιττουμένων τὰ σκέλη καὶ τὸ σῶμα ὅλον, Κυνικοῦ δέ τινος ἐπὶ λίθον ἀναβάντος καὶ αὐτὸ τοῦτο κατηγοροῦντος αὐτοῦ καὶ εἰς κιναιδίαν διαβάλλοντος, ἀγανακτήσας καὶ κατασπασθῆναι τὸν Κυνικὸν κελεύσας ἔμελλεν ἢ ξύλοις συντρίψειν ἢ καὶ φυγῇ ζημιώσειν· ἀλλ' ὅ γε Δημῶναξ παρατυχὼν παρῃτεῖτο συγγνώμην ἔχειν αὐτῷ κατά τινα πάτριον τοῖς Κυνικοῖς παρρησίαν θρασυνομένῳ. Εἰπόντος δὲ τοῦ ἀνθυπάτου, Νῦν μέν σοι ἀφίημι αὐτόν, ἂν δὲ ὕστερον τοιοῦτόν τι τολμήσῃ, τί παθεῖν ἄξιός ἐστι; καὶ ὁ Δημῶναξ, Δρωπακισθῆναι τότε αὐτὸν κέλευσον.

51. Ἄλλῳ δέ τινι στρατοπέδων ἅμα καὶ ἔθνους τοῦ μεγίστου τὴν ἀρχὴν ἐμπιστευθέντι ἐκ βασιλέως ἐρομένῳ πῶς ἄριστα ἄρξει, Ἀόργητος, ἔφη, καὶ ὀλίγα μὲν λαλῶν, πολλὰ δὲ ἀκούων.

52. Ἐρομένῳ δέ τινι εἰ καὶ αὐτὸς πλακοῦντας ἐσθίοι, Οἴει οὖν, ἔφη, τοῖς μωροῖς τὰς μελίττας τιθέναι τὰ κηρία;

superbientem, ad aurem illius inclinatus, et prehensa veste ostensaque, Hanc quidem, inquit, ante te ovis gestabat, et erat ovis.

42. In balneo quum ingredi in ferventem aquam cunctaretur, et ut timidum aliquis accusaret, Dic mihi, inquit, an pro patria hoc subiturus eram?

43. Interrogante quodam, Quid putas agi apud inferos? Exspecta, inquit, inde tibi rescribam.

44. Admeto cuidam, malo poetæ, quum diceret scriptum a se epigramma unius versus, quod testamento jussisset suæ columellæ sepulcri inscribi : sed quid prohibet ipsum ponere,

Terra cape Admeti utriculum, deus exiit ipse!

ridens dixit : Adeo pulchrum est, o Admete, epigramma, ut velim illud jam inscriptum esse.

45. Videns aliquis in cruribus illius, qualia fere solent accidere senibus, rogarat : Ecquid hoc, Demonax? Ille subridens, Charon, inquit, me momordit.

46. Lacedæmonium quendam quum vidisset flagellis cædere servum, Desine, inquit, parem tibi honore reddere servum tuum.

47. Danae quædam litem contra fratrem quum haberet, In jus ambula, inquit, neque enim illa es Danae Acrisii (*injudicati*) filia.

48. Maxime autem impugnabat qui non vere, sed ostentationis causa philosopharentur. Unum enim videns Cynicum pallium quidem habentem ac peram, pro clava autem pistillum, valde clamantem, dicentemque se Antisthenis et Cratetis et Diogenis æmulum, Noli mentiri, inquit; tu enim Hyperidis (*pistillarii*) discipulus es.

49. Quum multos athletarum videret male pugnantes et contra legem certaminis loco pancratii mordentes, Haud injuria, inquit, hodiernos athletas sui sectatores leones appellant.

50. Lepidum sane illud quoque ipsius et mordax simul ad proconsulem dictum. Erat enim ille ex eo numero, qui crura ac totum corpus vellerent. Cynico autem quodam ascendente in lapidem, atque id ipsum accusante, mollitiemque illius traducente, indignatus, detrahique jubens Cynicum, aut fustibus contundere aut multare exilio parabat. Forte autem superveniens Demonax deprecatus est, veniam ut illi daret, qui patria quadam Cynicis libertate hoc ausus esset. Dicente vero proconsule : Jam quidem illum tibi dimitto, sed si in posterum tale quid ausus fuerit, quid pati dignus est? Demonax, Tum dropace illum velli jube, inquit.

51. Alii cuidam, cui legionum et provinciæ maximæ imperium commissum fuerat ab imperatore, interroganti quomodo optime imperaret, respondit : Si non irascaris et loquaris pauca, multa vero audias.

52. Interrogante quodam, num et ipse placentas ederet, Putasne igitur, inquit, stultis favos strui ab apibus?

53. Πρὸς δὲ τῇ Ποικίλῃ ἀνδριάντα ἰδὼν τὴν χεῖρα ἀποκεκομμένον, ὀψὲ ἔφη Ἀθηναίους εἰκόνι χαλκῇ τετιμηκέναι τὸν Κυναίγειρον.

54. Καὶ μὴν καὶ Ῥουφῖνον τὸν Κύπριον — λέγω δὲ τὸν χωλὸν τὸν ἐκ τοῦ περιπάτου — ἰδὼν ἐπὶ πολὺ τοῖς περιπάτοις ἐνδιατρίβοντα, Οὐδέν ἐστιν, ἔφη, ἀναισχυντότερον χωλοῦ Περιπατητικοῦ.

55. Ἐπεὶ δέ ποτε ὁ Ἐπίκτητος ἐπιτιμῶν ἅμα συνεβούλευεν αὐτῷ ἀγαγέσθαι γυναῖκα καὶ παιδοποιήσασθαι, πρέπειν γὰρ καὶ τοῦτο φιλοσόφῳ ἀνδρὶ ἕτερον ἀνθ' αὑτοῦ καταλιπεῖν τῇ φύσει, ἐλεγκτικώτατα πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο, Οὐκοῦν, ὦ Ἐπίκτητε, δός μοι μίαν τῶν σαυτοῦ θυγατέρων.

56. Καὶ μὴν καὶ τὸ πρὸς Ἑρμῖνον τὸν Ἀριστοτελικὸν ἄξιον ἀπομνημονεῦσαι· εἰδὼς γὰρ αὐτὸν παγκάκιστον μὲν ὄντα καὶ μυρία κακὰ ἐργαζόμενον, τὸν Ἀριστοτέλην δὲ διὰ στόματος καὶ αὐτοῦ τὰς δέκα κατηγορίας ἔχοντα, Ἑρμῖνε, ἔφη, ἀληθῶς ἄξιος εἶ δέκα κατηγοριῶν.

57. Ἀθηναίων δὲ σκεπτομένων κατὰ ζῆλον τὸν πρὸς Κορινθίους καταστήσασθαι θέαν μονομάχων προελθὼν εἰς αὐτούς, Μὴ πρότερον, ἔφη, ταῦτα, ὦ Ἀθηναῖοι, ψηφίσησθε, ἂν μὴ τοῦ Ἐλέου τὸν βωμὸν καθέλητε.

58. Ἐπεὶ δὲ εἰς Ὀλυμπίαν ποτὲ ἐλθόντι αὐτῷ Ἠλεῖοι εἰκόνα χαλκῆν ἐψηφίσαντο, Μηδαμῶς τοῦτο, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἠλεῖοι, μὴ δόξητε ὀνειδίζειν τοῖς προγόνοις ὑμῶν, ὅτι μήτε Σωκράτους μήτε Διογένους εἰκόνα ἀνατεθείκασιν.

59. Ἤκουσα δὲ αὐτοῦ ποτε καὶ πρὸς τὸν τῶν νόμων ἔμπειρον ταῦτα λέγοντος, ὅτι κινδυνεύουσιν ἄχρηστοι εἶναι οἱ νόμοι, ἄν τε πονηροῖς ἄν τε ἀγαθοῖς γράφωνται· οἱ μὲν γὰρ οὐ δέονται νόμων, οἱ δὲ ὑπὸ νόμων οὐδὲν βελτίους γίγνονται.

60. Τῶν δὲ Ὁμήρου στίχων ἕνα ᾖδε μάλιστα,

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλὰ ἐοργώς.

61. Ἐπῄνει δὲ καὶ τὸν Θερσίτην ὡς Κυνικόν τινα δημηγόρον.

62. Ἐρωτηθεὶς δέ ποτε τίς αὐτῷ ἀρέσκοι τῶν φιλοσόφων, ἔφη, Πάντες μὲν θαυμαστοί, ἐγὼ δὲ Σωκράτην μὲν σέβω, θαυμάζω δὲ Διογένην καὶ φιλῶ Ἀρίστιππον.

63. Ἐβίου δὲ ἔτη ὀλίγου δέοντα τῶν ἑκατὸν ἄνοσος, ἄλυπος, οὐδένα ἐνοχλήσας τι ἢ αἰτήσας, φίλοις χρήσιμος, ἐχθρὸν οὐδένα οὐδεπώποτε ἐσχηκώς· καὶ τοσοῦτον ἔρωτα ἔσχον πρὸς αὐτὸν Ἀθηναῖοί τε αὐτοὶ καὶ ἅπασα ἡ Ἑλλὰς ὥστε παριόντι ὑπεξανίστασθαι μὲν τοὺς ἄρχοντας, σιωπὴν δὲ γίγνεσθαι παρὰ πάντων. Τὸ τελευταῖον δὲ ἤδη ὑπέργηρως ὢν ἄκλητος εἰς ἣν τύχοι παριὼν οἰκίαν ἐδείπνει καὶ ἐκάθευδε, τῶν ἐνοικούντων θεοῦ τινα ἐπιφάνειαν ἡγουμένων τὸ πρᾶγμα καί τινα ἀγαθὸν δαίμονα εἰσεληλυθέναι αὐτοῖς εἰς τὴν οἰκίαν. Παριόντα δὲ αἱ ἀρτοπώλιδες ἀνθεῖλκον πρὸς αὑτὰς ἑκάστη ἀξιοῦσα παρ' αὐτῆς λαμβάνειν τῶν ἄρτων, καὶ

53. Ad Pœcilen quum vidisset statuam manu truncatam, sero tandem ait statua ænea honoratum ab Atheniensibus Cynægirum.

54. Rufinum Cyprium, dico autem illum claudum, illum de Peripato, videns multum in illis ambulationibus versantem, Nihil est, inquit, claudo Peripatetico impudentius.

55. Quum quondam Epictetus non sine reprehensione consuleret illi uxorem ducere, et procreare liberos; decere enim hoc quoque virum philosophum, ut alium pro se relinquat progeneratum ex se; sic respondit, ut planissime illum refutaret, Da mihi igitur, Epictete, unam filiarum tuarum.

56. Etiam illud quod ad Aristotelicum Herminum dixit, commemorabile est. Quem quum sciret pessimum esse hominem et infinita patrantem mala, Aristotelem autem et decem illius categorias (*prædicamenta*) in ore habentem; Vere, ait, Hermine, dignus es decem categoriis (*accusationibus.*)

57. Atheniensibus æmulatione quadam Corinthiorum de gladiatorum constituendo spectaculo deliberantibus, progressus inter illos, Ne prius, inquit, o Athenienses, de his in suffragium ite, quam Misericordiæ aram sustuleritis.

58. Quum Olympiam venienti Elei æneam statuam decernerent, Nequaquam, inquit, o viri Elei, hoc facite, ne exprobrare videamini majoribus vestris, qui neque Socrati statuam, neque Diogeni posuerint.

59. Audivi illum quondam ad jurisperitum ista dicere : inutiles fere leges esse, sive bonis scribantur, sive malis; alteros enim non indigere legibus, alteros nihilo a legibus fieri meliores.

60. Homeri versum unum maxime cantillabat :

Mors simul ignavum rapit, et qui multa patravit.

61. Thersiten laudabat ut Cynicum quendam concionatorem.

62. Interrogatus, quis philosophorum maxime ipsi probaretur? Omnes quidem, ait, admirabiles : ego vero Socratem veneror, miror Diogenem, amo Aristippum.

63. Vixit annos non multos intra centum, sine morbo, sine dolore, nemini molestus quum fuisset, a nemine quicquam quum petiisset : utilis amicis, qui inimicum nunquam quenquam habuisset. Tanto illum amore prosecuti sunt cum ipsi Athenienses, tum universa Græcia, ut prodeunti in publicum assurgerent principes, silentium autem ab omnibus illi præstaretur. Denique quum ad ultimam senectutem jam pervenisset, invocatus quamcumque luberet domum ingressus, cœnebat ibi pernoctabatque, quam rem dei alicujus adventum existimabant incolæ, bonum aliquem genium domum ad se introiisse putantes. Prætereuntem panum venditrices certatim ad se trahere, postulans unaquæque a se

τοῦτο εὐτυχίαν ἑαυτῆς ἡ δεδωκυῖα ᾤετο. Καὶ μὴν καὶ οἱ παῖδες ὀπώρας προσέφερον αὐτῷ πατέρα ὀνομάζοντες.

panem uti caperet, eoque se feliciorem, quæ dederat, judicare. Quin pueri fructus illi offerre, et appellare patrem.

64. Στάσεως δέ ποτε Ἀθήνησι γενομένης εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ φανεὶς μόνον σιωπᾶν ἐποίησεν αὐτούς· ὁ δὲ ἰδὼν ἤδη μετεγνωκότας οὐδὲν εἰπὼν καὶ αὐτὸς ἀπηλλάγη.

64. Seditione aliquando Athenis exorta, in concionem prodiit, ipsaque præsentia sua silentium procuravit. At quum videret jam illos resipuisse, verbo nullo prolato iterum discessit.

65. Ὅτε δὲ συνῆκεν οὐκέθ' οἷός τε ὢν αὐτῷ ἐπικουρεῖν, εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸν ἐναγώνιον τῶν κηρύκων πόδα,

> Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων
> ἄθλων ταμίας, καιρὸς δὲ καλεῖ
> μηκέτι μέλλειν·

καὶ πάντων ἀποσχόμενος ἀπῆλθε τοῦ βίου φαιδρὸς καὶ οἷος ἀεὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐφαίνετο.

65. Quum vero intelligeret se non amplius præstare sibi opem posse, dixit ad præsentes præconum illud in certaminum ludis carmen :

> Finit ludus, pulchram tribuens
> meritis laurum, tempusque vocat
> prohibetque moras :

atque abstinens omnibus, vita discessit hilaris, et qualis semper his, qui illum vidissent, apparuit.

66. Ὀλίγον δὲ πρὸ τῆς τελευτῆς ἐρομένου τινός, Περὶ ταφῆς τί κελεύεις; Μὴ πολυπραγμονεῖτε, ἔφη· ἡ γὰρ ὀδμή με θάψει. Φαμένου δὲ ἐκείνου, Τί οὖν; οὐχ αἰσχρὸν ὀρνέοις καὶ κυσὶ βορὰ προτεθῆναι τηλικούτου ἀνδρὸς σῶμα; Καὶ μὴν οὐδὲν ἄτοπον, ἔφη, τοῦτο, εἰ μέλλω καὶ ἀποθανὼν ζῴοις τισὶ χρήσιμος ἔσεσθαι.

66. Paullo ante mortem interrogante aliquo, De sepultura quid jubes? Nolite laborare, inquit, odor me sepeliet. Dicente autem illo : Quid? nonne turpe avibus canibusque cibum jacere talis viri corpus? Quin, ait, nihil absurdi hoc, si mortuus etiam animalibus quibusdam futurus sim utilis.

67. Οἱ μέντοι Ἀθηναῖοι καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ μεγαλοπρεπῶς καὶ ἐπὶ πολὺ ἐπένθησαν καὶ τὸν θᾶκον τὸν λίθινον, ἐφ' οὗ εἰώθει ὁπότε κάμνοι ἀναπαύεσθαι, προσεκύνουν καὶ ἐστεφάνουν ἐς τιμὴν τοῦ ἀνδρὸς ἡγούμενοι ἱερὸν εἶναι καὶ τὸν λίθον ἐφ' οὗ ἐκαθέζετο. Ἐπὶ μὲν γὰρ τὴν ἐκφορὰν οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἀπήντησε, καὶ μάλιστα τῶν φιλοσόφων· οὗτοι μέντοι ὑποδύντες ἐκόμιζον αὐτὸν ἄχρι πρὸς τὸν τάφον.

67. Verum Athenienses et publico illum funere magnifico extulere, et luxerunt diu, et lapideam sedem, in qua acquiescere fessus solebat, adorabant, coronabantque honoris viro habendi causa, rati sacrum etiam esse, in quo sederat, lapidem. Ad funus quidem nemo fuit quin procederet, philosophorum præsertim : hi quidem subeuntes feretro ad sepulcrum illum portarunt.

Ταῦτα ὀλίγα πάνυ ἐκ πολλῶν ἀπεμνημόνευσα, καὶ ἔστιν ἀπὸ τούτων τοῖς ἀναγιγνώσκουσι λογίζεσθαι ὁποῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ἐγένετο.

Hæc pauca sane de multis commemoravi. Et est de his existimandi copia lectoribus, qualis ille vir fuerit.

XXXVIII.

* ΕΡΩΤΕΣ.

1. ΛΥΚΙΝΟΣ. Ἐρωτικῆς παιδιᾶς, ἑταῖρέ μοι Θεόμνηστε, ἐξ ἑωθινοῦ πεπλήρωκας ἡμῶν τὰ κεκμηκότα πρὸς τὰς συνεχεῖς σπουδὰς ὦτα, καί μοι σφόδρα διψῶντι τοιαύτης ἀνέσεως εὔκαιρος ἡ τῶν ἱλαρῶν σου λόγων ἐρρύη χάρις· ἀσθενὴς γὰρ ἡ ψυχὴ διηνεκοῦς σπουδῆς ἀνέχεσθαι, ποθοῦσι δ' οἱ φιλότιμοι πόνοι μικρὰ τῶν ἐπαχθῶν φροντίδων χαλασθέντες εἰς ἡδονὰς ἀνίεσθαι. Πάνυ δή με ὑπὸ τὸν ὄρθρον ἡ τῶν ἀκολάστων σου διηγημάτων αἱμύλη καὶ γλυκεῖα πειθὼ κατηύφρανεν, ὥστ' ὀλίγου δεῖν Ἀριστείδης ἐνόμιζον εἶναι τοῖς Μιλησιακοῖς λόγοις ὑπερκηλούμενος, ἄχθομαί τε νὴ τοὺς σοὺς ἔρωτας, οἷς πλατὺς εὑρέθης σκοπός, ὅτι πέπαυσαι διηγούμενος· καί σε πρὸς αὐτῆς ἀντιβολοῦμεν Ἀφροδίτης, εἰ περιττά με λέγειν ἔοικας, εἴ τις ἄρρην ἢ καὶ νὴ Δία θῆλυς ἐφεῖταί σοι πόθος, ἠρέμα τῇ μνήμῃ

XXXVIII.

* AMORES.

1. LYCINUS. Amatorio lusu, Theomneste sodalis, a mane inde implevisti mihi fatigatas ad perpetua seria aures; mihique vehementer ejusmodi remissionem sitienti, opportuna admodum fluxit hilarium sermonum tuorum venustas. Infirmior enim est animus, quam qui perpetuam contentionem ferre possit; desiderantque ambitiosi labores, gravibus parumper curis laxati, in voluptates remitti. Me sane hoc matutino petulantium sermonum tuorum loquacitas dulcisque suada oblectavit, ut parum abesset quin Aristides mihi viderer, Milesiis sermonibus supra modum oblectatus : atque fero moleste, per tibi tuos amores juro, quibus latus adeo scopus inventus es, quod narrare desiisti : ac per ipsam te Venerem obsecro (si forte vana me dicere putas) sive masculus aliquis, sive femineus hercle tibi amor immissus est, ut placide illum memoriæ ope huc evoces. Nam

ἐκκαλέσασθαι. Καὶ γὰρ ἄλλως ἑορταστικὴν ἄγομεν ἡμέραν Ἡράκλεια θύοντες· οὐκ ἀγνοεῖς δὲ δή που τὸν θεὸν ὡς ὀξὺς ἦν πρὸς Ἀφροδίτην· ἥδιστα οὖν δοκεῖ μοι τῶν λόγων τὰς θυσίας προσήσεσθαι.

2. ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΣ. Θᾶττον ἄν μοι, ὦ Λυκῖνε, θαλάττης κύματα καὶ πυκνὰς ἀπ' οὐρανοῦ νιφάδας ἀριθμήσειας ἢ τοὺς ἐμοὺς Ἔρωτας. Ἐγὼ γοῦν ἅπασαν αὐτῶν κενὴν ἀπολελεῖφθαι φαρέτραν νομίζω, κἂν ἐπ' ἄλλον τινὰ πτῆναι θελήσωσιν, ἄνοπλος αὐτῶν ἡ δεξιὰ γελασθήσεται· σχεδὸν γὰρ ἐκ τῆς ἀντίπαιδος ἡλικίας εἰς τοὺς ἐφήβους κριθεὶς ἄλλαις ἀπ' ἄλλων ἐπιθυμίαις βουκολοῦμαι· διάδοχοι ἔρωτες ἀλλήλων καὶ πρὶν ἢ λῆξαι τοὺς προτέρους, ἄρχονται δεύτεροι, κάρηνα Λερναῖα τῆς παλιμφυοῦς Ὕδρας πολυπλοκώτερα μηδ' Ἰόλεων βοηθὸν ἔχειν δυνάμενα· πυρὶ γὰρ οὐ σβέννυται πῦρ. Οὕτω τις ὑγρὸς τοῖς ὄμμασιν ἐνοικεῖ μύωψ, ὃς ἅπαν κάλλος εἰς αὑτὸν ἁρπάζων ἐπ' οὐδενὶ κόρῳ παύεται· καὶ συνεχὲς ἀπορεῖν ἐπέρχεταί μοι, τίς οὗτος Ἀφροδίτης ὁ χόλος· οὐ γὰρ Ἡλιάδης ἐγώ τις οὐδὲ Λημνιάδων ἔρις οὐδὲ Ἱππολύτειον ἀγροικίαν ὠφρυωμένος, ὡς ἐρεθίσαι τῆς θεοῦ τὴν ἄπαυστον ταύτην ὁρμήν.

3. ΛΥΚ. Πέπαυσο τῆς ἐπιπλάστου καὶ δυσχεροῦς ταύτης ὑποκρίσεως, Θεόμνηστε. Ἄχθῃ γάρ, ὅτι τούτῳ τῷ βίῳ ἡ τύχη προσεκλήρωσέ σε, καὶ χαλεπὸν εἶναι νομίζεις, εἰ γυναιξὶν ὡραίαις καὶ μετὰ παίδων τὸ καλὸν ἀνθούντων ὁμιλεῖς; ἀλλά σοι καὶ καθαρσίων τάχα δεήσει πρὸς τὸ δυσχερὲς οὕτω νόσημα· δεινὸν γὰρ τὸ πάθος. Ἀλλ' οὐχὶ τοῦτον τὸν πολὺν ἐκχέας λῆρον εὐδαίμονα σαυτὸν εἶναι νομιεῖς, ὅτι σοι ὁ θεὸς οὐκ αὐχμηρὰν γεωργίαν ἐπέκλωσεν οὐδ' ἐμπορικὰς ἄλας καὶ στρατιώτην ἐν ὅπλοις βίον, ἀλλὰ λιπαραὶ παλαῖστραι μέλουσί σοι καὶ φαιδρὰ μὲν ἐσθὴς μέχρι ποδῶν τὴν παρυφὴν καθειμένη, διακριδὸν δ' ἠσκημένης κόμης ἐπιμέλεια; τῶν γε μὴν ἐρωτικῶν ἱμέρων καὶ αὐτὸ τὸ βασανίζον εὐφραίνει καὶ γλυκὺς ὀδοὺς ὁ τοῦ πόθου δάκνει· πειράσας μὲν γὰρ ἐλπίζεις, τυχὼν δ' ἀπολέλαυκας· ἴση δὲ ἡδονὴ τὸ παρεῖναι καὶ τὸ μέλλον. Ἔναγχος γοῦν διηγουμένου σου τὸν πολύν, ὡς καὶ παρ' Ἡσιόδῳ, κατάλογον ὧν ἀρχῆθεν ἠράσθης, ἱλαραὶ μὲν τῶν ὀμμάτων αἱ βολαὶ ταχερῶς ἀνυγραίνοντο, τὴν φωνὴν δ' ἴσην τῇ Λυκάμβου θυγατρὶ λεπτὸν ἀφηδύνων ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σχήματος εὐθὺς δῆλος ἦς οὐκ ἐκείνων μόνων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς μνήμης ἐρῶν. Ἀλλ' εἴ τί σοι τοῦ κατὰ τὴν Ἀφροδίτην περίπλου λείψανον ἀφεῖται, μηδὲν ἀποκρύψῃ, τῷ δὲ Ἡρακλεῖ τὴν θυσίαν ἐντελῆ παράσχου.

4. ΘΕΟΜΝ. Βουφάγος μὲν ὁ δαίμων, ὦ Λυκῖνε, καὶ ταῖς ἀκάπνοις, ὥς φασι, τῶν θυσιῶν ἥκιστα τερπόμενος. Ἐπεὶ δ' αὐτοῦ τὴν ἐτήσιον ἑορτὴν λόγῳ γεραίρομεν, αἱ μὲν ἐμαὶ διηγήσεις ἐξ ἑωθινοῦ παραταθεῖσαι κόρον ἔχουσιν, ἡ δὲ σὴ Μοῦσα τῆς συνήθους μεθαρμοσαμένη σπουδῆς ἱλαρῶς τῷ θεῷ συνδιημερευσάτω, καί μοι γενοῦ δικαστὴς ἴσος, ἐπεὶ μηδ' εἰς ἕτερόν σε τοῦ πάθους ῥέποντα ὁρῶ, ποτέρους ἀμείνονας ἡγῇ, τοὺς φιλόπαιδας ἢ τοὺς γυναίοις ἀσμενίζοντας; ἐγὼ

alioquin festum agimus diem, sacrificantes Herculi : non autem ignoras, opinor, deum hunc, quam acer fuerit in Venerem : lubentissime igitur videtur mihi sermonum talium victimas admissurus.

2. THEOMNESTUS. Citius mihi, Lycine, fluctus maris densosque nivis-floccos numeraveris, quam meos Amores. Equidem omnem illorum inanem relictam pharetram arbitror, et si involare in alium quenquam voluerint, inermis illorum dextra ridebitur. Nam ab eo fere inde tempore quo e puerili ætate ad pubertati proximos transii, ab aliis cupiditatibus post alias delinior. Succedunt sibi invicem amores, et ante adeo quam priores desinant, incipiunt alteri, Lernæa capita, renascentis illius Hydræ capitibus magis multiplicia, nec Iolaum adjutorem admittentia : neque enim igni ignis exstinguitur. Vegetum adeo oculis meis œstrum insidet, quod pulchritudinem omnem ad se rapiens satietate nulla quiescit. Ac sæpe in mentem mihi venit dubitare, quæ sit tanta Veneris ira. Neque enim de Solis progenie sum, neque Lemniarum offensionis reus, neque Hippolytea rusticitate superciliosus, ut irritaverim implicabilem hanc deæ iram.

3. LYC. Desine fictam hanc et molestam simulationem, Theomneste. Gravaris enim hanc te vitam a Fortuna sortitum, ac durum esse putas inter mulieres formosas et pueros pulchre florentes versari? Forte etiam piaculis tibi quibusdam opus erit ad difficilem adeo morbum : gravis enim ægrimonia. Quin tu effusis multis id genus nugis beatum te esse putato, quod non squalidam tibi agriculturam fato deus attribuit, neque mercatorum errores, militaremve in armis vitam : sed nitidæ tibi palæstræ curæ sunt, ac læta vestis ad pedes usque purpuram demittens; comæque cura in discrimen pexæ. Ceterum amatoriorum desideriorum ipsa etiam tormenta exhilarant, dulcisque dens cupiditatis mordet. Post experimenta enim speras; frueris jam potitus : æqua voluptas est præsens ac futurum. Nuper enim quum recitares longum, qualis est apud Hesiodum, catalogum amorum ab initio inde tuorum, hilares oculorum conjectus molliter fluctuabant : vocem vero, qualis Lycambæ filiæ fuit, blande suaviterqne extenuans, ipso illo habitu statim declarabas, te non ipsos modo, sed eorum quoque amare memoriam. Sed si quæ tibi de illa Venerea circumnavigatione sunt reliquiæ repositæ, ne quid occulta, verum perfectam Herculi victimam præsta.

4. THEOMN. Ille quidem deus, Lycine, solidos boves vorat, et victimis sine fumo, ut aiunt, minime delectatur. Quandoquidem autem annuum illius diem festum sermone honoramus, meæ narrationes a matutino inde extentæ satietatem habent : tua vero Musa a consueto studio ad aliud quasi cantus genus concinnata, hilariter cum deo hunc diem transigat : fiasque mihi æquus arbiter, quum in neutrum te morbum proclivem videam, quos meliores putes, puerorumne amatores, an eos qui ferantur in mulierculas? Ego

μὲν γὰρ ὁ πληγεὶς ἑκατέρῳ καθάπερ ἀκριβὴς τρυτάνη ταῖς ἐπ' ἀμφότερα πλάστιγξιν ἰσορρόπως ταλαντεύομαι, σὺ δ' ἐκτὸς ὢν ἀδεκάστῳ κριτῇ τῷ λογισμῷ τὸ βέλτιον αἱρήσῃ. Πάντα δὴ περιελὼν ἀκκισμὸν, ὦ φιλότης, ἣν πεπίστευκέ σοι ψῆφον ἡ περὶ τῶν ἐμῶν ἐρώτων κρίσις, ἤδη φέρε.

5. ΛΥΚ. Παιδιάς, ὦ Θεόμνηστε, καὶ γέλωτος ἡγῇ τὴν διήγησιν; ἡ δ' ἐπαγγέλλεταί τι καὶ σπουδαῖον. Ἐγὼ γοῦν ἐξ ὑπογύου τῆς ἐπιχειρήσεως ἡψάμην, εἰδὼς ὅτι λίαν, ἀλλ' οὐ παλαιᾶς, ἐξ ὅτου δυοῖν ἀνδροῖν ἀκηκοὼς περὶ τούτοιν συντόνως ἁμιλλωμένοιν ἔτι τὴν μνήμην ἔναυλον ἔχω. Διῄρητο δ' αὐτῶν ἅμα τοῖς λόγοις τὰ πάθη οὐχ ὥσπερ σὺ κατ' εὐχολίαν ψυχῆς ἄϋπνος ὢν διττοὺς ἄρνυσαι μισθοὺς,

τὸν μὲν βουκολέων, τὸν ἄργυφα μῆλα νομεύων,

ἀλλ' ὁ μὲν ὑπερφυῶς παιδικοῖς ἥδετο τὴν θήλειαν Ἀφροδίτην βάραθρον ἡγούμενος, ὁ δ' ἁγνεύων ἔρωτος ἄρρενος ἐς γυναῖκας ἐπτόητο. Δυοῖν οὖν μαχομένοιν παθοῖν ἀγωνοθετήσας ἅμιλλαν οὐδ' ἂν εἰπεῖν δυναίμην ὡς ὑπερηυφράνθην· καί μοι τὰ τῶν λόγων ἴχνη ταῖς ἀκοαῖς ἐνεσφράγισται σχεδὸν ὡς ἀρτίως εἰρημένα. Πᾶσαν οὖν ὑποτιμήσεως ἀφορμὴν ἐκποδὼν ἀποθέμενος ἃ παρ' ἀμφοῖν ἤκουσα λεγόντοιν κατ' ἀκριβὲς ἐπέξειμί σοι.

ΘΕΟΜΝ. Καὶ μὴν ἔγωγε ἐπαναστὰς ἔνθεν ἀπαντικρὺ καθεδοῦμαί σου,

δέγμενος Αἰακίδην ὁπότε λήξειεν ἀείδων.

Σὺ δ' ἡμῖν τὰ πάλαι κλέα ἐρωτικῆς διαφορᾶς μελῳδίᾳ πέραινε.

6. ΛΥΚ. Ἐπ' Ἰταλίαν μοι πλεῖν διανοουμένῳ ταχυναυτοῦν σκάφος ηὐτρέπιστο τούτων τῶν δικρότων, οἷς μάλιστα χρῆσθαι Λιβυρνοὶ δοκοῦσιν ἔθνος Ἰονίῳ κόλπῳ παρῳκισμένον. Ὡς δ' ἐνῆν, πάντας ἐπιχωρίους θεοὺς προσκυνήσας καὶ Δία ξένιον ἵλεω συνεφάψασθαι τῆς ἀποδήμου στρατείας ἐπικαλεσάμενος ἀπ' ἄστεος ὀρικῷ ζεύγει κατῄειν ἐπὶ θάλατταν· εἶτα τοὺς παραπέμποντάς με δεξιωσάμενος — ἠκολούθει δὲ παιδείας λιπαρὴς ὄχλος, οἳ συνεχὲς ἡμῖν ἐντυγχάνοντες ἀνιαρῶς διεζεύγνυντο — τῆς πρύμνης ἐπιβὰς ἐγγὺς ἐμαυτὸν ἵδρυσα τοῦ κυβερνήτου. Καὶ ῥοθίῳ τῷ τῶν ἐλατήρων μετὰ μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀναχθέντες, ἐπειδὴ μάλα καὶ κατόπιν ἡμᾶς ἐποίμαινον αὖραι, τὸν ἱστὸν ἐκ τῶν μεσοκοίλων ἄραντες καρχησίῳ τὸ κέρας προσεστείλαμεν· εἶτ' ἀθρόας κατὰ τῶν κάλων τὰς ὀθόνας ἐκχέαντες ἠρέμα πιμπλαμένου τοῦ λίνου κατ' οὐδὲν οἶμαι βέλους ἐλάττονι ῥοίζῳ διιπτάμεθα βαρὺ τοῦ κύματος ὑποβρυχωμένου περὶ τὴν σχίζουσαν αὐτὸ πρῷραν.

7. Ἀλλ' ἅ γε μὴν ἐν τῷ μεταξὺ παράπλῳ σπουδῆς ἢ παιδιᾶς ἐχόμενα συνηνέχθη, καιρὸς οὐ πάνυ μηκύνειν. Ὡς δὲ τῆς Κιλικίας τὴν ἔφαλον ἀμείψαντες εἰχόμεθα τοῦ Παμφυλίου κόλπου, Χελιδονέας ὑπερθέοντες οὐκ ἀμοχθὶ τοὺς εὐτυχεῖς τῆς παλαιᾶς Ἑλλάδος ὅρους, ἑκάστῃ τῶν Λυκιακῶν πόλεων ἐπεξενούμεθα μύθοις τὰ

enim utroque amore percussus, ut exacta trutina utrisque lancibus, momentis libror æqualibus : tu vero, qui extra causam sis, incorrupto judice, ratiocinatione, quod melius est eliges. Omissis igitur deliciis omnibus, sodalis, quem tibi calculum judicium meis de amoribus permisit, eum jam ferto.

5. LYC. Ludine tu, Theomneste, et risus esse putas eam tractationem? at ea serium etiam quiddam pollicetur. Ego enim nuper manum operi admovi, ac scio, valde id quidem *serium*, sed minime *ludi*, ex quo duo viros audivi de hisce rebus quanta potest contentione certantes, cujus memoria aures adhuc personare videntur. Divisi erant illorum cum sententiis etiam affectus, neque uti tu, prout animo commodum est, pervigil mercedem capis duplicem,

Hanc armenta regens, pecora illam candida pascens :

sed alter supra modum puerorum oblectabatur amoribus, barathrum judicans Venerem muliebrem; alter purus ab amore masculo, furebat in feminas. Quum igitur arbiter essem certaminis inter pugnantes duos affectus, dicere non possum quam incredibiliter sim delectatus. Atque sermonum mihi illorum vestigia velut sigillo quodam impressa sunt auribus, quasi modo dicta essent. Quare deposita statim omni reprehensionis tuæ occasione, quæ ex utroque dicente audivi, accurate tibi enarrabo.

THEOMN. At ego paullum hinc discedens e regione tibi considebo,

Æacidi intentus, dum cesset fundere carmen.

Tu vero jam nobis antiquam gloriam amatoriæ illius concertationis modulate perage.

6. LYC. Versus Italiam navigare mihi cogitanti navigium velox paratum erat, de biremium illo genere, quibus maxime uti perhibentur Liburni, ad Ionium sinum gens habitans. Quantum vero licebat, patrios deos omnes quum adorassem, et Jove hospitali invocato, ut volens propitius peregrinam militiam una capessoret, mulis junctis ab urbe ad mare descendi. Tum complexus eos qui me deduxerant (sequebatur autem assidua eruditionis turba, qui perpetuo nobiscum versati cum molestia jam disjungebantur), et puppi conscensa, prope gubernatorem assedi. Atque remorum impetu brevi tempore de terra in altum evecti, quum valide etiam a tergo nos auræ pastorum instar agerent, malum ex media navi ereximus et carchesio adduximus antennam : deinde collecta per rudentes vela quum effudissemus, impleto sensim linteo, impetu, qui nihil, puto, telo concederet, per mare volavimus, fluctu graviter circa findentem ipsum proram remugiente.

7. Verum quæ inter illum cursum vel seria vel ludicra acciderunt, ea non nimis producenda sunt. Quum vero maritimam Ciliciæ partem prætervecti Pamphylium sinum attigissemus, superatis non sine labore Chelidoneis, felicibus illis antiquæ Græciæ terminis, ad singulas Lyciæ urbes devertimus, sermonibus plerumque nos oblectantes; nullæ

πολλὰ χαίροντες· οὐδὲν γὰρ ἐν αὐταῖς σαφὲς εὐδαιμονίας ὁρᾶται λείψανον· ἄχρι τῆς Ἡλιάδος ἀψάμενοι Ῥόδου τὸ συνεχὲς τοῦ μεταξὺ πλοῦ διαναπαῦσαι πρὸς ὀλίγον ἐκρίναμεν.

8. Οἱ μὲν οὖν ἐρέται τὸ σκάφος ἕξαλον ἐς γῆν ἀνασπάσαντες ἐγγὺς ἐσκήνωσαν, ἐγὼ δ' ηὐτρεπισμένου μοι ξενῶνος ἀπαντικρὺ τοῦ Διονυσίου κατὰ σχολὴν ἐβάδιζον ὑπερφυοῦς ἀπολαύσεως ἐμπιπλάμενος· ἔστι γὰρ ὄντως ἡ πόλις Ἡλίου πρέπον ἔχουσα τῷ θεῷ τὸ κάλλος. Ἐκπεριιὼν δὲ τὰς ἐν τῷ Διονυσίῳ στοὰς ἑκάστην γραφὴν κατώπτευον ἅμα τῷ τέρποντι τῆς ὄψεως ἡρωϊκοὺς μύθους ἀνανεούμενος· εὐθὺ γάρ μοι δύο ἢ καὶ τρεῖς προσερρύησαν ὀλίγου διαφόρου πᾶσαν ἱστορίαν ἀφηγούμενοι· τὰ δὲ πολλὰ καὶ αὐτὸς εἰκασίᾳ προὐλάμβανον.

9. Ἤδη δὲ τῆς θέας ἅλις ἔχοντι καὶ διανοουμένῳ μοι βαδίζειν οἴκαδε τὸ ἥδιστον ἐπὶ ξένης ἀπήντησέ μοι κέρδος, ἄνδρες ἐκ παλαιοῦ χρόνου συνήθεις, οὓς οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς πολλάκις ἡμῖν ἰδὼν ἐπιφοιτῶντας ἐνταῦθα, τὸν ἐκ Κορίνθου Χαρικλέα νεανίαν οὐκ ἄμορφον, ἔχοντά τι καὶ κομμωτικῆς ἀσκήσεως ἅτε οἶμαι γυναίοις ἐνωραϊζόμενον· ἅμα δ' αὐτῷ καὶ Καλλικρατίδαν τὸν Ἀθηναῖον τὸν τρόπον ἁπλοϊκόν· προηγουμένως γὰρ πολιτικῶν λόγων προΐστατο καὶ ταυτησὶ τῆς ἀγοραίου ῥητορικῆς. Ἦν δὲ καὶ τῷ σώματι γυμναστικός, οὐ δι' ἄλλο τί μοι δοκεῖν τὰς παλαίστρας ἀγαπῶν ἢ διὰ τοὺς παιδικοὺς ἔρωτας· ὅλος γὰρ εἰς τοῦτο ἐπτόητο· τῷ δὲ πρὸς τὸ θῆλυ μίσει πολλὰ καὶ Προμηθεῖ κατηρᾶτο. Πόρρωθεν οὖν ἰδὼν ἑκάτερός με γήθους καὶ χαρᾶς πλέοι προσέδραμον· εἶθ' ὁποῖα φιλεῖ, δεξιωσάμενοι πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν ἑκάτερος ἠξίουν με. Κἀγὼ φιλονεικοῦντας ὁρῶν περαιτέρω, Τὸ μὲν τήμερον, εἶπον, ὦ Καλλικρατίδα καὶ Χαρίκλεις, ἄμφω καλῶς ἔχον ἐστὶν ὑμᾶς παρ' ἐμὲ φοιτᾶν, ἵνα μὴ πλείω τὴν ἔριν ἐγείρητε· ταῖς δὲ ἐφεξῆς ἡμέραις — τρεῖς γὰρ ἐνταῦθα ἢ τέτταρας διέγνωκα μένειν — ἀμοιβαίως ἀνθεστιάσετέ με, κλήρῳ διακριθεὶς ὁ πρότερος.

10. Δοκεῖ ταῦτα. Κἀκείνην μὲν τὴν ἡμέραν εἱστιάρχουν ἐγώ, τῇ δ' ἐπιούσῃ Καλλικρατίδας, εἶτα μετ' αὐτὸν ὁ Χαρικλῆς. Ἑώρων δὴ καὶ παρὰ τὴν ἑστίασιν ἐναργῆ τῆς ἑκατέρου διαθέσεως τεκμήρια· ὁ μὲν γὰρ Ἀθηναῖος εὐμόρφοις παισὶν ἐξήσκητο, καὶ πᾶς οἰκέτης αὐτῷ σχεδὸν ἀγένειος ἦν μέχρι τοῦ πρώτου ὑπογραφέντος αὐτοῖς χνοῦ παραμένοντες, ἐπειδὰν δὲ ἰούλοις αἱ παρειαὶ πυκασθῶσιν, οἰκονόμοι καὶ τῶν Ἀθήνησι χωρίων κηδεμόνες ἀπεστέλλοντο. Χαρικλεῖ γε μὴν πολὺς ὀρχηστρίδων καὶ μουσουργῶν χορὸς εἵπετο καὶ πᾶν τὸ δωμάτιον ὡς ἐν Θεσμοφορίοις γυναικῶν μεστὸν ἦν ἀνδρὸς οὐδ' ἀκαρῆ παρόντος, εἰ μή τί που νήπιον ἢ γέρων ὑπερῆλιξ ὀψοποιὸς ὀφθείη, τοῦ χρόνου ζηλοτυπίας ὑποψίαν οὐκ ἔχοντος. Ἦν μὲν οὖν, ὡς ἔφην, καὶ ταῦθ' ἱκανὰ τῆς ἀμφοτέρων γνώμης δείγματα. Πολλάκις γε μὴν ἀψιμαχίαι τινὲς ἐπ' ὀλίγον αὐτοῖς ἐκινήθησαν, οὐχ ὡς πέρας ἔχειν τι τὴν ζήτησιν. Ἀλλ' ἐπεὶ καιρὸς ἦν ἀνάγεσθαι, σύμπλους ἐθελήσαντας αὐτοὺς ἐπηγό-

enim evidentes in illis fortunarum spectantur reliquiæ; donec sacram Soli Rhodum attigimus, ubi perpetuam quæ adhuc fuerat navigationem intermittere aliquantum decrevimus.

8. Remiges igitur subducto e mari in terram navigio, tentoria in proximo habuerunt: ego vero, quum hospitium mihi e regione ædis Bacchi paratum esset, otiose incedebam, incredibili voluptate largiter fruens. Est enim vere Solis urbs, dignam deo pulchritudinem habens. Circumiens autem undique porticus templi, picturam unamquamque contemplabar, cum visus oblectatione heroicas simul instaurans fabulas: statim enim duo aut tres etiam ad me confluebant, qui parva mercedula omnem mihi historiam enarrarent; pleraque autem et ipse conjectura præcipiebam.

9. Jam satiatus eram spectaculo et domum ire cogitabam, quum quod jucundissimum est in peregrina regione lucrum mihi obtigit, viri a longo inde tempore familiares, quos nec tibi incognitos esse arbitror, qui sæpe hic ad me ventitantes videris, Corinthium Chariclem minime juvenem deformem, habentem aliquid illius exercitationis quæ formæ studet, ut qui mulierculis, puto, pulcher videri gestiat; et una cum illo Callicratidam Atheniensem, moribus simplicem: nam ducem veluti se atque antistitem civilium orationum et forensis illius dicendi facultatis præbebat. Sequebatur vero etiam corporis exercitationes, non aliam ob causam amans, ut mihi videbatur, palæstræ, quam ob puerorum amores, quorum studio plane erat attonitus: odio autem feminei sexus etiam Prometheo sæpe maledicebat. Uterque igitur e longinquo me quum conspexissent, gaudio et lætitia pleni accurrunt: tum, ut assolet, complexi, ad se uterque venire me postulant. Et ego ultra modum ambitiose petentes quum viderem, Hodie, inquam, Callicratida et Charicles, vos ambo ad me venire optimum fuerit, ne in majus tollatis hanc rixam; proximis vero diebus (tres enim hic aut quattuor decrevi manere) vicissim mihi cœnam præbebitis, uter autem prior, sorte decernetur.

10. Placent ista. Itaque illo die convivator ego, postridie Callicratidas, et post ipsum Charicles. Animadverti autem etiam in convivio manifesta animi utriusque indicia. Nam Atheniensis formosis pueris erat instructus, et unusquisque servus illi prope imberbis, qui nempe, dum prima illos lanugo obumbraret, apud ipsum manerent; quum primum vero prima barba densarentur genæ, dispensatores et villici agrorum in Attica dimitterentur. Verum Chariclem multus saltatricularum et musicarum chorus sequebatur, totaque domus, velut in Thesmophoriis, plena erat mulierum, viro plane nullo præsente, nisi forte alicubi infans, aut vetulus coquus conspiceretur, illius nempe ætatis, in quam zelotypa suspicio non caderet. Erant igitur ista quoque, uti dixi, satis aperta sententiæ utriusque specimina. Sæpe autem ad parvum tempus velitationes quædam inter illos commotæ sunt, non tamen ut exitum haberet disputatio. Verum quum discedendi tempus esset, navigationis illos socios, quod sic

μην· διενοοῦντο γὰρ εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀπαίρειν ὁμοίως ἐμοί.

11. Καὶ δόξαν ἡμῖν Κνίδῳ προσορμίσαι κατὰ θέαν καὶ τὸ Ἀφροδίτης ἰδεῖν ποθήσαντες ἱερόν — ὑμνεῖται δὲ τούτου τὸ τῆς Πραξιτέλους εὐχερείας ὄντως ἐπαφρόδιτον — ἠρέμα τῇ γῇ προσηνέχθημεν αὐτῆς οἶμαι τῆς θεοῦ λιπαρᾷ γαλήνῃ πομποστολούσης τὸ σκάφος. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἔμελον αἱ συνήθεις παρασκευαί, ἐγὼ δὲ τὸ ἐρωτικὸν ζεῦγος ἑκατέρωθεν ἐξαψάμενος κύκλῳ περιῄειν τὴν Κνίδον οὐκ ἀγελαστὶ τῆς κεραμευτικῆς ἀκολασίας μετέχων ὡς ἐν Ἀφροδίτης πόλει. Στοὰς δὲ Σωστράτου καὶ τἄλλα ὅσα τέρπειν ἡμᾶς ἐδύνατο, πρῶτον ἐκπεριελθόντες ἐπὶ τὸν νεὼν τῆς Ἀφροδίτης βαδίζομεν, νὼ μέν, ἐγώ τε καὶ Χαρικλῆς, πάνυ προθύμως, Καλλικρατίδας δ' ὡς ἐπὶ θέαν θήλειαν ἄκων, ἥδιον ἂν οἶμαι τῆς Ἀφροδίτης τῆς Κνιδίας τὸν ἐν Θεσπιαῖς ἀντικαταλλαξάμενος Ἔρωτα.

12. Καί πως εὐθὺς ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τεμένους Ἀφροδίσιοι προσέπνευσαν αὖραι· τὸ γὰρ αἴθριον οὐχ εἰς ἔδαφος ἄγονον μάλιστα λίθων πλαξὶ λείαις ἐστρωμένον, ἀλλ' ὡς ἐν Ἀφροδίτης ἅπαν ἦν γόνιμον ἡμέρων καρπῶν, ἃ ταῖς κόμαις εὐθαλέσιν ἄχρι πόρρω βρύοντα τὸν πέριξ ἀέρα συνωρόφουν. Περιττόν γε μὴν ἡ πυκνόκαρπος ἐτεθήλει μυρρίνη παρὰ τὴν δέσποιναν αὐτῆς δαψιλῆς πεφυκυῖα τῶν τε λοιπῶν δένδρων ἕκαστον, ὅσα κάλλους μετείληχεν· οὐδ' αὐτὰ γέροντος ἤδη χρόνου πολιὰ καθαύαινεν, ἀλλ' ὑπ' ἀκμῆς σφριγῶντα νέοις κλωσὶν ἦν ὥρια. Τούτοις δ' ἀνεμέμικτο καὶ τὰ καρπῶν μὲν ἄλλως ἄγονα, τὴν δ' εὐμορφίαν ἔχοντα καρπόν, κυπαρίττων γε καὶ πλατανίστων αἰθέρια μήκη καὶ σὺν αὐταῖς αὐτόμολος Ἀφροδίτης ἡ τῆς θεοῦ πάλαι φυγὰς Δάφνη. Παντί γε μὴν δένδρῳ περιπλέγδην ὁ φιλερως προσείρπυζε κιττός. Ἀμφιλαφεῖς ἄμπελοι πυκνοῖς κατήρτηντο βότρυσιν· τερπνοτέρα γὰρ Ἀφροδίτη μετὰ Διονύσου καὶ τὸ παρ' ἀμφοῖν ἡδὺ σύγκρατον, εἰ δ' ἀποζευχθεῖεν ἀλλήλων, ἧττον εὐφραίνουσιν. Ἦν δ' ὑπὸ ταῖς ἄγαν παλινσκίοις ὕλαις ἱλαραὶ κλισίαι τοῖς ἐνεστιᾶσθαι θέλουσιν, εἰς ἃ τῶν μὲν ἀστικῶν σπανίως ἐπεφοίτων τινές, ἀθρόος δ' ὁ πολιτικὸς ὄχλος ἐπανηγύριζεν ὄντως ἀφροδισιάζοντες.

13. Ἐπεὶ δ' ἱκανῶς τοῖς φυτοῖς ἐτέρφθημεν, εἴσω τοῦ νεὼ παρῄειμεν. Ἡ μὲν οὖν θεὸς ἐν μέσῳ καθίδρυται — Παρίας δὲ λίθου δαίδαλμα κάλλιστον — ὑπερήφανον καὶ σεσηρότι γέλωτι μικρὸν ὑπομειδιῶσα. Πᾶν δὲ τὸ κάλλος αὐτῆς ἀκάλυπτον οὐδεμιᾶς ἐσθῆτος ἀμπεχούσης γεγύμνωται, πλὴν ὅσα τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τὴν αἰδῶ λεληθότως ἐπικρύπτειν. Τοσοῦτό γε μὴν ἡ δημιουργὸς ἴσχυσε τέχνη, ὥστε τὴν ἀντίτυπον οὕτω καὶ καρτερὰν τοῦ λίθου φύσιν ἑκάστοις μέλεσιν ἐπιπρέπειν. Ὁ γοῦν Χαρικλῆς ἐμμανές τι καὶ παράφορον ἀναβοήσας, Εὐτυχέστατος, εἶπε, θεῶν ὁ διὰ ταύτην δεθεὶς Ἄρης, καὶ ἅμα προσδραμὼν λιπαρέσι τοῖς χείλεσιν ἐφ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἐκτείνων τὸν αὐχένα κατεφίλει· σιγῇ δ' ἐφεστὼς ὁ Καλλικρατίδας κατὰ νοῦν ἀπεθαύ-

vellent, assumsi: cogitabant enim non minus quam ego proficisci in Italiam.

11. Et quum placuisset ad Cnidum appellere spectaculi causa, et templum Veneris videre cuperemus (celebratur autem in illo Praxitelea artis opus revera venustum), paullatim ad terram delati sumus, ipsa, puto, dea splendida serenitate navigium nostrum deducente. Reliquis in apparatu consueto occupatis, ego amatorium illud par utrimque suspensum ducens brachiis, in orbem Cnidum circuibam, non sine risu figulinæ lasciviæ, tanquam in Veneris urbe, particeps. Quum autem Sostrati porticus, et quæ oblectare nos poterant reliqua, primum obiissemus, ad Veneris templum progredimur, nos quidem, ego inquam et Charicles, lubentissimo animo; Callicratidas autem, tanquam ad muliebre spectaculum, invitus; qui jucundius, puto, pro Cnidia Venere eum qui Thespiis est Cupidinem permutaturus fuerat.

12. Et ab ipso statim consepto Venereæ velut auræ nobis aspirabant. Subdivalis enim area non in sterile solum politis lapidum tabulis strata; sed tanquam in Veneris sacro totum erat mansuetorum fructuum fertile, quum arbores viridantibus comis in longinquum usque exuberantes, circumjectum aerem quasi tecto concluderent. Præter ceteras vero illa denso fructu myrtus suam apud heram vigebat, uberrime enata, reliquarumque arborum unaquæque quotquot pulchritudinem sortitæ sunt. Neque illas longæ ætatis canities reddiderat marcidas, sed sub ipso maturitatis fastigio novis luxuriantes ramis tempestivæ erant. His immixtæ erant steriles alioquin, sed pulchritudinem pro fructu habentes, cupressorum platanorumque proceritates aeriæ, et cum illis transfuga jam Veneris, olim fugitiva ejus deæ, Daphne (*laurus*). Verum ad unamquamque arborem ambitiose amatoria illa hedera adrepserat. Densis vitibus crebræ pendebant uvæ: jucundior quippe cum Baccho Venus, miscerique se, quod utrimque suave est, patitur; at sejuncti a se invicem minus oblectant. Erant, qua densior umbrosiorque silva, hilares cœnationes iis institutæ, qui convivia ibi agitare vellent, in quas urbanorum hominum raro quidam ventitabant; frequens autem popularium turba festos ibi dies, re quidem vera Veneri operantes, obibant.

13. His plantis satis oblectati, intus in ipsum templum ingressi sumus. Dea igitur in medio collocata est, e Pario marmore, pulcherrimum artificium, superbum atque ad derisum diducto ore renidens. Omnis autem illius pulchritudo nihil tecta, vestitu nullo circumposito, nudata est, nisi quod altera manu pubem furtim occultat. Tantum quidem ars statuaria hic valuit, ut dura adeo et rigida lapidis natura membris omnibus decora videatur. Charicles igitur, quasi furibundum quiddam alienata mente exclamans, Beatissimus, inquit, deorum vinctus propter hanc Mars! et occurrens simul appressis labiis, propensa quantum poterat cervice, illam deosculatur. At silentio astans Callicratidas intra animum admirabatur. Est autem utrimque

μαζεν. Ἔστι δ' ἀμφίθυρος ὁ νεὼς τοῖς θέλουσι καὶ κατὰ νώτου τὴν θεὸν ἰδεῖν ἀκριβῶς, ἵνα μηδὲν αὐτῆς ἀθαύμαστον ᾖ. Δι' εὐμαρείας οὖν ἐστι τῇ ἑτέρᾳ πύλῃ παρελθοῦσι τὴν ὄπισθεν εὐμορφίαν διαθρῆσαι.

14. Δόξαν οὖν ὅλην τὴν θεὸν ἰδεῖν, εἰς τὸ κατόπιν τοῦ σηκοῦ περιήλθομεν. Εἶτ' ἀνοιγείσης τῆς θύρας ὑπὸ τοῦ κλειδοφύλακος ἐμπεπιστευμένου γυναίου θάμβος αἰφνίδιον ἡμᾶς εἶχε τοῦ κάλλους. Ὁ γοῦν Ἀθηναῖος ἡσυχῇ πρὸ μικροῦ βλέπων ἐπεὶ τὰ παιδικὰ μέρη τῆς θεοῦ κατώπτευσεν, ἀθρόως πολὺ τοῦ Χαρικλέους ἐμμανέστερον ἀνεβόησεν, Ἡράκλεις, ὅση μὲν τῶν μεταφρένων εὐρυθμία, πῶς δ' ἀμφιλαφεῖς αἱ λαγόνες, ἀγκάλισμα χειροπληθές· ὡς δ' εὐπερίγραφοι τῶν γλουτῶν αἱ σάρκες ἐπικυρτοῦνται μήτ' ἄγαν ἐλλιπεῖς αὐτοῖς ὀστέοις προσεσταλμέναι μήτε εἰς ὑπέρογκον ἐκκεχυμέναι πιότητα. Τῶν δὲ τοῖς ἰσχίοις ἐνεσφραγισμένων ἐξ ἑκατέρων τύπων οὐκ ἂν εἴποι τις ὡς ἡδὺς ὁ γέλως· μηροῦ τε καὶ κνήμης ἐπ' εὐθὺ τεταμένης ἄχρι ποδὸς ἠκριβωμένοι ῥυθμοί. Τοιοῦτος ἄρα Γανυμήδης ἐν οὐρανῷ Διὶ τὸ νέκταρ ἥδιον ἐγχεῖ· παρὰ μὲν γὰρ Ἥβης οὐκ ἂν ἐγὼ διακονουμένης ποτὸν ἐδεξάμην. Ἐνθεαστικῶς ταῦτα τοῦ Καλλικρατίδου βοῶντος ὁ Χαρικλῆς ὑπὸ τοῦ σφόδρα θάμβους ὀλίγου δεῖν ἐπεπήγει τακερόν τι καὶ ῥέον ἐν τοῖς ὄμμασι πάθος ἀνυγραίνων.

15. Ἐπεὶ δὲ τοῦ θαυμάζειν ὁ κόρος ἡμᾶς ἀπήλλαξεν, ἐπὶ θατέρου μηροῦ σπίλον εἴδομεν ὥσπερ ἐν ἐσθῆτι κηλῖδα· ἤλεγχε δ' αὐτοῦ τὴν ἀμορφίαν ἡ περὶ τἆλλα τῆς λίθου λαμπρότης. Ἐγὼ μὲν οὖν πιθανῇ τἀληθὲς εἰκασίᾳ τοπάζων φύσιν ᾤμην τοῦ λίθου τὸ βλεπόμενον εἶναι· πάθος γὰρ οὐδὲ τούτων ἔστιν ἔξω, πολλὰ δὲ τοῖς κατ' ἄκρον εἶναι δυναμένοις καλοῖς ἡ τύχη παρεμποδίζει. Μέλαιναν οὖν ἐσπιλῶσθαι φυσικήν τινα κηλῖδα νομίζων καὶ κατὰ τοῦτο τοῦ Πραξιτέλους ἐθαύμαζον, ὅτι τοῦ λίθου τὸ δύσμορφον ἐν τοῖς ἧττον ἐλέγχεσθαι δυναμένοις μέρεσιν ἀπέκρυψεν. Ἡ δὲ παρεστῶσα πλησίον ἡμῶν ζάκορος ἀπίστου λόγου καινὴν παρέδωκεν ἱστορίαν· ἔφη γὰρ οὐκ ἀσήμου γένους νεανίαν — ἡ δὲ πρᾶξις ἀνώνυμον αὐτὸν ἐσίγησε — πολλάκις ἐπιφοιτῶντα τῷ τεμένει σὺν δειλαίῳ δαίμονι ἐρασθῆναι τῆς θεοῦ καὶ πανήμερον αὐτὸν ἐνδιατρίβοντα τῷ ναῷ κατ' ἀρχὰς ἔχειν δεισιδαίμονος ἁγιστείας δόκησιν· ἔκ τε γὰρ τῆς ἑωθινῆς κοίτης πολὺ προλαμβάνων τὸν ὄρθρον ἐπεφοίτα καὶ μετὰ δύσιν ἄκων ἐβάδιζεν οἴκαδε τήν θ' ὅλην ἡμέραν ἀπαντικρὺ τῆς θεοῦ καθεζόμενος ὀρθὰς ἐπ' αὐτὴν διηνεκῶς τὰς τῶν ὀμμάτων βολὰς ἀπήρειδεν. Ἄσημοι δ' αὐτῷ ψιθυρισμοὶ καὶ κλεπτομένης λαλιᾶς ἐρωτικαὶ διεπεραίνοντο μέμψεις.

16. Ἐπειδὴ δὲ καὶ μικρὰ τοῦ πάθους ἑαυτὸν ἀποβουκολῆσαι θελήσειε, προσειπὼν, τῇ δὲ τραπέζῃ τέτταρας ἀστραγάλους Λιβυκῆς δορκὸς ἀπαριθμήσας διεπέττευε τὴν ἐλπίδα, καὶ βαλὼν μὲν ἐπίσκοπα, μάλιστα δ' εἴ ποτε τὴν θεὸν αὐτὴν εὐβολήσειε, μηδενὸς ἀστραγάλου πεσόντος ἴσῳ σχήματι, προσεκύνει τῆς ἐπιθυμίας τεύξεσθαι νομίζων· εἰ δ', ὁποῖα φιλεῖ, φαύλως κατὰ

aperta illa ædes, si qui volunt etiam a tergo accurate contemplari deam, ut nulla ejus pars admirationi non exponatur. Facile ergo est per alteram januam accedentibus eam etiam, quæ a tergo est, pulchritudinem perspicere.

14. Quum ergo placuisset totam videre deam, ad posticum templi transivimus. Tum aperta janua per mulierculam, cui clavium credita custodia erat, subitus nos stupor ad tantam pulchritudinem corripuit. Atheniensis igitur, qui otiose paullo ante spectasset, ut pueriles deæ partes conspexit, repente furiosius etiam quam Charicles exclamavit : Hercules! quanta dorsi concinnitas, quam plena utrimque latera, amplexus implens manus! quam venuste circumscriptæ clunium carnes sinuantur, neque deficientes nimium et ipsis astrictæ ossibus, neque in nimiæ molis pinguedinem effusæ! Lacunarum autem, coxis ipsis utrimque impressarum, nemo dixerit quam suavis sit risus, femorisque et tibiæ recta linea ad pedem usque protensæ quam exacta proportio. Talis igitur Ganymedes in cœlo Jovi nectar ob id ipsum suavius infundit : nam ab Hebe equidem ministrante potum non accepissem. Fanatico more ista clamante Callicratida, præ nimio stupore Charicles tantum non diriguerat, molli quadam tabe se difluere natantibus oculis confessus.

15. Quum vero ipsa satietas videndi admirationem abstersisset, labem in altero femore vidimus, ut in veste maculam, cujus deformitatem reliquus saxi candor argueret. Atque ego quidem probabili conjectura verum colligens, lapidis ingenium esse, quod videbamus, putabam. Neque enim hæc talia quoque morbi et vitii omnis expertia sunt, multumque his, quæ summo gradu pulchra esse poterant, fortuna obstat. Nigrum ergo naturalem quendam nævum aspersum ratus, in hoc etiam admirabar Praxitelem, qui deforme illud in lapide iis in partibus, quæ minus deprehendi possent, abscondisset. Verum astans prope nos æditima incredibilem dictu novamque nobis historiam tradidit. Narrabat enim, genere non ignobili juvenem (nomen ejus ut reticeretur, ipsa fecit actio), qui sæpe in templum hoc ventitaret, in amorem deæ malis auspiciis incidisse, qui quum totos dies in templo transigeret, initio superstitiosæ venerationis opinionem sustinuisse : ex ipso enim cubili mane, occupata multum aurora, ventitabat, et post occasum denique invitus domum redibat, totumque diem ex adverso deæ residens, rectos in eam perpetuo oculorum conjectus defigebat. Obscuri autem susurri et furtivi sermonis amatoriæ querelæ ab ipso peragebantur.

16. Si quando vero fallere parumper amorem suum vellet, allocutus ante deam, atque quatuor talis de dama Africana in mensam numeratis, jactu spem suam experiebatur : et si ex sententia jactasset, maxime si quando ipsam deam (Venerem) jecisset, nullo talo eadem facie cadente, adorabat, suæ se cupiditatis compotem futurum putans; sin, ut fieri solet, male jactasset in mensam, talique sinistro

τῆς τραπέζης ῥίψειεν, οἱ δ' ἐπὶ τὸ δυσφημότερον ἀνασταῖεν, ὅλη Κνίδῳ καταρώμενος ὡς ἐπ' ἀνηκέστῳ συμφορᾷ κατήφει καὶ δι' ὀλίγου συναρπάσας ἑτέρῳ βόλῳ τὴν πρὶν ἀστοχίαν ἐθεράπευεν. Ἤδη δὲ πλέον αὐτῷ τοῦ πάθους ἐρεθιζομένου τοῖχος ἅπας ἐχαράσσετο καὶ πᾶς μαλακοῦ δένδρου φλοιὸς Ἀφροδίτην καλὴν ἐκήρυσσεν· ἐτιμᾶτο δ' ἐξ ἴσου Διὶ Πραξιτέλης καὶ πᾶν ὅ τι κειμήλιον εὐπρεπὲς οἴκοι φυλάττοιτο, τοῦτ' ἦν ἀνάθημα τῆς θεοῦ. Πέρας αἱ σφοδραὶ τῶν ἐν αὐτῷ πόθων ἐπιτάσεις ἀπενοήθησαν, εὑρέθη δὲ τόλμα τῆς ἐπιθυμίας μαστροπός· ἤδη γὰρ ἐπὶ δύσιν ἡλίου κλίνοντος ἠρέμα λαθὼν τοὺς παρόντας ὄπισθε τῆς θύρας παρεισερρύη καὶ στὰς ἀφανὴς ἐνδοτάτω σχεδὸν οὐδ' ἀναπνέων ἠτρέμει, συνήθως δὲ τῶν ζακόρων ἔξωθεν τὴν θύραν ἐφελκυσαμένων ἔνδον ὁ καινὸς Ἀγχίσης καθεῖρκτο. Καὶ τί γὰρ ἀρρήτου νυκτὸς ἐγὼ τόλμαν ἢ ἄλλος ἐπ' ἀκριβὲς ὑμῖν διηγοῦμαι; τῶν ἐρωτικῶν περιπλοκῶν ἴχνη ταῦτα μεθ' ἡμέραν ὤφθη καὶ τὸν σπίλον εἶχεν ἡ θεὸς ὧν ἔπαθεν ἔλεγχον. Αὐτόν γε μὴν τὸν νεανίαν, ὡς ὁ δημώδης ἱστορεῖ λόγος, ἢ κατὰ πετρῶν φασιν ἢ κατὰ πελαγίου κύματος ἐνεχθέντα παντελῶς ἀφανῆ γενέσθαι.

17. Ταῦτα τῆς ζακόρου διηγουμένης μεταξὺ τοῦ λόγου διαβοήσας εἶπεν ὁ Χαρικλῆς, Οὐκοῦν τὸ θῆλυ, κἂν λίθινον ᾖ, φιλεῖται. Τί δ', εἴ τις ἔμψυχον εἶδε τοιοῦτο κάλλος; ἆρ' οὐκ ἂν ἡ μία νὺξ τῶν τοῦ Διὸς σκήπτρων ἐτιμᾶτο; Μειδιάσας δὲ ὁ Καλλικρατίδας, Οὐδέπω, φησίν, ἴσμεν, ὦ Χαρίκλεις, εἰ πολλῶν ἀκουσόμεθα τοιούτων διηγημάτων, ὅταν ἐν Θεσπιαῖς γενώμεθα. Καὶ νῦν δὲ τῆς ὑπὸ σοῦ ζηλουμένης Ἀφροδίτης ἐναργές ἐστι τοῦτο δεῖγμα. Πῶς; ἐρομένου τοῦ Χαρικλέους, ἄγαν πιθανῶς μοι ἔδοξε λέγειν ὁ Καλλικρατίδας· ἔφη γὰρ ὡς ὁ ἐρασθεὶς νεανίας παννύχου σχολῆς λαβόμενος, ὥσθ' ὅλην τοῦ πάθους ἔχειν ἐξουσίαν κορεσθῆναι, παιδικῶς τῷ λίθῳ προσωμίλησε βουληθεὶς οἶδ' ὅτι μηδ' ἐν τῷ θήλει πρόσθεν εἶναι τὸ θῆλυ. Πολλῶν οὖν ἀκρίτων ἀφυλακτουμένων λόγων τὸν συμμιγῆ καταπαύσας ἐγὼ θόρυβον, Ἄνδρες, εἶπον, ἑταῖροι, τῆς κατὰ κόσμον ἔχεσθε ζητήσεως, ὡς εὐπρεπής ἐστι νόμος παιδείας. Ἀπαλλαγέντες οὖν τῆς ἀτάκτου καὶ πέρας οὐδὲν ἐχούσης φιλονεικίας ἐν μέρει ὑπὲρ τῆς αὐτὸς ἑαυτοῦ δόξης ἑκάτερος ἀποτείνασθε· καὶ γὰρ οὐδέπω καιρὸς ἐπὶ ναῦν ἀπιέναι· τῇ δὲ σχολῇ καταχρηστέον εἰς ἱλαρίαν καὶ μετὰ τέρψεως ὠφελῆσαι δυναμένην σπουδήν. Ὑπεχστάντες οὖν τοῦ νεώ — πολὺς γὰρ ὁ κατ' εὐσέβειαν ἐπιφοιτῶν ὄχλος — εἰς ἕν τι τῶν συμποσίων ἀποκλίνωμεν, ὅπως δι' ἠρεμίας ἀκούειν τε καὶ λέγειν ἅττ' ἂν ᾖ βουλομένοις ἐξῇ. Μέμνησθε δὲ ὡς ὁ τήμερον ἡττηθεὶς οὐκέτ' αὖθις ἡμῖν περὶ τῶν ἴσων διοχλήσει.

18. Καλῶς ἔδοξα ταῦτα λέγειν καὶ συγκαταινεσάντων ἐξῄειμεν, ἐγὼ μὲν ἡδόμενος οὐδεμιᾶς με πιεζούσης φροντίδος, οἱ δ' ἐπὶ συννοίας μεγάλην ἐν ἑαυτοῖς σκέψιν ἄνω καὶ κάτω κυκλοῦντες ὡς περὶ τῆς προπομπίας ἀγωνιούμενοι Πλαταιᾶσιν. Ἐπεὶ δ' ἥκομεν εἴς τι

omine starent, toti maledicens Cnido, tanquam in immedicabili calamitate, tristitia deprimebatur; interjecto tamen parvo tempore correptis denuo talis, novo jactu priorem infelicitatem emendabat. Jam vero magis irritato morbo, paries insculpi omnis, unusquisque arbusculæ mollis cortex pulchram Venerem prædicare, æquo ac Jupiter in honore esse Praxiteles; si quid domi pretiosum et decens repositum custodiret, donarium offerri deæ. Tandem vehemens desideriorum illius contentio excedit in amentiam; ac præsto est, quæ cupiditati lenocinetur, audacia. Jam enim ad occasum inclinato sole, sensim, clam præsentibus, post januam correpsit, et stans occultus in penitissimo angulo, vix respirans se continuit. Æditimis autem pro more extrorsum ad se januam trahentibus, intus Anchises novus includitur. Et, quid enim infandæ noctis facinus aut ego aut alius accurate vobis enarret? amplexationum amatoriarum vestigia istæc interdiu conspecta sunt, et maculam habet dea eorum quæ passa est indicium. Ipsum quidem adolescentem, ut popularis fert sermo, aut per petras, aiunt, aut in pelagios fluctus præcipitem, omnino e conspectu hominum abiisse.

17. Hæc narrante æditima, clamore sermonem illius interpellans Charicles, Ergo, ait, femina, si vel e lapide sit, amatur! Quid vero, si quis animatam ejusmodi pulchritudinem videat? nonne una illius nox Jovis sceptris æstimetur? Subridens autem Callicratidas, Nondum, inquit, Charicles, novimus, an multas id genus narrationes audituri simus, quum erimus Thespiis. Et nunc jam ejus, quam tu tanto opere admiraris, Veneris manifestum est hoc documentum. Qui istuc? interrogante Charicle, probabili admodum sermone uti mihi visus est Callicratidas, quum diceret, amatorem illum juvenem, totius noctis otiosam usuram nactum, adeo ut integram exsatiandæ cupiditatis facultatem haberet, puerilem in modum saxo se applicuisse, qui vellet scilicet ne feminam quidem anteriori parte esse feminam. Multis igitur indiscretis sermonibus elatratis, quum promiscuum ego tumultum sedassem, Viri, inquam, sodales, modestum servate disputandi ordinem, ut venusta lex est eruditionis. Relicta ergo perturbata illa et exitum habente nullum rixa, per vices pro sua uterque sententia contendite. Etenim tempus nondum adest eundi ad navim; otio autem abutendum ad hilaritatem et ad ejusmodi, quod cum delectatione prodesse etiam queat, studium. Egressi itaque templo (quando quidem multa turba religionis-causa affluebat), in cœnationum unam devertamus, ut otiose audire et dicere, quæcumque libuerit, liceat. Mementote autem, qui hodie victus fuerit, eum non amplius de iisdem rebus molestum nobis futurum.

18. Recte ista dicere visus sum, et comprobantibus illis, egressi sumus, lætus ego, quem cura nulla angeret: at isti cogitabundi, qui magnam intra se commentationem sursum deorsum volverent, quasi de pompæ ducatu Platæis decertaturi. Quum autem delati essemus ad tecta undique et

συνηρεφὲς καὶ παλίνσκιον ὥρᾳ θέρους ἀναπαυστήριον, Ἡδὺς, εἰπὼν, ὁ τόπος, ἐγὼ, καὶ γὰρ οἱ κατὰ κορυφὴν λιγυρὸν ὑπηχοῦσι τέττιγες, ἐν μέσῳ πάνυ δικαστικῶς καθεζόμην αὐτὴν ἐπὶ ταῖς ὀφρύσι τὴν Ἡλιαίαν ἔχων. Προθεὶς δ' ἀμφοτέροις κλῆρον ὑπὲρ τοῦ τίνα χρὴ πρῶτον εἰπεῖν, ἐπειδὴ Χαρικλῆς ἐλελόγχει πρότερον, εὐθὺς ἐνάρχεσθαι τοῦ λόγου διεκελευσάμην.

19. Ὁ δὲ τῇ δεξιᾷ τὸ πρόσωπον ἀνατρίψας ἡσυχῇ καὶ μικρὸν ἐπισχὼν ἄρχεται τῇδέ πη, Σὲ, δέσποινα, τῶν ὑπὲρ σοῦ λόγων, Ἀφροδίτη, σὲ βοηθὸν αἱ ἐμαὶ δεήσεις καλοῦσιν· ἅπαντι μὲν γὰρ ἔργῳ κἂν βραχὺ τῆς ἰδίας πειθοῦς ἐπιστάξῃς, τελειότατόν ἐστιν, οἱ δ' ἐρωτικοὶ λόγοι περιττῶς σοῦ δέονται· σὺ γὰρ αὐτῶν γνησιωτάτη μήτηρ. Ἴθι δὴ γυναιξὶ συνήγορος ἡ θήλεια, χάρισαι δὲ καὶ τοῖς ἀνδράσι μένειν ἄρρεσιν, ὡς ἐγεννήθησαν. Ἔγωγ' οὖν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου τὴν προμήτορα καὶ πάσης γενέσεως πρωτόρριζον ὧν ἀξιῶ μάρτυρα ἐπικαλοῦμαι, λέγω δὲ τὴν ἱερὰν τῶν ὅλων φύσιν, ἣ τὰ πρῶτα πηξαμένη στοιχεῖα τοῦ κόσμου γῆν ἀέρα πῦρ ὕδωρ τῇ πρὸς ἄλληλα τούτων ἐπικράσει πᾶν ἐζωογόνησεν ἔμψυχον. Ἐπισταμένη δ' ὅτι θνητῆς ἐσμὲν ὕλης δημιούργημα καὶ βραχὺς χρόνος ὁ τοῦ ζῆν ἑκάστῳ καθείμαρται, τὴν ἑτέρου φθορὰν ἄλλου γένεσιν ἐμηχανήσατο καὶ τῷ θνήσκοντι τὸ τικτόμενον ἀντεμέτρησεν, ἵνα ταῖς παρ' ἀλλήλων διαδοχαῖς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον ζῶμεν. Ἐπεὶ δ' ἦν ἄπορον ἐξ ἑνός τι γεννᾶσθαι, διπλῆν ἐν ἑκάστῳ φύσιν ἐμηχανήσατο· τοῖς μὲν γὰρ ἄρρεσιν ἰδίας καταβολὰς σπερμάτων χαρισαμένη, τὸ θῆλυ δ' ὥσπερ γονῆς τι δοχεῖον ἀποφήνασα, κοινὸν ἀμφοτέρῳ γένει πόθον ἐγκερασαμένη συνέζευξεν ἀλλήλοις, θεσμὸν ἀνάγκης ὅσιον καταγράψασα μένειν ἐπὶ τῆς οἰκείας φύσεως ἑκάτερον, καὶ μήτε τὸ θῆλυ παρὰ φύσιν ἀρρενοῦσθαι μήτε τἄρρεν ἀπρεπῶς μαλακίζεσθαι. Διὰ τοῦθ' αἱ σὺν γυναιξὶν ἀνδρῶν ὁμιλίαι μέχρι δεῦρο τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀθανάτοις διαδοχαῖς φυλάττουσιν· οὐδεὶς δ' ἀνὴρ ἀπ' ἀνδρὸς αὐχεῖ γενέσθαι. Δυοῖν δ' ὀνομάτοιν σεβασμίοιν πᾶσαι τιμαὶ μένουσιν ἐξ ἴσου πατρὶ μητέρα προσκυνούντων.

20. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἔθ' ἡρωϊκὰ φρονῶν ὁ βίος καὶ τὴν γείτονα θεῶν σέβων ἀρετὴν οἷς ἐνομοθέτησεν ἡ φύσις ἐπειθάρχει, καὶ καθ' ἡλικίας μέτρα γυναιξὶ ζευγνύμενοι γενναίων πατέρες ἐγίγνοντο τέκνων· κατὰ μικρὸν δ' ὁ χρόνος ἀπ' ἐκείνου τοῦ μεγέθους ἐς τὰ τῆς ἡδονῆς καταβαίνων βάραθρα ξένας ὁδοὺς καὶ παρηλλαγμένας ἀπολαύσεων ἔτεμνεν. Εἶθ' ἡ πάντα τολμῶσα τρυφὴ τὴν φύσιν αὐτὴν παρενόμησε· καὶ τίς ἄρα πρῶτος ὀφθαλμοῖς τὸ ἄρρεν εἶδεν ὡς θῆλυ, δυοῖν θάτερον ἢ τυραννικῶς βιασάμενος ἢ πείσας πανούργως; συνῆλθε δ' εἰς μίαν κοίτην μία φύσις· αὐτοὺς δ' ἐν ἀλλήλοις ὁρῶντες οὔθ' ἃ δρῶσιν οὔθ' ἃ πάσχουσιν, ᾐδοῦντο, κατὰ πετρῶν δὲ, φασὶν, ἀγόνων σπείραντες ὀλίγης ἡδονῆς ἀντικατηλλάξαντο μεγάλην ἀδοξίαν.

21. Τούτοις γε μὴν εἰς τοσοῦτον τυραννικῆς βίας ἡ τόλμα προέκοψεν, ὡς μέχρι σιδήρῳ τὴν φύσιν ἱεροσυ-

umbrosa ipso æstatis tempore sedilia, Suavis locus, dicens ego, etenim in cacumine jucundum quiddam cicadæ strepunt; in medio, plane judicis in morem, consedi ipsam in superciliis meis Heliæam præferens. Quum vero sortem ambobus de eo, uter prior diceret, proposuissem, et Charicles priorem locum sortitus esset, eum statim ingredi orationem jussi.

19. At ille dextra mulcens faciem, aliquantum cunctatus sic fere exorsus est: Te, domina, causæ pro te, Venus, dicendæ adjutricem preces meæ advocant. Cuicumque enim operi vel parvum quiddam tuæ suadelæ asperseris, illico perfectissimum est: amatorii autem sermones præcipue te indigent; tu enim germanissima illorum mater. Veni sane advocata mulieribus, quæ es ipsa femina: etiam viris largire, ut mares manere velint, prout nati sunt. Equidem in principio statim orationis primam matrem, primam generationis omnis radicem, eorum quæ vera esse censeo testem advoco, sanctam illam dico universorum naturam, quæ prima cogens et concilians mundi elementa, terram, aera, ignem, aquam, horum ad se invicem commistione animata omnia ad vitam generavit. Quod vero sciret mortalis nos materiæ opificium esse et breve vivendi tempus fato unicuique assignatum, ut unius interitus generatio alterius esset machinata est, et pro his quæ moriuntur ea quæ nascuntur admensa est, ut mutuis successionibus perpetuo tempore vivamus. Quum autem fieri non posset, ex uno uti quicquam nasceretur, duplicem in unoquoque genere naturam machinata est, maribus suas seminum conjectiones largita, feminam autem velut receptaculum genituræ constituens. Quum igitur commune utrique generi desiderium admiscuisset, ea sibi invicem copulavit, sacra necessitatis lege præscripta, ut in sua unumquodque natura maneat, et neque muliebre genus præter naturam affectet virilia, neque indecenter virile mollescat. Itaque virorum cum mulieribus consuetudo ad hunc diem immortalibus humanam vitam successionibus custodit: neque enim quisquam vir ex viro se natum gloriatur: duobusque nominibus venerabilibus honores omnes tribuuntur, hominibus ex æquo patri matrem etiam adorantibus.

20. Initio igitur, quum heroicis adhuc sententiis viverent homines, et vicinam deorum virtutem colerent, legibus a natura constitutis obtemperabant, et pro ætatis modo conjuncti mulieribus, generosorum patres liberorum facti sunt. Paullatim vero vita ab illa magnitudine ad voluptatis barathra se demittens, novas quasdam vias et immutatas fruendi secuerunt. Deinde luxuria nihil non audens ipsius naturæ legem violavit. Et quis inde primus ita marem oculis ut feminam intuitus est, alterutrum horum, aut tyrannico eum more violans, aut callidis persuasionibus inducens? intravit cubile unum unus sexus: quumque se alterum in altero viderent, neque quæ facerent, neque quæ paterentur, erubescebant, atque per sterilia, quod aiunt, saxa seminantes, pro parva voluptate magnam permutabant infamiam.

21. His quidem eo usque violentiæ tyrannicæ processit audacia, ut ferro etiam sacrilego naturam violarent: nam

λῆσαι· τῶν δ' ἀῤῥένων τὸ ἄῤῥεν ἐκκενώσαντες εὗρον ἡδονῆς παρέλκοντα μέτρα. Οἱ δ' ἄθλιοι καὶ δυστυχεῖς ἵν' ἐπὶ πλέον ὦσι παῖδες, οὐδὲ ἔτι μένουσιν ἄνδρες, ἀμφίβολον αἴνιγμα διπλῆς φύσεως, οὔτ' εἰς ὃ γεγέννηνται φυλαχθέντες οὔτ' ἔχοντες ἐφ' ὃ μετέβησαν· τὸ δ' ἐν νεότητι παραμεῖναν ἄνθος εἰς γῆρας αὐτοὺς μαραίνει πρόωρον. Ἅμα γὰρ ἐν παισὶν ἀριθμοῦνται, καὶ γεγηράκασιν οὐδὲν ἀνδρῶν μεταίχμιον ἔχοντες. Οὕτως ἡ μιαρὰ καὶ παντὸς κακοῦ διδάσκαλος τρυφὴ ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἡδονὰς ἀναισχύντους ἐπινοοῦσα μέχρι τῆς οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης εὐπρεπῶς νόσου κατώλισθεν, ἵνα μηδὲν ἀγνοῇ μέρος ἀσελγείας.

22. Εἰ δ' ἐφ' ὧν ἡ πρόνοια θεσμῶν ἔταξεν ἡμᾶς, ἕκαστος ἵδρυτο, ταῖς μετὰ γυναικῶν ἂν ὁμιλίαις ἠρκούμεθα καὶ παντὸς ὀνείδους ὁ βίος ἐκαθάρευεν. Ἀμέλει παρὰ τοῖς οὐδὲν ἐκ πονηρᾶς διαθέσεως παραχαράξαι δυναμένοις ζῴοις ἄχραντος ἡ τῆς φύσεως νομοθεσία φυλάττεται· λέοντες οὐκ ἐπιμαίνονται λέουσιν, ἀλλ' ἡ κατὰ καιρὸν Ἀφροδίτη πρὸς τὸ θῆλυ τὴν ὄρεξιν αὐτῶν ἐκκαλεῖται· ταῦρος ἀγελάρχης βουσὶν ἐπιθόρνυται, καὶ κριὸς ὅλην τὴν ποίμνην ἄῤῥενος πληροῖ σπέρματος. Τί δέ; οὐ συῶν μὲν εὐνὰς μεταδιώκουσι κάπροι; λυκαίναις δ' ἐπιμίγνυνται λύκοι; καθόλου δ' εἰπεῖν, οὔθ' οἱ ἀέρια ῥοιζοῦντες ὄρνεις οὔθ' ὅσα τὴν ὑγρὰν καθ' ὕδατος εἴληχε λῆξιν, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ γῆς τι ζῷον ἀῤῥενος ὁμιλίας ἐπωρέχθη, μένει δὲ ἀκίνητα τῆς προνοίας τὰ δόγματα. Ὑμεῖς δ', ὦ μάτην ἐπὶ τῷ φρονεῖν εὐλογούμενοι, θηρίον ὡς ἀληθῶς φαῦλον, ἄνθρωποι, τίνι καινῇ νόσῳ παρανομήσαντες ἐπὶ τὴν κατ' ἀλλήλων ὕβριν ἠρέθισθε; τίνα τῆς ψυχῆς τυφλὴν ἀναισθησίαν καταχέαντες ἀμφοῖν ἠστοχήκατε φεύγοντες ἃ διώκειν ἔδει καὶ διώκοντες ἀφ' ὧν ἔδει φεύγειν; καὶ καθ' ἕνα τοιαῦτα ζηλοῦν πάντων ἑλομένων οὐδὲ εἷς ἔσται.

23. Ἀλλὰ γὰρ ἐνταῦθα τοῖς Σωκρατικοῖς ὁ θαυμαστὸς ἀναφύεται λόγος, ὑφ' οὗ παιδικαὶ μὲν ἀκοαὶ τελείων ἐνδεεῖς λογισμῶν φενακίζονται· τὸ δ' ἤδη κατὰ φρόνησιν ἐς ἄκρον ἔχον οὐκ ἂν ὑπαχθῆναι δύναιτο· ψυχῆς γὰρ ἔρωτα πλάττονται καὶ τὸ τοῦ σώματος εὔμορφον αἰδούμενοι φιλεῖν ἀρετῆς καλοῦσιν αὑτοὺς ἐραστάς. Ἐφ' οἷς μοι πολλάκις καχάζειν ἐπέρχεται. Τί γὰρ παθόντες, ὦ σεμνοὶ φιλόσοφοι, τὸ μὲν ἤδη μακρῷ χρόνῳ δεδωκὸς ἑαυτοῦ πεῖραν ὁποῖόν ἐστιν, ᾧ πολιὰ προσήκουσα καὶ γῆρας ἀρετὴν μαρτυρεῖ, δι' ὀλιγωρίας παραπέμπετε, πᾶς δὲ ὁ σοφὸς ἔρως ἐπὶ τὸ νέον ἐπτόηται, μηδέπω τῶν λογισμῶν ἐν αὐτῷ, πρὸς ἃ τραπήσονται, κρίσιν ἐχόντων; ἢ νόμος ἐστὶ, πᾶσαν μὲν ἀμορφίαν πονηρίας εἶναι κατάκριτον, εὐθὺς δ' ὡς ἀγαθὸν ἐπαινεῖσθαι τὸν καλόν; Ἀλλά τοι κατὰ τὸν μέγαν ἀληθείας προφήτην Ὅμηρον

> εἶδός τις ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ,
> ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει, οἱ δέ τ' ἐς αὐτὸν
> τερπόμενοι λεύσσουσιν, ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει
> αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν·
> ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὣς εἰσορόωσιν.

Καὶ πάλιν εἶπέ που λέγων·

marium exhausta virilitate, cumulum quendam voluptatis inveniebant. At miseri illi atque infelices, ut diutius sint pueri, non jam manent viri, ambiguum ænigma sexus duplicis, qui neque in quem nati sunt servaverint, neque habeant ad quem transiere : flos autem ille, qui in juventute aliquantum manserat, in senectutem uti præmaturam flaccescant, efficit. Simul enim in pueris censentur, et consenuere, nullum virorum intervallum habentes. Adeo impura illa et mali omnis magistra luxuria voluptates impudentes aliam ex alia excogitans, ad eum usque morbum qui neque nominari honeste potest, lubrico vestigio prolapsa est, ut nullam libidinis partem ignoraret.

22. Si vero in qua nos lege constituit providentia, unusquisque permaneret, mulierum consuetudine contenti essemus, et criminis omnis vita esset pura. Nempe apud animalia, quæ vitiare nihil prava affectione animi possunt, non polluta naturæ lex servatur. Non furunt leones in sui sexus leones, sed tempestiva Venus ad feminam libidinem illorum excitat. Dux armenti taurus in vaccas salit, et aries universum gregem masculo implet semine. Quid vero? non suum cubilia persequuntur apri? non lupas lupi inscendunt? Universim dicamus, neque qui aerias regiones perstrepunt volucres, nec quæcumque humidam per aquas sortem sortita sunt; sed neque in terra ullum animal masculam illam consuetudinem appetiit, verum immota manent decreta providentiæ. Vos vero, o frustra sapientiæ nomine bene audientes, mala profecto bestia, homines, quo novo morbo contra leges in mutuam contumeliam irritati estis? quo cæco mentibus stupore offuso utrimque aberrastis, fugientes quæ consectari oportebat, et a quibus fugiendum erat, ea consectantes? Ac si singulatim omnes eandem sibi rationem sequendam eligant, ne unus quidem superstes fuerit.

23. Verum enim vero hic Socraticis præclara illa, si diis placet, nascitur oratio, qua pueriles aures, plena ratiocinandi facultate nondum munitæ, decipiuntur : sed quisquis ad maturitatem quandam mentis pervenerit, supplantari non jam possit. Animi enim quendam amorem fingunt, et quum pudeat illos corporis amare formam, virtutis se amatores vocant. Qua in re cachinnari sæpe me subit. Quid enim vobis in mentem venit, venerabiles philosophi, quod eam ætatem, quæ longo jam tempore sui experimentum dedit, cui canities convenit et senectus virtutis testimonium perhibet, contemtam transmittitis? sed sapiens omnis amor in teneram ætatem attonito impetu fertur, in qua judicari nondum potest, quorsum se conversura sit sententia? an lex est, deformitatem omnem pravitatis esse damnatam, continuo tanquam bonum laudari, quicquid pulchrum est? Verum enim vero secundum magnum veritatis interpretem Homerum

> Alius pulchro minus enitet ore;
> at formam eloquio deus ornat, eumque tuentur
> læti omnes : suavi intrepidus commixta pudore
> dum fatur, medioque in cœtu præstat honore;
> perque urbem aspiciunt gradientem numinis instar.

Et rursus dicit alicubi,

Οὐκ ἄρα σοί γ' ἐπὶ εἴδεϊ καὶ φρένες ἦσαν.

Ἀμέλει τοῦ καλοῦ Νιρέως ὁ σοφὸς Ὀδυσσεὺς πλέον ἐπαινεῖται.

24. Πῶς οὖν φρονήσεως μὲν ἢ δικαιοσύνης τῶν τε λοιπῶν ἀρετῶν, αἳ τελείοις ἀνδράσι σύγκληρον εἰλήχασι τάξιν, οὐδεὶς ἔρως ἐντρέχει, τὸ δ' ἐν παισὶ κάλλος ὀξυτάτας ὁρμὰς παθῶν ἐγείρει; πάνυ γοῦν ἐρᾶν ἔδει Φαίδρου διὰ Λυσίαν, ὦ Πλάτων, ὃν προὔδωκεν. Ἢ τὴν ἀρετὴν φιλεῖν Ἀλκιβιάδου εἰκὸς ἦν, διότι ἠκρωτηρίαζε τὰ θεῶν ἀγάλματα καὶ τὴν ἐν Ἐλευσῖνι τελετὴν αἱ παρὰ πότον ἐξορχοῦνται φωναί; τίς ἐραστὴς ὁμολογεῖ γένεσθαι προδιδομένων Ἀθηνῶν καὶ Δεκελείας ἐπιτειχιζομένης καὶ βίου τυραννίδα βλέποντος; Ἀλλ' ἄχρι μὲν οὐδέπω κατὰ τὸν ἱερὸν Πλάτωνα πώγωνος ἐπίμπλατο, πᾶσιν ἐπέραστος ἦν· μεταβὰς δ' ἀπὸ τοῦ παιδὸς εἰς τὸν ἄνδρα, καθ' ἣν ἡλικίαν ἡ τέως ἀτελὴς φρόνησις ὁλόκληρον εἶχε τὸν λογισμόν, ὑπὸ πάντων ἐμισεῖτο. Τί δή; πάθεσιν αἰσχροῖς ὀνομάτων ἐπιγράφοντες αἰδῶ ψυχῆς ἀρετὴν λέγουσι τὴν τοῦ σώματος εὐπρέπειαν οἱ φιλόνεοι μᾶλλον ἢ φιλόσοφοι. Καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἐπισήμων ἀνδρῶν φιλαπεχθημόνως μνημονεύειν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

25. Μικρὰ δ' ἀπὸ τῆς ἄγαν σπουδῆς ἐπὶ τὴν ὑμετέραν, ὦ Καλλικρατίδα, καταβὰς ἡδονὴν ἐπιδείξω παιδικῆς χρήσεως πολὺ τὴν γυναικείαν ἀμείνω. Καὶ τό γε πρῶτον ἐγὼ πᾶσαν ἀπόλαυσιν ἡγοῦμαι τερπνοτέραν εἶναι τὴν χρονιωτέραν· ὀξεῖα γὰρ ἡδονὴ παραπτᾶσα φθάνει πρὶν ἢ γνωσθῆναι πεπαυμένη, τὸ δ' εὐφραῖνον ἐν τῷ παρέλκοντι κρεῖττον. Ὡς εἴθε γε καὶ βίου μακρᾶς προθεσμίας ἡ μικρολόγος ἡμῖν ἐπέκλωσε Μοῖρα καὶ τὸ πᾶν ἦν διηνεκὴς ὑγίεια μηδεμιᾶς λύπης τὴν διάνοιαν ἐκνεμομένης· ἑορτὴν γὰρ ἂν καὶ πανήγυριν τὸν ὅλον χρόνον ἤγομεν. Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν μειζόνων ἀγαθῶν ὁ βάσκανος δαίμων ἐνεμέσησεν, ἔν γε τοῖς παροῦσιν ἥδιστα τὰ παρέλκοντα. Γυνὴ μὲν οὖν ἀπὸ παρθένου μέχρι ἡλικίας μέσης, πρὶν ἢ τελέως τὴν ἐσχάτην ῥυτίδα τοῦ γήρως ἐπιδραμεῖν, εὐάγκαλον ἀνδράσιν ὅμίλημα, κἂν παρέλθῃ τὰ τῆς ὥρας, ὅμως « ἡ ἐμπειρία ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον. »

26. Εἰ δ' εἴκοσιν ἐτῶν ἀποπειρῴη παῖδά τις, αὐτὸς ἔμοιγε δοκεῖ πασχητιᾶν ἀμφίβολον Ἀφροδίτην μεταδιώκων· σκληροὶ γὰρ οἱ τῶν μελῶν ἀπανδρωθέντες ὄγκοι καὶ τραχὺ μὲν ἀντὶ τοῦ πάλαι μαλακοῦ πυκασθὲν ἰούλοις τὸ γένειον, οἱ δ' εὐφυεῖς μηροὶ θριξὶν ὡσπερεὶ ῥυπῶντες. Ἃ δ' ἐστὶ τούτων ἀφανέστερα, τοῖς πεπειρακόσιν ὑμῖν εἰδέναι παρίημι. Γυναικὶ δὲ ἀεὶ πάσῃ ἡ τοῦ χρώματος ἐπιστίλβει χάρις, καὶ δαψιλεῖς μὲν ἀπὸ τῶν βοστρύχων τῆς κεφαλῆς ἕλικες ὑακίνθοις τὸ καλὸν ἀνθοῦσιν ὅμοια πορφύροντες οἱ μὲν ἐπινώτιοι κέχυνται μεταφρένων κόσμος, οἱ δὲ παρ' ὦτα καὶ κροτάφους πολὺ τῶν ἐν λειμῶνι οὐλότεροι σελίνων. Τὸ δ' ἄλλο σῶμα μηδ' ἀκαρῆ τριχὸς αὐταῖς ὑποφυομένης ἠλέκτρου, φασίν, ἢ Σιδωνίας ὑέλου διαφεγγέστερον ἀπαστράπτει.

At tibi formoso sub corpore non habitat mens.

Videlicet pulchro Nireo sapiens Ulixes magis laudatur.

24. Quomodo igitur prudentiæ quidem aut justitiæ, reliquarumque virtutum, quæ forte quadam maturæ ætatis viris adjunctæ sunt, amor non convenit; sed ea quæ in pueris est pulchritudo vehementissimos perturbationum impetus excitat? Omnino enim amare oportebat Phædrum propter Lysiam, o Plato, quem prodidit: aut virtutem amare Alcibiadis conveniebat, propterea quod deorum statuas truncavit, et quod Eleusinia mysteria voces inter comissationem fusæ propalarunt? quis amatorem se profitetur proditarum Athenarum, Deceleæ ab hostibus munitæ, denique vitæ ad tyrannidem spectantis? Sed quandiu nondum, ut divinus Plato ait, barba erat oppletus, amabilis erat omnibus: quum vero e puero transiisset in virum, qua ætate adhuc imperfecta prudentia plenam assecuta rationem erat, odio erat omnibus. Quid ergo? turpibus animi affectionibus nomina verecunda tribuentes, virtutem appellant corporis decorem, adolescentiæ magis amatores, quam sapientiæ. Et hæc quidem, ne insignium virorum infesto animo videamur meminisse, huc usque dicta sunto.

25. Paullum vero a nimio illo studio ad vestram illam, Callicratida, voluptatem descendens, ostendam consuetudine puerorum præstantiorem longe esse muliebrem. Ac primum quidem voluptatis quemcumque fructum eo delectabiliorem arbitror, quo sit longior: prætervolans enim celeris voluptas prius quam cognoscatur desinit: quicquid autem oblectat, eo ipso quod protrahitur melius est. Itaque optabile erat, ut etiam vitæ longiorem diem sordida nobis Parca destinavisset, atque universum illud spatium nobis esset perpetua sanitas, dolore nullo mentem depascente: festum enim diem et celebritatem totum illud tempus transigeremus. Sed quandoquidem majora nobis bona invida fortuna negavit, in præsentibus certe suavissima sunt quæ longissime durant. Mulier igitur a virginitate inde ad mediam usque ætatem, antequam omnino extrema senectutis ruga incurset, res est amplexu et consuetudine viri dignissima; et licet illa formæ maturitas præterierit; tamen « experientia illius habet quod dicat sapientius adolescentulis. »

26. At si quis viginti annorum adolescentulum aggrediatur, ipse pathicus esse mihi videatur, qui ambiguam adeo sectetur Venerem. Dura etenim membrorum in his qui viri facti sunt robora, et asperum pro molli quondam mentum, quod prima barba densavit, et femora illa bene nata pilis velut sordescunt. Quæ hisce magis latent, vos, qui experti estis, scire cedo. In muliere autem semper omni coloris relucet gratia, et densæ de cincinnis capitis spiræ, hyacinthorum instar pulchre florentium ferrugineæ, partim per tergum fusæ sunt, scapularum decus, partim circa aures ac tempora, pratensibus apiis multo lætiores. Reliquum vero corpus, ne minimo quidem illis succrescente pilo, electro, quod aiunt, vel Sidonio vitro refulget lucidius.

27. Τί δ' οὐχὶ τῶν ἡδονῶν καὶ τὰς ἀντιπαθεῖς μεταδιωκτέον, ἐπειδὰν ἐξ ἴσου τοῖς διατιθεῖσιν οἱ πάσχοντες εὐφραίνωνται; σχεδὸν γὰρ οὐ κατὰ ταὐτὰ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις τὰς μονήρεις διατριβὰς ἀσμενίζομεν, ἀλλά πως φιλεταίρῳ κοινωνίᾳ συζυγέντες ἡδίω τά τε ἀγαθὰ σὺν ἀλλήλοις ἡγούμεθα καὶ τὰ δυσχερῆ κουφότερα μετ' ἀλλήλων. Ὅθεν εὑρέθη τράπεζα κοινή· καὶ φιλίας μεσῖτιν τράπεζαν παραθέμενοι γαστρὶ τὴν ὀφειλομένην ἀπομετροῦμεν ἀπόλαυσιν, οὐ μόνοι τὸν Θάσιον, εἰ τύχοι, πίνοντες οἶνον οὐδὲ καθ' αὑτοὺς τῶν πολυτελῶν πιμπλάμενοι σιτίων, ἀλλὰ δοκεῖ τερπνὸν ἑκάστῳ τὸ μετ' ἄλλου, καὶ τὰς ἡδονὰς κοινωσάμενοι μᾶλλον εὐφραινόμεθα. Αἱ μὲν οὖν γυναικεῖαι σύνοδοι τῆς ἀπολαύσεως ἀντίδοσιν ὁμοίαν ἔχουσιν· ἀλλήλους γὰρ ἐξ ἴσου διαθέντες ἡδέως ἀπηλλάγησαν, εἴ γε μὴ δικαστῇ Τειρεσίᾳ προσεκτέον, ὅτι ἡ θήλεια τέρψις ὅλῃ μοίρᾳ πλεονεκτεῖ τὴν ἄρρενα. Καλὸν δ' οἶμαι, μὴ φιλαύτως ἀπολαῦσαι θελήσαντας, ὅπως ἰδίᾳ τι χρηστὸν ἀποίσονται, σκοπεῖν ὅλην παρά του λαμβάνοντας ἡδονήν, ἀλλ' ἐκεῖνο μερισαμένους οὗ τυγχάνουσιν ἀντιπαρασχεῖν ὅμοια. Τοῦτο δ' οὐχ ἂν ἐπὶ παίδων εἴποι τις, οὐχ οὕτω μέμηνεν, ἀλλ' ὁ μὲν διαθείς, ᾗ νομίζει ποτὲ ταῦτα, τὴν ἡδονὴν ἐξαίρετον λαβὼν ἀπέρχεται, τῷ δὲ ὑβρισμένῳ κατ' ἀρχὰς μὲν ὀδύναι καὶ δάκρυα, μικρὸν δὲ ὑπὸ χρόνου τῆς ἀλγηδόνος χαλασάσης πλέον, ὥς φασιν, οὐδὲν ἂν ὀχλήσειας, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡτισοῦν. Εἰ δὲ δεῖ τι καὶ περιεργότερον εἰπεῖν — δεῖ δὲ ἐν Ἀφροδίτης τεμένει — γυναικὶ μέν, ὦ Καλλικρατίδα, καὶ παιδικώτερον χρώμενον ἔξεστιν εὐφρανθῆναι διπλασίας ἀπολαύσεως ὁδοὺς ἀνοίξαντα, τὸ δὲ ἄρρεν οὐδενὶ τρόπῳ χαρίζεται θήλειαν ἀπόλαυσιν.

28. Ὥστ' εἰ ἡ μὲν καὶ ὑμῖν ἀρέσκειν δύναται, πρὸς ἀλλήλους ἡμεῖς ἀποτειχισώμεθα, εἰ δὲ τοῖς ἄρρεσιν εὐπρεπεῖς αἱ μετὰ ἀρρένων ὁμιλίαι, πρὸς τὸ λοιπὸν ἐράτωσαν ἀλλήλων καὶ γυναῖκες. Ἄγε νῦν, ὦ νεώτερε χρόνε καὶ τῶν ξένων ἡδονῶν νομοθέτα, καινὰς ὁδοὺς ἄρρενος τρυφῆς ἐπινοήσας χάρισαι τὴν ἴσην ἐξουσίαν καὶ γυναιξίν, ἀλλήλαις ὁμιλείτωσαν ὡς ἄνδρες· ἀσελγῶν δὲ ὀργάνων ὑποζυγωσάμεναι τέχνασμα, ἀσπόρων τεράστιον αἴνιγμα, κοιμάσθωσαν γυνὴ μετὰ γυναικὸς ὡς ἀνήρ· τὸ δὲ εἰς ἀκοὴν σπανίως ἧκον ὄνομα — αἰσχύνομαι καὶ λέγειν — τῆς τριβακῆς ἀσελγείας ἀνέδην πομπευέτω· πᾶσα δ' ἡμῶν ἡ γυναικωνῖτις ἔστω Φιλαινὶς ἀνδρογύνους ἔρωτας ἀσχημονοῦσα. Καὶ πόσῳ κρεῖττον εἰς ἄρρενα τρυφὴν βιάζεσθαι γυναῖκα ἢ τὸ γενναῖον ἀνδρῶν εἰς γυναῖκα θηλύνεσθαι;

29. Τοιαῦτα συντόνως μεταξὺ παθαινόμενος ὁ Χαρικλῆς ἐπαύσατο δεινόν τι καὶ θηριῶδες ἐν τοῖς ὄμμασιν ὑποβλέπων. Ἐῴκει δέ μοι καὶ καθαρσίῳ χρῆσθαι πρὸς τοὺς παιδικοὺς ἔρωτας. Ἐγὼ δὲ ἡσυχῇ μειδιάσας καὶ πρὸς τὸν Ἀθηναῖον ἠρέμα τὼ ὀφθαλμὼ παραβαλών, Παιδιᾶς, ἔφην, καὶ γέλωτος, ὦ Καλλικρατίδα, δικαστὴς καθεδεῖσθαι προσδοκήσας οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπὸ τῆς Χαρικλέους δεινότητος ἐπὶ σπουδαιότερον ἦγμαι·

27. Quidni vero in voluptatum genere eas præsertim persequamur, quæ sunt mutuæ, ubi æqualiter qui inferunt amorem et qui excipiunt oblectantur? Fere enim non eo modo, quo animalia rationis expertia, solitariam vitam amamus; sed sociali quadam communione conjuncti, tum suaviora putamus bona quæ communiter habemus, tum mala leviora, quæ ferimus communiter. Unde mensa communis inventa est, et parariam amicitiæ mensam apponentes, debitam ventri voluptatem admetimur, non soli Thasium, ut hoc utar, vinum bibentes, neque privatim singuli pretiosis nos cibis implentes: sed jucundum unicuique videtur quo fruitur cum alio, et communicatis voluptatibus magis delectamur. Congressus autem cum mulieribus mutuum quendam et parem utrimque voluptatis fructum habent: quum enim æqualiter se invicem afficiant, delectati ambo abeunt, nisi forte Tiresias judex audiendus est, feminæ voluptatem altero tanto majorem esse virili pronuncians. Honestum autem puto, homines non præ sui amore nimio, frui quum volunt, hoc spectare, ut ipsi pro se bonum quiddam auferant, totam ex aliquo voluptatem capientes ipsi; sed ut partientes illud; quod consequuntur, vicissim præbeant similia. Hoc autem in pueris ita se habere non dixerit quisquam: non ita insanierit; verum amator quidem, prout de his existimat, eximia voluptate percepta abit; at passo contumeliam ab initio quidem dolores et lacrimæ; remittentibus autem paullum ipso tempore doloribus, nihil amplius, ut aiunt, molestus fueris, voluptas autem nec tantilla. Si quid vero curiosius dicendum (decet autem in luco Veneris), muliere quidem, Callicratida, etiam puerilem in morem utenti oblectari licet, duplici fructus via aperta; sed femineum fructum nullo modo mas præbere potest.

28. Itaque si hæc vobis etiam, puerorum amatoribus, placere potest, a nobis invicem, quasi interjecto pariete, discedamus: si vero decet viros cum viris consuetudo, in posterum etiam ament se invicem mulieres. Age jam, novum sæculum, peregrinarum voluptatum legislator, quum novas virilis libidinis vias excogitaveris, æquam potestatem feminis etiam indulge: secum invicem, ut viri, coeant; lascivorumque instrumentorum commenta substringentes, portentosum sterilium ænigma, cum muliere mulier, ut vir cum viro cubent: illudque ad aures raro perveniens nomen (pudet etiam dicere) tribadicæ obscœnitatis, effuse triumphet: gynæceum omne nostrum esto Philænis, semimares amores contra decus usurpans. Et quanto melius, feminam in luxuriem irrumpere masculam, quam, quod in viris generosum est, in mulierem effeminari?

29. Talia contentius et affectu sensim augescente quum dixisset Charicles, conticuit, vehemens quiddam et ferinum oculis cernens. Videbatur autem mihi etiam piamentis quibusdam contra masculos amores uti. Ego vero placide subridens, conversis leniter in Atheniensem oculis, Ludi, inquam, et risus, Callicratida, me sedere ratus arbitrum, nescio quomodo a Chariclis vehementia ad seriam curam

σχεδὸν γὰρ ὡς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ περὶ φόνου καὶ πυρκαϊᾶς, ἢ νὴ Δία φαρμάκων ἀγωνιζόμενος ὑπερφυῶς ἐπαθήνατο. Καιρὸς οὖν ὁ νῦν, εἴ ποτε καὶ πρότερον, ἀπαιτεῖ σε τὰς Ἀθήνας, Περικλέους δὲ πειθὼ καὶ τῶν δέκα ῥητόρων τὰς Μακεδόσιν ἀνθωπλισμένας γλώσσας ἐν ἑνὶ τῷ σῷ λόγῳ διατρῖψαι μιᾶς τῶν ἐν Πυκνὶ δημηγοριῶν ἀναμνησθέντι.

30. Μικρὸν οὖν ἐπισχὼν ὁ Καλλικρατίδας — ἐῴκει δὲ ἀπὸ τοῦ προσώπου μοι τεκμαιρομένῳ καὶ λίαν ἀγωνίας μεστὸς εἶναι — λόγων ἀμοιβαίων ἐνάρχεται· Εἰ γυναιξὶν ἐκκλησία καὶ δικαστήρια καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἦν μετουσία, στρατηγὸς ἂν ἢ προστάτης ἐκεχειροτόνησο καί σε χαλκῶν ἀνδριάντων ἐν ταῖς ἀγοραῖς, ὦ Χαρίκλεις, ἐτίμων. Σχεδὸν γὰρ οὐδὲ αὐταὶ περὶ αὑτῶν, ὁπόσαι προὔχειν κατὰ σοφίαν ἐδόκουν, εἴ τις αὐταῖς τὴν τοῦ λέγειν ἐξουσίαν ἐφῆκεν, οὕτω μετὰ σπουδῆς ἂν εἶπον, οὐχ ἡ Σπαρτιάταις ἀνθωπλισμένη Τελέσιλλα, δι' ἣν ἐν Ἄργει θεὸς ἀριθμεῖται γυναικῶν Ἄρης· οὐχὶ τὸ μελιχρὸν αὔχημα Λεσβίων Σαπφὼ καὶ ἡ τῆς Πυθαγορείου σοφίας θυγάτηρ Θεανώ· τάχα δ' οὐδὲ Περικλῆς οὕτως ἂν Ἀσπασίᾳ συνηγόρησεν. Ἀλλ' ἐπειδήπερ εὐπρεπὲς ἄρρενας ὑπὲρ θηλειῶν λέγειν, εἴπωμεν καὶ ἄνδρες ὑπὲρ ἀνδρῶν. Σὺ δὲ ἵλεως, Ἀφροδίτη, γενοῦ· καὶ γὰρ ἡμεῖς τὸν σὸν Ἔρωτα τιμῶμεν.

31. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐνόμιζον ἄχρι παιδιᾶς ἱλαρὰν τὴν ἔριν ἡμῶν προκόψαι, ἐπεὶ δὲ οἱ παρὰ τούτου λόγοι καὶ φιλοσοφεῖν ὑπὲρ γυναικῶν ἐπενοήθησαν, ἀσμένως τὴν ἀφορμὴν ἥρπακα· μόνος γὰρ ὁ ἄρρην ἔρως κοινὸν ἀρετῆς καὶ ἡδονῆς ἐστιν ἔργον. Εὐξαίμην γὰρ ἄν, εἴπερ ἦν ἐν δυνατῷ, τὴν ἐπήκοόν ποτε τῶν Σωκρατικῶν λόγων πλατάνιστον, Ἀκαδημείας καὶ Λυκείου δένδρον εὐτυχέστερον, ἐγγὺς ἡμῶν ἑστάναι πεφυκυῖαν, ἔνθ' ἡ Φαίδρου προσανάκλισις ἦν, ὥσπερ ὁ ἱερὸς εἶπεν ἀνὴρ πλείστων ἀψάμενος χαρίτων· αὐτὴ τάχα ἂν ὥσπερ ἡ ἐν Δωδώνῃ φηγὸς ἐκ τῶν ὀροδάμνων ἱερὰν ἀπορρήξασα φωνὴν τοὺς παιδικοὺς εὐφήμησεν ἔρωτας ἔτι τοῦ καλοῦ μεμνημένη Φαίδρου. Πλὴν ἐπεὶ τοῦτ' ἀμήχανον,

ἢ γὰρ πολλὰ μεταξὺ
οὔρεά τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχήεσσα,

ξένοι τε ἐπ' ἀλλοτρίας γῆς ἀπειλήμμεθα καὶ πλεονέκτημα Χαρικλέους ἐστὶν ἡ Κνίδος, ὅμως τἀληθὲς οὐ προδώσομεν εἴξαντες ὄκνῳ.

32. Μόνον ἡμῖν σύ, δαῖμον οὐράνιε, καιρίως παράστηθι φιλίας εὐγνώμων, ἱεροφάντα μυστηρίων Ἔρως, οὐ κακὸν νήπιον ὁποῖον ζωγράφων παίζουσι χεῖρες, ἀλλ' ὃν ἡ πρωτοσπόρος ἐγέννησεν ἀρχὴ τέλειον εὐθὺ τεχθέντα· σὺ γὰρ ἐξ ἀφανοῦς καὶ κεχυμένης ἀμορφίας τὸ πᾶν ἐμόρφωσας. Ὥσπερ οὖν ὅλου κόσμου τάφον τινὰ κοινὸν ἀφελὼν τὸ περικείμενον χάος ἐκεῖνο μὲν ἐς ἐσχάτους ταρτάρου μυχοὺς ἐφυγάδευσας, ἔνθα ὡς ἀληθῶς

σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός,

traductus sum. Fere enim ut in Areopago de cæde, aut incendiario crimine, aut veneficio medius fidius decertans, ultra modum commotus est. Nunc igitur, si usquam alias, res abs te reposcit Athenas tuas, et ut Periclea suada et oratorum decem armatæ adversus Macedoniam linguæ, in una hac tua versentur oratione, quæ jam concionum in Pnyce unius sit memor.

30. Parum igitur quum sustinuisset se Callicratidas (videbatur autem, quantum mihi ex vultu licebat colligere, vehementer plenus et ipse certaminis esse), orationem contrariam exorsus est : Si mulieribus concio et tribunalia et civilium rerum esset communio, imperator tu quidem aut prætor deligereris, et æneis te per fora statuis, Charicles, honorarent. Vix enim ipsæ de se, quotquot illarum præstare sapientia ferebantur, si quis illis dicendi potestatem permisisset, tanto studio dixissent : non illa armata contra Spartanos Telesilla, propter quam Argis in feminarum numinibus Mars memoratur; non mellita Lesbiorum gloria Sappho, et filia sapientiæ Pythagoreæ Theano. Ac forte ne Pericles quidem ita Aspasiæ causam egit. Verum enim vero quandoquidem virum dicere pro feminis decet, pro viris etiam dicamus viri. At tu propitia, Venus, esto : nam tuum nos quoque Amorem colimus.

31. Equidem putabam intra ludum hilarem contentionem nostram processisse : quando vero istius oratio philosophari etiam pro mulieribus instituit, lubens eam occasionem arripui : solus enim amor masculus commune virtutis atque voluptatis opus est. Optaverim enim, si quidem fieri posset, arbitram aliquando Socraticorum sermonum platanum, Academia pariter et Lyceo arborem feliciorem, prope nos stare enatam, ubi acclinabat se Phædrus, ut sanctus vir dixit, qui plures ceteris omnibus Gratias assecutus est. Ipsa forte, velut illa Dodonæ fagus, sacram erumpens de ramis vocem, pueriles amores formosi Phædri adhuc recordata probaverit. Verum quum fieri hoc nullo modo possit,

(multa etenim nimis intercedunt,
montes umbrosi, resonanti murmure pontus,)

peregrinique in aliena terra intercepti simus, et prærogativa Chariclis sit Cnidus : tamen verum non prodemus concedentes ignaviæ.

32. Modo tu nobis, cœlestis geni, opportune ades, amicitiæ cognitor, arcanorum revelator Amor, non infans vilis, qualem pictorum ludunt manus, sed quem seminandi princeps origo genuit ab ipsa statim nativitate perfectum : tu enim ex obscura et profusa informitate universum hoc formasti. Igitur velut commune quoddam universi mundi sepulcrum auferens, circumfusum illi chaos, hoc quidem in ultimos tartari recessus fugasti, ubi vere

Sunt portæ ex ferro, sunt duri liminis æra,

ὅπως ὑπ' ἀρρήκτου δεθὲν φρουρᾶς τῆς ἔμπαλιν ὁδοῦ εἴργηται· λαμπρῷ δὲ φωτὶ τὴν ἀμαυρὰν νύκτα πετάσας παντὸς ἀψύχου τε καὶ ψυχὴν ἔχοντος ἐγένου δημιουργός· ἐξαίρετον δὲ ἐγκεράσας ὁμόνοιαν ἀνθρώποις τὰ σεμνὰ φιλίας πάθη συνῆψας, ἵν' ἐξ ἀκάκου καὶ ἁπαλῆς ἔτι ψυχῆς ἡ εὔνοια συνεκτρεφομένη πρὸς τὸ τέλειον ἀνδρῶται.

33. Γάμοι μὲν γὰρ διαδοχῆς ἀναγκαίας εὕρηνται φάρμακα, μόνος δὲ ὁ ἄρρην ἔρως φιλοσόφου καλόν ἐστι ψυχῆς ἐπίταγμα. Πᾶσι δὲ τοῖς ἐκ τοῦ περιόντος εἰς εὐπρέπειαν ἠσκημένοις ἕπεται τιμὴ πλείων ἢ ὅσα τῆς παραυτὰ χρείας ἐπιδεῖται, καὶ πάντη τοῦ ἀναγκαίου τὸ καλὸν κρεῖττον. Ἄχρι μὲν οὖν ὁ βίος ἀμαθὴς ἦν οὐδέπω τῆς καθ' ἡμέραν πείρας πρὸς τὸ βέλτιον εὐσχολῶν, ἀγαπητῶς ἐπ' αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα συνεστέλλετο, τῆς δὲ ἀγαθῆς διαίτης ἐπείγων ὁ χρόνος οὐ παρέσχεν εὕρεσιν. Ἐπειδὴ δὲ αἱ μὲν ἐσπευσμέναι χρεῖαι πέρας εἶχον, οἱ δὲ τῶν ἐπιγιγνομένων ἀεὶ λογισμοὶ τῆς ἀνάγκης ἀφεθέντες ηὐκαίρουν ἐπινοεῖν τι τῶν κρειττόνων, ἐκ τούτου κατ' ὀλίγον ἐπιστῆμαι συνηύξοντο. Τοῦτο δ' ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἐντελεστέρων τεχνῶν ἔνεστιν εἰκάζειν. Αὐτίκα πρῶτοί τινες ἄνθρωποι γενόμενοι τοῦ καθ' ἡμέραν λιμοῦ φάρμακον ἐζήτουν, εἶθ' ἁλισκόμενοι τῇ πρὸς τὸ παρὸν ἐνδείᾳ, τῆς ἀπορίας οὐκ ἐώσης ἑλέσθαι τὸ βέλτιον, τὴν εἰκαίαν πόαν ἐσιτοῦντο καὶ μαλθακὰς ῥίζας ὀρύττοντες καὶ τὰ πλεῖστα δρυὸς καρπὸν ἐσθίοντες. Ἀλλ' ἡ μὲν ἀλόγοις ζῴοις μετὰ χρόνον ἐρρίφη, σπόρον δὲ πυροῦ καὶ κριθῆς εἶδον αἱ γεωργῶν ἐπιμέλειαι εὑροῦσαι κατ' ἔτος ἐκνεάζοντα. Καὶ οὐδὲ μανεὶς ἂν εἴποι τις ὅτι δρῦς στάχυος ἀμείνων.

34. Τί δ'; οὐκ ἐν ἀρχῇ μὲν εὐθὺς τοῦ βίου σκέπης δεηθέντες ἄνθρωποι νάκη, θηρία δείραντες, ἠμφιέσαντο; καὶ σπήλυγγας ὀρῶν κρύους καταδύσεις ἐπενόησαν ἢ παλαιῶν ῥιζῶν ἢ φυτῶν αὖα κοιλώματα; τὴν δὲ ἀπὸ τούτων μίμησιν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀεὶ μετάγοντες ὕφηναν μὲν ἑαυτοῖς χλανίδας, οἴκους δὲ ᾠκίσαντο, καὶ λεληθότως αἱ περὶ ταῦτα τέχναι τὸν χρόνον λαβοῦσαι διδάσκαλον ἀντὶ μὲν λιτῆς ὑφῆς τὸ κάλλιον ἐποίκιλαν, ἀντὶ δὲ εὐτελῶν δωματίων ὑψηλὰ τέρεμνα καὶ λίθων πολυτέλειαν ἐμηχανήσαντο καὶ γυμνὴν τοίχων ἀμορφίαν εὐανθέσι βαφαῖς χρωμάτων κατέγραψαν. Πλὴν ἑκάστη γε τούτων τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν ἄφωνος οὖσα καὶ βαθεῖαν ἐπιτεθειμένη λήθην ὡς ἀπὸ μακρᾶς δύσεως κατὰ μικρὸν εἰς τὰς ἰδίας ἀνέτειλεν ἀκτῖνας· ἕκαστος γὰρ εὑρών τι παρεδίδου τῷ μετ' αὐτόν· εἶθ' ἡ διαδοχὴ τῶν λαμβανόντων οἷς ἔμαθεν ἤδη προστιθεῖσα, τὸ ἐνδέον ἐπλήρωσε.

35. Μὴ δή τις ἔρωτας ἀρρένων ἀπαιτείτω παρὰ τοῦ παλαιοῦ χρόνου· γυναιξὶ γὰρ ὁμιλεῖν ἀναγκαῖον ἦν, ἵνα μὴ τελέως ἄσπερμον ἡμῶν φθαρῇ τὸ γένος. Αἱ δὲ ποικίλαι σοφίαι καὶ τῆς φιλοκάλου ταύτης ἀρετῆς ἐπιθυμίαι μόλις ὑπὸ τοῦ μηδὲν ἐῶντος ἀνίχνευτον αἰῶνος εἰς τοὐμφανὲς ἔμελλον ἥξειν, ἵνα τῇ θείᾳ φιλοσοφίᾳ καὶ τὸ παιδεραστεῖν συνακμάσῃ. Μὴ δῆτα, Χαρίκλεις, ὃ μὴ

uti perrumpenda nunquam custodia vinctum a reditu arceatur; ac splendida luce obscuram noctem explicans, inanimatorum omnium animatorumque factus es opifex : eximia autem hominibus concordia affundenda honestas amicitiæ affectiones conjunxisti, ut ex innocenti et molli adhuc anima simul enutrita benevolentia ad virilem maturitatem perveniat.

33. Nuptiæ enim, ut necessariæ successionis remedia, inventæ sunt : solus amor masculus honestum philosophæ mentis imperium est. Quæcumque autem præter necessitatem decoris causa exercentur, ea major consequitur honor, quam quibus usus quædam præsentis indigentia adjecta est : et omnino pulchra necessariis sunt præstantiora. Donec ergo imperiti erant homines, necdum satis otii ad quotidiana meliorum experimenta haberent, contenti præsentibus intra ipsa se necessaria continebant; urgensque tempus bonæ vivendi rationis inveniendæ opportunitatem non præbebat. Postquam vero urgentes illæ indigentiæ finem habuere, posterorumque ingenia, necessitate soluta, otii satis nacta sunt melioribus inveniendis; ex ea re paullatim scientia multiplex enata est. Hoc nobis de perfectioribus artibus licet conjicere. Vix nati erant primi quidam homines, quum quotidianæ famis remedium quærebant : tum deprehensi a præsente inopia, quum indigentia, quod melius esset, eligendi facultatem non concederet, fortuita herba vescebantur, et molles radices effodientes, et quercus plerumque fructum edentes. Sed hæc quidem post tempus aliquod mutis animantibus abjecta sunt : tritici vero sementem atque hordei videbant agricolarum curæ, ab ipsis inventam, quotannis instaurari. Neque adeo insaniat quisquam, qui spica meliorem dicat quercum.

34. Quid vero? nonne in principio statim vitæ indigentes tegumento homines excoriatorum pellibus animalium induebantur? et montium speluncas perfugia frigoris excogitabant, aut antiquarum radicum arborumque siccas cavernas? Verum cœptam ab his imitationem transferentes semper in melius, texuere sibi lænas, domus ædificarunt, et sensim artes istarum rerum, tempus magistrum nactæ, pro simplici textura pulchrius quiddam variegarunt; pro vilibus casis, sublimia tecta et marmorum magnificentiam machinati sunt, et nudam parietum informitatem floridis colorum tincturis pinxere. Verum unaquæque harum artium ac scientiarum, muta olim et profunda oblivione mersa, velut post longum occasum paullatim in suos radios exorta est. Unusquisque enim, si quid invenisset, suo successori tradidit : tum ipsa accipientium series, addendo iis quæ didicisset, quod deficiebat explevit.

35. Ne igitur a vetusto tempore masculos amores quisquam postulet : cum mulieribus enim congredi necesse erat, ne plane seminis expers genus nostrum interiret. Varia autem eruditio, et virtutis hujus, pulchri amore accensæ, cupiditates vix ab ipso, quod nihil impervestigatum relinquit, ævo in lucem venturæ erant, ut cum divina philosophia puerorum etiam amor adolesceret. Quare noli, Charicles,

πρότερον εὕρητο, τοῦτο ἐπινοηθὲν αὖθις ὡς φαῦλον εὔθυνε, μηδ' ὅτι τῶν παιδικῶν ἐρώτων αἱ γυναικεῖαι σύνοδοι πρεσβυτέρους ἐπιγράφονται χρόνους, ἐλάττου θάτερον· ἀλλὰ τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀναγκαῖα νομίζωμεν, ἃ δὲ αὖθις ἐνευσχολήσας τοῖς λογισμοῖς ὁ βίος ἐπεξεῦρεν, ὡς ἐκείνων ἀμείνω τιμητέον.

36. Ἐμοὶ μὲν γὰρ ὀλίγου καὶ γελᾶν ἔναγχος ἐπῄει, Χαρικλέους ἄλογα ζῶα καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν ἐπαινοῦντος· ὀλίγου δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν φιλονεικίας καὶ μετενόει γενόμενος Ἕλλην. Οὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος οἷς ἐπεχείρει λέγειν, ὑπεσταλμένῳ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ τὸ ῥηθὲν ἔκλεπτεν, ἀλλ' ἐπηρμένῃ φωνῇ λαρυγγίζων, Οὐχ ἐρῶσι, φησίν, ἀλλήλων λέοντες οὐδ' ἄρκτοι καὶ σύες, ἀλλ' αὐτῶν ἡ πρὸς τὸ θῆλυ μόνον ὁρμὴ κρατεῖ. Καὶ τί θαυμαστόν; ἃ γὰρ ἐκ λογισμοῦ δικαίως ἄν τις ἕλοιτο, ταῦτα τοῖς μὴ δυναμένοις λογίζεσθαι δι' ἀφροσύνην οὐκ ἔνεστιν ἔχειν. Ἐπεί τοι Προμηθεὺς ἢ θεῶν τις ἄλλος εἰ νοῦν ἑκάστῳ συνέζευξεν ἀνθρώπινον, οὐκ ἂν ἐρημία καὶ βίος ὄρειος αὐτοὺς ἐποίμαινεν οὐδὲ ἀλλήλους τροφὴν εἶχον, ἐξ ἴσου δὲ ἡμῖν ἱερὰ δειμάμενοι καὶ μέσην ἑστίαν τῶν ἰδίων ἕκαστος οἴκων ὑπὸ τοῖς κοινοῖς ἐπολιτεύοντο νόμοις. Τί δὴ παράδοξον, εἰ ζῶα τῆς φύσεως κατάκριτα μηδὲν ὧν λογισμοὶ παρέχονται, παρὰ τῆς προνοίας λαβεῖν ἠτυχηκότα προσαφῄρηται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰς ἄρρενας ἐπιθυμίας; οὐκ ἐρῶσι λέοντες, οὐδὲ γὰρ φιλοσοφοῦσιν· οὐκ ἐρῶσιν ἄρκτοι, τὸ γὰρ ἐκ φιλίας καλὸν οὐκ ἴσασιν. Ἀνθρώποις δ' ἡ μετ' ἐπιστήμης φρόνησις ἐκ τοῦ πολλάκις πειρᾶσαι τὸ κάλλιστον ἑλομένη βεβαιοτάτους ἐρώτων ἐνόμισε τοὺς ἄρρενας.

37. Μὴ τοίνυν, ὦ Χαρίκλεις, ἀκολάστου βίου συμφορήσας ἑταιρικὰ διηγήματα γυμνῷ τῷ λόγῳ τῆς σεμνότητος ἡμῶν καταπόμπευε, μηδὲ τὸν οὐράνιον Ἔρωτα τῷ νηπίῳ συναρίθμει, λογίζου δὲ ὀψὲ μὲν ἡλικίας τὰ τοιαῦτα μεταμανθάνων, ὅμως δ' οὖν λογίζου νῦν γε, ἐπειδήπερ οὐ πρότερον, ὅτι διπλοῦς θεὸς ὁ Ἔρως, οὐ κατὰ μίαν ὁδὸν φοιτῶν οὐδὲ ἑνὶ πνεύματι τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ἐρεθίζων, ἀλλ' ὁ μέν, ὡς ἄν, οἶμαι, κομιδῇ νήπια φρονῶν, οὐδενὸς αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἡνιοχεῖν δυναμένου λογισμοῦ, πολὺς ἐν ταῖς τῶν ἀφρόνων ψυχαῖς ἀθροίζεται, μάλιστα δὲ αὐτῷ γυναικεῖοι πόθοι μέλουσιν· οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἐφημέρου ταύτης ὕβρεως ἑταῖρος ἀκρίτῳ φορᾷ πρὸς τὸ βουλόμενον ἄγων. Ἕτερος δὲ Ἔρως Ὠγυγίων πατὴρ χρόνων, σεμνὸν ὀφθῆναι καὶ πάντοθεν ἱεροπρεπὲς θέαμα, σωφρονούντων ταμίας παθῶν ἤπια ταῖς ἑκάστου διανοίαις ἐμπνεῖ, καὶ λαχόντες ἵλεω τοῦδε τοῦ δαίμονος ἡδονὴν ἀρετῇ μεμιγμένην ἀσπαζόμεθα· δισσὰ γὰρ ὄντως κατὰ τὸν τραγικὸν πνεύματα πνεῖ ὁ Ἔρως, ἑνὸς δὲ ὀνόματος οὐχ ὅμοια τὰ πάθη κεκοινώνηκε· καὶ γὰρ Αἰδὼς ὠφελείας ὁμοῦ καὶ βλάβης ἀμφίβολός ἐστι δαίμων·

Αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν.
Οὐ μὴν οὐδ' Ἐρίδων γένος ἔστιν ἕν, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν

quod prius inventum non erat, postquam excogitatum est rursus tanquam pravum sub censuram vocare; neque ideo, quod puerorum amoribus muliebres congressus antiquiora tempora inscripta habent, alteri generi detrahe. Sed vetera quidem studia necessaria putemus; quæ autem rursus vita, excogitandi otium nacta, adinvenit, ea tanquam meliora illis honorare oportet.

36. Equidem paullo ante vix a risu mihi temperabam, Charicle muta animalia et Scytharum laudante solitudinem: parum aberat quin præ nimia contentione, quod Græcus esset, ipsum pœniteret. Neque enim, ut qui contraria proposito diceret, submissa voce ipsa dicta sua quasi suffurabatur; sed sublata voce, dilatato gutture clamans, Non amant, inquit, se invicem leones mares, neque ursi, neque apri; sed ipsos solus in feminas impetus superat. Et quid mirum? quæ enim ratione ductus merito elegerit aliquis, ea his, quæ rationes non possunt subducere, propter suum stuporem habere non licet. Nam si Prometheus, aut deorum quis alius, mentem unicuique humanam adjunxisset, non solitudo sane et silvestris victus ea pasceret, neque in cibo se invicem haberent; sed æque ac nos templis ædificatis, et medium suarum quisque ædium larem colens, communibus legibus in civitate viverent. Quid mirum autem, si animalia, ab ipsa natura damnata, quibus nihil eorum, quæ ratio suppeditat, accipere a providentia contigerit, inter alias res masculis etiam cupiditatibus privata sunt? Non amant leones; non enim philosophantur: non amant ursi; quantum enim oriatur ex amicitia bonum, nesciunt. Sed inter homines prudentia scientiæ conjuncta, frequentibus intellecta experimentis optima eligens, firmissimos amores decrevit masculos.

37. Noli igitur, Charicles, meretriciis vitæ libidinosæ collatis narrationibus, nudo sermone pudori nostro et gravitati insultare, nec cœlestem Amorem cum illo infante numerare: sed cogita, sero tu quidem ætatis ista demum aliter discens, verumtamen cogita nunc certe, quando non prius, duplicem Deum esse Amorem, non eadem utrumque via venientem, nec spiritu eodem animos nostros incitantem: sed alter, pueriliter omnino, ut arbitror, animatus, cujus nulla gubernare mentem prudentia possit, multus in imprudentium animis colligitur: maxime autem illi muliebria desideria cordi sunt. Hic est illius diem modo durantis contumeliæ sodalis, indiscreto impetu agens in id quod appetitur. At alter Amor Ogygiorum pater temporum, honestum visu et sacrum undique spectaculum, sanarum promus affectionum, mite quiddam uniuscujusque mentibus inspirat: hunc deum propitium nacti mixtam virtute voluptatem amplectimur. Duplices enim revera spiritus Amor spirat, ut est apud Tragicum, idemque nomen habent affectiones minime similes. : nam Pudor quoque utilitatis simul et noxæ ambiguus deus est, Pudor, inquam,

Et multum prodesse et lædere idoneus idem.
Neu crede Irarum genus unum, sed duo terris

εἰσὶ δύω, τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας,
ἡ δ' ἐπιμωμητή· διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.

Οὐδὲν οὖν παράδοξον, εἰ πάθος ἀρετῇ κοινὴν προσηγορίαν ἔχειν ἔτυχεν, ὥστε ἔρωτα καλεῖσθαι καὶ τὴν ἀκόλαστον ἡδονὴν καὶ τὴν σωφρονοῦσαν εὔνοιαν.

38. Γάμους οὖν, φησί, τὸ μηδὲν οἴει, καὶ τὸ θῆλυ τοῦ βίου φυγαδεύεις, ἵνα πῶς μείνωμεν ἄνθρωποι; Ζηλωτὸν μὲν ἦν κατὰ τὸν σοφώτατον Εὐριπίδην, εἰ δίχα τῆς πρὸς γυναῖκας συνόδου φοιτῶντες ἐπὶ ἱερὰ καὶ ναοὺς ἀργύρου καὶ χρυσοῦ τέκνα ὑπὲρ τῆς διαδοχῆς ἐωνούμεθα· ἀνάγκη γὰρ βαρὺν κατ' αὐχένων ζυγὸν ἡμῖν ἐπιθεῖσα τοῖς κελευομένοις πειθαρχεῖν βιάζεται. Τὸ μὲν οὖν καλὸν αἱρώμεθα τοῖς λογισμοῖς, εἰκέτω δὲ τῇ ἀνάγκῃ τὸ χρειῶδες. Ἄχρι τέκνων γυναῖκες ἀριθμὸς ἔστωσαν, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄπαγε, μή μοι γένοιτο. Τίς γὰρ ἂν εὖ φρονῶν ἀνέχεσθαι δύναιτο ἐξ ἑωθινοῦ γυναικὸς ὡραϊσμένης ἐπικτήτοις σοφίσμασιν; ἧς ὁ μὲν ἀληθῶς χαρακτὴρ ἄμορφος, ἀλλότριοι δὲ κόσμοι τὸ τῆς φύσεως ἀπρεπὲς βουκολοῦσιν.

39. Εἰ γοῦν ἀπὸ τῆς νυκτέρου κοίτης πρὸς ὄρθρον ἴδοι τις ἀνισταμένας γυναῖκας, αἰσχίω νομιεῖ θηρίων τῶν πρωίας ὥρας ὀνομασθῆναι δυσκληδονίστων· ὅθεν ἀκριβῶς οἴκοι καθείργουσιν αὑτὰς οὐδενὶ τῶν ἀρρένων βλεπομένας· γρᾶες δὲ καὶ θεραπαινίδων ὁ σύμμορφος ὄχλος ἐν κύκλῳ παρεστᾶσι ποικίλοις φαρμάκοις καταφαρμακεύουσαι τὰ δυστυχῆ πρόσωπα· οὐ γὰρ ὕδατος ἀκράτῳ νάματι τὸν ὑπνηλὸν ἀπονιψάμεναι κάρον εὐθὺς ἅπτονται σπουδῆς ἐχομένου τινὸς πράγματος, ἀλλ' αἱ πολλαὶ τῶν διαπασμάτων συνθέσεις τὸν ἀηδῆ τοῦ προσώπου χρῶτα φαιδρύνουσιν, ὡς δὲ ἐπὶ δημοτελοῦς πομπῆς ἄλλο τι ἄλλη τῶν ὑπηρετουσῶν ἐγκεχείρισται, λεκανίδας ἀργυρᾶς καὶ προχόους ἔσοπτρά τε καὶ καθάπερ ἐν φαρμακοπώλου πυξίδων ὄχλον, ἀγγεῖα μεστὰ πολλῆς κακοδαιμονίας, ἐν οἷς ὀδόντων σμηκτικαὶ δυνάμεις ἢ βλέφαρα μελαίνουσα τέχνη θησαυρίζεται.

40. Τὸ δὲ πλεῖστον ἀναλίσκει μέρος ἡ πλοκὴ τῶν τριχῶν· αἱ μὲν γὰρ φαρμάκοις ἐρυθαίνειν δυναμένοις πρὸς ἡλίου μεσημβρίαν τοὺς πλοκάμους ἴσα ταῖς τῶν ἐρίων χροιαῖς ξανθῷ μεταβάπτουσιν ἄνθει τὴν ἰδίαν καταχρίνουσαι φύσιν· ὁπόσαις δὲ ἀρκεῖν ἡ μέλαινα χαίτη νομίζεται, τὸν τῶν γεγαμηκότων πλοῦτον εἰς ταύτην ἀναλίσκουσιν ὅλην Ἀραβίαν σχεδὸν ἐκ τῶν τριχῶν ἀποπνέουσαι, σιδηρᾶ τε ὄργανα πυρὸς ἀμβλείᾳ φλογὶ χλιανθέντα βίᾳ τὴν ἑλίκων οὐλότητα διαπλέκει, καὶ περίεργοι μὲν αἱ μέχρι τῶν ὀφρύων ἐφειλκυσμέναι κόμαι βραχὺ τῷ μετώπῳ τὸ μεταίχμιον ἀφιᾶσι, σοβαρῶς δὲ ἄχρι τῶν μεταφρένων οἱ ὄπισθεν ἐπισαλεύονται πλόκαμοι.

41. Καὶ μετὰ τοῦτο ἀνθοβαφῆ πέδιλα τῆς σαρκὸς ἐνδοτέρω τοὺς πόδας ἐπισφίγγοντα καὶ λεπτοϋφὴς ἐς πρόφασιν ἐσθὴς ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν μὴ γεγυμνῶσθαι. Πάντα δὲ τὰ ἐντὸς αὐτῆς γνωριμώτερα τοῦ προσώπου χωρὶς τῶν ἀμόρφως προπεπτωκότων μαζῶν, οὓς ἀεὶ περιφέρουσι δεσμώτας. Τί δεῖ τὰ τούτων πλουσιώτερα κακὰ διεξιέναι; λίθους Ἐρυθραίους κατὰ τῶν

insedere : unum, qui novit, laudibus ornet;
alteri inest labes : in partes pectora scindunt.

Neque igitur mirum est, si affectio communem virtuti appellationem forte accepit, ut amor vocaretur et voluptas libidinosa, et sapiens benevolentia.

38. Nuptias igitur, ait, nihili putas, et muliebre genus exulare e vita jubes? tum quomodo duremus homines? Optabile sane erat, de Euripidis doctissimi viri sententia, ut absque congressu cum mulieribus, in templa et ædes sacras venientes, argento et auro liberos successionis causa emeremus. Necessitas enim grave cervicibus nostris jugum imponens imperiis parere nos cogit. Quod igitur pulchrum est ratione eligamus, cedat autem necessitati utilitas. Liberorum tenus numerus sunto mulieres : in reliquis vero, apage, ne mihi sit mulier. Quis enim bene sanus perferre possit mulierem, a mane inde ascitis artificiis formam interpolantem? cujus innata figura turpis est, alieni vero ornatus, quod natura indecens est, lenociniis quibusdam demulcent.

39. Si enim a nocturno cubili mane surgentes aliquis videat mulieres, turpiora censebit animalia illis quæ matutina hora nominare male auspicatum est [*simiis*]. Unde diligenter domi se concludunt et virorum nulli conspiciuntur : aniculæ vero et simili specie ancillarum grex circulo astant, variis medicamentis infelices vultus inficientes. Non enim puro aquæ liquore soporem ex somno abluunt, statim ad serium aliquod opus accessuræ; sed multæ fucorum compositiones insuavem faciei colorem lætiorem reddunt, ac tanquam in publica pompa, aliud alii ministrarum commendatum est, pelves argenteæ, et gutturnia, speculaque, et velut apud pharmacopolam turba pyxidum, vasa multa infelicitate repleta, in quibus aut dentium detersoriæ facultates, aut nigrorem inducens superciliis ars reposita est.

40. Majorem autem partem temporis et operarum consumit cura capillorum. Aliæ enim medicamentis rutilare valentibus ad solem meridianum cincinnos, instar lanarum infectionis, flavo tingunt flore, propriam naturam [*nativum colorem*] damnantes : quibus autem sufficere nigra coma solet, illæ maritorum divitias in hanc impendunt, totam fere de capillis Arabiam spirantes; et instrumenta ferrea, obtuso ignis ardore calefacta, vi quadam crispos cincinnos implicant, et minuta industria ad supercilia usque deductæ comæ breve fronti interstitium relinquunt, jactabunde autem ad tergum scapulas usque posterioris comæ annuli fluctuant.

41. Et post hæc florei coloris sandalia intra ipsam carnem pedes astringentia, et tenuissimo textu dicis causa vestitus, quo ne nudæ esse videantur. Omnia autem intra hanc vestem facilius agnoscuntur quam facies, exceptis, quæ deformiter alioquin prociderent, uberibus, quæ in vinculis semper circumferunt. Quid opus est ditiora harum mala enarrare? Erythræos lapillos ex auriculis suspensos,

λοβῶν πολυτάλαντον ἠρτημένους βρῖθος ἢ τοὺς περὶ καρποῖς καὶ βραχίοσι δράκοντας, ὡς ὤφελον ὄντως ἀντὶ χρυσίου δράκοντες εἶναι· καὶ στεφάνη μὲν ἐν κύκλῳ τὴν κεφαλὴν περιθεῖ λίθοις Ἰνδικαῖς διάστερος, πολυτελεῖς δὲ τῶν αὐχένων ὅρμοι καθεῖνται, καὶ ἄχρι τῶν ποδῶν ἐσχάτων καταβέβηκεν ὁ ἄθλιος χρυσὸς ἅπαν, εἴ τι τοῦ σφυροῦ γυμνοῦται, περισφίγγων. Ἄξιον δ' ἦν σιδήρῳ τὰ περίσφυρα σκέλη πεπεδῆσθαι. Κἀπειδὰν αὐτῶν ὅλον τὸ σῶμα νόθης εὐμορφίας ἐξαπατῶντι κάλλει διαμαγευθῇ, τὰς ἀναισχύντους παρειὰς ἐρυθαίνουσιν ἐπιχρίστοις φύκεσιν, ἵνα τὴν ὑπέρλευκον αὐτῶν καὶ πίονα χροιὰν τὸ πορφυροῦν ἄνθος ἐπιφοινίξῃ.

pondus multorum talentorum; aut illos circa manus et brachia dracones, qui utinam veri pro auro dracones essent: et corona in orbem caput ambit, Indicis stellata gemmis, sumtuosaque cervice monilia demittuntur, et ad ultimos pedes miserum descendit aurum, quicquid circa talum nudatur constringens. Dignum erat autem ferro potius crura in talorum regione compediri. Quumque totum illarum corpus spuriæ formositatis pulchritudine deceptrice velut incantatum fuerit, impudentes genas inunctis fucis rubefaciunt, ut candidissimum illarum et pinguem colorem florens purpura suo rubore aspergat.

42. Τίς οὖν ὁ μετὰ τὴν τοσαύτην παρασκευὴν βίος; εὐθὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔξοδοι, καὶ πᾶς θεὸς ἐπιτρίβων τοὺς γεγαμηκότας, ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας, εἰ τύχοι, καὶ Γενετυλλίδας ἢ τὴν Φρυγίαν δαίμονα καὶ τὸν δυσέρωτα κῶμον ἐπὶ τῷ ποιμένι. Τελεταὶ δὲ ἀπόρρητοι καὶ χωρὶς ἀνδρῶν ὕποπτα μυστήρια καὶ — τί γὰρ δεῖ περιπλέκειν; — διαφθορὰ ψυχῆς. Ἐπειδὰν δὲ τούτων ἀπαλλαγῶσιν, οἶκοι εὐθὺς τὰ μακρὰ λουτρά, καὶ πολυτελὴς μὲν νὴ Δία τράπεζα, πολὺς δὲ ὁ μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀκκισμός. Ἐπειδὰν γὰρ ὑπέρπλεω γένωνται ταῖς παρ' αὐταῖς γαστριμαργίαις, οὐκέτ' οὐδὲ τοῦ φάρυγγος αὐταῖς παραδέχεσθαι δυναμένου τι σιτίον, ἄκροις δακτύλοις ἐπιγράφουσαι τῶν παρακειμένων ἕκαστον ἀπογεύονται νύκτας ἐπὶ τούτοις διηγούμεναι καὶ τοὺς ἑτερόχρωτας ὕπνους καὶ θηλύτητος εὐνὴν γέμουσαν, ἀφ' ἧς ἀναστὰς ἕκαστος εὐθὺς λουτροῦ χρεῖός ἐστιν.

42. Quæ igitur post tantum apparatum vita est! Statim exitur domo, et nullus ipsis deus est quin idem perdat maritos: sunt etiam ex iis numinibus quorum ne ipsa quidem nomina sciant infelices illi mariti, ut puta Coliadas, et Genetyllidas, aut Phrygiam deam, aut infeliciter amantis ad pastorem comissationem. Accedunt sacra arcana, et suspecta sine viris mysteria, et (quid enim opus est hæc involvere?) animi corruptela. Quum vero ab his rediere, domi statim longa lavacra, ac sumtuosa hercle mensa, multæque apud viros suos deliciæ. Quum enim ultra modum oppletæ sunt penes se liguritionibus, nec jam ipsa capere gula cibi aliquantillum potest, summis digitis velut conscribillantes appositorum singula degustant, noctes inter hæc enarrantes, et diversi coloris somnos, et cubile muliebri plenum mollitie, e quo quicumque surgit, balneo statim indiget.

43. Ταυτὶ μὲν οὖν εὐσταθοῦς βίου τεκμήρια· τῶν δὲ πικροτέρων εἴ τις ἐθελήσειε τὸ ἀληθὲς κατὰ μέρος ἐξετάζειν, ὄντως καταράσεται Προμηθεῖ τὴν Μενάνδρειον ἐκείνην ἀπορρήξας φωνήν·

Εἶτ' οὐ δικαίως προσπεπατταλευμένον
γράφουσι τὸν Προμηθέα πρὸς ταῖς πέτραις;
καὶ γίγνετ' αὐτῷ λαμπάς, ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν
ἀγαθόν. Ὁ μισεῖν οἶμ' ἅπαντας τοὺς θεούς,
γυναῖκας ἔπλασεν, ὦ πολυτίμητοι θεοί,
ἔθνος μιαρόν. Γαμεῖ τις ἀνθρώπων, γαμεῖ;
λάθριοι τὸ λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίαι κακαί,
γαμηλίῳ λέχει τε μοιχὸς ἐντρυφῶν
καὶ φαρμακεῖαι καὶ νόσων χαλεπωτάτη
φθόνος, μεθ' οὗ ζῇ πάντα τὸν βίον γυνή.

Τίς ταῦτα τὰ ἀγαθὰ διώκει; τίνι βίος ὁ δυστυχὴς οὗτος θυμήρης;

43. Hæc igitur sunt vitæ bene sibi constantis indicia. Eorum vero, quæ acerbiora sunt, si quis singulatim velit verum exquirere, ille profecto Promethea exsecrabitur in Menandri illam vocem erumpens,

Et nonne merito pinxerunt Promethea
pendere fixum Caucasi de rupibus?
cui dedicatur fax, aliud nihil boni.
Sed, quod deos odisse cunctos autumo,
formavit idem feminam, ô dei boni!
genus scelestum! Ducit aliquis conjugem,
ducit? libido nempe clancularia,
et nuptiali mœchus illudit toro:
venena dehinc, insidiæ, invidia, pessimus
morborum, toto femina ævo quem fovet.

Quis hæc bona persequitur? cui hæc infelix vita cordi est?

44. Ἄξιον τοίνυν ἀντιθεῖναι τοῖς θήλεσι κακοῖς τὴν ἄρρενα τῶν παίδων ἀγωγήν. Ὄρθριος ἀναστὰς ἐκ τῆς ἀζύγου κοίτης τὸν ἐπὶ τῶν ὀμμάτων ἔτι λοιπὸν ὕπνον ἀπονιψάμενος ὕδατι λιτῷ καὶ τὴν ἱερὰν χλαμύδα ταῖς ἐπωμίοις περόναις συρράψας ἀπὸ τῆς πατρῴας ἑστίας ἐξέρχεται κάτω κεκυφὼς καὶ μηδένα τῶν ἀπαντώντων ἐξ ἐναντίου προσβλέπων· ἀκόλουθοι δὲ καὶ παιδαγωγοὶ χορὸς αὐτῷ κόσμιος ἕπονται τὰ σεμνὰ τῆς ἀρετῆς ἐν χερσὶν ὄργανα κρατοῦντες, οὐ πριστοῦ κτενὸς ἐντομὰς

44. Æquum igitur opponere muliebribus istis malis virilem puerorum vivendi rationem. Mane surgens de cælibe lecto, reliquum adhuc in oculis somnum simplici aqua postquam abluit, sacra chlamyde humeralibus connexa fibulis, paterna domo egreditur dejecto vultu, ac neminem eorum, qui ex adverso veniunt, contuens. Pedissequi autem illum et pædagogi, decens caterva, sequitur, honesta illa virtutis instrumenta manibus tenentes, non secti serra pectinis incisuras mulcere comam aptas, neque specula,

κόμην καταψήχειν δυναμένας οὐδὲ ἔσοπτρα τῶν ἀντιμόρφων χαρακτήρων ἀγράφους εἰκόνας, ἀλλ' ἢ πολύπτυχοι δέλτοι κατόπιν ἀκολουθοῦσιν ἢ παλαιῶν ἔργων ἀρετὰς φυλάττουσαι βίβλοι, κἂν εἰς μουσικοῦ δέῃ φοιτᾶν, εὐμελὴς λύρα.

45. Πᾶσι δὲ τοῖς φιλοσόφοις ψυχῆς μαθήμασι λιπαρῶς ἐναθλήσας, ἐπειδὰν ἡ διάνοια τῶν ἐγκυκλίων ἀγαθῶν χορεσθῇ, τὸ σῶμα ταῖς ἐλευθερίοις ἀσκήσεσιν ἐκπονεῖ· Θετταλοὶ γὰρ ἵπποι μέλουσιν αὐτῷ· καὶ βραχὺ τὴν νεότητα πωλοδαμνήσας ἐν εἰρήνῃ μελετᾷ τὰ πολεμικὰ ἄκοντας ἀφιεὶς καὶ βέλη δι' εὐστόχου δεξιᾶς ἀποπάλλων. Εἶθ' αἱ λιπαραὶ παλαῖστραι, καὶ πρὸς ἡλίου μεσημβρινὸν θάλπος ἐγκονίεται τὸ σῶμα πυκνούμενον, οἵ τε τῶν ἐναγωνίων πόνων ἀποσταλάζοντες ἱδρῶτες, μεθ' οὓς λουτρὰ σύντομα καὶ τράπεζα τῇ μετὰ μικρὸν ἐπινήφουσα πράξει· πάλιν γὰρ αὐτῷ διδάσκαλοι καὶ παλαιῶν ἔργων αἰνιττόμεναι καὶ ἐπιμελούμεναι μνῆμαι, τίς ἀνδρεῖος ἥρως ἢ τίς ἐπὶ φρονήσει μαρτυρούμενος ἢ οἷοι δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην ἠσπάσαντο. Τοιαύταις ἀρεταῖς ἁπαλὴν ἔτι τὴν ψυχὴν ἐπάρδων, ὅταν ἑσπέρα τὴν πρᾶξιν ὁρίσῃ, τῇ γαστρὸς ἀνάγκῃ τὸν ὀφειλόμενον δασμὸν ἐπιμετρήσας ἡδίους ὕπνους καθεύδει τοῖς μεθ' ἡμέραν καμάτοις ἐπηρεμῶν ἐπίφθονον.

46. Τίς οὐκ ἂν ἐραστὴς ἐφήβου γένοιτο τοιούτου; τίνι δ' οὕτω τυφλαὶ μὲν αἱ τῶν ὀμμάτων βολαί, πηροὶ δὲ οἱ τῆς διανοίας λογισμοί; πῶς δ' οὐκ ἂν ἀγαπήσαι τὸν ἐν παλαίστραις μὲν Ἑρμῆν, Ἀπόλλωνα δὲ ἐν λύραις, ἱππαστὴν δὲ ὡς Κάστορα, θείας δὲ ἀρετὰς διὰ θνητοῦ διώκοντα σώματος; Ἀλλ' ἐμοὶ μέν, δαίμονες οὐράνιοι, βίος εἴη διηνεκὴς οὗτος, ἀπαντικρὺ τοῦ φίλου καθέζεσθαι καὶ πλησίον ἡδὺ λαλοῦντος ἀκούειν, ἐξιόντι δὲ αὐτῷ συνεξιέναι καὶ παντὸς ἔργου κοινωνίαν ἔχειν. Εὔξαιτο μὲν οὖν ἐρῶν τις δι' ἀπταίστου καὶ ἀκλινοῦς βίου τὸν στεργόμενον ἀλύπως εἰς γῆρας ὁδεῦσαι μηδεμιᾶς τύχης πειράσαντα βάσκανον ἐπήρειαν. Εἰ δὲ καί, οἷος ἀνθρωπίνης φύσεως νόμος, νόσος ἐπιψαύσειεν αὐτοῦ, κάμνοντι συννοσήσω καὶ διὰ χειμερίου θαλάττης ἀναγομένῳ συμπλεύσομαι· κἂν τυραννικὴ βία δεσμὰ περιάψῃ, τὸν ἴσον ἐμαυτῷ περιθήσω σίδηρον· ἐχθρὸς ἅπας ὁ μισῶν ἐκεῖνον ἐμὸς ἔσται, καὶ φιλήσω τοὺς πρὸς αὐτὸν εὐνοϊκῶς ἔχοντας· εἰ δὲ λῃστὰς ἢ πολεμίους θεασαίμην ἐπ' αὐτὸν ὁρμῶντας, ὁπλισαίμην καὶ παρὰ δύναμιν· κἂν ἀποθάνῃ, ζῆν οὐκ ἀνέξομαι· τελευταίας δὲ ἐντολὰς τοῖς μετ' ἐκεῖνον ὑπ' ἐμοῦ στεργομένοις ἐπιθήσομαι κοινὸν ἀμφοτέροις ἐπιχῶσαι τάφον, ὀστέοις δὲ ἀναμίξαντας ὀστέα μηδὲ τὴν κωφὴν κόνιν ἀπ' ἀλλήλων διακρῖναι.

47. Ταῦτα δ' οὐ πρῶτοι χαράξουσιν οἱ ἐμοὶ πρὸς τοὺς ἀξίους ἔρωτες, ἀλλ' ἡ θεοῖς γείτων ἡρωϊκὴ φρόνησις ἐνομοθέτησεν, ἐν οἷς ὁ φιλίας ἔρως ἄχρι θανάτου συνεξέπνευσεν. Φωκὶς ἐκ νηπίων ἔτι χρόνων Ὀρέστην Πυλάδῃ συνῆψεν· θεὸν δὲ τῶν πρὸς ἀλλήλους παθῶν μεσίτην λαβόντες ὡς ἐφ' ἑνὸς σκάφους τοῦ βίου συνέπλευσαν· ἀμφότεροι Κλυταιμνήστραν ἀνῄρουν ὡς

objectarum formarum non pictas imagines; sed vel multiplices tabellæ a tergo sequuntur, aut antiquorum operum virtutes servantia volumina; et, si ad musicæ magistrum eundum sit, canora lyra.

45. Peractis diligenter omnibus in philosophica doctrina mentis exercitiis, quum eruditi illius circuli bonis saturatus est animus, liberalibus exercitamentis corpus perficit. Thessali enim equi curæ illi sunt; et quum paullum juventutem ipse suam equulei instar agitavit et subegit, bellicam rem in pace meditatur, emittens jacula, et tela certa manu vibrans. Tum palæstræ unctæ, et ad meridianum solis calorem densandum corpus in pulvere volutatur, stillantesque de certaminum labore sudores: post quos breves balneæ, et sobrietatem instanti paullo post operi servans mensa. Rursus enim adsunt illi magistri, veterumque operum commentarii, tectius significantes aut data opera exponentes quis fortis heros, aut quis prudentiæ testimonio ornatus, aut qui justitiam, quique temperantiam amplexi sint. Talibus virtutibus quum tenerum adhuc animum velut irrigavit, vespera finem operibus imponente, ubi debitum ventris necessitati tributum admensus est, suaviores dormit somnos, qui diurnos post labores invidenda voluptate quiescat.

46. Talis adolescentis quis non amator fiat? cujusnam adeo cæci oculorum conjectus, ita stupidæ mentis cogitationes? quomodo non amet aliquis Mercurium in palæstra, in lyra Apollinem, equitem instar Castoris, divinasque in mortali corpore virtutes persequentem? Verum mihi quidem, o cœlestes dii, vita perpetua sit hæc, ex adverso amici sedere, et ex proximo suave loquentem audire, exeuntem deducere, et omnium rerum cum illo communionem habere! Atque amator quidem aliquis optaverit, per inoffensam et nihil vacillantem vitam sine ullo dolore ad senectutem pervenire amasium suum, invidam fortunæ nullius noxam expertum. Si vero, quæ humanæ naturæ lex est, morbus illum attigerit, ægrotabo cum laborante, et per tempestuosum mare navigantem comitabor: et, si tyrannica vis vincula ei injiciat, æquale mihi ferrum circumponam. Inimicus, quicumque illum oderit, meus erit, et amabo qui benevolentia illum complectentur. Si vero latrones aut hostes videam in illum irruentes, ultra vires etiam arma sumam: et, si moriatur, vivere non sustinuero: ultimaque mandata iis, qui post illum cari mihi erunt, dedero communem utrique tumulum uti aggerent, ossibusque ossa permiscentes ne pulverem quidem mutum discernant.

47. Hæc vero non primi sancient amores adversus dignos mei, sed vicinus diis heroum sensus hanc legem tulit, in quibus ille amicitiæ amor ad mortem usque progressus una exspiravit. A puerilibus inde annis Oresti Pyladen Phocis copulavit, qui, deo mutui affectus arbitro assumto, tanquam in uno vitæ navigio vecti sunt: ambo Clytæmnestram, tanquam ambo essent Agamemnonis filii, interfecere; ab am-

Ἀγαμέμνονος παῖδες, ὑπ' ἀμφοῖν Αἴγισθος ἐφονεύετο· τὰς Ὀρέστην ἐλαυνούσας Ποινὰς Πυλάδης ἐνόσει μᾶλλον, κρινομένῳ συνηγωνίζετο. Τὴν δὲ ἐρωτικὴν φιλίαν οὐδὲ τοῖς τῆς Ἑλλάδος ὅροις ἐμέτρησαν, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους Σκυθῶν τέρμονας ἔπλευσαν ὁ μὲν νοσῶν, ὁ δὲ θεραπεύων. Τῆς γοῦν Ταυρικῆς γῆς ἐπιβαίνοντας εὐθὺς ἡ μητροκτόνος αὐτοὺς Ἐρινὺς ἐξενοδόχησε, καὶ τῶν βαρβάρων ἐν κύκλῳ περιεστώτων ὁ μὲν ὑπὸ τῆς συνήθους μανίας πεσὼν ἔκειτο, Πυλάδης δὲ

ἀφρόν τ' ἀπέψα σώματός τ' ἐτημέλει
πέπλου τε προὐκάλυπτεν εὐπήκτους ὑφάς,

οὐκ ἐραστοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ πατρὸς ἐνδεικνύμενος ἦθος. Ἡνίκα γοῦν ἐκρίθη θατέρου μένοντος ἐπὶ τῷ φονευθῆναι τὸν ἕτερον ἐς Μυκήνας ἀπιέναι κομιοῦντα γράμματα, μένειν ὑπὲρ ἀλλήλων ἀμφότεροι θέλουσιν ἑκάτερος ἐν θατέρῳ ζῶντι ζῆν ἑαυτὸν ἡγούμενος. Ἀπωθεῖται δὲ τὰς ἐπιστολὰς Ὀρέστης ὡς Πυλάδου λαβεῖν ἀξιωτέρου, μόνον οὐκ ἐραστὴς ἀντ' ἐρωμένου γενόμενος·

Τὸ γὰρ σφαγῆναι τόνδ' ἐμοὶ βάρος μέγα·
ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τὰς συμφοράς.

Καὶ μετ' ὀλίγον φησί,

Τῷδε μὲν δέλτον δίδου·
πέμψω γὰρ Ἄργος, ὥστε σοι καλῶς ἔχειν·
ἡμᾶς δ' ὁ χρῄζων κτεινέτω.

48. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει τὸ πᾶν· ὅταν γὰρ ἐκ παίδων ὁ σπουδαῖος ἔρως ἐντραφεὶς ἐπὶ τὴν ἤδη λογίζεσθαι δυναμένην ἡλικίαν ἀνδρωθῇ, τὸ πάλαι φιληθὲν ἀμοιβαίους ἔρωτας ἀνταποδίδωσι, καὶ δυσχερὲς αἰσθέσθαι ποτέρου πότερος ἐραστής ἐστιν, ὥσπερ ἀπ' ἐσόπτρου τῆς τοῦ φιλήσαντος εὐνοίας ἐπὶ τὸν ἐρώμενον ὁμοίου πεσόντος εἰδώλου. Τί δὴ οὖν τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου ξένην αὐτὸ τρυφὴν ὀνειδίζεις θείοις νόμοις ὁρι θὲν ἐκ διαδοχῆς ἐφ' ἡμᾶς καταβεβηκός; Ἀσμένως δέ αὐτὸ δεξάμενοι μεθ' ἁγνῆς διανοίας νεωκοροῦμεν· ὄλβιος γὰρ ὡς ἀληθῶς κατὰ τὴν τῶν σοφῶν ἀπόφασιν,

ᾧ παῖδές τε νέοι καὶ μώνυχες ἵπποι,
γηράσκει δ' ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότατα,
κοῦροι τὸν φιλέουσιν.

Αἵ γε μὴν Σωκρατικαὶ διδασκαλίαι καὶ τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο τῆς ἀρετῆς δικαστήριον τοῖς Δελφικοῖς τρίποσιν ἐτιμήθη· χρησμὸν γὰρ ἀληθείας ὁ Πύθιος ἐθέσπισεν,

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος,

ὃς ἅμα τοῖς ἄλλοις μαθήμασιν, ἐξ ὧν τὸν βίον ὤνησε, καὶ τὸ παιδεραστεῖν ὡς μάλιστα ὠφελοῦν προσήκατο.

49. Δεῖ δὲ τῶν νέων ἐρᾶν ὡς Ἀλκιβιάδου Σωκράτης, ὃς ὑπὸ μιᾷ χλανίδι πατρὸς ὕπνους ἐκοιμήθη. Καὶ ἔγωγε τὸ Καλλιμάχειον ἐπὶ τέλει τῶν λόγων ἥδιστα προσθείην ἂν ἅπασι κήρυγμα·

Αἴθε γάρ, ὦ κούροισιν ἐπ' ὄμματα λίχνα φέροντες,
Ἔρχιος ὡς ὑμῖν ὥρισε παιδοφιλεῖν,
ὧδε νέων ἐράοιτε, πόλιν κ' εὔανδρον ἔχοιτε.

Ταῦτ' εἰδότες, ὦ νεανίαι, σωφρόνως παισὶν ἀγαθοῖς

bobus Ægisthus occisus est; Furiis Orestem agitantibus magis laborabat Pylades; judicio cum illo periclitatus est. Amatoriam illam amicitiam nec Græciæ finibus mensi sunt, sed ad extremos Scytharum terminos navigarunt, ægrotans alter, alter eum curans. In Tauricam enim tellurem egressos occisæ matris ultrix Furia hospitio statim excepit, circumstantibusque barbaris, alter a consueto furore prolapsus jacebat; Pylades vero

spumam auferebat, corporis curam gerens,
jacentem textu pepli firmo protegens,

non amatoris modo, sed patris etiam animum ostendens. Quum enim judicatum esset, manente altero ut occideretur, Mycenas abire alterum, qui literas eo ferret, manere uterque pro altero volunt, rati uterque se vivere in vivente altero. Repellit autem epistolas Orestes, tanquam digniore qui eas acciperet Pylade, factus tantum non amator pro amasio:

Istum perire, mihi nimis grave est onus;
nam mea malorum sarcinam navi veho.

et paullo post ait;

Isti da literas;
hic ibit Argos, hic tuum negotium
curabit : nos necato qui cupit.

48. Sic enim universum se habet. Nempe quum innutritus a pueris inde honestus amor ad ætatem ratiocinandi jam capacem corroboratus est, ille qui amatus adhuc fuit mutuos amores rependit, difficile ut sit ad animadvertendum, utrius uter amator sit, tanquam a speculo, sic a benevolentia amantis simili ad amatum simulacro reflexo. Quid igitur, velut peregrinam vitæ nostræ luxuriam, exprobras quod divinis legibus definitum successione quadam ad nos delatum est? Quin lubenter illud acceptum pura mente, tanquam rem sacram, servamus. Felix enim vere de sapientium virorum sententia,

cui juvenescit equus, puerique ministrant,
nam fert ætatem molliter ille senex,
qui pueris carus.

Ac Socraticam quidem disciplinam et splendidum illud virtutis tribunal Delphici tripodes honorarunt; veritati enim oraculum fudit Pythius,

Excellit omnes mente Socrates viros,

qui cum reliqua disciplina, qua vitam juvit, etiam puerorum amorem, tanquam rem maxime utilem, adsciverat.

49. Oportet autem amare juvenes, ut Alcibiadem Socrates, qui sub eadem læna cum illo patris somnum dormivit. Atque ego Callimacheum illud in fine orationis lubens posuerim, præconium ad omnes:

Vos o qui pueros oculo patrante voratis,
Erchius ut teneros jussit amare mares,
sic pueros petitote; virisque implebitis urbem.

Hæc quum sciatis, juvenes, modeste ad bonos pueros acce-

πρόσιτε μηδὲ ὀλίγης τέρψεως ἕνεκα τὴν μακρὰν ἐχέοντες εὔνοιαν ἄχρι τῆς ἀκμῆς πλαστὰ τὰ τοῦ φιλεῖν πάθη προβάλλεσθε, τὸν δ' οὐράνιον Ἔρωτα προσκυνοῦντες εἰς γῆρας ἀπὸ παίδων βέβαια τηρεῖτε τὰ πάθη· τοῖς γὰρ οὕτω φιλοῦσιν ἥδιστος μὲν ὁ τοῦ ζῆν χρόνος οὐδεμιᾶς ἀπρεποῦς συνειδήσεως παροικούσης, ἀοίδιμοι δὲ μετὰ θάνατον εἰς πάντας ἐκφοιτῶσι κληδόνες. Εἰ δὲ δεῖ φιλοσόφων παισὶ πιστεύειν, αἰθὴρ μετὰ γῆν ἐκδέχεται τοὺς ταῦτα ζηλοῦντας· εἰς δὲ ἀμείνονα βίον ἀποθανόντες ἔχουσι τῆς ἀρετῆς γέρας τὸ ἄφθαρτον.

50. Τοιαῦτα τοῦ Καλλικρατίδου σφόδρα νεανικῶς σεμνολογησαμένου, Χαρικλέα μὲν ἐκ δευτέρου λέγειν πειρώμενον ἐπέσχον· ὥρα γὰρ ἦν ἐπὶ ναῦν κατιέναι. Δεομένων δ' ὅ τι φρονοίην ἀποφήνασθαι, δι' ὀλίγου τοὺς ἑκατέρου λόγους ἀριθμησάμενος, Οὐχ ἐξ ὑπογύου, φημί, καὶ παρημελημένως ὑμῖν, ὦ ἑταῖροι, τὰ τῶν λόγων ἔοικεν ἀπεσχεδιάσθαι, διηνεκοῦς δὲ καὶ νὴ Δί' ἐρρωμένης φροντίδος ἐναργῆ ταῦτ' ἐστὶν ἴχνη· σχεδὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν ὅ τι τῶν λεκτέων εἰπεῖν ἑτέρῳ δύνασθαι παρήκατε· καὶ πολλὴ μὲν ἡ τῶν πραγμάτων ἐμπειρία, πλείων δ' ἡ τῶν λόγων δεινότης, ὥστ' ἔγωγε ἂν εὐξαίμην, εἴπερ ἦν ἐν δυνατῷ, γενέσθαι Θηραμένης ἐκεῖνος ὁ Κόθορνος, ἵν' ἄμφω νενικηκότες ἐξ ἴσου βαδίζοιτε. Πλὴν ἐπειδήπερ ἀνήσειν οὐχ ἐοίκατε καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μεταξὺ πλῷ περὶ τῶν αὐτῶν οὐ κέκρικα διοχλεῖσθαι, τὸ μάλιστα παραστάν εἶναί μοι δίκαιον ἀποφανοῦμαι.

51. Γάμοι μὲν ἀνθρώποις βιωφελὲς πρᾶγμα καὶ μακάριον, ὁπόταν εὐτυχῶνται, παιδικοὺς δ' ἔρωτας, ὅσοι φιλίας ἁγνὰ δίκαια προμνῶνται, μόνης φιλοσοφίας ἔργον ἡγοῦμαι. Διὸ δὴ γαμητέον μὲν ἅπασι, παιδεραστεῖν δὲ ἐφείσθω μόνοις τοῖς σοφοῖς· ἥκιστα γὰρ ἐν γυναιξὶν ὁλόκληρος ἀρετὴ φύεται. Καὶ σὺ δ', ὦ Χαρίκλεις, μηδὲν ἀχθεσθῇς, εἰ ταῖς Ἀθήναις ἡ Κόρινθος εἴξει.

52. Κἀγὼ μὲν ὑπ' αἰδοῦς συντόμῳ λόγῳ τὴν κρίσιν ἐπισκεύσας ἐξανέστην· ἑώρων γὰρ ὑπερκατηφῆ τὸν Χαρικλέα παρὰ μικρὸν ὡς θανάτου κατάκριτον. Ὁ δ' Ἀθηναῖος ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ φαιδρὸς ἀναπηδήσας προῄει σφόδρα σοβαρῶς· εἴκασεν ἄν τις αὐτὸν ἐν Σαλαμῖνι Πέρσας καταναυμαχηκέναι. Καὶ τοῦτό γε τῆς κρίσεως ἀπωνάμην, λαμπρότερον ἡμᾶς ἑστιάσαντος αὐτοῦ τἀπινίκια· καὶ γὰρ ἦν ἄλλως τὸν βίον μεγαλοφρονέστερος. Ἡσυχῇ δὲ καὶ τὸν Χαρικλέα παρηγορησάμην ἐπὶ τῇ δεινότητι τῶν λόγων συνεχὲς ὑπερθαυμάζων, ὅτι δυσχερεστέρῳ μέρει δυνατῶς συνηγόρησεν.

53. Ἀλλ' ἡ μὲν ἐν Κνίδῳ διατριβὴ καὶ τὰ παρὰ τῇ θεῷ λαληθέντα σπουδὴν ἱλαρὰν ἅμα καὶ παιδιὰν εὔμουσον ἐσχηκότα, τῇδέ πη διεκρίθη. Σὺ δέ, ὦ Θεόμνηστε, ὁ τὴν ἕωλον ἡμῶν ἐκκαλεσάμενος μνήμην, εἰ δικαστὴς τότ' ἦσθα, πῶς ἂν ἀπεφήνω;

ΘΕΟΜΝ. Μελητίδην ἢ Κόροιβον οἴει με πρὸς θεῶν, ἵνα τοῖς ὑπὸ σοῦ δικαίως κριθεῖσιν ἐναντίαν φέρω ψῆφον; ὃς ὑπ' ἄκρας ἡδονῆς τῶν λεγομένων ἐν Κνίδῳ διατρίβειν ᾤόμην ὀλίγου τὸ βραχὺ τοῦτο δωμάτιον αὐ-

dite, neu parvæ voluptatis causa longam benevolentiam effundentes, usque ad maturam ætatem fictos amoris affectus obtentui libidinis habete : sed, cœlesti illo invocato Amore, in senectutem a pueris inde stabiles servate affectus. Qui enim ita amant, illis suavissimum vivendi tempus, turpi nulla conscientia in animo habitante; nobilis autem post mortem ad omnes fama exit. Si vero fides habenda philosophorum filiis, æther post terram excipit qui his rebus studuerunt; atque, ad vitam meliorem mortui, præmium virtutis habent immortalitatem.

50. Ista Callicratidas juvenili ardore et gravi oratione quum protulisset, Chariclem, dicere volentem denuo, repressi : quod tempus erat descendendi ad navim. Rogantibus autem ut quid sentirem pronunciare vellem, perpensa paullum utriusque oratione, « Non ex tempore, inquam, et negligenter, sodales, orationem uterque suam videmini deproperasse; sed perpetuæ et robustæ profecto cogitationis aperta hæc sunt vestigia : vix enim quicquam est eorum, quæ dici hic debent, quod dicendum alteri reliqueritis; ac quum multa rerum peritia eminuit, tum major etiam vis verborum. Itaque optaverim, Theramenes, si fieri posset, ille Cothurnus esse, ut victores ambo æquo pede incederetis. Verum enim vero quandoquidem remissuri non videmini, et ipse inter navigandum de iisdem rebus flagitari non decrevi; id quod maxime in præsens mihi justum esse videtur, pronunciabo.

51. Nuptiæ quidem res vitæ hominum utilissima, et beata, quoties felices sunt : masculos autem amores, quoties casta amicitiæ jura illi conciliant, solius opus philosophiæ arbitror. Propterea nuptiæ contrahendæ omnibus; pueros autem amare solis concedatur philosophis; minime enim perfecta in mulieribus virtus exsistit. Tu vero, Chaticles, non gravabere, si Athenis Corinthus cesserit. »

52. Atque ego præ pudore concisa oratione festinanter judicium quum expediissem, surrexi : videbam enim demisso supra modum vultu Chariclem, quasi tantum non capitis damnatus esset. Atheniensis vero hilari gestu lætus exsultans, jactabundo valde incessu progrediebatur; putares navali ad Salamina prælio Persas ab illo superatos. Atque hunc certe judicii mei fructum habui, quod splendidius nos tanquam triumphali cœna excepit : erat enim alioquin etiam in victu magnificentior. Submissa autem voce Chariclem etiam subinde consolabar, vi dicendi illius commemorata, perpetuo vehementer admirari me dicens, quam potenter difficiliores partes tuitus fuisset.

53. Sed illa in Cnido commoratio et habiti in deæ sacro sermones, qui lætum simul studium et eruditum lusum habuerant, hoc fere modo compositi sunt. At tu, Theomneste, qui antiquam illam nobis memoriam evocasti, si tum judex fuisses, quid pronunciaturus eras?

THEOMN. Adeone Meletiden aut Corœbum medius fidius me arbitraris, ut juste a te judicatis contrariam feram sententiam? qui præ summa jucunditate eorum quæ dicebantur, in Cnido versari mihi viderer, ut parum abesset quin

τὸν ἡγούμενος εἶναι τὸν νεὼν ἐκεῖνον. Ὅμως δ' οὖν — οὐδὲν γὰρ ἀπρεπὲς ἐν ἑορτῇ λέγεσθαι, πᾶς δὲ γέλως, κἂν περίεργος ᾖ, πανηγυρίζειν δοκεῖ — τοὺς ἄγαν ὑπὸ τοῦ παιδεραστεῖν κατωφρυωμένους λόγους ἐθαύμαζον μὲν ἐπὶ τῇ σεμνότητι, πλὴν οὐ πάνυ θυμῆρες ᾠόμην, ἐφήβῳ παιδὶ συνδιημερεύοντα Ταντάλειους δίκας ὑποφέρειν, καὶ τοῖς ὄμμασι τοῦ κάλλους μονονουχὶ προσκλύζοντος, ἐξὸν ἀρύσασθαι, διψῆν ὑπομένειν· οὐ γὰρ ἀπόχρη τὸ θεωρεῖν ἐρώμενον οὐδ' ἀπαντικρὺ καθημένου καὶ λαλοῦντος ἀκούειν, ἀλλ' ὥσπερ ἡδονῆς κλίμακα συμπηξάμενος ἔρως πρῶτον ἔχει βαθμὸν ὄψεως, ἵνα ἴδῃ, κἂν θεάσηται, ποθεῖ προσάγων ἐφάψασθαι· δι' ἄκρων γοῦν δακτύλων κἂν μόνον θίγῃ, τὰ τῆς ἀπολαύσεως εἰς ἅπαν διαθεῖ τὸ σῶμα. Τυχὼν δ' εὐμαρῶς τούτου τρίτην πεῖραν ἐπάγει φιλήματος, οὐχ εὐθὺς περίεργον, ἀλλ' ἠρέμα χείλη προσεγγίσας χείλεσιν, ἃ πρὶν ἢ ψαῦσαι τελείως, ἀπέστη, μηδὲν ὑπονοίας ἴχνος καταλιπών· εἶτα πρὸς τὸ παρεῖχον ἁρμοζόμενος ἀεὶ λιπαρεστέροις μὲν ἀσπάσμασιν ἐντέτηκεν, ἔσθ' ὅτε καὶ διαστέλλων ἡσυχῇ τὸ στόμα, τῶν δὲ χειρῶν οὐδεμίαν παρίησιν ἀργήν· αἱ γὰρ φανεραὶ μετὰ τῶν ἐσθήτων περιπλοκαὶ τὴν ἡδονὴν συνάπτουσιν, ἢ λάθριος ὑγρῶς ἡ δεξιὰ κατὰ κόλπου δῦσα μαστοὺς βραχὺ τὴν φύσιν ὑπεροιδῶντας πιέζει, καὶ σφριγώσης γαστρὸς ἀμφιλαφὲς τοῖς δακτύλοις ἐπιδράττεται ὁμαλῶς, μετὰ τοῦτο καὶ πρωτόχνουν ἄνθος ἥβης. Καὶ

τί τἄρρητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;

τοσαύτης τυχὼν ἐξουσίας ὁ ἔρως θερμοτέρου τινὸς ἅπτεται πράγματος· εἶτ' ἀπὸ μηρῶν προοιμιασάμενος κατὰ τὸν κωμικὸν αὐτὸ ἐπάταξεν.

54. Ἐμοὶ μὲν οὕτω παιδεραστεῖν γένοιτο· μετεωρολέσχαι δὲ καὶ ὅσοι τὴν φιλοσοφίας ὀφρὺν ὑπὲρ αὐτοὺς τοὺς κροτάφους ὑπερήρκασι, σεμνῶν ὀνομάτων κομψεύμασι τοὺς ἀμαθεῖς ποιμαινέτωσαν· ἐρωτικὸς γὰρ ἦν, εἴπερ τις, καὶ ὁ Σωκράτης, καὶ ὑπὸ μίαν Ἀλκιβιάδης αὐτῷ χλανίδα κλιθεὶς οὐκ ἀπλὴξ ἀνέστη. Καὶ μὴ θαυμάσῃς· οὐδὲ γὰρ ὁ Πάτροκλος ὑπ' Ἀχιλλέως ἠγαπᾶτο μέχρι τοῦ καταντικρὺ καθέζεσθαι

δέγμενος Αἰακίδην, ὁπότε λήξειεν ἀείδων,

ἀλλ' ἦν καὶ τῆς ἐκείνων φιλίας μεσῖτις ἡδονή· στένων γοῦν Ἀχιλλεὺς τὸν Πατρόκλου θάνατον ἀταμιεύτῳ πάθει πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπερράγη,

Μηρῶν τε τῶν σῶν εὐσεβὴς ὁμιλία.

Τούς γε μὴν ὀνομαζομένους παρ' Ἕλλησι κωμαστὰς οὐδὲν ἀλλ' ἢ δήλους ἐραστὰς νομίζω. Τάχα φήσει τις αἰσχρὰ ταῦτ' εἶναι λέγεσθαι, πλὴν ἀληθῆ γε νὴ τὴν Κνιδίαν Ἀφροδίτην.

ΛΥΚ. Οὐκ ἀνέξομαί σου, φίλε Θεόμνηστε, ἄλλην ἀρχὴν καταβαλλομένου τρίτων λόγων, ἧς ἀκούειν ἐν ἑορτῇ μόνον εἰκός ἐστι, τἄλλα δὲ τῶν ἐμῶν ὤτων πόρρω ἀποικιεῖν. Ἀφέμενοι δὲ τοῦ παρέλκειν πλείω χρόνον εἰς ἀγορὰν ἐξίωμεν· ἤδη γὰρ εἰκός ἐστιν ὑφάπτεσθαι τῷ

parvulam hanc domunculam ipsum illud esse templum putarem. Verumtamen (nihil enim non decens est hoc die festo dicere, quum risus omnis, etiamsi forte nimius, ad celebrationem pertinere videatur) orationem illam in puerorum amore, nimio quasi supercilio elatam, gravitatis causa admirabar equidem : verum illud parum videbatur ad animi voluptatem pertinere, aliquem totos dies versantem cum puero pubertati propinquo, Tantaleas pœnas sustinere, quumque pulchritudo tantum non alluat oculos, quum hauriendi sit copia, tolerare tamen sitim. Neque enim satis est videre quem ames, neque ex adverso sedentem et loquentem audire, sed velut scalas quasdam voluptatis fabricans amor primum habet gradum visus, uti spectet : et ubi contemplatus est, cupit admoto corpore attingere : si enim vel summis tantum digitis attigerit, totum corpus fructus ille percurrit. Hoc ubi facile consecutus est, tertio tentat osculum, non statim curiosum illud, sed placide labia admovens labiis, quæ prius etiam quam plane se contigerint, desistant, nullo suspicionis relicto vestigio. Deinde concedenti se quoque tempore accommodans, longioribus amplexibus quasi illiquescit, interdum etiam placide os diducens, nullamque manum otiosam esse patitur : nam manifestæ illæ in vestimentis complexiones voluptatem conglutinant, aut latenter lubrico lapsu dextra sinum subiens, mamillas premit paullum ultra naturam tumentes, et duriusculi ventris rotunditatem digitis molliter percurrit, post hæc etiam primæ lanuginis in pube florem. Et quid me oportet arcana illa remetiri? tantam nactus opportunitatem amor, calidius quoddam opus occipit : deinde a feminibus exorsus, ut ait Comicus, rem ipsam percussit.

54. Mihi quidem hoc modo amare pueros contingat. Sublimes autem isti nugatores et quotquot philosophiæ supercilium ultra ipsa tempora sustulere, bonestorum verborum phaleris imperitos pascant : nam amator erat, si quisquam, Socrates, et sub eadem cum illo læna jacens Alcibiades non sine plaga surrexit. Neu mireris : neque enim Patroclus ab Achille eatenus tantum amabatur, ut e regione sederet,

Æacidi intentus, dum cesset fundere carmen :

sed erat ipsorum etiam amicitiæ pararia voluptas : nam gemens Patrocli mortem Achilles, affectu parum custo dito in verum erupit,

Femorum tuorum sanctior consuetio.

Hos equidem, qui apud Græcos Comissatores vocantur, nihil aliud quam professos amatores arbitror. Dixerit forte aliquis, turpia hæc esse dictu : at vera quidem sunt, per Cnidiam Venerem.

LYC. Non feram te, care Theomneste, aliud tertiæ orationis quasi fundamentum jacientem, cujus initium festo tantum die audire fas est, reliqua vero procul ab auribus meis ablegare. Omissa autem longiore in iis quæ nihil ad rem faciunt mora, in forum prodeamus. Jam enim con-

θεῷ τὴν πυράν. Ἔστι δ' οὐκ ἀτερπὴς ἡ θέα τῶν ἐν Οἴτῃ παθῶν ὑπομιμνήσκουσα τοὺς παρόντας.

venit rogum deo accendi: neque est injucundum spectaculum, eorum quæ in Œta deo evenere, præsentes admonens.

XXXIX.

ΕΙΚΟΝΕΣ.

1. ΛΥΚΙΝΟΣ. Ἀλλ' ἦ τοιοῦτόν τι ἄρα ἔπασχον οἱ τὴν Γοργὼ ἰδόντες οἷον ἐγὼ ἔναγχος ἔπαθον, ὦ Πολύστρατε, παγκάλην τινὰ γυναῖκα ἰδών· αὐτὸ γὰρ τὸ τοῦ μύθου ἐκεῖνο μικροῦ δέω λίθος ἐξ ἀνθρώπου σοι γεγονέναι πεπηγὼς ὑπὸ τοῦ θαύματος.

ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΣ. Ἡράκλεις, ὑπερφυές τι τὸ θέαμα φῂς καὶ δεινῶς βίαιον, εἴ γε καὶ Λυκῖνον ἐξέπληξε γυνή τις οὖσα· σὺ γὰρ ὑπὸ μὲν τῶν μειρακίων καὶ πάνυ ῥᾳδίως αὐτὸ πάσχεις, ὥστε θᾶττον ἄν τις ὅλον τὸν Σίπυλον μετακινήσειεν ἢ σὲ τῶν καλῶν ἀπάγοι μὴ οὐχὶ παρεστάναι αὐτοῖς κεχηνότα καὶ ἐπιδακρύοντά γε πολλάκις ὥσπερ ἐκείνην αὐτὴν τὴν τοῦ Ταντάλου. Ἀτὰρ εἰπέ μοι, τίς ἡ λιθοποιὸς αὕτη Μέδουσα ἡμῖν ἐστι καὶ πόθεν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἴδοιμεν· οὐ γὰρ ἄν, οἶμαι, φθονήσαις ἡμῖν τῆς θέας οὐδὲ ζηλοτυπήσαις, εἰ μέλλοιμεν πλησίον που καὶ αὐτοὶ παραπεπηγέναι σοι ἰδόντες.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρή σε, ὡς κἂν ἐκ περιωπῆς μόνον ἀπίδῃς ἐς αὐτήν, ἀχανῆ σε καὶ τῶν ἀνδριάντων ἀκινητότερον ἀποφανεῖ. Καίτοι τοῦτο μὲν ἴσως εἰρηνικώτερόν ἐστι καὶ τὸ τραῦμα ἧττον καίριον, εἰ αὐτὸς ἴδοις· εἰ δὲ κἀκείνη προσβλέψειέ σε, τίς ἔσται μηχανὴ ἀποστῆναι αὐτῆς; ἀπάξει γάρ σε ἀναδησαμένη ἔνθα ἂν ἐθέλῃ, ὅπερ καὶ ἡ λίθος ἡ Ἡρακλεία δρᾷ τὸν σίδηρον.

2. ΠΟΛ. Παύου, ὦ Λυκῖνε, τεράστιόν τι κάλλος ἀναπλάττων, ἀλλ' εἰπέ, τίς ἡ γυνή ἐστιν;

ΛΥΚ. Οἴει γάρ με ὑπερβαλέσθαι τῷ λόγῳ, ὃς δέδια μή σοι ἰδόντι ἀσθενής τις ἐπαινέσαι δόξω, παρὰ τοσοῦτον ἀμείνων φανεῖται. Πλὴν ἀλλὰ ἥτις μέν, οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι, θεραπεία δὲ πολλὴ καὶ ἡ ἄλλη περὶ αὐτὴν παρασκευὴ λαμπρὰ καὶ εὐνούχων τι πλῆθος καὶ ἅβραι πάνυ πολλαί, καὶ ὅλως μεῖζόν γε ἢ κατ' ἰδιωτικὴν τύχην ἐδόκει τὸ πρᾶγμα εἶναι.

ΠΟΛ. Οὐδὲ τοὔνομα ἐπύθου σύ γε ἥτις καλοῖτο;

ΛΥΚ. Οὐδαμῶς, ἢ τοῦτο μόνον, τῆς Ἰωνίας ἐστί· τῶν θεατῶν γάρ τις ἀπιδὼν ἐς τὸν πλησίον, ἐπεὶ παρῆλθε, Τοιαῦτα μέντοι, ἔφη, τὰ Σμυρναϊκὰ κάλλη· καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, εἰ ἡ καλλίστη τῶν Ἰωνικῶν πόλεων τὴν καλλίστην γυναῖκα ἤνεγκεν. Ἐδόκει δέ μοι καὶ αὐτὸς Σμυρναῖος εἶναι ὁ λέγων, οὕτως ἐσεμνύνετο ἐπ' αὐτῇ.

3. ΠΟΛ. Οὐκοῦν ἐπεὶ λίθου τοῦτό γε ὡς ἀληθῶς ἐποίησας οὔτε παρακολουθήσας οὔτε τὸν Σμυρναῖον ἐκεῖνον ἐρόμενος ὅστις ἦν, κἂν τὸ εἶδος ὡς οἷόν τε ὑπόδειξον τῷ λόγῳ· τάχα γὰρ ἂν οὕτω γνωρίσαιμι.

ΛΥΚ. Ὁρᾷς ἡλίκον τοῦτο ᾔτησας; οὐ κατὰ λόγων

XXXIX.

IMAGINES.

1. LYCINUS. Tale igitur aliquid usu veniebat his qui Gorgonem vidissent, quale usu nuper mihi venit, Polystrate, pulcherrimam quandam feminam videnti: parum enim abest quin, ut habet fabula, lapis tibi ex homine sim factus, ac præ admiratione diriguerim.

POLYSTRATUS. Insolitum' hercle spectaculum ais et valde violentum, si quidem Lycinum etiam mulier aliqua perculit. Nam ab adolescentulis tu quidem, idque facile admodum sic afficeris, ut facilius aliquis totum Sipylum loco moveat, quam te abducat a pulchris, quominus astes illis hians, et sæpe illacrimans etiam, ut illa ipsa Tantali filia. Verum dic mihi, quæ nobis est illa Medusa saxifica, et unde? ut nos quoque eam videamus. Neque enim, puto, invidebis nobis spectaculum, neque zelotypia accenderis, si ex propinquo nos etiam velimus juxta te in illo obrigescere.

LYC. Quin certo scias, illa te, si vel ab alta eam specula aspexeris, attonitum, et magis quam statuæ sunt, immotum redditura est. Quanquam hoc quidem forte pacatius fuerit, et minus letale vulnus, ipse si videas: si vero ipsa quoque te aspiciat, qua ratione ab illa abscedes? revinctum enim te quorsum voluerit abducet, quod Heracleus lapis (*magnes*) facit in ferro.

2. POL. Desine, Lycine, portentosam pulchritudinem effingere; sed dic mihi quæ sit mulier.

LYC. Putas enim me dicendo modum excedere, qui metuam ne tibi, quum videris, imbecillis in laudando videar: tanto illa apparebit præstantior. Verum quæ sit, non habeo dicere. Ministerium vero multum, et reliquus circa illam apparatus splendidus, et eunuchorum multitudo, et ancillæ sane multæ, atque in universum major, quam pro fortuna privata, res videbatur esse.

POL. Neque nomen audiebas tu quidem, quomodo vocaretur?

LYC. Nequaquam, nisi hoc solum, ex Ionia est. Spectatorum enim aliquis, vicinum respiciens, quum transiret: Tales quidem Smyrnenses, inquit, sunt formæ; nec mirum si pulcherrima Ionicarum urbium mulierem pulcherrimam protulit. Videbatur autem mihi Smyrnæus ipse quoque esse qui dicebat, adeo illa gloriabatur.

3. POL. Quandoquidem igitur hoc vere pro lapide fecisti, qui neque secutus sis neque interrogaveris Smyrnæum illum, quænam esset; certe formam illius, quantum ejus fieri potest, sermone ostende: forte enim sic eam agnovero.

LYC. Vides quantum sit quod petiisti? non est facultatis

δύναμιν, καὶ μάλιστά γε τῶν ἐμῶν, ἐμφανίσαι θαυμασίαν οὕτως εἰκόνα, πρὸς ἣν μόλις ἂν ἡ Ἀπελλῆς ἢ Ζεῦξις ἢ Παρράσιος ἱκανοὶ ἔδοξαν, ἢ εἴ τις Φειδίας ἢ Ἀλκαμένης. Ἐγὼ δὲ λυμανοῦμαι τὸ ἀρχέτυπον ἀσθενείᾳ τῆς τέχνης.

ΠΟΛ. Ὅμως, ὦ Λυκῖνε, ποία τις ἦν τὴν ὄψιν; οὐ γὰρ ἐπισφαλὲς τὸ τόλμημα, εἰ φίλῳ ἀνδρὶ ἐπιδείξαις τὴν εἰκόνα ὅπως ἂν τῆς γραμμῆς ἔχῃ.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν ἀσφαλέστερον αὐτὸς ποιήσειν μοι δοκῶ τῶν παλαιῶν τινας ἐκείνων τεχνιτῶν παρακαλέσας ἐπὶ τὸ ἔργον, ὡς ἀναπλάσειάν μοι τὴν γυναῖκα.

ΠΟΛ. Πῶς τοῦτο φῄς; ἢ πῶς ἂν ἀφίκοιντό σοι πρὸ τοσούτων ἐτῶν ἀποθανόντες;

ΛΥΣ. Ῥᾳδίως, ἤνπερ σὺ μὴ ὀκήσῃς ἀποκρίνασθαί τί μοι.

ΠΟΛ. Ἐρώτα μόνον.

4. ΛΥΚ. Ἐπεδήμησάς ποτε, ὦ Πολύστρατε, τῇ Κνιδίων;

ΠΟΛ. Καὶ μάλα.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν καὶ τὴν Ἀφροδίτην εἶδες πάντως αὐτῶν;

ΠΟΛ. Νὴ Δία, τῶν Πραξιτέλους ποιημάτων τὸ κάλλιστον.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ καὶ τὸν μῦθον ἤκουσας, ὃν λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι περὶ αὐτῆς, ὡς ἐρασθείη τις τοῦ ἀγάλματος καὶ λαθὼν ὑπολειφθεὶς ἐν ἱερῷ συγγένοιτο, ὡς δυνατὸν ἀγάλματι. Τοῦτο μέντοι ἄλλως ἱστορείσθω. Σὺ δὲ — ταύτην γάρ, ὡς φῄς, εἶδες — ἴθι μοι καὶ τόδε ἀπόκριναι, εἰ καὶ τὴν ἐν κήποις Ἀθήνησι τὴν Ἀλκαμένους ἑώρακας;

ΠΟΛ. Ἦ πάντων γ' ἄν, ὦ Λυκῖνε, ὁ ῥᾳθυμότατος ἦν, εἰ τὸ κάλλιστον τῶν Ἀλκαμένους πλασμάτων παρεῖδον.

ΛΥΚ. Ἐκεῖνο μέν γε, ὦ Πολύστρατε, οὐκ ἐξερήσομαί σε, εἰ πολλάκις ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνελθὼν καὶ τὴν Καλάμιδος Σωσάνδραν τεθέασαι.

ΠΟΛ. Εἶδον κἀκείνην πολλάκις.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν ἱκανῶς. Τῶν δὲ Φειδίου ἔργων τί μάλιστα ἐπῄνεσας;

ΠΟΛ. Τί δ' ἄλλο ἢ τὴν Λημνίαν, ᾗ καὶ ἐπιγράψαι τοὔνομα ὁ Φειδίας ἠξίωσε; καὶ νὴ Δία τὴν Ἀμαζόνα τὴν ἐπερειδομένην τῷ δορατίῳ.

5. ΛΥΚ. Τὰ κάλλιστα, ὦ ἑταῖρε, ὥστε οὐκέτ' ἄλλων τεχνιτῶν δεήσει. Φέρε δὴ ἐξ ἁπασῶν ἤδη τούτων ὡς οἷόν τε συναρμόσας μίαν σοι εἰκόνα ἐπιδείξω τὸ ἐξαίρετον παρ' ἑκάστης ἔχουσαν.

ΠΟΛ. Καὶ τίνα ἂν τρόπον τουτὶ γένοιτο;

ΛΥΚ. Οὐ χαλεπόν, ὦ Πολύστρατε, εἰ τὸ ἀπὸ τοῦδε παραδόντες τὰς εἰκόνας τῷ λόγῳ ἐπιτρέψαιμεν αὐτῷ μετακοσμεῖν καὶ συντιθέναι καὶ ἁρμόζειν ὡς ἂν εὐρυθμότατα δύναιτο φυλάττων ἅμα τὸ συμμιγὲς ἐκεῖνο καὶ ποικίλον.

ΠΟΛ. Εὖ λέγεις· καὶ δὴ παραλαβὼν δεικνύτω· ἐθέλω γὰρ εἰδέναι ὅ τι καὶ χρήσεται αὐταῖς ἢ ὅπως ἐκ

dicendi, meæ præsertim, declarare admirabilem adeo imaginem, cui vix Apelles, aut Zeuxis, aut Parrhasius, apti videantur, aut si quis Phidias vel Alcamenes. Ego vero corrupero exemplum artis imbecillitate.

POL. Tamen, Lycine, qualis erat specie? neque enim periculosus ille conatus, si amico homini ostendas imaginem, quomodo delineatio ejus se habeat.

LYC. Quin tutius mihi facturus videor, si veterum illorum artificum quosdam ad opus advocem, uti mulierem mihi effingant.

POL. Quomodo hoc intelligis? aut quomodo veniant tibi tot ante annos mortui?

LYC. Facile, si quidem tu non graveris aliquid mihi respondere.

POL. Interroga modo.

4. LYC. Peregrinatusne aliquando es, Polystrate, in urbe Cnidiorum?

POL. Sane.

LYC. Igitur omnino etiam Venerem illorum vidisti?

POL. Ego vero, ita me Jupiter, operum Praxitelis pulcherrimum.

LYC. Sed fabulam etiam audisti, quam narrant de ea cives, amore aliquem captum statuæ clam, quum relictus esset in templo, coiisse cum ea, quoad ejus fieri potuerit cum statua. Atque illud quidem alias tibi referatur : jam vero (hanc enim, ut ais, vidisti) age mihi illud quoque responde, an illam etiam in hortis apud Athenas, Alcamenis Venerem, vidisti?

POL. Equidem omnium, Lycine, essem negligentissimus, si pulcherrimum Alcamenis signorum prætervidissem.

LYC. Illud quidem, Polystrate, non exquiram ex te, an sæpe escensa arce Calamidis Sosandram contemplatus fueris.

POL. Vidi et illam sæpe.

LYC. Sed satis ista. Inter Phidiæ vero opera quod maxime laudasti?

POL. Quod vero aliud, quam Lemniam (Minervam), cui nomen etiam inscribere suum Phidias voluit? et hercle Amazonem quoque innixam hastæ.

5. LYC. Pulcherrima hæc, sodalis. Itaque aliis artificibus opus non habebis. Age jam ex omnibus hisce, ut potest, coagmentatam tibi unam imaginem ostendam, id quod in singulis eximium est habentem.

POL. Et quomodo illud fieri possit?

LYC. Non difficile est, Polystrate, si jam dicendi facultati tradamus illas imagines, permittamusque illi aliter eas ornare, et componere et concinnare quam commodissime possit, servata simul commiscendi proportione et varietate.

POL. Recte dicis. Sumat sane atque ostendat : volo enim scire, quomodo illis usura sit, aut quomodo ex tot diver-

τοσούτων μίαν τινὰ συνθεὶς οὐκ ἀπᾴδουσαν ἀπεργάσεται.

6. ΛΥΚ. Καὶ μὴν ἤδη σοι ὁρᾶν παρέχει γιγνομένην τὴν εἰκόνα ὧδε συναρμόζων, τῆς ἐκ Κνίδου ἡκούσης μόνον τὴν κεφαλὴν λαβών· οὐδὲν γὰρ τοῦ ἄλλου σώματος γυμνοῦ ὄντος δεήσεται· τὰ μὲν ἀμφὶ τὴν κόμην καὶ μέτωπον ὀφρύων τε τὸ εὔγραμμον ἐάσει ἔχειν ὥσπερ ὁ Πραξιτέλης ἐποίησε, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν δὲ τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ φαιδρῷ καὶ κεχαρισμένῳ καὶ τοῦτο διαφυλάξει κατὰ τὸ Πραξιτέλει δοκοῦν· τὰ μῆλα δὲ καὶ ὅσα τῆς ὄψεως ἀντωπὰ παρ' Ἀλκαμένους καὶ τῆς ἐν κήποις λήψεται, καὶ προσέτι χειρῶν ἄκρα καὶ καρπῶν τὸ εὔρυθμον καὶ δακτύλων τὸ εὐάγωγον ἐς λεπτὸν ἀπολῆγον παρὰ τῆς ἐν κήποις καὶ ταῦτα· τὴν δὲ τοῦ παντὸς προσώπου περιγραφὴν καὶ παρειῶν τὸ ἁπαλὸν καὶ ῥῖνα σύμμετρον ἡ Λημνία παρέξει καὶ Φειδίας· ἔτι καὶ στόματος ἁρμογὴν ὁ αὐτὸς καὶ τὸν αὐχένα, παρὰ τῆς Ἀμαζόνος λαβών· ἡ Σωσάνδρα δὲ καὶ ὁ Κάλαμις αἰδοῖ κοσμήσουσιν αὐτήν, καὶ τὸ μειδίαμα σεμνὸν καὶ λεληθὸς ὥσπερ τὸ ἐκείνης ἔσται· καὶ τὸ εὐσταλὲς δὲ καὶ κόσμιον τῆς ἀναβολῆς παρὰ τῆς Σωσάνδρας, πλὴν ὅτι ἀκατακάλυπτος αὕτη ἔσται τὴν κεφαλήν. Τῆς ἡλικίας δὲ τὸ μέτρον, ἡλίκον ἂν γένοιτο, κατὰ τὴν ἐν Κνίδῳ ἐκείνην μάλιστα· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο κατὰ τὸν Πραξιτέλην μεμετρήσθω. Τί σοι, ὦ Πολύστρατε, δοκεῖ; καλὴ γενήσεσθαι ἡ εἰκών; καὶ μάλιστα, ἐπειδὰν ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἀποτελεσθῇ.

7. ΠΟΛ. Ἔτι γάρ, ὦ πάντων γενναιότατε, καταλέλοιπάς τι κάλλος ἔξω τοῦ ἀγάλματος οὕτω πάντα ἐς τὸ αὐτὸ συμπεφορηκώς;

ΛΥΚ. Τί τοῦτο;

ΠΟΛ. Οὐ τὸ μικρότατον, ὦ φιλότης, εἰ μή σοι δόξει ὀλίγα πρὸς εὐμορφίαν συντελεῖν χρόα καὶ τὸ ἑκάστῳ πρέπον· ὡς μέλανα μὲν εἶναι ἀκριβῶς ὁπόσα μέλανα, λευκὰ δὲ ὅσα τοιαῦτα χρή, καὶ τὸ ἐρύθημα ἐπανθεῖν καὶ τὰ τοιαῦτα· κινδυνεύει τοῦ μεγίστου ἔτι ἡμῖν προσδεῖν.

ΛΥΚ. Πόθεν οὖν καὶ ταῦτα πορισαίμεθ' ἄν; ἢ παρακαλέσαιμεν δηλαδὴ τοὺς γραφέας, καὶ μάλιστα ὁπόσοι αὐτῶν ἄριστοι ἐγένοντο κεράσασθαι τὰ χρώματα καὶ εὔκαιρον ποιεῖσθαι τὴν ἐπιβολὴν αὐτῶν; Καὶ δὴ παρακεκλήσθω Πολύγνωτος καὶ Εὐφράνωρ ἐκεῖνος καὶ Ἀπελλῆς καὶ Ἀετίων· οὗτοι δὲ διελόμενοι τὸ ἔργον ὁ μὲν Εὐφράνωρ χρωσάτω τὴν κόμην οἵαν τῆς Ἥρας ἔγραψεν, ὁ Πολύγνωτος δὲ ὀφρύων τὸ ἐπιπρεπὲς καὶ παρειῶν τὸ ἐνερευθὲς οἵαν τὴν Κασάνδραν ἐν τῇ λέσχῃ ἐποίησε τοῖς Δελφοῖς, καὶ ἐσθῆτα δὲ οὗτος ποιησάτω ἐς τὸ λεπτότατον ἐξειργασμένην, ὡς συνεστάλθαι μὲν ὅσα χρή, διηνεμῶσθαι δὲ τὰ πολλά· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ὁ Ἀπελλῆς δειξάτω κατὰ τὴν Πακάτην μάλιστα, μὴ ἄγαν λευκόν, ἀλλὰ ἔναιμον ἁπλῶς· τὰ χείλη δὲ οἷα Ῥωξάνης ὁ Ἀετίων ποιησάτω.

8. Μᾶλλον δὲ τὸν ἄριστον τῶν γραφέων Ὅμηρον παρόντος Εὐφράνορος καὶ Ἀπελλοῦ δεδέγμεθα· οἷον γὰρ

is componens unam aliquam, non absurdam effectura sit.

6. LYC. Atque jam tibi videndam præbet, dum exsistit, imaginem, hunc in modum componens: de illa, quæ Cnido venit, solum caput sumet; reliquo enim corpore, quum nudum sit, nihil opus habebit: et comam quidem, ac frontem, et supercilia quasi ad amussim facta sinet eam habere ut fecit Praxiteles: etiam oculorum mobilem hilaremque gratiam, prout Praxiteli visum est, servabit et ipsam: malas autem, et quæ in adverso vultu eminent, ab Alcamene et illa in hortis Venere assumet, et insuper manus extremas, et volarum proportionem, et molles digitos, in tenuitatem exeuntes, hæc inquam et ipsa ab Hortensi: totius vero vultus circumscriptionem, et genas teneras, et nasi proportionem, Lemnia præbebit et Phidias: etiam oris commissuram idem, et cervicem, sumtas ab Amazone: Sosandra vero et Calamis verecundia ornabunt illam; et risus honestus ac latens sicut illius erit, itemque compositus et decens amictus a Sosandra, nisi quod hæc nuda caput erit. Staturæ autem atque incrementi mensura quænam fuerit? secundum Cnidiam illam maxime: nam hoc etiam secundum Praxitelem metiamur. Quid tibi, Polystrate, videtur? pulchrane futura imago? et maxime, quandoquidem accuratissima ratione est absoluta.

7. POL. Scilicet adhuc reliquisti, omnium generosissime, pulchritudinis aliquid extra imaginem, qui sic omnia in illam unam contulisti?

LYC. Quale hoc?

POL. Non minimum vero, amice, nisi videntur pauca tibi ad formæ decus conferre color et cujusque rei condecentia, ut exacte nigra sint quæ sunt nigra, alba autem quæ oportet esse talia, et ruborem ubi decet efflorescere, et quæ sunt ejus generis: videtur adhuc deesse nobis quod est picturæ maximum.

LYC. Unde igitur et hæc parabimus? an advocemus scilicet pictores, et maxime quotquot illorum præstantissimi fuerunt temperandis coloribus, et tempestive allinendis? Nempe advocetur Polygnotus, et Euphranor ille, et Apelles, et Aetion. Atque hi divisis operis, Euphranor comæ colorem det, qualem Junonis pinxit; Polygnotus vero superciliorum decorem et ruborem suffusum genis, qualem Casandram in conciliabulo Delphis fecit: vestem vero etiam hic faciat, subtilissime elaboratam, ut astricta sint quæ debent, fluctuent autem pleraque. Reliquum corpus Apelles ostendat, Pacatæ præsertim exemplo, ne nimis candidum sit, sed in quo sanguinem inesse appareat: labia vero qualia Roxanes faciat Aetion.

8. Quin optimum pictorum Homerum, Euphranore præsente et Apelle, assumsimus. Qualem enim ille Menelai

τι τοῖς Μενελάου μηροῖς τὸ χρῶμα ἐκεῖνος ἐπέβαλεν ἐλέφαντι εἰκάσας ἠρέμα πεφοινιγμένῳ, τοιόνδε ἔστω τὸ πᾶν· ὁ δ' αὐτὸς οὗτος καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς γραψάτω βοῶπίν τινα ποιήσας αὐτήν. Συνεπιλήψεται δὲ τοῦ ἔργου αὐτῷ καὶ ὁ Θηβαῖος ποιητής, ὡς ἰοβλέφαρον ἐξεργάσασθαι· καὶ φιλομειδῆ δὲ Ὅμηρος ποιήσει καὶ λευκώλενον καὶ ῥοδοδάκτυλον, καὶ ὅλως τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ εἰκάσει πολὺ δικαιότερον ἢ τὴν τοῦ Βρισέως.

9. Ταῦτα μὲν οὖν πλαστῶν καὶ γραφέων καὶ ποιητῶν παῖδες ἐργάσονται. Ὃ δὲ πᾶσιν ἐπανθεῖ τούτοις, ἡ Χάρις, μᾶλλον δὲ πᾶσαι ἅμα ὁπόσαι Χάριτες καὶ ὁπόσοι Ἔρωτες περιχορεύοντες, τίς ἂν μιμήσασθαι δύναιτο;

ΠΟΛ. Θεσπέσιόν τι χρῆμα, ὦ Λυκῖνε, φὴς καὶ διιπετὲς ὡς ἀληθῶς οἷόν τι τῶν ἐξ οὐρανοῦ γένοιτ' ἄν. Τί δὲ πράττουσαν εἶδες αὐτήν;

ΛΥΚ. Βιβλίον ἐν ταῖν χεροῖν εἶχεν ἐς δύο συνειλημένον, καὶ ἐῴκει τὸ μέν τι ἀναγιγνώσκεσθαι αὐτοῦ, τὸ δὲ ἤδη ἀνεγνωκέναι. Μεταξὺ δὲ προϊοῦσα διελέγετο τῶν παρομαρτούντων τινὶ οὐκ οἶδα ὅ τι· οὐ γὰρ ἐς ἐπήκοον ἐφθέγγετο. Πλὴν μειδιάσασά γε, ὦ Πολύστρατε, ὀδόντας ἐξέφηνε πῶς ἂν εἴποιμί σοι ὅπως μὲν λευκούς, ὅπως δὲ συμμέτρους καὶ πρὸς ἀλλήλους συνηρμοσμένους; εἴ που κάλλιστον ὅρμον εἶδες ἐκ τῶν στιλπνοτάτων καὶ ἰσομεγεθῶν μαργαριτῶν, οὕτως ἐπὶ στίχου ἐπεφύκεσαν· ἐκοσμοῦντο δὲ μάλιστα τῷ τῶν χειλῶν ἐρυθήματι. Ὑπεφαίνοντο γοῦν, αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ Ὁμήρου, ἐλέφαντι τῷ πριστῷ ὅμοιοι, οὐχ οἱ μὲν πλατύτεροι αὐτῶν, οἱ δὲ προέχοντες ἢ διεστηκότες οἷοι ταῖς πλείσταις, ἀλλά τις πάντων ἰσοτιμία καὶ ὁμόχροια καὶ μέγεθος ἓν καὶ προσεχεῖς ὁμοίως, καὶ ὅλως μέγα τι θαῦμα καὶ θέαμα πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην εὐμορφίαν ὑπερπεπαικός.

10. ΠΟΛ. Ἔχ' ἀτρέμας. Συνίημι γὰρ ἤδη πάνυ σαφῶς ἥντινα καὶ λέγεις τὴν γυναῖκα τούτοις τε αὐτοῖς γνωρίσας καὶ τῇ πατρίδι. Καὶ εὐνούχους δέ τινας ἕπεσθαι αὐτῇ ἔφης.

ΛΥΚ. Νὴ Δία, καὶ στρατιώτας τινάς.

ΠΟΛ. Τὴν βασιλεῖ συνοῦσαν, ὦ μακάριε, τὴν ἀοίδιμον ταύτην λέγεις.

ΛΥΚ. Τί δέ ἐστιν αὐτῇ τοὔνομα;

ΠΟΛ. Πάνυ καὶ τοῦτο γλαφυρόν, ὦ Λυκῖνε, καὶ ἐπέραστον· ὁμώνυμος γάρ ἐστι τῇ τοῦ Ἀβραδάτα ἐκείνῃ τῇ καλῇ. Οἶσθα πολλάκις ἀκούσας Ξενοφῶντος ἐπαινοῦντός τινα σώφρονα καὶ καλὴν γυναῖκα.

ΛΥΚ. Νὴ Δία, καὶ ὥσπερ γε ὁρῶν αὐτὴν οὕτω διατίθειμαι, ὁπόταν κατ' ἐκεῖνό που ἀναγιγνώσκων γένωμαι, καὶ μονονουχὶ καὶ ἀκούω λεγούσης αὐτῆς ἃ πεποίηται λέγουσα, καὶ ὡς ὥπλιζε τὸν ἄνδρα καὶ οἵα ἦν παραπέμπουσα αὐτὸν ἐπὶ τὴν μάχην.

11. ΠΟΛ. Ἀλλ', ὦ ἄριστε, σὺ μὲν ὥσπερ τινὰ ἀστραπὴν παραδραμοῦσαν ἅπαξ εἶδες αὐτὴν καὶ ἔοικας τὰ πρόχειρα ταῦτα, λέγω δὲ τὸ σῶμα καὶ τὴν μορφήν, ἐπαινεῖν· τῶν δὲ τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν ἀθέατος εἶ οὐδὲ

femoribus colorem induxit, ebori ea comparans leniter inducto purpura, tale sit universum. Idem vero oculos etiam pingat, et amplis quidem reddat conspicuam. Adjuvabit illi opus etiam Thebanus poeta, qui violæ nigræ colore supercilium elaboret. Etiam risus amantem faciet Homerus, et candidis lacertis, et roseis digitis, et aureæ Veneri similem faciet justius multo quam Brisei filiam.

9. Atque ista quidem statuariorum et pictorum poetarumque filii efficient : quod autem in hisce omnibus floris instar enitet, Gratia, quin omnes simul, quotquot sunt Gratiæ, et quotquot sunt Amores, qui choreas circa illa ducunt, imitari quis possit?

POL. Divinum quiddam dicis, Lycine, et a Jove revera demissum, quale quid eorum fuerit, quæ nascuntur cœlitus. Sed quid facientem vidisti?

LYC. Librum tenebat manibus, bifariam convolutum, videbaturque alteram quidem partem illius legere, alteram vero jam legisse. Dum progrediebatur, dicebat alicui comitantium nescio quid : neque enim ita ut exaudiri posset loquebatur. Verum subridens, Polystrate, dentes ostendebat, quomodo dicam tibi? quam albos, quam æquabiles et sibi invicem commissos! Si quando pulcherrimum monile vidisti, de splendidissimis et æqualibus margaritis; ita ad seriem nati erant. Ornabantur autem maxime rubore labiorum. Inter illa enim nitebant sectili quod est apud Homerum ebori plane similes, non hi quidem illorum latiores, alii vero eminentes, aut distantes, quales plerisque : sed quædam omnium æqualitas, et color idem, et una magnitudo, et æque juncti : in universum autem magnum quoddam miraculum spectaculumque, humanam omnem pulchritudinem excedens.

10. POL. Quiesce. Jam enim apertissime intelligo quam mulierem dicas, his ipsis illud colligens, et patria. Dixisti autem etiam eunuchos aliquot eam secutos.

LUC. Sane quidem; etiam milites quosdam.

POL. Eam quæ cum imperatore est, beatissime, dicis, illam nobilem.

LYC. Quod vero est illi nomen?

POL. Valde ipsum quoque venustum, Lycine, et amabile : est enim cognominis pulchræ illi Abradatæ uxori. Nosti, crebro qui audieris, Xenophontem laudare modestam quandam et pulchram mulierem.

LYC. Ita sane est, et quasi viderem illam, ita animatus sum, quoties ad illum locum legendo pervenio : ac tantum non audio dicentem quæ dixisse fingitur, et ut armaverit virum, et qualis fuerit in pugnam illum deducens.

11. POL. Verum tu quidem, vir optime, fulguris instar illam prætercurrentem semel vidisti, et videris ea quæ in promtu sunt, corpus et formam dico, laudare : animæ vero ejus bonorum nihil vidisti, nec nosti quam longe sit

οἶσθα ὅσον τὸ κάλλος ἐκεῖνό ἐστιν αὐτῆς μακρῷ τινι ἄμεινον καὶ θεοειδέστερον τοῦ σώματος. Ἐγὼ δὲ συνήθης γάρ εἰμι καὶ λόγων ἐκοινώνησα πολλάκις ὁμοεθνὴς ὤν. Καὶ γάρ, ὡς οἶσθα καὶ αὐτός, τὸ ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον καὶ μεγαλόφρον καὶ σωφροσύνην καὶ παιδείαν πρὸ τοῦ κάλλους ἐπαινῶ· ἄξια γὰρ προκεχρίσθαι ταῦτα τοῦ σώματος· ἐπεὶ ἄλογον ἂν εἴη καὶ γελοῖον, ὥσπερ εἴ τις τὴν ἐσθῆτα πρὸ τοῦ σώματος θαυμάζοι. Τὸ δ' ἐντελές, οἶμαι, κάλλος τοῦτό ἐστιν, ὁπόταν ἐς τὸ αὐτὸ συνδράμῃ ψυχῆς ἀρετὴ καὶ εὐμορφία σώματος. Ἀμέλει πολλὰς ἄν σοι δείξαιμι μορφῆς μὲν εὖ ἡκούσας, τὰ δ' ἄλλα αἰσχυνούσας τὸ κάλλος, ὡς καὶ μόνον φθεγξαμένων ἀπανθεῖν αὐτὸ καὶ ἀπομαραίνεσθαι ἀσχημονοῦν τε καὶ ἐλεγχόμενον παρ' ἀξίαν συνὸν πονηρᾷ τινι δεσποίνῃ τῇ ψυχῇ. Καὶ αἵ γε τοιαῦται ὅμοιαί μοι δοκοῦσι τοῖς Αἰγυπτίοις ἱεροῖς· κἀκεῖ γὰρ αὐτὸς μὲν ὁ νεὼς κάλλιστός τε καὶ μέγιστος, λίθοις τοῖς πολυτελέσιν ἠσκημένος καὶ χρυσῷ καὶ γραφαῖς διηνθισμένος, ἔνδον δὲ ἢν ζητῇς τὸν θεόν, ἢ πίθηκός ἐστιν ἢ ἶβις ἢ τράγος ἢ αἴλουρος. Τοιαύτας πολλὰς ἰδεῖν ἔνεστιν. Οὐ τοίνυν ἀπόχρη τὸ κάλλος, εἰ μὴ κεκόσμηται τοῖς δικαίοις κοσμήμασι, λέγω δὴ οὐχ ἐσθῆτι ἁλουργεῖ καὶ ὅρμοις, ἀλλ' οἷς προεῖπον ἐκείνοις, ἀρετῇ καὶ σωφροσύνῃ καὶ ἐπιεικείᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσα ταύτης ὅρος ἐστίν.

12. ΛΥΚ. Οὐκοῦν, ὦ Πολύστρατε, μῦθον ἀντὶ μύθου ἄμειψαι αὐτῷ τῷ μέτρῳ, φασίν, ἢ καὶ λῷον, δύνασαι γάρ, καί τινα εἰκόνα γραψάμενος τῆς ψυχῆς ἐπίδειξον, ὡς μὴ ἐξ ἡμισείας θαυμάζοιμι αὐτήν.

ΠΟΛ. Οὐ μικρόν, ὦ ἑταῖρε, τὸ ἀγώνισμα προστάττεις· οὐ γὰρ ὅμοιον τὸ πᾶσι προφανὲς ἐπαινέσαι καὶ τὰ ἄδηλα ἐμφανίσαι τῷ λόγῳ. Καί μοι δοκῶ συνεργῶν καὶ αὐτὸς δεήσεσθαι πρὸς τὴν εἰκόνα, οὐ πλαστῶν οὐδὲ γραφέων μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλοσόφων, ὡς πρὸς τοὺς ἐκείνων κανόνας ἀπευθῦναι τὸ ἄγαλμα καὶ δεῖξαι κατὰ τὴν ἀρχαίαν πλαστικὴν κατεσκευασμένον.

13. Καὶ δὴ πεποιήσθω. Αὐδήεσσα μὲν τὸ πρῶτον καὶ λίγεια, καὶ τό, γλυκίων μέλιτος ἀπὸ τῆς γλώσσης περὶ αὐτῆς μᾶλλον ἢ περὶ τοῦ Πυλίου γέροντος ἐκείνου ὁ Ὅμηρος ἂν εἰρήκει. Πᾶς δὲ ὁ τόνος τοῦ φθέγματος οἷος ἁπαλώτατος, οὔτε βαρὺς ὡς εἰς τὸ ἀνδρεῖον ἡρμόσθαι οὔτε πάνυ λεπτὸς ὡς θηλύτατός τε εἶναι καὶ κομιδῇ ἔκλυτος, ἀλλ' οἷος γένοιτ' ἂν παιδὶ μήπω ἡβάσκοντι, ἡδὺς καὶ προσηνὴς καὶ πράως παραδυόμενος ἐς τὴν ἀκοήν, ὡς καὶ παυσαμένης ἔναυλον εἶναι τὴν βοὴν καί τι λείψανον ἐνδιατρίβειν καὶ περιβομβεῖν τὰ ὦτα καθάπερ ἠχώ τινα παρατείνουσαν τὴν ἀκρόασιν καὶ ἴχνη τῶν λόγων μελιχρὰ ἄττα καὶ πειθοῦς μεστὰ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀπολιμπάνουσαν. Ὁπόταν δὲ καὶ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ, καὶ μάλιστα πρὸς τὴν κιθάραν, τότε δὴ τότε ὥρα μὲν σιωπᾶν ταῖς τ' ἀλκυόσι καὶ τέττιξι καὶ τοῖς κύκνοις· ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα· κἂν τὴν Πανδίονος εἴπῃς, ἰδιῶτις κἀκείνη καὶ ἄτεχνος, εἰ καὶ πολυηχέα τὴν φωνὴν ἀφίησιν.

ista illius pulchritudo corporis pulchritudine præstantior ac divinior. Ego vero, familiaris enim sum, et sæpe cum ea, popularis quippe, locutus. Etenim, ut ipse etiam nosti, mansuetudinem, et humanitatem, et magnanimitatem, et temperantiam, et eruditionem, ante pulchritudinem laudo: digna enim ista quæ præferantur corpori; alioquin irrationale fuerit et ridiculum, velut si quis vestimentum præ corpore admiretur. Perfecta autem, opinor, pulchritudo illa est, quum in eodem homine conveniunt et animi virtus et forma corporis. Videlicet multas tibi ostenderim, quarum forma quidem bene habet, ceterum vero turpitudine speciem afficientes, adeo ut vel loqui exorsis deflorescat ea et emoriatur, ipso indecenti gestu convicta quod præter dignitatem cum mala quadam domina (animam dico) vivat. Et sane videntur mihi tales similes esse sacris Ægyptiis: nam ibi quoque ipsum templum pulcherrimum est et maximum, lapidibusque pretiosis exornatum, auro et picturis distinctum: intus vero deum si quæras, aut simius est, aut ibis, aut hircus, aut feles. Tales, inquam, multas videre licet. Non ergo sufficit pulchritudo, nisi exornata sit justis ornamentis, dico autem non vestitu purpureo et monilibus, sed illis quæ prædixi, virtute, et modestia, et æquitate, et humanitate, et reliquis, quæ in hac perfectissima cernuntur.

12. LYC. Itaque, Polystrate, sermonem sermone compensa, ipsa mensura, aiunt, vel melius etiam, potes enim; et quandam animæ imaginem depictam ostende, ut ne ex dimidia modo parte illam admirer.

POL. Non parvam, sodalis, materiem certaminis injungis. Neque enim simile est id laudare quod in omnium oculos incurrit, et ea quæ videri non possunt sermone declarare. Et videor mihi adjutoribus ipse etiam opus habere ad hanc imaginem, non statuariis solis, neque pictoribus, sed philosophis etiam, ut ad illorum regulas exigere possim signum, et ostendere antiqua illud arte perfectum.

13. Quin jam fiat! Eloquens primum et arguta: atque illud, « Dulcior a lingua favis, » de ipsa potius quam de Pylio illo sene Homerus dixisset. Omnis autem tonus vocis ut qui mollissimus, neque gravis, qui ad virile ingenium conveniat, neque tenuis omnino, qui et nimis muliebris sit et omnino fractus, sed qualis fuerit pueri nondum pubescentis, suavis, et blandus, et placide in aurem se insinuans, adeo ut etiam quum desierit, intus adhuc resonent verba, et reliquiæ quædam intus maneant, circumsonetque aures velut echo quædam, producens auditum, et vestigia verborum mellita quædam atque persuasionis plena in animo relinquens. Quum vero etiam pulchrum illud canit, et maxime ad citharam, tum enimvero tacere propter ea docet halcyonas, et cicadas, et cycnos: imperita enim cantus, ad illam si comparentur, istæc omnia: et si Pandionis filiam nomines, ignara etiam illa et rudis, et si multipliciter sonoram vocem emittat.

14. Ὀρφεὺς δὲ καὶ Ἀμφίων, οἵπερ ἐπαγωγότατοι ἐγένοντο τῶν ἀκροατῶν, ὡς καὶ τὰ ἄψυχα ἐπικαλέσασθαι πρὸς τὸ μέλος, αὐτοὶ ἄν, οἶμαι, εἴ γε ἤκουσαν, καταλιπόντες ἂν τὰς κιθάρας παρεστήκεσαν σιωπῇ ἀκροώμενοι· τὸ γὰρ τῆς τε ἁρμονίας τὸ ἀκριβέστατον διαφυλάττειν, ὡς μὴ παραβαίνειν τ. τοῦ ῥυθμοῦ, ἀλλ' εὐκαίρῳ τῇ ἄρσει καὶ θέσει διαμεμετρῆσθαι τὸ ᾆσμα καὶ συνῳδὸν εἶναι τὴν κιθάραν καὶ ὁμοχρονεῖν τῇ γλώττῃ τὸ πλῆκτρον, καὶ τὸ εὐαφὲς τῶν δακτύλων καὶ τὸ εὔκαμπες τῶν μελῶν πόθεν ἂν ταῦτα ὑπῆρχε τῷ Θρᾳκὶ ἐκείνῳ καὶ τῷ ἀνὰ τὸν Κιθαιρῶνα μεταξὺ βουκολοῦντι καὶ κιθαρίζειν μελετῶντι; ὥστε ἤν ποτε, ὦ Λυκῖνε, καὶ ᾀδούσης ἀκούσῃς αὐτῆς, οὐκέτι τὸ τῶν Γοργόνων ἐκεῖνο ἔσῃ μόνον πεπονθώς, λίθος ἐξ ἀνθρώπου γενόμενος, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Σειρήνων εἴσῃ ὁποῖόν τι ἦν· παρεστήξῃ γὰρ εὖ οἶδα κεκηλημένος, πατρίδος καὶ οἰκείων ἐπιλαθόμενος. Καὶ ἢν κηρῷ ἐπιφράξῃ τὰ ὦτα, καὶ διὰ τοῦ κηροῦ διαδύσεταί σοι τὸ μέλος· τοιοῦτόν τι ἄκουσμά ἐστι, Τερψιχόρης τινὸς ἢ Μελπομένης ἢ Καλλιόπης αὐτῆς παίδευμα, μυρία τὰ θέλγητρα καὶ παντοῖα ἐν ἑαυτῷ ἔχον. Ἑνί τε λόγῳ συνελὼν φαίην ἄν, τοιαύτης μοι τῆς ᾠδῆς ἀκούειν νόμιζε, οἵαν εἰκὸς εἶναι τὴν διὰ τοιούτων χειλῶν, δι' ἐκείνων δὲ τῶν ὀδόντων ἐξιοῦσαν. Ἑόρακας δὲ καὶ αὐτὸς ἥν φημι, ὥστε καὶ ἀκηκοέναι νόμιζε.

14. Orpheus autem et Amphion, qui vel maxime demulcendis auditoribus valebant, ut inanimata etiam ad suum cantum allicerent, ipsi, puto, si audirent, relictis citharis astarent silentio auscultantes. Servare etenim exquisitissima ratione harmoniam, ne quid rhythmum egrediatur, sed subiatione tempestiva ac positione dimensum habere cantum, et consonare citharam, et eadem tempora linguam plectrumque custodire, et faciles digitorum tactus, et molles membrorum flexus, unde hæc contigissent isti Thraci, et illi alteri per Cithæronem inter boum curam meditanti citharam? Itaque si quando, Lycine, etiam canentem illam audieris, non jam illud solum, quod a Gorgonibus solet, tibi usu veniet, ut lapis fias ex homine; sed etiam quid fuerit illud quod de Sirenibus narratur, intelliges. Astabis enim, bene novi, delinitus, patriæ oblitus et familiarium. Et licet cera obturaveris aures, etiam per ceram penetrabit tibi cantus: talis auditio est, Terpsichoræ cujusdam, aut Melpomenes, aut ipsius Calliopes e disciplina, sexcentas omnis generis complexa illecebras. Uno verbo comprehendens dixerim, eum mihi cantum audire te puta, qualem esse convenit qui per labra talia, per illos dentes egrediatur. Vidisti autem ipse quam dico: itaque puta te etiam audisse.

15. Τὸ μὲν γὰρ ἀκριβὲς τοῦτο τῆς φωνῆς καὶ καθαρῶς Ἰωνικὸν καὶ ὅτι ὁμιλῆσαι στωμύλη καὶ πολὺ τῶν Ἀττικῶν χαρίτων ἔχουσα οὐδὲ θαυμάζειν ἄξιον· πάτριον γὰρ αὐτῇ καὶ προγονικόν, οὐδὲ ἄλλως ἐχρῆν μετέχουσαν τῶν Ἀθηναίων κατὰ τὴν ἀποικίαν. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνο θαυμάσαιμ' ἄν, εἰ καὶ ποιήσει χαίρει καὶ τὰ πολλὰ ταύτῃ ὁμιλεῖ τοῦ Ὁμήρου πολῖτις οὖσα. Μία μὲν δή σοι, ὦ Λυκῖνε, καλλιφωνίας αὕτη καὶ ᾠδῆς εἰκών, ὡς ἄν τις ἐπὶ τὸ ἔλαττον εἰκάσειε. Σκόπει δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας· οὐ γὰρ μίαν ὥσπερ σὺ ἐκ πολλῶν συνθεὶς ἐπιδεῖξαι διέγνωκα — ἧττον γὰρ δὴ τοῦτο καὶ γραφικῶς συντελεσθέν, κάλλη τοσαῦτα καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν αὐτὸ αὑτῷ ἀνθαμιλλώμενον — ἀλλ' αἱ πᾶσαι τῆς ψυχῆς ἀρεταὶ καθ' ἑκάστην εἰκὼν μία γεγράψεται πρὸς τὸ ἀρχέτυπον μεμιμημένη.

15. Accuratus enim ille sermo, et Ionica puritas, et quod arguta in consuetudine loquendi, et multum Gratiarum Atticarum habet, id neque admiratione dignum, quum patrium hoc illi sit, et ab ipsis tractum majoribus: neque aliter eam oportebat, quæ ipso coloniæ jure Atticæ civitatis sit particeps. Nam ne illud quidem admiratus fuerim, si poesi etiam gaudet, et multum in ea versatur, quæ Homeri civis sit. Nimirum hæc una tibi, Lycine, pulchri sermonis illius et cantus imago, prout possit ipsam aliquis in deterius effingere. Sed vide etiam reliquas: neque enim unam, uti tu, e multis compositam ostendere decrevi (minus enim hoc fuerit, etiam propria pictoris arte si perficiatur, tot pulchri species et multiforme quiddam ex pluribus elaborare, quod secum ipsum tamen pugnet); sed omnes animæ virtutes imagine sibi sua pingentur singulæ, ad ipsum animale exemplum imitando expressa.

ΛΥΚ. Ἑορτήν, ὦ Πολύστρατε, καὶ πανδαισίαν ἐπαγγέλλεις. Ἔοικας γοῦν λῷον ὡς ἀληθῶς ἀποδώσειν μοι τὸ μέτρον. Ἐπιμέτρει δ' οὖν· ὡς οὐκ ἔστιν ὅ τι ἂν ἄλλο ποιήσας μᾶλλον χαρίσαιό μοι.

LYC. Diem festum, Polystrate, et publicum epulum promittis. Videris revera meliorem mihi mensuram redditurus. Admetire ergo: neque enim est in quo majorem a me gratiam inire possis.

16. ΠΟΛ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ πάντων καλῶν παιδείαν ἡγεῖσθαι ἀνάγκη, καὶ μάλιστα τούτων ὁπόσα μελετητά, φέρε καὶ ταύτην ἤδη συστησώμεθα, ποικίλην μέντοι καὶ πολύμορφον, ὡς μηδὲ κατὰ τοῦτο ἀπολιποίμεθα τῆς σῆς πλαστικῆς. Καὶ δὴ γεγράφθω πάντα συλλήβδην τὰ ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος ἀγαθὰ ἔχουσα οὐχ ὥσπερ ἡ Κλειὼ καὶ ἡ Πολύμνια καὶ ἡ Καλλιόπη καὶ αἱ ἄλλαι ἕν τι ἑκάστη ἐπισταμένη, ἀλλὰ τὰ πασῶν καὶ προσέτι τὰ Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος· ὁπόσα γὰρ ἢ ποιηταὶ μέτροις διακοσμήσαντες ἢ ῥήτορες δεινότητι κρατύναντες ἐξε-

16. POL. Quandoquidem igitur pulchrarum rerum omnium principem esse eruditionem necesse est, earum præsertim quæ meditatione constant; age hanc quoque jam constituamus, variam quidem et multiformem, ut neque hac parte tua illa fingendi arte inferiores simus. Pingatur ergo ita, ut universim omnia de Helicone bona habeat, non tanquam Clio, aut Polymnia, aut Calliope, aut reliquæ, unum quiddam unaquæque sciens, sed quæ sunt omnium; et insuper Mercurii atque Apollinis munera. Quæcumque enim vel poetæ versibus ornata oratores eloquentiæ poten-

νηνόχασιν ἢ συγγραφεῖς ἱστορήκασιν ἢ φιλόσοφοι παρῃνέκασι, πᾶσι τούτοις ἡ εἰκὼν κεκοσμήσθω, οὐκ ἄχρι τοῦ ἐπικεχρῶσθαι μόνον, ἀλλ' ἐς βάθος δευσοποιοῖς τισι φαρμάκοις ἐς κόρον καταβαφεῖσα. Καὶ συγγνώμη, εἰ μηδὲν ἀρχέτυπον ἐπιδεῖξαι ταύτης δυναίμην τῆς γραφῆς· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅ τι τοιοῦτον ἐν τοῖς πάλαι παιδείας πέρι μνημονεύεται. Πλὴν ἀλλὰ, εἴ γε δοκεῖ, ἀνακείσθω καὶ αὕτη· οὐ μεμπτὴ γὰρ, ὡς ἐμοὶ φαίνεται.

ΛΥΚ. Καλλίστη μὲν οὖν, ὦ Πολύστρατε, καὶ πάσαις ταῖς γραμμαῖς ἀπηκριβωμένη.

17. ΠΟΛ. Μετὰ δὲ ταύτην ἡ τῆς σοφίας καὶ συνέσεως εἰκὼν γραπτέα. Δεήσει δὲ ἡμῖν ἐνταῦθα πολλῶν τῶν παραδειγμάτων, ἀρχαίων τῶν πλείστων, ἑνὸς μὲν καὶ αὐτοῦ Ἰωνικοῦ· γραφεῖς δὲ καὶ δημιουργοὶ αὐτοῦ Αἰσχίνης Σωκράτους ἑταῖρος καὶ αὐτὸς Σωκράτης, μιμηλότατοι τεχνιτῶν ἁπάντων, ὅσῳ καὶ μετ' ἔρωτος ἔγραφον. Τὴν δὲ ἐκ τῆς Μιλήτου ἐκείνην Ἀσπασίαν, ᾗ καὶ ὁ Ὀλύμπιος θαυμασιώτατος καὶ αὐτὸς συνῆν, οὐ φαῦλον συνέσεως παράδειγμα προθέμενοι, ὁπόσον ἐμπειρίας πραγμάτων καὶ ὀξύτητος ἐς τὰ πολιτικὰ καὶ ἀγχινοίας καὶ δριμύτητος ἐκείνῃ προσῆν, τοῦτο πᾶν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν εἰκόνα μεταγάγωμεν ἀκριβεῖ τῇ στάθμῃ· πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν ἐν μικρῷ πινακίῳ ἐγέγραπτο, αὕτη δὲ κολοσσιαία τὸ μέγεθος ἔσται.

ΛΥΚ. Πῶς τοῦτο φής;

ΠΟΛ. Ὅτι, ὦ Λυκῖνε, οὐκ ἰσομεγέθεις εἶναί φημι τὰς εἰκόνας ὁμοίας οὔσας· οὐ γὰρ ἴσον οὐδὲ ἐγγὺς Ἀθηναίων ἡ τότε πολιτεία καὶ ἡ παροῦσα τῶν Ῥωμαίων δύναμις. Ὥστε εἰ καὶ τῇ ὁμοιότητι ἡ αὐτὴ, ἀλλὰ τῷ μεγέθει γε ἀμείνων αὕτη ὡς ἂν ἐπὶ πλατυτάτου πίνακος καταγεγραμμένη.

18. Δεύτερον δὲ καὶ τρίτον παράδειγμα Θεανώ τε ἐκείνη καὶ ἡ Λεσβία μελοποιὸς καὶ Διοτίμα ἐπὶ ταύταις, ἡ μὲν τὸ μεγαλόνουν ἡ Θεανὼ συμβαλλομένη εἰς τὴν γραφὴν, ἡ Σαπφὼ δὲ τὸ γλαφυρὸν τῆς προαιρέσεως· τῇ Διοτίμᾳ δὲ οὐχ ἃ Σωκράτης ἐπῄνεσεν αὐτὴν, ἐοικυῖα ἔσται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην σύνεσίν τε καὶ συμβουλίαν. Τοιαύτη σοι καὶ αὕτη, Λυκῖνε, ἀνακείσθω ἡ εἰκών.

19. ΛΥΚ. Νὴ Δί', ὦ Πολύστρατε, θαυμάσιος οὖσα. Σὺ δὲ ἄλλας γράφε.

ΠΟΛ. Τὰς τῆς χρηστότητος, ὦ ἑταῖρε, καὶ φιλανθρωπίας, ἣ τὸ ἥμερον ἐμφανιεῖ τοῦ τρόπου καὶ πρὸς τοὺς δεομένους προσηνές. Εἰκάσθω οὖν αὐτὴ Θεανοῖ τε ἐκείνῃ τῇ Ἀντήνορος καὶ Ἀρήτῃ καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτῆς τῇ Ναυσικάᾳ, καὶ εἴ τις ἄλλη ἐν μεγέθει πραγμάτων ἐσωφρόνησε πρὸς τὴν τύχην.

20. Ἑξῆς δὲ μετὰ ταύτην ἡ τῆς σωφροσύνης γεγράφθω καὶ τῆς πρὸς τὸν συνόντα εὐνοίας, ὡς κατὰ τὴν τοῦ Ἰκαρίου μάλιστα εἶναι τὴν σαόφρονα καὶ τὴν περίφρονα ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου γεγραμμένην — τοιαύτην γὰρ τὴν τῆς Πηνελόπης εἰκόνα ἐκεῖνος ἔγραψεν — ἢ καὶ νὴ Δία κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῆς τὴν τοῦ Ἀβραδάτα, ἧς μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν.

tia assecuti protulere, aut retulerunt historici, aut philosophi admonuerunt, omnibus illis exornata imago esto, non ut colorem tantum traxerit, sed ut alte descendentibus medicamentis ad saturitatem sit imbuta. Atque ignoscendum mihi, si exemplum vivum ostendere hujus picturæ non potero: neque enim tale inter antiquos, quantum ad doctrinam, memoratur. Verum, si videtur, ponatur hæc etiam imago: neque enim, puto, est reprehendenda.

LYC. Pulcherrima quidem, Polystrate, et lineis omnibus absoluta.

17. POL. Post hæc vero sapientiæ et prudentiæ pingenda imago est. Opus autem nobis hic erit exemplis pluribus, antiquis plerisque, uno quidem et ipso Ionico; pictores autem et opifices illius Æschines Socratis sodalis, et ipse Socrates, imitandi inter artifices omnes peritissimi, in quantum etiam cum amore pingebant. Nempe illam ex Mileto Aspasiam, quicum Olympius ille, admiratione ipse quoque dignissimus, vivebat, non malum prudentiæ exemplum proponamus; et quantum in illa rerum peritiæ, et acuminis circa civilia negotia, et celeritatis in cogitando, et acrimoniæ fuit, illud omne in nostram imaginem accurata regula transferamus: nisi quatenus illa quidem in parva quasi tabella picta erat, hæc autem colossea magnitudine erit.

LYC. Quorsum illud dicis?

POL. Quod nego, Lycine, æquali magnitudine esse imagines, similes quum sint. Neque enim par est, ac ne prope quidem, Atheniensium quæ tum erat respublica, præsenti Romanorum potentiæ. Itaque licet, quantum ad similitudinem, eadem sit, tamen magnitudine hæc præstantior, tanquam in tabula latiore depicta.

18. Alterum vero ac tertium exemplum, Theano illa, et Lesbia poetria, et super illas Diotima. Ac Theano quidem magnitudinem sensuum conferat ad picturam; Sappho autem vitæ elegantiam; Diotimæ vero non iis solum, propter quæ Socrates illam laudavit, similis erit, sed reliqua etiam prudentia et consilio. Talis tibi hæc etiam imago, Lycine, proposita sit.

19. LYC. Admirabilis profecto, mi Polystrate. Tu vero alias jam pinge.

POL. Benignitatis quidem, amice, et humanitatis, quæ mansuetum ingenium declarabit, et propitium adversus indigentes animum. Similis ergo ipsa reddatur Theanoni illi Antenoris uxori, tum Aretæ et ejus filiæ Nausicaæ, et si qua alia in magnis rebus moderate fortunam habuit.

20. Deinceps vero post hanc ipsius modestiæ pingatur et ad virum benevolentiæ imago, ita ut Icarii filiæ maxime similis sit, modestæ illi et prudenti ab Homero depictæ (talem enim Penelopes imaginem ille pinxit), aut etiam, medius fidius, illi cognomini hujus, Abradatæ conjugi, cujus paullo ante mentionem fecimus.

ΛΥΚ. Παγκάλην καὶ ταύτην, ὦ Πολύστρατε, ἀπειργάσω, καὶ σχεδὸν ἤδη τέλος σοι ἔχουσιν αἱ εἰκόνες· ἅπασαν γαρ ἐπελήλυθας τὴν ψυχὴν κατὰ μέρη ἐπαινῶν.

21. ΠΟΛ. Οὐχ ἅπασαν· ἔτι γὰρ τὰ μέγιστα τῶν ἐπαίνων περιλείπεται. Λέγω δὲ τὸ ἐν τηλικούτῳ ὄγκῳ γενομένην αὐτὴν μήτε τῦφον ἐπὶ τῇ εὐπραξίᾳ περιβαλέσθαι μήτε ὑπὲρ τὸ ἀνθρώπινον μέτρον ἐπαρθῆναι πιστεύσασαν τῇ τύχῃ, φυλάττειν δὲ ἐπὶ τοῦ ἰσοπέδου ἑαυτὴν μηδὲν ἀπειρόκαλον ἢ φορτικὸν φρονοῦσαν καὶ τοῖς προσιοῦσι δημοτικῶς τε καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου προσφέρεσθαι καὶ δεξιώσεις καὶ φιλοφροσύνας φιλοφρονεῖσθαι τοσούτῳ ἡδίους τοῖς προσομιλοῦσιν, ὅσῳ καὶ παρὰ μείζονος ὅμως γιγνόμεναι οὐδὲν τραγικὸν ἐμφαίνουσιν· ὡς ὁπόσοι τῷ μέγα δύνασθαι μὴ πρὸς ὑπεροψίαν, ἀλλὰ πρὸς εὐποιίαν ἐχρήσαντο, οὗτοι καὶ ἄξιοι μάλιστα τῶν παρὰ τῆς τύχης δοθέντων ἀγαθῶν ὤφθησαν. Καὶ μόνοι ἂν οὗτοι δικαίως τὸ ἐπίφθονον διαφύγοιεν· οὐδεὶς γὰρ ἂν φθονήσειε τῷ ὑπερέχοντι, ἢν μετριάζοντα ἐπὶ τοῖς εὐτυχήμασιν αὐτὸν ὁρᾷ καὶ μὴ κατὰ τὴν τοῦ Ὁμήρου Ἄτην ἐκείνην ἐπ' ἀνδρῶν κράατα βεβηκότα καὶ τὸ ὑποδεέστερον πατοῦντα. Ὅπερ οἱ ταπεινοὶ τὰς γνώμας πάσχουσιν ἀπειροκαλίᾳ τῆς ψυχῆς· ἐπειδὰν γὰρ αὐτοὺς ἡ τύχη μηδὲν τοιοῦτον ἐλπίσαντας ἄφνω ἀναβιβάσῃ ἐς πτηνόν τι καὶ μετάρσιον ὄχημα, οὐ μένουσιν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων οὐδ' ἀφορῶσι κάτω, ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τὸ ἄναντες βιάζονται. Τοιγαροῦν ὥσπερ οἱ Ἴκαροι τακέντος αὐτοῖς τάχιστα τοῦ κηροῦ καὶ τῶν πτερῶν περιρρυέντων γέλωτα ὀφλισκάνουσιν ἐπὶ κεφαλὴν εἰς πελάγη καὶ κλύδωνα ἐμπίπτοντες. Ὅσοι δὲ κατὰ τὸν Δαίδαλον ἐχρήσαντο τοῖς πτεροῖς καὶ μὴ πάνυ ἐπήρθησαν, εἰδότες ὅτι ἐκ κηροῦ ἦν αὐτοῖς πεποιημένα, ἐταμιεύσαντο δὲ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον τὴν φορὰν καὶ ἠγάπησαν ὑψηλότεροι μόνον τῶν κυμάτων ἐνεχθέντες, ὥστε μέντοι νοτίζεσθαι αὐτοῖς ἀεὶ τὰ πτερὰ καὶ μὴ παρέχειν αὐτὰ μόνῳ τῷ ἡλίῳ, οὗτοι δὲ ἀσφαλῶς τε ἅμα καὶ σωφρόνως διέπτησαν· ὅπερ καὶ ταύτην ἄν τις μάλιστα ἐπαινέσειε. Τοιγαροῦν καὶ ἄξιον παρὰ πάντων ἀπολαμβάνει τὸν καρπὸν εὐχομένων ταῦτά τε αὐτῇ παραμεῖναι τὰ πτερὰ καὶ ἔτι πλείω ἐπιρρεῖν τἀγαθά.

22. ΛΥΚ. Καὶ οὕτως, ὦ Πολύστρατε, γιγνέσθω· ἀξία γὰρ οὐ τὸ σῶμα μόνον ὥσπερ ἡ Ἑλένη καλὴ οὖσα, καλλίω δὲ καὶ ἐρασμιωτέραν ὑπ' αὐτῷ τὴν ψυχὴν σκέπουσα. Ἔπρεπε δὲ καὶ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ χρηστῷ καὶ ἡμέρῳ ὄντι καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὁπόσα ἐστὶν αὐτῷ, εὐδαιμονῆσαι, ὡς ἐπ' αὐτοῦ καὶ φῦναι γυναῖκα τοιαύτην καὶ συνοῦσαν αὐτῷ ποθεῖν αὐτόν· οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτο εὐδαιμόνημα γυνή, περὶ ἧς ἄν τις εὐλόγως τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο εἴποι, χρυσείῃ μὲν αὐτὴν Ἀφροδίτῃ ἐρίζειν τὸ κάλλος, ἔργα δὲ Ἀθηναίῃ αὐτῇ ἰσοφαρίζειν. Γυναικῶν γὰρ συνόλως οὐκ ἄν τις παραβληθείη αὐτῇ « οὐ δέμας οὐδὲ φυήν, » φησὶν Ὅμηρος, « οὔτ' ἂρ φρένας οὔτε τι ἔργα. »

LYC. Pulchram undique hanc etiam fecisti, Polystrate. Et prope jam finem tibi habent imagines; totum enim animum persecutus es, per partes illam laudando.

21. POL. Non omnem : adhuc enim maxima laudum supersunt. Illud dico, quod in tanto fastigio constituta, neque felicitate illa inflatur, neque supra humanam mensuram effertur fortunæ fiducia, sed in eodem se plano continet, nihil ineptum aut insolens sapit, et adeuntes civiliter atque æqualiter tractat, et in prensationibus salutationibusque præstat humanitatem his, qui cum ipsa versantur, eo jucundiorem, quo major est a qua illæ proficiscuntur, nihil tamen fastus tragici præ se ferentes. Adeo qui magnis opibus non ad superbiam utuntur, sed ad beneficentiam, iidem etiam maxime digni bonis a fortuna datis videntur. Ac soli isti invidiam effugerint merito : neque enim temere quisquam eminenti invideat, si moderate illum uti videat felicitate, neque ad instar Homericæ illius Ates per capita hominum ingredi, et conculcare quicquid est imbecillius : quale quid humilis animi hominibus usu venit, ob indolem pulchri omnis expertem : nam quum fortuna illos, nihil tale sperantes, subito in alatum et sublimem currum sustulit, non manent in statu, nec deorsum respiciunt, sed ardua semper urgent. Itaque, alteri tanquam Icari, liquefacta iis subito cera de fluentibusque alis, risum debent, præcipites in mare et fluctus delapsi. Qui vero Dædali exemplo alis suis usi, nec nimium se extulere, memores de cera esse factas; sed humanitus dispensarunt volatum, et satis habuere tantum supra fluctus ferri, ut tamen semper aspergine madescerent alæ, nec uni eas soli præberent : hi vero secure simul et prudenter transvolaverunt. Quod quidem in hac vel maxime laudet aliquis. Quare etiam dignum ab omnibus fructum capit, optantibus et has perpetuo illi alas manere, et plura subinde affluere bona.

22. LYC. Atque ita fiat, Polystrate. Digna enim; quippe quæ non corpore modo, ut Helena ista, pulchra sit, sed pulchriorem et amabiliorem sub illo mentem tegat. Decebat vero etiam, magnum imperatorem, bonus adeo et placidus qui sit, hoc etiam cum aliis, quæ sunt ipsi, bonis beatum esse, ut sub illius imperio et nasceretur talis femina, et juncta illi ipsum amaret. Neque enim parvum felicitatis argumentum mulier, de qua cum ratione aliquis Homericum illud dicat : cum aurea illam Venere de forma contendere, opera autem illam æquiparare Minervæ. Mulierum enim in universum nulla ei comparetur, « non membra, » ut Homerus ait, « aut instar, non mentem aut denique facta. »

23. ΠΟΛ. Ἀληθῆ φὴς, ω Λυκῖνε· ὥστε εἰ δοκεῖ, ἀναμίξαντες ἤδη τὰς εἰκόνας, ἥν τε σὺ ἀνέπλασας τὴν τοῦ σώματος καὶ ἃς ἐγὼ τῆς ψυχῆς ἐγραψάμην, μίαν ἐξ ἁπασῶν συνθέντες ἐς βιβλίον καταθέμενοι παρέχωμεν ἅπασι θαυμάζειν τοῖς τε νῦν οὖσι καὶ τοῖς ἐν ὑστέρῳ ἐσομένοις· μονιμωτέρα γοῦν τῶν Ἀπελλοῦ καὶ Παρρασίου καὶ Πολυγνώτου γένοιτ' ἂν, καὶ αὐτὴ ἐκείνη παρὰ πολὺ τῶν τοιούτων κεχωρισμένη, ὅσῳ μὴ ξύλου καὶ κηροῦ καὶ χρωμάτων πεποίηται, ἀλλὰ ταῖς παρὰ Μουσῶν ἐπιπνοίαις εἴκασται, ἥπερ ἀκριβεστάτη εἰκὼν γένοιτ' ἂν σώματος κάλλος καὶ ψυχῆς ἀρετὴν ἅμα ἐμφανίζουσα.

23. POL. Vera dicis, Lycine. Quare, si videtur, permistis jam imaginibus, tum ea quam tu finxisti corporis, tum quas ego pinxi animæ, unam ex omnibus compositam in libello proponamus, admirandamque exhibeamus et his qui nunc sunt, et qui erunt in posterum. Durabilior enim Apellis et Parrhasii et Polygnoti tabulis fuerit, quum ipsa quoque multum a talibus differat, quatenus non e ligno et cera et pigmentis facta est, sed Musarum vario affectu efficta, quæ quidem accuratissima imago fuerit, corporis pulchritudinem atque virtutem animæ simul ostendens.

XL.

ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ.

1. ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΣ. Ἐγώ σοι, ὦ Λυκῖνε, φησὶν ἡ γυνὴ, τὰ μὲν ἄλλα πολλὴν ἐνεῖδον τὴν εὔνοιαν πρὸς ἐμὲ καὶ τιμὴν ἐκ τοῦ συγγράμματος· οὐ γὰρ ἂν οὕτως ὑπερεπῄνει τις, εἰ μὴ καὶ μετ' εὐνοίας συνέγραφε· τὸ δὲ ἐμὸν ὡς ἂν εἰδῇς, τοιόνδε ἐστίν· οὐδὲ ἄλλως μὲν χαίρω τοῖς κολακικοῖς τὸν τρόπον, ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι γόητες εἶναι καὶ ἥκιστα ἐλεύθεροι τὴν φύσιν, ἐν δὲ τοῖς ἐπαίνοις μάλιστα, ὅταν τις ἐπαινῇ με φορτικὰς καὶ ὑπερμέτρους ποιούμενος τὰς ὑπερβολὰς, ἐρυθριῶ τε καὶ ὀλίγου δεῖν ἐπιφράττομαι τὰ ὦτα καὶ τὸ πρᾶγμα χλεύῃ μᾶλλον ἢ ἐπαίνῳ ἐοικέναι μοι δοκεῖ.

2. Μέχρι γὰρ τοῦδε οἱ ἔπαινοι ἀνεκτοί εἰσιν ἐς ὅσον ἂν ὁ ἐπαινούμενος γνωρίζῃ ἕκαστον τῶν λεγομένων προσὸν ἑαυτῷ· τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο ἀλλότριον ἤδη καὶ κολακεία σαφής. Καίτοι πολλοὺς οἶδα, ἔφη, χαίροντας, εἴ τις αὐτοὺς ἐπαινῶν καὶ ἃ μὴ ἔχουσι προσάπτοι τῷ λόγῳ, οἷον εἰ γέροντας ὄντας εὐδαιμονίζοι τῆς ἀκμῆς ἢ ἀμόρφοις οὖσι τὸ Νιρέως κάλλος ἢ τὸ Φάωνος περιθείη· οἴονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἐπαίνων ἀλλαγήσεσθαι σφίσι καὶ τὰς μορφὰς καὶ αὐτοὶ ἀνηβήσειν αὖθις ὥσπερ ὁ Πελίας ᾤετο.

3. Τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· πολλοῦ γὰρ ἂν ὁ ἔπαινος ἦν τίμιος, εἴ τι καὶ ἔργον αὐτοῦ ἀπολαῦσαι δυνατὸν ἦν ἐκ τῆς τοιαύτης ὑπερβολῆς. Νῦν δὲ ὅμοιόν μοι δοκοῦσιν, ἔφη, πάσχειν, ὥσπερ ἂν εἴ τινι ἀμόρφῳ προσωπεῖον εὔμορφον ἐπιθείη τις φέρων, ὁ δὲ μέγα ἐπὶ τῷ κάλλει φρονοίη, καὶ ταῦτα περιαιρετῷ ὄντι καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος συντριβῆναι δυναμένῳ, ὅτε καὶ γελοιότερος ἂν γένοιτο αὐτοπρόσωπος φανεὶς, οἷος ὢν ὑφ' οἵῳ κέκρυπτο· ἢ καὶ νὴ Δί' εἴ τις ὑποδησάμενος κοθόρνους μικρὸς αὐτὸς ὢν ἐρίζοι περὶ μεγέθους τοῖς ἀπὸ ἰσοπέδου ὅλῳ πήχει ὑπερέχουσιν. Ἐμέμνητο γὰρ καὶ τοιούτου τινός.

4. Ἔφη γυναῖκά τινα τῶν ἐπιφανῶν τὰ μὲν ἄλλα καλὴν καὶ κόσμιον, μικρὰν δὲ καὶ πολὺ τοῦ συμμέ-

XL.

PRO IMAGINIBUS.

1. POLYSTRATUS. Equidem, Lycine, sic ait mulier, cetera quidem magnam perspexi tuam in me benevolentiam ex scripto tuo et honoris significationem : neque enim adeo supra modum quisquam laudasset, nisi scriberet cum benevolentia : me vero ipsam ut noris, talis sum. Neque alias gaudeo his qui adulatorios mores habent, sed videntur mihi tales impostores esse et ingenio minime liberali : maxime vero in laudibus, si quis me laudet vehementer nimis et ultra modum excedens vera, erubesco et tantum non obturo aures : eaque res irrisioni potius quam laudi similis mihi videtur.

2. In tantum enim tolerabiles sunt laudes, quatenus agnoscit qui laudatur, inesse sibi quæ dicuntur singula : quod autem ultra est, jam alienum est et manisfesta assentatio. Quanquam multos, inquit, gaudere novi, si quis in eorum laudibus ea etiam, quæ non habent, orationi adjungat; verbi causa, si senes ob ipsum maturæ ætatis robur beatos prædicet, aut deformibus Nirei pulchritudinem aut Phaonis circumponat : putant enim a laudibus formas quoque sibi mutatum iri, et futurum ut juvenescant denuo, veluti sperabat Pelias.

29. Vinctus igitur miser Antiphilus jam satis diu, et pro impurissimo omnium, quotquot malefici in carcere erant, habitus fuerat : et carceris custos Ægyptius, superstitiosus homo, putabat gratum facere se deo et illius ulcisci injurias, si gravis instaret Antiphilo. Si vero quando causam diceret, se nihil tale fecisse, impudens videbatur, majorique eam ipsam ob causam erat in odio. Jam igitur ægrotabat aliquantum, et male habebat, ut probabile erat qui jaceret humi, et ne noctu quidem extendendorum pedum facultatem haberet, inclusorum nempe nervo : interdiu enim numella sufficiebat, et manus altera compedita; noctu autem vinciri totum oportebat. Verum etiam fœdus odor carceris, et æstus, multis in eodem loco vinctis et anguste confertis, vixque respirantibus, et ferri stridor, et parum

φος καὶ ὕπνος ὀλίγος ταῦτα πάντα χαλεπὰ ἦν καὶ ἀφόρητα οἵῳ ἀνδρὶ ἐκείνων ἀήθει καὶ ἀμελετήτῳ πρὸς οὕτω σκληρὰν τὴν δίαιταν.

30. Ἀπαγορεύοντος δὲ αὐτοῦ καὶ μηδὲ σῖτον αἱρεῖσθαι θέλοντος ἀφικνεῖταί ποτε καὶ ὁ Δημήτριος οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἤδη γεγενημένων. Καὶ ἐπειδὴ ἔμαθεν, ὡς εἶχεν εὐθὺς ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον δρομαῖος ἐλθὼν τότε μὲν οὐκ εἰσεδέχθη, ἑσπέρα γὰρ ἦν, καὶ ὁ δεσμοφύλαξ πάλαι κεκλεικὼς τὴν θύραν ἐκάθευδε φρουρεῖν τοῖς οἰκέταις παρακελευσάμενος· ἕωθεν δὲ εἰσέρχεται πολλὰ ἱκετεύσας· καὶ παρελθὼν ἐπὶ πολὺ μὲν ἐζήτει τὸν Ἀντίφιλον ἄδηλον ὑπὸ τῶν κακῶν γεγενημένον καὶ περιιὼν ἀνεσκοπεῖτο καθ' ἕκαστον τῶν δεδεμένων, ὥσπερ εἰώθασιν οἱ τοὺς οἰκείους νεκροὺς, ἤδη ἑώλων ὄντων, ἀναζητοῦντες ἐν ταῖς παρατάξεσι. Καὶ εἴ γε μὴ τοὔνομα ἐβόησεν, Ἀντίφιλον Δεινομένους, κἂν ἐπὶ πολὺ ἠγνόησεν ἂν ὅστις ἦν, τοσοῦτον ἤλλακτο ὑπὸ τῶν δεινῶν. Ὡς δὲ τὴν φωνὴν αἰσθόμενος ἀνεβόησε καὶ προσιόντος διαστείλας τὴν κόμην καὶ ἀπαγαγὼν τοῦ προσώπου αὐχμηρὰν καὶ συμπεπιλημένην ἔδειξεν αὑτὸν ὅστις ἦν, ἄμφω μὲν αὐτίκα πίπτουσιν ἰλιγγιάσαντες ἐπὶ τῇ ἀπροσδοκήτῳ θέᾳ. Χρόνῳ δὲ ἀναλαβὼν αὑτόν τε καὶ τὸν Ἀντίφιλον ὁ Δημήτριος καὶ σαφῶς ἕκαστα ὡς εἶχεν ἐκπυθόμενος παρ' αὐτοῦ θαρρεῖν τε παρακελεύεται καὶ διελὼν τὸ τριβώνιον τὸ μὲν ἥμισυ αὐτὸς ἀναβάλλεται, τὸ λοιπὸν δὲ ἐκείνῳ δίδωσιν ἃ εἶχε πιναρὰ καὶ ἐκτετρυχωμένα ῥάκη περισπάσας.

31. Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου πάντα τρόπον συνῆν ἐπιμελούμενος αὐτοῦ καὶ θεραπεύων· παραδοὺς γὰρ ἑαυτὸν τοῖς ἐν τῷ λιμένι ἐμπόροις ἕωθεν εἰς μέσην ἡμέραν οὐκ ὀλίγον ἀπέφερεν ἀχθοφορῶν. Εἶτ' ἐπανελθὼν ἂν ἐκ τοῦ ἔργου, μέρος μὲν τοῦ μισθοῦ τῷ δεσμοφύλακι καταβαλὼν τιθασὸν αὐτῷ καὶ εἰρηνικὸν ἀπειργάζετο αὐτὸν, τὸ λοιπὸν δὲ εἰς τὴν τοῦ φίλου θεραπείαν ἱκανῶς αὐτῷ διήρκει. Καὶ τὰς μὲν ἡμέρας παρῆν τῷ Ἀντιφίλῳ παραμυθούμενος, ἐπεὶ δὲ νὺξ καταλάβοι, ὀλίγον πρὸ τῆς θύρας τοῦ δεσμωτηρίου στιβάδιόν τι ποιησάμενος καὶ φύλλα ὑποβαλλόμενος ἀνεπαύετο. Χρόνον μὲν οὖν τινα οὕτω διῆγον, εἰσιὼν μὲν ὁ Δημήτριος ἀκωλύτως, ῥᾷον δὲ φέρων τὴν συμφορὰν ὁ Ἀντίφιλος.

32. Ὕστερον δὲ ἀποθανόντος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ λῃστοῦ τινος ὑπὸ φαρμάκων, ὡς ἐδόκει, φυλακή τε ἀκριβὴς ἐγένετο καὶ οὐκέτι παρῄει εἰς τὸ οἴκημα οὐδὲ εἷς τῶν δεομένων. Ἐφ' οἷς ἀπορῶν καὶ ἀνιώμενος, οὐκ ἔχων ἄλλως παρεῖναι τῷ ἑταίρῳ, προσαγγέλλει ἑαυτὸν ἐλθὼν πρὸς τὸν ἁρμοστὴν, ὡς εἴη κεκοινωνηκὼς τῆς ἐπὶ τὸν Ἄνουβιν ἐπιβουλῆς. Ὡς δὲ τοῦτο εἶπεν, ἀπήγετο εὐθὺς εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ ἀχθεὶς παρὰ τὸν Ἀντίφιλον — τοῦτο γοῦν μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τὸν δεσμοφύλακα ἐξειργάσατο παρ' αὐτοῦ πλησίον τῷ Ἀντιφίλῳ καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ κλοιῷ δεδέσθαι — ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἔδειξε τὴν εὔνοιαν ἣν εἶχε πρὸς αὐτὸν, ἀμελῶν μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν δεινῶν· καίτοι ἐνόσησε καὶ

somni; hæc omnia difficilia erant atque intolerabilia, utpote insueto talium viro et ad durum adeo victum non exercitato.

30. Jam despondebat animum, jam nec cibum capere volebat, quum tandem redit etiam Demetrius, nihil eorum sciens quæ accidissent. Ubi vero rescivit, ut erat curriculo statim veniens ad carcerem, tum quidem non est admissus: erat enim vespera, et carceris custos clausa diu janua quiescebat, custodia servis tradita. Mane autem, quum multum supplicasset, intro mittitur: atque ingressus diu requirit Antiphilum, qui jam præ malis nosci vix poterat, et circumiens singulos vinctorum inspicit, ut solent qui suos mortuos, jam corruptos, requirunt in præliis. Et nisi nomen exclamasset, Antiphilum Dinomenis filium, diutius etiam, quis esset, ignoraturus erat; adeo malis illis fuerat immutatus. Quum vero voce agnita exclamaret, et illi accedenti, dimota atque abducta a vultu coma squalida condensataque, se quis esset ostenderet; ambo statim, vertigine ab inexspectato spectaculo correpti, concidunt. Spatio autem temporis recipiens se pariter atque Antiphilum recreans Demetrius, distincte singula uti se haberent ab eo quum sciscitando comperisset, bono illum animo esse jubet, et diviso palliolo dimidia ipse parte amicitur, alteram dat illi, detractis sordidis detritisque, quos habuerat, pannis.

31. Atque ab eo inde tempore, quocumque modo poterat, cum illo erat, curam illi et ministerium suum accommodans. Locata enim mercatoribus in portu opera sua, a mane inde ad meridiem, non parvam pro gestandis oneribus mercedem referebat. Tum ut rediit ab opere, parte mercedis custodi soluta, mansuetum sibi illum ac placatum reddebat, reliquum autem ad amicum curandum sufficiebat. Atque interdiu erat cum Antiphilo solandi ejus causa; nocte autem ingruente non procul a janua carceris in lectulo, quem substratis sibi foliis fecerat, quiescebat. Aliquanto igitur tempore hunc in modum vixere, intrans nullo prohibente Demetrius, Antiphilus autem lenius ita ferens calamitatem.

32. Postea quum latro aliquis in carcere mortuus esset a veneno, ut putabatur, et custodia accurate fieri, nec admitti quisquam eorum qui cuperent in carcerem. Qua de re inops consilii et ægre ferens, quum alia conditione adesse non posset amico, Præfectum adiens ipse se defert, ac si socius fuisset insidiarum contra Anubin. His autem dictis abducitur statim in carcerem, et ductus ad Antiphilum hoc enim ægre multum supplicans a carceris custode impetraverat, ut prope Antiphilum et numellis iisdem includeretur, hic ergo vel maxime benevolentiam declaravit, qua illum complecteretur: qui sua mala negligeret, quamvis ipse

αὐτός· ἐπιμελούμενος δὲ ὅπως ἐκεῖνος μάλιστα καθευδήσει καὶ ἧττον ἀνιάσεται· ὥστε ῥᾷον ἔφερον μετ' ἀλλήλων κακοπαθοῦντες.

33. Χρόνῳ δὲ καὶ τοιόνδε τι προσπεσὸν ἔπαυσεν ἐπὶ πλέον αὐτοὺς δυστυχοῦντας· εἷς γὰρ τῶν δεδεμένων οὐκ οἶδ' ὅθεν ῥίνης εὐπορήσας καὶ συνωμότας πολλοὺς τῶν δεσμωτῶν προσλαβὼν ἀποπρίει τε τὴν ἅλυσιν, ᾗ ἐδέδεντο ἑξῆς, τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διειρομένων, καὶ ἀπολύει ἅπαντας· οἱ δὲ ἀποκτείναντες εὐμαρῶς ὀλίγους ὄντας τοὺς φύλακας ἐκπηδῶσιν ἀθρόοι. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὸ παραυτίκα ἔνθα ἐδύναντο ἕκαστος διασπαρέντες ὕστερον συνελήφθησαν οἱ πολλοί· ὁ Δημήτριος δὲ καὶ ὁ Ἀντίφιλος κατὰ χώραν ἔμειναν, καὶ τοῦ Σύρου λαβόμενοι ἤδη ἀπιόντος. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, μαθὼν ὁ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτετραμμένος τὸ συμβεβηκὸς ἐπ' ἐκείνους μὲν ἔπεμψε τοὺς διωξομένους, μεταστειλάμενος δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν Δημήτριον ἀπέλυσε τῶν δεσμῶν ἐπαινέσας ὅτι μόνοι οὐκ ἀπέδρασαν· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοί γε ἠγάπησαν οὕτως ἀφιέμενοι, ἐβόα δὲ ὁ Δημήτριος καὶ δεινὰ ἐποίει, ἀδικεῖσθαι σφᾶς οὐ σμικρά, εἰ δόξουσι κακοῦργοι ὄντες ἐλέῳ ἢ ἐπαίνῳ τοῦ μὴ ἀποδρᾶναι ἀφεῖσθαι· καὶ τέλος ἠνάγκασαν τὸν δικαστὴν ἀκριβῶς τὸ πρᾶγμα ἐξετάσαι. Ὁ δὲ ἐπεὶ ἔμαθεν οὐδὲν ἀδικοῦντας, ἐπαινέσας αὐτούς, τὸν Δημήτριον δὲ καὶ πάνυ θαυμάσας ἀφίησι παραμυθησάμενος ἐπὶ τῇ κολάσει ἣν ἠνέσχοντο ἀδίκως δεθέντες, καὶ ἑκάτερον δωρησάμενος παρ' αὐτοῦ δραχμαῖς μὲν μυρίαις τὸν Ἀντίφιλον, δὶς τοσαύταις δὲ τὸν Δημήτριον.

34. Ὁ μὲν οὖν Ἀντίφιλος ἔτι καὶ νῦν ἐν Αἰγύπτῳ ἐστίν, ὁ δὲ Δημήτριος καὶ τὰς αὐτοῦ δισμυρίας ἐκείνῳ καταλιπὼν ᾤχετο ἀπιὼν εἰς τὴν Ἰνδικὴν παρὰ τοὺς Βραχμᾶνας, τοσοῦτον εἰπὼν πρὸς τὸν Ἀντίφιλον, ὡς συγγνωστὸς ἂν εἰκότως νομίζοιτο ἤδη ἀπολιπὼν αὐτόν· οὔτε γὰρ αὐτὸς δεῖσθαι τῶν χρημάτων, ἔστ' ἂν αὐτὸς ᾖ, ὅπερ ἐστίν, ἀρκεῖσθαι ὀλίγοις δυνάμενος, οὔτε ἐκείνῳ ἔτι δεῖν φίλου εὐμαρῶν τῶν πραγμάτων αὐτῷ γεγενημένων. Τοιοῦτοι, ὦ Τόξαρι, οἱ Ἕλληνες φίλοι. Εἰ δὲ μὴ προδιεβεβλήκεις ἡμᾶς ὡς ἐπὶ ῥήμασι μέγα φρονοῦντας, καὶ αὐτοὺς ἄν σοι τοὺς λόγους διεξῆλθον πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ὄντας, οὓς ὁ Δημήτριος εἶπεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ὑπὲρ αὐτοῦ μὲν οὐδὲν ἀπολογούμενος, ὑπὲρ τοῦ Ἀντιφίλου δέ, καὶ δακρύων προσέτι καὶ ἱκετεύων καὶ τὸ πᾶν ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος, ἄχρι μαστιγούμενος ὁ Σύρος ἀμφοτέρους ἀφίησιν αὐτούς.

35. Ἐγὼ μὲν οὖν τούτους ὀλίγους ἀπὸ πλειόνων, οὓς πρώτους ἡ μνήμη ὑπέβαλε, διηγησάμην σοι ἀγαθοὺς καὶ βεβαίους φίλους. Καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη καταβὰς ἀπὸ τοῦ λόγου σοὶ τὴν ῥήτραν παραδίδωμι· σὺ δὲ ὅπως μὴ χείρους ἐρεῖς τοὺς Σκύθας, ἀλλὰ πολλῷ τούτων ἀμείνους, αὐτῷ σοὶ μελήσει, εἴ τι καὶ τῆς δεξιᾶς πεφρόντικας, ὡς μὴ ἀποτμηθείης αὐτήν. Ἀλλὰ χρὴ ἄνδρα ἀγαθὸν εἶναι· ἐπεὶ καὶ γελοῖα ἂν πάθοις Ὀρέστην μὲν καὶ Πυλάδην πάνυ σοφιστικῶς ἐπαινέσας, ὑπὲρ δὲ τῆς Σκυθίας φαῦλος ῥήτωρ φαινόμενος.

quoque ægrotans, curaretque ut ille potissimum et quiesceret et minus affligeretur. Itaque lenius ferebant mala jam communia.

33. Aliquamdiu post vero ejusmodi quiddam incidens, ulteriori illorum infelicitati finem imposuit. Vinctorum enim unus limæ copiam nescio unde nactus, assumtis in conjurationem compeditorum pluribus, dissecat catenam qua deinceps vincti erant, insertis in illam numellis, et solvit omnes. At illi interfectis facile paucis custodibus, cuncti erumpunt. Atque isti in præsens dispersi quo quisque poterat, plerique postea comprehensi sunt. Demetrius vero atque Antiphilus suo loco manserant, et Syrum quoque prehenderant jam abeuntem. Luce orta, quum audisset Præfectus Ægypti quid factum esset, ad illos quidem persequendos mittit; arcessitum autem cum amico Demetrium vinculis liberavit, collaudatos quod soli non aufugissent. Verum illi non satis habebant se ita dimitti; sed proclamat Demetrius, et acerbe conqueritur, injuriam sibi fieri non parvam, si videantur, tanquam malefici, vel misericordia dimissi, vel ut præmium fugæ non tentatæ haberent : et coegerunt denique judicem, ut accurate causam exquireret. Ille vero, cognito nihil mali ab iis admissum, collaudans eos, Demetrium etiam vehementer admiratus, dimittit, consolans de pœna quam injuste vincti subierant, et muneribus e sua re familiari afficiens utrumque, Antiphilum decies mille drachmis, altero tanto autem Demetrium.

34. Atque Antiphilus nunc adhuc in Ægypto est : Demetrius vero, etiam suis vicies mille illi relictis, in Indiam profectus est ad Brachmanas, sic allocutus Antiphilum, sibi veniam merito dandam videri, qui jam illum relinqueret : neque enim se indigere opibus, quoad idem esset, hoc est talis qui paucis contentus posset vivere; neque illi opus esse amico, cujus jam res in facili essent. Tales, Toxari, sunt amici Græci. Nisi vero jam ante nos accusasses, ut qui verbis gloriari soleamus; ipsos quoque sermones tibi referrem, multos illos et bonos, quos Demetrius habuit in judicio, pro se ille quidem causæ nihil dicens, verum pro Antiphilo, lacrimans insuper et supplicans, et in se recipiens omnia, donec flagellis tortus Syrus ambos absolvit.

35. Ego quidem igitur paucos hosce de multis, quos primos subjecit memoria, tibi enarravi bonos firmosque amicos. Quod superest jam decedens, oratione finita, agendi partes tibi trado. Tu vero ut ne deteriores dicas Scythas, sed multum his meliores, tibi ipsi curæ erit, si quidem dextram curas ne tibi præcidatur. Sed oportet te virum fortem esse : alioquin ridiculus fueris qui, Oreste et Pylade plane sophistarum arte abs te laudatis, pro Scythia tua malus orator videare.

ΤΟΞ. Εὖ γε, ὦ Μνήσιππε, ὅτι καὶ παροτρύνεις με πρὸς τὸν λόγον, ὥσπερ οὐ πάνυ σοι μέλον, εἰ ἀποτμηθείης τὴν γλῶτταν κρατηθεὶς ἐν τοῖς λόγοις. Πλὴν ἄρξομαί γε ἤδη μηδὲν ὥσπερ σὺ καλλιλογησάμενος· οὐ γὰρ Σκυθικὸν τοῦτο, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν τὰ ἔργα ὑπερφθέγγηται τοὺς λόγους. Προσδοκήσῃς δὲ μηδὲν τοιοῦτο παρ' ἡμῶν, οἷα σὺ διεξελήλυθας ἐπαινῶν, εἴ τις ἄπροικον ἔγημεν αἰσχρὰν γυναῖκα ἢ εἴ τις ἀργύριον ἐπέδωκε γαμουμένῃ φίλου ἀνδρὸς θυγατρὶ δύο τάλαντα, ἢ καὶ νὴ Δί' εἴ τις παρέσχεν ἑαυτὸν δεδησόμενον ἐπὶ προδήλῳ τῷ μικρὸν ὕστερον λυθήσεσθαι· πάνυ γὰρ εὐτελῆ ταῦτα καὶ μεγαλουργὸν ἐν αὐτοῖς ἢ ἀνδρεῖον ἔνι οὐδέν.

36. Ἐγὼ δέ σοι διηγήσομαι φόνους πολλοὺς καὶ πολέμους καὶ θανάτους ὑπὲρ τῶν φίλων, ἵν' εἰδῇς ὡς παιδιὰ τὰ ὑμέτερά ἐστι παρὰ τὰ Σκυθικὰ ἐξετάζεσθαι. Καίτοι οὐδὲ ἀλόγως αὐτὸ πεπόνθατε, ἀλλὰ εἰκότως τὰ μικρὰ ταῦτα ἐπαινεῖτε· οὐδὲ γὰρ οὐδέ εἰσιν ὑμῖν ἀφορμαὶ ὑπερμεγέθεις πρὸς ἐπίδειξιν φιλίας ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ βιοῦσιν, ὥσπερ οὐδ' ἐν γαλήνῃ μάθοις, εἰ ἀγαθὸς ὁ κυβερνήτης ἐστί· χειμῶνος γὰρ δεήσει σοὶ πρὸς τὴν διάγνωσιν. Παρ' ἡμῖν δὲ συνεχεῖς οἱ πόλεμοι, καὶ ἢ ἐπελαύνομεν ἄλλοις ἢ ὑποχωροῦμεν ἐπιόντας ἢ συμπεσόντες ὑπὲρ νομῆς ἢ λείας μαχόμεθα, ἔνθα μάλιστα δεῖ φίλων ἀγαθῶν· καὶ διὰ τοῦτο ὡς βεβαιότατα συντιθέμεθα τὰς φιλίας, μόνον τοῦτο ὅπλον ἄμαχον καὶ δυσπολέμητον εἶναι νομίζοντες.

37. Πρότερον δέ σοι εἰπεῖν βούλομαι ὃν τρόπον ποιούμεθα τοὺς φίλους, οὐχ ἐκ τῶν πότων, ὥσπερ ὑμεῖς, οὐδ' εἰ συνέφηβός τις ἢ γείτων ἦν, ἀλλ' ἐπειδάν τινα ἴδωμεν ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ μεγάλα ἐργάσασθαι δυνάμενον, ἐπὶ τοῦτον ἅπαντες σπεύδομεν, καὶ ὅπερ ὑμεῖς ἐν τοῖς γάμοις, τοῦτο ἡμεῖς ἐπὶ τῶν φίλων ποιεῖν ἀξιοῦμεν, ἐπὶ πολὺ μνηστευόμενοι καὶ πάντα ὁμοῦ πράττοντες, ὡς μὴ διαμαρτάνοιμεν τῆς φιλίας μηδὲ ἀπόβλητοι δόξωμεν εἶναι. Κἀπειδὰν προκριθείς τις ἤδη φίλος ᾖ, συνθῆκαι τὸ ἀπὸ τούτου καὶ ὅρκος ὁ μέγιστος, ἦ μὴν καὶ βιώσεσθαι μετ' ἀλλήλων καὶ ἀποθανεῖσθαι, ἢν δέῃ, ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον· καὶ οὕτω ποιοῦμεν. Ἀφ' οὗ γὰρ ἂν ἐντεμόντες ἅπαξ τοὺς δακτύλους ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες ἅμα ἀμφότεροι ἐπισχόμενοι πίωμεν, οὐκ ἔστιν ὅ τι τὸ μετὰ τοῦτο ἡμᾶς διαλύσειεν ἄν. Ἐφεῖται δὲ τὸ μέγιστον ἄχρι τριῶν ἐς τὰς συνθήκας εἰσιέναι· ὡς ὅστις ἂν πολύφιλος ᾖ, ὅμοιος ἡμῖν δοκεῖ ταῖς κοιναῖς ταύταις καὶ μοιχευομέναις γυναιξί· καὶ οἰόμεθα οὐκέθ' ὁμοίως ἰσχυρὰν αὐτοῦ τὴν φιλίαν εἶναι πρὸς πολλὰς εὐνοίας διαιρεθεῖσαν.

38. Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν Δανδάμιδος πρῴην γενομένων· ὁ γὰρ Δάνδαμις ἐν τῇ πρὸς Σαυρομάτας συμπλοκῇ, ἀπαχθέντος αἰχμαλώτου Ἀμιζώκου τοῦ φίλου αὐτοῦ — μᾶλλον δὲ πρότερον ὀμοῦμαί σοι τὸν ὅρκον τὸν ἡμέτερον, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐν ἀρχῇ διωμολογησάμην· οὐ μὰ γὰρ τὸν ἄνεμον καὶ τὸν ἀκινάκην οὐδὲν πρὸς σέ,

TOX. Bene facis, Mnesippe, quod etiam incitas me ad orationem, quasi non vehementer labores, ne præcidatur tibi lingua, si victus oratione fueris. Verum jam statim incipiam, nihil studens, uti tu, verborum elegantiæ : neque enim Scythicum istuc, præsertim ubi res ipsæ magis quam verba loquuntur. Exspectes autem nihil tale a nobis, qualia tu retulisti, quum laudares, si quis indotatam deformemque uxorem duxit, aut si quis pecuniam dedit nubenti filiæ amici, duo talenta, et, per Jovem, si quis vinciendum se præbuit, quum manifestum esset, paullo post solutum iri. Valde enim ista vilia, et magnificum in illis aut virile adeo nihil quicquam inest.

36. Ego vero tibi enarrabo cædes multas, et bella, et mortes pro amicis susceptas, ut scias ludum esse vestra, cum Scythicis si comparentur. Quanquam non præter rationem illud vobis accidit, sed conveniens est illa parva a vobis laudari : neque enim sunt vobis occasiones ingentes ostendendæ amicitiæ, in alta pace viventibus : ut nec per serenum discas, bonusne sit gubernator; tempestate enim ad faciendum illud tibi judicium opus est. Apud nos autem bella perpetua, qui aut invadamus alios, aut excipiamus qui nos aggrediuntur, aut subita concursione pro pascuis aut præda pugnemus. Hic maxime amicis bonis opus est; et hanc ob rem quam firmissime coimus amicitias, solum hoc telum invictum et vix superabile esse rati.

37. Prius autem dicere tibi volo, qua ratione faciamus amicos; non de comissationibus, uti vos, neque si quis æquævus adolescens, aut vicinus sit; sed si quem videamus virum fortem et magnis rebus gerendis aptum, ad hunc festinamus omnes, et quod vos in nuptiis, hoc nos in amicis conciliandis facere operæ pretium censemus, multum procantes, et omnia simul agentes, ne excidamus hac amicitia, neu rejiculi esse videamur. Et si quis prælatus aliis et jam amicus est, fœdus deinde et jusjurandum maximum, « victurum simul, et moriturum, si opus sit, unum pro altero. » Et sic facimus. A quo enim tempore incisis semel digitis instillaverimus sanguinem in calicem, et intinctis gladiorum mucronibus, simul ambo admoto ore biberimus; nihil est quod post ea nos dissolvat. Ac permissum est ternos summum tale fœdus inire : nam quisquis multos habet amicos, ille similis nobis videtur vulgaribus istis et adulteris mulieribus : putamusque non amplius æque firmam illius amicitiam esse, per multas benevolentias divisam.

38. Incipiam vero ab Dandamidis rebus, quæ nuper demum contigere. Dandamis nimirum in prælio cum Sauromatis abducto in captivitatem Amizoce amico suo — quin prius jurabo tibi nostrum jusjurandum, quandoquidem hoc etiam initio mihi tecum convenit : Non ego, ita me Ventus

ὦ Μνήσιππε, ψεῦδος ἐρῶ περὶ τῶν φίλων τῶν Σκυθικῶν.

ΜΝΗΣ. Ἐγὼ μὲν οὐ πάνυ σου ὀμνύοντος ἐδεόμην· σὺ δὲ ὅμως εὖ ποιῶν οὐδένα τῶν θεῶν ἐπωμόσω.

ΤΟΞ. Τί σὺ λέγεις; οὔ σοι δοκοῦσιν ὁ ἄνεμος καὶ ὁ ἀκινάκης θεοὶ εἶναι; οὕτως ἄρα ἠγνόησας ὅτι ἀνθρώποις μεῖζον οὐδέν ἐστι ζωῆς τε καὶ θανάτου; ὁπόταν τοίνυν τὸν ἄνεμον καὶ τὸν ἀκινάκην ὀμνύωμεν, ταῦτα ὀμνύομεν ὡς τὸν μὲν ἄνεμον ζωῆς αἴτιον ὄντα, τὸν ἀκινάκην δὲ ὅτι ἀποθνήσκειν ποιεῖ.

ΜΝΗΣ. Καὶ μὴν εἰ διά γε τοῦτο, καὶ ἄλλους ἂν ἔχοιτε πολλοὺς θεοὺς οἷος ὁ ἀκινάκης ἐστὶ, τὸν οἰστὸν καὶ τὴν λόγχην καὶ κώνειον δὲ καὶ βρόχον καὶ τὰ τοιαῦτα· ποικίλος γὰρ οὗτος ὁ θεὸς ὁ θάνατος καὶ ἀπείρους τὰς ἐφ' ἑαυτὸν παρέχεται ἀγούσας ὁδούς.

ΤΟΞ. Ὁρᾷς τοῦτο ὡς ἐριστικὸν ποιεῖς καὶ δικανικὸν ὑποκρούων μεταξὺ καὶ διαφθείρων μου τὸν λόγον; ἐγὼ δὲ ἡσυχίαν ἦγον σοῦ λέγοντος.

ΜΝΕΣ. Ἀλλ' οὐκ αὖθίς γε, ὦ Τόξαρι, ποιήσω τοῦτο, πάνυ γὰρ ὀρθῶς ἐπετίμησας· ὥστε θαρρῶν τό γε ἐπὶ τούτῳ λέγε, ὡς μηδὲ παρόντος ἐμοῦ τοῖς λόγοις, οὕτω σιωπήσομαί σοι.

39. ΤΟΞ. Τετάρτη μὲν ἦν ἡμέρα τῆς φιλίας Δανδάμιδι καὶ Ἀμιζώκῃ, ἀφ' οὗ τὸ ἀλλήλων αἷμα συνεπεπώκεσαν· ἧκον δὲ ἡμῖν ἐπὶ τὴν χώραν Σαυρομάται μυρίοις μὲν ἱππεῦσιν, οἱ πεζοὶ δὲ τρὶς τοσοῦτοι ἐπεληλυθέναι ἐλέγοντο. Οἷα δὲ οὐ προϊδομένοις τὴν ἔφοδον αὐτῶν ἐπεισπεσόντες ἅπαντας μὲν τρέπουσι, πολλοὺς δὲ τῶν μαχίμων κτείνουσι, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἀπάγουσι, πλὴν εἴ τις ἔφθη διανηξάμενος εἰς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ, ἔνθα ἡμῖν τὸ ἥμισυ τοῦ στρατοπέδου καὶ μέρος τῶν ἁμαξῶν ἦν· οὕτω γὰρ ἐσκηνώσαμεν τότε, οὐκ οἶδα ὅ τι δόξαν τοῖς ἀρχιπλάνοις ἡμῶν, ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς ὄχθας τοῦ Τανάϊδος. Εὐθὺς οὖν ἥ τε λεία περιηλαύνετο καὶ τὰ αἰχμάλωτα συνείχετο καὶ τὰς σκηνὰς διήρπαζον καὶ τὰς ἁμάξας κατελαμβάνοντο, αὐτάνδρους τὰς πλείστας ἁλισκομένας, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ὑβρίζοντες τὰς παλλακίδας καὶ τὰς γυναῖκας· ἡμεῖς δὲ ἠνιώμεθα τῷ πράγματι.

40. Ὁ δὲ Ἀμιζώκης ἀγόμενος — ἑαλώκει γάρ — ἐβόα τὸν φίλον ὀνομαστὶ κακῶς δεδεμένος καὶ ὑπεμίμνησκε τοῦ αἵματος καὶ τῆς κύλικος. Ὧν ἀκούσας ὁ Δάνδαμις οὐδὲν ἔτι μελλήσας ἁπάντων ὁρώντων διανήχεται εἰς τοὺς πολεμίους· καὶ οἱ μὲν Σαυρομάται διηρμένοι τοὺς ἄκοντας ὥρμησαν ἐπ' αὐτὸν ὡς κατακεντήσοντες, ὁ δὲ ἐβόα τὸ Ζίριν· τοῦτο δὲ ἤν τις εἴπῃ, οὐκέτι φονεύεται ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ δέχονται αὐτὸν ὡς ἐπὶ λύτροις ἥκοντα. Καὶ δὴ ἀναχθεὶς πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἀπῄτει τὸν φίλον, ὁ δὲ λύτρα ᾔτει· μὴ γὰρ προήσεσθαι, εἰ μὴ μεγάλα ὑπὲρ αὐτοῦ λάβοι. Ὁ Δάνδαμις δὲ, Ἃ μὲν εἶχον, φησὶν, ἅπαντα διήρπασται ὑφ' ὑμῶν, εἰ δέ τι δύναμαι γυμνὸς ὑποτελέσαι, ἕτοιμος ὑποστῆναι ὑμῖν, καὶ πρόσταττε ὅ τι ἂν θέλῃς· εἰ βούλει δὲ, ἐμὲ ἀντὶ τούτου λαβὼν κατάχρησαι πρὸς ὅ τι σοι φίλον. Ὁ δὲ Σαυρο-

et Acinaces, mendacium apud te, Mnesippe, dicam de amicis Scythicis.

MNES. Equidem non valde opus habebam tuo jurejurando : interim bene est quod per deum nullum jurasti.

TOX. Quid ais? non videntur tibi dii esse Ventus et Acinaces? adeo ignorasti, nihil majus esse vita et morte hominibus? Quum ergo Ventum juramus et Acinacem, eatenus juramus, quatenus vitæ causæ ventus (*aer*) est, acinaces vero mortem efficit.

MNES. Verum si propter ista, etiam alios multos haberitis deos qualis est Acinaces, Sagittam, et Hastam, Cicutam adeo, et Laqueum, ac talia : varius enim deus ille Mors est, et infinitas præbet, quæ ducant ad se, vias.

TOX. Vides quam contentiose illud agas et instar rabulæ, interpellans et pervertens orationem meam? At ego dum tu dicebas, quietus eram.

MNES. At non iterum certe, Toxari, hoc faciam : omnino enim recte me increpuisti. Itaque audacter quæ sequuntur dicito : quasi nec intersim tuo sermoni, ita silentium tibi præstabo.

39. TOX. Quartus dies processerat amicitiæ Dandamidi et Amizocæ, ex quo sanguinem alter alterius una biberant : quum regionem nostram invadunt Sauromatæ decem millibus equitum ; pedestrium vero copiarum tertium tantum contra nos venisse dicebatur. Quoniam autem nos imprudentes hujus invasionis oppresserant, vertunt in fugam omnes, multosque armatorum interficiunt, alios autem abducunt vivos, præterquam si quis satis celeriter in alteram ripam fluminis transnataret, ubi nobis dimidius exercitus et pars plaustrorum erat : sic enim tum castra posueramus, nescio quo consilio ducum nostrorum, ad utramque ripam Tanais. Statim ergo præda abduci, captiva corpora comprehendi, diripi tabernacula, plaustra capi cum ipsis pleraque vectoribus : et in oculis nostris contumeliam inferebant pellicibus nostris atque uxoribus : quæ res pessime nos habuit.

40. Amizoces autem quum duceretur (captus enim erat), nominatim inclamat amicum, duriter vinctus, et calicis admonet sanguinisque. Quibus Dandamis auditis, nihil amplius cunctatus, omnium in conspectu ad hostes transnatat Ac Sauromatæ telis sublatis impetum in illum faciunt, ut confossuri : at ille Zirin clamat; hoc vero si quis dicat, non jam illum interficiunt, sed tanquam redimendi causa advenientem recipiunt. Itaque abductus ad ducem illorum, amicum repetit : hic pretium postulat, negatque se dimissurum, nisi magnum pro illo accipiat. Dandamis, Quæ habebam, inquit, ea omnia a vobis direpta sunt : si quid vero nudus possum solvere, subire vobis paratus sum : et impera quicquid volueris. Si vero volueris, pro hoc me tibi habe, et, quomodocumque tibi collibuerit, abutere. At Sauromata, Non oportet, inquit, te retineri totum,

μάτης, Οὐδὲν, ἔφη, δεῖ ὅλον κατέχεσθαί σε καὶ ταῦτα Ζίριν ἥκοντα, σὺ δὲ ὧν ἔχεις μέρος καταβαλὼν ἄγου τὸν φίλον. Ἤρετο ὁ Δάνδαμις ὅ τι καὶ βούλεται λαβεῖν. Ὁ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ᾔτησεν. Ὁ δὲ αὐτίκα παρέσχεν ἐκκόπτειν αὐτούς· κἀπειδὴ ἐξεκέκοπτο καὶ ἤδη τὰ λύτρα εἶχον οἱ Σαυρομάται, παραλαβὼν τὸν Ἀμιζώκην ἐπανῄει ἐπερειδόμενος αὐτῷ, καὶ ἅμα διανηξάμενοι ἀπεσώθησαν πρὸς ἡμᾶς.

idque quum Zirin veneris: quin tu parte eorum quæ habes data amicum abducas licet. Rogat Dandamis quid tandem vellet accipere. Hic oculos petit. At ille statim effodiendos præbet, quumque effossi essent, et jam pretium haberent Sauromatæ, assumto Amizoce redit illo innixus; et simul transnatantes salvi ad nos veniunt.

41. Τοῦτο γενόμενον παρεμυθήσατο ἅπαντας Σκύθας καὶ οὐκέτι ἡττᾶσθαι ἐνόμιζον ὁρῶντες ὅτι τὸ μέγιστον ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν οὐκ ἀπήγαγον οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ὅτι ἦν παρ' ἡμῖν ἡ ἀγαθὴ γνώμη καὶ ἡ πρὸς τοὺς φίλους πίστις. Καὶ τοὺς Σαυρομάτας δὲ τὸ αὐτὸ οὐ μετρίως ἐφόβησε λογιζομένους πρὸς οἵους ἄνδρας ἐκ παρασκευῆς μαχοῦνται, εἰ καὶ ἐν τῷ ἀπροσδοκήτῳ τότε ὑπερέσχον· ὥστε νυκτὸς ἐπιγενομένης ἀπολιπόντες τὰ πλεῖστα τῶν βοσκημάτων καὶ τὰς ἁμάξας ἐμπρήσαντες ᾤχοντο φεύγοντες. Ὁ μέντοι Ἀμιζώκης οὐκέτι ἠνέσχετο βλέπειν αὐτὸς ἐπὶ τυφλῷ τῷ Δανδάμιδι, ἀλλὰ τυφλώσας καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀμφότεροι κάθηνται ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν δημοσίᾳ μετὰ πάσης τιμῆς τρεφόμενοι.

41. Hoc factum Scythas omnes erexit, neque jam se victos putarunt, quum viderent maximum bonorum nostrorum non ablatum esse ab hostibus, manente apud nos honesto animo et erga amicos fide. Verum etiam Sauromatas non mediocriter eadem res perterruit, cogitantes contra quos viros in acie pugnaturi essent, etsi imprudentes tum superaverant. Itaque proxima nocte, relictis plerisque pecudum, incensisque plaustris, fuga abierunt. Verum Amizoces ferre non poterat videre se, cæco Dandamide; sed ipse quoque se excæcavit: jamque sedent ambo, atque a communi Scytharum publice cum multo honore aluntur.

42. Τί τοιοῦτον, ὦ Μνήσιππε, ὑμεῖς ἔχοιτε ἂν εἰπεῖν, εἰ καὶ ἄλλους σοι δέκα δοίη τις ἐπὶ τοῖς πέντε καταριθμήσασθαι ἀνωμότους, εἰ βούλει, ὡς καὶ πολλὰ ἐπιψεύδοιο αὐτοῖς; Καίτοι ἐγὼ μέν σοι γυμνὸν τὸ ἔργον διηγησάμην· εἰ δὲ σύ τινα τοιοῦτον ἔλεγες, εὖ οἶδα, ὁπόσα ἂν κομψὰ ἐγκατέμιξας τῷ λόγῳ, οἷα ἱκέτευεν ὁ Δάνδαμις καὶ ὡς ἐτυφλοῦτο καὶ ἃ εἶπε καὶ ὡς ἐπανῆκε καὶ ὡς ὑπεδέξαντο αὐτὸν ἐπευφημοῦντες οἱ Σκύθαι καὶ ἄλλα ὁποῖα ὑμεῖς μηχανᾶσθαι εἰώθατε πρὸς τὴν ἀκρόασιν.

42. Quid tale, Mnesippe, vos dicere possitis, et si quis alios tibi decem supra illos quinque enumerare permittat, jurijurando non subjectos, ut etiam mendacio augere multa possis? At ego tibi rem nudam exposui: si vero tu talem quendam diceres, bene novi quantas venustates admisturus esses narrationi, quibus verbis supplicaverit Dandamis, et quomodo excæcatus fuerit, et quæ tum dixerit, et ut redierit, et ut cum plausu illum Scythæ receperint, et alia quæ vos machinari auribus soletis.

43. Ἄκουε δ' οὖν καὶ ἄλλον ἰσότιμον, Βελίτταν Ἀμιζώκου τούτου ἀνεψιόν· ὃς ἐπεὶ κατασπασθέντα ἐκ τοῦ ἵππου ὑπὸ λέοντος εἶδε Βάσθην τὸν φίλον — ἅμα δὲ ἔτυχον θηρῶντες — καὶ ἤδη ὁ λέων περιπλακεὶς αὐτῷ ἐνεπεφύκει τῷ λαιμῷ καὶ τοῖς ὄνυξιν ἐσπάραττε, καταπηδήσας καὶ αὐτὸς ἐπιπίπτει κατόπιν τῷ θηρίῳ καὶ περιέσπα, πρὸς ἑαυτὸν παροξύνων καὶ μετάγων καὶ διὰ τῶν ὀδόντων μεταξὺ διείρων τοὺς δακτύλους καὶ τὸν Βάσθην, ὡς οἷόν τε ἦν, ὑπεξελεῖν πειρώμενος τοῦ δήγματος· ἄχρι δὴ ὁ λέων ἀφεὶς ἐκεῖνον ἡμιθνῆτα ἤδη ἐπὶ τὸν Βελίτταν ἀπεστράφη καὶ συμπλακεὶς ἀπέκτεινε κἀκεῖνον· ὁ δὲ ἀποθνήσκων τὸ γοῦν τοσοῦτον ἔφθη πατάξας τῷ ἀκινάκῃ τὸν λέοντα εἰς τὸ στέρνον, ὥστε ἅμα πάντες ἀπέθανον, καὶ ἡμεῖς ἐθάψαμεν αὐτοὺς δύο τάφους ἀναχώσαντες πλησίον, ἕνα μὲν τῶν φίλων, ἕνα δὲ καταντικρὺ τοῦ λέοντος.

43. Audi jam et alium æquo honore dignum, Belittam, Amizocæ hujus consobrinum: qui quum equo detractum a leone Basthen amicum videret (una autem erant in venatu), et jam leo complexus hominem fauces illius invasisset, et laceraret eum unguibus: desiliens ipse quoque a tergo irruit in bestiam, eamque detrahit, in se dum irritat et traducit, inferens intra dentes illius suos digitos, et Basthen, quantum fieri poterat, eripere morsui tentans: donec leo, relicto illo jam semanimi, versus in Belittam, eumque complexus, ipsum quoque interemit. Atque ille jam moriens ante tamen sic acinace leonem in pectore percussit, ut simul omnes morerentur. Inde nos sepelivimus illos, duobus prope se invicem tumulis aggestis, uno amicorum, altero autem exadverso leonis.

44. Τρίτην δέ σοι διηγήσομαι, ὦ Μνήσιππε, τὴν Μακέντου φιλίαν καὶ Λογχάτου καὶ Ἀρσακόμα. Ὁ γὰρ Ἀρσακόμας οὗτος ἠράσθη Μαζαίας τῆς Λευκάνορος τοῦ βασιλεύσαντος ἐν Βοσπόρῳ, ὁπότε ἐπρέσβευεν ὑπὲρ τοῦ δασμοῦ, ὃν οἱ Βοσπορανοὶ ἀεὶ φέροντες ἡμῖν τότε ἤδη τρίτον μῆνα ὑπερήμεροι ἐγεγένηντο. Ἐν τῷ δείπνῳ οὖν ἰδὼν τὴν Μαζαίαν μεγάλην καὶ καλὴν παρθένον

44. Tertiam tibi enarrabo, Mnesippe, Macentæ amicitiam et Lonchatæ et Arsacomæ. Arsacomas hic amore incensus fuerat Mazææ Leucanoris filiæ Bosporanorum reguli, quum legatus ad eum esset tributi causa, quod semper nobis solventes Bosporani, illo tempore tertium jam mensem ultra diem dictum debuerant. In cœna igitur quum vidisset Mazæam, magnam et pulchram virginem, amare illam,

ἤρα καὶ πονήρως εἶχε. Τὰ μὲν οὖν περὶ τῶν φόρων διεπέπρακτο ἤδη καὶ ἐχρημάτιζεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς καὶ εἱστία ἤδη αὐτὸν ἀποπέμπων. Ἔθος δέ ἐστιν ἐν Βοσπόρῳ, τοὺς μνηστῆρας ἐπὶ τῷ δείπνῳ αἰτεῖν τὰς κόρας καὶ λέγειν, οἵτινες ὄντες ἀξιοῦσι καταδεχθῆναι ἐπὶ τὸν γάμον. Καὶ δὴ καὶ τότε ἔτυχον ἐν τῷ δείπνῳ πολλοὶ μνηστῆρες παρόντες, βασιλεῖς καὶ βασιλέων παῖδες, καὶ Τιγραπάτης ἦν ὁ Λαζῶν δυνάστης καὶ Ἀδύρμαχος ὁ Μαχλυηνῆς ἄρχων καὶ ἄλλοι πολλοί. Δεῖ δὲ τῶν μνηστήρων ἕκαστον προσαγγείλαντα ἑαυτὸν, διότι μνηστευσόμενος ἥκει, δειπνεῖν ἐν τοῖς ἄλλοις κατακείμενον ἐφ' ἡσυχίας· ἐπὰν δὲ παύσωνται δειπνοῦντες, αἰτήσαντα φιάλην ἐπισπεῖσαι κατὰ τῆς τραπέζης καὶ μνηστεύεσθαι τὴν παῖδα πολλὰ ἐπαινοῦντα ἑαυτόν, ὡς τις ἢ γένους ἢ πλούτου ἢ δυνάμεως ἔχει.

45. Πολλῶν οὖν κατὰ τόνδε τὸν νόμον σπεισάντων καὶ αἰτησάντων καὶ βασιλείας καὶ πλούτους καταριθμησαμένων τελευταῖος ὁ Ἀρσακόμας αἰτήσας τὴν φιάλην οὐκ ἔσπεισεν — οὐ γὰρ ἔθος ἡμῖν ἐκχεῖν τὸν οἶνον, ἀλλὰ ὕβρις εἶναι δοκεῖ τοῦτο εἰς τὸν θεόν — πιὼν δὲ ἀμυστὶ, Δός μοι εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, τὴν θυγατέρα σου Μαζαίαν γυναῖκα ἔχειν πολὺ ἐπιτηδειοτέρῳ τούτων ὄντι ὁπόσα γε ἐπὶ τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς κτήμασι. Τοῦ δὲ Λευκάνορας θαυμάσαντος — ἠπίστατο γὰρ πένητα τὸν Ἀρσακόμαν καὶ Σκυθῶν τῶν πολλῶν — καὶ ἐρομένου, Πόσα δὲ βοσκήματα ἢ πόσας ἁμάξας ἔχεις, ὦ Ἀρσακόμα; ταῦτα γὰρ ὑμεῖς πλουτεῖτε· Ἀλλ' οὐχ ἁμάξας, ἔφη, ἔχω οὐδὲ ἀγέλας, ἀλλ' εἰσί μοι δύο φίλοι καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ οἷοι οὐκ ἄλλῳ Σκυθῶν. Τότε μὲν οὖν ἐγελάσθη ἐπὶ τούτοις καὶ παρώφθη καὶ μεθύειν ἔδοξεν. Ἕωθεν δὲ προκριθεὶς τῶν ἄλλων Ἀδύρμαχος ἔμελλεν ἀπάξειν τὴν νύμφην ἐς τὴν Μαιῶτιν παρὰ τοὺς Μάχλυας.

46. Ὁ δὲ Ἀρσακόμας ἐπανελθὼν οἴκαδε μηνύει τοῖς φίλοις ὡς ἀτιμασθείη ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ γελασθείη ἐν τῷ συμποσίῳ πένης εἶναι δόξας. Καίτοι, ἔφη, ἐγὼ διηγησάμην αὐτῷ τὸν πλοῦτον, ὁπόσος ἐστί μοι, ὑμᾶς, ὦ Λογχάτα καὶ Μακέντα, καὶ τὴν εὔνοιαν τὴν ὑμετέραν πολὺ ἀμείνω καὶ βεβαιοτέραν τῆς Βοσπορανῶν δυνάμεως. Ἀλλ' ἐμοῦ ταῦτα διεξιόντος ἡμᾶς μὲν ἐχλεύαζε καὶ κατεφρόνει, Ἀδυρμάχῳ δὲ τῷ Μάχλυϊ παρέδωκεν ἀπάγειν τὴν νύμφην, ὅτι χρυσᾶς τε φιάλας ἐλέγετο ἔχειν δέκα καὶ ἁμάξας τετρακλίνους ὀγδοήκοντα καὶ πρόβατα καὶ βοῦς πολλούς. Οὕτως ἄρα προετίμησεν ἀνδρῶν ἀγαθῶν βοσκήματα πολλὰ καὶ ἐκπώματα περίεργα καὶ ἁμάξας βαρείας. Ἐγὼ δὲ, ὦ φίλοι, δι' ἀμφότερα ἀνιῶμαι, καὶ γὰρ ἐρῶ τῆς Μαζαίας καὶ ἡ ὕβρις ἐν τοσούτοις ἀνθρώποις οὐ μετρίως μου καθίκετο, οἶμαι δὲ καὶ ὑμᾶς ἐπ' ἴσης ἠδικῆσθαι· τὸ γὰρ τρίτον μετὴν ἑκάστῳ ὑμῶν τῆς ἀτιμίας, εἴ γε οὕτω βιοῦμεν ὡς ἀφ' οὗ συνεληλύθαμεν εἷς ἄνθρωπος ὄντες, καὶ τὰ αὐτὰ ἀνιώμενοι καὶ τὰ αὐτὰ χαίροντες. Οὐ μόνον, ἐπεῖπεν ὁ Λογχάτης, ἀλλὰ ἕκαστος ἡμῶν ὅλος ὕβρισται, ὁπότε σὺ τοιαῦτα ἔπαθες.

et inde animo æger esse cœpit. Ac de tributo negotium perfectum jam erat : jam respondebat illi rex, jam discessus causa convivio illum excipiebat. Moris est autem in Bosporo, ut proci in cœna petant puellas, dicantque, qui sint, qui recipi in affinitatem postulent. Jam forte accidit ut tum plures in ea cœna proci adessent, reges et regum filii, et Tigrapates in his erat, Lazorum regulus, et Adyrmachus Machlyenes princeps, et alii multi. Oportet vero procorum unumquemque, quum se indicavit, nimirum nuptiarum se causa venisse, cœnare cum aliis et quiete accumbere : finitis vero epulis poculum poscere, libare in mensam, et procum se puellæ profiteri, multum de se gloriari, quam generosus, quam dives, quam potens sit.

45. Multi igitur pro illo more quum libassent et petiissent puellam, et regna sua atque divitias enumerassent, ultimus poculo petito Arsacomas, non ille quidem libavit (neque enim solemus effundere vinum, quæ contumelia potius esse in deum videtur), sed epota haustu uno phiala, Da mihi, rex, inquit, filiam tuam Mazæam, ut uxorem habeam, multo hisce magis idoneo quantum ad divitias et possessiones. Admirante autem Leucanore, qui sciret pauperem esse Arsacoman et de vulgo Scytharum, atque interrogante, Quot autem armenta, aut quot plaustra habes, Arsacoma? hæ enim vestræ divitiæ : At ego, inquit, neque plaustra habeo, neque greges; sed sunt mihi amici duo honesti bonique viri, quales Scytharum alii nemini. Tunc igitur derisus propter ista est, et contemtus, et pro ebrio habitus. Altero autem mane prælatus ceteris Adyrmachus abducturus erat sponsam in Mæotidem ad Machlyes.

46. Arsacomas vero reversus domum indicat amicis, quam contemtim habitus esset a rege, quam derisus in convivio, eo quod pauper visus esset : Atqui ego, inquit, narravi illi meas divitias, quantæ sint, vos nempe, Lonchata et Macenta, et benevolentiam vestram, præstantiorem longe et firmiorem Bosporanorum opibus. Hæc vero quum dicerem, nos ille quidem derisui et contemtui habebat, atque Machlyi Adyrmacho abducendam tradidit sponsam, quod aureas se phialas habere decem diceret, et plaustra quaternorum lectorum octoginta, et oves bovesque multas. Sic ergo prætulit viris bonis pecudes multas et pocula vanæ pretiositatis et plaustra gravia. At ego, amici, duplici de causa angor : et enim amo Mazæam, et contumelia in tot hominum conspectu illata mihi profunde in animum descendit : arbitror autem vos quoque non minori injuria affectos; tertia enim contumeliæ pars ad vestrûm unumquemque pervenit; si quidem ita vivimus, ut, a quo tempore coiimus, unus homo simus, doleamus iisdem rebus, lætemur iisdem. Non hoc solum, subjungit Lonchates, verum unusquisque nostrûm totus injuria affectus est, quum ista tibi evenerunt.

47. Πῶς οὖν, ὁ Μακέντης ἔφη, χρησόμεθα τοῖς παροῦσι; Διελώμεθα, ἔφη ὁ Λογχάτης, τὸ ἔργον· καὶ ἐγὼ μὲν ὑπισχνοῦμαι Ἀρσακόμᾳ τὴν κεφαλὴν κομιεῖν τοῦ Λευκάνορος, σὲ δὲ χρὴ τὴν νύμφην ἐπανάγειν αὐτῷ. Οὕτω γιγνέσθω, ἔφη. Σὺ δέ, ὦ Ἀρσακόμα, ἐν τοσούτῳ — εἰκὸς γὰρ καὶ στρατιᾶς καὶ πολέμου τὸ μετὰ τοῦτο δεήσειν ἡμᾶς — αὐτοῦ περιμένων συνάγειρε καὶ παρασκεύαζε ὅπλα καὶ ἵππους καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ὡς πλείστην. Ῥᾷστα δ' ἂν πολλοὺς προσαγάγοις αὐτός τε ἀγαθὸς ὢν καὶ ἡμῖν οὐκ ὀλίγων ὄντων οἰκείων, μάλιστα δὲ εἰ καθέζοιο ἐπὶ τῆς βύρσης τοῦ βοός. Ἔδοξε ταῦτα, καὶ ὁ μὲν ἐχώρει ὡς εἶχεν εὐθὺς ἐπὶ τοῦ Βοσπόρου ὁ Λογχάτης, ὁ Μακέντης δὲ ἐπὶ τοὺς Μάχλυας, ἱππότης ἑκάτερος, ὁ δὲ Ἀρσακόμας οἴκοι μένων τοῖς τε ἡλικιώταις διελέγετο καὶ ὥπλιζε δύναμιν παρὰ τῶν οἰκείων, τέλος δὲ καὶ ἐπὶ τῆς βύρσης ἐκαθέζετο.

48. Τὸ δὲ ἔθος ἡμῖν τὸ περὶ τὴν βύρσαν οὕτως ἔχει· ἐπειδὰν ἀδικηθείς τις πρὸς ἑτέρου ἀμύνασθαι βουλόμενος ἴδῃ καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχος ὤν, βοῦν ἱερεύσας τὰ μὲν κρέα κατακόψας ἥψησεν, αὐτὸς δὲ ἐκπετάσας χαμαὶ τὴν βύρσαν κάθηται ἐπ' αὐτῆς εἰς τοὐπίσω παραγαγὼν τὼ χεῖρε ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ἀγκώνων δεδεμένοι. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ μεγίστη ἱκετηρία. Παρακειμένων δὲ τῶν κρεῶν τοῦ βοὸς προσιόντες οἱ οἰκεῖοι καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος μοῖραν ἕκαστος λαβὼν ἐπιβὰς τῇ βύρσῃ τὸν δεξιὸν πόδα ὑπισχνεῖται κατὰ δύναμιν, ὁ μὲν πέντε ἱππέας παρέξειν ἀσίτους καὶ ἀμίσθους, ὁ δὲ δέκα, ὁ δὲ πλείους, ὁ δὲ ὁπλίτας ἢ πεζοὺς ὁπόσους ἂν δύνηται, ὁ δὲ μόνον ἑαυτὸν ὁ πενέστατος. Ἀθροίζεται οὖν ἐπὶ τῆς βύρσης πολὺ πλῆθος ἐνίοτε καὶ τὸ τοιοῦτον σύνταγμα βεβαιότατόν τέ ἐστι συμμεῖναι καὶ ἀπρόσμαχον τοῖς ἐχθροῖς ἅτε καὶ ἔνορκον ὄν· τὸ γὰρ ἐπιβῆναι τῆς βύρσης ὅρκος ἐστίν. Ὁ μὲν οὖν Ἀρσακόμας ἐν τούτοις ἦν. Καὶ ἠθροίσθησαν αὐτῷ ἱππεῖς μὲν ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, ὁπλῖται δὲ καὶ πεζοὶ συναμφότεροι δισμύριοι.

49. Ὁ δὲ Λογχάτης ἀγνοούμενος παρελθὼν ἐς τὸν Βόσπορον προσέρχεται τῷ βασιλεῖ διοικουμένῳ τι τῆς ἀρχῆς καὶ φησὶν ἥκειν μὲν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν, ἰδίᾳ δὲ αὐτῷ μεγάλα πράγματα κομίζων. Τοῦ δὲ λέγειν κελεύσαντος, Οἱ μὲν Σκύθαι, φησί, τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ τὰ καθ' ἡμέραν ἀξιοῦσι, μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς νομέας ὑμῶν ἐς τὸ πεδίον, ἀλλὰ μέχρι τοῦ τραχῶνος νέμειν· τοὺς δὲ λῃστὰς οὓς αἰτιᾶσθε ὡς κατατρέχοντας ὑμῶν τὴν χώραν, οὔ φασιν ἀπὸ κοινῆς γνώμης ἐκπέμπεσθαι, ἀλλὰ ἰδίᾳ ἕκαστον ἐπὶ τῷ κέρδει κλωπεύειν· εἰ δέ τις ἁλίσκοιτο, αὐτὸν σὲ κύριον εἶναι κολάζειν· ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι ἐπεστάλκασιν.

50. Ἐγὼ δὲ μηνύω σοι μεγάλην ἔφοδον ἐσομένην ἐφ' ὑμᾶς ὑπ' Ἀρσακόμα τοῦ Μαριάντα, ὃς ἐπρέσβευε πρῴην παρὰ σὲ καί, οἶμαι, διότι αἰτήσας τὴν θυγατέρα οὐκ ἔτυχε παρὰ σοῦ, ἀγανακτεῖ καὶ ἐπὶ τῆς βύρσης ἑβδόμην ἤδη ἡμέραν κάθηται καὶ συνῆκται στρατὸς οὐκ ὀλίγος αὐτῷ. Ἤκουσα, ἔφη ὁ Λευκάνωρ, καὶ

47. Quomodo igitur, Macentes inquit, in præsens consulemus? Dividamus, ait Lonchates, opus: et, ego quidem polliceor Arsacomæ caput me allaturum Leucanoris: te autem oportet sponsam illi adducere. Sic fiat, inquit ille. Tu vero, Arsacoma, interea, quum credibile sit exercitu post hæc et bello nobis opus futurum, hic manens, coge et para arma et equos et reliquas copias quam amplissimas. Facillime autem plurimos tibi conciliaveris, quum et ipse sis vir bonus, et nos non paucos habeamus familiares: maxime vero si bubulam pellem insederis. Placuerunt ista. Atque e vestigio, ut erat, in Bosporum pergit Lonchates, Macentes vero ad Machlyes, in equo uterque. At Arsacomas domi manens agit cum æqualibus, et familiarium copias armat: tandem etiam pellem insidet.

48. Ceterum illa apud nos de pelle consuetudo ita se habet: si quis injuria læsus ab alio, et ulcisci volens, videat se per se imparem bello esse, sacrificati bovis carnes concisas coquit. Ipse vero stratam humi pellem insidet, manibus post tergum rejectis, ut qui in ipso brachii flexu revincti sunt. Et hæc est sanctissima apud nos supplicandi ratio. Appositarum vero carnium bovis, accedentes familiares, et ceterorum quisquis vult, parte unusquisque sumta, inscendens dextro pede pellem, pollicetur pro viribus, hic quidem quinque equites se præbiturum quibus neque cibaria ille neque stipendia debeat, alius decem, alius plures, alius gravem armaturam aut pedites quotcunque possit; alius, pauperrimus nempe, se ipsum. Cogitur ergo in illa pelle magna interdum multitudo; ac talis exercitus quum firmissimus est ad una manendi constantiam, tum invictus hostibus, juratus quippe; nam pellem inscendere sacramentum est. In his ergo occupatus erat Arsacomas. Collecti autem ad ipsum sunt equites ad quinquies mille, gravis armaturæ et peditum in summa viginti millia.

49. Interim Lonchates ignotus in Bosporum adit regem pro imperio agentem aliquid, et venire se a communi Scytharum ait, privatim autem res illi magnas ferre. Dicere autem jussus, Scythæ, inquit, communia illa et quotidiana postulant, ne vestri pastores in suos campos transgrediantur, sed intra montes maneant: latrones autem illos, a quibus percursari vestram regionem querimini, negant publico consilio mitti, sed privatim sui unumquemque lucri causa latrocinari: si quis autem illorum deprehendatur, penes te esse illum punire. Hæc quidem illi nunciare me jusserunt.

50. At ego indico tibi, magnam impressionem in vos ab Arsacoma Mariantæ filio factum iri, qui legatione non ita pridem apud vos functus est, et indigne fert, puto, quod expetitam sibi a te filiam tuam non impetravit, et jam septimum diem pellem insidet, collectumque habet exercitum non parvum. Audiveram, inquit Leucanor, ipse quoque

αὐτὸς ἀθροίζεσθαι δύναμιν ἀπὸ βύρσης, ὅτι δ' ἐφ' ἡμᾶς συνίσταται καὶ ὅτι Ἀρσακόμας ὁ ἐλαύνων ἐστὶν, ἠγνόουν. Ἀλλ' ἐπὶ σὲ, ἔφη ὁ Λογχάτης, ἡ παρασκευή· ἐμοὶ δὲ ἐχθρὸς ὁ Ἀρσακόμας ἐστὶ, καὶ ἄχθεται διότι προτιμῶμαι αὐτοῦ ὑπὸ τῶν γεραιτέρων καὶ ἀμείνων τὰ πάντα δοκῶ εἶναι· εἰ δέ μοι ὑπόσχοιο τὴν ἑτέραν σου θυγατέρα Βαρκέτιν, οὐδὲ τὰ ἄλλα ἀναξίῳ ὑμῶν ὄντι, οὐκ εἰς μακράν σοι ἥξω τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κομίζων. Ὑπισχνοῦμαι, ἔφη ὁ βασιλεὺς, μάλα περιδεὴς γενόμενος· ἔγνω γὰρ τὴν αἰτίαν τῆς ὀργῆς τῆς Ἀρσακόμα τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ καὶ ἄλλως ὑπέπτησσεν ἀεὶ τοὺς Σκύθας. Ὁ δὲ Λογχάτης, Ὄμοσον, εἶπεν, ἦ μὴν φυλάξειν τὰς συνθήκας, μηδὲ ἀπαρνήσεσθαι. Τότε ἤδη τούτων γενομένων καὶ ἐπεὶ ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν ἤθελεν ὀμνύειν, Μὴ σύ γε ἐνταῦθα, εἶπε, μή καί τις ὑπίδηται τῶν δρώντων ἐφ' ὅτῳ ὁρκωμοτοῦμεν, ἀλλ' εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἄρεος τουτὶ εἰσελθόντες, ἐπικλεισάμενοι τὰς θύρας ὀμνύωμεν, ἀκουσάτω δὲ μηδείς· εἰ γάρ τι τούτων πύθοιτο Ἀρσακόμας, δέδια μὴ προθύσηταί με τοῦ πολέμου χεῖρα οὐ μικρὰν ἤδη περιβεβλημένος. Εἰσίωμεν, ἔφη ὁ βασιλεὺς, ὑμεῖς δὲ ἀπόστητε ὅτι πορρωτάτω· μηδεὶς δὲ παρέστω ἐς τὸν νεὼν, ὅντινα μὴ ἐγὼ καλέσω. Ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν εἰσῆλθον, οἱ δορυφόροι δὲ ἀπέστησαν, σπασάμενος τὸν ἀκινάκην ἐπισχὼν τῇ ἑτέρᾳ τὸ στόμα, ὡς μὴ βοήσειε, παίει παρὰ τὸν μαστὸν, εἶτα ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τῇ χλαμύδι ἔχων ἐξῄει, μεταξὺ διαλεγόμενος δῆθεν αὐτῷ καὶ διὰ ταχέων ἥξειν λέγων, ὡς δὴ ἐπί τι πεμφθεὶς ὑπ' ἐκείνου. Καὶ οὕτως ἐπὶ τὸν τόπον ἀφικόμενος, ἔνθα καταδεδεμένον καταλελοίπει τὸν ἵππον, ἀναβὰς ἀφιππάσατο εἰς τὴν Σκυθίαν. Δίωξις δὲ οὐκ ἐγένετο αὐτοῦ, ἐπὶ πολὺ ἀγνοησάντων τὸ γεγονὸς τῶν Βοσπορανῶν, καὶ ὅτε ἔγνωσαν, ὑπὲρ τῆς βασιλείας στασιαζόντων.

51. Ταῦτα μὲν ὁ Λογχάτης ἔπραξε καὶ τὴν ὑπόσχεσιν ἀπεπλήρωσε τῷ Ἀρσακόμᾳ παραδοὺς τὴν κεφαλὴν τοῦ Λευκάνορος. Ὁ Μακέντης δὲ καθ' ὁδὸν ἀκούσας τὰ ἐν Βοσπόρῳ γενόμενα ἧκεν ἐς τοὺς Μάχλυας καὶ πρῶτος ἀγγείλας αὐτοῖς τὸν φόνον τοῦ βασιλέως, Ἡ πόλις δὲ, ἔφη, ὦ Ἀδύρμαχε, σὲ γαμβρὸν ὄντα ἐπὶ τὴν βασιλείαν καλεῖ· ὥστε σὺ μὲν προελάσας παραλάμβανε τὴν ἀρχὴν, τεταραγμένοις τοῖς πράγμασιν ἐπιφανείς· ἡ κόρη δέ σοι κατόπιν ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ἑπέσθω· ῥᾷον γὰρ οὕτω προσάξεις Βοσπορανῶν τοὺς πολλοὺς ἰδόντας τὴν Λευκάνορος θυγατέρα. Ἐγὼ δὲ Ἀλανός τέ εἰμι καὶ τῇ παιδὶ ταύτῃ συγγενὴς μητρόθεν· παρ' ἡμῶν γὰρ οὖσαν τὴν Μάστειραν ἠγάγετο ὁ Λευκάνωρ· καὶ νῦν σοι ἥκω παρὰ τῶν τῆς Μαστείρας ἀδελφῶν τῶν ἐν Ἀλανίᾳ παρακελευομένων ὅτι τάχιστα ἐλαύνειν ἐπὶ τὸν Βόσπορον καὶ μὴ περιιδεῖν ὡς Εὐβίοτον περιελθοῦσαν τὴν ἀρχὴν, ὃς ἀδελφὸς ὢν νόθος Λευκάνορος Σκύθαις μὲν ἀεὶ φίλος ἐστὶν, Ἀλανοῖς δὲ ἀπέχθεται. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Μακέντης ὁμόσκευος καὶ ὁμόγλωττος τοῖς Ἀλανοῖς ὤν· κοινὰ γὰρ ταῦτα Ἀλανοῖς καὶ Σκύθαις, πλὴν ὅτι οὐ πάνυ κομῶσιν οἱ Ἀλανοὶ ὥσπερ οἱ Σκύθαι.

colligi de pelle copias; contra nos vero coire et Arsacoman ducem esse, ignorabam. Enimvero contra te, Lonchates ait, apparatus ille. Meus vero Arsacomas inimicus est, et indignatur me sibi præferri ab honoratioribus, et omnibus rebus haberi præstantiorem. Quodsi mihi promiseris alteram filiam tuam Barcetin, qui nec ceteroquin indignus vobis gener sum, non ita multo post veniam caput tibi illius afferens. Promitto, ait rex, valde perterritus, qui causam irarum Arsacomæ, de nuptiis, sciret, et alioquin semper formidaret Scythas. Lonchates vero, Jura, inquit, servaturum te pacta, neque negaturum. Hic, dum ista jam fierent, et ille extensa in cœlum manu jam esset juraturus, Ne hic tu, inquit, ne quis forte videntium suspicetur qua de re juremus : sed in hoc Martis templum ingressi, clausis post nos januis juremus, audiente nemine : si quid enim horum audiat Arsacomas, metuo ne ante bellum me cædat, qui manum non parvam jam circa se habeat. Intremus, rex ait : vos vero longissime recedite, neu in templo adsit quisquam, quem ego non vocavero. Quum vero ipsi quidem intrassent, recessissent autem satellites, stricto acinace, altera manu os ne clamaret occludens, ferit ipsum ad mammam, tum caput abscissum tegens chlamyde exit, inter exeundum velut loquens cum illo, et statim se rediturum dicens, ac si ad aliquid missus ab illo esset. Et sic delatus ad illum locum, ubi revinctum equum reliquerat, eo conscenso Scythiam curriculo repetit. Ac persecutus illum nemo est, quid actum esset diu ignorantibus Bosporanis, ac tum, ubi rescissent, factiose de regno decertantibus.

51. Atque ista quidem Lonchates fecit, implevitque Arsacomæ promissum tradendo Leucanoris capite. Macentes autem, audito in ipsa via quid in Bosporo gestum esset, pervenit ad Machlyes, et annuncians primus mortem regis, Civitas, inquit, te, Adyrmache, generum regis ad regnum vocat. Itaque tu quidem præcepto itinere regnum occupa, in turbatis rebus præsens subito: puella vero post te in plaustris sequatur; facilius enim sic Bosporanorum tibi vulgus conciliaveris, Leucanoris filiam si viderint. Ego vero Alanus sum, et virginis illius a matre cognatus : etenim nostri generis Mastiram duxit Leucanor : et jam a Mastiræ tibi fratribus venio, qui sunt in Alania, hortantibus te ut quam celerrime venias in Bosporum, neu patiare transferri imperium in Eubiotum, qui frater nothus Leucanoris, Scythis semper amicus, infestus autem est Alanis. Hæc Macentes dixit, veste et lingua Alanorum similis : communia enim ista Alanis et Scythis, nisi quod non omnino Scytharum instar comati sunt Alani. Verum Macentes in hoc

Ἀλλὰ ὁ Μακέντης καὶ τοῦτο εἴκαστο αὐτοῖς καὶ ἀποκεκάρκει τῆς κόμης ὁπόσον εἰκὸς ἦν ἔλαττον κομᾶν τὸν Ἀλανὸν τοῦ Σκύθου· ὥστε ἐπιστεύετο διὰ ταῦτα Μαστείρας καὶ Μαζαίας συγγενὴς εἶναι.

52. Καὶ νῦν, ἔφη, ὦ Ἀδύρμαχε, ἐλαύνειν ἕτοιμος ἅμα σοι ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἢν ἐθέλῃς, μένειν τε, εἰ δέοι, καὶ τὴν παῖδα ἄγειν. Τοῦτο, ἔφη, καὶ μᾶλλον, ὁ Ἀδύρμαχος, ἐθελήσαιμ' ἄν, ἀφ' αἵματος ὄντα σε Μαζαίαν ἄγειν. Ἢν μὲν γὰρ ἅμα ἡμῖν ἴῃς ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἱππεῖ ἑνὶ πλείους ἂν γενοίμεθα· εἰ δέ μοι τὴν γυναῖκα ἄγοις, ἀντὶ πολλῶν ἂν γένοιο. Ταῦτα ἐγίγνετο· καὶ ὁ μὲν ἀπήλαυνε παραδοὺς τῷ Μακέντῃ ἄγειν τὴν Μαζαίαν παρθένον ἔτι οὖσαν. Ὁ δὲ ἡμέρας μὲν ἐπὶ τῆς ἁμάξης ἦγεν αὐτήν, ἐπεὶ δὲ νὺξ κατέλαβεν, ἀναθέμενος ἐπὶ τὸν ἵππον — ἐτεθεραπεύκει δὲ ἕνα σφίσιν ἄλλον ἱππέα ἕπεσθαι — ἀναπηδήσας καὶ αὐτὸς οὐκέτι παρὰ τὴν Μαιῶτιν ἤλαυνεν, ἀλλ' ἀποτραπόμενος εἰς τὴν μεσόγειαν ἐν δεξιᾷ λαβὼν τὰ Μιτραίων ὄρη, διαναπαύων μεταξὺ τὴν παῖδα, τριταῖος ἐτέλεσεν ἐκ Μαχλύων ἐς Σκύθας. Καὶ ὁ μὲν ἵππος αὐτῷ, ἐπειδὴ ἐπαύσατο τοῦ δρόμου, μικρὸν ἐπιστὰς ἀποθνήσκει.

53. Ὁ δὲ Μακέντης ἐγχειρίσας τὴν Μαζαίαν τῷ Ἀρσακόμᾳ, Δέδεξο, εἶπε, καὶ παρ' ἐμοῦ τὴν ὑπόσχεσιν. Τοῦ δὲ πρὸς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ θεάματος καταπλαγέντος καὶ χάριν ὁμολογοῦντος, Παῦε, ἔφη ὁ Μακέντης, ἄλλον με ποιῶν σεαυτοῦ· τὸ γὰρ χάριν ἐμοὶ ὁμολογεῖν ἐφ' οἷς ἔπραξα τοιόνδε ἐστὶν ὥσπερ ἂν εἰ ἡ ἀριστερά μου χάριν εἰδείη τῇ δεξιᾷ, διότι τρωθεῖσάν ποτε αὐτὴν ἐθεράπευσε καὶ φιλοφρόνως ἐπεμελήθη καμνούσης. Γελοῖα τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἂν ποιοῖμεν, εἰ πάλαι ἀναμιχθέντες καὶ ὡς οἷόν τε ἦν εἰς ἕνα συνελθόντες ἔτι μέγα νομίζοιμεν εἶναι, εἰ τὸ μέρος ἡμῶν ἔπραξέ τι χρηστὸν ὑπὲρ ὅλου τοῦ σώματος· ὑπὲρ ἑαυτοῦ γὰρ ἔπραττε μέρος ὂν τοῦ ὅλου εὖ πάσχοντος. Οὕτω μὲν ὁ Μακέντης ἔφη τῷ Ἀρσακόμᾳ χάριν ὁμολογήσαντι.

54. Ὁ δὲ Ἀδύρμαχος ὡς ἤκουσε τὴν ἐπιβουλήν, εἰς μὲν τὸν Βόσπορον οὐκέτι ἦλθεν — ἤδη γὰρ Εὐβίοτος ἦρχεν ἐπικληθεὶς ἐκ Σαυροματῶν, παρ' οἷς διέτριβεν — εἰς δὲ τὴν αὐτοῦ ἐπανελθὼν καὶ στρατιὰν πολλὴν συναγαγὼν διὰ τῆς ὀρεινῆς εἰσέβαλεν ἐς τὴν Σκυθίαν· καὶ ὁ Εὐβίοτος οὐ μετὰ πολὺ καὶ οὗτος εἰσέπεσεν ἄγων πανδημεὶ μὲν τοὺς Ἕλληνας, Ἀλανοὺς δὲ καὶ Σαυρομάτας ἐπικλήτους ἑκατέρους δισμυρίους· ἀναμίξαντες δὲ τὰ στρατεύματα ὁ Εὐβίοτος καὶ ὁ Ἀδύρμαχος, ἐννέα μυριάδες ἅπαντες ἐγένοντο καὶ τούτων τὸ τρίτον ἱπποτοξόται. Ἡμεῖς δὲ — καὶ γὰρ αὐτὸς μετέσχον τῆς ἐξόδου αὐτοῖς ἐπιδοὺς ἐν τῇ βύρσῃ τότε ἱππέας αὐτοτελεῖς ἑκατόν — οὐ πολλῷ ἔλαττον τῶν τρισμυρίων σὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἀθροισθέντες ὑπεμένομεν τὴν ἔφοδον· ἐστρατήγει δὲ ὁ Ἀρσακόμας. Καὶ ἐπειδὴ προσιόντας εἴδομεν αὐτούς, ἀντεπήγομεν προεπαφέντες τὸ ἱππικόν. Γενομένης δὲ ἐπὶ πολὺ μάχης καρτερᾶς ἐνεδίδου ἤδη τὰ ἡμέτερα καὶ παρερρήγνυτο ἡ φάλαγξ, καὶ τέλος εἰς δύο διεκόπη τὸ Σκυθικὸν ἅπαν, καὶ τὸ μὲν ὑπέφευγεν οὐ

etiam similem se iis reddiderat, quod detonderat de coma quantum conveniebat minus Scytha comatum esse Alanum. Propter ista ergo fides illi habita, putatusque Mastiræ ac Mazææ cognatus esse.

52. Et jam, inquit, Adyrmache, paratus sum vel ire tecum in Bosporum, si volueris, vel manere, si opus sit, et ducere virginem. Hoc vero, et magis quidem velim, ait Adyrmachus, te, consanguineus qui sis, puellam ducere. Si enim simul eas nobiscum in Bosporum, equite uno plures fuerimus: si vero uxorem mihi adducas, multorum instar mihi fueris. Hæc facta sunt. Atque ille quidem discessit, tradita Macentæ, quam deduceret, Mazæa adhuc virgine. At ille eo quidem die in plaustro ipsam duxit: quum vero nox ingruisset, ea in suum equum imposita (paraverat autem alium unum equitem, qui se sequeretur), quum ipse quoque insiluisset, non jam juxta Mæotin pergebat, sed versus mediterranea deflectens, ubi dextros haberet Mitræorum montes, recreata interposita quiete puella, tertio die iter ex Machlyum regione ad Scythas peregit. Atque equus illi, quum finito cursu paullum stetisset, moritur.

53. Macentes vero in manum tradens Mazæam Arsacomæ, Habe tibi, inquit, a me etiam promissum. Illo autem ad insperatum adeo conspectum perculso, et gratias agente, Desine, inquit Macentes, alium me a te facere: quod enim gratias mihi eorum nomine, quæ feci, agis, id ejusmodi est, ac si gratiam habeat sinistra mea dextræ, quod vulneratam aliquando illam sanaverit et benigne curaverit laborantem. Proin ridicule nos quoque egerimus, si olim permisti et quoad ejus fieri poterat in unum coaliti, adhuc magnum esse putemus, si qua pars nostri utile quicquam pro toto corpore fecerit: pro se enim fecit, quum pars sit totius corporis, cui bene factum est. Sic tum Macentes locutus est cum agente sibi gratias Arsacoma.

54. Adyrmachus vero, auditis insidiis, in Bosporum non jam perrexit (jam enim imperabat advocatus ex Sauromatis, apud quos vixerat, Eubiotus), sed reversus in patriam ingenti comparato exercitu, irruptionem per montana fecit in Scythiam. Et Eubiotus non ita multo post ipse quoque irruit, adducens omnes quidem sui imperii Græcos, Alanos autem et Sauromatas auxiliares cujusque generis vicies millenos. Conjunctis autem copiis Eubiotus atque Adyrmachus nonaginta millia ambo conficiebant: quorum tertia pars jaculabatur ex equis. Nos vero (nam ipse quoque expeditionis pars fui, qui dederim illis in pelle tum equites suis sumtibus viventes centum), triginta millibus non multo pauciores, computatis quidem equitibus, impetum eorum Arsacoma duce excepimus: et quum admoventes videremus, contra illos equitatu prius emisso duximus. Quum diu fortiter pugnatum esset, jam cedere nostri, jam perrumpi phalanx, et tandem in duas partes scindi Scytharum exercitus: atque altera pars quidem se subducere,

πάνυ σαφῶς ἡττημένον, ἀλλ' ἀναχώρησις ἐδόκει ἡ φυγή· οὐδὲ γὰρ οἱ Ἀλανοὶ ἐτόλμων ἐπὶ πολὺ διώκειν· τὸ δὲ ἥμισυ, ὅπερ καὶ ἔλαττον, περισχόντες οἱ Ἀλανοὶ καὶ Μάχλυες ἔκοπτον πανταχόθεν ἀφθόνως ἀφιέντες τῶν οἰστῶν καὶ ἀκοντίων, ὥστε πάνυ ἐπονοῦντο ἡμῶν οἱ περιεσχημένοι, καὶ ἤδη προΐεντο οἱ πολλοὶ τὰ ὅπλα.

TIM. Cavillaris ista ad me, sepulcrorum effossor, et impure, et despuende, et verbero, et purgamentum. Nonne enim scimus quo sis patre natus, ut meretriciam mater tua vitam egerit, ut etiam fratrem suffocaveris, et adulter sis, et pueros corrumpas, helluo et impudentissime? Noli vero ante fugere quam plagis a me acceptis abeas : jam enim hac te testa jugulabo impuratissimum.

53. JUP. Alter quidem ridens, dii, discedit; alter vero sequitur maledicens, indigne ferens insultare sibi Damidem:

Δᾶμιν, καὶ ἔοικεν αὐτὸν πατάξειν τῷ κεράμῳ ἐς τὴν κεφαλήν. Ἡμεῖς δὲ τί ποιοῦμεν ἐπὶ τούτοις;

ΕΡΜ. Ὀρθῶς ἐκεῖνό μοι ὁ κωμικὸς εἰρηκέναι δοκεῖ,

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ.

Τί γὰρ καὶ ὑπέρμεγα κακὸν, εἰ ὀλίγοι ἄνθρωποι ταῦτα πεπεισμένοι ἀπίασι; πολλοὶ γὰρ οἱ τἀναντία γιγνώσκοντες, πλείους Ἑλλήνων, ὁ πολὺς λεὼς καὶ ὁ σύρφαξ βάρβαροί τε ἅπαντες.

ΖΕΥΣ. Ἀλλ', ὦ Ἑρμῆ, τὸ τοῦ Δαρείου πάνυ καλῶς ἔχον ἐστὶν, ὃ εἶπεν ἐπὶ τοῦ Ζωπύρου· ὥστε καὶ αὐτὸς ἐβουλόμην ἂν ἕνα τοιοῦτον ἔχειν οἷον τὸν Δᾶμιν ξύμμαχον ἢ μυρίας μοι Βαβυλῶνας ὑπάρχειν.

et videtur caput illi percussurus tegula. At nos quid facimus post hæc?

MERC. Recte mihi illud dixisse videtur Comicus,

Non passus es, si non fatere, injuriam.

Quod enim ingens malum, si pauci homines persuasum sibi de istis habentes abeunt? multi enim sunt qui contraria sentiant : plures Græcorum, multitudo populi, atque fæx vulgi, omnesque barbari.

JUP. Verum, Mercuri, Darii illud oppido præclarum est, quod dixit de Zopyro. Itaque et ipse malim unum talem habere, qualem Damin, auxiliatorem, quam sexcentas mihi Babylones esse.

XLV.

ΟΝΕΙΡΟΣ Η ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ.

1. ΜΙΚΥΛΛΟΣ. Ἀλλὰ σὲ, ὦ κάκιστε ἀλεκτρυὼν, ὁ Ζεὺς αὐτὸς ἐπιτρίψειε φθονερὸν οὕτω καὶ ὀξύφωνον ὄντα, ὅς με πλουτοῦντα καὶ ἡδίστῳ ὀνείρατι ξυνόντα καὶ θαυμαστὴν εὐδαιμονίαν εὐδαιμονοῦντα διάτορόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας ἐπήγειρας, ὡς μηδὲ νύκτωρ γοῦν τὴν πολὺ σοῦ μιαρωτέραν πενίαν διαφύγοιμι. Καίτοι εἴ γε χρὴ τεκμαίρεσθαι τῇ τε ἡσυχίᾳ πολλῇ ἔτι οὔσῃ καὶ τῷ κρύει μηδέπω με τὸ ὄρθριον ὥσπερ εἴωθεν ἀποπηγνύντι — γνώμων γὰρ οὗτος ἀψευδέστατός μοι προσελαυνούσης ἡμέρας — οὐδέπω μέσαι νύκτες εἰσὶν, ὁ δὲ ἄϋπνος οὗτος ὥσπερ τὸ χρυσοῦν ἐκεῖνο κώδιον φυλάττων ἀφ' ἑσπέρας εὐθὺς ἤδη κέκραγεν, ἀλλ' οὔτι χαίρων γε· ἀμυνοῦμαι γὰρ ἀμέλει σε, ἢν μόνον ἡμέρα γένηται, συντρίβων τῇ βακτηρίᾳ, νῦν δέ μοι πράγματα παρέξεις μεταπηδῶν ἐν τῷ σκότῳ.

ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ. Μίκυλλε δέσποτα, ᾤμην τι χαριεῖσθαί σοι προλαμβάνων τῆς νυκτὸς ὁπόσον ἂν δυναίμην, ὡς ἔχοις ἐπορθρευόμενος ἀνύειν τὰ πολλὰ τῶν ἔργων· ἢν γοῦν πρὶν ἥλιον ἀνίσχειν μίαν κρηπῖδα ἐργάσῃ, πρὸ ὁδοῦ ἔσῃ τοῦτο ἐς τὰ ἄλφιτα πεπονηκώς. Εἰ δέ σοι καθεύδειν ἥδιον, ἐγὼ μὲν ἡσυχάσομαί σοι καὶ πολὺ ἀφωνότερος ἔσομαι τῶν ἰχθύων, σὺ δὲ ὅρα ὅπως μὴ ὄναρ πλουτῶν λιμώττης ἀνεγρόμενος.

2. ΜΙΚ. Ὦ Ζεῦ τεράστιε καὶ Ἡράκλεις ἀλεξίκακε, τί τὸ κακὸν τοῦτ' ἐστίν; ἀνθρωπικῶς ἐλάλησεν ἀλεκτρυών.

ΑΛΕΚ. Εἶτά σοι τέρας εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον, εἰ ὁμόφωνος ὑμῖν εἰμι;

ΜΙΚ. Πῶς γὰρ οὐ τέρας; Ἀλλ' ἀποτρέποιτε, ὦ θεοὶ, τὸ δεινὸν ἀφ' ἡμῶν.

ΑΛΕΚ. Σύ μοι δοκεῖς, ὦ Μίκυλλε, κομιδῇ ἀπαίδευτος εἶναι μηδὲ ἀνεγνωκέναι τὰ Ὁμήρου ποιήματα, ἐν οἷς καὶ ὁ τοῦ Ἀχιλλέως ἵππος ὁ Ξάνθος μακρὰ χαίρειν φράσας τῷ χρεμετίζειν ἕστηκεν ἐν μέσῳ τῷ πολέμῳ διαλεγόμενος ἔπη ὅλα ῥαψῳδῶν, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ νῦν ἄνευ τῶν μέτρων, ἀλλὰ καὶ ἐμαντεύετο ἐκεῖνος καὶ

XLV.

SOMNIUM SEU GALLUS.

1. MICYLLUS. At te, scelestissime galle, Jupiter ipse obterat, invidum adeo et clamosum animal, qui me divitem et jucundissimo in somnio versantem, et admirabili quadam felicitate beatum, penetrabili illo tuo acutoque clamore excitaveris, ut ne nocte quidem paupertatem, multum vel te impuriorem, effugere liceat. Verumtamen, si quidem ex illo multo adhuc silentio conjiciendum est et ex frigore quod nondum me, ut solet, mane urit (certissimum quippe hoc mihi adventantis diei indicium), media nondum nox est : at hic pervigil, tanquam aureum illud vellus custodiret, a vespera inde statim clamat; sed certe non sic auferet. Ulciscar enim te quum primum illuxerit, et baculo tibi dispergam cerebrum : nunc vero negotium mihi facesseres discurrendo in tenebris.

GALLUS. Micylle here, gratum tibi me putabam facturum, si noctis quantum possem cantu anteverterem, ut posses, ante lucem aggressus, majorem partem operis absolvere : si enim ante solis exortum unam modo crepidam perficias, lucro tibi iste labor ad victum cesserit. Sin dormire tibi jucundius est, equidem tacebo tibi et piscibus ipsis magis ero mutus. At tu vide, ne, dives per quietem, excitatus deinde esurias.

2. MIC. O Jupiter prodigialis, o depulsor malorum Hercules, quid hoc mali est? humana voce gallus locutus est!

GALL. Tum tibi prodigium esse videtur hoc, si eadem qua vos voce utor?

MIC. Qui enim non sit prodigium? Sed averruncate, dii, a nobis malum.

GALL. Videris mihi, Micylle, literarum omnino rudis esse, nec legisse Homeri poemata, in quibus Xanthus Achillis equus, valere longum jusso hinnitu, stetit medio in bello loquens, versus totos consuens, non ut ego nunc extra modulos : verum ille vaticinabatur etiam et divinabat futura, nec tamen inopinatum quid videbatur facere, nec qui

τὰ μέλλοντα προεθέσπιζε, καὶ οὐδέν τι παράδοξον ἐδόκει ποιεῖν, οὐδὲ ὁ ἀκούων ἐπεκαλεῖτο ὥσπερ σὺ τὸν ἀλεξίκακον ἀποτρόπαιον ἡγούμενος τὸ ἄκουσμα. Καίτοι τί ἂν ἐποίησας, εἴ σοι ἡ τῆς Ἀργοῦς τρόπις ἐλάλησεν ἢ Δωδώνη αὐτόφωνος ἐμαντεύσατο, ἢ εἰ βύρσας εἶδες ἑρπούσας καὶ βοῶν κρέα μυκώμενα, ἡμίεφθα, περιπεπαρμένα τοῖς ὀβελοῖς; Ἐγὼ δὲ Ἑρμοῦ πάρεδρος ὢν λαλιστάτου καὶ λογιωτάτου θεῶν ἁπάντων καὶ τἆλλα ὁμοδίαιτος ὑμῖν καὶ σύντροφος οὐ χαλεπῶς ἔμελλον ἐκμαθήσεσθαι τὴν ἀνθρώπων φωνήν. Εἰ δὲ ἐχεμυθήσειν ὑπόσχοιό μοι, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμί σοι τὴν ἀληθεστέραν αἰτίαν εἰπεῖν τῆς πρὸς ὑμᾶς ὁμοφωνίας καὶ ὅθεν ὑπάρχει μοι οὕτω λαλεῖν.

3. ΜΙΚ. Ἀλλὰ μὴ ὄνειρος καὶ ταῦτά ἐστιν, ἀλεκτρυὼν οὕτω πρός με διαλεγόμενος; Εἰπὲ δ' οὖν πρὸς τοῦ Ἑρμοῦ, ὦ βέλτιστε, ὅ τι καὶ ἄλλο σοι τῆς φωνῆς αἴτιον. Ὡς δὲ σιωπήσομαι καὶ πρὸς οὐδένα ἐρῶ, τί σε χρὴ δεδιέναι; τίς γὰρ ἂν πιστεύσειέ μοι, εἴ τι διηγοίμην ὡς ἀλεκτρυόνος αὐτὸ εἰπόντος ἀκηκοώς;

ΑΛΕΚ. Ἄκουε τοίνυν. Παραδοξότατόν σοι λόγον εὖ οἶδ' ὅτι λέγω, ὦ Μίκυλλε· οὑτοσὶ γὰρ ὁ νῦν σοι ἀλεκτρυὼν φαινόμενος οὐ πρὸ πολλοῦ ἄνθρωπος ἦν.

ΜΙΚ. Ἤκουσά τι καὶ πάλαι τοιοῦτον ἀμέλει περὶ ὑμῶν ὡς Ἀλεκτρυών τις νεανίσκος φίλος γένοιτο τῷ Ἄρει καὶ ξυμπίνοι τῷ θεῷ καὶ ξυγκωμάζοι καὶ κοινωνοίη τῶν ἐρωτικῶν· ὁπότε γοῦν ἀπίοι παρὰ τὴν Ἀφροδίτην μοιχεύσων ὁ Ἄρης, ἐπάγεσθαι καὶ τὸν Ἀλεκτρυόνα, καὶ ἐπειδήπερ τὸν Ἥλιον μάλιστα ὑφεωρᾶτο, μὴ κατιδὼν ἐξείποι πρὸς τὸν Ἥφαιστον, ἔξω πρὸς ταῖς θύραις ἀπολείπειν ἀεὶ τὸν νεανίσκον μηνύσοντα ὁπότε ἀνίσχοι ὁ Ἥλιος. Εἶτά ποτε κατακοιμηθῆναι μὲν τὸν Ἀλεκτρυόνα καὶ προδοῦναι τὴν φρουρὰν ἄκοντα, τὸν δὲ Ἥλιον λαθόντα ἐπιστῆναι τῇ Ἀφροδίτῃ καὶ τῷ Ἄρει ἀφρόντιδι ἀναπαυομένῳ διὰ τὸ πιστεύειν τὸν Ἀλεκτρυόνα μηνῦσαι ἄν, εἴ τις ἐπίοι· καὶ οὕτω τὸν Ἥφαιστον παρ' Ἡλίου μαθόντα συλλαβεῖν αὐτοὺς περιβαλόντα καὶ σαγηνεύσαντα τοῖς δεσμοῖς, ἃ πάλαι πεποίητο ἐπ' αὐτούς· ἀφεθέντα δὲ τὸν Ἄρη ἀγανακτῆσαι κατὰ τοῦ Ἀλεκτρυόνος καὶ μεταβαλεῖν αὐτὸν ἐς τουτὶ τὸ ὄρνεον αὐτοῖς ὅπλοις, ὡς ἔτι τῆς κόρυθος τὸν λόφον ἔχειν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ διὰ τοῦτο ὑμᾶς ἀπολογουμένους τῷ Ἄρει, ὅτ' οὐδὲν ὄφελος, ἐπειδὰν αἴσθησθε ἀνελευσόμενον τὸν ἥλιον, πρὸ πολλοῦ βοᾶν ἐπισημαινομένους τὴν ἀνατολὴν αὐτοῦ.

4. ΑΛΕΚ. Φασὶ μὲν καὶ ταῦτα, ὦ Μίκυλλε, τὸ δ' ἐμὸν ἑτεροῖόν τι γέγονε καὶ πάνυ ἔναγχος ἐς ἀλεκτρυόνα σοι μεταβέβηκα.

ΜΙΚ. Πῶς; ἐθέλω γὰρ τοῦτο μάλιστα εἰδέναι.

ΑΛΕΚ. Ἀκούεις τινὰ Πυθαγόραν Μνησαρχίδην Σάμιον;

ΜΙΚ. Τὸν σοφιστὴν λέγεις, τὸν ἀλαζόνα, ὃς ἐνομοθέτει μήτε κρεῶν γεύεσθαι μήτε κυάμους ἐσθίειν, ἥδιστον ἐμοὶ γοῦν ὄψον ἐκτράπεζον ἀποφαίνων, ἔτι δὲ πείθων τοὺς ἀνθρώπους ἐς πέντε ἔτη μὴ διαλέγεσθαι;

audiebat, invocabat ita, uti tu, depulsorem malorum, abominandum putans quod audiret. Verum quid fecisses, si tibi illa Argus navis carina locuta, aut Dodonæ nemus sua voce vaticinata esset? aut si tergora vidisses repentia, et boum carnes mugientes, semiassas, confixas verubus? Ego vero, Mercurio assiduus comes, loquacissimo et eloquentissimo deorum omnium, ac ceteroquin contubernalis vester atque convictor, non multum laboraturus eram in addiscendo sermone humano. Si vero sanctum mihi silentium promiseris, non pigrabor veriorem tibi causam meæ cum sermone vestro communionis dicere, et unde sic loqui mihi contigerit.

3. MIC. Verum nonne somnium et hoc est, gallus ita mecum loquens? Dic ergo, per Mercurium, optime, quæ etiam alia tibi sit loquelæ causa. Ut vero taceam et ad neminem quicquam dicam, quid est quod metuas? quis enim crederet mihi, si cui narrarem, tanquam qui de gallo ista dicente audierim?

GALL. Audi ergo. Remotum ab omnium opinione esse quod tibi dico, bene novi, Micylle. Hic enim, qui nunc tibi gallus esse apparet, non ita multo ante homo erat.

MIC. Audivi quiddam tale olim sane de vobis, Gallum quendam juvenem amicum fuisse Marti, potasse cum deo et comissatum ivisse, et amoribus illius subserviisse. Quoties enim abiret ad Venerem Mars adulterii causa, adduxisse etiam Gallum: quumque Solem præsertim suspectum haberet, ne rem visam Vulcano enunciaret; extra ad januas reliquisse semper juvenem, indicaturum sibi quando Sol exoriretur. Tum obdormivisse aliquando Gallum, suumque præsidium imprudentem prodidisse, Solem vero non animadversum astitisse Veneri et requiescenti sine cura Marti, qui crederet indicaturum, si quis adveniret, Gallum: atque ita Vulcanum a Sole edoctum, ipsos comprehendisse, injectis vinculis irretitos, quæ olim illis parasset. Dimissum vero Martem, iratum Gallo, illum ipsis cum armis in avem cognominem mutasse, ut galeæ etiamnum cristam haberet in capite. Eam ob causam vos, ut excusetis vos Marti, quum nihil jam prodest, quando sentiatis orientem Solem, canere diu ante, ejusque ortum significare.

4. GALL. Aiunt quidem et ista, Micylle: mea autem ratio alia fuit, qui plane nuper in gallum tibi transierim.

MIC. Quomodo? velim enim hoc maxime scire.

GALL. Nosti Pythagoram quendam Mnesarchi filium, Samium?

MIC. Sophistam illum ais, illum nebulonem, qui legem tulit de carnibus non gustandis, de non edendis fabis, qua lege suavissimum mihi quidem pulmentum a mensis removit, qui præterea persuasit hominibus, ut per quinque annos inter se non colloquerentur?

ΑΛΕΚ. Ἴσθι δῆτα κἀκεῖνο, ὡς πρὸ τοῦ Πυθαγόρου Εὔφορβος γένοιτο.

ΜΙΚ. Γόητά φασι καὶ τερατουργὸν τὸν ἄνθρωπον, ὦ ἀλεκτρυών.

ΑΛΕΚ. Ἐκεῖνος αὐτὸς ἐγώ σοί εἰμι ὁ Πυθαγόρας, ὥστε παῦ', ὦγαθέ, λοιδορούμενός μοι καὶ ταῦτα οὐκ εἰδὼς οἷός τις ἦν τὸν τρόπον.

ΜΙΚ. Τοῦτ' αὖ μακρῷ ἐκείνου τερατωδέστερον, ἀλεκτρυὼν φιλόσοφος. Εἰπὲ δὲ ὅμως, ὦ Μνησάρχου παῖ, ὅπως ἡμῖν ἀντὶ μὲν ἀνθρώπου ὄρνις, ἀντὶ δὲ Σαμίου Ταναγρικὸς ἀναπέφηνας· οὐ πιθανὰ γὰρ ταῦτα οὐδὲ πάνυ πιστεῦσαι ῥᾴδια, ἐπεὶ καὶ δύ' ἤδη μοι τετηρηκέναι δοκῶ πάνυ ἐν σοὶ ἀλλότρια τοῦ Πυθαγόρου.

ΑΛΕΚ. Τὰ ποῖα;

ΜΙΚ. Ἓν μὲν ὅτι λάλος εἶ καὶ κραχτικός, ὁ δὲ σιωπᾶν ἐς πέντε ὅλα ἔτη οἶμαι παρῄνει, ἕτερον δὲ καὶ παντελῶς παράνομον· οὐ γὰρ ἔχων ὅ τί σοι παραβάλοιμι, κυάμους χθὲς ἧκον ὡς οἶσθα ἔχων, καὶ σὺ οὐδὲν μελλήσας ἀνέλεξας αὐτούς· ὥστε ἢ ἐψεῦσθαί σοι ἀνάγκη καὶ ἄλλῳ εἶναι ἢ Πυθαγόρᾳ ὄντι παρανενομηκέναι καὶ τὸ ἴσον ἠσεβηκέναι κυάμους φαγόντα ὡς ἂν εἰ τὴν κεφαλὴν τοῦ πατρὸς βεβρώκεις.

GALL. Noris ergo illud quoque, eum ante Pythagoram fuisse Euphorbum.

MIC. Impostorem aiunt et præstigiatorem fuisse hominem istum, o galle.

GALL. Ille ipse ego tibi adsum Pythagoras : itaque desine, bone vir, mihi maledicere, idque quum nescias quibus fuerim moribus.

MIC. Hoc jam multum illo portentosius, gallus philosophus! Verum dic tamen, Mnesarchi fili, quomodo nobis pro homine avis, pro Samio autem Tanagræus factus sis : neque enim probabilia sunt ista nec valde creditu facilia, quum præsertim duo jam mihi observasse in te videar plane a Pythagora aliena.

GALL. Quænam?

MIC. Unum, quod loquax es, et clamosus; at ille tacere per quinque, puto, annos solidos hortabatur : alterum autem omnino etiam legibus illius adversum; quum enim non haberem quod tibi objicerem in cibum, fabas heri, quod scis, habens domum veni, et tu nihil cunctatus illas sublegisti. Itaque alterutrum necesse est, aut mentitum te et alium esse, aut, si sis Pythagoras, legem a te violatam et æque factum impie, quum fabas devorasti, quam si caput parentis edisses.

6. ΑΛΕΚ. Οὐ γὰρ οἶσθα, ὦ Μίκυλλε, ἥτις αἰτία τούτων οὐδὲ τὰ πρόσφορα ἑκάστῳ βίῳ. Ἐγὼ δὲ τότε μὲν οὐκ ἤσθιον τῶν κυάμων, ἐφιλοσόφουν γάρ· νῦν δὲ φάγοιμ' ἄν, ὀρνιθικὴ γὰρ καὶ οὐκ ἀπόρρητος ἡμῖν ἡ τροφή. Πλὴν ἀλλὰ εἴ σοι φίλον, ἄκουε ὅπως ἐκ Πυθαγόρου τοῦτο νῦν εἰμι καὶ ἐν οἷοις βίοις πρότερον ἐβιότευσα καὶ ἅτινα τῆς μεταβολῆς ἑκάστης ἀπολέλαυκα.

5. GALL. Videlicet non nosti, Micylle, quæ sit horum causa, neque quæ unicuique vitæ conveniant. At ego tum fabas non edebam; philosophabar enim : jam vero licet edam; gallinaceus enim neque interdictus ille nobis cibus est. Sed, si placet, audi quomodo ex Pythagora hoc nunc sim, et in quibus ante vitis vixerim, et quid ex unaquaque mutatione commodi vel incommodi ad me pervenerit.

ΜΙΚ. Λέγοις ἄν· ὡς ἔμοιγε ὑπερήδιστον ἂν τὸ ἄκουσμα γένοιτο, ὥστε εἴ τις αἵρεσιν προθείη, πότερα μᾶλλον ἐθέλω σοῦ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα διεξιόντος ἢ τὸν πανευδαίμονα ὄνειρον ἐκεῖνον αὖθις ὁρᾶν τὸν μικρὸν ἔμπροσθεν, οὐκ οἶδα ὁπότερον ἂν ἑλοίμην· οὕτως ἀδελφὰ ἡγοῦμαι τὰ σὰ τοῖς ἡδίστοις φανεῖσι καὶ ἐν ἴσῃ ὑμᾶς τιμῇ ἄγω σέ τε καὶ τὸ πολυτίμητον ἐνύπνιον.

MIC. Dixeris : nam mihi quidem supra quam dici potest jucundum fuerit audire; adeo ut si quis mihi optionem proponat, utrum malim te audire talia enarrantem, an illud beatum undique somnium, quod paullo ante mihi obtigit, rursus somniare, nesciam utrum præoptem : ita geminos arbitror tuos sermones visis jucundissimis, et in æquali vos honore habeo, te, et pretiosissimum illud somnium.

ΑΛΕΚ. Ἔτι γὰρ σὺ ἀναπεμπάζῃ τὸν ὄνειρον τίς ποτε ὁ φανείς σοι ἦν καί τινα ἰνδάλματα μάταια διαφυλάττεις, κενήν καὶ ὡς ὁ ποιητικὸς λόγος ἀμενηνήν τινα εὐδαιμονίαν τῇ μνήμῃ μεταδιώκων;

GALL. Adhucnam retractas illud somnium, quale fuerit quod tibi oblatum est, et vana quædam simulacra illius servas, inanem et, poetico verbo, cassam quandam felicitatem memoria persequens?

6. ΜΙΚ. Ἀλλ' οὐδὲ ἐπιλήσομαί ποτε, ὦ ἀλεκτρυών, εὖ ἴσθι τῆς ὄψεως ἐκείνης· οὕτω μοι πολὺ τὸ μέλι ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁ ὄνειρος καταλιπὼν ᾤχετο, ὡς μόγις ἀνοίγειν τὰ βλέφαρα ὑπ' αὐτοῦ ἐς ὕπνον αὖθις κατασπώμενα. Οἷον γοῦν ἐν τοῖς ὠσὶ τὰ πτερὰ ἐργάζεται στρεφόμενα, τοιοῦτον γάργαλον παρεῖχέ μοι τὰ ὁρώμενα.

6. MIC. Ego vero nunquam, galle, obliviscar, bene noris, illius visi : adeo multo mihi melle in oculis relicto abiit, ut vix aperiam præ illo palpebras in somnum rursus detractas. Quale quid enim conversæ in auribus plumæ efficiunt, talem illa visa præstitere mihi titillationem.

ΑΛΕΚ. Ἡράκλεις, δεινόν τινα τὸν ἔρωτα φῂς τοῦ ἐνυπνίου, εἴ γε πτηνὸς ὤν, ὥς φασι, καὶ ὅρον ἔχων τῆς πτήσεως τὸν ὕπνον ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἤδη πηδᾷ καὶ ἐνδιατρίβει ἀνεῳγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς μελιχρὸς οὕτως καὶ ἐναργὴς φαινόμενος· ἐθέλω γοῦν ἀκοῦσαι οἷός τίς ἐστιν οὕτω σοι περιπόθητος ὤν.

GALL. Mirum, Hercule, mihi narras amorem insomnii; si volucre quum sit et terminum sui volatus somnum habeat, jam transilit lineam, et apertis in oculis commoratur, mellitum adeo, et manifesto conspiciendum se præbens. Volo igitur audire, quale sit, quod adeo tibi sit desiderabile.

ΜΙΚ. Ἕτοιμος λέγειν· ἡδὺ γοῦν μοι τὸ μεμνῆσθαι

MIC. Paratus sum dicere : suave enim est mihi recordari

καὶ διεξιέναι τι περὶ αὐτοῦ. Σὺ δὲ πηνίκα, ὦ Πυθαγόρα, διηγήσῃ τὰ περὶ τῶν μεταβολῶν;

ΑΛΕΚ. Ἐπειδὰν σὺ, ὦ Μίκυλλε, παύσῃ ὀνειρώττων καὶ ἀποψήσῃ ἀπὸ τῶν βλεφάρων τὸ μέλι· τὸ νῦν δὲ πρότερος εἰπὲ, ὡς μάθω εἴτε διὰ τῶν ἐλεφαντίνων πυλῶν εἴτε διὰ τῶν κερατίνων σοι ὁ ὄνειρος ἧκε πεμπόμενος.

ΜΙΚ. Οὐδὲ δι' ἑτέρας τούτων, ὦ Πυθαγόρα.

ΑΛΕΚ. Καὶ μὴν Ὅμηρος δύο μόνας ταύτας λέγει.

ΜΙΚ. Ἔα χαίρειν τὸν λῆρον ἐκεῖνον ποιητὴν οὐδὲν εἰδότα ὀνείρων πέρι. Οἱ πένητες ἴσως ὄνειροι διὰ τῶν τοιούτων ἐξίασιν, οἵους ἐκεῖνος ἑώρα οὐδὲ πάνυ σαφῶς τυφλὸς αὐτὸς ὤν, ἐμοὶ δὲ διὰ χρυσῶν τινων πυλῶν ὁ ἥδιστος ἀφίκετο, χρυσοῦς καὶ αὐτὸς, χρυσᾶ πάντα περιβεβλημένος καὶ πολὺ ἐπαγόμενος χρυσίον.

ΑΛΕΚ. Παῦε, ὦ Μίδα βέλτιστε, χρυσολογῶν· ἀτεχνῶς γὰρ ἐκ τῆς ἐκείνου σοι εὐχῆς τὸ ἐνύπνιον καὶ μέταλλα ὅλα χρύσεια κεκοιμῆσθαί μοι δοκεῖς.

7. ΜΙΚ. Πολὺ, ὦ Πυθαγόρα, χρυσίον εἶδον, πολὺ, πῶς οἴει καλὸν, οἵαν τὴν αὐγὴν ἀπαστράπτον; Τί ποτε ὁ Πίνδαρός φησι περὶ αὐτοῦ ἐπαινῶν; ἀνάμνησον γάρ με, εἰ οἶσθα, ὁπότε ὕδωρ ἄριστον εἰπὼν εἶτα τὸ χρυσίον θαυμάζει, εὖ ποιῶν, ἐν ἀρχῇ εὐθὺς τοῦ βιβλίου, κάλλιστόν τι ᾀσμάτων ἁπάντων.

ΑΛΕΚ. Μῶν ἐκεῖνο ζητεῖς,

> ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
> ἅτε διαπρέπει νυκτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου.

ΜΙΚ. Νὴ Δία τοῦτ' αὐτό· ὥσπερ γὰρ τοὐμὸν ἐνύπνιον ἰδὼν ὁ Πίνδαρος οὕτως ἐπαινεῖ τὸ χρυσίον. Ὡς δὲ ἤδη μάθῃς οἷόν τι ἦν, ἄκουσον, ὦ σοφώτατε ἀλεκτρυών. Ὅτι μὲν οὐκ οἰκόσιτος ἦν χθὲς, οἶσθα· Εὐκράτης γάρ με ὁ πλούσιος ἐντυχὼν ἐν ἀγορᾷ λουσάμενον ἥκειν ἐκέλευε τὴν ὥραν ἐπὶ τὸ δεῖπνον.

8. ΑΛΕΚ. Οἶδα πάνυ τοῦτο πεινήσας παρ' ὅλην τὴν ἡμέραν, ἄχρι μοι βαθείας ἤδη ἑσπέρας ἧκες ὑποβεβρεγμένος τοὺς πέντε κυάμους ἐκείνους κομίζων οὐ πάνυ δαψιλὲς τὸ δεῖπνον ἀλεκτρυόνι ἀθλητῇ ποτε γενομένῳ καὶ Ὀλύμπια οὐκ ἀφανῶς ἀγωνισαμένῳ.

ΜΙΚ. Ἐπεὶ δὲ δειπνήσας ἐπανῆλθον, ἐκάθευδον εὐθὺς τοὺς κυάμους σοι παραβαλὼν, εἶτά μοι κατὰ τὸν Ὅμηρον ἀμβροσίην διὰ νύκτα θεῖός τις ὡς ἀληθῶς ὄνειρος ἐπιστὰς ...

ΑΛΕΚ. Τὰ παρὰ τῷ Εὐκράτει πρότερον, ὦ Μίκυλλε, διήγησαι καὶ τὸ δεῖπνον οἷον ἐγένετο καὶ τὰ ἐν τῷ συμποσίῳ ἅπαντα· κωλύει γὰρ οὐδὲν αὖθίς σε δειπνεῖν ὥσπερ ὄνειρόν τινα τοῦ δείπνου ἐκείνου ἀναπλάττοντα καὶ ἀναμηρυκώμενον τῇ μνήμῃ τὰ βεβρωμένα.

9. ΜΙΚ. Ὤμην ἐνοχλήσειν καὶ ταῦτα διηγούμενος· ἐπεὶ δὲ σὺ προθυμῇ, καὶ δὴ λέγω. Οὐ πρότερον, ὦ Πυθαγόρα, παρὰ πλουσίῳ τινὶ δειπνήσας ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ τύχῃ τινὶ ἀγαθῇ ἐντυγχάνω χθὲς τῷ Εὐκράτει, καὶ ἐγὼ μὲν προσειπὼν αὐτὸν ὥσπερ εἰώθειν δεσπότην ἀπηλλαττόμην, ὡς μὴ καταισχύνοιμι αὐτὸν

et aliquid de illo narrare. Tu vero, Pythagora, quando de mutationibus tuis expones?

GALL. Quum tu, Micylle, somniare desieris et deterseris mel a palpebris. Jam vero prior dicito, uti audiam utrum per eburneas portas, an per corneas missum tibi advenerit somnium.

MIC. Per neutram harum, Pythagora.

GALL. Verum Homerus solas istas duas refert.

MIC. Valere jube nugatorem illum poetam, somniorum imperitum. Paupercula forte insomnia per illas exeunt, qualia ille, neque ipsa satis dilucide, utpote cæcus homo, videbat. At mihi per aureas quasdam portas venit dulcissimum, aureum et ipsum, et auro vestitum undique, multum quoque secum afferens auri.

GALL. Desine, bone Mida, aurum loqui. Sine dubio enim ex illius voto istud tibi somnium, et tota auri metalla somniasse mihi videris.

7. MIC. Multum, Pythagora, aurum vidi, multum : quam putas pulchrum! quo splendore fulgens! Quid tandem Pindarus in illius laude dicit? in memoriam me repone, si nosti, quum ubi aquam dixit optimam, deinde aurum admiratur, bene ille quidem, in principio statim libri : pulcherrimum est canticorum omnium.

GALL. Num illud quæris,

> Aqua est illa quidem optima : aurum at, ardida flamma
> veluti nocte lucens, super inclyta munera Pluti est.

MIC. Per Jovem, hoc ipsum : velut enim meum si somnium vidisset Pindarus, sic laudat aurum. Ut vero jam scias quale fuerit, audi, galle doctissime. Heri me domi non cœnasse, nosti. Eucrates enim dives in foro me quum vidisset, a balneo venire jussit hora dicta ad cœnam.

8. GALL. Probe equidem novi, qui toto die esurierim, donec mihi sero vespere aliquantum vino madidus domum veniens, quinque illas fabas ferres, cœnam non valde lautam gallo qui athleta quondam fuerit, nec sine fama certaverit Olympia.

MIC. A cœna igitur redux, objectis tibi fabis, cubitum statim concessi. Tum mihi, ut Homerus ait,

> Nocte sub ambrosia, divinum somnium adesse,

ac vere divinum ...

GALL. Illa prius, quæ apud Eucratem acta sunt, Micylle, narra, et cœnam qualis fuerit, et convivii rationem universam. Neque enim quicquam prohibet quominus denuo cœnes, et tanquam somnium quoddam illius cœnæ effingas, et memoria cibos quasi ruminando retractes.

9. MIC. Putabam molestum tibi me futurum, si illa etiam enarrarem : quando autem et tu vis, ecce dico. Nunquam ante illum diem, Pythagora, quum tota vita mea apud divitem cœnassem, bona quadam fortuna heri incido in Eucratem. Atque ego quum illum, ut solebam, salutassem dominum, abibam, ne pudori ipsi essem assectator detrito pal-

ἐν τριβαχῷ τῷ τρίβωνι συμπαρομαρτῶν, ὁ δὲ, Μίκυλλε, φησὶ, θυγατρὸς τήμερον ἑστιῶ γενέθλια καὶ παρεκάλεσα τῶν φίλων μάλα πολλούς· ἐπεὶ δέ τινά φασιν αὐτῶν μαλακῶς ἔχοντα οὐχ οἷόν τε εἶναι ξυνδειπνεῖν μεθ' ἡμῶν, σὺ ἀντ' ἐκείνου ἧκε λουσάμενος, ἢν μὴ ὅ γε κληθεὶς αὖθις εἴπῃ ἀφίξεσθαι, ὡς νῦν γε ἀμφίβολός ἐστι. Τοῦτο ἀκούσας ἐγὼ προσκυνήσας ἀπῄειν εὐχόμενος ἅπασι θεοῖς ἠπίαλόν τινα ἢ πλευρῖτιν ἢ ποδάγραν ἐπιπέμψαι τῷ μαλακιζομένῳ ἐκείνῳ, οὗ ἔφεδρος ἐγὼ καὶ ἀντίδειπνος καὶ διάδοχος ἐκεκλήμην· καὶ τὸ ἄχρι τοῦ λουτροῦ αἰῶνα μέγιστον ἐτιθέμην, συνεχὲς ἐπισκοπῶν ὁποσάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη καὶ πηνίκα ἤδη λελοῦσθαι δέοι. Κἀπειδή ποτε ὁ καιρὸς ἀφίκετο, πρὸς τάχος ἐμαυτὸν ἀπορρύψας ἄπειμι κοσμίως μάλα ἐσχηματισμένος, ἀναστρέψας τὸ τριβώνιον ὡς ἐπὶ τοῦ καθαρωτέρου γένοιτο ἡ ἀναβολή.

10. Καταλαμβάνω τε πρὸς ταῖς θύραις ἄλλους τε πολλοὺς καὶ δὴ κἀκεῖνον φοράδην ὑπὸ τεττάρων κεκομισμένον, ᾧ με ὑποδειπνεῖν ἔδει, τὸν νοσεῖν λεγόμενον, καὶ ἐδήλου δὲ πονήρως ἔχων· ὑπέστενε γοῦν καὶ ὑπέβηττε καὶ ἐχρέμπτετο μύχιόν τι καὶ δυσπρόσοδον, ὠχρὸς ὅλος ὢν καὶ διῳδηκὼς ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα ἔτη σχεδόν· ἐλέγετο δὲ φιλόσοφός τις εἶναι τῶν πρὸς τὰ μειράκια φλυαρούντων. Ὁ γοῦν πώγων μάλα τραγικὸς ἦν ἐς ὑπερβολὴν κουριῶν. Καὶ αἰτιωμένου γε Ἀρχιβίου τοῦ ἰατροῦ, διότι οὕτως ἔχων ἀφίκετο, Τὰ καθήκοντα, ἔφη, οὐ χρὴ προδιδόναι καὶ ταῦτα φιλόσοφον ἄνδρα, κἂν μυρίαι νόσοι ἐμποδὼν ἱστῶνται· ἡγήσεται γὰρ Εὐκράτης ὑπερεωρᾶσθαι πρὸς ἡμῶν. Οὐ μὲν οὖν, εἶπον ἐγὼ, ἀλλ' ἐπαινέσεταί σε, ἢν οἴκοι παρὰ σαυτῷ μᾶλλον ἀποθανεῖν ἐθέλῃς ἤπερ ἐν τῷ συμποσίῳ συναναχρεμψάμενος τὴν ψυχὴν μετὰ τοῦ φλέγματος. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ὑπὸ μεγαλοφροσύνης οὐ προσεποιεῖτο ἀκηκοέναι τοῦ σκώμματος· ἐφίσταται δὲ μετὰ μικρὸν Εὐκράτης λελουμένος καὶ ἰδὼν τὸν Θεσμόπολιν — τοῦτο γὰρ ὁ φιλόσοφος ἐκαλεῖτο — Διδάσκαλε, φησὶν, εὖ μὲν ἐποίησας αὐτὸς ἥκων παρ' ἡμᾶς, οὐ μεῖον δ' ἄν τι ἐγένετο, καὶ ἀπόντι γὰρ ἅπαντα ἑξῆς ἀπέσταλτο ἄν· καὶ ἅμα λέγων εἰσῄει χειραγωγῶν τὸν Θεσμόπολιν ἐπερειδόμενον καὶ τοῖς οἰκέταις.

11. Ἐγὼ μὲν οὖν ἀπιέναι παρεσκευαζόμην, ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς καὶ ἐπὶ πολὺ ἐνδοιάσας, ἐπεί με πάνυ σκυθρωπὸν εἶδε, Πάριθι, ἔφη, καὶ σὺ, ὦ Μίκυλλε, καὶ συνδείπνει μεθ' ἡμῶν· τὸν υἱὸν γὰρ ἐγὼ κελεύσω ἐν τῇ γυναικωνίτιδι μετὰ τῆς μητρὸς ἑστιᾶσθαι, ὡς σὺ χώραν ἔχοις. Εἰσῄειν οὖν μάτην λύκος χανὼν παρὰ μικρὸν, αἰσχυνόμενος ὅτι ἐδόκουν ἐξεληλακέναι τοῦ συμποσίου τὸ παιδίον τοῦ Εὐκράτους. Κἀπειδὴ κατακλίνεσθαι καιρὸς ἦν, πρῶτον μὲν ἀράμενοι ἀνέθεσαν τὸν Θεσμόπολιν οὐκ ἀπραγμόνως μὰ Δία πέντε οἶμαι νεανίσκοι εὐμεγέθεις ὑπαυχένια περιβύσαντες αὐτῷ πάντοθεν, ὡς διαμένοι ἐν τῷ σχήματι καὶ ἐπὶ πολὺ καρτερεῖν δύναιτο. Εἶτα μηδενὸς ἀνεχομένου πλησίον κατακεῖσθαι αὐτοῦ ἐμὲ ὑποκατακλίνουσι φέροντες, ὡς

liolo indutus. At ille, Micylle, inquit, natalitias hodie filiæ meæ epulas celebro, et vocavi amicorum plurimos: quando autem aiunt quendam illorum, morbo impeditum, non posse cœnare nobiscum, tu pro illo veni a balneo, nisi ipse qui vocatus est se venturum renunciet : nam adhuc quidem dubius est. His ego auditis, illoque adorato, discessi vota faciens omnibus diis, ut febriculosum horrorem, aut pleuritin, aut podagram illi ægroto immitterent, cui subsessor ego et cœnæ vicarius atque successor vocatus eram. Atque tempus illud usque ad balneum ætatem esse arbitrabar longissimam, sæpissime respiciens quot pedum umbra solarii esset, et quando denique me lotum esse oporteret. Et quum tandem venisset tempus, celeriter detersis mihi sordibus abeo, in decentem maxime habitum compositus, converso palliolo, ut purior pars extra obversa esset.

10. Ac deprehendo ad januam quum alios multos, tum illum quoque, a quattuor hominibus in lectica gestatum, cui ego substitutus conviva esse debebam, illum qui ægrotare dicebatur; et manifestum erat illum male habere; subinde enim ingemiscebat, et tussiebat ex imis recessibus, ita ut prope ipsum accedere metueres, pallidus totus atque tumidus, sexagenarius circiter : dicebatur vero philosophus esse de eo genere, qui garrire solent apud adolescentulos. Barba certe ei plane caprina erat, supra modum tonsorem invitans. Atque accusante illum Archibio medico, quod ita se habens veniret, Officium, inquit, non decet deserere, virum præsertim philosophum, si vel sexcenti morbi obsistant : contemtum enim se a nobis putaret Eucrates. Quin, dicebam ego, laudabit te, si domi apud te potius mori velis, quam in convivio ipsam cum pituita animam extussiens. Ille quidem præ magnitudine animi se audisse dictum dissimulabat. Adest vero paullo post lotus Eucrates ac videns Thesmopolin (hoc enim vocabatur ille philosophus), Bene tu quidem, inquit, fecisti, magister, ad nos quum venisti : sed nihil damni facturus eras, nam absenti etiam omnia deinceps missurus eram : et cum his verbis intrat manus illi præbens servis insuper innixo.

11. Ego igitur abire parabam, quum ipse conversus ac multum dubitans, quando vultu me valde dejecto vidit, Accede, inquit, tu etiam, Micylle, et cœna nobiscum : filium enim jubebo in gynæconitide epulari cum matre, ut locum tu habeas. Intro igitur eo, tantum non frustra hians lupus, erubescens quod convivio expulisse viderer filiolum Eucratis. Et quum accumbendi jam tempus esset, primo sublatum apposuere Thesmopolin non sine labore quinque, puto, juvenes bene magni, cervicalibus illum fulcientes undique, ut in eo situ maneret ac durare aliquamdiu posset. Deinde quod nemo prope illum accumbere sustineret, me eo detrudunt, ut eadem mensa uteremur. Hinc igitur

ὁμοτράπεζοι εἴημεν. Τοὐντεῦθεν ἐδειπνοῦμεν, ὦ Πυθαγόρα, πολύοψόν τι καὶ ποικίλον δεῖπνον ἐπὶ χρυσοῦ πολλοῦ καὶ ἀργύρου· καὶ ἐκπώματα ἦν χρυσᾶ καὶ διάκονοι ὡραῖοι καὶ μουσουργοὶ καὶ γελωτοποιοὶ μεταξὺ, καὶ ὅλως ἡδίστη τις ἦν ἡ διατριβὴ, πλὴν ἀλλ' ἕν με ἐλύπει, οὐ μετρίως ὁ Θεσμόπολις ἐνοχλῶν καὶ ἀρετήν τινα πρός με διεξιὼν καὶ διδάσκων ὡς αἱ δύο ἀποφάσεις μίαν κατάφασιν ἀποτελοῦσι καὶ ὡς εἰ ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ οὐκ ἔστιν, ἐνίοτε δὲ καὶ κέρατα ἔφασκεν εἶναί μοι. Τοιαῦτα πολλὰ οὐδὲν δεομένῳ προσφιλοσοφῶν συνεῖρε καὶ ὑπετέμνετο τὴν εὐφροσύνην οὐκ ἐῶν ἀκούειν τῶν κιθαριζόντων ἢ ᾀδόντων. Τοιοῦτο μέν σοι, ὦ ἀλεκτρυὼν, τὸ δεῖπνον.

ΑΛΕΚ. Οὐχ ἥδιστον, ὦ Μίκυλλε, καὶ μάλιστα ἐπεὶ συνεκληρώθης τῷ λήρῳ ἐκείνῳ γέροντι.

12. ΜΙΚ. Ἄκουε δὲ ἤδη καὶ τὸ ἐνύπνιον· ᾤμην γὰρ τὸν Εὐκράτην αὐτὸν ἄπαιδα ὄντα οὐκ οἶδ' ὅπως ἀποθνήσκειν, εἶτα προσκαλέσαντά με καὶ διαθήκας θέμενον, ἐν αἷς ὁ κληρονόμος ἦν ἁπάντων ἐγὼ, μικρὸν ἐπισχόντα ἀποθανεῖν· ἐμαυτὸν δὲ παρελθόντα ἐς τὴν οὐσίαν τὸ μὲν χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον ἐξαντλεῖν σκάφαις τισὶ μεγάλαις ἀέναόν τε καὶ πολὺ ἐπιρρέον, τὰ δ' ἄλλα, τὴν ἐσθῆτα καὶ τραπέζας καὶ ἐκπώματα καὶ διακόνους, πάντα ἐμὰ ὡς τὸ εἰκὸς εἶναι. Εἶτα ἐξήλαυνον ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους, ἐξυπτιάζων, περίβλεπτος ἅπασι τοῖς ὁρῶσι καὶ ἐπίφθονος. Καὶ προέθεον πολλοὶ καὶ προΐππευον καὶ εἵποντο πλείους. Ἐγὼ δὲ τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐκείνου ἔχων καὶ δακτυλίους βαρεῖς ὅσον ἑκκαίδεκα ἐξημμένος τῶν δακτύλων ἐκέλευον ἑστίασίν τινα λαμπρὰν εὐτρεπισθῆναι ἐς ὑποδοχὴν τῶν φίλων· οἱ δὲ ὡς ἐν ὀνείρῳ εἰκὸς ἤδη παρῆσαν καὶ τὸ δεῖπνον ἄρτι ἐσεκομίζετο καὶ ὁ πότος συνεκροτεῖτο. Ἐν τούτῳ ὄντα με καὶ φιλοτησίας προπίνοντα ἐν χρυσαῖς φιάλαις ἑκάστῳ τῶν παρόντων ἤδη τοῦ πλακοῦντος ἐσκομιζομένου ἀναβοήσας ἀκαίρως συνετάραξας μὲν ἡμῖν τὸ συμπόσιον, ἀνέτρεψας δὲ τὰς τραπέζας, τὸν δὲ πλοῦτον ἐκεῖνον διασκεδάσας ὑπηνέμιον φέρεσθαι παρεσκεύασας. Ἆρά σοι ἀλόγως ἀγανακτῆσαι κατὰ σοῦ δοκῶ; τριέσπερον ἂν ἡδέως ἔτι εἶδον τὸν ὄνειρόν μοι γενόμενον.

13. ΑΛΕΚ. Οὕτω φιλόχρυσος εἶ καὶ φιλόπλουτος, ὦ Μίκυλλε, καὶ μόνον τοῦτο ἐξ ἅπαντος θαυμάζεις καὶ ἡγῇ εὔδαιμον εἶναι πολὺ κεκτῆσθαι χρυσίον;

ΜΙΚ. Οὐκ ἐγὼ μόνος, ὦ Πυθαγόρα, τοῦτο, ἀλλὰ καὶ σὺ αὐτὸς, ὁπότε Εὔφορβος ἦσθα, χρυσὸν καὶ ἄργυρον τῶν βοστρύχων ἐξημμένος ᾔεις πολεμήσων τοῖς Ἀχαιοῖς καὶ ἐν τῷ πολέμῳ, ἔνθα σιδηροφορεῖν μᾶλλον ἢ χρυσοφορεῖν ἄμεινον ἦν· σὺ δὲ καὶ τότε ἠξίους χρυσῷ ἀναδεδεμένος τοὺς πλοκάμους διαγωνίζεσθαι. Καί μοι δοκεῖ ὁ Ὅμηρος διὰ τοῦτο Χαρίτεσσιν ὁμοίας εἰπεῖν σου τὰς κόμας, ὅτι « χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο. » Μακρῷ γὰρ ἀμείνους δηλαδὴ καὶ ἐρασμιώτεραι ἐφαίνοντο συναναπεπλεγμέναι τῷ χρυσίῳ καὶ συναπολάμπουσαι μετ' αὐτοῦ. Καίτοι τὰ μὲν σὰ, ὦ χρυσοκόμη, μέτρια, εἰ Πάνθου υἱὸς ὢν ἐτίμας τὸ χρυσίον· ὁ

cœnavimus, Pythagora, multi cibi cœnam et variam in auro multo atque argento. Et pocula erant aurea, et ministri formosi; et symphoniaci aderant, et ridicularii: atque in universum, suavissime tempus traducebatur; nisi quod unum male me habebat, nempe non mediocriter molestum se præbens Thesmopolis, qui quandam mihi virtutem narraret, doceretque negationibus duabus unam effici affirmationem; et, si dies sit, noctem non esse; nonnunquam adeo cornua dicebat me habere. Talia multa, philosophiam mihi non petenti, impertiens, continuato sermone blaterabat, interpellabatque hilaritatem, qui non pateretur citharam pulsantibus canentibusve attendere. Habes, galle, cœnam.

GALL. Non jucundissimam, Micylle, maxime quum sors te ad delirum illum senem detulerit.

12. MIC. Jam audi etiam somnium. Videbatur mihi ipse Eucrates, orbus nescio quomodo, moribundus advocare me, et testamento condito, quo heres ex asse scriptus eram ego, paullo post mori; me vero adita hereditate aurum quidem et argentum scaphis quibusdam magnis haurire, perpetuo et copiose affluens: reliqua autem, vestem, mensas, pocula, ministros, mea esse nimirum omnia. Tum albis evehebar bigis, supinus, conspiciendus omnibus; qui me viderent, et invidendus. Ac præcurrebant multi, et circa me equitabant, plures autem sequebantur. Ego autem vestem habens illius et anulos graves, circiter sedecim aptos digitis, jubebam convivium quoddam splendidum parari ad excipiendos amicos. Illi vero, ut in somnio solitum est fieri, jam aderant; ac cœna jam inferebatur, jam instaurabatur potatio. In hoc eram, et amicitiæ poculum in aureis phialis propinabam præsentium unicuique, et placenta jam inferebatur, quum tu intempestivo cantu perturbasti nobis convivium, mensas evertisti, divitias illas dissipasti et ut ludibrium ventis volarent effecisti. Numquid sine ratione indignari tibi videor? qui tribus perpetuis noctibus astans mihi somnium illud lubens vidissem.

13. GALL. Adeone amans es auri atque divitiarum, Micylle, et hoc solum ex omnibus admiraris et beatum esse putas, multum possidere aurum?

MIC. Non ego solus, Pythagora, hoc facio, sed tu etiam ipse, quum Euphorbus esses, aurum atque argentum de cincinnis suspensum gerens in pugnam contra Achivos exibas, in bello, inquam, ubi ferrum gestare quam aurum præstabat: tu vero tunc etiam volebas revinctos auro cincinnos habens subire pericula. Et videtur mihi ob id ipsum similes Gratiis vocasse comas tuas Homerus, quod « argento constringebantur et auro. » Longe nimirum præstantiores videbantur et amabiliores, implexæ auro et cum illo collucentes. Atqui tua hæc, auricome, mediocria sunt, si, Panthi qui sis filius, magni faciebas aurum: verum

δὲ πατὴρ ἁπάντων ἀνδρῶν καὶ θεῶν, ὁ Κρόνου καὶ Ῥέας, ὁπότε ἠράσθη τῆς Ἀργολικῆς ἐκείνης μείρακος, οὐκ ἔχων ἐς ὅ τι ἐρασμιώτερον αὐτὸν μεταβάλοι οὐδὲ ὅπως ἂν διαφθείρειε τοῦ Ἀκρισίου τὴν φρουράν — ἀκούεις δήπου ὡς χρυσίον ἐγένετο καὶ ῥυεὶς διὰ τοῦ τέγους συνῆν τῇ ἀγαπωμένῃ. Ὥστε τί ἄν σοι τὸ ἐπὶ τούτῳ ἔτι λέγοιμι, ὅσας μὲν χρείας παρέχεται ὁ χρυσὸς, ὡς δὲ οἷς ἂν παρῇ, καλούς τε αὐτοὺς καὶ σοφοὺς καὶ ἰσχυροὺς ἀπεργάζεται τιμὴν καὶ δόξαν προσάπτων καὶ ἐξ ἀφανῶν καὶ ἀδόξων ἐνίοτε περιβλέπτους καὶ ἀοιδίμους ἐν βραχεῖ τίθησι;

ille deûm pater atque hominum, Saturni et Rheæ filius quando Argolicæ illius puellæ amore captus est, quum nihil haberet amabilius in quod se mutaret, neque Acrisii custodiam quomodo corrumperet — jam audisti videlicet ut aurum factus illapsusque per tegulas cum amasia sit congressus. Quid ergo post illud tibi dicam amplius quot aurum utilitates præstet, quam illos, quibus adsit, et pulchros et sapientes et fortes reddat, honore ipsis conciliato et gloria? quamque ex obscuris ignobilibusque interdum conspicuos brevi reddat ac celebres?

14. Τὸν γείτονα γοῦν μοι τὸν ὁμότεχνον οἶσθα τὸν Σίμωνα, οὐ πρὸ πολλοῦ δειπνήσαντα παρ' ἐμοί, ὅτε τὸ ἔτνος ἥψησα τοῖς Κρονίοις δύο τεμάχη τοῦ ἀλλᾶντος ἐμβαλών.

14. Certe vicinum meum, artificii mei hominem, nosti, Simonem, qui non ita diu est quum mecum cœnavit, quum Saturnalibus coquerem ex fractis leguminibus pulticulam, injectis duobus de farcimine frustis.

ΑΛΕΚ. Οἶδα τὸν σιμὸν τὸν βραχὺν, ὃς τὸ κεραμεοῦν τρύβλιον ὑφελόμενος ᾤχετο ὑπὸ μάλην ἔχων μετὰ τὸ δεῖπνον, ὃ μόνον ἡμῖν ὑπῆρχεν· εἶδον γὰρ αὐτὸς, ὦ Μίκυλλε.

GALL. Novi, simum illum, brevem, qui fictilem patellam post cœnam furatus, sub ala occultans abiit, illam quæ sola nobis erat: vidi enim ipse, Micylle.

ΜΙΚ. Οὐκοῦν ἐκεῖνος αὐτὸ κλέψας εἶτα ἐπωμόσατο θεοὺς τοσούτους; Ἀλλὰ τί οὐκ ἐβόας καὶ ἐμήνυες τότε, ὦ ἀλεκτρυὼν, ληϊζομένους ἡμᾶς ὁρῶν;

MIC. Igitur ille eam furatus, tot deinde pejeravit deos? Sed cur non clamabas et indicabas tum, galle, quum spoliari nos videres?

ΑΛΕΚ. Ἐκόκκυζον, μόνον ὃ τότε δυνατὸν ἦν. Τί δ' οὖν ὁ Σίμων; ἐῴκεις γάρ τι περὶ αὐτοῦ ἐρεῖν.

GALL. Cucurriebam, quod solum tum poteram. Quid ergo Simo? videbaris enim de illo dicturus aliquid.

ΜΙΚ. Ἀνεψιὸς ἦν αὐτῷ πλούσιος ἐς ὑπερβολὴν, Δριμύλος τοὔνομα. Οὗτος ζῶν μὲν οὐδὲ ὀβολὸν ἔδωκε τῷ Σίμωνι· πῶς γὰρ, ὃς οὐδὲ αὐτὸς ἥπτετο τῶν χρημάτων; ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε πρῴην, ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους Σίμωνός ἐστι, καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ, ὁ τὸ τρύβλιον περιλείχων ἄσμενος ἐξελαύνει ἁλουργῆ καὶ ὑσγινοβαφῆ ἀμπεχόμενος, οἰκέτας καὶ ζεύγη καὶ χρυσᾶ ἐκπώματα καὶ ἐλεφαντόποδας τραπέζας ἔχων, ὑφ' ἁπάντων προσκυνούμενος οὐδὲ προσβλέπων ἔτι ἡμᾶς· ἔναγχος γοῦν ἐγὼ μὲν ἰδὼν προσιόντα, Χαῖρε, ἔφην, ὦ Σίμων· ὁ δὲ ἀγανακτήσας, Εἴπατε, ἔφη, τῷ πτωχῷ τούτῳ μὴ κατασμικρύνειν μου τοὔνομα· οὐ γὰρ Σίμων, ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι. Τὸ δὲ μέγιστον ἤδη καὶ ἐρῶσιν αὐτοῦ αἱ γυναῖκες, ὁ δὲ θρύπτεται πρὸς αὐτὰς καὶ ὑπερορᾷ καὶ τὰς μὲν προσίεται καὶ ἵλεώς ἐστιν, αἱ δὲ ἀπειλοῦσιν ἀναρτήσειν ἑαυτὰς ἀμελούμεναι. Ὁρᾷς ὅσων ἀγαθῶν ὁ χρυσὸς αἴτιος, εἴ γε καὶ μεταποιεῖ τοὺς ἀμόρφους καὶ ἐρασμίους ἀπεργάζεται ὥσπερ ὁ ποιητικὸς ἐκεῖνος κεστός. Ἀκούεις δὲ καὶ τῶν ποιητῶν λεγόντων·

MIC. Patruelis erat ipsi ultra modum locuples, Drimylus nomine. Hic, quam diu vixit, nec obolum unum dedit Simoni: quomodo enim? qui ne ipse quidem opes suas attingeret: postquam vero nuper mortuus est, illa omnia ex lege sunt Simonis: atque ille modo cum pannis sordidis, ille qui patellam ligurriebat lætus, nunc foras prodit purpuras indutus et hysgina, servos et bigas et aurea pocula et mensas eburneis pedibus habens, adoratur ab omnibus, nos ne respiciens quidem amplius. Nuper enim ego prope me cedentem videns, Salve, dicebam, Simo! at ille indignatus, Dicite, inquit, isti mendico, meum nomen ne deminuat: neque enim Simo vocor, sed Simonides. Maximum vero hoc est, jam eum amant etiam mulieres: at ipse apud illas delicatum se facit, easque despicit; et alias quidem admittit propitius, aliæ vero minantur futurum ut suspendant se, si porro negligantur. Vides quantorum bonorum aurum causa sit, siquidem deformes etiam refingit, et, ut poeticus ille cestus, reddit amabiles. Audis vero et poetas dicentes:

Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον,

καί,

Χρυσὸς γάρ ἐστιν ὃς βροτῶν ἔχει κράτη.

Ἀλλὰ τί μεταξὺ ἐγέλασας, ὦ ἀλεκτρυών;

Aurum quo dextra nil prehenset dulcius,

et,

Aurum est quod in res regimen humanas tenet.

Sed quid inter hæc ridebas, galle?

15. ΑΛΕΚ. Ὅτι ὑπ' ἀγνοίας, ὦ Μίκυλλε, καὶ σὺ τὰ ὅμοια τοῖς πολλοῖς ἐξηπάτησαι περὶ τῶν πλουσίων· οἱ δὲ εὖ ἴσθι πολὺ ὑμῶν ἀθλιώτερον τὸν βίον βιοῦσι· λέγω δέ σοι καὶ πένης καὶ πλούσιος πολλάκις γενόμενος

15. GALL. Quod præ ignorantia tu etiam, Micylle, similiter ac reliquum vulgus deceptus es circa divites. At illi, bene noris, multo miseriorem quam vos vitam agunt. Hoc tibi dico, qui et pauper et dives sæpe fuerim,

καὶ παντὸς βίου πεπειραμένος· μετὰ μικρὸν δὲ καὶ αὐτος εἴσῃ ἕκαστα.

ΜΙΚ. Νὴ Δία, καιρὸς γοῦν ἤδη καὶ σὲ εἰπεῖν ὅπως ἠλλάγης καὶ ἃ σύνοισθα τῷ βίῳ ἑκάστῳ.

ΑΛΕΚ. Ἄκουε τοσοῦτόν γε προειδὼς μηδένα με σοῦ εὐδαιμονέστερον βιοῦντα ἑοραχέναι.

ΜΙΚ. Ἐμοῦ, ὦ ἀλεκτρυών; οὕτω σοὶ γένοιτο· προάγῃ γάρ με λοιδορεῖσθαί σοι. Ἀλλὰ εἰπὲ ἀπὸ τοῦ Εὐφόρβου ἀρξάμενος, ὅπως ἐς Πυθαγόραν μετεβλήθης, εἶτα ἑξῆς ἄχρι τοῦ ἀλεκτρυόνος· εἰκὸς γάρ σε ποικίλα καὶ ἰδεῖν καὶ παθεῖν ἐν πολυειδέσι τοῖς βίοις.

16. ΑΛΕΚ. Ὡς μὲν ἐξ Ἀπόλλωνος τὸ πρῶτον ἡ ψυχή μοι καταπταμένη ἐς τὴν γῆν ἐνέδυ εἰς ἀνθρώπου σῶμα, ἥντινα τὴν καταδίκην ἐκτελοῦσα μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, ἄλλως τε οὐδὲ ὅσιον οὔτ' ἐμοὶ εἰπεῖν οὔτε σοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα. Ἔπειτ' Εὔφορβος ἐγενόμην....

ΜΙΚ. Ἐγὼ δὲ πρό γε τούτου, ὦ θαυμάσιε, τίς ἦν; τοῦτό μοι πρότερον εἰπέ, εἰ κἀγώ ποτε ἠλλάγην ὥσπερ σύ.

ΑΛΕΚ. Καὶ μάλα.

ΜΙΚ. Τίς οὖν ἦν; εἴ τι ἔχεις εἰπεῖν. Ἐθέλω γὰρ τοῦτο εἰδέναι.

ΑΛΕΚ. Σύ; μύρμηξ Ἰνδικὸς τῶν τὸ χρυσίον ἀνορυττόντων.

ΜΙΚ. Εἶτα ὤκνουν ὁ κακοδαίμων κἂν ὀλίγα τῶν ψηγμάτων ἥκειν ἐς τόνδε τὸν βίον ἐξ ἐκείνου ἐπισιτισάμενος; Ἀλλὰ καὶ τί μετὰ τοῦτο ἔσομαι, εἰπέ· εἰκὸς δὲ εἰδέναι σε. Εἰ γάρ τι ἀγαθὸν εἴη, ἀπάγξομαι ἤδη ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ παττάλου, ἐφ' οὗ σὺ ἕστηκας.

ΑΛΕΚ. Οὐκ ἂν μάθοις τοῦτο οὐδεμιᾷ μηχανῇ.

17. Πλὴν ἀλλὰ ἐπείπερ Εὔφορβος ἐγενόμην — ἐπάνειμι γὰρ ἐπ' ἐκεῖνα — ἐμαχόμην ἐπ' Ἰλίῳ καὶ ἀποθανὼν ὑπὸ Μενέλεω χρόνῳ ὕστερον ἐς Πυθαγόραν ἧκον. Τέως δὲ περιέμενον ἀοίκητος ἑστώς, ἄχρι δὴ ὁ Μνήσαρχος ἐξεργάσαιτό μοι τὸν οἶκον.

ΜΙΚ. Ἄσιτος, ὦ τᾶν, καὶ ἄποτος;

ΑΛΕΚ. Καὶ μάλα· οὐδὲ γὰρ ἔδει τούτων ἢ μόνῳ τῷ σώματι.

ΜΙΚ. Οὐκοῦν τὰ ἐν Ἰλίῳ μοι πρῶτον εἰπέ· τοιαῦτα ἦν οἷά φησιν Ὅμηρος γενέσθαι αὐτά;

ΑΛΕΚ. Πόθεν ἐκεῖνος ἠπίστατο, ὦ Μίκυλλε, ὃς γιγνομένων ἐκείνων κάμηλος ἐν Βάκτροις ἦν; Ἐγὼ δὲ τοσοῦτόν σοί φημι ὑπερφυὲς μηδὲν γενέσθαι τότε μήτε τὸν Αἴαντα οὕτω μέγαν μήτε τὴν Ἑλένην αὐτὴν οὕτω καλὴν ὡς οἴονται. Εἶδον γὰρ λευκὴν μέν τινα καὶ ἐπιμήκη τὸν τράχηλον, ὡς εἰκάζειν κύκνου θυγατέρα εἶναι, τὰ δὲ ἄλλα πάνυ πρεσβῦτιν ἡλικιῶτιν σχεδὸν τῆς Ἑκάβης, ἣν γε Θησεὺς πρῶτον ἁρπάσας ἐν Ἀφίδναις εἶχε κατὰ τὸν Ἡρακλέα γενόμενος, ὁ δ' Ἡρακλῆς πρότερον εἷλε Τροίαν κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν τοὺς τότε μάλιστα. Διηγεῖτο γάρ μοι ὁ Πάνθους ταῦτα κομιδῇ μειράκιον ὢν ἑοραχέναι λέγων τὸν Ἡρακλέα.

ΜΙΚ. Τί δαί; ὁ Ἀχιλλεὺς τοιοῦτος ἦν, ἄριστος τὰ πάντα, ἢ μῦθος ἄλλως καὶ ταῦτα;

et vitæ uniuscujusque fecerim experimentum : paullo post autem tu quoque scies singula.

MIC. Sic per Jovem : tempus enim jam est ut tu quoque dicas quomodo fueris mutatus, et quorum de unaquaque vita tibi sit conscius.

GALL. Audi ergo : verum hoc ante noris, neminem mihi visum, te qui viveret beatior.

MIC. Me, galle? Ita tu beatus sis! irritas enim me ut tibi maledicam. Verum dic ab Euphorbo inde facto initio, quomodo mutatus sis in Pythagoram, ac deinceps usque ad gallum : verisimile est enim multa vidisse te ac passum, in diversis adeo vitis.

16. GALL. Quomodo ex Apolline primum anima mea devolans in terram hominis corpus subierit, quam ita pœnam luerit, longum fuerit dicere; et alioqui neque fas est mihi dicere talia, neque tibi audire. Deinde Euphorbus factus sum...

MIC. Ego vero ante hunc me, o mirabilis, quis fueram? hoc mihi prius dicito, utrum ego quoque, sicut tu, fuerim immutatus.

GALL. Ita sane.

MIC. Quis igitur eram? si quid habes dicere. Volo enim hoc scire.

GALL. Tu? formica eras Indica de eo genere, quæ aurum effodiunt.

MIC. Tum pigratus sum ego miser paucarum micarum sumto inde viatico in hanc vitam venire? Verum etiam, quid post ero, mihi dic : verisimile est autem te scire. Si enim bonum quid fuerit, surgam statim et ab ipso illo, in quo tu modo insistis, clavo me suspendam.

GALL. Nullo istud modo resciscas.

17. Verum enim vero quum Euphorbus essem (ad illa enim redeo), pugnavi ad Ilium, interfectusque a Menelao, interjecto aliquo tempore veni in Pythagoram. Interim vero sine domo mansi, usque dum pararet mihi Mnesarchus domicilium.

MIC. Cibine, o noster, expers et potus?

GALL. Nimirum : neque enim indigebat his nisi solum corpus.

MIC. Ergo res Iliacas mihi primum dicito : talesne erant quales gestas esse Homerus ait?

GALL. Unde iste sciret, Micylle, qui, quum fierent ista, camelus esset in Bactris? Ego vero tantum tibi dico, supra naturam tum factum esse nihil, nec fuisse tum neque ita magnum Ajacem, neque Helenam ipsam ita pulchram, ut putant. Vidi enim candidam quidem aliquam, longo collo, ut cycni filiam agnosceres, ceterum valde anum, Hecubæ fere æqualem : quam quidem Theseus primum raptam habuerit Aphidnis, qui cum Hercule vixit; Hercules autem prius Trojam ceperat, patrum qui tum erant nostrorum circiter ætate. Narrabat enim ista mihi Panthus, dicens visum a se, puero admodum, Herculem.

MIC. Quid vero? Achillesne talis fuit, præstantissimus undique, an hæc quoque temere conficta?

ΑΛΕΚ. Ἐκείνῳ μὲν οὐδὲν συνηνέχθην, ὦ Μίκυλλε, οὐδ' ἂν ἔχοιμί σοι ἀκριβῶς οὕτω τὰ παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς λέγειν· πόθεν γάρ, πολέμιος ὤν; τὸν μέντοι ἑταῖρον αὐτοῦ τὸν Πάτροκλον οὐ χαλεπῶς ἀπέκτεινα διελάσας τῷ δορατίῳ.

ΜΙΚ. Εἶτά σε ὁ Μενέλεως μακρῷ εὐχερέστερον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱκανῶς, τὰ Πυθαγόρου δὲ ἤδη λέγε.

18. **ΑΛΕΚ.** Τὸ μὲν ὅλον, ὦ Μίκυλλε, σοφιστὴς ἄνθρωπος ἦν· χρὴ γάρ, οἶμαι, τἀληθὲς λέγειν· ἄλλως δὲ οὐκ ἀπαίδευτος οὐδὲ ἀμελέτητος τῶν καλλίστων μαθημάτων, ἀπεδήμησα δὲ καὶ ἐς Αἴγυπτον, ὡς συγγενοίμην τοῖς προφήταις ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ ἐς τὰ ἄδυτα κατελθὼν ἐξέμαθον τὰς βίβλους τὰς Ὥρου καὶ Ἴσιδος καὶ αὖθις ἐς Ἰταλίαν ἐκπλεύσας οὕτω διέθηκα τοὺς κατ' ἐκεῖνα Ἕλληνας, ὥστε θεὸν ἦγόν με.

ΜΙΚ. Ἤκουσα ταῦτα καὶ ὡς δόξειας ἀναβεβιωκέναι ἀποθανὼν καὶ ὡς χρυσοῦν τὸν μηρὸν ἐπιδείξαιό ποτε αὐτοῖς. Ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ, τί σοι ἐπῆλθε νόμον ποιήσασθαι μήτε κρεῶν μήτε κυάμων ἐσθίειν;

ΑΛΕΚ. Μὴ ἀνάκρινε τὰ τοιαῦτα, ὦ Μίκυλλε.

ΜΙΚ. Διὰ τί, ὦ ἀλεκτρυών;

ΑΛΕΚ. Ὅτι αἰσχύνομαι λέγειν πρὸς σὲ τὴν ἀλήθειαν ὑπὲρ αὐτῶν.

ΜΙΚ. Καὶ μὴν οὐδὲν ἐχρῆν ὀκνεῖν λέγειν πρὸς ἄνδρα σύνοικον καὶ φίλον· δεσπότην γὰρ οὐκ ἂν ἔτ' εἴποιμι.

ΑΛΕΚ. Οὐδὲν ὑγιὲς οὐδὲ σοφὸν ἦν, ἀλλ' ἑώρων ὅτι εἰ μὲν τὰ συνήθη καὶ ταὐτὸν τοῖς πολλοῖς νομίζοιμι, ἥκιστα ἐπισπάσομαι τοὺς ἀνθρώπους ἐς τὸ θαῦμα, ὅσῳ δ' ἂν ξενίζοιμι, τοσούτῳ σεμνότερος ᾤμην αὐτοῖς ἔσεσθαι. Διὰ ταῦτο καινοποιεῖν εἱλόμην ἀπόρρητον ποιησάμενος τὴν αἰτίαν, ὡς εἰκάζοντες ἄλλος ἄλλως ἅπαντες ἐκπλήττωνται καθάπερ ἐπὶ τοῖς ἀσαφέσι τῶν χρησμῶν. Ὁρᾷς; καταγελᾷς μου καὶ σὺ ἐν τῷ μέρει.

ΜΙΚ. Οὐ τοσοῦτον ὅσον Κροτωνιατῶν καὶ Μεταποντίνων καὶ Ταραντίνων καὶ τῶν ἄλλων ἀφώνων σοι ἑπομένων καὶ προσκυνούντων τὰ ἴχνη ἃ σὺ πατῶν ἀπολιμπάνοις.

19. Ἀποδυσάμενος δὲ τὸν Πυθαγόραν τίνας μετημφιάσω μετ' αὐτόν;

ΑΛΕΚ. Ἀσπασίαν τὴν ἐκ Μιλήτου ἑταίραν.

ΜΙΚ. Φεῦ τοῦ λόγου, καὶ γυνὴ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις ὁ Πυθαγόρας ἐγένετο, καὶ ἦν ποτε χρόνος ὅτε καὶ σὺ ᾠοτόκεις, ὦ γενναιότατε ἀλεκτρυόνων, καὶ συνῆσθα Περικλεῖ Ἀσπασία οὖσα καὶ ἐκύεις ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἔρι' ἔξαινες καὶ κρόκην κατῆγες καὶ ἐγυναικίζου ἐς τὸ ἑταιρικόν;

ΑΛΕΚ. Πάντα ταῦτα ἐποίουν οὐ μόνος, ἀλλὰ καὶ Τειρεσίας πρὸ ἐμοῦ καὶ ὁ Ἐλάτου παῖς ὁ Καινεύς, ὥστε ὁπόσα ἂν ἀποσκώψῃς ἐς ἐμὲ καὶ ἐς ἐκείνους ἀποσκώψας ἔσῃ.

ΜΙΚ. Τί οὖν; πότερος ὁ βίος ἡδίων σοι ἦν, ὅτε ἀνὴρ ἦσθα ἢ ὅτε σε Περικλῆς ὤπυιεν;

GALL. Cum illo nihil mihi negotii fuit, Micylle, neque possim tibi accurate adeo quæ apud Græcos acta sunt dicere : quomodo enim, qui essem hostis? verum ipsius Patroclum amicum non magno negotio hasta trajectum interemi.

MIC. Deinde te multo etiam minori Menelaus. Sed satis de his : jam dic de Pythagora.

18. **GALL.** In universum, Micylle, sophista fui : oportet enim, puto, verum dicere : alioquin neque illiteratus, nec inexercitatus rerum optimarum disciplina. Peregrinatus sum etiam in Ægyptum, ut de sapientia conferrem cum prophetis, atque admissus in adyta, Hori libros et Isidis edidici; tum rursus navi in Italiam delatus, eo adduxi Græcos illius regionis, uti me pro deo haberent.

MIC. Audivi ista, teque putatum esse revixisse post mortem, et ostendisse iis aliquando femur aureum. Verum illud mihi dic, quid in mentem tibi venit ut legem ferres de carnibus fabisque non edendis?

GALL. Noli perquirere talia, Micylle.

MIC. Quid ita, galle?

GALL. Quia pudet me verum tibi de illis dicere.

MIC. Sed nihil cunctari te oportebat dicere ad virum contubernalem et amicum; dominum enim non amplius dixerim.

GALL. Sanum nihil neque sapiens erat : sed videbam, si consueta et eadem quæ vulgus in legibus ponerem, minime me in admirationem perducturum esse homines; quo magis autem peregrina statuerem, tanto magis gravem me illis putabam futurum. Itaque novare institui, arcanam ejus rei fingens causam, ut conjecturis utentes alii aliis, omnes admiratione percellerentur, ut in obscuris oraculis. Viden'? jam tu quoque me derides pro tua parte.

MIC. Non tantum quantum Crotoniatas et Metapontinos et Tarentinos, et reliquos qui muti te sequebantur, adorabantque quæ tu inambulans relinqueres vestigia.

19. Exuto vero Pythagora, quos post eum induisti?

GALL. Aspasiam, meretricem Milesiam.

MIC. Vah quid ais? mulier etiam inter alia fuit Pythagoras? fuitque tempus aliquando, ubi ova etiam tu pareres, gallorum generosissime, et consuesceres cum Pericle, dum esses Aspasia, et uterum ex eo gestares, et lanas carperes, et deduceres fila, et mulierem meretricem ageres?

GALL. Feci hæc omnia equidem non solus, sed etiam Tiresias ante me, et Elati Cæneus filius : quæcumque igitur in me jeceris ridicula, eadem in illos jeceris.

MIC. Quid ergo? utra tibi vita fuit jucundior, quum vir esses, an quum subigitaret te Pericles?

ΑΛΕΚ. Ὁρᾷς οἷον τοῦτο ἠρώτησας, οὐδὲ τῷ Τειρεσίᾳ συνενεγκοῦσαν τὴν ἀπόκρισιν;

ΜΙΚ. Ἀλλὰ κἂν σὺ μὴ εἴπῃς, ἱκανῶς ὁ Εὐριπίδης διέκρινε τὸ τοιοῦτον, εἰπὼν ὡς τρὶς ἂν ἐθέλοι παρ' ἀσπίδα στῆναι ἢ ἅπαξ τεκεῖν.

ΑΛΕΚ. Καὶ μὴν ἀναμνήσω σε, Μίκυλλε, οὐκ ἐς μακρὰν ὠδίνουσαν· ἔσῃ γὰρ γυνὴ καὶ σὺ ἐν πολλῇ τῇ περιόδῳ πολλάκις.

ΜΙΚ. Οὐκ ἀπάγξῃ, ὦ ἀλεκτρυών, ἅπαντας οἰόμενος Μιλησίους ἢ Σαμίους εἶναι; σὲ γοῦν φασι καὶ Πυθαγόραν ὄντα τὴν ὥραν λαμπρὸν πολλάκις Ἀσπασίαν γενέσθαι τῷ τυράννῳ.

20. Τίς δὲ δὴ μετὰ τὴν Ἀσπασίαν ἀνὴρ ἢ γυνὴ αὖθις ἀνεφάνης;

ΑΛΕΚ. Ὁ κυνίσκος Κράτης.

ΜΙΚ. Ὦ Διοσκόρω τῆς ἀνομοιότητος, ἐξ ἑταίρας φιλόσοφος.

ΑΛΕΚ. Εἶτα βασιλεύς, εἶτα πένης καὶ μετ' ὀλίγον σατράπης, εἶτα ἵππος καὶ κολοιὸς καὶ βάτραχος καὶ ἄλλα μυρία· μακρὸν δ' ἂν γένοιτο καταριθμήσασθαι ἕκαστα· τὰ τελευταῖα δὲ ἀλεκτρυὼν πολλάκις, ἥσθην γὰρ τῷ τοιούτῳ βίῳ, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις δουλεύσας βασιλεῦσι καὶ πένησι καὶ πλουσίοις τὰ τελευταῖα καὶ σοὶ νῦν σύνειμι καταγελῶν ὁσημέραι σοῦ ποτνιωμένου καὶ οἰμώζοντος ἐπὶ τῇ πενίᾳ καὶ τοὺς πλουσίους θαυμάζοντος ὑπ' ἀγνοίας τῶν ἐκείνοις προσόντων κακῶν. Εἰ γοῦν ᾔδεις τὰς φροντίδας αὐτῶν ἃς ἔχουσιν, ἐγέλας ἂν ἐπὶ σαυτῷ πρῶτον οἰηθέντι ὑπερευδαίμονα εἶναι τὸν πλοῦτον.

ΜΙΚ. Οὐκοῦν, ὦ Πυθαγόρα, ἢ ὅ τι μάλιστα χαίρεις καλούμενος, ὡς μὴ ἐπιταράττοιμι τὸν λόγον ἄλλοτε ἄλλον καλῶν....

ΑΛΕΚ. Διοίσει μὲν οὐδὲν ἤν τ' Εὔφορβον ἤν τε Πυθαγόραν ἢ Ἀσπασίαν καλῇς ἢ Κράτητα· πάντα γὰρ ταῦτα ἐγώ εἰμι. Πλὴν τὸ νῦν ὁρώμενον τοῦτο ἀλεκτρυόνα ὀνομάζων ἄμεινον ἂν ποιοίς ὡς μὴ ἀτιμάζοις εὐτελὲς εἶναι δοκοῦν τὸ ὄρνεον, καὶ ταῦτα τοσαύτας ἐν αὑτῷ ψυχὰς ἔχον.

21. ΜΙΚ. Οὐκοῦν, ὦ ἀλεκτρυών, ἐπειδὴ πάντων σχεδὸν τῶν βίων ἐπειράθης καὶ πάντα ἦσθα, λέγοις ἂν ἤδη σαφῶς ἰδίᾳ μὲν τὰ τῶν πλουσίων ὅπως βιοῦσιν, ἰδίᾳ δὲ τὰ πτωχικά, ὡς μάθω εἰ ἀληθῆ ταῦτα φῂς εὐδαιμονέστερον ἀποφαίνων με τῶν πλουσίων.

ΑΛΕΚ. Ἰδοὺ δή, οὕτως ἐπίσκεψαι, ὦ Μίκυλλε· σοὶ μὲν οὔτε πολέμου πολὺς λόγος, ἢν λέγηται ὡς οἱ πολέμιοι προσελαύνουσιν, οὔτε φροντίζεις μὴ τὸν ἀγρὸν τέμωσιν ἐμβαλόντες ἢ τὸν παράδεισον ξυμπατήσωσιν ἢ τὰς ἀμπέλους δῃώσωσιν, ἀλλὰ τῆς σάλπιγγος ἀκούων μόνον, εἴπερ ἄρα, περιβλέπεις τὸ κατὰ σεαυτὸν οἷ τραπόμενον χρὴ σωθῆναι καὶ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν· οἱ δ' εὐλαβοῦνται μὲν καὶ ἀμφ' ἑαυτοῖς, ἀνιῶνται δὲ ὁρῶντες ἀπὸ τῶν τειχέων ἀγόμενα καὶ φερόμενα ὅσα εἶχον ἐν τοῖς ἀγροῖς. Καὶ ἤν περ ἐσφέρειν δέῃ, μόνοι καλοῦνται, ἤν τε ἐπεξιέναι, προκινδυνεύουσι στρατηγοῦντες ἢ

GALL. Scin' quid interrogaris, nec Tiresiæ profuisse responsionem?

MIC. Sed etsi tu non dicas, satis Euripides illud diremit, quum dixit malle se ter in acie stare quam semel parere.

GALL. Quin admonebo te, Micylle, non ita multo post ex partu te laboraturam : eris enim aliquando mulier tu quoque, et sæpe, in multiplici illo orbe.

MIC. Non abibis in malam rem, galle, qui putes omnes Milesios esse aut Samios? nam te aiunt etiam quum Pythagoras esses et forma splendida, sæpe Aspasiam fuisse tyranno.

20. Quis vero post Aspasiam vir an mulier denuo prodiisti?

GALL. Cyniscus Crates.

MIC. O Jovis pueri! quæ dissimilitudo, ex meretrice philosophus!

GALL. Tum rex, deinde pauper, et paullo post satrapa, deinde equus, et graculus, et rana, et sexcenta alia : at longum fuerit enumerare singula : denique vero gallus sæpe fui (gaudeo enim hac vita), et apud multos alios postquam servivi, reges, pauperes, divites, postremo nunc tecum vivo, deridens quotidie te conquerentem et deplorantem tuam paupertatem, et admirantem divites præ ignorantia malorum quæ ipsis adsunt. Si enim scires curas illorum, quas habent, ipsum te rideres, qui prius putaveris ex omni parte beatum esse divitem.

MIC. Igitur Pythagora, aut quo maxime nomine gaudes, ne confundam sermonem, alias alium vocans ....

GALL. Nihil quidem interfuerit sive Euphorbum, sive Pythagoram, sive Aspasiam vocaveris, sive Cratetem : omnia enim ego hæc sum : verum si, id quod nunc videor, gallum nominaveris, melius feceris, ne contumeliosus sis in avem quæ vilis esse videtur, quum tamen tot in se animas habeat.

21. MIC. Igitur, galle, quum omnia prope vitæ genera sis expertus et omnia fueris, dic mihi jam diserte et separatim tum divitum rationes, quomodo vivant, tum pauperum; uti cognoscam, verene dicas ista, quum beatiorem me divitibus pronuncias.

GALL. Nimirum hoc modo rem considera, Micylle. Tibi nec belli multa cura est, si dicantur hostes invadere; nec sollicitus es ne irruptione facta agrum populentur, aut hortum magnificum conculcent, aut exscindant vineam : sed tuba audita tantum, si modo illud quoque, pro te circumspicis, quo te salutis causa convertas et periculum effugias : at illi et sibi timent, et anguntur quum vident de mœnibus agi ferrique in agris quæcumque habuerant. Et si tributum pendendum sit, vocantur soli; et si erumpendum, primi subeunt, vel toto ducendo exercitu, vel equitatu,

3. Itaque libenter interrogaverim philosophos, qui solos deos beatos prædicant, quando demum vacare nos nectari et ambrosiæ putent, qui infinita adeo habeamus negotia. Ecce enim præ otii inopia obsoletos tot causarum libellos servamus repositos, situ jam et aranearum telis corruptos, illos præsertim per quos scientiæ atque artes hominibus quibusdam litem intenderunt, antiquos sane quosdam illorum. At illi clamant undique, et indignantur, et judicium invocant, et in me tarditatis culpam conjiciunt, ignari non negligentia contigisse ut diu adeo differrentur judicia, sed præ illa felicitate, in qua vivere nos arbitrantur : sic enim vocant nostras occupationes.

4. ΕΡΜΗΣ. Καὶ αὐτός, ὦ Ζεῦ, πολλὰ τοιαῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ἀκούσας δυσχεραινόντων λέγειν πρὸς σὲ οὐκ ἐτόλμων. Ἐπεὶ δὲ σὺ περὶ τούτων τοὺς λόγους ἐνέβαλες, καὶ δὴ λέγω. Πάντες ἀγανακτοῦσι καὶ σχετλιάζουσιν, ὦ πάτερ, καὶ ἐς τὸ φανερὸν μὲν οὐ τολμῶσι λέγειν, ὑποτονθορύζουσι δὲ συγκεκυφότες αἰτιώμενοι τὸν χρόνον, οὓς ἔδει πάλαι τὰ καθ' αὑτοὺς εἰδότας στέργειν ἕκαστον τοῖς δεδικασμένοις.

ΖΕΥΣ. Τί οὖν, ὦ Ἑρμῆ, δοκεῖ; προτίθεμεν αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν, ἢ θέλεις ἐς νέωτα παραγγελοῦμεν;

ΕΡΜ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ ἤδη προθῶμεν.

ΖΕΥΣ. Οὕτω ποίει· σὺ μὲν κήρυττε καταπτάμενος ὅτι ἀγορὰ δικῶν ἔσται κατὰ τάδε, πάντας ὁπόσοι τὰς γραφὰς ἀπενηνόχασιν, ἥκειν τήμερον ἐς Ἄρειον πάγον, ἐκεῖ δὲ τὴν μὲν Δίκην ἀποκληροῦν σφίσι τὰ δικαστήρια κατὰ λόγον τῶν τιμημάτων ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων. Εἰ δέ τις ἄδικον οἴοιτο γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν, ἐξεῖναι ἐφέντι ἐπ' ἐμὲ δικάζεσθαι ἐξ ὑπαρχῆς, ὡς εἰ μηδὲ τὸ παράπαν ἐδεδίκαστο. Σὺ δέ, ὦ θύγατερ, κα-

4. MERCURIUS. Ipse quoque, Jupiter, multa hujusmodi in terra querentes quum audirem, dicere ad te non audebam. Quando vero tute sermonem de his injecisti, dico nimirum. Cuncti graviter ferunt, pater, et conqueruntur, et aperte quidem dicere non audent, submurmurant vero collatis capitibus, moras accusantes : quos oportebat olim, conditione sua cognita, rebus judicatis unumquemque acquiescere.

JUP. Quid ergo, Mercuri, videtur? proponimus illis forum judiciorum? an vis in proximum annum denunciemus?

MERC. Non sane : sed jam proponamus.

JUP. Ita fac : devola, præconio edic forum judiciorum, in hanc formulam : Quicumque detulere causas ut veniant omnes hodie in Areopagum : ibi vero Justitiam sorte assignaturam illis judices pro portione æstimationum ex omnibus Atheniensibus. Si quis vero injustum putet factum esse judicium, licere ipsi, ad me provocanti, judicari de novo, quasi plane judicatum non esset. Tu vero, filia,

θεζομένη παρὰ τὰς σεμνὰς θεὰς ἀποκλήρου τὰς δίκας καὶ ἐπισκόπει τοὺς δικάζοντας.

5. ΔΙΚΗ. Αὖθις ἐς τὴν γῆν, ἵν' ἐξελαυνομένη πρὸς αὐτῶν δραπετεύω πάλιν ἐκ τοῦ βίου τὴν Ἀδικίαν ἐπιγελῶσαν οὐ φέρουσα;

ΖΕΥΣ. Χρηστὰ ἐλπίζειν σε δεῖ· πάντως γὰρ ἤδη πεπείκασιν αὐτοὺς οἱ φιλόσοφοι σὲ τῆς Ἀδικίας προτιμᾶν, καὶ μάλιστα ὁ τοῦ Σωφρονίσκου τὸ δίκαιον ὑπερεπαινέσας καὶ ἀγαθῶν τὸ μέγιστον ἀποφήνας.

ΔΙΚ. Πάνυ γοῦν αὐτὸν ὃν φὴς ἐκεῖνον ὤνησαν οἱ περὶ ἐμοῦ λόγοι, ὃς παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα καὶ ἐς τὸ δεσμωτήριον ἐμπεσὼν ἔπιεν ἄθλιος τοῦ κωνείου, μηδὲ τὸν ἀλεκτρυόνα τῷ Ἀσκληπιῷ ἀποδεδωκώς· παρὰ τοσοῦτον ὑπερέσχον οἱ κατήγοροι τἀναντία περὶ τῆς Ἀδικίας φιλοσοφοῦντες.

6. ΖΕΥΣ. Ξένα ἔτι τοῖς πολλοῖς τὰ τῆς φιλοσοφίας ἦν τότε, καὶ ὀλίγοι ἦσαν οἱ φιλοσοφοῦντες, ὥστε εἰκότως ἐς τὸν Ἄνυτον καὶ Μέλητον ἔρρεπε τὰ δικαστήρια· τὸ δὲ νῦν εἶναι οὐχ ὁρᾷς ὅσοι τρίβωνες καὶ βακτηρίαι καὶ πῆραι; ἁπανταχοῦ πώγων βαθὺς καὶ βιβλίον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, καὶ πάντες ὑπὲρ σοῦ φιλοσοφοῦσι, μεστοὶ δὲ οἱ περίπατοι κατὰ ἴλας καὶ φάλαγγας ἀλλήλοις ἀπαντώντων, καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ τρόφιμος τῆς ἀρετῆς εἶναι δοκεῖν βούλεται· πολλοὶ γοῦν τὰς τέχνας ἀφέντες ἃς εἶχον τέως, ἐπὶ τὴν πήραν ᾄξαντες καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ σῶμα πρὸς τὸν ἥλιον ἐς τὸ Αἰθιοπικὸν ἐπιχράναντες αὐτοσχέδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων ἢ τεκτόνων περινοστοῦσι σὲ καὶ τὴν σὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦντες. Ὥστε κατὰ τὴν παροιμίαν, θᾶττον ἄν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν διαμάρτοι ξύλου ἢ ἔνθα ἂν ἀπίδῃ ὁ ὀφθαλμὸς, ἀπορήσει φιλοσόφου.

7. ΔΙΚ. Καὶ μὴν οὗτοί με, ὦ Ζεῦ, δεδίττονται πρὸς ἀλλήλους ἐρίζοντες καὶ ἀγνωμονοῦντες ἐν αὐτοῖς οἷς περὶ ἐμοῦ διεξέρχονται. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐν μὲν τοῖς λόγοις προσποιεῖσθαί με, ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων μηδὲ τὸ παράπαν ἐς τὴν οἰκίαν παραδέχεσθαι, ἀλλὰ δήλους εἶναι ἀποκλείσοντας, ἢν ἀφίκωμαί ποτε αὐτοῖς ἐπὶ τὰς θύρας· πάλαι γὰρ τὴν Ἀδικίαν προεπεξενῶσθαι αὐτοῖς.

ΖΕΥΣ. Οὐ πάντες, ὦ θύγατερ, μοχθηροί εἰσιν· ἱκανὸν δὲ, κἂν ἐνίοις τισὶ χρηστοῖς ἐντύχῃς. Ἀλλ' ἄπιτε ἤδη, ὡς κἂν ὀλίγαι τήμερον ἐκδικασθῶσιν.

8. ΕΡΜ. Προΐωμεν, ὦ Δίκη, ταύτην εὐθὺ τοῦ Σουνίου μικρὸν ὑπὸ τὸν Ὑμηττὸν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῆς Πάρνηθος, ἔνθα αἱ δύο ἐκεῖναι ἄκραι· σὺ γὰρ ἔοικας ἐκλελῆσθαι πάλαι τὴν ὁδόν. Ἀλλὰ τί δακρύεις καὶ σχετλιάζεις; μὴ δέδιθι· οὐκέθ' ὅμοια τὰ ἐν τῷ βίῳ· τεθνᾶσιν ἐκεῖνοι πάντες οἱ Σκείρωνες καὶ Πιτυοκάμπται καὶ Βουσίριδες καὶ Φαλάριδες, οὓς ἐδεδίεις τότε, νυνὶ δὲ Σοφία καὶ Ἀκαδήμεια καὶ Στοὰ κατέχουσι πάντα καὶ πανταχοῦ σε ζητοῦσι καὶ περὶ σοῦ διαλέγονται κεχηνότες εἴ ποθεν ἐς αὐτοὺς καταπτοίο πάλιν.

ΔΙΚ. Σὺ γοῦν μοι, ὦ Ἑρμῆ, τἀληθὲς ἂν εἴποις μόνος, ἅτε ξυνὼν αὐτοῖς τὰ πολλὰ καὶ ξυνδιατρίβων ἐν

assidens ad Severas Deas, sortire dicas, et judicantibus attende.

5. JUSTITIA. Rursus in terram? ut exacta ab illis denuo fugiam e vita, si ferre deridentem Injustitiam non potero?

JUP. Bona sperare fas est : omnino enim jam persuaserunt illis philosophi, ut Injustitiæ te præferant, Sophronisci præsertim filius, qui summis justum laudibus extulit et bonorum maximum esse ostendit.

JUST. Valde nimirum illi ipsi quem dicis sermones de me habiti profuere, qui undecimviris traditus et conjectus in carcerem, de cicuta bibit infelix, quum nec gallum reddidisset Æsculapio : in tantum superabant accusatores, contraria philosophantes de Injustitia.

6. JUP. Peregina adhuc vulgo ista tempestate erat philosophia, ac pauci erant philosophantes : itaque non mirum erat in Anytum et Melitum inclinare judicia. Ut vero nunc res sunt, non vides quot pallia, et baculi, et peræ? ubique barba prolixa, et in sinistra liber, et pro te philosophantur omnes : plenæ sunt ambulationes turmatim et per phalanges sibi invicem occurrentium, et nemo est quin virtutis videri alumnus velit. Multi enim relictis quæ ad eum diem habuerant opificiis, ad peram ruentes et pallium, corpusque ad solem Æthiopum colore inficientes, extemporales philosophi ex cerdonibus aut fabris circumeunt, te tuamque laudantes virtutem. Itaque, quod est in proverbio, facilius aliquis in navigio cadens lignum non contingat, quam oculus quocumque respiciens non incidat in philosophum.

7. JUST. Quin illi ipsi metum mihi incutiunt, Jupiter, qui contendant inter se, improbi in iis ipsis quæ de me disputant. Aiunt vero etiam plerosque illorum in disputationibus suis quidem me affectare, in rebus autem gerendis vel in domum suam non admittere, sed sine dubio exclusuros, si quando ad fores illorum veniam : dudum enim Injustitiam hospitio ab illis receptam.

JUP. Non omnes, filia, pravi sunt : satis vero fuerit, si vel in paucos aliquot bonos incidas. Verum abite jam, ut vel paucæ hodie causæ judicentur.

8. MERC. Abeamus, Justitia, recta Sunium versus, paullum sub Hymetto ad sinistra Parnethis, ubi duo illa cacumina : videris enim dudum oblita esse viæ. Sed quid lacrimaris et lamentaris? noli metuere; non jam similis est sæculi conditio : mortui sunt illi Scirones, et Pityocamptæ, et Busirides, et Phalarides, quos tum metuebas; jam vero Sapientia, et Academia, et Porticus tenent omnia; et undique te quærunt, et de te disputant, inhiantes sicunde ad illos rursus devoles.

JUST. Tu enimvero, Mercuri, solus verum mihi dixeris, quippe qui frequenter cum illis sis atque verseris in

τε γυμνασίοις καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ — καὶ ἀγοραῖος γὰρ εἶ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττεις — ὁποῖοι γεγένηνται καὶ εἰ δυνατή μοι παρ' αὐτοῖς ἡ μονή.

ΕΡΜ. Νὴ Δί', ἀδικοίην γὰρ ἂν πρὸς ἀδελφήν σε οὖσαν μὴ λέγων· οὐκ ὀλίγα γὰρ πρὸς τῆς φιλοσοφίας ὠφέληνται οἱ πολλοὶ αὐτῶν· καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο, αἰδοῖ γοῦν τοῦ σχήματος μετριώτερα διαμαρτάνουσι. Πλὴν ἀλλὰ καὶ μοχθηροῖς τισιν ἐντεύξῃ αὐτῶν — χρὴ γὰρ, οἶμαι, τἀληθῆ λέγειν — ἐνίοις δὲ ἡμισόφοις καὶ ἡμιφαύλοις· ἔτι γὰρ αὐτοὺς μετέβαπτεν ἡ φιλοσοφία παραλαβοῦσα. Ὁπόσοι μὲν οὖν ἐς κόρον ἔπιον τῆς βαφῆς, χρηστοὶ ἀκριβῶς ἀπετελέσθησαν ἀμιγεῖς ἑτέρων χρωμάτων, καὶ πρός γε τὴν σὴν ὑποδοχὴν οὗτοι ἑτοιμότατοι· ὅσοι δὲ ὑπὸ τοῦ πάλαι ῥύπου μὴ ἐς βάθος παρεδέξαντο ὁπόσον δευσοποιὸν τοῦ φαρμάκου, τῶν μὲν ἄλλων ἀμείνους, ἀτελεῖς δὲ ὅμως καὶ μιξόλευκοι καὶ κατεστιγμένοι καὶ παρδαλωτοὶ τὴν χρόαν. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ μόνον ψαύσαντες ἔκτοσθεν τοῦ λέβητος ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ καὶ ἐπιχρισάμενοι τῆς ἀσβόλου ἱκανῶς οἴονται καὶ οὗτοι μεταβεβάφθαι. Σοὶ μέντοι δῆλον ὅτι μετὰ τῶν ἀρίστων ἡ διατριβὴ ἔσται.

9. Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πλησιάζομεν τῇ Ἀττικῇ· ὥστε τὸ μὲν Σούνιον ἐν δεξιᾷ καταλίπωμεν, ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀπονεύσωμεν ἤδη. Καὶ ἐπείπερ καταβεβήκαμεν, αὐτὴ μὲν ἐνταῦθά που ἐπὶ τοῦ πάγου κάθησο ἐς τὴν πύκνα ὁρῶσα καὶ περιμένουσα ἔστ' ἂν κηρύξω τὰ παρὰ τοῦ Διός, ἐγὼ δ' ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβὰς ῥᾷον οὕτως ἅπαντας ἐκ τοῦ ἐπηκόου προσκαλέσομαι.

ΔΙΚ. Μὴ πρότερον ἀπέλθῃς, ὦ Ἑρμῆ, πρὶν εἰπεῖν ὅστις οὗτος ὁ προσιών ἐστιν, ὁ κερασφόρος, ὁ τὴν σύριγγα, ὁ λάσιος ἐκ τοῖν σκελοῖν.

ΕΡΜ. Τί φής; ἀγνοεῖς τὸν Πᾶνα, τῶν Διονύσου θεραπόντων τὸν βακχικώτατον; Οὗτος ᾤκει μὲν τὸ πρόσθεν ἀνὰ τὸ Παρθένιον, ὑπὸ δὲ τὸν Δάτιδος ἐπίπλουν καὶ τὴν Μαραθῶνάδε τῶν βαρβάρων ἀπόβασιν ἧκεν ἄκλητος τοῖς Ἀθηναίοις ξύμμαχος, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον τοῦτο ἀπολαβόμενος οἰκεῖ μικρὸν ὑπὲρ τοῦ Πελασγικοῦ ἐς τὸ μετοίκιον ξυντελῶν, καὶ νῦν ὡς τὸ εἰκὸς ἰδὼν ἡμᾶς ἐκ γειτόνων προσέρχεται δεξιωσόμενος.

10. ΠΑΝ. Χαίρετε, ὦ Ἑρμῆ καὶ Δίκη.

ΔΙΚ. Καὶ σύ γε, ὦ Πὰν μουσικώτατε καὶ πηδητικώτατε σατύρων ἁπάντων, Ἀθήνησι δὲ καὶ πολεμικώτατε.

ΠΑΝ. Τίς δαὶ ὑμᾶς, ὦ Ἑρμῆ, χρεία δεῦρ' ἤγαγεν;

ΕΡΜ. Αὕτη σοι διηγήσεται τὰ πάντα· ἐγὼ δ' εἶμι ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ κήρυγμα.

ΔΙΚ. Ὁ Ζεύς, ὦ Πάν, κατέπεμψέ με ἀποκληρώσουσαν τὰς δίκας. Σοὶ δὲ πῶς τὰ ἐν Ἀθήναις ἔχει;

ΠΑΝ. Τὸ μὲν ὅλον οὐ κατ' ἀξίαν τιμῶσί με, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερον τῆς ἐλπίδος, καὶ ταῦτα τηλικοῦτον ἀπωσάμενος κυδοιμὸν τὸν ἐκ τῶν βαρβάρων. Ὅμως δὲ δὶς ἢ τρὶς τοῦ ἔτους ἀνιόντες ἐπιλεξάμενοι τράγον

gymnasiis et in foro (nam forensis es et in concionibus præconium facis), quales facti sint, et an fieri possit ut apud illos ego maneam.

MERC. Sane potest : injustus enim sim, si tibi, sorori, non dicam : non parvum enim e philosophia fructum vulgus illorum cepit. Etenim, si nihil aliud, reverentia certe habitus moderatius aliquanto peccant. Verum enim vero etiam in pravos illorum quosdam incides (nam verum, puto, dicendum est); in quosdam vero semisapientes et semipravos : etiamnum enim illos susceptos novo colore inficiebat philosophia. Quotquot igitur ad saturitatem biberunt illius tincturæ, plane boni facti sunt, colore nullo admixto alio : atque ad te recipiendam hi sunt paratissimi. Qui vero præ antiquis sordibus non satis profunde receperunt vim illam medicamenti penetrabilem, hi meliores quidem reliquis, imperfecti tamen, et ex albo varii, et punctis pardalium instar maculosi. Sunt vero qui, ubi extra solummodo summo digito ahenum contigere, fuligine inuncta, satis ipsi quoque mutasse colorem sibi videntur. Apertum vero, futuram tibi consuetudinem esse cum optimis.

9. Sed dum loquimur, jam appropinquamus Atticæ. Itaque relicto a dextris Sunio ad arcem jam deflectamus : et quandoquidem modo descendimus, ipsa quidem hic in colle consideas concionem prospiciens, exspectansque dum mandata a Jove edixero : ego vero conscensa arce sic facilius omnes de loco ad exaudiendum apto advocavero.

JUST. Noli prius abire, Mercuri, quam dixeris quis sit ille ad nos viam affectans, cornutus, cum fistula, hirsutis cruribus.

MERC. Quid ais? Pana ignoras, illum Bacchi famulorum maxime bacchicum? Hic olim quidem ad Parthenium habitabat, sub appulsum vero Datidis et escensionem barbarorum in Marathona non vocatus auxilio venit Atheniensibus, et ab eo inde tempore istam sub arce speluncam nactus, ibi habitat prope Pelasgicum, censeturque inter inquilinos, et nunc, ut probabile est, ex propinquo nos visos salutatum accedit.

10. PAN. Salvete, Mercuri et Justitia.

JUST. Tu quoque salve, Pan canendi et saltandi inter satyros omnes peritissime, Athenis vero etiam pugnacissime!

PAN. Quodnam vos, Mercuri, negotium huc deduxit?

MERC. Hæc tibi narrabit omnia : ego ad arcem eo et præconium.

JUST. Demisit me, Pan, ad sortienda judicia Jupiter. Tibi vero quomodo Athenis vivitur?

PAN. In universum non pro dignitate me colunt, sed multo quam speraveram tenuius, idque quum tantum represserim tumultum ex barbaris. Tamen bis aut ter anno ascendentes, delectum caprum non castratum mibi sacri-

ἔνορχιν θύουσί μοι πολλῆς τῆς κινάβρας ἀπόζοντα, εἶτα εὐωχοῦνται τὰ κρέα, ποιησάμενοί με τῆς εὐφροσύνης μάρτυρα καὶ ψιλῷ τιμήσαντες τῷ κρότῳ· ἀλλ' ἔχει τινά μοι ψυχαγωγίαν ὁ γέλως αὐτῶν καὶ ἡ παιδιά.

11. ΔΙΚ. Τὰ δ' ἄλλα, ὦ Πὰν, ἀμείνους πρὸς ἀρετὴν ἐγένοντο ὑπὸ τῶν φιλοσόφων;

ΠΑΝ. Τίνας λέγεις τοὺς φιλοσόφους; ἆρ' ἐκείνους τοὺς κατηφεῖς, τοὺς ξυνάμα πολλοὺς, τοὺς τὸ γένειον ὁμοίους ἐμοὶ, τοὺς λάλους;

ΔΙΚ. Καὶ μάλα.

ΠΑΝ. Οὐχ οἶδα ὅλως ὅ τι καὶ λέγουσιν οὐδὲ ξυνίημι τὴν σοφίαν αὐτῶν· ὄρειος γὰρ ἐγὼ καὶ τὰ κομψὰ ταῦτα ῥημάτια καὶ ἀστικὰ οὐ μεμάθηκα, ὦ Δίκη· πόθεν γὰρ ἐν Ἀρκαδίᾳ σοφιστὴς ἢ φιλόσοφος; μέχρι τοῦ πλαγίου αὐλοῦ καὶ τῆς σύριγγος ἐγὼ σοφὸς, τὰ δ' ἄλλα αἰπόλος καὶ χορευτὴς καὶ πολεμιστὴς, ἢν δέῃ. Πλὴν ἀλλὰ ἀκούω γε αὐτῶν ἀεὶ κεκραγότων καὶ ἀρετήν τινα καὶ ἰδέας καὶ φύσιν καὶ ἀσώματα διεξιόντων, ἄγνωστα ἐμοὶ καὶ ξένα ὀνόματα. Καὶ τὰ πρῶτα μὲν εἰρηνικῶς ἐνάρχονται τῶν πρὸς ἀλλήλους λόγων, προϊούσης δὲ τῆς ξυνουσίας ἐπιτείνουσι τὸ φθέγμα μέχρι πρὸς τὸ ὄρθιον, ὥστε ὑπερδιατεινομένων καὶ ἅμα λέγειν ἐθελόντων τό τε πρόσωπον ἐρυθριᾷ καὶ ὁ τράχηλος οἰδεῖ καὶ αἱ φλέβες ἐξανίστανται ὥσπερ τῶν αὐλητῶν, ὁπόταν ἐς στενὸν τὸν αὐλὸν ἐμπνεῖν βιάζωνται. Διαταράξαντες γοῦν τοὺς λόγους καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπισκοπούμενον ξυγχέαντες ἀπέρχονται λοιδορησάμενοι ἀλλήλοις οἱ πολλοὶ τὸν ἱδρῶτα ἐκ τοῦ μετώπου ἀγκύλῳ τῷ δακτύλῳ ἀποξυόμενοι, καὶ οὗτος κρατεῖν ἔδοξεν ὃς ἂν μεγαλοφωνότερος αὐτῶν ᾖ καὶ θρασύτερος καὶ διαλυομένων ἀπέλθῃ ὕστερος. Πλὴν ἀλλ' ὅ γε λεὼς ὁ πολὺς τεθήπασιν αὐτοὺς, καὶ μάλιστα ὁπόσους μηδὲν τῶν ἀναγκαιοτέρων ἀσχολεῖ, καὶ παρεστᾶσι πρὸς τὸ θράσος καὶ τὴν βοὴν κεκηλημένοι. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἀλαζόνες τινὲς ἐδόκουν ἀπὸ τούτων καὶ ἠνιώμην ἐπὶ τῇ τοῦ πώγωνος ὁμοιότητι. Εἰ δὲ καὶ δημωφελές τι ἐνῆν τῇ βοῇ αὐτῶν καί τι ἀγαθὸν ἐκ τῶν ῥημάτων ἐκείνων ἀνεφύετο αὐτοῖς, οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι. Πλὴν ἀλλ' εἴ γε δεῖ μηδὲν ὑποστειλάμενον τἀληθὲς διηγήσασθαι — οἰκῶ γὰρ ἐπὶ σκοπῆς, ὡς ὁρᾷς — πολλοὺς αὐτῶν ἤδη πολλάκις ἐθεασάμην περὶ δείλην ὀψίαν ....

12. ΔΙΚ. Ἐπίσχες, ὦ Πάν. Οὐχ ὁ Ἑρμῆς σοι κηρύττειν ἔδοξεν;

ΠΑΝ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΕΡΜ. Ἀκούετε λεῴ, ἀγορὰν δικῶν ἀγαθῇ τύχῃ καταστησώμεθα τήμερον Ἐλαφηβολιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου. Ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν ἐς Ἄρειον πάγον, ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὰ δικαστήρια καὶ αὐτὴ παρέσται τοῖς δικάζουσιν, οἱ δικασταὶ ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων, ὁ μισθὸς τριώβολον ἑκάστης δίκης, ἀριθμὸς τῶν δικαστῶν κατὰ λόγον τοῦ ἐγκλήματος. Ὁπόσοι δὲ ἀποθέμενοι γραφὴν, πρὶν ἐσελθεῖν, ἀπέθανον, καὶ τούτους ὁ Αἰακὸς ἀναπεμψάτω. Ἢν δέ τις ἄδικα δε-

ficant, hircosissime olentem; tum carnes epulantur, testem me advocantes lætitiæ, et tenui honorantes plausu: verumtamen affert quandam mihi oblectationem risus illorum et jocus.

11. JUST. Ceterum vero, Pan, an meliores ad virtutem facti sunt a philosophis?

PAN. Quosnam mihi narras philosophos? numquid illos demisso vultu, confertos, illos mento tenus mihi similes, loquaces illos?

JUST. Sane.

PAN. Planissime nescio quid sibi velint, nec sapientiam illorum intelligo: monticola enim ego, et comtula ista dicta atque urbana non didici, Justitia: unde enim in Arcadia sophista aut philosophus? ad obliquam arundinem usque et fistulam ego sapiens; ceterum caprarum pastor, et saltator, et, si opus sit, pugnator. Verum audio tamen illos semper clamantes, et virtutem quandam, et species, et naturam, et expertia corporis proferentes, ignorabilia mihi et peregrina nomina. Ac primo quidem pacifice occipiunt suos inter se sermones; procedente vero disputatione, ad orthium usque modum vocem intendunt: adeo ut a nimia contentione atque simul dicendi studio et vultus rubescat, et intumescat cervix, et venæ surgant magis quam tibicinum, quando in angusta inflanda tibia vim sibi adhibent. Perturbatis igitur invicem sermonibus, et confuso quæstionis statu abeunt plerique conviciantes sibi invicem, sudorem de fronte digito incurvato detergentes: et ille vicisse videtur, qui vocalior est audaciorque et discedentibus abit ultimus. Interim vulgus illos stupet, maxime si quos nihil magis necessarium occupatos tenet, atque astant audacia illorum atque clamoribus defixi ac deliniti. Mihi vero his indiciis vani homines esse videbantur, ægreque ferebam illam barbæ similitudinem. Utrum autem aliquid publice utile insit in illo eorum clamore, et boni quid ex verbis istis exoriatur ipsis, non equidem dixerim. Verum si absque dissimulatione rem ipsam dicere fas est (habito enim hic, ut vides, in specula), multos illorum sæpe jam vidi, sero vespere ....

12. JUST. Exspecta, Pan. Nonne Mercurius concionari tibi visus est?

PAN. Nempe.

MERC. Audito, popule. Forum judiciorum, quod felix faustumque sit, agamus hodie, Elaphebolionis ineuntis septimo. Quicumque causas detulerunt, veniant in Areopagum: ibi Justitia sortietur dicas et ipsa aderit judicantibus. Judices ex omnibus Atheniensibus: merces uniuscujusque causæ triobolum: numerus judicum pro portione criminis. Quicumque vero dato libello ante, quam in judicium venirent, mortui sunt, eos quoque remittito Æacus.

δικάσθαι οἴηται, ἐφέσιμον ἀγωνιεῖται τὴν δίκην· ἡ δὲ ἔφεσις ἐπὶ τὸν Δία.

ΠΑΝ. Βαβαὶ τοῦ θορύβου, ἡλίκον, ὦ Δίκη, ἀνεβόησαν· ὡς δὲ καὶ σπουδῇ ξυνθέουσιν ἕλκοντες ἀλλήλους πρὸς τὸ ἄναντες εὐθὺ τοῦ Ἀρείου πάγου. Καὶ ὁ Ἑρμῆς δὲ ἤδη πάρεστιν. Ὥστε ὑμεῖς μὲν ἀμφὶ τὰς δίκας ἔχετε καὶ ἀποκληροῦτε καὶ δικκρίνετε ὥσπερ ὑμῖν νόμος, ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸ σπήλαιον ἀπελθὼν συρίξομαί τι μέλος τῶν ἐρωτικῶν, ᾧ τὴν Ἠχὼ εἴωθα ἐπικερτομεῖν· ἀκροάσεων δὲ καὶ λόγων τῶν δικανικῶν ἅλις ἔχει μοι ὁσημέραι τῶν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαζομένων ἀκούοντι.

13. ΕΡΜ. Ἄγε, ὦ Δίκη, προσκαλῶμεν.

ΔΙΚ. Εὖ λέγεις. Ἀθρόοι γοῦν, ὡς ὁρᾷς, ξυνθέουσι θορυβοῦντες ὥσπερ οἱ σφῆκες περιβομβοῦντες τὴν ἄκραν.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ. Εἴληφά σε, ὦ κατάρατε.

ΑΛΛΟΣ. Συκοφαντεῖς.

ΑΛΛ. Δώσεις ποτὲ ἤδη τὴν δίκην.

ΑΛΛ. Ἐξελέγξω σε δεινὰ εἰργασμένον.

ΑΛΛ. Ἐμοὶ πρώτῳ ἀποκλήρωσον.

ΑΛΛ. Ἕπου, μιαρέ, πρὸς τὸ δικαστήριον.

ΑΛΛ. Μὴ ἄγχε με.

ΔΙΚ. Οἶσθα ὃ δράσομεν, ὦ Ἑρμῆ; τὰς μὲν ἄλλας δίκας ἐς τὴν αὔριον ὑπερβαλώμεθα, τήμερον δὲ κληρῶμεν τὰς τοιαύτας, ὁπόσαι τέχναις ἢ βίοις ἢ ἐπιστήμαις πρὸς ἄνδρας εἰσὶν ἐπηγγελμέναι. Καί μοι ταύτας ἀνάδος τῶν γραφῶν.

ΕΡΜ. Μέθη κατὰ τῆς Ἀκαδημείας ὑπὲρ Πολέμωνος ἀνδραποδισμοῦ.

ΔΙΚ. Ἑπτὰ κλήρωσον.

ΕΡΜ. Ἡ Στοὰ κατὰ τῆς Ἡδονῆς ἀδικίας, ὅτι τὸν ἐραστὴν αὐτῆς Διονύσιον ἀπεβουκόλησε.

ΔΙΚ. Πέντε ἱκανοί.

ΕΡΜ. Περὶ Ἀριστίππου Τρυφὴ πρὸς Ἀρετήν.

ΔΙΚ. Πέντε καὶ τούτοις δικασάτωσαν.

ΕΡΜ. Ἀργυραμοιβικὴ δρασμοῦ Διογένει.

ΔΙΚ. Τρεῖς ἀποκλήρου μόνους.

ΕΡΜ. Γραφικὴ κατὰ Πύρρωνος λειποταξίου·

ΔΙΚ. Ἐννέα κρινάτωσαν.

14. ΕΡΜ. Βούλει καὶ ταύτας ἀποκληρῶμεν, ὦ Δίκη, τὰς δύο, τὰς πρῴην ἀπενηνεγμένας κατὰ τοῦ ῥήτορος;

ΔΙΚ. Τὰς παλαιὰς πρότερον διανύσωμεν· αὗται δὲ ἐς ὕστερον δεδικάσονται.

ΕΡΜ. Καὶ μὴν ὅμοιαί γε καὶ αὐταὶ καὶ τὸ ἔγκλημα, εἰ καὶ μὴ παλαιόν, ἀλλὰ παραπλήσιον τοῖς προαποκεκληρωμένοις· ὥστε ἐν τούτοις δικασθῆναι ἄξιον.

ΔΙΚ. Ἔοικας, ὦ Ἑρμῆ, χαριζομένῳ τὴν δέησιν· ἀποκληρῶμεν δὲ ὅμως, εἰ δοκεῖ, πλὴν ἀλλὰ ταύτας μόνας· ἱκαναὶ γὰρ αἱ ἀποκεκληρωμέναι. Δὸς τὰς γραφάς.

ΕΡΜ. Ῥητορικὴ κακώσεως τῷ Σύρῳ· Διάλογος τῷ αὐτῷ ὕβρεως.

Si quis injuste in sua causa judicatum esse putet, provocatione certabit : est autem ad Jovem provocatio.

PAN. Vah tumultus! quantos tollunt, Justitia, clamores! quam studiose vero concurrunt, trahentes alii alios arduo ascensu in collem Martium! Jam autem adest etiam Mercurius. Itaque vos quidem occupaminor in judiciis, et sortiminor, et judicatote, ut vobis legitimum est : ego vero ubi discessero in speluncam, fistula canam cantilenam quandam amatoriam, qua cavillari soleo Echonem; auditionum vero et judicialium orationum satias mihi est, qui quotidie in Areopago litigantes audiam.

13. MERC. Age, Justitia, advocemus.

JUST. Bene mones. Densi enim, ut vides, cum tumultu accedunt, vesparumque instar bombum circa arcem faciunt.

ATHENIENSIS. Teneo te, sceleste.

ALIUS. Calumniator es.

ALIUS. Dabis tandem aliquando pœnas.

ALIUS. Convincam te fecisse horribilia.

ALIUS. Mihi prius sortire.

ALIUS. Sequere in jus, impure.

ALIUS. Noli mihi collum obtorquere.

JUST. Scin' quid agamus, Mercuri? causas alias differamus in crastinum : hodie vero sortiamur illas, quæ ab artibus vel vitæ generibus vel scientiis contra viros delatæ sunt. Et cedo hujus mihi generis libellos.

MERC. Ebrietas contra Academiam pro Polemone, plagii.

JUST. Sortire septem judices.

MERC. Porticus contra Voluptatem, injuriarum, quod suum amatorem Dionysium abduxit.

JUST. Quinque sufficiunt.

MERC. De Aristippo Voluptas contra Virtutem.

JUST. Quinque et his litem judicanto.

MERC. Mensaria fugæ crimen intendit Diogeni.

JUST. Tres solos sortire.

MERC. Pictoria contra Pyrrhonem deserti ordinis.

JUST. Novem judicent.

14. MERC. Viane illas quoque sortiamur, Justitia, duas nuperas, delatas illas contra rhetorem?

JUST. Antiquas prius dirimamus : hæ posterius judicabuntur.

MERC. Verum similes illæ quoque, et crimen, licet novum, tamen finitimum his quæ modo sortiti sumus. Itaque inter hæc judicari æquum est.

JUST. Videris, Mercuri, gratificari velle alicujus preces. Sortiamur tamen, si videtur, verum solas hasce; satis multæ enim sunt illæ quas sumus sortiti. Cedo libellos.

MERC. Rhetorica malæ tractationis dicam scribit Syro; Dialogus eidem, contumeliæ.

ΔΙΚ. Τίς δαὶ οὗτός ἐστιν; οὐ γὰρ ἐγγέγραπται τοὔνομα.

ΕΡΜ. Οὕτως ἀποκλήρου, τῷ ῥήτορι τῷ Σύρῳ· κωλύει γὰρ οὐδὲν καὶ ἄνευ τοῦ ὀνόματος.

ΔΙΚ. Ἰδοὺ, καὶ τὰς ὑπερορίους ἤδη Ἀθήνησιν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀποκληρώσομεν, ἃς ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην καλῶς εἶχε δεδικάσθαι. Πλὴν ἀλλὰ κλήρου ἕνδεκα τοὺς αὐτοὺς ἑκατέρᾳ τῶν δικῶν.

ΕΡΜ. Εὖ γε, ὦ Δίκη, φείδῃ μὴ πολὺ ἀναλίσκεσθαι τὸ δικαστικόν.

15. ΔΙΚ. Οἱ πρῶτοι καθιζέτωσαν τῇ Ἀκαδημείᾳ καὶ τῇ Μέθῃ· σὺ δὲ τὸ ὕδωρ ἔγχει. Προτέρα δὲ σὺ λέγε ἡ Μέθη. Τί σιγᾷ καὶ διανεύει; Μάθε, ὦ Ἑρμῆ, προσελθών.

ΕΡΜ. Οὐ δύναμαι, φησὶ, τὸν ἀγῶνα εἰπεῖν ὑπὸ τοῦ ἀκράτου τὴν γλῶτταν πεπεδημένη, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλω ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Μόγις δὲ καὶ ἕστηκεν, ὡς ὁρᾷς.

ΔΙΚ. Οὐκοῦν συνήγορον ἀναβιβασάσθω τῶν δεινῶν τούτων τινά· πολλοὶ γὰρ οἱ κἂν ἐπὶ τριωβόλῳ διαρραγῆναι ἕτοιμοι.

ΕΡΜ. Ἀλλ' οὐδὲ εἷς ἐθελήσει ἔν γε τῷ φανερῷ συναγορεῦσαι Μέθῃ· πλὴν εὐγνώμονά γε ταῦτα ἔοικεν ἀξιοῦν.

ΔΙΚ. Τὰ ποῖα;

ΕΡΜ. Ἡ Ἀκαδήμεια πρὸς ἀμφοτέρους ἀεὶ παρεσκεύασται τοὺς λόγους καὶ τοῦτ' ἀσκεῖ τἀναντία καλῶς δύνασθαι λέγειν. Αὕτη τοίνυν, φησὶν, ὑπὲρ ἐμοῦ πρότερον εἰπάτω, εἶτα ὕστερον ὑπὲρ ἑαυτῆς ἐρεῖ.

ΔΙΚ. Καινὰ μὲν ταῦτα, εἰπὲ δὲ ὅμως, ὦ Ἀκαδήμεια, τὸν λόγον ἑκάτερον, ἐπεί σοι ῥᾴδιον.

16. ΑΚΑΔΗΜΕΙΑ. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πρότερα τὰ ὑπὲρ τῆς Μέθης· ἐκείνης γὰρ τό γε νῦν ῥέον. Ἠδίκηται δὲ ἡ ἀθλία τὰ μέγιστα ὑπὸ τῆς Ἀκαδημείας ἐμοῦ, ἀνδράποδον ὃ μόνον εἶχεν εὔνουν καὶ πιστὸν αὐτῇ, μηδὲν αἰσχρὸν ὧν πράξειεν οἰόμενον, ἀφαιρεθεῖσα τὸν Πολέμωνα ἐκεῖνον, ὃς μεθ' ἡμέραν ἐκώμαζε διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης ψαλτρίας ἔχων καὶ κατᾳδόμενος ἕωθεν ἐς ἑσπέραν, μεθύων ἀεὶ καὶ κραιπαλῶν καὶ τὴν κεφαλὴν τοῖς στεφάνοις διηνθισμένος. Καὶ ταῦτα ὅτι ἀληθῆ, μάρτυρες Ἀθηναῖοι ἅπαντες, οἳ μηδὲ πώποτε νήφοντα Πολέμωνα εἶδον. Ἐπεὶ δὲ ὁ κακοδαίμων ἐπὶ τὰς τῆς Ἀκαδημείας θύρας ἐκώμασεν, ὥσπερ ἐπὶ πάντας εἰώθει, ἀνδραποδισαμένη αὐτὸν καὶ ἀπὸ τῶν χειρῶν τῆς Μέθης ἁρπάσασα μετὰ βίας καὶ πρὸς αὑτὴν ἀπαγαγοῦσα ὑδροποτεῖν τε κατηνάγκασε καὶ νήφειν μετεδίδαξε καὶ τοὺς στεφάνους περιέσπασε καὶ δέον πίνειν κατακείμενον, ῥημάτια σκολιὰ καὶ δύστηνα καὶ πολλῆς φροντίδος ἀνάμεστα ἐπαίδευσεν· ὥστε ἀντὶ τοῦ τέως ἐπανθοῦντος αὐτῷ ἐρυθήματος ὠχρὸς ὁ ἄθλιος καὶ ῥικνὸς τὸ σῶμα γεγένηται, καὶ τὰς ᾠδὰς ἁπάσας ἀπομαθὼν ἄσιτος ἐνίοτε καὶ διψαλέος ἐς μέσην ἑσπέραν κάθηται ληρῶν ὁποῖα πολλὰ ἡ Ἀκαδήμεια ἐγὼ ληρεῖν διδάσκω. Τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι καὶ λοιδορεῖται τῇ

JUST. Quis hic est? neque enim ascriptum est nomen.

MERC. Sic modo sortire, Rhetori Syro; nihil enim impediet etiam sine nomine.

JUST. En jam transmontanas etiam Athenis in Areopago sortiemur dicas; quas trans Euphraten judicatas esse oportebat. Verum sortire undecim, eosdem utrique dicæ.

MERC. Bene tu quidem, Justitia; parca es, ne multum insumatur in mercedem judicum.

15. JUST. Primi sedeant Academiæ et Ebrietati. Tu vero aquam infunde. Prior tu dic, Ebrietas. Quid tacet et nutat? Accede, Mercuri, et audi.

MERC. Non possum, ait, causam meam agere mero compedita lingua, ne ludibrium debeam in judicio Vix autem stat, ut vides.

JUST. Itaque patronum adhibeat, de acribus illis aliquem : multi enim sunt vel de triobolo dirumpere se parati.

MERC. Sed nemo unus temere volet causam Ebrietatis palam suscipere. Et tamen cum ratione istuc videtur petere.

JUST. Quidnam?

MERC. Academia semper in utramque partem dicere parata est, et hoc ipsum meditatur, contraria bene posse dicere. Hæc ergo, ait, pro me primum dicat, deinde posterius pro se verba faciet.

JUST. Nova quidem ista ratio. Sed dic tamen, Academia, utramque causam, quando tibi facile est.

16. ACADEMIA. Audite, judices, primum quæ pro Ebrietate dicentur : illius enim nunc aqua fluit. Maxima vero infelix injuria a me, Academia, affecta est, mancipio, quod solum habebat amicum et fidele sibi, quod nihil eorum quæ ipsa agebat turpe putaret, privata, isto, dico, Polemone : qui interdiu comissabundus vagabatur per forum medium, cum psaltriis, canentibus aures præbens a mane inde ad vesperam, ebrius semper, vino gravis, floreis caput sertis redimitus. Hæc vera esse, testes Athenienses universi, qui non unquam sobrium viderunt Polemonem. Quum autem ad Academiæ portas comissatum venisset infelix, ut ad alios omnes solebat, illa plagio usa, vi ereptum e manibus Ebrietatis ad se deduxit, aquam bibere coegit, sobrium esse de novo instituit, coronas ei detraxit, et quum in lecto bibendum esset, tortuosas illum quasdam voculas miserasque et multæ sollicitudinis plenas edocuit. Itaque pro illo, qui tum in ipso efflorescebat, rubore pallidus miser ille et rugosus corpore factus est; et cantilenarum omnium oblitus, sine cibo nonnunquam et sitiens, ad mediam usque vesperam desidet inter nugas, quas multas ego, Academia, nugari doceo. Maximum vero illud, quod

Μέθη πρὸς ἐμοῦ ἐπαρθεὶς καὶ μυρία κακὰ διεξέρχεται περὶ αὐτῆς. Εἴρηται σχεδὸν τὰ ὑπὲρ Μέθης. Ἤδη καὶ ὑπὲρ ἐμαυτῆς ἐρῶ, καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ἐμοὶ ῥευσάτω.

ΔΙΚ. Τί ἄρα πρὸς ταῦτα ἐρεῖ; Πλὴν ἀλλ' ἔγχει τὸ ἴσον ἐν τῷ μέρει.

17. ΑΚΑΔ. Οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι πάνυ εὔλογα, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἡ ξυνήγορος εἴρηκεν ὑπὲρ τῆς Μέθης, εἰ δὲ κἀμοῦ μετ' εὐνοίας ἀκούσαιτε, εἴσεσθε ὡς οὐδὲν αὐτὴν ἠδίκηκα· τὸν γὰρ Πολέμωνα τοῦτον, ὅν φησιν ἑαυτῆς οἰκέτην εἶναι, πεφυκότα οὐ φαύλως οὐδὲ κατὰ τὴν Μέθην, ἀλλ' οἰκεῖον ἐμοὶ καὶ τὴν φύσιν ὅμοιον, προαρπάσασα νέον ἔτι καὶ ἁπαλὸν ὄντα ξυναγωνιζομένης τῆς Ἡδονῆς, ἥπερ αὐτῇ τὰ πολλὰ συνυπουργεῖ, διέφθειρε τὸν ἄθλιον τοῖς κώμοις καὶ ταῖς ἑταίραις παρασχοῦσα ἔκδοτον, ὡς μηδὲ μικρὸν αὐτῷ τῆς αἰδοῦς ὑπολείπεσθαι· καὶ ἅ γε ὑπὲρ ἑαυτῆς λέγεσθαι μικρὸν ἔμπροσθεν ᾤετο, ταῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μᾶλλον εἰρῆσθαι νομίσατε· περιῄει γὰρ ὁ κακοδαίμων ἕωθεν ἐστεφανωμένος κραιπαλῶν διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης, καταυλούμενος, οὐδέποτε νήφων, κωμάζων ἐπὶ πάντας, ὕβρις τῶν προγόνων καὶ τῆς πόλεως ὅλης καὶ γέλως τοῖς ξένοις· ἐπεὶ μέντοι γε παρ' ἐμὲ ἧκεν, ἐγὼ μὲν ἔτυχον, ὥσπερ εἴωθα ποιεῖν, ἀναπεπταμένων τῶν θυρῶν πρὸς τοὺς παρόντας τῶν ἑταίρων λόγους τινὰς περὶ ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης διεξιοῦσα· ὁ δὲ μετὰ τοῦ αὐλοῦ καὶ τῶν στεφάνων ἐπιστὰς τὰ μὲν πρῶτα ἐβόα καὶ ξυγχεῖν ἡμῶν ἐπειρᾶτο τὴν ξυνουσίαν ἐπιταράξας τῇ βοῇ· ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἡμεῖς ἐπεφροντίκειμεν αὐτοῦ, κατ' ὀλίγον — οὐ γὰρ τέλεον ἦν διάβροχος τῇ Μέθῃ — ἀνένηφε πρὸς τοὺς λόγους καὶ ἀφαιρεῖται τοὺς στεφάνους καὶ τὴν αὐλητρίδα κατεσιώπα καὶ ἐπὶ τῇ πορφυρίδι ᾐσχύνετο, καὶ ὥσπερ ἐξ ὕπνου βαθέος ἀνεγρόμενος ἑαυτόν τε ἑώρα ὅπως διέκειτο καὶ τοῦ πάλαι βίου κατεγίγνωσκε, καὶ τὸ μὲν ἐρύθημα τὸ ἐκ τῆς Μέθης ἀπήνθει καὶ ἠφανίζετο, ἠρυθρία δὲ κατ' αἰδῶ τῶν δρωμένων, καὶ τέλος ἀποδρὰς ὥσπερ εἶχεν ηὐτομόλησε παρ' ἐμέ, οὔτ' ἐπικαλεσαμένης οὔτε βιασαμένης, ὡς αὐτή φησιν, ἐμοῦ, ἀλλ' ἑκὼν αὐτὸς ἀμείνω ταῦτα εἶναι ὑπολαμβάνων. Καί μοι ἤδη κάλει αὐτόν, ὅπως καταμάθητε ὃν τρόπον διάκειται πρὸς ἐμοῦ. Τοῦτον, ὦ ἄνδρες δικασταί, παραλαβοῦσα γελοίως ἔχοντα καὶ μήτε φωνὴν ἀφιέναι μήτε ἑστάναι ὑπὸ τοῦ ἀκράτου δυνάμενον ὑπέστρεψα καὶ ἀνένηψα καὶ ἀντὶ ἀνδραπόδου κόσμιον ἄνθρωπον καὶ σώφρονα καὶ πολλοῦ ἄξιον τοῖς Ἕλλησιν ἀπέδειξα· καί μοι αὐτός τε χάριν οἶδεν ἐπὶ τούτοις καὶ οἱ προσήκοντες ὑπὲρ αὐτοῦ. Εἴρηκα· ὑμεῖς δὲ ἤδη σκοπεῖτε ποτέρᾳ ἡμῶν ἄμεινον ἦν αὐτῷ συνεῖναι.

18. ΕΡΜ. Ἄγε δή, μὴ μέλλετε, ψηφοφορήσατε, ἀνάστητε· καὶ ἄλλοις χρὴ δικάζειν.

ΔΙΚ. Πάσαις ἡ Ἀκαδήμεια κρατεῖ πλὴν μιᾶς.

ΕΡΜ. Παράδοξον οὐδέν, εἶναί τινα καὶ τῇ Μέθῃ τιθέμενον.

19. Καθίσατε οἱ τῇ Στοᾷ πρὸς τὴν Ἡδονὴν λαχόν-

etiam maledicit Ebrietati incitatus a me, et sexcenta de ea mala narrat. Dicta sunt fere quæ pro Ebrietate debebant. Jam etiam pro me agam : et hinc mihi fluat clepsydra.

JUST. Quid tandem ad hæc dicet? Sed æquum vicissim infunde.

17. ACAD. Sic quidem omnino rationabilia auditu, judices, pro Ebrietate dixit patrona : sin vero me etiam benevole audieritis, quam nulla istam injuria affecerim, cognoscetis. Nam Polemonem illum, quem suum ait servum, non male natum, neque pro Ebrietate, sed mihi familiarem et ingenio similem, præripuerat juvenem adhuc et tenerum, adjuvante Voluptate, quæ ipsi frequenter ministrat, corrupitque miserum, comissationibus et meretricibus dedititium tradens, ut ne paullum quidem pudoris illi relinqueretur. Atque ea quæ pro se dici paullo ante putabat, pro me potius dicta putatote : circumibat enim infelix ille jam mane diei coronatus, crapula gravis, per medium forum, tibiis aures præbens, neque unquam sobrius, comissatum veniens ad quoscumque, contumelia majorum suorum et totius civitatis, risus hospitibus. Verum ad me quum venisset, equidem, ut facere soleo, apertis januis ad sodalium qui præsentes erant verba forte faciebam de virtute et temperantia. At ille cum tibia et coronis astans primo quidem clamabat, tentabatque nos confundere, turbans clamore nostram disputationem : quum vero nihil illum curaremus, paullatim (neque enim plane ab Ebrietate permaduerat) ad sobrietatem ab illa disputatione rediit, et aufert coronas, et tacere jubebat tibicinam, et purpuræ illum pudebat : et tanquam e profundo somno expergefactus, tum se, quomodo affectus esset, inspiciebat, tum vitam condemnabat superiorem. Hinc ille ab Ebrietate rubor deflorescens evanuit, quum a pudore potius eorum quæ fecerat erubesceret : et tandem, ut erat, ad me venit transfuga, neque vocantem, neque vim adhibentem, ut ista dicit; sed quod ipse sua sponte hæc meliora putaret. Et jam illum mihi voca, ut discatis quomodo erga me sit affectus. Hunc ego, judices, quum accepissem ridicule se habentem, et neque vocem mittere neque stare præ mero valentem, converti, ad sobrietatem reduxi, et pro mancipio virum honestum et sobrium et quantivis pretii Græcis reddidi : et mihi tum ipse gratiam habet harum rerum causa, tum pro ipso necessarii. Dixi. Vos vero jam considerate, cum utra nostrûm esse illi fuerit melius.

18. MERC. Age sane, nolite cunctari, ferte suffragia, surgite : judicare oportet etiam alios.

JUST. Omnibus, una excepta, vincit Academia.

MERC. Mirum non est esse aliquem qui suum Ebrietati etiam calculum adjecerit.

19. Sedete jam quibus sortito obvenit judicare causam

τες περὶ τοῦ ἐραστοῦ δικάζειν· ἐγκέχυται τὸ ὕδωρ. Ἡ κατάγραφος ἡ τὰ ποικίλα σὺ ἤδη λέγε.

20. ΣΤΟΑ. Οὐκ ἀγνοῶ μέν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὡς πρὸς εὐπρόσωπόν μοι τὴν ἀντίδικον ὁ λόγος ἔσται, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν τοὺς πολλοὺς ὁρῶ πρὸς μὲν ἐκείνην ἀποβλέποντας καὶ μειδιῶντας πρὸς αὐτήν, ἐμοῦ δὲ καταφρονοῦντας, ὅτι ἐν χρῷ κέκαρμαι καὶ ἀρρενωπὸν βλέπω καὶ σκυθρωπὴ δοκῶ· ὅμως δέ, ἢν ἐθελήσητε ἀκοῦσαί μου λεγούσης, θαρρῶ πολὺ δικαιότερα ταύτης ἐρεῖν. Τοῦτο γάρ τοι καὶ τὸ παρὸν ἔγκλημά ἐστιν, ὅτι οὕτως ἑταιρικῶς ἐσκευασμένη τῷ ἐπαγωγῷ τῆς ὄψεως ἐραστὴν ἐμὸν ἄνδρα τότε σώφρονα τὸν Διονύσιον φεναχίσασα πρὸς ἑαυτὴν περιέσπασε, καὶ ἥν γε οἱ πρὸ ὑμῶν δίκην ἐδίκασαν τῇ Ἀκαδημείᾳ καὶ τῇ Μέθῃ, ἀδελφὴ τῆς παρούσης δίκης ἐστίν· ἐξετάζεται γὰρ ἐν τῷ παρόντι πότερα χοίρων δίκην κάτω νενευκότας ἡδομένους χρὴ βιοῦν οὐδὲν σεμνὸν οὐδὲ μεγαλόφρον ἐπινοοῦντας ἢ ἐν δευτέρῳ τοῦ καλῶς ἔχοντος ἡγησαμένους τὸ τερπνὸν ἐλευθέρους ἐλευθέρως φιλοσοφεῖν, μήτε τὸ ἀλγεινὸν ὡς ἄμαχον δεδιότας μήτε τὸ ἡδὺ ἀνδραποδωδῶς προαιρουμένους καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ζητοῦντας ἐν τῷ μέλιτι καὶ ταῖς ἰσχάσι. Τοιαῦτα γὰρ αὕτη δελέατα τοῖς ἀνοήτοις προτείνουσα καὶ μορμολυττομένη τῷ πόνῳ προσάγεται αὐτῶν τοὺς πολλούς, ἐν οἷς καὶ τὸν δείλαιον ἐκεῖνον ἀφηνιάσαι ἡμῶν ἐποίησε νοσοῦντα τηρήσασα· οὐ γὰρ ἂν ὑγιαίνων ποτὲ προσήκατο τοὺς παρὰ ταύτης λόγους. Καίτοι τί ἂν ἔγωγε ἀγανακτοίην κατ' αὐτῆς, ὅπου μηδὲ τῶν θεῶν φείδεται, ἀλλὰ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν διαβάλλει; ὥστε εἰ σωφρονεῖτε, καὶ ἀσεβείας ἂν δίκην λάβοιτε παρ' αὐτῆς. Ἤκουον δὲ ἔγωγε ὡς οὐδὲ αὐτὴ παρεσκεύασται ποιήσασθαι τοὺς λόγους, ἀλλὰ τὸν Ἐπίκουρον ἀναβιβάσεται συναγορεύσοντα· οὕτως ἐντρυφᾷ τῷ δικαστηρίῳ· πλὴν ἀλλὰ ἐκεῖνά γε αὐτὴν ἐρωτᾶτε, οἵους ἂν οἴεται γενέσθαι τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν ὑμέτερον Θησέα, εἰ πεισθέντες τῇ ἡδονῇ ἔφυγον τοὺς πόνους· οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκώλυε μεστὴν ἀδικίας εἶναι τὴν γῆν, ἐκείνων μὴ πονησάντων. Ταῦτα εἶπον οὐ πάνυ τοῖς μακροῖς τῶν λόγων χαίρουσα. Εἰ δέ γε ἐθελήσειε κατὰ μικρὸν ἀποκρίνασθαί μοι συνερωτωμένη, τάχιστα ἂν γνωσθείη τὸ μηδὲν οὖσα. Πλὴν ἀλλὰ ὑμεῖς γε τῶν ὅρκων μνημονεύσαντες ψηφίσασθε ἤδη τὰ εὔορκα μὴ πιστεύσαντες Ἐπικούρῳ λέγοντι μηδὲν ἐπισκοπεῖν τῶν παρ' ἡμῖν γιγνομένων τοὺς θεούς.

ΕΡΜ. Μετάστηθι. Ὁ Ἐπίκουρος ὑπὲρ τῆς Ἡδονῆς λέγε.

21. ΕΠΙΚΟΥΡΟΣ. Οὐ μακρά, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ· δεῖ γὰρ οὐδὲ πολλῶν μοι τῶν λόγων· ἀλλ' εἰ μὲν ἐπῳδαῖς τισιν ἢ φαρμάκοις ὃν φησιν ἑαυτῆς ἐραστὴν ἡ Στοὰ τὸν Διονύσιον κατηνάγκασε ταύτης μὲν ἀπέχεσθαι, πρὸς ἑαυτὴν δὲ ἀποβλέπειν ἡ Ἡδονή, φαρμακὶς ἂν εἰκότως ἔδοξε καὶ ἀδικεῖν ἐκέκριτο ἐπὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἐραστὰς μαγγανεύουσα. Εἰ δέ τις ἐλεύθερος, ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει, μὴ ἀπαγορευόντων τῶν νόμων, τὴν παρὰ ταύτης ἀηδίαν μυσαχθεὶς καὶ ἣν φησιν ἐπὶ

Porticus contra Voluptatem de amatore. Infusa jam est aqua. Tu jam, variis coloribus picta (Pœcile), dicito.

20. PORTICUS. Non ignoro equidem, judices, quam speciosam contra adversariam mihi dicendum sit; quin vestrûm etiam plerosque video conjectis in istam oculis ei arridere, me autem despicere, quod in cute sum tonsa, virili vultu, et tristis atque severa videor : tamen, si volueritis audire me dicentem, confido multo me justiora præ ista dicturam. Nimirum hoc ipsum etiam præsens crimen est, quod meretricie ita ornata, illo vultu illice meum amatorem, virum tunc temperantem, Dionysium, deceptum ad se traduxit; quamque ante vos modo causam judicarunt judices inter Academiam atque Ebrietatem, ea præsenti causæ gemina est : dispicitur enim nunc, utrum porcorum instar humum spectantes in voluptate vivere deceat, grave nihil nec magnanimum cogitantes; an post honestatem collocato quod delectat, liberos liberaliter philosophari, neque dolorem ut invictum quiddam metuentes, neque suave quod est mancipiorum more sequentes, quærentesque felicitatem in melle et ficubus. Tales enim escas imprudentibus ista proponens, et laborem velut terriculamentum quoddam ostentans, plerosque ipsorum ad se allicit : in quibus etiam miserum istum, nostras ut habenas excuteret, adduxit, quum observasset ægrotantem : neque enim sanus unquam orationem illius erat admissurus. Verum quid ego isti indigner, quæ ne diis quidem parcat, sed eorum calumnietur providentiam? Itaque si sanum sequi judicium volueritis, impietatis etiam pœnam ab ista sumseritis. Audivi equidem neque ipsam ad dicendum se comparasse, sed Epicurum adducturam esse patronum : adeo tribunalis majestatem per delicias conculcat. Verum illud certe istam interrogate, quales putet futuros fuisse Herculem et vestrum Theseum, si, voluptatis castra secuti, fugissent labores : nihil enim impediebat quominus injustitiæ plena esset terra, illis detrectantibus laborem. Hæc dixi, non vehementer gaudens longis orationibus. Si vero voluerit in brevi altercatione mihi respondere, celerrime, quam nihil sit, intelligatur. Verum vos, jurisjurandi memores, religiose jam ite in suffragia, neu Epicuro credite dicenti nihil inspicere eorum quæ apud nos fiunt deos.

MERC. Transi. Tu, Epicure, pro Voluptate dicito.

21. EPICURUS. Non longa apud vos oratione utar, judices; neque enim multis mihi argumentis opus est : sed si quidem incantationibus quibusdam aut venenis, quem amatorem suum dicit Porticus, Dionysium, adegisset Voluptas, ab ista ut segregatus ad se respiceret; venefica visa merito, jam damnata esset injuriarum, usa nimirum veneficiis in amatores alienos. Si quis vero liber, in civitate libera, legibus non prohibentibus, exosus istius insuavitatem, et quam

κεφαλαίῳ τῶν πόνων τὴν εὐδαιμονίαν παραγίγνεσθαι λῆρον οἰηθεὶς τοὺς μὲν ἀγκύλους ἐκείνους λόγους καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους ἀπέφυγε, πρὸς δὲ τὴν Ἡδονὴν ἄσμενος ἐδραπέτευσεν ὥσπερ δεσμά τινα διακόψας τὰς τῶν λόγων πλεκτάνας, ἀνθρώπινα καὶ οὐ βλακώδη φρονήσας καὶ τὸν μὲν πόνον, ὅπερ ἐστὶ, πονηρὸν, ἡδεῖαν δὲ τὴν ἡδονὴν οἰηθεὶς, ἀποκλείειν ἐχρῆν αὐτὸν ὥσπερ ἐκ ναυαγίου λιμένι προσνέοντα καὶ γαλήνης ἐπιθυμοῦντα συνωθοῦντας ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸν πόνον καὶ ἔκδοτον τὸν ἄθλιον παρέχειν ταῖς ἀπορίαις, καὶ ταῦτα ὥσπερ ἱκέτην ἐπὶ τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν ἐπὶ τὴν ἡδονὴν καταφυγόντα, ἵνα τὴν πολυθρύλητον δηλαδὴ ἀρετὴν ἐπὶ τὸ ὄρθιον ἱδρῶτι πολλῷ ἀνελθὼν ἴδῃ κᾆτα δι' ὅλου πονήσας τοῦ βίου εὐδαιμονήσῃ μετὰ τὸν βίον; Καίτοι τίς ἂν κριτὴς δικαιότερος δόξειεν αὐτοῦ ἐκείνου, ὃς τὰ παρὰ τῆς Στοᾶς εἰδὼς, εἴ καί τις ἄλλος, καὶ μόνον τέως τὸ καλὸν ἀγαθὸν οἰόμενος εἶναι, μεταμαθὼν ὡς κακὸν ὁ πόνος ἦν, τὸ βέλτιον ἐξ ἀμφοῖν δοκιμασθὲν εἵλετο; Ἑώρα γὰρ, οἶμαι, τούτους περὶ τοῦ καρτερεῖν καὶ ἀνέχεσθαι τοὺς πόνους πολλὰ διεξιόντας, ἰδίᾳ δὲ τὴν Ἡδονὴν θεραπεύοντας, καὶ μέχρι μὲν τοῦ λόγου νεανιευομένους, οἴκοι δὲ κατὰ τοὺς τῆς Ἡδονῆς νόμους βιοῦντας, αἰσχυνομένους μὲν εἰ φανοῦνται χαλῶντες τοῦ τόνου καὶ προδιδόντες τὸ δόγμα, πεπονθότας δὲ ἀθλίους τὸ τοῦ Ταντάλου, καὶ ἔνθα ἂν λήσειν καὶ ἀσφαλῶς παρανομήσειν ἐλπίσωσι, χανδὸν ἐμπιπλαμένους τοῦ ἡδέος. Εἰ γοῦν τις αὐτοῖς τὸν τοῦ Γύγου δακτύλιον ἔδωκεν, ὡς περιθεμένους μὴ ὁρᾶσθαι, ἢ τὴν τοῦ Ἄϊδος κυνῆν, εὖ οἶδ' ὅτι μακρὰ χαίρειν τοῖς πόνοις φράσαντες ἐπὶ τὴν Ἡδονὴν ὠθοῦντο ἂν καὶ ἐμιμοῦντο ἅπαντες τὸν Διονύσιον, ὃς μέχρι μὲν τῆς νόσου ἤλπιζεν ὠφελήσειν τι αὐτὸν τοὺς περὶ τῆς καρτερίας λόγους· ἐπεὶ δὲ ἤλγησε καὶ ἐνόσησε καὶ ὁ πόνος ἀληθέστερος αὐτοῦ καθίκετο, ἰδὼν τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἀντιφιλοσοφοῦν τῇ Στοᾷ καὶ τἀναντία δογματίζον, αὐτῷ μᾶλλον ἢ τούτοις ἐπίστευσε καὶ ἔγνω ἄνθρωπος ὢν καὶ ἀνθρώπου σῶμα ἔχων, καὶ διετέλεσεν οὐχ ὡς ἀνδριάντι αὐτῷ χρώμενος εἰδὼς ὅτι, ὃς ἂν ἄλλως λέγῃ καὶ ἡδονῆς κατηγορῇ,

λόγοισι χαίρει, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖσ' ἔχει.

Εἴρηκα· ὑμεῖς δ' ἐπὶ τούτοις ψηφοφορήσατε.

22. ΣΤΟΑ. Μηδαμῶς, ἀλλ' ὀλίγα μοι συνερωτῆσαι ἐπιτρέψατε.

ΕΠΙΚ. Ἐρώτησον· ἀποκρινοῦμαι γάρ.

ΣΤΟΑ. Κακὸν ἡγῇ τὸν πόνον;

ΕΠΙΚ. Ναί.

ΣΤΟΑ. Τὴν ἡδονὴν δὲ ἀγαθόν;

ΕΠΙΚ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΤΟΑ. Τί δαί; οἶσθα τί διάφορον καὶ ἀδιάφορον καὶ προηγμένον καὶ ἀποπροηγμένον;

ΕΠΙΚ. Μάλιστα.

ΕΡΜ. Οὔ φασιν, ὦ Στοὰ, συνιέναι οἱ δικασταὶ τὰ δισύλλαβα ταῦτα ἐρωτήματα· ὥστε ἡσυχίαν ἄγετε. Ψηφοφορήσουσι γάρ.

pro summa laborum venire tandem ait felicitatem, nugas esse ratus; evitatis tortuosis illis argumentationibus et labyrinthorum similibus, ad Voluptatem transfugit lubens, rescissis velut vinculis quibusdam illis argumentorum cirris, hominem sapiens, non stipitem; et laborem, id quod est, malum, suavem autem voluptatem arbitratus: huncne excludere oportebat, tanquam ex naufragio adnatantem ad portum et tranquillitatis cupidum, præcipitem impellere in laborem, et dedititium tradere infelicem hominem desperationi, idque quum velut supplex ad misericordiæ aram, sic ad voluptatem confugerit? ut nimirum celebratissimam illam virtutem, per ardua multo sudore enisus, videat, ac deinde tota vita in ærumnis consumta, beatus sit post vitam? Quanquam quis justior judex hoc ipso videri potest, qui eorum quæ a Porticu docentur gnarus si quis alius, et solum quod honestum est idem bonum ad eum diem arbitratus, quum deinde didicisset malum esse laborem, quod ex duobus probaverat melius, illud elegerit? Videbat nempe, arbitror, eos qui de tolerantia et patientia doloris multa disputant, privatim colere Voluptatem, et, dum res in sermonibus esset, gerere se fortiter, domi vero ad Voluptatis leges vivere; atque erubescere quidem si appareat ipsos de contentione remittere et sua prodere decreta, verum Tantali illud supplicium sustinere miseros; et ubi latendi spem habeant et secure leges violandi, pleno se haustu ingurgitare suavibus. Si quis igitur Gygis anulum det istis, quo induti non videantur, aut Orci galeam; bene novi futurum ut longum valere jussis laboribus, ad Voluptatem trudentes alter alterum ferantur, imitati omnes Dionysium: qui ad morbum usque sperabat profuturas sibi aliquid illas de tolerantia disputationes; quum vero doleret atque ægrotaret, veriorque penetraret ad ipsum labor; videns disputare contra Porticum corpus suum, et contrarias sententias ponere, illi potius quam istis credidit, seque hominem esse et hominis habere corpus agnovit, atque perrexit illo non tanquam statua uti, bene gnarus, qui aliter dicat et voluptatem accuset,

Gaudere verbis, mentem habere illic tamen.

Dixi. Vos autem de his ferte suffragia.

22. PORT. Nequaquam: Sed pauca interrogare mihi permittite.

EPIC. Interroga; respondebo enim.

PORT. Malum putas laborem?

EPIC. Nempe.

PORT. Voluptatem autem bonum?

EPIC. Omnino equidem.

PORT. Quid igitur? nosti quid sit differens et indifferens, productum et rejectum?

EPIC. Omnino.

MERC. Negant judices intelligere se disyllabas illas interrogatiunculas. Itaque quiescite: ferent enim suffragia.

ΣΤΟΑ. Καὶ μὴν ἐκράτησα ἄν, εἰ συνηρώτησα ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἀναποδείκτων σχήματι.

ΔΙΚ. Τίς ὑπερέσχεν;

ΕΡΜ. Πάσαις ἡ Ἡδονή.

ΣΤΟΑ. Ἐφίημι ἐπὶ τὸν Δία.

ΔΙΚ. Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. Σὺ δὲ ἄλλους κάλει.

23. ΕΡΜ. Περὶ Ἀριστίππου Ἀρετὴ καὶ Τρυφή, καὶ Ἀρίστιππος δὲ αὐτὸς παρέστω.

ΑΡΕΤΗ. Προτέραν ἐμὲ χρὴ τὴν Ἀρετὴν λέγειν· ἐμὸς γάρ ἐστιν Ἀρίστιππος, ὡς δηλοῦσιν οἱ λόγοι καὶ τὰ ἔργα.

ΤΡΥΦΗ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλ' ἐμὲ τὴν Τρυφήν· ἐμὸς γὰρ ὁ ἀνήρ, ὡς ἔστιν ὁρᾶν ἀπὸ τῶν στεφάνων καὶ τῆς πορφυρίδος καὶ τῶν μύρων.

ΔΙΚ. Μὴ φιλονεικεῖτε· ὑπερκείσεται γὰρ καὶ αὕτη ἡ δίκη ἔστ' ἂν ὁ Ζεὺς δικάσῃ περὶ τοῦ Διονυσίου· παραπλήσιον γάρ τι καὶ τοῦτο ἔοικεν εἶναι. Ὥστε ἐὰν μὲν ἡ Ἡδονὴ κρατήσῃ, καὶ τὸν Ἀρίστιππον ἕξει ἡ Τρυφή· νικώσης δὲ τῆς Στοᾶς, καὶ οὗτος ἔσται τῆς Ἀρετῆς κεκριμένος. Ὥστε ἄλλοι παρέστωσαν. Τὸ δεῖνα μέντοι, μὴ λαμβανέτωσαν οὗτοι τὸ δικαστικόν· ἀδίκαστος γὰρ ἡ δίκη μεμένηκεν αὐτοῖς.

ΕΡΜ. Μάτην οὖν ἀνεληλυθότες ὦσι γέροντες ἄνδρες οὕτω μακρὰν τὴν ἀνάβασιν;

ΔΙΚ. Ἱκανόν, εἰ τριτημόριον λάβοιεν. Ἄπιτε, μὴ ἀγανακτεῖτε, αὖθις δικάσετε.

24. ΕΡΜ. Διογένη Σινωπέα παρεῖναι καιρός, καὶ σὺ ἡ Ἀργυραμοιβικὴ λέγε.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ. Καὶ μὴν ἄν γε μὴ παύσηται ἐνοχλοῦσα, ὦ Δίκη, οὐκέτι δρασμοῦ δικάσεταί μοι, ἀλλὰ πολλῶν καὶ βαθέων τραυμάτων· ἐγὼ γὰρ αὐτίκα μάλα πατάξω τῷ ξύλῳ.

ΔΙΚ. Τί τοῦτο; πέφευγεν ἡ Ἀργυραμοιβική, ὁ δὲ διώκει ἐπηρμένος τὸ βάκτρον. Οὐ μέτριόν τι κακὸν ἡ ἀθλία ἔοικε λήψεσθαι. Τὸν Πύρρωνα κήρυττε.

25. ΕΡΜ. Ἀλλὰ ἡ μὲν Γραφικὴ πάρεστιν, ὦ Δίκη, ὁ Πύρρων δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀνελήλυθε, καὶ ἐῴκει τοῦτο πράξειν.

ΔΙΚ. Διὰ τί, ὦ Ἑρμῆ;

ΕΡΜ. Ὅτι οὐδὲν ἡγεῖται κριτήριον ἀληθὲς εἶναι.

ΔΙΚ. Τοιγαροῦν ἐρήμην αὐτοῦ καταδικασάτωσαν. Τὸν λογογράφον ἤδη κάλει τὸν Σύρον· καίτοι πρώην ἀπηνέχθησαν κατ' αὐτοῦ αἱ γραφαί, καὶ οὐδὲν ἤπειγεν ἤδη κεκρίσθαι. Πλὴν ἀλλ' ἐπεὶ ἔδοξε, προτέραν ἐσάγαγε τῆς Ῥητορικῆς τὴν δίκην. Βαβαί, ὅσοι συνεληλύθασιν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν.

ΕΡΜ. Εἰκότως, ὦ Δίκη· τό τε γὰρ μὴ ἕωλον εἶναι τὴν κρίσιν, ἀλλὰ καινὴν καὶ ξένην, χθές, ὥσπερ ἔφης, ἐπηγγελμένην, καὶ τὸ ἐλπίζειν ἀκούσεσθαι Ῥητορικῆς μὲν καὶ Διαλόγου ἐν τῷ μέρει κατηγορούντων, ἀπολογουμένου δὲ πρὸς ἀμφοτέρους τοῦ Σύρου, τοῦτο πολλοὺς ἐπήγαγε τῷ δικαστηρίῳ. Πλὴν ἀλλὰ ἄρξαι ποτέ, ὦ Ῥητορική, τῶν λόγων.

26. ΡΗΤΟΡΙΚΗ. Πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθη-

PORT. Verum viceram, si peregissem interrogationes in tertia figura indemonstrabilium.

JUST. Quis superavit?

MERC. Omnibus calculis Voluptas.

PORT. Provoco ad Jovem.

JUST. Quod bene vertat! Tu vero voca alios.

23. MERC. De Aristippo Virtus et Luxuria. Aristippus autem ipse quoque adsit.

VIRTUS. Priorem me oportet dicere, Virtutem : meus enim est Aristippus, ut sermones illius indicant et opera.

LUXURIA. Nequaquam; sed me, Luxuriam : meus enim vir est, ut videre licet e coronis et purpura et unguentis.

JUST. Nolite contendere : differetur enim hæc quoque causa, usquedum Jupiter pronunciet de Dionysio : vicinum enim quiddam etiam hoc esse videtur. Igitur si vicerit Voluptas, etiam Aristippum habebit Luxuria : vincente contra Porticu, etiam hic Virtuti adjudicatus erit. Quare alii jam adsunto. Verum illud, ne capiant hi mercedem : nam non judicata ab illis hæc lis est.

MERC. Nequicquam ergo ascenderint viri senes viam tam longam?

JUST. Satis fuerit si tertiam partem accipiant. Abite : nolite indignari; rursus judicabitis.

24. MERC. Diogenem Sinopensem adesse tempus est. Tu igitur, Mensaria, dic.

DIOGENES. Verum, Justitia, si non desierit mihi molesta esse, non amplius fugæ mihi litem intendet, sed multorum profundorumque vulnerum : ego enim jam statim fuste illam percutiam.

JUST. Quid hoc? fugit Mensaria, ille vero sublato eam baculo persequitur. Non leve malum misera nanciscetur, puto. Pyrrhonem advoca.

25. MERC. Verum Pictoria quidem adest, Justitia : Pyrrho autem ne venit quidem, et sic facturum eum probabile erat.

JUST. Quid ita, Mercuri?

MERC. Quia nullam veram putat esse judicandi normam.

JUST. Itaque desertæ illum litis condemnanto. Librorum scriptorem Syrum jam voca : quanquam nuper demum nomen ipsius delatum est, nec quicquam urgebat eas caussas nunc judicari. Verum quando ita visum est, primam agi jube causam Rhetorices. Vah quot convenerunt ad audiendum!

MERC. Neque immerito, Justitia. Quod enim non obsoleta est causa, sed nova et insolens, heri demum, ut dicebas, delata; et quod sperant se audituros Rhetoricen et Dialogum per vices accusantes, causam vero adversus ambos dicentem Syrum : ea res multos allexit ad judicium. Verum incipe tandem orationem, Rhetorice.

26. RHETORICE. Primum quidem, Athenienses, deos

ναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχουσα διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν ἐς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα, ἔπειθ' ὅπερ ἐστὶ μάλιστα δίκαιον, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς ὑμῖν, τὸν μὲν ἀντίδικον σιωπᾶν κελεύειν, ἐμὲ δὲ, ὡς προήρημαι καὶ βεβούλημαι, τὴν κατηγορίαν ἐᾶσαι ποιήσασθαι. Οὐχὶ δὲ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὅταν τε ἐς ἃ πέπονθα ἀποβλέψω καὶ ὅταν ἐς τοὺς λόγους οὓς ἀκούω· τοὺς μὲν γὰρ λόγους ὡς ὁμοιοτάτους τοῖς ἐμοῖς οὓς αὐτὸς ἐρεῖ πρὸς ὑμᾶς, τὰ δὲ πράγματα ἐς τοῦτο προήκοντα ὄψεσθε, ὥστε ὅπως μὴ χεῖρόν τι πείσομαι πρὸς αὐτοῦ σκέψασθαι δέον. Ἀλλὰ γὰρ ἵνα μὴ μακρὰ προοιμιάζωμαι, τοῦ ὕδατος πάλαι εἰκῇ ῥέοντος, ἄρξομαι τῆς κατηγορίας.

deasque precor universos, ut quanta est semperque fuit mea adversus urbem vestram et vos omnes benevolentia, talis a vobis mihi in præsenti certamine tribuatur : deinde, quod justissimum est, eam vobis mentem dare deos, ut adversarium tacere jubeatis, meque, ut in animum induxi atque deliberavi, accusationem peragere patiamini. Non idem autem mihi sentiendum videtur, quum ad ea quæ acciderunt mihi respicio, et quum ad verba, quæ audio. Verba enim quæ ipse apud vos faciet, quam simillima erunt meis; res autem eo pertinere videbitis, ut omnino, ne quod majus detrimentum ab eo capiam, prospiciendum sit. Verum enim vero, ne longo utar exordio, aqua jam dudum temere fluente, accusationem aggrediar.

27. Ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τουτονὶ κομιδῇ μειράκιον ὄντα, βάρβαρον ἔτι τὴν φωνὴν καὶ μονονουχὶ κάνδυν ἐνδεδυκότα ἐς τὸν Ἀσσύριον τρόπον, περὶ τὴν Ἰωνίαν εὑροῦσα πλαζόμενον ἔτι καὶ ὅ τι χρήσαιτο ἑαυτῷ οὐκ εἰδότα παραλαβοῦσα ἐπαίδευσα· καὶ ἐπεὶ ἐδόκει μοι εὐμαθὴς εἶναι καὶ ἀτενὲς ὁρᾶν ἐς ἐμέ — ὑπέπτησσέ τε γὰρ ἔτι τότε καὶ ἐθεράπευε καὶ μόνην ἐθαύμαζεν — ἀπολιποῦσα τοὺς ἄλλους ὁπόσοι ἐμνηστεύοντό με πλούσιοι καὶ καλοὶ καὶ λαμπροὶ τὰ προγονικὰ, τῷ ἀχαρίστῳ τούτῳ ἐμαυτὴν ἐνεγύησα πένητι καὶ ἀφανεῖ καὶ νέῳ προῖκα οὐ μικρὰν ἐπεσενεγκαμένη πολλοὺς καὶ θαυμασίους λόγους· εἶτα ἀγαγοῦσα αὐτὸν ἐς τοὺς φυλέτας τοὺς ἐμοὺς παρενέγραψα καὶ ἀστὸν ἀπέφηνα, ὥστε τοὺς διαμαρτάνοντας τῆς ἐγγύης ἀποπνίγεσθαι. Δόξαν δὲ αὐτῷ περινοστεῖν ἐπιδειξομένῳ τοῦ γάμου τὴν εὐποτμίαν, οὐδὲ τότε ἀπελείφθην, ἀλλὰ πανταχοῦ ἑπομένη, ἄνω καὶ κάτω περιαγομένη καὶ κλεινὸν αὐτὸν καὶ ἀοίδιμον ἐποίουν κατακοσμοῦσα καὶ περιστέλλουσα, καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἰωνίας μέτρια, ἐς δὲ τὴν Ἰταλίαν ἀποδημῆσαι θελήσαντι αὐτῷ τὸν Ἰόνιον συνδιέπλευσα καὶ τὰ τελευταῖα μέχρι τῆς Κελτικῆς συναπάρασα εὐπορεῖσθαι ἐποίησα. Καὶ μέχρι μὲν πολλοῦ πάντα μοι ἐπείθετο καὶ συνῆν ἀεὶ μηδεμίαν νύκτα ἀπόκοιτος γιγνόμενος παρ' ἡμῶν.

27. Ego enim, judices, istum admodum adolescentem, lingua adhuc barbarum, et tantum non candye Assyrio more indutum, circa Ioniam oberrantem adhuc et quid se faceret dubium, assumsi atque institui. Et quum docilis mihi videretur esse et intentis me oculis respicere (tum nempe reverebatur me adhuc, et colebat, et solam admirabatur), relictis ceteris quicumque me petebant, divites, et honesti, et claris majoribus, ingrato me isti desponsavi, pauperi, ignobili, juveni, dotem afferens non parvam, multas admirabilesque orationes : deinde ad tribules illum meos deductum, adventitium hominem tabulis inscripsi, et civem feci : adeo ut qui spe nuptiarum mearum exciderant, angerentur. Quum vero illi visum esset circumire ad divites nuptias ostentandas, ne tum quidem destitui : sed ubicumque illum secuta, sursum deorsum circumduci me passa, celebrem illum et nobilem ornando et componendo reddidi. Mediocria vero sunt quæ per Græciam atque Ioniam feci : sed quum per Italiam peregrinari vellet, Ionium cum eo sinum trajeci, et denique in Celticam usque cum illo solvens, eum locupletavi. Ac diu quidem per omnia mihi obsequebatur, eratque mecum, ut ne semel quidem abnoctaret.

28. Ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς ἐπεσιτίσατο καὶ τὰ πρὸς εὐδοξίαν εὖ ἔχειν αὐτῷ ὑπέλαβε, τὰς ὀφρῦς ἐπάρας καὶ μέγα φρονήσας ἐμοῦ μὲν ἠμέλησε, μᾶλλον δὲ τέλεον εἴασεν, αὐτὸς δὲ τὸν γενειήτην ἐκεῖνον, τὸν ἀπὸ τοῦ σχήματος, τὸν Διάλογον, Φιλοσοφίας υἱὸν εἶναι λεγόμενον, ὑπεραγαπήσας μάλα ἐρωτικῶς πρεσβύτερον αὐτοῦ ὄντα, τούτῳ σύνεστι, καὶ οὐκ αἰσχύνεται τὴν μὲν ἐλευθερίαν καὶ τὸ ἄνετον τῶν ἐν ἐμοὶ λόγων συντεμὼν, ἐς μικρὰ δὲ καὶ κομματικὰ ἐρωτήματα κατακλείσας ἑαυτὸν καὶ ἀντὶ τοῦ λέγειν ὅ τι βούλεται μεγάλῃ τῇ φωνῇ βραχεῖς τινας λόγους ἀναπλέκων καὶ συλλαβίζων, ἀφ' ὧν ἀθρόος μὲν ἔπαινος ἢ κρότος πολὺς οὐκ ἂν ἀπαντήσειεν αὐτῷ, μειδίαμα δὲ παρὰ τῶν ἀκουόντων καὶ τὸ ἐπισεῖσαι τὴν χεῖρα ἐντὸς τῶν ὅρων καὶ μικρὰ ἐπινεῦσαι τῇ κεφαλῇ καὶ ἐπιστενάξαι τοῖς λεγομένοις. Τοιούτων ἠράσθη ὁ γενναῖος ἐμοῦ καταφρονήσας. Φασὶ δὲ αὐτὸν μηδὲ πρὸς

28. Quum vero satis sibi jam viaticatus esse et satis gloriæ habere videretur; sublatis superciliis et sumta superbia, me quidem neglexit, vel potius plane deseruit : istum vero barbatum, istum habitu noscendum facile, Dialogum, qui Philosophiæ dicitur filius, supra modum et amatoris instar, se licet seniorem, diligere cœpit, cum hoc habet consuetudinem; neque erubescit libertatem, et illud meis in verbis solutum, concidere, atque in parvas, incisorum instar, interrogatiunculas se ipsum concludere; ac pro eo quod dicere debebat, quicquid vellet, magna voce, breves quosdam sermones contexere, et tanquam colligere syllabas : a quibus conferta quidem laus aut plausus multus illi non redierit; sed illud, ut leniter arrideant auditores, aut manum, intra terminos tamen, moveant, aut paullum capite annuant, aut ad ea quæ dicuntur ingemiscant. Ista adamavit generosus ille, me contemta. Aiunt autem illum

τὸν ἐρώμενον τοῦτον εἰρήνην ἄγειν, ἀλλὰ καὶ ἐς ἐκεῖνον ὑβρίζειν.

29. Πῶς οὖν οὐκ ἀχάριστος οὗτος καὶ ἔνοχος τοῖς περὶ τῆς κακώσεως νόμοις, ὃς τὴν μὲν νόμῳ γαμετήν, παρ' ἧς τοσαῦτα εἴληφε καὶ δι' ἣν ἔνδοξός ἐστιν, οὕτως ἀτίμως ἀπέλιπε, καινῶν δὲ ὠρέχθη πραγμάτων, καὶ ταῦτα νῦν ὁπότε μόνην ἐμὲ θαυμάζουσι καὶ ἐπιγράφονται ἅπαντες προστάτιν ἑαυτῶν; Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀντέχω τοσούτων μνηστευόντων καὶ κόπτουσιν αὐτοῖς τὴν θύραν καὶ τοὔνομα ἐπιβοωμένοις μεγάλῃ τῇ φωνῇ οὔτε ἀνοίγειν οὔτε ὑπακούειν βούλομαι· ὁρῶ γὰρ αὐτοὺς οὐδὲν πλέον τῆς βοῆς κομίζοντας. Οὗτος δὲ οὐδ' οὕτως ἐπιστρέφεται πρὸς ἐμέ, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐρώμενον βλέπει, τί, ὦ θεοί, χρηστὸν παρ' αὐτοῦ λήψεσθαι προσδοκῶν, ὃν οἶδε τοῦ τρίβωνος οὐδὲν πλέον ἔχοντα; Εἴρηκα, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὑμεῖς δέ, ἢν ἐς τὸν ἐμὸν τρόπον τῶν λόγων ἀπολογεῖσθαι θέλῃ, τοῦτο μὲν μὴ ἐπιτρέπετε — ἀγνῶμον γὰρ ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐμὴν μάχαιραν ἀκονᾶν — κατὰ δὲ τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον τὸν Διάλογον οὕτως ἀπολογείσθω, ἢν δύνηται.

ΕΡΜ. Τοῦτο μὲν ἀπίθανον· οὐ γὰρ οἷόν τε, ὦ Ῥητορική, μόνον αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι κατὰ τὸ σχῆμα τοῦ Διαλόγου, ἀλλὰ ῥῆσιν καὶ αὐτὸς εἰπάτω.

30. ΣΥΡΟΣ. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἡ ἀντίδικος ἠγανάκτησεν, εἰ μακρῷ χρήσομαι τῷ λόγῳ καὶ αὐτὸ τὸ δύνασθαι λέγειν παρ' ἐκείνης λαβών, πολλὰ μὲν οὐκ ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, τὰ κεφάλαια δὲ αὐτὰ ἐπιλυσάμενος τῶν κατηγορηθέντων ὑμῖν ἀπολείψω σκοπεῖν περὶ ἁπάντων· πάντα γὰρ ὁπόσα διηγήσατο περὶ ἐμοῦ ἀληθῆ ὄντα διηγήσατο· καὶ γὰρ ἐπαίδευσε καὶ συναπεδήμησε καὶ ἐς τοὺς Ἕλληνας ἐνέγραψε, καὶ κατά γε τοῦτο χάριν ἂν εἰδείην τῷ γάμῳ. Δι' ἃς δὲ αἰτίας ἀπολιπὼν αὐτὴν ἐπὶ τουτονὶ τὸν Διάλογον ἐτραπόμην, ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες δικασταί, καί με μηδὲν τοῦ χρησίμου ἕνεκα ψεύδεσθαι ὑπολάβητε.

31. Ἐγὼ γὰρ ὁρῶν ταύτην οὐκέτι σωφρονοῦσαν οὐδὲ μένουσαν ἐπὶ τοῦ κοσμίου σχήματος, οἷόν ποτε ἐσχηματισμένην αὐτὴν ὁ Παιανιεὺς ἐκεῖνος ἠγάγετο, κοσμουμένην δὲ καὶ τὰς τρίχας εὐθετίζουσαν ἐς τὸ ἑταιρικὸν καὶ φυκίον ἐντριβομένην καὶ τὼ ὀφθαλμὼ ὑπογραφομένην, ὑπώπτευον εὐθὺς καὶ παρεφύλαττον ὅποι τὸν ὀφθαλμὸν φέρει. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ· καθ' ἑκάστην δὲ τὴν νύκτα ὁ μὲν στενωπὸς ἡμῶν ἐνεπίμπλατο μεθυόντων ἐραστῶν κωμαζόντων ἐπ' αὐτὴν καὶ κοπτόντων τὴν θύραν, ἐνίων δὲ καὶ ἐσβιάζεσθαι σὺν οὐδενὶ κόσμῳ τολμώντων. Αὐτὴ δὲ ἐγέλα καὶ ἥδετο τοῖς δρωμένοις καὶ τὰ πολλὰ ἢ παρέκυπτεν ἀπὸ τοῦ τέγους ᾀδόντων ἀκούουσα τραχείᾳ τῇ φωνῇ ᾠδάς τινας ἑταιρικὰς ἢ καὶ παρανοίγουσα τὰς θύρας ἐμὲ οἰομένη λανθάνειν ἠσέλγαινε καὶ ἐμοιχεύετο πρὸς αὐτῶν· ὅπερ ἐγὼ μὴ φέρων γράψασθαι μὲν αὐτὴν μοιχείας οὐκ ἐδοκίμαζον, ἐν γειτόνων δὲ οἰκοῦντι τῷ Διαλόγῳ προσελθὼν ἠξίουν καταδεχθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.

32. Ταῦτά ἐστιν ἃ τὴν Ῥητορικὴν ἐγὼ μεγάλα

neque cum suo isto amasio pacem habere, sed in istum quoque esse contumeliosum.

29. Quidni igitur ingratus sit iste et legibus de mala tractatione teneatur? qui legitimam uxorem, a qua tanta bona acceperit, et per quam sit nobilis, ita ignominiose tamen deseruerit, et novas res appetierit; idque hoc ipso tempore, quum solam me admirantur homines, patronamque suam profitentur. Ego vero tot procis adhuc renitor, et fores pulsantibus nomenque meum magna voce inclamantibus neque aperire volo, neque auscultare : video quippe nihil præter clamorem illos afferre. Iste autem ne sic quidem ad me convertitur, sed ad amasium suum respicit, quid tandem, dii boni, bonum recepturum se ab illo exspectans? quem præter pallium nihil habere videat. Dixi, judices. Vos autem, si mea ratione in causa dicenda uti voluerit, hoc nolite concedere (ingrati enim animi, si meum in me acuat gladium); sed amasii sui modo, Dialogi, sic dicat causam, si potuerit.

MERC. Hoc quidem probabile non est : neque enim fieri potest ut solus ipse causam dicat Dialogi in modum, sed perpetua oratione ipse quoque utatur.

30. SYRUS. Quandoquidem hoc etiam, judices, indigne tulit adversaria, si longa oratione utar, qui ipsam hanc dicendi facultatem ab se habeam; multa quidem apud vos non dicam : capitibus vero ipsis eorum quæ crimini mihi dedit dissolutis, permittam vobis videre de omnibus. Quæcumque nimirum de me narravit, vere narravit omnia. Etenim instituit me, peregrinata est mecum, Græcis me ascripsit, et harum rerum nomine gratias habeo huic illius conjugio. Quas vero ob causas relicta illa ad hunc me Dialogum converterim, audite, judices : neu quicquam utilitatis me meæ causa mentiri cogitaveritis.

31. Ego namque videns istam non amplius temperantem esse, neque in decenti illo habitu permanere, quo usam olim Pæaniensis ille rhetor duxerat; sed ornare se illam et capillos meretricio more disponere, et infucare faciem, et genas pingere; statim suspicabar aliquid, et quo oculum ferret, observabam. Ac reliqua prætermitto : singulis vero noctibus implebatur vicus noster ebriis amatoribus ad illam comissatum euntibus, pulsantibusque fores, quibusdam etiam vi irrumpere sine more modoque audentibus. At illa ridere, et his quæ fierent delectari : ac sæpe aut de tecto despicere, et audire aspera voce canentes amatoria quædam cantica; aut etiam apertis clanculum foribus, me, ut putabat, ignaro, lascivire, et cum illis adulterari : quod ego non ferens, nomen illius de adulterio deferendum non putavi; sed accedens ad habitantem in vicinia Dialogum, recipi ab eo petii.

32. Hæ sunt magnæ illæ, quibus affeci Rhetoricen, in-

ἠδίκηκα. Καίτοι εἰ καὶ μηδὲν αὐτῇ τοιοῦτο ἐπέπρακτο, καλῶς εἶχέ μοι ἀνδρὶ ἤδη τετταράκοντα ἔτη σχεδὸν γεγονότι θορύβων μὲν ἐκείνων καὶ δικῶν ἀπηλλάχθαι καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς δικαστὰς ἀτρεμεῖν ἐᾶν, τυράννων κατηγορίας καὶ ἀριστέων ἐπαίνους ἐκφυγόντα, ἐς δὲ τὴν Ἀκαδήμειαν ἢ ἐς τὸ Λύκειον ἐλθόντα τῷ βελτίστῳ τούτῳ Διαλόγῳ συμπεριπατεῖν ἠρέμα διαλεγομένους, τῶν ἐπαίνων καὶ κρότων οὐ δεομένους. Πολλὰ ἔχων εἰπεῖν ἤδη παύσομαι. Ὑμεῖς δὲ εὔορκον τὴν ψῆφον ἐνέγκατε.

ΔΙΚ. Τίς κρατεῖ;

ΕΡΜ. Πάσαις ὁ Σύρος πλὴν μιᾶς.

ΔΙΚ. Ῥήτωρ τις ἔοικεν εἶναι ὁ τὴν ἐναντίαν θέμενος.

33. Ὁ Διάλογος ἐπὶ τῶν αὐτῶν λέγε. Ὑμεῖς δὲ περιμείνατε διπλάριον ἀποισόμενοι τὸν μισθὸν ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς δίκαις.

ΔΙΑΛΟΓΟΣ. Ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μακροὺς μὲν ἀποτείνειν οὐκ ἂν ἐβουλόμην τοὺς λόγους πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ὥσπερ εἴωθα. Ὅμως δὲ ὡς νόμος ἐν τοῖς δικαστηρίοις, οὕτω ποιήσομαι τὴν κατηγορίαν ἰδιώτης παντάπασι καὶ ἄτεχνος τῶν τοιούτων ὤν· καί μοι τοῦτο ἔστω πρὸς ὑμᾶς τὸ προοίμιον. Ἃ δὲ ἠδίκημαι καὶ περιύβρισμαι πρὸς τούτου, ταῦτά ἐστιν, ὅτι με σεμνὸν τέως ὄντα καὶ θεῶν τε πέρι καὶ φύσεως καὶ τῆς τῶν ὅλων περιόδου σκοπούμενον, ὑψηλὸν ἄνω που τῶν νεφῶν ἀεροβατοῦντα, ἔνθα ὁ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων φέρεται, κατασπάσας αὐτὸς ἤδη κατὰ τὴν ἀψῖδα πετόμενον καὶ ἀναβαίνοντα ὑπὲρ τὰ νῶτα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰ πτερὰ συντρίψας ἰσοδίαιτον τοῖς πολλοῖς ἐποίησε, καὶ τὸ μὲν τραγικὸν ἐκεῖνο καὶ σωφρονικὸν προσωπεῖον ἀφεῖλέ μου, κωμικὸν δὲ καὶ σατυρικὸν ἄλλο ἐπέθηκέ μοι καὶ μικροῦ δεῖν γελοῖον· εἶτά μοι ἐς τὸ αὐτὸ φέρων συγκαθεῖρξε τὸ σκῶμμα καὶ τὸν ἴαμβον καὶ κυνισμὸν καὶ τὸν Εὔπολιν καὶ τὸν Ἀριστοφάνην, δεινοὺς ἄνδρας ἐπικερτομῆσαι τὰ σεμνὰ καὶ χλευάσαι τὰ ὀρθῶς ἔχοντα, τελευταῖον δὲ καὶ Μένιππόν τινα τῶν παλαιῶν κυνῶν μάλα ὑλακτικὸν ὡς δοκεῖ καὶ κάρχαρον ἀνορύξας καὶ τοῦτον ἐπεισήγαγέ μοι φοβερόν τινα ὡς ἀληθῶς κύνα καὶ τὸ δῆγμα λαθραῖον, ὅσῳ καὶ γελῶν ἅμα ἔδακνε. Πῶς οὖν οὐ δεινὰ ὕβρισμαι μηκέτ' ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος διαμένων, ἀλλὰ κωμῳδῶν καὶ γελωτοποιῶν καὶ ὑποθέσεις ἀλλοκότους ὑποκρινόμενος αὐτῷ; τὸ γὰρ πάντων ἀτοπώτατον, κρᾶσίν τινα παράδοξον κέκραμαι καὶ οὔτε πεζός εἰμι οὔτ' ἐπὶ τῶν μέτρων βέβηκα, ἀλλὰ ἱπποκενταύρου δίκην σύνθετόν τι καὶ ξένον φάσμα τοῖς ἀκούουσι δοκῶ.

34. ΕΡΜ. Τί οὖν πρὸς ταῦτα ἐρεῖς, ὦ Σύρε;

ΣΥΡ. Ἀπροσδόκητον, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνίζομαι παρ' ὑμῖν· πάντα γοῦν μᾶλλον ἂν ἤλπισα ἢ τὸν Διάλογον τοιαῦτα ἐρεῖν περὶ ἐμοῦ, ὃν παραλαβὼν ἐγὼ σκυθρωπὸν ἔτι τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα καὶ ὑπὸ τῶν συνεχῶν ἐρωτήσεων κατεσκληκότα, καὶ διὰ τοῦτο αἰδέσιμον μὲν εἶναι δοκοῦντα, οὐ πάντη δὲ

juriæ. Quanquam, si vel nihil ejusmodi ab ea actum esset, decebat me, hominem quadraginta fere annos natum, a tumultibus illis et litibus recedere, et quiescere pati judices; evitatisque tyrannorum accusationibus et laudibus virorum fortium, in Academiam aut Lyceum ingredi, ibique cum optimo hoc Dialogo inambulare, placide disputantes, laudem ac plausum non desiderantes. Multa quum habeam dicere, jam desinam : vos vero religiosum ferte suffragium.

JUST. Quis vincit?

MERC. Omnibus Syrus, præter unum.

JUST. Rhetor videtur esse qui contrarium tulit.

33. Jam tu dic, Dialoge, iisdem judicibus. Vos autem manete, duplicem laturi mercedem de causis ambabus

DIALOGUS. Ego vero, judices, longam extendere apud vos orationem nolim, sed breviter more meo agere. Tamen, ut in judiciis fert consuetudo, sic accusationem instituam, ignarus licet undique sim talium et rudis. Et hoc mihi sit apud vos exordium. Injuriæ autem et contumeliæ, quibus ab isto sum affectus, hæ fere sunt : quod me gravem ad eum diem, atque de diis, de natura, et universi circuitu disputantem, sublimem, supra nubes incedentem per aera, ubi magnus in cœlo Jupiter volucrem currum agens fertur, detractum inde, quum ad ipsam jam absidem volarem et supra cœli terga pararem escendere, confractis alis, ad vulgi consuetudinem detrusit, et tragica illa decentique persona detracta, aliam comicam satyricamque mihi, ac tantum non ridiculam, imposuit. Deinde in unum collata inclusit mecum jocum mordacem, et iambum, et Cynicam licentiam, et cum Eupolide Aristophanem, homines maxime idoneos ad traducendum quæ sunt severa, ad irridendum quæ recte habent : denique Menippum quendam de antiquis canibus, latrantem valde et asperrimum, ut videtur, effossum ad me introduxit, terribilem vere canem, et occulte mordacem, quatenus ridens etiam mordet. Quidni ergo gravi injuria affectus sim? qui non servem habitum proprium ac domesticum, sed comœdias isti, et ridicularia, et prodigiosa quædam argumenta agere cogar? Quod enim omnium absurdissimum est, mirabili quadam permistione temperatus sum, neque pedestris sum, neque per metra incedo; sed hippocentauri instar, compositum quoddam et peregrinum spectrum audientibus videor.

34. MERC. Quid igitur ad ista, Syre, dices?

SYR. Necopinatum, judices, hoc certamen apud vos subeo : quidvis enim potius de Dialogo sperabam, quam ista de me dicturum : quem ego talem quum accepissem, qui tristis adhuc vulgo videretur, et a perpetuis interrogationibus in ariditatem quandam contractus, eamque ipsam ob causam venerabilis ille quidem, sed non omnino suavis,

ἡδὺν οὐδὲ τοῖς πλήθεσι κεχαρισμένον, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ γῆς βαίνειν εἴθισα ἐς τὸν ἀνθρώπινον τοῦτον τρόπον, μετὰ δὲ τὸν αὐχμὸν τὸν πολὺν ἀποπλύνας καὶ μειδιᾶν καταναγκάσας ἡδίω τοῖς ὁρῶσι παρεσκεύασα, ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν κωμῳδίαν αὐτῷ παρέζευξα καὶ κατὰ τοῦτο πολλήν οἱ μηχανώμενος τὴν εὔνοιαν παρὰ τῶν ἀκουόντων, οἳ τέως τὰς ἀκάνθας τὰς ἐν αὐτῷ δεδιότες ὥσπερ τὸν ἐχῖνον ἐς τὰς χεῖρας λαβεῖν αὐτὸν ἐφυλάττοντο. Ἀλλ' ἐγὼ οἶδ' ἅπερ μάλιστα λυπεῖ αὐτὸν, ὅτι μὴ τὰ γλίσχρα ἐκεῖνα καὶ λεπτὰ κάθημαι πρὸς αὐτὸν σμικρολογούμενος, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ καὶ πόσας κοτύλας ὁ θεὸς, ὁπότε τὸν κόσμον κατεσκευάζετο, τῆς ἀμιγοῦς καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας ἐνέχεεν ἐς τὸν κρατῆρα ἐν ᾧ τὰ πάντα ἐκεράννυτο, καὶ εἰ ἡ Ῥητορικὴ πολιτικῆς μορίου εἴδωλον, κολακείας τὸ τέταρτον. Χαίρει γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως τὰ τοιαῦτα λεπτολογῶν καθάπερ οἱ τὴν ψώραν ἡδέως κνώμενοι, καὶ τὸ φρόντισμα ἡδὺ αὐτῷ δοκεῖ καὶ μέγα φρονεῖ, ἢν λέγηται ὡς οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστι συνιδεῖν ἃ περὶ τῶν ἰδεῶν ὀξυδορκεῖ. Ταῦτα δηλαδὴ καὶ παρ' ἐμοῦ ἀπαιτεῖ καὶ τὰ πτερὰ ἐκεῖνα ζητεῖ καὶ ἄνω βλέπει τὰ πρὸ τοῖν ποδοῖν οὐχ ὁρῶν. Ἐπεὶ τῶν γε ἄλλων ἕνεκα οὐκ ἂν οἶμαι μέμψαιτό μοι, ὡς θοἰμάτιον τοῦτο τὸ Ἑλληνικὸν περισπάσας αὐτοῦ βαρβαρικόν τι μετενέδυσα, καὶ ταῦτα βάρβαρος αὐτὸς εἶναι δοκῶν· ἠδίκουν γὰρ ἂν τὰ τοιαῦτα ἐς αὐτὸν παρανομῶν καὶ τὴν πάτριον ἐσθῆτα λωποδυτῶν. Ἀπολελόγημαι ὡς δυνατὸν ἐμοί· ὑμεῖς δὲ ὁμοίαν τῇ πάλαι τὴν ψῆφον ἐνέγκατε.

35. ΕΡΜ. Βαβαὶ, δέκα ὅλαις κρατεῖς· ὁ γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πάλαι οὐδὲ νῦν ὁμόψηφός ἐστι. Ἀμέλει τούτῳ ἔθος ἐστὶ καὶ πᾶσι τὴν τετρυπημένην οὕτω φέρειν, μὴ παύσαιτο φθονῶν τοῖς ἀρίστοις. Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἄπιτε ἀγαθῇ τύχῃ, αὔριον δὲ τὰς λοιπὰς δικάσομεν.

neque gratiosus multitudini haberetur; primo quidem humi incedere illum hoc humano more consuefecerim; deinde multo illo squalore purgatum, et subridere coactum, jucundiorem reddiderim videntibus : super omnia vero comœdiam illi conjunxi, ea quoque re multam ipsi machinatus ab audientibus benevolentiam, qui ante illum diem spinas quæ in illo sunt veriti, tanquam erinaceum, in manus illum sumere cavebant. Sed novi ego quæ maxime illum male habeant : quod non subtilia ista atque tenuia, assidens, minutim cum illo disputo, utrum immortalis sit anima, et quot sextarios deus, quum mundum faceret, illius incommiscibilis et quæ semper unius modi suique similis est materiæ in illam temperationem, in qua miscebantur omnia, infuderit, et utrum Rhetorice civilitatis particulæ simulacrum sit, quarta pars adulationis. Gaudet enim, nescio quomodo, minutis id genus disputatiunculis, ut illi qui libenter scalpunt scabiem : et illa cura jucunda illi videtur, et vehementer sibi ipse placet, si dicatur non cujusvis esse perspicere quæ ipse acute adeo de ideis cernat. Hæc nimirum a me etiam postulat, et alas illas quærit, ac sursum spectat, non videns interim quæ sunt ante pedes. Nam ceterarum rerum causa nihil puto mihi objiciet, veluti quod hac veste Græca detracta, barbaricam sibi, ipse barbarus quum videar, induissem : injustus enim fuissem, si talia contra leges in ipsum designassem, et patria illum veste spoliassem. Causam dixi, ut potui. Vos vero similem superiori ferte calculum.

35. MERC. Vah, ipsis decem vincis : idem enim ille, qui ante, nunc non est ejusdem sententiæ. Nimirum huic consuetudo est, pertusum omnibus ferre calculum, ne desinat optimis quibusque invidere. Sed vos quidem discedite nunc feliciter : cras judicabimus reliquas.

XLVIII.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥ ΗΤΟΙ ΟΤΙ ΤΕΧΝΗ Η ΠΑΡΑΣΙΤΙΚΗ.

1. ΤΥΧΙΑΔΗΣ. Τί ποτε ἄρα, ὦ Σίμων, οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι καὶ ἐλεύθεροι καὶ δοῦλοι τέχνην ἕκαστός τινα ἐπίστανται, δι' ἧς αὐτοῖς τέ εἰσι καὶ ἄλλῳ χρήσιμοι, σὺ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἔργον οὐδὲν ἔχεις, δι' οὗ ἄν τι ἢ αὐτὸς ἀπόναιο ἢ ἄλλῳ μεταδοίης;

ΠΑΡΑΣΙΤΟΣ. Πῶς τοῦτο ἐρωτᾷς, ὦ Τυχιάδη, οὐδέπω οἶδα. Πειρῶ δὴ σαφέστερον ἐρωτᾶν.

ΤΥΧ. Ἔστιν ἥντινα τυγχάνεις ἐπιστάμενος τέχνην, οἷον μουσικήν;

ΠΑΡ. Μὰ Δία.

ΤΥΧ. Τί δὲ, ἰατρικήν;

ΠΑΡ. Οὐδὲ ταύτην.

ΤΥΧ. Ἀλλὰ γεωμετρίαν;

XLVIII.

DE PARASITO, SIVE ARTEM ESSE PARASITICAM.

1. TYCHIADES. Quid tandem igitur est, Simo, quod ceteri homines, liberi pariter ac servi, artem unusquisque aliquam norunt, per quam et sibi ipsis sunt et alii utiles; tu vero, ut videtur, opus habes nullum, unde vel ipse juveris, vel alii quicquam impertias?

PARASITUS. Quid sibi hæc tua, Tychiade, interrogatio velit, nondum intelligo. Stude ergo interrogare apertius.

TYCH. Estne ars quam tu forte noris? verbi causa musicam?

PAR. Non, per Jovem.

TYCH. Quid vero, medicinam?

PAR. Neque hanc.

TYCH. Sed geometriam?

ΠΑΡ. Οὐδαμῶς.

ΤΥΧ. Τί δὲ, ῥητορικήν; φιλοσοφίας μὲν γὰρ τοσοῦτον ἀπέχεις ὅσον καὶ ἡ κακία.

ΠΑΡ. Ἐγὼ μὲν, εἰ οἷόν τε εἴη, καὶ πλεῖον. Ὥστε μὴ δόκει τοῦτο καθάπερ ἀγνοοῦντι ὀνειδίσαι· φημὶ γὰρ κακὸς εἶναι καὶ χείρων ἢ σὺ δοκεῖς.

ΤΥΧ. Ναί. Ἀλλὰ ταύτας μὲν ἴσως τὰς τέχνας οὐκ ἐξέμαθες διὰ μέγεθος αὐτῶν καὶ δυσκολίαν, τῶν δὲ δημοτικῶν τινα, τεκτονικὴν ἢ σκυτοτομικήν; καὶ γὰρ οὐδὲ τἄλλα οὕτως ἔχει σοι, ὡς μὴ καὶ τοιαύτης ἂν δεηθῆναι τέχνης.

ΠΑΡ. Ὀρθῶς λέγεις, ὦ Τυχιάδη· οὐ γὰρ τούτων οὐδεμιᾶς ἐπιστήμων εἰμί.

ΤΥΧ. Τίνος οὖν ἑτέρας;

ΠΑΡ. Τίνος; ὡς ἐγὼ οἶμαι, γενναίας· ἣν εἰ μάθοις, καὶ σὲ ἐπαινέσειν οἴομαι. Ἔργῳ μὲν οὖν κατορθοῦν φημι ἤδη, εἰ δὲ καὶ λόγῳ, οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

ΤΥΧ. Τίνα ταύτην;

ΠΑΡ. Οὔπω μοι δοκῶ τοὺς περὶ ταύτην ἐκμεμελετηκέναι λόγους. Ὥστε ὅτι τέχνην μέν τινα ἐπίσταμαι, ὑπάρχει ἤδη σοι γιγνώσκειν καὶ μὴ διὰ τοῦτο χαλεπῶς μοι ἔχειν· ἥντινα δὲ, αὖθις ἀκούσῃ.

ΤΥΧ. Ἀλλ' οὐκ ἀνέξομαι.

ΠΑΡ. Τό γε τῆς τέχνης παράδοξον ἴσως φανεῖται σοι ἀκούσαντι.

ΤΥΧ. Καὶ μὴν διὰ τοῦτο σπουδάζω μαθεῖν.

ΠΑΡ. Εἰσαῦθις, ὦ Τυχιάδη.

ΤΥΧ. Μηδαμῶς, ἀλλ' ἤδη λέγε, εἰ μή περ ἄρα αἰσχύνῃ.

ΠΑΡ. Ἡ παρασιτική.

2. ΤΥΧ. Κᾆτα εἰ μὴ μαίνοιτό τις, ὦ Σίμων, τέχνην ταύτην φαίη ἄν;

ΠΑΡ. Ἔγωγε· εἰ δέ σοι μαίνεσθαι δοκῶ, τοῦ μηδεμίαν ἄλλην ἐπίστασθαι τέχνην αἰτίαν εἶναί μοι τὴν μανίαν δόκει καί με τῶν ἐγκλημάτων ἤδη ἀφίει. Φασὶ γὰρ τὴν δαίμονα ταύτην τὰ μὲν ἄλλα χαλεπὴν εἶναι τοῖς ἔχουσι, παραιτεῖσθαι δὲ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοὺς ὥσπερ διδάσκαλον ἢ παιδαγωγὸν τούτων ἀναδεχομένην εἰς αὑτὴν τὰς αἰτίας.

ΤΥΧ. Οὐκοῦν, ὦ Σίμων, ἡ παρασιτικὴ τέχνη ἐστί;

ΠΑΡ. Τέχνη γὰρ, κἀγὼ ταύτης δημιουργός.

ΤΥΧ. Καὶ σὺ ἄρα παράσιτος;

ΠΑΡ. Πάνυ ὠνείδισας, ὦ Τυχιάδη.

ΤΥΧ. Ἀλλ' οὐκ ἐρυθριᾷς παράσιτον σαυτὸν ἀποκαλῶν;

ΠΑΡ. Οὐδαμῶς· αἰσχυνοίμην γὰρ ἂν, εἰ μὴ λέγοιμι.

ΤΥΧ. Καὶ νὴ Δί' ὁπόταν σε βουλώμεθα γνωρίζειν τῶν οὐκ ἐπισταμένων τῳ, ὅτε χρῄζοι μαθεῖν, ὁ παράσιτος δῆλον ὅτι φήσομεν;

ΠΑΡ. Πολὺ μᾶλλον λέγοντες τοῦτο ἐμὲ εὐφρανεῖτε ἢ Φειδίαν ἀγαλματοποιόν· χαίρω γὰρ τῇ τέχνῃ οὐδὲν ἧττον ἢ Φειδίας ἔχαιρε τῷ Διί.

ΤΥΧ. Καὶ μὴν ἐκεῖνό μοι σκοποῦντι προσῶσται γέλως πάμπολυς.

PAR. Nequaquam.

TYCH. Quid igitur? rhetoricen? A philosophia enim tantundem abes, quantum abest pravitas.

PAR. Equidem, si fieri posset, etiam longius vellem. Itaque noli putare te hoc mihi objicere tanquam ignoranti: aio enim malum me esse, et pejorem etiam quam tu putes.

TYCH. Sit ita. Verum has forte artes non didicisti propter magnitudinem ipsarum ac difficultatem : sed popularium unam, fabrilem, aut cerdoniam? neque enim alioquin res tuæ ita habent, ut vel tali arte non indigeas.

PAR. Recte istuc, Tychiade : neque enim harum ullius peritus sum.

TYCH. Cujusnam igitur alius?

PAR. Cujus? præclaræ, ut ego puto; quam si didiceris, te quoque laudaturum arbitror. Re quidem ipsa recte in illa me jam versari aio; an verbis etiam et describendo, non habeo tibi dicere.

TYCH. Quam ergo?

PAR. Nondum videor mihi quæ de ea dicenda sunt satis esse meditatus. Itaque artem me aliquam scire, neque eam ob causam te mihi debere irasci, jam licet cognoscere : quamnam vero, audies alias.

TYCH. Sed non sustinebo moram.

PAR. At novum tibi et mirum forte quiddam videbitur, quum audies, ars ista.

TYCH. Atqui eam ipsam ob causam cupio discere.

PAR. Alias, Tychiade.

TYCH. Nequaquam; sed nunc dicito, nisi tamen pudore impediris.

PAR. Parasitica.

2. TYCH. Tum aliquis, qui non insaniat, hanc, Simo, artem dixerit?

PAR. Ego nimirum. Si vero insanire tibi videar, at tu insaniam illam in causa esse putato, quod aliam nullam artem noverim, et criminibus me jam absolve. Aiunt enim deam illam, Insaniam, gravem ceteroquin esse se habentibus, sed eximere illos criminibus, quorum culpam, magistri aut pædagogi instar, in se recipiat.

TYCH. Igitur, Simo, parasitica ars est?

PAR. Ars quippe : et ego illius artifex.

TYCH. Et tu parasitus ergo?

PAR. Egregie vero maledixisti, Tychiade.

TYCH. Sed non erubescis, quum parasitum te vocas?

PAR. Nequaquam : sed si non ita me vocarem, erubescerem.

TYCH. Et, per Jovem, si designare te velimus eorum alicui, qui te non norunt, isque cupiat nosse; nempe dicemus, Parasitus?

PAR. Multo magis istuc dicentes me lætitia affeceritis, quam Phidiam si vocetis statuarium : non minus enim ego hac arte, quam suo Phidias Jove, gaudeo.

TYCH. Atqui illud mihi consideranti multus erupit risus.

ΠΑΡ. Τὸ ποῖον;

ΤΥΧ. Εἰ καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς ἄνωθεν ὥσπερ ἔθος ἐπιγράφοιμεν, Σίμωνι παρασίτῳ.

ΠΑΡ. Καὶ μὴν ἂν ἐμοὶ μᾶλλον χαρίζοιο ἢ Δίωνι ἐπιγράφων φιλοσόφῳ.

3. ΤΥΧ. Ἀλλὰ σὺ μὲν ὅπως χαίρεις καλούμενος, οὐδὲν ἢ μικρόν μοι μέλει· σκοπεῖν δὲ δεῖ καὶ τὴν ἄλλην ἀτοπίαν.

ΠΑΡ. Τίνα μήν;

ΤΥΧ. Εἰ καὶ ταύτην ταῖς ἄλλαις τέχναις ἐγκαταλέξομεν, ὥστε ἐπειδὰν πυνθάνηταί τις, ὁποία τις αὕτη τέχνη ἐστὶ, λέγειν οἷον γραμματικὴ, ἰατρικὴ, παρασιτική.

ΠΑΡ. Ἐγὼ μὲν, ὦ Τυχιάδη, πολὺ μᾶλλον ταύτην ἤ τινα ἑτέραν τέχνην φαίην ἄν. Εἰ δέ σοι φίλον ἀκούειν, καὶ ὅπως οἴομαι λέγοιμι ἂν καίπερ οὐ παντάπασιν ὢν, ὡς ἔφθην εἰπὼν, ἐπὶ τούτῳ παρεσκευασμένος.

ΤΥΧ. Οὐδὲν, εἰ καὶ σμικρὰ λέγοις, ἀληθῆ δὲ, διοίσει.

ΠΑΡ. Ἴθι δὴ πρῶτον, εἴ σοι δοκεῖ, περὶ τῆς τέχνης, ἥτις ποτὲ οὖσα τυγχάνει τῷ γένει, σκοπῶμεν· οὑτωσὶ γὰρ ἐπακολουθήσαιμεν ἂν καὶ ταῖς κατ' εἶδος τέχναις, εἴπερ ἄρα ὀρθῶς μετέχοιεν αὐτῆς.

ΤΥΧ. Τί ποτ' οὖν ἐστιν ἡ τέχνη λέγε· πάνυ γὰρ ἐπίστασαι.

ΠΑΡ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΤΥΧ. Μὴ τοίνυν ὄκνει λέγειν αὐτὴν, εἴπερ οἶσθα.

4. ΠΑΡ. Τέχνη ἐστὶν, ὡς ἐγὼ διαμνημονεύω σοφοῦ τινος ἀκούσας, σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ.

ΤΥΧ. Ὀρθῶς ἐκείνου γε εἰπόντος οὕτως ἀπεμνημόνευσας.

ΠΑΡ. Εἰ δὲ μετέχει τούτων ἁπάντων ἡ παρασιτικὴ, τί ἂν ἄλλο ἢ καὶ αὐτὴ τέχνη εἴη;

ΤΥΧ. Τέχνη γὰρ, εἴπερ οὕτως ἔχει.

ΠΑΡ. Φέρε δὴ καθ' ἕκαστον τοῖς τῆς τέχνης εἴδεσιν ἐφαρμόζοντες τὴν παρασιτικὴν, εἰ συνᾴδει, σκοπῶμεν, καὶ ὁ περὶ αὐτῆς λόγος, ἀλλὰ μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρουόμεναι μὴ σαθρὸν ἀποφθέγγηται. Δεῖ τοίνυν εἶναι καὶ ταύτην ὥσπερ καὶ πᾶσαν τέχνην σύστημα ἐκ καταλήψεων· πρῶτον μὲν τὸ δοκιμάζειν καὶ διακρίνειν ὅστις ἂν ἐπιτήδειος γένοιτο τρέφειν αὐτὸν, καὶ ὅτῳ παρασιτεῖν ἀρξάμενος οὐκ ἂν μεταγνοίη. Ἦ τὸν μὲν ἀργυρογνώμονα τέχνην τινὰ φήσομεν ἔχειν, εἴπερ ἐπίσταται διαγιγνώσκειν τά τε κίβδηλα τῶν νομισμάτων καὶ τὰ μὴ, τοῦτον δὲ ἄνευ τέχνης διακρίνειν τούς τε κιβδήλους τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ ταῦτα οὐχ ὥσπερ τῶν νομισμάτων καὶ τῶν ἀνθρώπων φανερῶν εὐθὺς ὄντων; αὐτὰ μέντοι ταῦτα καὶ ὁ σοφὸς Εὐριπίδης καταμέμφεται λέγων·

> Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι,
> οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

PAR. Quidnam?

TYCH. Si epistolis etiam in summo, uti mos est, inscribamus, Simoni parasito.

PAR. Atqui gratius hoc modo mihi feceris, quam si Dioni inscribas, philosopho.

3. TYCH. Verum tu quomodo vocari gaudeas, nihil aut parum curo: sed videnda etiam reliqua absurda.

PAR. Quænam vero?

TYCH. Si hanc etiam in reliquarum artium numero ponemus: ut, quum interrogaverit aliquis qualis hæc ars sit, respondeatur (ut dicimus grammatica, ars medica), Parasitica.

PAR. Equidem, Tychiade, multo hanc magis quam ullam aliam artem dixerim. Si vero audire tibi placet, quomodo istud ita putem, dixero, licet non omnino, ut modo dicebam, ad hoc paratus.

TYCH. Nihil intererit etiamsi tenuia dicas, modo vera.

PAR. Age ergo, primum de arte, si tibi videtur, quæ tandem sit genere, videamus. Sic enim assequamur forte etiam artes speciatim, si quidem recte illius participes sint.

TYCH. Quid tandem ergo ars sit, dicas: nam scis videlicet.

PAR. Omnino equidem scio.

TYCH. Noli ergo cunctari eam dicere, siquidem nosti.

4. PAR. Ars, ut memini me ex homine docto audire, est compages perceptionum consentientium et coexercitatarum ad finem vitæ utilem.

TYCH. Recte illius hoc dictum retulisti.

PAR. Si vero omnia hæc conveniant in parasiticam, quid aliud ipsa quoque quam ars sit?

TYCH. Ars enimvero, si quidem res ita se habet.

PAR. Age ergo singulatim artis formis applicantes parasiticam, an conveniat illius etiam ratio, videamus, neque ut vitiosæ quum pulsantur testæ, maligne respondeat. Oportet ergo et hanc, ut unamquamque artem, compagem esse rerum certo perceptarum. Primum quidem est explorare ac discernere quis sit ipsum nutrire idoneus, et cui quum parasitari cœperit, ejus postea non pœniteat ipsum. An numularium potius habere artem quandam dicemus, si dignoscere sciat adulterina numismata ab his quæ non sunt; hunc vero sine arte dignoscere fallaces homines a bonis; idque quum non, velut numi, sic homines etiam aperti statim sint? Verum id ipsum accusat vir sapiens Euripides, quum dicit:

> Virum qua pravum possies dignoscere,
> innata nulla corpori certa est nota.

Ὧ δὴ καὶ μείζων ἡ τοῦ παρασίτου τέχνη, ἥ γε καὶ τὰ οὕτως ἄδηλα καὶ ἀφανῆ μᾶλλον τῆς μαντικῆς γνωρίζει τε καὶ οἶδε.

5. Τὸ δέ γε ἐπίστασθαι λόγους λέγειν ἐπιτηδείους καὶ πράγματα πράττειν δι' ὧν οἰκειώσεται καὶ εὐνούστατον ἑαυτὸν τῷ τρέφοντι ἀποδείξει, ἆρ' οὐ συνέσεως καὶ καταλήψεως ἐρρωμένης εἶναί σοι δοκεῖ;

ΤΥΧ. Καὶ μάλα.

ΠΑΡ. Τὸ δέ γε ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν αὐταῖς ὅπως παντὸς ἀπέλθοι πλέον ἔχων καὶ παρευδοκιμῶν τοὺς μὴ τὴν αὐτὴν αὐτῷ κεκτημένους τέχνην, ἄνευ τινὸς λόγου καὶ σοφίας πράττεσθαι οἴει;

ΤΥΧ. Οὐδαμῶς.

ΠΑΡ. Τί δὲ, τὸ ἐπίστασθαι τὰς ἀρετὰς καὶ κακίας τῶν σιτίων καὶ τῶν ὄψων πολυπραγμοσύνην ἀτέχνου τινὸς εἶναί σοι δοκεῖ; καὶ ταῦτα τοῦ γενναιοτάτου Πλάτωνος οὑτωσὶ λέγοντος, Τοῦ μέλλοντος ἑστιάσεσθαι μὴ μαγειρικοῦ ὄντος, σκευαζομένης θοίνης ἀκυροτέρα ἡ κρίσις.

6. Ὅτι γε μὴν οὐκ ἐκ καταλήψεως μόνον, ἀλλὰ συγγεγυμνασμένης ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, μάθοις ἂν ἐνθένδε ῥᾳδίως· αἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων τεχνῶν καταλήψεις καὶ ἡμέρας καὶ νύκτας καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτοὺς πολλάκις ἀσυγγύμναστοι μένουσι, καὶ ὅμως οὐκ ἀπόλλυνται παρὰ τοῖς κεκτημένοις αἱ τέχναι, αἱ δὲ τοῦ παρασίτου καταλήψεις εἰ μὴ καθ' ἡμέραν εἶεν ἐν γυμνασίῳ, ἀπολλύασιν οὐ μόνον, οἶμαι, τὴν τέχνην, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τεχνίτην.

7. Τό γε μὴν « πρός τι τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ » μὴ καὶ μανίας ᾖ ζητεῖν. Ἐγὼ γὰρ τοῦ φαγεῖν καὶ τοῦ πιεῖν οὐδὲν εὐχρηστότερον εὑρίσκω ἐν τῷ βίῳ ὂν, οὐδὲ ζῆν γε τούτου ἄνευ ἐστί.

ΤΥΧ. Πάνυ μὲν οὖν.

8. ΠΑΡ. Καὶ μὴν οὐδὲ τοιοῦτόν τί ἐστιν ἡ παρασιτικὴ ὁποῖον τὸ κάλλος καὶ ἡ ἰσχὺς, ὥστε τέχνην μὲν μὴ δοκεῖν αὐτὴν, δύναμιν δέ τινα τοιαύτην.

ΤΥΧ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΠΑΡ. Ἀλλὰ μέντοι οὐδὲ ἀτεχνία ἐστίν· ἡ γὰρ ἀτεχνία οὐδέποτε οὐδὲν κατορθοῖ τῷ κεκτημένῳ. Φέρε γὰρ, εἰ ἐπιτρέψαι τις ἑαυτῷ ναῦν ἐν θαλάττῃ καὶ χειμῶνι μὴ ἐπιστάμενος κυβερνᾶν, σωθείη ἄν;

ΤΥΧ. Οὐ δῆ οὗτος.

ΠΑΡ. Τί δή ποτε, ἢ τῷ μὴ ἔχειν τέχνην, δι' ἧς δυνήσεται σώζειν ἑαυτόν;

ΤΥΧ. Καὶ μάλα.

ΠΑΡ. Οὐκοῦν καὶ παράσιτος ὑπὸ τῆς παρασιτικῆς, εἴπερ ἦν ἀτεχνία, οὐκ ἂν ἐσώζετο;

ΤΥΧ. Ναί.

ΠΑΡ. Οὐκοῦν τέχνῃ σώζεται, ἀτεχνίᾳ δὲ οὔ;

ΤΥΧ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΠΑΡ. Τέχνη ἄρα ἐστὶν ἡ παρασιτική.

ΤΥΧ. Τέχνη, ὡς ἔοικεν.

ΠΑΡ. Καὶ μὴν κυβερνήτας μὲν ἀγαθοὺς καὶ ἡνιόχους τεχνίτας ἐκπεσόντας τῶν δίφρων οἶδα ἐγὼ πολλά-

Unde etiam major est parasiti ars, siquidem ea res obscuras adeo et minime manifestas, magis quam divinatio, intelligit ac novit.

5. Scire vero dicta dicere idonea et ea facere quibus in familiaritatem perveniat et benevolentissimum se alenti ostendat, nonne intelligentiæ et robustæ ad percipiendum facultatis esse tibi videtur?

TYCH. Omnino.

PAR. Ut vero in ipsis cœnis meliori quam quisquam conditione discedat aliquis, et jucundior conviva habeatur illis, qui non eandem quam ipse artem habent, id num sine ratione ac sapientia putas effici?

TYCH. Minime.

PAR. Quid vero? nosse virtutes et vitia ciborum et obsoniorum, curiositatem inertis esse hominis putas? idque quum generosissimus Plato sic dicat : Si is qui epulaturus est, coquinariæ non est peritus, paratæ cœnæ minus firmum judicium.

6. Esse autem non ex perceptione modo, sed etiam ex coexercitata parasiticam, ex his facile discas : nam aliarum perceptiones artium et dies et noctes et menses et annos sæpe sic durant, ut non simul exerceantur; et tamen non pereunt artes apud eos qui ipsas habent : at parasiti perceptiones, si non quotidie sit in sua palæstra, perdunt non solum, puto, artem, sed ipsum etiam artificem.

7. De illo denique, « ad finem vitæ utilem, » verendum ne vel insanum sit quærere. Ego enim nihil in vita utilius invenio quam edere et bibere : ac ne vivere quidem absque illo licet.

TYCH. Sic est sane.

8. PAR. Verum neque ex illo genere est parasitica, qualis forma et robur, ut ars quidem non videatur esse, sed talis quædam facultas.

TYCH. Vera dicis.

PAR. Sed neque inertia est : inertia enim nunquam quicquam recte peragit ei qui illam habet. Age enim, si quis committendam sibi curet in mari ac tempestate navim, gubernandi imperitus, possitne servari?

TYCH. Minime hic quidem.

PAR. Quare tandem, nisi quod non habeat artem qua se servare possit?

TYCH. Sic est.

PAR. Ergo etiam a parasitica non servaretur parasitus, si ea inertia esset?

TYCH. Nempe.

PAR. Ergo arte servatur, inertia autem non?

TYCH. Scilicet.

PAR. Ars igitur est parasitica.

TYCH. Ars, ut apparet.

PAR. Atqui gubernatores quidem bonos, et aurigas artifices sedibus ego novi sæpe excussos, et contusos alios,

κις, καὶ τοὺς μὲν ξυντριβέντας, τοὺς δὲ καὶ πάμπαν διαφθαρέντας, παρασίτου δὲ ναυάγιον οὐδεὶς ἔχει τοιοῦτον εἰπεῖν. Οὐκοῦν εἰ μήτε ἀτεχνία ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ μήτε δύναμις, σύστημα δέ τι ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων, τέχνη δῆλον ὅτι διωμολόγηται ἡμῖν τήμερον.

9. ΤΥΧ. Ὅσον ἐκ τούτου εἰκάζω· ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅπως καὶ ὅρον ἡμῖν τινα γενναῖον ἀποδῷς τῆς παρασιτικῆς.

ΠΑΡ. Ὀρθῶς σύ γε λέγων. Δοκεῖ γὰρ δή μοι οὕτως ἂν μάλιστα ὡρίσθαι· παρασιτική ἐστι τέχνη ποτέων καὶ βρωτέων καὶ τῶν διὰ ταῦτα λεκτέων, τέλος δὲ αὐτῆς τὸ ἡδύ.

ΤΥΧ. Ὑπέρευ γέ μοι δοκεῖς ὁρίσασθαι τὴν σεαυτοῦ τέχνην· ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, μὴ πρὸς ἐνίους τῶν φιλοσόφων μάχη σοι περὶ τοῦ τέλους ᾖ.

ΠΑΡ. Καὶ μὴν ἀπόχρη γε, εἴπερ ἔσται τὸ αὐτὸ τέλος εὐδαιμονίας καὶ παρασιτικῆς.

10. Φανεῖται δὲ οὕτως· ὁ γὰρ σοφὸς Ὅμηρος τὸν τοῦ παρασίτου βίον θαυμάζων ὡς ἄρα μακάριος καὶ ζηλωτὸς εἴη μόνος,

> Οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι,
> ἢ ὅτ' ἂν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κάτα δῆμον ἅπαντα,
> παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
> σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
> οἰνοχόος φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσι.

Καὶ ὡς οὐχ ἱκανῶς ταῦτα θαυμάζων μᾶλλον τὴν αὑτοῦ γνώμην ποιεῖ φανερωτέραν εὖ λέγων·

> Τοῦτό τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι,

οὐχ ἕτερόν τι ἐξ ὧν φησιν, ἢ τὸ παρασιτεῖν εὔδαιμον νομίζων· καὶ μὴν οὐδὲ τῷ τυχόντι ἀνδρὶ περιτέθεικε τούτους τοὺς λόγους, ἀλλὰ τῷ σοφωτάτῳ τῶν Ἑλλήνων. Καίτοι γε εἴπερ ἐβούλετο Ὀδυσσεὺς τὸ κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς ἐπαινεῖν τέλος, ἐδύνατο ταυτὶ λέγειν ὅτε τὸν Φιλοκτήτην ἀνήγαγεν ἐκ τῆς Λήμνου, ὅτε τὸ Ἴλιον ἐξεπόρθησεν, ὅτε τοὺς Ἕλληνας φεύγοντας κατέσχεν, ὅτε εἰς Τροίαν εἰσῆλθεν ἑαυτὸν μαστιγώσας καὶ κακὰ καὶ Στωϊκὰ ῥάκη ἐνδύς· ἀλλὰ τότε οὐκ εἶπε τοῦτο τέλος χαριέστερον. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ τῶν Ἐπικουρείων βίῳ γενόμενος αὖθις παρὰ τῇ Καλυψοῖ, ὅτε αὐτῷ ὑπῆρχεν ἐν ἀργίᾳ τε βιοτεύειν καὶ τρυφᾶν καὶ βινεῖν τὴν Ἄτλαντος θυγατέρα καὶ κινεῖν πάσας τὰς λείας κινήσεις, οὐδὲ τότε εἶπε τοῦτο τὸ τέλος χαριέστερον, ἀλλὰ τὸν τῶν παρασίτων βίον. Ἐκαλοῦντο δὲ δαιτυμόνες οἱ παράσιτοι τότε. Πῶς οὖν λέγει; πάλιν γὰρ ἄξιον ἀναμνησθῆναι τῶν ἐπῶν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἀκούειν αὐτῶν μὴ πολλάκις λεγομένων· « δαιτυμόνες καθήμενοι ἑξείης· » καί,

> Παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
> σίτου καὶ κρειῶν.

11. Ὅ γε μὴν Ἐπίκουρος σφόδρα ἀναισχύντως ὑφελόμενος τὸ τῆς παρασιτικῆς τέλος τῆς κατ' αὐτὸν

alios autem omnino pereuntes; parasiti vero naufragium tale nemo dixerit. Ergo si neque inertia est parasitica, neque facultas, sed corpus quoddam concinnatum e perceptionibus coexercitatis, artem nempe esse inter nos hodie convenit.

9. TYCH. Quantum ex istis colligo. Verum illud vide, ut etiam finitionem nobis solidam reddas parasiticæ.

PAR. Recte tu illud postulas. Videtur enim mihi hoc fere modo rectissime finiri: parasitica est ars esculentorum et poculentorum atque propter ista dicendorum, finis autem ipsius voluptas.

TYCH. Pulcherrime vero definiisse mihi tuam artem videris. Sed illud dispice, ne cum philosophorum quibusdam pugna tibi sit de fine.

PAR. Quin sufficit, modo sit idem finis felicitatis et parasiticæ.

10. Apparebit autem ita : sapiens enim Homerus admirans parasiti vitam, ut quæ beata sit et invidenda sola,

> Non (inquit) finis, mihi crede, exstat jucundior ullus,
> quam si lætitiæ populum tenor occupet omnem,
> si mensa exstructa sit alte
> pane ac carne, merumque cavis crateribus haustum
> circum omnes pincerna ferat, cyathisque ministret.

Et quasi non satis illa esset admiratus, suam ipsius sententiam manifestiorem reddit, bene dicens :

> Nimirum hæc animo pulcherrima judice nostro,

nihil aliud, quantum dicit, beatum putans quam parasitari : ac non vulgari viro illos sermones tribuit, sed sapientissimo Græcorum. Atqui si voluisset Ulysses Stoicum illum finem laudare, poterat ea dicere quum Philocteten reducit e Lemno, quum vastat Ilium, quum fugientes Græcos retinet, quum Trojam ingreditur flagellis a se ipso sectus, malosque et Stoicos indutus pannos : verum eo tempore non dixit hunc « jucundiorem finem. » Quin etiam in Epicureorum vivendi ratione constitutus rursus apud Calypsonem, quum liceret ipsi in otio vivere et luxuriari et subigere Atlantis filiam, et mollibus omnibus moveri motibus, ne tum quidem dixit hunc « finem jucundiorem », sed de parasitorum vita dixit. Vocabantur autem eo tempore parasiti convivæ. Quomodo igitur dicit? rursus enim versus ipsos memorare operæ pretium est : neque enim possunt intelligi, nisi sæpius recitentur; « Convivæque sedent deinceps ; » et,

> Mensa exstructa sit alte
> pane et carne.

11. Verum Epicurus valde impudenter suffuratus parasiticæ finem, felicitatis quam ipse statuit finem facit. Hoc

εὐδαιμονίας τέλος αὐτὸ ποιεῖ. Καὶ ὅτι κλοπὴ τὸ πρᾶγμά ἐστι καὶ οὐδὲν Ἐπικούρῳ μέλει τὸ ἡδὺ, ἀλλὰ τῷ παρασίτῳ, οὕτω μάθοις ἄν. Ἔγωγε ἡγοῦμαι τὸ ἡδὺ πρῶτον μὲν τὸ τῆς σαρκὸς ἀόχλητον, ἔπειτα τὸ μὴ θορύβου καὶ ταραχῆς τὴν ψυχὴν ἐμπεπλῆσθαι. Τούτων τοίνυν ὁ μὲν παράσιτος ἑκατέρων τυγχάνει, ὁ δὲ Ἐπικούρειος οὐδὲ θατέρου· ὁ γὰρ ζητῶν περὶ σχήματος γῆς καὶ κόσμων ἀπειρίας καὶ μεγέθους ἡλίου καὶ ἀποστημάτων καὶ πρώτων στοιχείων καὶ περὶ θεῶν, εἴτε εἰσὶν εἴτε οὐκ εἰσὶ, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ τέλους ἀεὶ πολεμῶν καὶ διαφερόμενος πρός τινας οὐ μόνον ἐν ἀνθρωπίναις, ἀλλὰ καὶ ἐν κοσμικαῖς ἐστιν ἐνοχλήσεσιν. Ὁ δὲ παράσιτος πάντα καλῶς ἔχειν οἰόμενος καὶ πεπιστευκὼς μὴ ἄλλως ταῦτα ἔχειν ἄμεινον ἢ ἔχει, μετὰ πολλῆς ἀδείας καὶ γαλήνης, οὐδενὸς αὐτῷ τοιούτου παρενοχλοῦντος, ἐσθίει καὶ κοιμᾶται ὕπτιος ἀφεικὼς τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας ὥσπερ Ὀδυσσεὺς τῆς Σχερίας ἀποπλέων οἴκαδε.

autem esse furtum, neque Epicuro esse voluptatem curæ, sed parasito, sic didiceris. Equidem arbitror, voluptatem primo quidem inesse in corporis a molestia vacuitate; deinde in eo, si tumultus et perturbationis plena non sit anima. Utrumque horum consequitur parasitus; at Epicureus neque alterutrum. Qui enim quærit de figura terræ, de mundis infinitis, de magnitudine solis, de distantiis, de primis elementis, de diis, sintne an non sint, qui de ipso denique bonorum fine semper pugnat et ab aliis dissidet; ille non in humanis modo, sed in mundanis etiam est molestiis. At parasitus, qui bene habere omnia putet, credatque non meliori hæc esse loco posse quam sunt, cum securitate multa et tranquillitate, nulla re tali ipsum interpellante, edit et dormit supinus, pedibus manibusque remissis, ut Ulysses Scheria domum navigans.

12. Καὶ μὴν οὐχὶ κατὰ ταῦτα μόνον οὐδὲν προσήκει τὸ ἡδὺ τῷ Ἐπικούρῳ, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐκεῖνα· ὁ γὰρ Ἐπίκουρος οὗτος, ὅστις ποτέ ἐστιν ὁ σοφὸς, ἤτοι φαγεῖν ἔχει ἢ οὔ· εἰ μὲν οὖν οὐκ ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως οὐ ζήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται· εἰ δὲ ἔχει, εἴτε παρ' ἑαυτοῦ εἴτε παρ' ἄλλου· εἰ μὲν οὖν παρ' ἄλλου τὸ φαγεῖν ἔχει, παράσιτός ἐστι καὶ οὐχ ὃς λέγει· εἰ δὲ παρ' ἑαυτοῦ, οὐχ ἡδέως ζήσεται.

12. Quin non hanc solum ob rationem nihil pertinet ad Epicurum voluptas; verum etiam ob ista : Epicurus enim, quicumque demum est ille sapiens, aut habet quod edat, aut non habet : si non habet, tantum abest ut suaviter vivat, ut ne vivat quidem; si vero habet, aut ab se habet, aut ab alio : si ab alio habeat, parasitus est, non, ut ait, philosophus; si vero ab se, non vivet suaviter.

ΤΥΧ. Πῶς οὐχ ἡδέως;

ΠΑΡ. Εἰ γὰρ ἔχει τὸ φαγεῖν παρ' ἑαυτοῦ, πολλά τοι, ὦ Τυχιάδη, τῷ τοιούτῳ βίῳ παρακολουθεῖν ἀνάγκη· καὶ ἄθρει πόσα. Δεῖ τὸν μέλλοντα βιώσεσθαι καθ' ἡδονὴν τὰς ἐγγιγνομένας ὀρέξεις ἁπάσας ἀναπληροῦν. Ἢ τί φής;

TYCH. Quomodo non suaviter?

PAR. Quia, si cibum ab se habet, multa sane, Tychiade, hanc vitam consequi necesse est. Et vide quot ac quanta. Oportet eum qui suaviter vivere velit, insitas cupiditates omnes explere. Aut quid dicas aliud?

ΤΥΧ. Κἀμοὶ δοκεῖ.

ΠΑΡ. Οὐκοῦν τῷ μὲν συχνὰ κεκτημένῳ ἴσως τοῦτο παρέχει, τῷ δὲ ὀλίγα καὶ μηδὲν οὐκέτι· ὥστε πένης οὐκ ἂν σοφὸς γένοιτο οὐδὲ ἐφικνοῖτο τοῦ τέλους, λέγω δὴ τοῦ ἡδέος. Ἀλλ' οὐδὲ μὴν πλούσιος, ὁ παρὰ τῆς οὐσίας ἀφθόνως ταῖς ἐπιθυμίαις χορηγῶν, δυνήσεται τοῦδε ἐφικέσθαι. Τί δή ποτε; ὅτι πᾶσα ἀνάγκη τὸν ἀναλίσκοντα τὰ ἑαυτοῦ πολλαῖς περιπίπτειν ἀηδίαις, τοῦτο μὲν τῷ μαγείρῳ κακῶς σκευάσαντι τὸ ὄψον μαχόμενον ἢ εἰ μὴ μάχοιτο φαῦλα παρὰ τοῦτο ἐσθίοντα τὰ ὄψα καὶ τοῦ ἡδέος ὑστεροῦντα, τοῦτο δὲ τῷ οἰκονομοῦντι τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, εἰ μὴ καλῶς οἰκονομοίη, μαχόμενον. Ἢ οὐχ οὕτως;

TYCH. Etiam mihi sic videtur.

PAR. Igitur ei qui multa possidet, hoc fortasse suppeditaverit : illi vero qui parum aut nihil, non item. Itaque pauper non fiat sapiens, neque ad finem perveniat, dico autem voluptatem. Imo ne dives quidem, is qui de suis opibus copiose ministrat cupiditatibus, poterit ad illum pervenire. Quid ita? quia necesse est omnino, eum qui sua impendat, in multas incidere injucunditates : cui nunc pugnandum sit cum coquo, si male paravit obsonium, aut, si non pugnet, mala subinde obsonia edendum, et voluptate carendum : nunc cum dispensatore rei familiaris, si male dispenset, pugnandum. An non ita est?

ΤΥΧ. Νὴ Δία, κἀμοὶ δοκεῖ.

ΠΑΡ. Τῷ μὲν οὖν Ἐπικούρῳ πάντα ξυμβαίνειν εἰκὸς, ὥστε οὐδέποτε τεύξεται τοῦ τέλους· τῷ δὲ παρασίτῳ οὔτε μάγειρός ἐστιν ᾧ χαλεπῆναι, οὔτε ἀγρὸς οὔτε οἰκονόμος οὔτε ἀργύρια ὑπὲρ ὧν ἀπολλυμένων ἀχθεσθείη, καὶ πάντα ἔχει, ὥστε καὶ φάγοι καὶ πίοι ἂν μόνος οὗτος, ὑπὸ μηδενὸς, ὧν ἐκείνους ἀνάγκη, ἐνοχλούμενος.

TYCH. Per Jovem, mihi quoque sic videtur.

PAR. Ergo Epicuro quidem evenire ista possunt omnia; quo fit ut nunquam consequatur finem : sed parasito neque coquus est cui irascatur, neque ager, neque dispensator, neque pecuniæ, de quibus deperditis gravetur; et habet omnia, ut solus ipse edat ac bibat, earum, quibus isti necessario conflictantur, molestiarum a nulla interpellatus.

13. Ἀλλ' ὅτι μὲν τέχνη ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, κἀκ

13. Verum artem esse parasiticam, tum ex his, tum ex

τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἱκανῶς δέδεικται. Λοιπὸν ὅτι καὶ ἀρίστη δεικτέον, καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὅτι κοινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν, εἶτα ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης. Κοινῇ μὲν οὖν ἁπασῶν οὕτω διαφέρει· πάσης γὰρ τέχνης ἀνάγκη προσάγειν μάθησιν πόνον φόβον πληγὰς, ἅπερ οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν ἀπεύξαιτο· ταύτην δὲ τὴν τέχνην, ὡς ἔοικε, μόνην ἔξεστι μαθεῖν ἄνευ πόνου. Τίς γὰρ ἀπὸ δείπνου ποτὲ ἀπῆλθε κλάων, ὥσπερ τινὰς ἐκ τῶν διδασκαλείων ὁρῶμεν, τίς δ' ἐπὶ δεῖπνον ἀπιὼν ὤφθη σκυθρωπὸς, ὥσπερ οἱ εἰς διδασκαλεῖα φοιτῶντες; Καὶ μὴν ὁ μὲν παράσιτος ἑκὼν αὐτὸς ἐπὶ δεῖπνον ἔρχεται μάλα ἐπιθυμῶν τῆς τέχνης, οἱ δὲ τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνοντες μισοῦσιν αὐτὰς, ὥστε ἔνιοι δι' αὐτὰς ἀποδιδράσκουσι. Τί δὲ, οὐ κἀκεῖνο ἐννοῆσαί σε δεῖ, ὅτι καὶ τοὺς ἐν ἐκείναις ταῖς τέχναις προκόπτοντας οἱ πατέρες καὶ μητέρες τούτοις τιμῶσι μάλιστα, οἷς καθ' ἡμέραν καὶ τὸν παράσιτον; Καλῶς νὴ Δί' ἔγραψεν ὁ παῖς, λέγοντες, δότε αὐτῷ φαγεῖν· Οὐκ ἔγραψεν ὀρθῶς, μὴ δότε. Οὕτω τὸ πρᾶγμα καὶ ἔντιμον καὶ ἐν τιμωρίᾳ μέγα φαίνεται.

14. Καὶ μὴν αἱ ἄλλαι τέχναι τὸ ὕστερον τοῦτο ἔχουσι μετὰ τὸ μαθεῖν καὶ τοὺς καρποὺς ἡδέως ἀπολαμβάνουσι· πολλὴ γὰρ « καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτάς· » ἡ δὲ παρασιτικὴ μόνη τῶν ἄλλων εὐθὺς ἀπολαύει τῆς τέχνης ἐν αὐτῷ τῷ μανθάνειν, καὶ ἅμα τε ἄρχεται καὶ ἐν τῷ τέλει ἐστίν. Καὶ μέντοι τῶν ἄλλων τεχνῶν οὔ τινὲς, ἀλλὰ πᾶσαι ἐπὶ μόνην τὴν τροφὴν γεγόνασιν, ὁ δὲ παράσιτος εὐθὺς ἔχει τὴν τροφὴν ἅμα τῷ ἄρξασθαι τῆς τέχνης. Ἢ οὐκ ἐννοεῖς ὅτι ὁ μὲν γεωργὸς γεωργεῖ οὐ τοῦ γεωργεῖν ἕνεκα καὶ ὁ τέκτων τεκταίνεται οὐχὶ τοῦ τεκταίνεσθαι ἕνεκα, ὁ δὲ παράσιτος οὐχ ἕτερον μέν τι διώκει, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἔργον ἐστὶν αὐτοῦ καὶ οὗ ἕνεκα γίγνεται;

15. Καὶ μὴν ἐκεῖνά γε οὐδείς ἐστιν ὅστις οὐκ ἐπίσταται, ὅτι οἱ μὲν τὰς λοιπὰς τέχνας ἐργαζόμενοι τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ταλαιπωροῦσι, μίαν δὲ ἢ δύο μόνας τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἱερὰς ἄγουσι, καὶ αἱ πόλεις δὲ τὰς μὲν δι' ἔτους, τὰς δὲ ἐμμήνους ἑορτὰς διατελοῦσι, καὶ εὐφραίνεσθαί λέγονται τότε· ὁ δὲ παράσιτος τοῦ μηνὸς τὰς τριάκονθ' ἡμέρας ἱερὰς ἄγει· πᾶσαι γὰρ αὐτῷ δοκοῦσιν εἶναι τῶν θεῶν.

16. Ἔτι οἱ μὲν βουλόμενοι τὰς ἄλλας τέχνας κατορθοῦν ὀλιγοσιτίαις καὶ ὀλιγοποσίαις χρῶνται καθάπερ οἱ νοσοῦντες, πολυσιτίαις δὲ καὶ πολυποσίαις οὐκ ἔστιν εὐφραινόμενον μανθάνειν.

17. Καὶ αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι χωρὶς ὀργάνων οὐδαμῶς τῷ κεκτημένῳ ὑπηρετεῖν δύνανται· οὔτε γὰρ αὐλεῖν ἔνι χωρὶς αὐλῶν οὔτε ψάλλειν ἄνευ λύρας οὔτε ἱππεύειν ἄνευ ἵππου· αὕτη δὲ οὕτως ἐστὶν ἀγαθὴ καὶ οὐ βαρεῖα τῷ τεχνίτῃ, ὥστε ὑπάρχει καὶ μηδὲν ἔχοντι ὅπλον χρῆσθαι αὐτῇ.

18. Καὶ ὡς ἔοικεν ἄλλας τέχνας μανθάνομεν μισθὸν διδόντες, ταύτην δὲ λαμβάνοντες.

19. Ἔτι τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν εἰσι διδάσκαλοί

reliquis satis demonstratum est. Superest ut demonstremus etiam esse optimam; idque non simpliciter, sed primo quidem, communiter artibus omnibus esse præstantiorem; deinde, etiam singulatim unaquaque. Communiter ergo cunctis ita præstat, quod omnis ars necessario adhibet disciplinam, laborem, metum, plagas, quæ nemo est quin abominetur : hanc vero solam, ut videtur, artem discere licet sine labore. Quis enim de cœna unquam discessit plorans, ut quosdam videmus de scholis? quis vero ad cœnam abiens visus est tristis, ut qui scholas frequentant? Quin parasitus sponte sua ipse ad cœnam venit, artis cupidissimus : qui vero artes discunt reliquas, odio eas habent, adeo ut quidam propter eas aufugiant. Quid vero? nonne illud etiam tibi cogitandum est, quod illis in artibus proficientes liberos his maxime rebus patres matresque munerantur, quibus parasitum quotidie? Pulchre per Jovem, in quiunt, scripsit puer; date illi cibum : Non recte scripsit; ne date. Adeo ea res et ad honorem gravis et ad pœnam videtur.

14. Verum ceteræ artes postremum hoc habent post disciplinam, et laboris fructum lubenter recipiunt; multa enim et ardua ad illas via est : parasitica vero sola reliquarum statim ipso disciplinæ tempore sua arte fruitur; et simul, dum incipit, finem etiam suum consequitur. Ac reliquarum artium non quædam modo, sed universæ ad sola alimenta paranda natæ sunt : parasitus autem statim quum incipit artem, alimenta habet. An non cogitas agrum coli ab agricola non agriculturæ causa, et struere fabrum domos non struendi causa : sed parasitus nihil sequitur aliud, verum idem et opus ipsius est, et illud cujus causa suscipitur?

15. Præterea hæc etiam nemo est qui nesciat : reliquis in artibus qui elaborant, per omne tempus ærumnabili labore funguntur præter unum aut duo solos in mense dies quos festos habent; ipsæque civitates alios annuos, alios autem menstruos dies festos obeunt, ac tum exhilarari dicuntur : parasitus vero triginta mensis dies festos agit : omnes enim deorum esse illi videntur.

16. Porro qui in reliquis artibus recte versari volunt, ii pauco cibo et potu pauco utuntur, ægrotorum instar; at copioso cibo potuque multo qui gaudet, is fieri non potest ut discat.

17. Tum reliquæ artes sine instrumentis nullo modo ministrare possunt artifici; neque enim tibiis canere licet sine tibiis, neque psallere sine lyra, neque sine equo equitare : hæc vero ita commoda, ita non gravis artifici, ut etiam nihil armorum habens uti ea possit.

18. Deinde, ut constat, ceteras artes discimus mercede data; hanc accepta.

19. Insuper ceterarum artium quidam sunt magistri; pa-

τινες, τῆς δὲ παρασιτικῆς οὐδείς, ἀλλ' ὥσπερ ἡ ποιητικὴ κατὰ Σωκράτη καὶ αὕτη θείᾳ τινὶ μοίρᾳ παραγίγνεται.

20. Κἀκεῖνο δὴ σκόπει, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας τέχνας ὁδεύοντες ἢ πλέοντες οὐ δυνάμεθα διαπράττεσθαι, ταύτῃ δέ ἐστι χρῆσθαι καὶ ἐν ὁδῷ καὶ πλέοντι.

21. ΤΥΧ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΠΑΡ. Καὶ μέντοι, ὦ Τυχιάδη, αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι δοκοῦσί μοι ταύτης ἐπιθυμεῖν, αὕτη δὲ οὐδεμιᾶς ἑτέρας.

ΤΥΧ. Τί δέ, οὐχ οἱ τὰ ἀλλότρια λαμβάνοντες ἀδικεῖν σοι δοκοῦσι;

ΠΑΡ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΤΥΧ. Πῶς οὖν ὁ παράσιτος τὰ ἀλλότρια λαμβάνων οὐκ ἀδικεῖ μόνος;

ΠΑΡ. Οὐκ ἔχω λέγειν.

22. Καὶ μὴν τῶν ἄλλων τεχνῶν αἱ ἀρχαὶ φαῦλαί τινες καὶ εὐτελεῖς εἰσι, τῆς δὲ παρασιτικῆς ἡ ἀρχὴ πάνυ γενναία τις· τὸ γὰρ θρυλούμενον τοῦτο τῆς φιλίας ὄνομα οὐκ ἂν ἄλλο τι εὕροις ἢ ἀρχὴν παρασιτικῆς.

ΤΥΧ. Πῶς λέγεις;

ΠΑΡ. Ὅτι οὐδεὶς ἐχθρὸν ἢ ἀγνῶτα ἄνθρωπον ἀλλ' οὐδὲ συνήθη μετρίως ἐπὶ δεῖπνον καλεῖ, ἀλλὰ δεῖ πρότερον οἶμαι τοῦτον γενέσθαι φίλον, ἵνα κοινωνήσῃ σπονδῶν καὶ τραπέζης καὶ τῶν τῆς τέχνης ταύτης μυστηρίων. Ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσά τινων λεγόντων, ποταπὸς δὲ οὗτος ὁ φίλος ὅστις οὔτε βέβρωκεν οὔτε πέπωκε μεθ' ἡμῶν, δῆλον ὅτι τὸν συμπίνοντα καὶ συνεσθίοντα μόνον πιστὸν φίλον ἡγουμένων.

23. Ὅτι γε μὴν ἡ βασιλικωτάτη τῶν τεχνῶν ἐστιν αὕτη, μάθοις ἂν καὶ ἐκ τοῦδε οὐχ ἥκιστα· τὰς μὲν γὰρ λοιπὰς τέχνας οὐ μόνον κακοπαθοῦντες καὶ ἱδροῦντες, ἀλλὰ νὴ Δία καθήμενοι καὶ ἑστῶτες ἐργάζονται ὥσπερ ἀμέλει δοῦλοι τῶν τεχνῶν, ὁ δὲ παράσιτος μεταχειρίζεται τὴν αὑτοῦ τέχνην ὡς βασιλεὺς κατακείμενος.

24. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς εὐδαιμονίας αὐτοῦ, ὅτι δὴ μόνος κατὰ τὸν σοφὸν Ὅμηρον « οὔτε φυτεύει χερσὶ φυτὸν οὔτε ἀροῖ, ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα » νέμεται;

25. Καὶ μὴν ῥήτορά τε καὶ γεωμέτρην καὶ χαλκέα οὐδὲν κωλύει τὴν ἑαυτοῦ τέχνην ἐργάζεσθαι ἐάν τε πονηρὸς ἐάν τε καὶ μωρὸς ᾖ, παρασιτεῖν δὲ οὐδεὶς δύναται ἢ μωρὸς ὢν ἢ πονηρός.

ΤΥΧ. Παπαῖ, οἷον χρῆμα ἀποφαίνῃ τὴν παρασιτικήν· ὥστε καὶ αὐτὸς ἤδη βούλεσθαι δοκῶ μοι παράσιτος εἶναι ἀντὶ τούτου ὅς εἰμι.

26. ΠΑΡ. Ὡς μὲν τοίνυν κοινῇ πάντων διαφέρει, δεδεῖχθαί μοι δοκῶ. Φέρε δὲ ὡς καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει, σκοπῶμεν. Τὸ μὲν δὴ ταῖς βαναύσοις τέχναις παραβάλλειν αὐτὴν ἀνόητόν ἐστι, καὶ μᾶλλόν πως καθαιροῦντος τὸ ἀξίωμα τῆς τέχνης. Ὅτι γε μὴν τῶν καλλίστων καὶ μεγίστων τεχνῶν διαφέρει δεικτέον. Ὡμολόγηται δὴ πρὸς πάντων τήν τε ῥητορικὴν καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἃς διὰ γενναιότητα καὶ ἐπιστήμας ἀπο-

rasiticæ autem nullus: sed quemadmodum poetica, auctore Socrate, ita hæc quoque divina quadam sorte contingit.

20. Etiam illud mihi considera, quod reliquas artes, dum iter facimus aut navigamus, non possumus exercere; hac in via etiam et naviganti licet uti.

21. TYCH. Utique.

PAR. Verum etiam, Tychiade, videntur mihi hanc appetere artes reliquæ, hæc aliam nullam.

TYCH. Quid vero? nonne qui aliena sumunt injuste agere tibi videntur?

PAR. Quidni?

TYCH. Quomodo igitur parasitus, sumens aliena, solus injuste non agit?

PAR. Non habeo quod dicam.

22. Verum reliquarum artium contemnenda quædam ac vilia sunt initia; parasiticæ vero origo plane generosa: illud enim tritum amicitiæ nomen non aliud invenies quam parasiticæ initium.

TYCH. Quid ita?

PAR. Quia nemo inimicum aut ignotum hominem, imo neque mediocriter modo familiarem vocat ad cœnam: sed oportet, puto, hunc prius amicum fieri, ut particeps fiat libationum et mensæ, et artis hujus mysteriorum. Equidem sæpe audivi dicentes, Qualis autem hic sit amicus, qui neque comedit neque bibit nobiscum! ut qui putarent videlicet solum qui una bibat atque cibum una capiat, fidelem amicum.

23. Hanc vero maxime regiam esse artium, etiam hinc non minimum intelligas. Reliquas artes enim non cum molestia tantum et sudore exercent, sed, per Jovem, sedentes atque stantes, nempe velut servi artium: at parasitus suam artem tractat accumbens velut rex.

24. Illa enim quid dicere attinet de illius felicitate, quod solus, ut docti Homeri verbis utar, « nec plantat manibus plantam, nec arat; sed sine semine aratroque » depascitur omnia?

25. Ceterum rhetorem et geometram et fabrum nihil prohibet artem exercere suam, etsi malus sit vel adeo stultus: parasitari autem nemo potest, qui vel stultus sit, vel malus.

TYCH. Vah quantam rem ostendis esse parasiticam! Itaque ipse mihi jam videor velle parasitus fieri pro eo qui sum.

ANACHARSIS SIVE DE EXERCITATIONIBUS.

1. ANACHARSIS. Ista vero, Solon, apud vos juvenes cujus rei gratia faciunt? alii complexi se invicem alter alterum supplantant; alii angunt et inflectunt, et in luto volutati se mutuo conspurcant velut sues. Quanquam ab initio quum primum se exuerunt (vidi enim), pingui se ungere solent, et mutuo mulcere alter alterum plane pacate: deinde vero nescio quo instinctu trudunt se invicem pronis capitibus, et frontibus arietum instar concurrunt. Et ubi ecce iste alterum cruribus sublatum prostravit humi, ipse deinde superincumbens tollere se illum non sinit, contruditque deorsum in lutum: tandem vero jam cruribus suis illius ventrem complexus, suoque cubito gutturi illius subjecto suffocat miserum, qui istius interim humerum plaudit, suppliciter eo gestu rogans, puto, ne plane fauces sibi elidantur. Ac ne olei quidem causa parcunt quominus inquinentur, sed deterso unguento, oppleti stercore, sudore insuper multo diffluentes, risum mihi quidem præbent, anguillarum instar alterius alter elabentes manibus.

2. Ἕτεροι δὲ ἐν τῷ αἰθρίῳ τῆς αὐλῆς τὸ αὐτὸ τοῦτο δρῶσιν, οὐχ ἐν πηλῷ οὗτοί γε, ἀλλὰ ψάμμον ταύτην βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι πάττουσί τε ἀλλήλους καὶ αὐτοὶ ἑκόντες ἐπαμῶνται τὴν κόνιν ἀλεκτρυόνων δίκην, ὡς ἀφυκτότεροι εἶεν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς, οἶμαι, τῆς ψάμμου τὸν ὄλισθον ἀφαιρούσης καὶ βεβαιοτέραν ἐν ξηρῷ παρεχούσης τὴν ἀντίληψιν.

3. Οἱ δὲ ὀρθοστάδην κεκονιμένοι καὶ αὐτοὶ παίουσιν ἀλλήλους προσπεσόντες καὶ λακτίζουσιν· οὑτοσὶ γοῦν καὶ τοὺς ὀδόντας ἔοικεν ἀποπτύσειν ὁ κακοδαίμων, οὕτως αἵματος αὐτῷ καὶ ψάμμου ἀναπέπλησται τὸ στόμα, πὺξ, ὡς ὁρᾷς, παταχθέντος ἐς τὴν γνάθον. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἄρχων οὑτοσὶ διίστησιν αὐτοὺς καὶ λύει τὴν μάχην — τεκμαίρομαι γὰρ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τοῦτον εἶναι — ὁ δὲ καὶ ἐποτρύνει καὶ τὸν πατάξαντα ἐπαινεῖ.

4. Ἄλλοι δὲ ἀλλαχόθι πάντες ἐγκονοῦσι καὶ ἀναπηδῶσιν ὥσπερ θέοντες ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μένοντες καὶ ἐς τὸ ἄνω συναλλόμενοι λακτίζουσι τὸν ἀέρα.

5. Ταῦτα οὖν ἐθέλω εἰδέναι τίνος ἀγαθοῦ ἂν εἴη ποιεῖν· ὡς ἔμοιγε μανίᾳ μᾶλλον ἐοικέναι δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἂν ῥᾳδίως μεταπείσειέ με ὡς οὐ παραπαίουσιν οἱ ταῦτα δρῶντες.

6. ΣΟΛΩΝ. Καὶ εἰκότως, ὦ Ἀνάχαρσι, τοιαῦτά σοι τὰ γιγνόμενα φαίνεται ξένα γε ὄντα καὶ πάμπολυ τῶν Σκυθικῶν ἐθῶν ἀπᾴδοντα, καθάπερ καὶ ὑμῖν πολλὰ εἰκὸς εἶναι μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα τοῖς Ἕλλησιν ἡμῖν ἀλλόκοτα εἶναι δόξαντα ἄν, εἴ τις ἡμῶν ὥσπερ σὺ νῦν ἐπισταίη αὐτοῖς. Πλὴν ἀλλὰ θάρρει, ὦγαθέ· οὐ γὰρ μανία τὰ γιγνόμενά ἐστιν οὐδ' ἐφ' ὕβρει οὗτοι παίουσιν ἀλλήλους καὶ κυλίουσιν ἐν τῷ πηλῷ ἢ ἐπιπάττουσι τὴν κόνιν, ἀλλ' ἔχει τινὰ χρείαν οὐκ ἀτερπῆ τὸ πρᾶγμα καὶ ἀκμὴν οὐ μικρὰν ἐπάγει τοῖς σώμασιν· ἢν γοῦν ἐνδιατρίψῃς, ὥσπερ οἶμαί σε ποιήσειν, τῇ Ἑλλάδι, οὐκ εἰς μακρὰν εἷς καὶ αὐτὸς ἔσῃ τῶν πεπηλωμένων ἢ κεκονιμένων· οὕτω σοι τὸ πρᾶγμα ἡδύ τε ἅμα καὶ λυσιτελὲς εἶναι δόξει.

ΑΝΑΧ. Ἄπαγε, ὦ Σόλων, ὑμῖν ταῦτα γένοιτο τὰ ὠφέλιμα καὶ τερπνά, ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι διαθείη, εἴσεται ὡς οὐ μάτην παρεζώσμεθα τὸν ἀκινάκην.

7. Ἀτὰρ εἰπέ μοι, τί ὄνομα ἔθεσθε τοῖς γιγνομένοις, ἢ τί φῶμεν ποιεῖν αὐτούς;

ΣΟΛ. Ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ὦ Ἀνάχαρσι, γυμνάσιον ὑφ' ἡμῶν ὀνομάζεται καὶ ἔστιν ἱερὸν Ἀπόλλωνος τοῦ Λυκείου· καὶ τὸ ἄγαλμα δὲ αὐτοῦ ὁρᾷς, τὸν ἐπὶ τῇ στήλῃ κεκλιμένον, τῇ ἀριστερᾷ μὲν τὸ τόξον ἔχοντα, ἡ δεξιὰ δὲ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀνακεκλασμένη ὥσπερ ἐκ καμάτου μακροῦ ἀναπαυόμενον δείκνυσι τὸν θεόν.

8. Τῶν γυμνασμάτων δὲ τούτων τὸ μὲν ἐν τῷ πηλῷ ἐκεῖνο πάλη καλεῖται, οἱ δ' ἐν τῇ κόνει παλαίουσι καὶ αὐτοί, τὸ δὲ παίειν ἀλλήλους ὀρθοστάδην παγκρατιάζειν λέγομεν. Καὶ ἄλλα δὲ ἡμῖν ἐστι γυμνάσια τοιαῦτα πυγμῆς καὶ δίσκου καὶ τοῦ ὑπεράλλεσθαι, ὧν ἁπάντων

2. Alii in subdivali aulæ idem faciunt, non in luto hi quidem, sed arenam istam profundam substratam habentes in cavea, conspergunt se invicem, et sponte sua pulvere se, gallorum gallinaceorum instar, accumulant, puto, ut minus inter complectendum elabi possint, lubricitatem auferente arena et firmiorem præstante in sicco comprehendendi facultatem.

3. Illi vero recto statu certantes, conspersi, verberibus et ipsi se invicem calcibusque impetunt: hic adeo miser ipsos videtur dentes exsputurus : ita sanguine illi atque arena os oppletum est, pugno, ut vides, mala illi percussa. Sed neque iste præfectus illos separat et pugnam solvit (ex purpura enim de magistratu aliquem hunc esse colligo) : quin incitat etiam, et qui percussit, eum laudat.

4. Alii vero alio loco celeriter se movent omnes et exsultant quasi currentes, quum eodem in loco maneant; et jactato in altum corpore calcibus aera petunt.

5. Hæc igitur scire velim cui bono sit facere : nam mihi furori potius similis res videtur, neque est qui facile hoc mihi eripiat, non insanire qui ista faciunt.

6. SOLON. Nec mirum est, Anacharsi, talia tibi, quæ hic fiunt, videri, quum peregrina tibi sint et multum a Scythicis moribus abhorrentia; quemadmodum vicissim vobis multas et disciplinas esse et studia verisimile est, quæ aliena videantur Græcis nobis, si quis nostrûm, ut tu jam hisce, illis astet. Sed bono animo esto, vir optime : non sunt furor quæ fiunt, neque injuriæ causa isti se invicem percutiunt et in luto provolvunt, aut conspergunt pulvere: verum utilitatem ea res habet non injucundam, neque parvum robur corporibus conciliat. Proinde si moraberis, quod facturum te spero, aliquamdiu in Græcia, non ita multo post unus et ipse eris de illis luto aut pulvere oppletis : adeo tibi ea res jucunda pariter atque utilis videbitur.

ANACH. Apage, Solon! vobis eveniant utilia ista atque jucunda : mihi quidem si vestrûm aliquis tale quid faciat, sentiet non frustra nos accinctos acinace.

7. Verum dic mihi, quod nomen posuistis his quæ hic fiunt, aut quid facere istos dicamus?

SOL. Locus ipse, Anacharsi, gymnasium a nobis appellatur, et est illud Apollini Lycio sacrum. Ac vides signum illius, illum ad columellam acclinatum, sinistra habentem arcum; dextra vero supra caput reflexa velut e longo labore requiescentem ostendit deum.

8. Exercitationum autem istarum ea quæ fit in luto, lucta vocatur; isti in pulvere, luctantur ipsi quoque : illud, quod erecto corpore se invicem feriunt, pancratio certare dicimus. Sunt autem nobis alia quoque id genus exercitamenta pugilatus, et disci, et saltus : quorum omnium cer-

ἀγῶνας προτίθεμεν, καὶ ὁ κρατήσας ἄριστος εἶναι δοκεῖ τῶν καθ' αὑτὸν καὶ ἀναιρεῖται τὰ ἆθλα.

9. ΑΝΑΧ. Τὰ δὲ ἆθλα τίνα ὑμῖν ταῦτά ἐστιν;

ΣΟΛ. Ὀλυμπίασι μὲν στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος, Πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ θεοῦ, παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς Παναθηναίοις τὸ ἔλαιον τὸ ἐκ τῆς μορίας. Τί ἐγέλασας, ὦ Ἀνάχαρσι; ἢ διότι μικρά σοι ταῦτα εἶναι δοκεῖ;

ΑΝΑΧ. Οὔκ, ἀλλὰ πάνσεμνα, ὦ Σόλων, κατέλεξας τὰ ἆθλα καὶ ἄξια τοῖς τε διαθεῖσιν αὐτὰ φιλοτιμεῖσθαι ἐπὶ τῇ μεγαλοδωρεᾷ καὶ τοῖς ἀγωνισταῖς αὐτοῖς ὑπερεσπουδακέναι περὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν τηλικούτων. ὥστε μήλων ἕνεκα καὶ σελίνων τοσαῦτα προπονεῖν καὶ κινδυνεύειν ἀγχομένους πρὸς ἀλλήλων καὶ κατακλωμένους, ὡς οὐκ ἐνὸν ἀπραγμόνως εὐπορῆσαι μήλων ὅτῳ ἐπιθυμία ἢ σελίνῳ ἐστεφανῶσθαι ἢ πίτυϊ μήτε πηλῷ καταχριόμενον τὸ πρόσωπον μήτε λακτιζόμενον ἐς τὴν γαστέρα ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιστῶν.

10. ΣΟΛ. Ἀλλ', ὦ ἄριστε, οὐκ ἐς ψιλὰ τὰ διδόμενα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν. Ταῦτα μὲν γάρ ἐστι σημεῖα τῆς νίκης καὶ γνωρίσματα οἵτινες οἱ κρατήσαντες, ἡ δὲ παρακολουθοῦσα τούτοις δόξα τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς νενικηκόσιν, ὑπὲρ ἧς καὶ λακτίζεσθαι καλῶς ἔχει τοῖς θηρωμένοις τὴν εὔκλειαν ἐκ τῶν πόνων· οὐ γὰρ ἀπονητὶ προσγένοιτο ἂν αὕτη, ἀλλὰ χρὴ τὸν ὀρεγόμενον αὐτῆς πολλὰ τὰ δυσχερῆ ἀνασχόμενον ἐν τῇ ἀρχῇ τότ' ἤδη τὸ λυσιτελὲς καὶ ἡδὺ τέλος ἐκ τῶν καμάτων περιμένειν.

ΑΝΑΧ. Τοῦτο φής, ὦ Σόλων, τὸ τέλος ἡδὺ καὶ λυσιτελές, ὅτι πάντες αὐτοὺς ὄψονται ἐστεφανωμένους καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ ἐπαινέσονται πολὺ πρότερον οἰκτείραντες ἐπὶ ταῖς πληγαῖς, οἱ δὲ εὐδαιμονήσουσιν ἀντὶ τῶν πόνων μῆλα καὶ σέλινα ἔχοντες.

ΣΟΛ. Ἄπειρος εἶ, φημί, τῶν ἡμετέρων ἔτι· μετὰ μικρὸν δὲ ἄλλα σοι δόξει περὶ αὐτῶν, ἐπειδὰν ἐς τὰς πανηγύρεις ἀπιὼν ὁρᾷς τοσοῦτον πλῆθος ἀνθρώπων συλλεγόμενον ἐπὶ τὴν θέαν τῶν τοιούτων καὶ θέατρα μυρίανδρα συμπληρούμενα καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἐπαινουμένους, τὸν δὲ καὶ νικήσαντα αὐτῶν ἰσόθεον νομιζόμενον.

11. ΑΝΑΧ. Αὐτὸ τοῦτο, ὦ Σόλων, καὶ τὸ οἰκτιστόν ἐστιν, εἰ μὴ ἐπ' ὀλίγων ταῦτα πάσχουσιν, ἀλλὰ ἐν τοσούτοις θεαταῖς καὶ μάρτυσι τῆς ὕβρεως, οἳ δηλαδὴ εὐδαιμονίζουσιν αὐτοὺς αἵματι ῥαινομένους ὁρῶντες ἢ ἀγχομένους ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων· ταῦτα γὰρ τὰ εὐδαιμονέστατα πρόσεστι τῇ νίκῃ αὐτῶν. Παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς Σκύθαις ἤν τις, ὦ Σόλων, ἢ πατάξῃ τινὰ τῶν πολιτῶν ἢ ἀνατρέψῃ προσπεσὼν ἢ θαἰμάτια περιρρήξῃ, μεγάλας οἱ πρεσβῦται τὰς ζημίας ἐπάγουσι, κἂν ἐπ' ὀλίγων τῶν μαρτύρων τοῦτο πάθῃ τις, οὔτι γε ἐν τηλικούτοις θεάτροις οἷα σὺ διηγῇ τὸ Ἰσθμοῖ καὶ τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀγωνιστὰς οἰκτείρειν μοι ἔπεισιν ὧν πάσχουσι, τῶν δὲ θεατῶν οὓς φὴς ἁπανταχόθεν τοὺς ἀρίστους παραγίγνεσθαι ἐς τὰς πα-

tamina proponimus, et qui vicerit, ille præstantissimus inter æquales suos censetur et reportat præmia.

9. ANACH. Quæ sunt autem illa apud vos præmia?

SOL. Olympiæ corona oleagina; in Isthmo de pinu; Nemeæ de apio plexa; in Pythiis poma de sacris deo; apud nos Panathenaicis, oleum ex Minervæ olea. Quid risisti, Anacharsi? an quod parva tibi videntur ista?

ANACH. Non; sed magnifica, o Solon, enumerasti præmia, et digna in quibus liberalitate certarent qui ea constituerunt, digna pro quibus auferendis supra etiam, quam possunt, contendant athletæ : adeo ut malorum causa et apiorum tantum laboris præcipiant, et periculum incurrant, ne alter ab altero suffocentur et luxentur, quasi non liceret sine molestia copiam malorum, cui volupe sit, consequi, aut coronari apio, vel pinu, etiam ut non linatur luto facies ipsius, neque calcibus venter ab adversariis contundatur.

10. SOL. Sed, vir optime, non ad nuda ista munera nos respicimus. Hæc enim victoriæ signa sunt, et indicant qui vicerint : verum quæ consequitur inde gloria, ea vero quantivis pretii est victoribus; pro hac etiam calcibus peti præclarum videtur his qui bonam ex laboribus famam venantur : neque enim ea sine labore contigerit, sed oportet qui illam appetat multa ab initio subire difficilia, ac tum demum utilem illum jucundumque finem e laboribus exspectare.

ANACH. Hunc nempe ais, Solon, finem jucundum et utilem, quod omnes illos videbunt coronatos, et victoriæ causa laudabunt, qui diu ante miserati illos fuerant propter plagas : hi vero felices erunt, qui pro laboribus poma habeant et apia.

SOL. Imperitus es, inquam, rerum nostrarum adhuc : verum paullo post aliter de iis senties, quum delatus in conventus illos colligi videbis tantam hominum multitudinem talium spectaculorum causa, impleri theatra tot millium capacia, et laudari athletas, et honore diis æquari qui vicerit reliquos.

11. ANACH. Ipsum hoc vero, Solon, miserrimum est, si non paucis arbitris ista subeunt, sed apud tot spectatores ac testes contumeliæ, qui nempe beatos illos prædicant, videntes ut sanguine fluant, aut angantur ab adversariis : hæc enim beatissima sunt in illorum victoria. Apud nos vero Scythas, Solon, si quis aut pulset civium quenquam, aut impetu facto evertat, aut vestes deripiat, magnas illi pœnas nostri seniores infligunt, etiamsi cui paucis testibus hoc eveniat, neque in tantis theatris, quanta tu narras Isthmi atque Olympiæ. Verum enim certatorum quidem misereri subit ob ea quæ patiuntur; spectatores autem, quos ais undique convenire præstantissimos ad istas celebritates,

νηγύρεις, καὶ πάνυ θαυμάζω, εἰ τἀναγκαῖα παρέντες σχολάζουσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνό πω δύναμαι κατανοῆσαι, ὅτι τοῦτο τερπνὸν αὐτοῖς, ὁρᾶν παιομένους τε καὶ διαπληκτιζομένους ἀνθρώπους καὶ πρὸς τὴν γῆν ἀραττομένους καὶ συντριβομένους ὑπ' ἀλλήλων.

12. ΣΟΛ. Εἰ καιρὸς ἦν, ὦ Ἀνάχαρσι, Ὀλυμπίων ἢ Ἰσθμίων ἢ Παναθηναίων, αὐτὸ ἄν σε τὸ γιγνόμενον ἐδίδαξεν ὡς οὐ μάτην ἐσπουδάκαμεν ἐπὶ τούτοις· οὐ γὰρ οὕτω λέγων ἄν τις προσβιβάσειέ σε τῇ ἡδονῇ τῶν ἐκεῖ δρωμένων, ὡς εἰ καθεζόμενος αὐτὸς ἐν μέσοις τοῖς θεαταῖς βλέποις ἀρετὰς ἀνδρῶν καὶ κάλλη σωμάτων καὶ εὐεξίας θαυμαστὰς καὶ ἐμπειρίας δεινὰς καὶ ἰσχὺν ἄμαχον καὶ τόλμαν καὶ φιλοτιμίαν καὶ γνώμας ἀηττήτους καὶ σπουδὴν ἄληκτον ὑπὲρ τῆς νίκης· εὖ γὰρ δὴ οἶδα ὡς οὐκ ἂν ἐπαύσω ἐπαινῶν καὶ ἐπιβοῶν καὶ ἐπικροτῶν.

13. ΑΝΑΧ. Νὴ Δί', ὦ Σόλων, καὶ ἐπιγελῶν γε προσέτι καὶ ἐπιχλευάζων· ἅπαντα γὰρ ὁπόσα κατηριθμήσω ἐκεῖνα, τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς εὐεξίας καὶ τὰ κάλλη καὶ τόλμαν, ὁρῶ οὐδενὸς μεγάλου ἕνεκα παραπολλυμένας ὑμῖν, οὔτε πατρίδος κινδυνευούσης οὔτε χώρας πορθουμένης οὔτε φίλων ἢ οἰκείων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων. Ὥστε τοσούτῳ γελοιότεροι ἂν εἶεν, ἄριστοι μέν, ὡς φής, ὄντες, μάτην δὲ τοσαῦτα πάσχοντες καὶ ταλαιπωρούμενοι καὶ αἰσχύνοντες τὰ κάλλη καὶ τὰ μεγέθη τῇ ψάμμῳ καὶ τοῖς ὑπωπίοις, ὡς μήλου καὶ κοτίνου ἐγκρατεῖς γένοιντο νικήσαντες· ἡδὺ γάρ μοι ἀεὶ μεμνῆσθαι τῶν ἄθλων τοιούτων ὄντων. Ἀτὰρ εἰπέ μοι, πάντες αὐτὰ λαμβάνουσιν οἱ ἀγωνισταί;

ΣΟΛ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ εἷς ἐξ ἁπάντων ὁ κρατήσας αὐτῶν.

ΑΝΑΧ. Εἶτ', ὦ Σόλων, ἐπὶ τῷ ἀδήλῳ καὶ ἀμφιβόλῳ τῆς νίκης τοσοῦτοι πονοῦσι, καὶ ταῦτ' εἰδότες ὅτι ὁ μὲν νικῶν εἷς ἔσται πάντως, οἱ δὲ ἡττώμενοι πάμπολλοι μάτην ἄθλιοι πληγάς, οἱ δὲ καὶ τραύματα λαβόντες;

14. ΣΟΛ. Ἔοικας, ὦ Ἀνάχαρσι, μηδέπω ἐννενοηκέναι πολιτείας ὀρθῆς πέρι μηδέν· οὐ γὰρ ἂν τὰ κάλλιστα τῶν ἐθῶν ἐν ψόγῳ ἐτίθεσο. Ἢν δέ σοι μελήσῃ ποτὲ εἰδέναι ὅπως ἂν τὰ κάλλιστα οἰκηθείη πόλις καὶ ὅπως ἂν ἄριστοι γένοιντο οἱ πολῖται αὐτῆς, ἐπαινέσῃ τότε καὶ τὰς ἀσκήσεις ταύτας καὶ τὴν φιλοτιμίαν ἣν φιλοτιμούμεθα περὶ αὐτάς, καὶ εἴσῃ ὅτι πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχουσιν ἐγκαταμεμιγμένον τοῖς πόνοις, εἰ καὶ νῦν μάτην σπουδάζεσθαι δοκοῦσι.

ΑΝΑΧ. Καὶ μήν, ὦ Σόλων, κατ' οὐδὲν ἄλλο ἀπὸ τῆς Σκυθίας ἥκω παρ' ὑμᾶς τοσαύτην μὲν γῆν διοδεύσας, μέγαν δὲ τὸν Εὔξεινον καὶ δυσχείμερον περαιωθείς, ἢ ὅπως νόμους τε τοὺς Ἑλλήνων ἐκμάθοιμι καὶ ἔθη παρ' ὑμῖν κατανοήσαιμι καὶ πολιτείαν τὴν ἀρίστην ἐκμελετήσαιμι. Διὸ καὶ σὲ μάλιστα φίλον ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων καὶ ξένον προειλόμην κατὰ κλέος, ἐπείπερ ἤκουον νόμων τέ τινων ξυγγραφέα εἶναί σε καὶ ἐθῶν

hos vero valde miror, si necessariis relictis otium sibi sumunt ad talia. Nondum enim vel illud possum intelligere, quæ sit illis jucunditas videre ferientes se et conflictantes homines, et terræ allisos, et alterum ab altero contritos.

12. SOL. Si tempus esset, Anacharsi, Olympiorum, aut Isthmiorum, aut Panathenæorum, ipsa te res doceret, quam non temere studium in his rebus posuerimus. Neque enim dicendo quisquam ita te admovere quasi possit voluptati eorum quæ ibi fiunt, quam si sedens ipse inter medios spectatores videas virtutes virorum, pulchritudines corporum, et habitus admirabiliter firmos, et acerrimam peritiam, et robur invictum, et audaciam, et honoris cupiditatem, et animos insuperabiles, et studium nunquam deficiens victoriæ : bene equidem novi finem te laudandi et acclamandi et plaudendi non facturum.

13. ANACH. Per Jovem, Solon, et irridendi insuper atque cavillandi : omnia enim illa, quæ modo enumerabas, virtutes, et habitus bonos, et pulchritudines, et audaciam, video nullius magnæ rei causa vobis disperire, quum neque patria sit in periculo, neque regio vastetur, neque amici aut familiares abripiantur ad contumeliam. Itaque tanto fuerint magis ridiculi, si, quum sint, ut ais, præstantissimi, nequicquam tot ac tanta patiantur, et malis conflictentur, ac pulchritudines istas ac magnitudines arena fœdent ac livoribus, ut pomo aut oleæ ramo potiantur victores : suave enim mihi semper meminisse præmiorum istorum, quæ tanta sint scilicet. Sed dic mihi, omnesne ea accipiunt qui decertant?

SOL. Minime, sed unus ex omnibus, qui illos superavit.

ANACH. Tum igitur, Solon, de obscura et ancipiti victoria tot homines laborant, idque quum sciant victorem unum omnino futurum, victos autem plurimos, qui frustra miseri plagas, partim etiam vulnera acceperint?

14. SOL. Videris, Anacharsi, nondum etiam quicquam de recta reipublicæ gerendæ ratione cogitasse : non enim instituta pulcherrima reprehendenda duceres. Si vero tibi curæ fuerit aliquando scire, quomodo pulcherrime condi possit civitas, et qua ratione optimi fiant illius cives, laudabis tunc etiam exercitationes hasce, et honoris studium, quo in illis versamur, et scies multam habere admixtam laboribus utilitatem, etiamsi nunc frustra laborare videantur.

ANACH. Quin ego, Solon, nulla alia causa e Scythia ad vos veni, tantis terræ spatiis superatis, magnum Euxinum ac procellosum transvectus, nisi ut et leges Græcorum ediscam, et qui sint apud vos mores cognoscam, et formam reipublicæ optimam meditando assequar. Qua de causa etiam te maxime amicum ex omnibus Atheniensibus hospitemque delegi ex fama, quandoquidem audieram legum te quarundam scriptorem esse, et morum optimorum invento-

τῶν ἀρίστων εὑρετὴν καὶ ἐπιτηδευμάτων ὠφελίμων εἰσηγητὴν, καὶ ὅλως πολιτείας τινὸς συναρμοστήν. Ὥστε οὐχ ἂν φθάνοις διδάσκων με καὶ μαθητὴν ποιούμενος· ὡς ἔγωγε ἡδέως ἂν ἄσιτός σοι καὶ ἄποτος παρακαθεζόμενος, ἐς ὅσον ἂν αὐτὸς διαρκοίης λέγων, κεχηνὼς ἐπακούοιμι περὶ πολιτείας τε καὶ νόμων διεξιόντος.

15. ΣΟΛ. Τὰ μὲν πάντα οὐ ῥᾴδιον, ὦ ἑταῖρε, διελθεῖν ἐν βραχεῖ, ἀλλὰ κατὰ μέρη ἐπιὼν εἴσῃ ἕκαστα, οἷα μὲν περὶ θεῶν, οἷα δὲ περὶ γονέων ἢ περὶ γάμων ἢ τῶν ἄλλων δοκεῖ ἡμῖν. Ἃ δὲ περὶ τῶν νέων γιγνώσκομεν καὶ ὅπως αὐτοῖς χρώμεθα, ἐπειδὰν πρῶτον ἄρξωνται συνιέναι τε τοῦ βελτίονος καὶ τῷ σώματι ἀνδρίζεσθαι καὶ ὑφίστασθαι τοὺς πόνους, ταῦτα ἤδη σοι διέξειμι, ὡς μάθοις οὗτινος χάριν τὰς ἀσκήσεις ταύτας προτεθείκαμεν αὐτοῖς καὶ διαπονεῖν τὸ σῶμα καταναγκάζομεν, οὐ μόνον ἕνεκα τῶν ἀγώνων, ὅπως τὰ ἆθλα δύναιντο ἀναιρεῖσθαι — ἐπ' ἐκεῖνα μὲν γὰρ ὀλίγοι πάνυ ἐξ ἁπάντων χωροῦσιν — ἀλλὰ μεῖζόν τι ἁπάσῃ τῇ πόλει ἀγαθὸν ἐκ τούτου καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις προσκτώμενοι· κοινὸς γάρ τις ἀγὼν ἄλλος ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς πολίταις πρόκειται καὶ στέφανος οὐ πίτυος οὐδὲ κοτίνου ἢ σελίνων, ἀλλ' ὃς ἐν αὑτῷ συλλαβὼν ἔχει τὴν ἀνθρώπων εὐδαιμονίαν, οἷον ἐλευθερίαν λέγω αὐτοῦ τε ἑκάστου ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τῆς πατρίδος καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ ἑορτῶν πατρίων ἀπόλαυσιν καὶ οἰκείων σωτηρίαν, καὶ συνόλως τὰ κάλλιστα ὧν ἄν τις εὔξαιτο γενέσθαι οἱ παρὰ τῶν θεῶν· ταῦτα πάντα τῷ στεφάνῳ, ὅν φημι, συναναπέπλεκται καὶ ἐκ τοῦ ἀγῶνος ἐκείνου περιγίγνεται, ἐφ' ὃν αἱ ἀσκήσεις αὗται καὶ οἱ πόνοι ἄγουσιν.

16. ΑΝΑΧ. Εἶτα, ὦ θαυμάσιε Σόλων, τοιαῦτά μοι καὶ τηλικαῦτα ἔχων ἆθλα διεξιέναι μῆλα καὶ σέλινα διηγοῦ καὶ θαλλὸν ἐλαίας ἀγρίας καὶ πίτυν;

ΣΟΛ. Καὶ μὴν, ὦ Ἀνάχαρσι, οὐδ' ἐκεῖνά σοι ἔτι δόξει μικρὰ εἶναι, ὁπόταν ἃ λέγω καταμάθῃς· ἀπὸ γάρ τοι τῆς αὐτῆς γνώμης γίγνεται καὶ μέρη πάντα ταῦτά ἐστι μικρὰ τοῦ μείζονος ἐκείνου ἀγῶνος καὶ τοῦ στεφάνου ὃν κατέλεξα τοῦ πανευδαίμονος. Ὁ δὲ λόγος οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπερβὰς τὴν τάξιν ἐκείνων προτέρων ἐπεμνήσθη τῶν Ἰσθμοῖ γιγνομένων καὶ Ὀλυμπίασι καὶ ἐν Νεμέᾳ. Πλὴν ἀλλὰ νὼ — σχολὴν γὰρ ἄγομεν καὶ σὺ, ὡς φῄς, προθυμῇ ἀκούειν — ἀναδραμούμεθα ῥᾳδίως πρὸς τὴν ἀρχὴν καὶ τὸν κοινὸν ἀγῶνα, δι' ὃν φημι πάντα ταῦτα ἐπιτηδεύεσθαι.

ΑΝΑΧ. Ἄμεινον, ὦ Σόλων, οὕτως· καθ' ὁδὸν γὰρ ἂν ἡμῖν ὁ λόγος μᾶλλον προχωροίη καὶ τάχ' ἂν ἴσως ἀπὸ τούτων πεισθείην μηδ' ἐκείνων ἔτι καταγελᾶν, εἴ τινα ἴδοιμι σεμνυνόμενον κοτίνῳ ἢ σελίνῳ ἐστεφανωμένον. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, ἐς τὸ σύσκιον ἐκεῖσε ἀπελθόντες καθίσωμεν ἐπὶ τῶν θάκων, ὡς μὴ ἐνοχλοῖεν ἡμῖν οἱ ἐπικεκραγότες τοῖς παλαίουσιν· ἄλλως τε — εἰρήσεται γάρ — οὐδὲ τὸν ἥλιον ἔτι ῥᾳδίως ἀνέχομαι ὀξὺν καὶ φλογώδη ἐμπίπτοντα γυμνῇ τῇ κεφαλῇ· τὸν γὰρ πῖλόν

rem, teque instituta utilia introduxisse, atque in universum rempublicam quandam constituisse. Igitur quamprimum me doce, et discipulum tibi habe: nam ego lubenter vel sine cibo et potu tibi assidens, quousque ipse durare dicendo possis, hiansque audiam te de republica et legibus disputantem.

15. SOL. Universa quidem, amice, breviter enarrare non est facile; sed si per partes obire ea mecum velis, singula intelliges, quæ de diis, quæ de parentibus, quæ de nuptiis reliquisque rebus nobis placeant. Quæ vero de juvenibus decernamus, et quomodo illos tractemus ubi primum intelligere quid sit melius incipiunt, et virile robur accipere et pares esse laboribus: hæc jam tibi enarrabo, uti discas cujus rei gratia hasce illis exercitationes proposuerimus, et labore subigere corpus illos cogamus: non propter certamina solum, ut auferre possint præmia (ad illa etenim pauci ex omnibus perveniunt), sed majus quiddam toti civitati ex ea re bonum, atque ipsis adeo, conciliamus. Commune enim quoddam certamen aliud bonis omnibus civibus propositum est, et corona non ex pinu, neque olea, aut apio, sed quæ hominum in se felicitatem complectatur, velut libertatem et privatim uniuscujusque et communiter patriæ, et divitias, et gloriam, et feriarum patriarum fructum, et rei familiaris conservationem, et in universum pulcherrima quæ a diis contingere sibi aliquis optaverit: ea huic coronæ, de qua loquor, implexa sunt omnia, et certamine illo parantur, ad quod exercitationes istæ et labores ducunt.

16. ANACH. Tum tu, Solon, vir admirabilis, talia ac tanta præmia quum recensenda haberes, mala narrabas et apia, et silvestris olivæ ramum, et pinum?

SOL. Verum, Anacharsi, neque illa parva tibi videbuntur, si quæ dico perceperis: eodem enim consilio ista fiunt, et partes ista omnia parvæ sunt majoris illius certaminis et coronæ illius, quam modo enarrabam, undique beatæ. At sermo meus, migrato nescio qua ratione ordine, illorum prius mentionem fecit, quæ in Isthmo fiunt, et Olympiæ, et Nemeæ. Sed nos jam, (otiosi enim sumus, et tu, ut ais, audiendi cupidus) recurremus facile ad principium, ad commune illud certamen, propter quod aio studiose omnia illa agi.

ANACH. Melius ita, Solon, fuerit: sic enim magis ordine nobis sermo processerit; et brevi fortasse hinc didicerim non amplius illos irridere, si quem videam olea sibi placentem, aut coronatum apio. Sed, si videtur, in umbrosum illum locum progressi assideamus in sedilibus, ne turbent nos qui inclamant luctantibus. Alioqui (dicetur enim) neque solem facile fero, qui acutus et fervidus incidit nudo capiti: pileum enim deponere domo exeunti visum est, quo ne

μοι ἀφελεῖν οἴκοθεν ἔδοξεν, ὡς μὴ μόνος ἐν ὑμῖν ξενίζοιμι τῷ σχήματι. Ἡ δὲ ὥρα τοῦ ἔτους ὅτιπερ τὸ πυρωδέστατόν ἐστι, τοῦ ἀστέρος, ὃν ὑμεῖς κύνα φατὲ, πάντα καταφλέγοντος καὶ τὸν ἀέρα ξηρὸν καὶ διακαῆ τιθέντος, ὅ τε ἥλιος κατὰ μεσημβρίαν ἤδη ὑπὲρ κεφαλῆς ἐπικείμενος φλογμὸν τοῦτον οὐ φορητὸν ἐπάγει τοῖς σώμασιν. Ὥστε καὶ σοῦ θαυμάζω, ὅπως γηραιὸς ἤδη ἄνθρωπος οὔτε ἰδίεις πρὸς τὸ θάλπος ὥσπερ ἐγὼ οὔτε ὅλως ἐνοχλουμένῳ ἔοικας οὐδὲ περιβλέπεις σύσκιόν τι ἔνθα ὑποδύσῃ, ἀλλὰ δέχῃ τὸν ἥλιον εὐμαρῶς.

ΣΟΛ. Οἱ μάταιοι γὰρ οὗτοι πόνοι, ὦ Ἀνάχαρσι, καὶ αἱ συνεχεῖς ἐν τῷ πηλῷ κυβιστήσεις καὶ αἱ ὑπαίθριοι ἐν τῇ ψάμμῳ ταλαιπωρίαι τοῦτο ἡμῖν τὸ ἀμυντήριον παρέχουσι πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου βολὰς, καὶ οὐκέτι πίλου δεόμεθα, ὃς τὴν ἀκτῖνα κωλύσει καθικνεῖσθαι τῆς κεφαλῆς. Ἀπίωμεν δ' οὖν.

17. Καὶ ὅπως μὴ καθάπερ νόμοις προσέξεις οἷς ἂν λέγω πρὸς σὲ, ὡς ἐξ ἅπαντος πιστεύειν αὐτοῖς, ἀλλ' ἔνθα ἄν σοι μὴ ὀρθῶς τι λέγεσθαι δοκῇ, ἀντιλέγειν εὐθὺς καὶ διευθύνειν τὸν λόγον· δυοῖν γὰρ θατέρου πάντως οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν, ἢ σὲ βεβαίως πεισθῆναι ἐκχέαντα ὁπόσα οἴει ἀντιλεκτέα εἶναι ἢ ἐμὲ ἀναδιδαχθῆναι ὡς οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκω περὶ αὐτῶν. Καὶ ἐν τούτῳ πᾶσα ἄν σοι ἡ πόλις ἡ Ἀθηναίων οὐκ ἂν φθάνοι χάριν ὁμολογοῦσα· ὅσα γὰρ ἂν ἐμὲ παιδεύσῃς καὶ μεταπείσῃς πρὸς τὸ βέλτιον, ἐκείνην τὰ μέγιστα ἔσῃ ὠφεληκώς. Οὐδὲν γὰρ ἂν ἀποκρυψαίμην αὐτὴν, ἀλλ' εὐθὺς εἰς τὸ μέσον καταθήσω φέρων καὶ καταστὰς ἐν τῇ πυκνὶ ἐρῶ πρὸς ἅπαντας, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ μὲν ὑμῖν ἔγραψα τοὺς νόμους οἵους ἂν ᾤμην ὠφελιμωτάτους ἔσεσθαι τῇ πόλει, ὁ δὲ ξένος οὑτοσὶ — δείξας σὲ, ὦ Ἀνάχαρσι — Σκύθης μέν ἐστι, σοφὸς δὲ ὢν μετεπαίδευσέ με καὶ ἄλλα βελτίω μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα ἐδιδάξατο· ὥστε εὐεργέτης ὑμῶν ὁ ἀνὴρ ἀναγεγράφθω καὶ χαλκοῦν αὐτὸν ἀναστήσατε παρὰ τοὺς ἐπωνύμους ἢ ἐν πόλει παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν. Καὶ εὖ ἴσθι ὡς οὐκ αἰσχυνεῖται ἡ Ἀθηναίων πόλις παρὰ βαρβάρου καὶ ξένου τὰ συμφέροντα ἐκμανθάνοντες.

18. ΑΝΑΧ. Τοῦτο ἐκεῖνο ἦν ἄρα, ὃ ἐγὼ περὶ ὑμῶν ἤκουον τῶν Ἀθηναίων, ὡς εἴητε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις. Ἐπεὶ πόθεν ἂν ἐγὼ νομὰς καὶ πλάνης ἄνθρωπος, ἐφ' ἁμάξης βεβιωκὼς, ἄλλοτε ἄλλην γῆν ἀμείβων, πόλιν δὲ οὔτε οἰκήσας πώποτε οὔτε ἄλλοτε ἢ νῦν ἑορακὼς, περὶ πολιτείας διεξίοιμι καὶ διδάσκοιμι αὐτόχθονας ἄνδρας πόλιν ταύτην ἀρχαιοτάτην τοσούτοις ἤδη χρόνοις ἐν εὐνομίᾳ κατῳκηκότας, καὶ μάλιστα σὲ, ὦ Σόλων, ᾧ τοῦτο, ὥς φασιν, ἐξ ἀρχῆς καὶ μάθημα ἐγένετο, ἐπίστασθαι ὅπως ἂν ἄριστα πόλις οἰκοῖτο καὶ οἵστισι νόμοις χρωμένη εὐδαιμονήσειε; Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ πειστέον σοι, καὶ ἀντερῶ, ἤν τί μοι δοκῇ μὴ ὀρθῶς λέγεσθαι, ὡς βεβαιότερον μάθοιμι. Καὶ ἰδοὺ γὰρ ἤδη ἐκφυγόντες τὸν ἥλιον ἐν τῷ συνηρεφεῖ ἐσμεν, καὶ καθέδρα μάλα ἡδεῖα καὶ εὔκαιρος ἐπὶ ψυχροῦ τοῦ λίθου. Λέγε οὖν τὸν λόγον ἐξ ἀρχῆς καθ' ὅ τι τοὺς νέους

solus inter vos peregrino habitu circumeam. Tempus autem illud anni, quæ fervidissima ejus pars est, astro, quod caniculam vocatis, adurente omnia et siccum aridumque aerem reddente; atque sol circa meridiem jam ipsi imminens capiti, æstum hunc intolerabilem corporibus inducit. Itaque te admiror, quomodo senex jam homo neque sudes ad æstum, ut ego, neque omnino incommodi quicquam sentire videaris, neque umbrosum locum circumspicias, quo subeas, sed facile excipias solem.

SOL. Nempe vani isti labores, Anacharsi, et perpetuæ in luto volutationes, et subdivales in arena ærumnæ hoc nobis contra solis jacula propugnaculum præbent; nec jam indigemus pileo, qui prohibeat ad caput pervenire radium. Sed abeamus nempe.

17. Et fac non tanquam legibus his attendas, quæ dicturus ad te sum, ut omnino illis fidem habeas; sed ubicumque tibi aliquid non recte dici videbitur, contradicere statim et examinare meum sermonem memineris. Alterutrum enim duorum omnino consequemur, aut tu firmiter ut in hanc traducare sententiam, effusis quæ contra dicenda putabis omnibus, aut ego ut meliora edocear, tanquam qui recte de hisce rebus non sentiam. Atque ea in re tota Atheniensium civitas gratiam se tibi habere sponte profitebitur: quatenus enim me institueris et ad meliorem traduxeris sententiam, maximo illam beneficio affeceris. Nihil enim illam equidem celavero; sed in medium statim illud conferam, ac stans in concione dicam omnibus, Ego quidem, Athenienses, scripsi vobis leges quales utilissimas fore civitati putabam : at hic hospes (hic te ostendam, Anacharsi), Scytha ille quidem, sed vir sapiens, aliter me instituit, et aliam me meliorem discendi ac vivendi rationem docuit. Itaque tanquam beneficus erga vos scribatur hic vir, et æneum illum statuite juxta heroas tribuum, vel in arce juxta Minervam. Et bene noris, non ducturam sibi pudori Atheniensium civitatem, a barbaro et peregrino discere quæ prosunt.

18. ANACH. Illud nempe erat quod audiebam de vobis Atheniensibus, irrisores cum dissimulatione vos esse in sermonibus. Nam unde ego, pastoricius et vagus homo, qui in plaustro consumsi vitam, nunc hanc nunc aliam terram obiens, qui urbem habitavi nunquam, neque alias præterquam nunc vidi, de civitate disputem, et instruam homines solum in quo primum orti sunt incolentes, qui urbem hanc antiquissimam per tot jam sæcula bonis legibus habuerunt? et te præsertim, Solon, cui hæc, aiunt, ab initio statim disciplina fuerit, scire quomodo optime civitas instituatur, et quibus usa legibus beata esse queat? Verum enim vero illa quoque in re parendum tibi velut legislatori : et contra dicam, si quid minus recte mihi dictum videbitur, ut eo discam firmius. Et ecce jam evitato sole, in opaco sumus, et jucunda hic sedes atque opportuna in saxo frigido. Itaque ab initio inde exorsus rationem edissere, cur assumtos

παραλαβόντες ἐκ παίδων εὐθὺς διαπονεῖτε καὶ ὅπως ὑμῖν ἄριστοι ἄνδρες ἀποβαίνουσιν ἐκ τοῦ πηλοῦ καὶ τῶν ἀσχημάτων τούτων καὶ τί ἡ κόνις καὶ τὰ κυβιστήματα συντελεῖ πρὸς ἀρετὴν αὐτοῖς. Τοῦτο γὰρ δὴ μάλιστα ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἐπόθουν ἀκοῦσαι· τὰ δ' ἄλλα εἰς ὕστερον διδάξῃ με κατὰ καιρὸν ἕκαστον ἐν τῷ μέρει. Ἐκείνου μέντοι, ὦ Σόλων, μέμνησό μοι παρὰ τὴν ῥῆσιν, ὅτι πρὸς ἄνδρα βάρβαρον ἐρεῖς, λέγω δὲ, ὡς μὴ περιπλέκῃς μηδὲ ἀπομηκύνῃς τοὺς λόγους· δέδια γὰρ μὴ ἐπιλανθάνωμαι τῶν πρώτων, εἰ τὰ μετὰ ταῦτα πολλὰ ἐπιρρέοι.

a pueris inde adolescentulos statim labore subigatis, et quomodo vobis optimi viri evadant a luto et ab exercitationibus hisce, et quid pulvis et volutationes ad virtutem illis conferant. Hoc enim præsertim ab initio statim cupiebam audire : reliqua vero in posterum suo quodque loco et tempore me docebis. Illud vero mihi, Solon, in oratione tua memineris, te acturum esse cum homine barbaro; hoc eo dico, ne implices aut producas sermonem : metuo enim ne priorum obliviscar, si multa postea affluant.

19. ΣΟΛ. Σὺ τοῦτο, ὦ Ἀνάχαρσι, ταμιεύσῃ ἄμεινον, ἔνθα ἄν σοι δοκῇ μὴ πάνυ σαφὴς ὁ λόγος εἶναι ἢ πόρρω ποι ἀποπλανᾶσθαι εἰκῇ ῥέων· ἐρήσῃ γὰρ μεταξὺ ὅ τι ἂν ἐθέλῃς καὶ διακόψεις αὐτοῦ τὸ μῆκος. Ἢν μέντοι μὴ ἐξαγώνια μηδὲ πόρρω τοῦ σκοποῦ τὰ λεγόμενα ᾖ, κωλύσει οὐδὲν, οἶμαι, εἰ καὶ μακρὰ λέγοιτο· ἐπεὶ καὶ τῇ βουλῇ τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου, ἥπερ τὰς φονικὰς ἡμῖν δίκας δικάζει, πάτριον οὕτω ποιεῖν. Ὁπόταν γὰρ ἀνελθοῦσα εἰς τὸν πάγον συγκαθέζηται φόνου ἢ τραύματος ἐκ προνοίας ἢ πυρκαϊᾶς δικάσοντες, ἀποδίδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων καὶ λέγουσιν ἐν τῷ μέρει ὁ μὲν διώκων ὁ δὲ φεύγων, ἢ αὐτοὶ ἢ ῥήτορας ἀναβιβάζονται τοὺς ἐροῦντας ὑπὲρ αὐτῶν. Οἱ δ' ἔστ' ἂν μὲν περὶ τοῦ πράγματος λέγωσιν, ἀνέχεται ἡ βουλὴ καθ' ἡσυχίαν ἀκούουσα· ἢν δέ τις ἢ φροίμιον εἴπῃ πρὸ τοῦ λόγου, ὡς εὐνουστέρους ἀπεργάσαιτο αὐτοὺς, ἢ οἶκτον ἢ δείνωσιν ἔξωθεν ἐπάγῃ τῷ πράγματι — οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τοὺς δικαστὰς μηχανῶνται — παρελθὼν ὁ κῆρυξ κατεσιώπησεν εὐθὺς οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλὴν καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. Ὥστε καὶ σὲ, ὦ Ἀνάχαρσι, Ἀρεοπαγίτην ἐν τῷ παρόντι ποιοῦμαι ἔγωγε καὶ κατὰ τὸν τῆς βουλῆς μου νόμον ἄκουε καὶ σιωπᾶν κέλευε, ἢν αἴσθῃ καταρρητορευόμενος· ἄχρι δ' ἂν οἰκεῖα τῷ πράγματι λέγηται, ἐξέστω ἀπομηκύνειν. Οὐδὲ γὰρ ὑφ' ἡλίῳ ἔτι ποιησόμεθα τὴν συνουσίαν, ὡς ἄχθεσθαι εἰ ἀποτείνοιτο ἡ ῥῆσις, ἀλλὰ ἥ τε σκιὰ πυκνὴ καὶ ἡμεῖς σχολὴν ἄγομεν.

19. SOL. Hoc tute, Anacharsi, dispensabis melius, ubicumque tibi visa fuerit non nimis plana esse oratio, aut longius aliquorsum temere fusa aberrare : interpellabis enim ut volueris, et longitudinem ejus intercides. Si vero non aliena sint a disputatione, neque procul a scopo cadant quæ dicuntur, nihil, puto, prohibebit, si dicantur etiam longiuscula : quandoquidem etiam Areopagitarum consilio, quod cædis apud nos causas judicat, patrio more receptum est sic facere. Quum enim ascendens in collem consedit ad judicandum causàs cædis, aut voluntarii vulneris, aut incendii; facultas dicendi datur litigantium utrique, et alternis dicunt tum actor tum reus, aut ipsi per se, aut adductis, qui pro se verba faciant, oratoribus. Hi quam diu de re ipsa dicunt, patitur consilium et audit silentio : si vero quis aut prooemium dicat ante orationem, ut benevolentiores illos reddat; aut miserationem vel indignationem extrinsecus arcessitam inducat causæ (qualia multa ad judices struunt rhetorum filii), progressus in medium præco silentium statim imponit, neque patitur ineptias agere apud judices, aut oblinere quasi et involvere causam verbis, ut nuda quæ facta sunt videant Areopagitæ. Sic etiam te, Anacharsi, Areopagitam in præsens mihi constituo equidem; et ex mei consilii lege audi, et tacere jube, si sentias rhetoricas tibi insidias strui : at quam diu domestica causæ dicentur, producere orationem liceat. Neque enim sub sole jam disputabimus, ut molestum sit si extendatur oratio; verum et umbra densa est, et nos otiosi sumus.

ΑΝΑΧ. Εὐγνώμονά σου ταῦτα, ὦ Σόλων, καὶ ἔγωγε ἤδη χάριν οὐ μικρὰν οἶδά σοι καὶ ἐπὶ τούτοις, ὅτι πάρεργον τοῦ λόγου καὶ τὰ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ γιγνόμενα ἐδιδάξω με θαυμάσια ὡς ἀληθῶς καὶ ἀγαθῶν βουλευτῶν ἔργα πρὸς ἀλήθειαν οἰσόντων τὴν ψῆφον. Ἐπὶ τούτοις οὖν ἤδη λέγε, καὶ ὁ Ἀρεοπαγίτης ἐγὼ — τοῦτο γὰρ ἔθου με — κατὰ σχῆμα τῆς βουλῆς ἀκούσομαί σου.

ANACH. Æqua hæc dicis, Solon : et gratiam equidem tibi jam habeo non mediocrem ea quoque causa, quod obiter etiam quæ in Areopago fiunt me docuisti, admiranda sane et bonorum judicum opera, qui ex vero calculum laturi sint. Hac ergo conditione jam dicito : et ego Areopagita (hunc enim tibi me posuisti) ad formam illius consilii te audiam.

20. ΣΟΛ. Οὐκοῦν διὰ βραχέων προακοῦσαι χρή σε ἃ περὶ πόλεως καὶ πολιτῶν ἡμῖν δοκεῖ· πόλιν γὰρ ἡμεῖς οὐ τὰ οἰκοδομήματα ἡγούμεθα εἶναι, οἷον τείχη καὶ ἱερὰ καὶ νεωσοίκους, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥσπερ σῶμά τι ἑδραῖον καὶ ἀκίνητον ὑπάρχειν ἐς ὑποδοχὴν καὶ ἀσφάλειαν τῶν πολιτευομένων, τὸ δὲ πᾶν κῦρος ἐν τοῖς πολίταις τιθέμεθα· τούτους γὰρ εἶναι τοὺς ἀναπληροῦντας καὶ διατάττοντας καὶ ἐπιτελοῦντας ἕκαστα καὶ φυλάτ-

20. SOL. Igitur paucis ante reliqua audiendum est tibi, quæ de civitate statuamus ac civibus. Civitatem enim non in ædificationibus inesse judicamus, ut sunt mœnia, et templa, et navalia; sed ista quidem uti corpus quoddam firmum et immobile esse, ad receptionem et securitatem civium; vim vero omnem ponimus in civibus : hos enim esse qui ista impleant, et gubernent, et perficiant omnia, et custo-

τοντας, οἷόν τι ἐν ἡμῖν ἑκάστῳ ἐστὶν ἡ ψυχή. Τοῦτο δὴ τοίνυν κατανοήσαντες ἐπιμελούμεθα μέν, ὡς ὁρᾷς, καὶ τοῦ σώματος τῆς πόλεως κατακοσμοῦντες αὐτό, ὡς κάλλιστον ἡμῖν εἴη, ἔνδοθέν τε οἰκοδομήμασι κατεσκευασμένον καὶ ταῖς ἔκτοσθεν ταύταις περιβολαῖς ἐς τὸ ἀσφαλέστατον πεφραγμένον. Μάλιστα δὲ καὶ ἐξ ἅπαντος τοῦτο προνοοῦμεν, ὅπως οἱ πολῖται ἀγαθοὶ μὲν τὰς ψυχάς, ἰσχυροὶ δὲ τὰ σώματα γίγνοιντο· τοὺς γὰρ τοιούτους σφίσι τε αὐτοῖς καλῶς χρήσεσθαι ἐν εἰρήνῃ συμπολιτευομένους καὶ ἐκ πολέμου σώσειν τὴν πόλιν καὶ ἐλευθέραν καὶ εὐδαίμονα διαφυλάξειν. Τὴν μὲν δὴ πρώτην ἀνατροφὴν αὐτῶν μητράσι καὶ τιτθαῖς καὶ παιδαγωγοῖς ἐπιτρέπομεν ὑπὸ παιδείαις ἐλευθερίοις ἄγειν τε καὶ τρέφειν αὐτούς, ἐπειδὰν δὲ συνετοὶ ἤδη γίγνωνται τῶν καλῶς ἐχόντων καὶ αἰδὼς καὶ ἐρύθημα καὶ φόβος καὶ ἐπιθυμία τῶν ἀρίστων ἀναφύηται αὐτοῖς καὶ αὐτὰ ἤδη τὰ σώματα ἀξιόχρεα δοκῇ πρὸς τοὺς πόνους παγιώτερα γιγνόμενα καὶ πρὸς τὸ ἰσχυρότερον συνιστάμενα, τηνικαῦτα ἤδη παραλαβόντες αὐτοὺς διδάσκομεν ἄλλα μὲν τῆς ψυχῆς μαθήματα καὶ γυμνάσια προτιθέντες, ἄλλως δὲ πρὸς τοὺς πόνους καὶ τὰ σώματα ἐθίζοντες· οὐ γὰρ ἱκανὸν ἡμῖν ἔδοξε τὸ μόνον φῦναι ὡς ἔφυ ἕκαστος ἤτοι κατὰ τὸ σῶμα ἢ κατὰ τὴν ψυχήν, ἀλλὰ καὶ παιδεύσεως καὶ μαθημάτων ἐπ' αὐτοὺς δεόμεθα, ὑφ' ὧν τά τε εὐφυῶς διακείμενα βελτίω παρὰ πολὺ γίγνοιτο ἂν καὶ τὰ φαύλως ἔχοντα μετακοσμοῖτο πρὸς τὸ βέλτιον· καὶ τὸ παράδειγμα ἡμῖν παρὰ τῶν γεωργῶν, οἳ τὰ φυτὰ μέχρι μὲν πρόσγεια καὶ νήπιά ἐστι, σκέπουσι καὶ περιφράττουσιν, ὡς μὴ βλάπτοιντο ὑπὸ τῶν πνευμάτων, ἐπειδὰν δὲ ἤδη παχύνηται τὸ ἔρνος, τηνικαῦτα περιτέμνουσί τε τὰ περιττὰ καὶ παραδιδόντες αὐτὰ τοῖς ἀνέμοις δονεῖν καὶ διασαλεύειν καρπιμώτερα ἐξεργάζονται.

21. Τὴν μὲν τοίνυν ψυχὴν μουσικῇ τὸ πρῶτον καὶ ἀριθμητικῇ ἀναρριπίζομεν καὶ γράμματα γράψασθαι καὶ τορῶς αὐτὰ ἐπιλέξασθαι διδάσκομεν· προϊοῦσι δὲ ἤδη σοφῶν ἀνδρῶν γνώμας καὶ ἔργα παλαιὰ καὶ λόγους ὠφελίμους ἐν μέτροις κατακοσμήσαντες, ὡς μᾶλλον μνημονεύοιεν, ῥαψῳδοῦμεν αὐτοῖς. Οἱ δὲ καὶ ἀκούοντες ἀριστείας τινὰς καὶ πράξεις ἀοιδίμους ὀρέγονται κατὰ μικρὸν καὶ πρὸς μίμησιν ἐπεγείρονται, ὡς καὶ αὐτοὶ ᾄδοιντο καὶ θαυμάζοιντο ὑπὸ τῶν ὕστερον, οἷα πολλὰ Ἡσίοδός τε ἡμῖν καὶ Ὅμηρος ἐποίησαν. Ἐπειδὰν δὲ πλησιάζωσι πρὸς τὴν πολιτείαν καὶ δέῃ αὐτοὺς ἤδη μεταχειρίζεσθαι τὰ κοινά — καίτοι ἔξω τοῦ ἀγῶνος ἴσως ταῦτα· οὐ γὰρ ὅπως τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀσκοῦμεν, ἐξ ἀρχῆς προὔκειτο εἰπεῖν, ἀλλὰ δι' ὅ τι τοῖς τοιούτοις πόνοις καταγυμνάζειν αὐτοὺς ἀξιοῦμεν. Ὥστε αὐτὸς ἐμαυτῷ σιωπᾶν προστάττω οὐ περιμείνας τὸν κήρυκα οὐδὲ τὸν Ἀρεοπαγίτην σέ, ὃς ὑπ' αἰδοῦς, οἶμαι, ἀνέχῃ ληροῦντα ἤδη τοσαῦτα ἔξω τοῦ πράγματος.

ΑΝΑΧ. Εἰπέ μοι, ὦ Σόλων, πρὸς δὲ δὴ τοὺς τὰ ἀναγκαιότατα μὴ λέγοντας ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἀλλὰ ἀποσιωπῶντας, οὐδὲν τῇ βουλῇ πρόστιμον ἐπινενόηται;

ΣΟΛ. Τί τοῦτο ἤρου με; οὐδέπω γὰρ δῆλον.

diant, quale quid in unoquoque nostrûm est anima. Hoc igitur considerantes, curamus quidem, ut vides, etiam corpus civitatis, ornamusque uti quam pulcherrimum nobis sit, quum intus paratum ædificiis, tum etiam externis illis munimentis ad summam securitatem circumseptum. At maxime et ex omni parte illud providemus, uti cives boni quantum ad animas, et valentes fiant corporibus : tales enim et suæ vitæ modum pulchre habituros re publica in pace gerenda, et in bello servaturos civitatem, liberamque et beatam custodituros. Ac primam quidem illorum educationem matribus et nutricibus et pædagogis permittimus, ut liberali eos disciplina educent atque nutriant : quum vero jam intelligentes fiunt eorum quæ bene se habent, ac pudor, et rubor, et metus, et rerum optimarum cupiditas enascitur in illis, et ipsa jam corpora idonea laboribus videntur, compactiora dum fiunt et in robur majus consistentia; tum jam assumtos docemus, aliis animæ disciplinis atque exercitationibus propositis, et alia ratione corporibus labori assuefaciendis. Neque enim satis nobis videtur, eo modo ingenio esse unumquemque uti natus est, sive quantum ad corpus, sive quod ad animum; verum etiam institutione ad illos indigemus ac disciplina, a quibus quum ea quæ feliciter nata sunt, meliora multo fiant, tum quæ male habent, transformentur in melius. Atque exemplum nobis est ab agricolis, qui plantas, quam diu humiles sunt ac teneræ, tegunt ac sepiunt, ne lædantur a ventis; quum vero jam crassitiem aliquam surculus habet, tum et superflua resecant putatione, et ventis eos quatiendos agitandosque dum permittunt, fertiliores efficiunt.

21. Ac mentem quidem musica primum atque arithmetica quasi flatu agitantes accendimus, et literas pingere et clara voce legere docemus. Progredientibus jam virorum sapientium sententias, et opera antiqua, et sermones utiles, versibus exornata, ut memoria facilius complectantur, præcinimus. Illi vero audientes præclara quædam facinora et actiones celebres, paullatim aspirant et ad imitationem excitantur, ut et ipsi canantur et admirationi sint posteris, qualia multa nobis Hesiodus Homerusque fecerunt. Quum vero ad rem publicam accedunt, et oportet illos jam tractare communia — quanquam extra causam ista forte : neque enim quomodo animos ipsorum exerceamus, ab initio nobis ad dicendum erat propositum; sed cur talibus illos laboribus exercendos putemus. Itaque silentium ipse mihi impero, non exspectato præcone, aut ipso te Areopagita, qui præ pudore, credo, sustines me jam tantum extra causam blaterare.

ANACH. Dic mihi, Solon, in eos qui necessaria non dicunt in Areopago, sed reticent, nullane a consilio pœna excogitata est?

SOL. Quid hoc me interrogasti? nondum enim apparet.

σῶντα, καθαρὸν δὲ τὸν καρπὸν διευκρινοῦντα καὶ προσσωρεύοντα.

26. Καὶ διὰ τοῦτο ὑγιαίνειν τε ἀνάγκη καὶ ἐπὶ μήκιστον διαρκεῖν ἐν τοῖς καμάτοις· ὀψέ τε ἂν ἰδίειν ὁ τοιοῦτος ἄρξαιτο καὶ ὀλιγάκις ἂν ἀσθενῶν φανείη· ὥσπερ εἴ πῦρ τις φέρων ἅμα ἐμβάλοι ἐς πυρὸν αὐτὸν καὶ ἐς τὴν καλάμην αὐτοῦ καὶ ἐς τὴν ἄχνην — αὖθις γὰρ ἐπὶ τὸν λικμῶντα ἐπάνειμι — θᾶττον ἄν, οἶμαι, παρὰ πολὺ ἡ καλάμη ἀναφλεγείη, ὁ δὲ πυρὸς κατ' ὀλίγον οὔτε φλογὸς μεγάλης ἀνισταμένης οὔτε ὑπὸ μιᾷ τῇ ὁρμῇ, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ὑποτυφόμενος χρόνῳ ὕστερον καὶ αὐτὸς ἂν καταχαυθείη. Οὐ τοίνυν οὐδὲ νόσος οὐδὲ κάματος ἐς τοιοῦτο σῶμα ἐμπεσόντα ῥᾳδίως ἐλέγξειεν ἂν οὐδ' ἐπικρατήσειεν εὐμαρῶς· τὰ ἔνδοθεν γὰρ εὖ παρεσκεύασται αὐτῷ καὶ τὰ ἔξω μάλα καρτερῶς πέφρακται πρὸς αὐτά, ὡς μὴ παριέναι ἐς τὸ εἴσω μηδὲ παραδέχεσθαι μήτε ἥλιον αὐτὸν μήτε κρύος ἐπὶ λύμῃ τοῦ σώματος. Πρός τε τὸ ἐνδιδοῦν ἐν τοῖς πόνοις πολὺ τὸ θερμὸν τὸ ἔνδοθεν ἐπιρρέον, ἅτε ἐκ πολλοῦ προπαρεσκευασμένον καὶ ἐς τὴν ἀναγκαίαν χρείαν ἀποκείμενον, ἀναπληροῖ εὐθὺς ἐπάρδον τῇ ἀκμῇ καὶ ἀκαμάτους ἐπὶ πλεῖστον παρέχεται· τὸ γὰρ προπονῆσαι πολλὰ καὶ προκαμεῖν οὐκ ἀνάλωσιν τῆς ἰσχύος, ἀλλ' ἐπίδοσιν ἐργάζεται καὶ ἀναρριπιζομένη πλείων γίγνεται.

27. Καὶ μὴν καὶ δρομικοὺς εἶναι ἀσκοῦμεν αὐτοὺς ἐς μῆκός τε διαρκεῖν ἐθίζοντες καὶ ἐς τὸ ἐν βραχεῖ ὠκύτατον ἐπικουφίζοντες· καὶ ὁ δρόμος οὐ πρὸς τὸ στερρὸν καὶ ἀντίτυπον, ἀλλὰ ἐν ψάμμῳ βαθείᾳ, ἔνθα οὔτε βεβαίως ἀπερεῖσαι τὴν βάσιν οὔτε ἐπιστηρίξαι ῥᾴδιον ὑποσυρομένου πρὸς τὸ ὑπεῖκον τοῦ ποδός. Ἀλλὰ καὶ ὑπεράλλεσθαι τάφρον, εἰ δέοι, ἢ εἴ τι ἄλλο ἐμπόδιον, καὶ πρὸς τοῦτο ἀσκοῦνται ἡμῖν, ἔτι καὶ μολυβδίδας χειροπληθεῖς ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντες. Εἶτα περὶ ἀκοντίου βολῆς ἐς μῆκος ἁμιλλῶνται. Εἶδες δὲ καὶ ἄλλο τι ἐν τῷ γυμνασίῳ χαλκοῦν περιφερὲς ἀσπίδι μικρᾷ ἐοικὸς ὄχανον οὐκ ἐχούσῃ οὐδὲ τελαμῶνας, καὶ ἐπειράθης γε αὐτοῦ κειμένου ἐν τῷ μέσῳ καὶ ἐδόκει σοι βαρὺ καὶ δύσληπτον ὑπὸ λειότητος· ἐκεῖνο τοίνυν ἄνω τε ἀναρριπτοῦσιν εἰς τὸν ἀέρα καὶ ἐς τὸ πόρρω φιλοτιμούμενοι ὅστις ἐπὶ μήκιστον ἐξέλθοι καὶ τοὺς ἄλλους ὑπερβάλοιτο, καὶ ὁ πόνος οὗτος ὤμους τε αὐτῶν κρατύνει καὶ τόνον τοῖς ἄκροις ἐντίθησιν.

28. Ὁ πηλὸς δὲ καὶ ἡ κόνις, ἅπερ σοι γελοιότερα ἐξ ἀρχῆς ἔδοξεν, ἄκουσον, ὦ θαυμάσιε, ὅτου ἕνεκα ὑποβέβληται. Πρῶτον μέν, ὡς μὴ ἐπὶ τὸ κραταιὸν ἡ πτῶσις αὐτοῖς γίγνοιτο, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μαλακὸν ἀσφαλῶς πίπτοιεν· ἔπειτα καὶ τὸν ὄλισθον ἀνάγκη πλείω γίγνεσθαι, ἱδρούντων ἐν τῷ πηλῷ, ὃ σὺ ταῖς ἐγχέλεσιν εἴκαζες, οὐκ ἀχρεῖον οὐδὲ γελοῖον ὄν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐς ἰσχὺν καὶ τόνον οὐκ ὀλίγα συντελεῖ, ὁπόταν οὕτως ἐχόντων ἀλλήλων ἀναγκάζωνται ἐγκρατῶς ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ συνέχειν διολισθάνοντας· αἴρεσθαί τε ἐν πηλῷ ἱδρωκότα μετ' ἐλαίου, ἐκπεσεῖν καὶ διαρρυῆναι τῶν χειρῶν σπουδάζοντα μὴ μικρὸν εἶναι νόμιζε. Καὶ ταῦτα πάντα,

poribus; glumam nempe atque paleas flatu abigunt, fructum autem purum separant et coacervant.

26. Hinc valere illos necesse est, et quam longissime durare in laboribus: seroque sudare talis incipiat, ac raro infirmus esse deprehendatur: quemadmodum si quis ignem simul injiciat in triticum atque ejus stipulam, atque in paleas (redeo enim ad ventilantem), multo, arbitror, celerius stipula conflagret, triticum vero paullatim, neque flamma surgente magna, neque uno impetu, sed paullatim fumigans, aliquamdiu post et ipsum comburatur. Non igitur neque morbus, neque labor in tale corpus incidens facile illud redarguat, aut superet temere: nam interiora ipsi bene parata sunt, et exteriora valide contra ea munita, ut non admittat intro neque recipiat vel solem ipsum vel frigus ad perniciem corporis. Si quid vero etiam cedit laboribus, copiosum illud calidum intus affluens, tanquam olim paratum et ad necessarios usus repositum, supplet statim, et vigorem recreat, et labori in longissimum tempus invictos præstat. Multi enim præcedentes labores et crebra fatigatio, non consumtionem virium, sed incrementa efficiunt, quibus illæ quasi ventilatæ majores fiunt.

27. Verum etiam ut cursu valeant eos exercemus, quum assuefacientes illos ut in longitudinem sufficiant, tum celerrimam in brevi levitatem iis conciliantes: et cursus instituitur non in solido et resistente solo, sed in arena profunda, ubi neque firmum ponere vestigium neque inniti facile est, subtracto a cedente materia pede. Verum etiam saltu fossam trajicere, si opus sit, aut si quid obstet aliud, ad hoc quoque nobis exercentur, etiam plumbea pondera manum implentia in manibus tenentes. Tum de projiciendis in longum jaculis certant. Vidisti vero etiam aliud quid in gymnasio æneum, rotundum, parvo clypeo simile ansam non habenti neque lora; ac tentasti illud quum jaceret in medio, videbaturque tibi grave, et difficile ob lævitatem comprehensu: illud igitur et sursum jactant in aerem, et in longinquum, certamine quodam, quis longissime projecto superet reliquos. Ac labor iste tum humeros illorum roborat, tum contendendi facultatem conciliat artubus.

28. Lutum vero et pulvis, quæ aliquantum tibi ridicula ab initio videbantur, audi, o noster, cujus rei causa subjecta sint. Primo quidem ne in durum impingant, sed in molle cadant sine periculo: deinde magis omnia lubrica fiant necesse est, quum madescunt in luto, quod tu anguillis comparabas; idque neque inutile est nec ridiculum, sed ipsum quoque ad robur et contentionem non parum confert, quum ita se habentes cogantur fortiter alteri alteros prehendere, et continere elabentes: tollere sane eum qui præter oleum in luto permaduit, elabi et effluere manibus studentem, noli parvum quiddam putare. Atque hæc omnia, ut dicebam

ὥσπερ ἔφην ἔμπροσθεν, ἐς τοὺς πολέμους καὶ χρήσιμα, εἰ δέοι φίλον τρωθέντα ῥᾳδίως ἀράμενον ὑπεξενεγκεῖν ἢ καὶ πολέμιον συναρπάσαντα ἥκειν μετέωρον κομίζοντα. Καὶ διὰ τοῦτο ἐς ὑπερβολὴν ἀσκοῦμεν τὰ χαλεπώτερα προτιθέντες, ὡς τὰ μικρότερα μακρῷ εὐκολώτερον φέροιεν.

29. Τὴν μέντοι κόνιν ἐπὶ τοὐναντίον χρησίμην οἰόμεθα εἶναι, ὡς μὴ διολισθάνοιεν συμπλεκόμενοι· ἐπειδὰν γὰρ ἐν τῷ πηλῷ ἀσκηθῶσι συνέχειν τὸ διαδιδρᾶσκον ὑπὸ γλισχρότητος, ἐθίζονται καὶ ἐκφεύγειν αὐτοὶ ληφθέντες ἐκ τῶν χειρῶν, καὶ ταῦτα ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενοι. Καὶ μὴν καὶ τὸν ἱδρῶτα συνέχειν δοκεῖ ἡ κόνις ἀθρόον ἐκχεόμενον ἐπιπαττομένη καὶ ἐπὶ πολὺ διαρκεῖν ποιεῖ τὴν δύναμιν καὶ κώλυμα γίγνεται μὴ βλάπτεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνέμων ἀραιοῖς τότε καὶ ἀνεῳγόσι τοῖς σώμασιν ἐμπιπτόντων. Ἄλλως τε καὶ τὸν ῥύπον ἀποσμᾷ καὶ στιλπνότερον ποιεῖ τὸν ἄνδρα. Καὶ ἔγωγε ἡδέως ἂν παραστησάμενος πλησίον τῶν τε λευκῶν τινα ἐκείνων καὶ ὑπὸ σκιᾷ δεδιῃτημένων καὶ ὃν αν ἕλῃ τῶν ἐν τῷ Λυκείῳ γυμναζομένων ἀποπλύνας τὴν κόνιν καὶ τὸν πηλὸν, ἐροίμην ἄν σε ποτέρῳ ἂν ὅμοιος εὔξαιο γενέσθαι· οἶδα γὰρ ὡς αὐτίκα ἕλοιο ἂν ἐκ πρώτης προσόψεως, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ τῶν ἔργων πειραθείης ἑκατέρου, συνεστηκὼς καὶ συγκεκροτημένος εἶναι μᾶλλον ἢ θρύπτεσθαι καὶ διαρρεῖν καὶ λευκὸς εἶναι ἀπορίᾳ καὶ φυγῇ εἰς τὰ εἴσω τοῦ αἵματος.

30. Ταῦτ' ἔστιν, ὦ Ἀνάχαρσι, ἃ τοὺς νέους ἡμεῖς ἀσκοῦμεν οἰόμενοι φύλακας ἡμῖν τῆς πόλεως ἀγαθοὺς γενέσθαι καὶ ἐν ἐλευθερίᾳ βιώσεσθαι δι' αὐτοὺς, κρατοῦντες μὲν τῶν δυσμενῶν εἰ ἐπίοιεν, φοβεροὶ δὲ τοῖς περιοίκοις ὄντες, ὡς ὑποπτήσσειν τε καὶ ὑποτελεῖν ἡμῖν τοὺς πλείστους αὐτῶν. Ἐν εἰρήνῃ τε αὖ πολὺ ἀμείνοσιν αὐτοῖς χρώμεθα περὶ μηδὲν τῶν αἰσχρῶν φιλοτιμουμένοις μηδ' ὑπ' ἀργίας ἐς ὕβριν τρεπομένοις, ἀλλὰ περὶ τὰ τοιαῦτα διατρίβουσι καὶ ἀσχόλοις οὖσιν ἐν αὐτοῖς. Καὶ ὅπερ ἔφην τὸ κοινὸν ἀγαθὸν καὶ τὴν ἄκραν πόλεως εὐδαιμονίαν, τοῦτ' ἔστιν, ὁπότε ἔς τε εἰρήνην καὶ ἐς πόλεμον τὰ ἄριστα παρεσκευασμένη φαίνοιτο ἡ νεότης περὶ τὰ κάλλιστα ἡμῖν σπουδάζοντες.

31. ΑΝΑΧ. Οὐκοῦν, ὦ Σόλων, ἤν ποτε ὑμῖν ἐπίωσιν οἱ πολέμιοι, χρισάμενοι τῷ ἐλαίῳ καὶ κονισάμενοι πρόϊτε καὶ αὐτοὶ πὺξ τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς προβεβλημένοι, κἀκεῖνοι δηλαδὴ ὑποπτήσσουσιν ὑμᾶς καὶ φεύγουσι δεδιότες μὴ σφίσι κεχηνόσι πάττητε τὴν ψάμμον ἐς τὸ στόμα ἢ περιπηδήσαντες, ὡς κατὰ νώτου γένησθε, περιπλέξητε αὐτοῖς τὰ σκέλη περὶ τὴν γαστέρα καὶ διάγχητε ὑπὸ τὸ κράνος ὑποβαλόντες τὸν πῆχυν· καὶ νὴ Δί' οἱ μὲν τοξεύσουσι δῆλον ὅτι καὶ ἀκοντιοῦσιν, ὑμῶν δὲ ὥσπερ ἀνδριάντων οὐ καθίξεται τὰ βέλη κεχρωσμένων πρὸς τὸν ἥλιον καὶ πολὺ τὸ αἷμα πεπορισμένων· οὐ γὰρ καλάμη καὶ ἀθέρες ὑμεῖς ἐστε, ὡς τάχιστα ἐνδιδόναι πρὸς τὰς πληγὰς, ἀλλὰ ὀψέ ποτε ἂν καὶ μόλις κατατεμνόμενοι βαθέσι τοῖς τραύμασιν αἷμα ὀλίγον ὑπο-

ante, in bella parantur, et utilia sunt, si oporteat amicum vulneratum facile sublatum acie efferre, aut etiam hostem comprehensum sublimem rapere. Ac propter hoc ultra modum illos exercemus, propositis difficilioribus, uti minora multo ferant facilius.

29. Pulverem autem contra ea ad hoc utilem putamus, ne de complexu elabantur: postquam enim in luto edocti sunt continere illud quod præ lubricitate facile effugit, assuefiunt etiam effugere ipsi, comprehensi si fuerint, e manibus, idque etiamsi, unde fugere difficile sit, teneantur. Verum etiam sudorem inspersus pulvis continere videtur, ne densus nimis effluat, et facit uti diutius durent vires, atque impedimento est ne damnum a ventis percipiatur, qui laxatis tum atque apertis corporibus incidunt. Celerum sordes etiam detergit, ac nitidiorem reddit hominem. Atque ego libenter in proxime collocatis quum alborum istorum uno, qui sub umbra vixere, tum quemcumque delegeris ex eo numero, qui in Lyceo exercitati sunt, pulvere absterso et luto, interrogaverim te, utri similis fieri præoptes. Novi enim te statim ex primo aspectu electurum, etiamsi neutrum factis tentaveris, consistentem et compactum esse potius, quam esse delicatum, et diffluere, et album esse defectu et fuga interiora versus sanguinis.

30. Hæc sunt, Anacharsi, ad quæ juvenes nos exercemus, rati custodes nobis civitatis bonos futuros, et fore ut in libertate ipsorum opera vivamus, hostium, si invadant, victores; terribiles autem vicinis, quorum nos metuant plerique et tributa pendant. Pace vero multo illis utimur melioribus, qui de re turpi nulla æmulentur, neque ex otio vertantur in contumeliosam libidinem; sed in talibus rebus agant et otium omne consumant. Et quod dixi commune bonum et summam civitatis felicitatem, hoc significat, quando ad pacem pariter ac bellum optime parata cernitur juventus, in iis quæ pulcherrima sunt nobis elaborantes.

31. ANACH. Igitur, Solon, si quando invadunt vos hostes, uncti oleo et pulvere sparsi etiam vos proceditis, pugnosque contra illos expeditis; et ipsi nempe metuunt vos et fugiunt, timentes ne sibi hiantibus in os ingeratis arenam, aut corpore saltu circumacto, quo terga possitis invadere, crura deinde circa ventrem illorum implicetis, angatisque ipsos cubito subjecto sub galeam: et, per Jovem, illi quidem sagittas arcu mittent nimirum, et jaculabuntur; in vos vero, tanquam in statuas, non penetrabunt tela, qui colorem a sole traxeritis, et multo sitis sanguine instructi: neque enim stipula vos estis aut paleæ, qui celeriter cedatis plagis; sed sero tandem aliquando et vix, profundis confossi vulneribus,

δείξαιτε. Τοιαῦτα γὰρ φῄς, εἰ μὴ πάνυ παρήκουσα τοῦ παραδείγματος.

32. Ἢ τὰς πανοπλίας ἐκείνας τότε ἀναλήψεσθε τὰς τῶν κωμῳδῶν τε καὶ τραγῳδῶν, καὶ ἢν προτεθῇ ὑμῖν ἔξοδος, ἐκεῖνα τὰ κράνη περιθήσεσθε τὰ κεχηνότα, ὡς φοβερώτεροι εἴητε τοῖς ἐναντίοις μορμολυττόμενοι αὐτούς, καὶ ὑποδήσεσθε τὰ ὑψηλὰ ἐκεῖνα δηλαδή· φεύγουσί τε γὰρ, ἢν δέῃ, κοῦφα καὶ ἢν διώκητε, ἄφυκτα τοῖς πολεμίοις ἔσται, ὑμῶν οὕτω μεγάλα διαβαινόντων ἐπ' αὐτούς. Ἀλλ' ὅρα μὴ ταῦτα μὲν ὑμῖν τὰ κομψὰ λῆρος ᾖ καὶ παιδιὰ ἄλλως καὶ διατριβαὶ ἀργοῦσι καὶ ῥαθυμεῖν ἐθέλουσι τοῖς νεανίσκοις. Εἰ δὲ βούλεσθε πάντως ἐλεύθεροι καὶ εὐδαίμονες εἶναι, ἄλλων ὑμῖν γυμνασίων δεήσει καὶ ἀσκήσεως ἀληθινῆς τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ ἡ ἅμιλλα οὐ πρὸς ἀλλήλους μετὰ παιδιᾶς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς δυσμενεῖς ἔσται μετὰ κινδύνων μελετῶσι τὴν ἀρετήν. Ὥστε ἀφέντες τὴν κόνιν καὶ τὸ ἔλαιον διδάσκετε αὐτοὺς τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν μὴ κοῦφα διδόντες τὰ ἀκόντια καὶ οἷα διαφέρεσθαι πρὸς τὸν ἄνεμον, ἀλλ' ἔστω λόγχη βαρεῖα μετὰ συρισμοῦ ἑλιττομένη καὶ λίθος χειροπληθὴς καὶ σάγαρις καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀριστερᾷ καὶ θώραξ καὶ κράνος.

33. Ὡς δὲ νῦν ἔχετε, θεῶν τινος εὐμενείᾳ σῴζεσθαί μοι δοκεῖτε, οἳ μηδέπω ἀπολώλατε ὑπό τινων ὀλίγων ψιλῶν ἐπιπεσόντων. Ἰδού γέ τοι ἢν σπασάμενος τὸ μικρὸν τοῦτο ξιφίδιον τὸ παρὰ τὴν ζώνην μόνος ἐπεισπέσω τοις νέοις ὑμῶν ἅπασιν, αὐτοβοεὶ ἂν ἕλοιμι τὸ γυμνάσιον φυγόντων ἐκείνων καὶ οὐδενὸς ἀντιβλέπειν τῷ σιδήρῳ τολμῶντος, ἀλλὰ περὶ τοὺς ἀνδριάντας ἂν περιιστάμενοι καὶ περὶ τοὺς κίονας καταχρυπτόμενοι γέλωτα ἄν μοι παράσχοιεν δακρύοντες οἱ πολλοὶ καὶ τρέμοντες. Καὶ τότ' ἂν ἴδοις οὐκέτι ἐρυθριῶντας αὐτοὺς τὰ σώματα οἷοι νῦν εἰσιν, ἀλλὰ ὠχροὶ ἅπαντες αὐτίκα γένοιντ' ἂν ὑπὸ τοῦ δέους μεταβαφέντες. Οὕτως ὑμᾶς ἡ εἰρήνη διατέθεικε βαθεῖα οὖσα, ὡς μὴ ἂν ῥᾳδίως ἀνασχέσθαι λόφον ἕνα κράνους πολεμίου ἰδόντας.

34. ΣΟΛ. Οὐ ταῦτα ἔφασαν, ὦ Ἀνάχαρσι, Θρᾳκῶν τε ὅσοι μετ' Εὐμόλπου ἐφ' ἡμᾶς ἐστράτευσαν καὶ αἱ γυναῖκες ὑμῶν αἱ μετὰ Ἱππολύτης ἐλάσασαι ἐπὶ τὴν πόλιν οὐδὲ ἄλλοι ὅσοι ἡμῶν ἐν ὅπλοις ἐπειράθησαν. Ἡμεῖς γάρ, ὦ μακάριε, οὐχ ἐπείπερ οὕτω γυμνὰ τὰ σώματα ἐκπονοῦμεν τῶν νέων, διὰ τοῦτο καὶ ἄνοπλα ἐξάγομεν ἐπὶ τοὺς κινδύνους, ἀλλ' ἐπειδὰν καθ' αὑτοὺς ἄριστοι γένωνται, ἀσκοῦνται τὸ μετὰ τοῦτο ξὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ πολὺ ἄμεινον χρήσαιντ' ἂν αὐτοῖς οὕτω διακείμενοι.

ΑΝΑΧ. Καὶ ποῦ τοῦτο ὑμῖν ἐστι τὸ γυμνάσιον τὸ ἐν τοῖς ὅπλοις; οὐ γὰρ εἶδον ἔγωγε ἐν τῇ πόλει τοιοῦτον οὐδὲν ἅπασαν αὐτὴν ἐν κύκλῳ περιελθών.

ΣΟΛ. Ἀλλὰ ἴδοις ἄν, ὦ Ἀνάχαρσι, ἐπὶ πλέον ἡμῖν συνδιατρίψας, καὶ ὅπλα ἑκάστῳ μάλα πολλά, οἷς χρώμεθα ὁπόταν ἀναγκαῖον ᾖ, καὶ λόφους καὶ φάλαρα καὶ ἵππους καὶ ἱππέας σχεδὸν τὸ τέταρτον τῶν πολιτῶν. Τὸ μέντοι ὁπλοφορεῖν ἀεὶ καὶ ἀκινάκην παρεζῶσθαι

paullum sanguinis subostenderitis. Talia enim dicis, nisi plane aberravi a sensu similitudinis.

32. Aut forte illa tunc arma sumetis comœdorum et tragœdorum, et si eruptio vobis proposita sit, galeas illas imponetis hiantes, ut formidabiliores sitis hostibus, quos sic larvati perterreatis; altosque illos induetis calceos nimirum: leves enim, si ita opus sit, fugientibus, et si ipsi persequamini, eos effugere hostes non poterunt, magnos ita gradus vobis in ipsos facientibus. Verum enim vero vide ne illa, quæ ita lepida vobis videntur, nugæ sint et ludus temere susceptus, et occupatio otiosorum ac remittere animum volentium adolescentulorum. Si vero volueritis liberi omnino ac beati esse, aliis vobis gymnasiis opus erit, et exercitatione vera quæ fit sub armis: ac certamen non inter vos cum ludo, sed contra inimicos vobis instituetur, inter pericula virtutem meditantibus. Itaque relicto pulvere atque oleo, sagittare illos docete et jaculari, neu date levia illis jacula et qualia ventis ferantur, sed esto lanceà longa, quæ cum sibilo contorta immittatur, et lapis manum implens, et securis, et in sinistra scutum, et thorax, et galea.

33. Ut vero nunc habetis, deorum cujusdam benevolentia servari mihi videmini, qui nondum ab ingruentibus paucis levis armaturæ militibus perieritis. Certe si stricto isto parvo ad zonam gladiolo solus irruam in juvenes illos vestros omnes, ipso primo clamore capiam gymnasium, fugientibus illis et nemine contra intueri ferrum auso; sed circumstantes statuas, et occultati circa columnas, risum mihi lacrimis plerique suis ac trepidatione præbeant. Ac tunc videas illos non, ut nunc, rubentes corporibus, sed pallidi statim fiant omnes, tincti aliter a timore. In eum vos statum longinqua pax adduxit, ut non facile cristam unam hostilis galeæ videre sustineatis.

34. SOL. Non dicebant ista, Anacharsi, Thracum quotquot cum Eumolpo expeditionem contra nos susceperunt, neque illæ vestræ mulieres, quæ Hippolyta duce urbem nostram invasere, neque alii quicumque periculum nostri fecerunt in armis. Nos enim, beate, non quoniam nuda sic juvenum corpora labore subigimus, propterea etiam inermia educimus in pericula: sed ubi pro se sunt optimi, postea exercentur cum armis; quibus sic parati multo jam utantur melius.

ANACH. Et ubi est illud vobis armatorum gymnasium? ego certe tale nihil in urbe vidi, quam undique totam lustraverim.

SOL. Sed videre poteris, Anacharsi, si diutius apud nos moreris, et arma unicuique nostrûm multa, quibus utimur quoties opus est, et cristas, et phaleras, et equos, et equites quartam fere partem civium. Verum arma gestare semper et cinctum esse acinace superfluum in pace putamus;

περιττὸν ἐν εἰρήνῃ οἰόμεθα εἶναι, καὶ πρόστιμόν γ' ἐστιν ὅστις ἐν ἄστει σιδηροφοροίη μηδὲν δέον ἢ ὅπλα ἐξενέγκοι εἰς τὸ δημόσιον. Ὑμεῖς δὲ συγγνωστοὶ ἐν ὅπλοις ἀεὶ βιοῦντες· τό τε γὰρ ἐν ἀφράκτῳ οἰκεῖν ῥᾴδιον ἐς ἐπιβουλὴν, καὶ οἱ πολέμιοι μάλα πολλοὶ, καὶ ἄδηλον ὁπότε τις ἐπιστὰς κοιμώμενον κατασπάσας ἀπὸ τῆς ἁμάξης φονεύσειεν· ἥ τε πρὸς ἀλλήλους ἀπιστία, αὐθαιρέτως καὶ μὴ ἐν νόμῳ ξυμπολιτευομένων, ἀναγκαῖον ἀεὶ τὸν σίδηρον ποιεῖ, ὡς πλησίον εἶναι ἀμυνοῦντα, εἴ τις βιάζοιτο.

35. ΑΝΑΧ. Εἶτα, ὦ Σόλων, σιδηροφορεῖν μὲν οὐδενὸς ἀναγκαίου ἕνεκα περιττὸν ὑμῖν δοκεῖ καὶ τῶν ὅπλων φείδεσθε, ὡς μὴ διὰ χειρὸς ὄντα φθείροιτο, ἀλλὰ φυλάττετε ἀποκείμενα ὡς χρησόμενοι τότε τῆς χρείας ἐπιστάσης· τὰ δὲ σώματα τῶν νέων οὐδενὸς δεινοῦ ἐπείγοντος καταπονεῖτε παίοντες καὶ ὑπὸ τῶν ἱδρώτων καταναλίσκοντες, οὐ ταμιευόμενοι πρὸς τὸ ἀναγκαῖον τὰς ἀλκὰς αὐτῶν, ἀλλ' εἰκῆ ἐν τῷ πηλῷ καὶ τῇ κόνει ἐκχέοντες;

ΣΟΛ. Ἔοικας, ὦ Ἀνάχαρσι, τοιόνδε τι δυνάμεως πέρι ἐννοεῖν, ὡς οἴνῳ ἢ ὕδατι ἢ ἄλλῳ τῶν ὑγρῶν ὁμοίαν αὐτὴν οὖσαν· δέδιας οὖν μὴ ὥσπερ ἐξ ἀγγείου κεραμεοῦ λάθῃ διαρρυεῖσα ἐν τοῖς πόνοις, κᾆτα ἡμῖν κενὸν καὶ ξηρὸν οἴχηται τὸ σῶμα καταλιποῦσα ὑπὸ μηδενὸς ἔνδοθεν ἀναπληρούμενον. Τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει σοι, ἀλλ' ὅσῳ τις ἂν αὐτὴν ἐξαντλῇ τοῖς πόνοις, τοσῷδε μᾶλλον ἐπιρρεῖ κατὰ τὸν περὶ τῆς Ὕδρας μῦθον, εἴ τινα ἤκουσας, ὡς ἀντὶ μιᾶς κεφαλῆς τμηθείσης δύ' ἀεὶ ἄλλαι ἀνεφύοντο. Ἢν δὲ ἀγύμναστος ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄτονος ᾖ μηδὲ διαρκῆ τὴν ὕλην ἔχῃ ὑποβεβλημένην, τότε ὑπὸ τῶν καμάτων βλάπτοιτο ἂν καὶ καταμαραίνοιτο, οἷόν τι ἐπὶ πυρὸς καὶ λύχνου γίγνεται· ὑπὸ γὰρ τῷ αὐτῷ φυσήματι τὸ μὲν πῦρ ἀνακαύσειας ἂν καὶ μεῖζον ἐν βραχεῖ ποιήσειας παραθήγων τῷ πνεύματι, καὶ τὸ τοῦ λύχνου φῶς ἀποσβέσειας οὐχ ἔχον ἀποχρῶσαν τῆς ὕλης τὴν χορηγίαν, ὡς διαρκῆ εἶναι πρὸς τὸ ἀντιπνέον· οὐ γὰρ ἀπ' ἰσχυρᾶς, οἶμαι, τῆς ῥίζης ἀνεφύετο.

36. ΑΝΑΧ. Ταυτὶ μὲν, ὦ Σόλων, οὐ πάνυ συνίημι· λεπτότερα γὰρ ἢ κατ' ἐμὲ εἴρηκας ἀκριβοῦς τινος φροντίδος καὶ διανοίας ὀξὺ δεδορκυίας δεόμενα· ἐκεῖνο δέ μοι πάντως εἰπὲ, τίνος ἕνεκα οὐχὶ καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς Ὀλυμπίασι καὶ Ἰσθμοῖ καὶ Πυθοῖ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπότε πολλοὶ, ὡς φῄς, συνίασιν ὀψόμενοι τοὺς νέους ἀγωνιουμένους, οὐδέποτε ἐν ὅπλοις ποιεῖσθε τὴν ἅμιλλαν, ἀλλὰ γυμνοὺς ἐς τὸ μέσον παραγαγόντες λακτιζομένους καὶ παιομένους ἐπιδείκνυτε καὶ νικήσασι μῆλα καὶ κότινον δίδοτε; ἄξιον γὰρ εἰδέναι τοῦτό γε, οὕτινος ἕνεκα οὕτω ποιεῖτε.

ΣΟΛ. Ἡγούμεθα γὰρ, ὦ Ἀνάχαρσι, τὴν ἐς τὰ γυμνάσια προθυμίαν οὕτως ἂν πλείω ἐγγενέσθαι αὐτοῖς, εἰ τοὺς ἀριστεύοντας ἐν τούτοις ἴδοιεν τιμωμένους καὶ ἀνακηρυττομένους ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησι. Καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἐς τοσούτους ἀποδυσόμενοι εὐεξίας τε ἐπιμελοῦνται, ὡς μὴ αἰσχύνοιντο γυμνωθέντες, καὶ ἀξιονι-

ac pœna sancita est, si quis in urbe gestet ferrum ubi opus non est, aut arma in publicum efferat. Vobis vero ignoscendum quod in armis semper vivitis: quum enim habitetis sine munimentis, expositi estis insidiis; et hostes vobis bene multi; obscurumque, quando aliquis subito astans detractum de plaustro dormientem interficiat. Etiam mutua inter vos diffidentia, quum suo quisque arbitrio, non lege quadam in communione civili vivatis, necessarium semper ferrum facit, ut prope sit quo defendatis, si quis vim inferat.

35. ANACH. Tum vobis, Solon, ferrum quidem sine necessitate gestare superfluum videtur, et armis parcitis, ne, si in manibus sint, perdantur; sed reposita custoditis, ut, quum opus fuerit, utamini: corpora vero juvenum, nullo urgente incommodo, labore subigitis, feriendo et exhauriendo sudoribus, non reponentes ad necessitatem illorum robora, sed temere in luto atque pulvere effundentes?

SOL. Videris, Anacharsi, tale quid cogitare de viribus, quasi vino aut aquæ aut alii liquorum eæ sint similes: metuis ergo ne velut ex fictili vase furtim inter labores effluant, ac deinde inane nobis et aridum corpus relinquentes abeant, quum nihil sit a quo infus suppleatur. At illud non ita se habet: verum quanto quis magis illas laboribus exhauriat, tanto magis affluunt, secundum illam Hydræ fabulam, si quam audisti, ut pro uno abscisso capite duo semper alia succreverint. Si vero ab initio non exerceantur neque contendantur, nec satis ipsis suppeditetur materiæ, tum demum lædantur a laboribus et consumantur; quale quid in igne et lucerna solet fieri. Eodem enim flatu vel accendas ignem et majorem brevi tempore facias, quippe quem spiritu quasi acuas; vel exstinguas flammam lucernæ, quæ non satis materiæ habeat sibi suppeditatum, ut durare adversus vim flatus possit: neque enim hæc firma, opinor, de radice exsistit.

36. ANACH. Ista quidem, Solon, non plane intelligo: subtiliora enim quam pro meo captu dixisti, accurata quadam cogitatione et mente acutum cernente indigentia: illud vero mihi omnino dicito, cur etiam in Olympicis certaminibus, et in Isthmo, et Pythone, et reliquis, quum multi, ut ais, conveniunt visuri juvenes ibi certaturos, non unquam in armis instituitis pugnam, sed nudos in medium producitis, et ut calcibus petantur ac feriantur ostenditis, victoribusque mala datis atque oleam? dignum enim scitu est hoc quidem cur ita faciatis.

SOL. Putamus enim, Anacharsi, majorem ita exercitationum amorem in illis oriturum, si eos, qui primas in his tulerint, ita honorari videant et in mediis Græcis celebrari præconio. Ac propterea ut qui apud hos tot numero exuendi sint, et bono habitu esse student, ne pudeat ipsos nudari, et dignissimum se reddit unusquisque victoria.

36.

κότατον ἕκαστος αὐτὸν ἀπεργάζεται. Καὶ τὰ ἆθλα, ὥσπερ ἔμπροσθεν εἶπον, οὐ μικρὰ, ὁ ἔπαινος ὁ παρὰ τῶν θεατῶν καὶ τὸ ἐπισημότατον γενέσθαι καὶ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ ἄριστον εἶναι τῶν καθ' αὑτὸν δοκοῦντα. Τοιγάρτοι πολλοὶ τῶν θεατῶν, οἷς καθ' ἡλικίαν ἔτι ἡ ἄσκησις, ἀπίασιν οὐ μετρίως ἐκ τῶν τοιούτων ἀρετῆς καὶ πόνων ἐρασθέντες· ὡς εἴ γέ τις, ὦ Ἀνάχαρσι, τὸν τῆς εὐκλείας ἔρωτα ἐκβάλοι ἐκ τοῦ βίου, τί ἂν ἔτι ἀγαθὸν ἡμῖν γένοιτο; ἢ τίς ἄν τι λαμπρὸν ἐργάσασθαι ἐπιθυμήσειε; Νῦν δὲ καὶ ἀπὸ τούτων εἰκάζειν παρέχοιεν ἄν σοι ὁποῖοι ἐν πολέμοις ὑπὲρ πατρίδος καὶ παίδων καὶ γυναικῶν καὶ ἱερῶν γένοιντ' ἂν ὅπλα ἔχοντες οἱ κοτίνου πέρι καὶ μήλων γυμνοὶ τοσαύτην προθυμίαν ἐς τὸ νικᾶν εἰσφερόμενοι.

37. Καίτοι τί ἂν πάθοις, εἰ θεάσαιο καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν καὶ σπουδὴν ἐπὶ τούτοις οὐ μικράν; ἢ γελάσῃ δῆλον ὅτι, καὶ μάλιστα ἢν μάθῃς ὡς ὑπὸ νόμῳ αὐτὸ δρῶμεν καὶ προστέτακται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι καὶ ὁρᾶν τὰ ὄρνεα διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο γελοῖον· ὑποδύεται γάρ τις ἠρέμα ταῖς ψυχαῖς ὁρμὴ ἐς τοὺς κινδύνους, ὡς μὴ ἀγεννέστεροι καὶ ἀτολμότεροι φαίνοιντο τῶν ἀλεκτρυόνων μηδὲ προαπαγορεύοιεν ὑπὸ τραυμάτων ἢ καμάτων ἤ του ἄλλου δυσχεροῦς. Τὸ δὲ δὴ ἐν ὅπλοις πειρᾶσθαι αὐτῶν καὶ ὁρᾶν τιτρωσκομένους ἄπαγε· θηριῶδες γὰρ καὶ δεινῶς σκαιὸν καὶ προσέτι γε ἀλυσιτελὲς ἀποσφάττειν τοὺς ἀρίστους καὶ οἷς ἄν τις ἄμεινον χρήσαιτο κατὰ τῶν δυσμενῶν.

38. Ἐπεὶ δὲ φῄς, ὦ Ἀνάχαρσι, καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ἐπελεύσεσθαι, μέμνησο ἤν ποτε καὶ ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς, μὴ καταγελάσαι μηδὲ ἐκείνων μηδὲ οἴεσθαι μάτην πονεῖν αὐτοὺς, ὁπόταν ἢ σφαίρας πέρι ἐν τῷ θεάτρῳ συμπεσόντες παίωσιν ἀλλήλους ἢ ἐς χωρίον ἐσελθόντες ὕδατι περιγεγραμμένον ἐς φάλαγγα διαστάντες τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐργάζωνται γυμνοὶ καὶ αὐτοὶ, ἄχρι ἂν ἐκβάλωσι τοῦ περιγράμματος τὸ ἕτερον σύνταγμα οἱ ἕτεροι, τοὺς κατὰ Λυκοῦργον οἱ καθ' Ἡρακλέα ἢ ἔμπαλιν, συνωθοῦντες ἐς τὸ ὕδωρ· τὸ γὰρ ἀπὸ τούτου εἰρήνη λοιπὸν καὶ οὐδεὶς ἂν ἔτι παίσειε· μάλιστα δὲ ἢν ὁρᾷς μαστιγουμένους αὐτοὺς ἐπὶ τῷ βωμῷ καὶ αἵματι ῥεομένους, πατέρας δὲ καὶ μητέρας παρεστώσας οὐχ ὅπως ἀνιωμένας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ ἀπειλούσας, εἰ μὴ ἀντέχοιεν πρὸς τὰς πληγὰς, καὶ ἱκετευούσας ἐπὶ μήκιστον διαρκέσαι πρὸς τὸν πόνον καὶ ἐγκαρτερῆσαι τοῖς δεινοῖς. Πολλοὶ γοῦν καὶ ἐναπέθανον τῷ ἀγῶνι μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ζῶντες ἔτι ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν οἰκείων μηδὲ εἶξαι τοῖς σώμασιν, ὧν καὶ τοὺς ἀνδριάντας ὄψει τιμωμένους δημοσίᾳ ὑπὸ τῆς Σπάρτης ἀνασταθέντας. Ὅταν τοίνυν ὁρᾷς κἀκεῖνα, μήτε μαίνεσθαι ὑπολάβῃς αὐτοὺς μήτε εἴπῃς, ὡς οὐδεμιᾶς ἕνεκα αἰτίας ἀναγκαίας ταλαιπωροῦσι μήτε τυράννου βιαζομένου μήτε πολεμίων διατιθέντων· εἴποι γὰρ ἄν σοι καὶ ὑπὲρ ἐκείνων Λυκοῦργος

Præmia vero, ut ante dicebam, non parva; laus a spectatoribus, et quod maxime sit insignis, et digito monstretur, tanquam æqualium suorum præstantissimus. Proinde multi spectatorum, quibus tempestiva adhuc propter ætatem exercitatio, discedunt non mediocri ab hisce virtutis ac laborum amore inflammati. Nam si quis, Anacharsi, bonæ famæ amorem e vita expulerit, quid jam boni nobis contingat? aut quis splendidum quiddam cupiat perficere? Jam vero ex his quoque conjiciendum tibi præbuerint, quales sint in bellis pro patria, et liberis, et uxoribus, et sacris, armati, qui pro olea et malis, nudi, tantam vincendi cupiditatem afferant.

37. Verum quid tibi animi fuerit, si coturnicum et gallorum apud nos pugnas videris et studium ea in re magnum? Ridebis nimirum, præsertim si audias ex lege nos istuc facere, et imperatum esse adultis omnibus adesse et videre aves ad ultimam usque animi defectionem pugnantes. Sed neque hoc ridiculum: subit enim sensim aliquis in animos ad pericula impetus, ne ignaviores videantur et minus audaces gallis, nec prius quam illi deficiant ipsi a vulneribus aut laboribus, aut difficultate quacumque alia. At in armis tentari illos, et videri vulnerari, apage: belluinum enim et plane sinistrum, atque insuper inutile, interficere optimos, quibus melius aliquis utatur adversus inimicos.

38. Quoniam vero dicis, Anacharsi, te reliquam etiam Græciam peragraturum, memento, quando Lacedæmonem veneris, ne derideas illos, neu putes eos frustra laborare, quum aut de pila in theatro certantes impetu facto alteri alteros cædunt; aut ingressi in locum aqua circumdatum, divisique in suam quisque phalangem, hostiliter, nudi et ipsi, se mutuo invadunt, donec circumscripto illo loco alterum agmen alteri ejiciant, Lycurgi puta factionem Herculani, aut contra, detrudentes in aquam; hoc enim facto pax ceterum, neque quisquam alterum percusserit: maxime vero si videas, quum flagris cæduntur ad altare, et sanguine fluunt, patres vero aut matres astantes adeo indigne quæ aguntur non ferunt, ut etiam minentur, si non durent ad plagas, atque illis supplicent ut quam longissime ferant molestiam et mala tolerent. Multi adeo huic certamini immortui sunt, quum nollent se victos fateri, dum vita superesset, in oculis suorum, neque cedere corpore: quorum etiam statuas videbis honorari publice, a Spartanorum republica positas. Proinde etiam ista quum videbis, noli putare illos furere, neu dicito nulla idonea causa illos ærumnas sustinere, neque tyranno cogente, neque hostibus illam necessitatem imponentibus. Dicat enim pro illis etiam Lycurgus illorum legislator multa rationabilia, quid-

ὁ νομοθέτης αὐτῶν πολλὰ τὰ εὔλογα καὶ ἃ συνιδὼν κολάζει αὐτούς, οὐχ ἐχθρὸς ὢν οὐδὲ ὑπὸ μίσους αὐτὸ δρῶν οὐδὲ τὴν νεολαίαν τῆς πόλεως εἰκῆ παραναλίσκων, ἀλλὰ καρτερικωτάτους καὶ παντὸς δεινοῦ κρείττονας ἀξιῶν εἶναι τοὺς σώζειν μέλλοντας τὴν πατρίδα. Καίτοι κἂν μὴ ὁ Λυκοῦργος εἴπῃ, ἐννοεῖς, οἶμαι, καὶ αὐτὸς ὡς οὐκ ἄν ποτε ληφθεὶς ὁ τοιοῦτος ἐν πολέμῳ ἀπόρρητόν τι ἐξείποι τῆς Σπάρτης αἰκιζομένων τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ καταγελῶν αὐτῶν μαστιγοῖτο ἂν ἁμιλλώμενος πρὸς τὸν παίοντα, ὡς πρότερος ἀπαγορεύσειεν.

39. ΑΝΑΧ. Ὁ Λυκοῦργος δὲ καὶ αὐτός, ὦ Σόλων, ἐμαστιγοῦτο ἐφ' ἡλικίας, ἢ ἐκπρόθεσμος ὢν ἤδη τοῦ ἀγῶνος ἀσφαλῶς τὰ τοιαῦτα ἐνεανιεύσατο;

ΣΟΛ. Πρεσβύτης ἤδη ὢν ἔγραψε τοὺς νόμους αὐτοῖς Κρήτηθεν ἀφικόμενος· ἀποδεδημήκει δὲ παρὰ τοὺς Κρῆτας, ὅτι ἤκουεν εὐνομωτάτους εἶναι, Μίνωος τοῦ Διὸς νομοθετήσαντος ἐν αὐτοῖς.

ΑΝΑΧ. Τί οὖν, ὦ Σόλων, οὐχὶ καὶ σὺ ἐμιμήσω Λυκοῦργον καὶ μαστιγοῖς τοὺς νέους; καλὰ γὰρ καὶ ταῦτα καὶ ἄξια ὑμῶν ἐστιν.

ΣΟΛ. Ὅτι ἡμῖν ἱκανά, ὦ Ἀνάχαρσι, ταῦτα τὰ γυμνάσια οἰκεῖα ὄντα· ζηλοῦν δὲ τὰ ξενικὰ οὐ πάνυ ἀξιοῦμεν.

ΑΝΑΧ. Οὔκ, ἀλλὰ συνίης, οἶμαι, οἷόν τί ἐστι μαστιγοῦσθαι γυμνὸν ἄνω τὰς χεῖρας ἐπαίροντα μηδενὸς ἕνεκα ὠφελίμου ἢ αὐτῷ ἑκάστῳ ἢ κοινῇ τῇ πόλει. Ὡς ἔγωγε ἥν ποτε ἐπιδημήσω τῇ Σπάρτῃ, καθ' ὃν καιρὸν ταῦτα δρῶσι, δοκῶ μοι τάχιστα καταλευσθήσεσθαι δημοσίᾳ πρὸς αὐτῶν, ἐπιγελῶν ἑκάστοις, ὁπόταν ὁρῶ τυπτομένους καθάπερ κλέπτας ἢ λωποδύτας ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον ἐργασαμένους. Ἀτεχνῶς γὰρ ἐλλεβόρου δεῖσθαί μοι δοκεῖ ἡ πόλις αὐτῶν οὕτω καταγέλαστα ὑφ' αὑτῆς πάσχουσα.

40. ΣΟΛ. Μὴ ἐρήμην, ὦ γενναῖε, μηδὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπόντων μόνος αὐτὸς λέγων οἴου κρατεῖν· ἔσται γάρ τις ὁ καὶ ὑπὲρ ἐκείνων σοι τὰ εἰκότα ἐν Σπάρτῃ ἀντερῶν. Πλὴν ἀλλ' ἐπείπερ ἐγὼ τὰ ἡμέτερά σοι διεξελήλυθα, σὺ δὲ οὐ πάνυ ἀρεσκομένῳ αὐτοῖς ἔοικας, οὐκ ἄδικα αἰτήσειν ἔοικα παρὰ σοῦ ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέρει διεξέλθῃς πρός με ὃν τρόπον ὑμεῖς οἱ Σκύθαι διασκεῖτε τοὺς νέους τοὺς παρ' ὑμῖν καὶ οἵστισι γυμνασίοις ἀνατρέφετε καὶ ὅπως ὑμῖν ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνονται.

ΑΝΑΧ. Δικαιότατα μὲν οὖν, ὦ Σόλων, καὶ ἔγωγε διηγήσομαι τὰ Σκυθῶν νόμιμα, οὐ σεμνὰ ἴσως οὐδὲ καθ' ὑμᾶς, οἵ γε οὐδὲ κατὰ κόρρης παταχθῆναι τολμήσαιμεν ἂν μίαν πληγήν· δειλοὶ γάρ ἐσμεν· ἀλλὰ εἰρήσεταί γε ὁποῖα ἂν ᾖ. Ἐς αὔριον μέντοι, εἰ δοκεῖ, ὑπερβαλώμεθα τὴν συνουσίαν, ὡς ἅ τε αὐτὸς ἔφης ἔτι μᾶλλον ἐννοήσαιμι καθ' ἡσυχίαν ἅ τε χρὴ εἰπεῖν συναγάγοιμι τῇ μνήμῃ ἐπελθών. Τὸ δὲ νῦν ἔχον ἀπίωμεν ἐπὶ τούτοις, ἑσπέρα γὰρ ἤδη.

---

que spectans illos ita castiget, qui non ut hostis, neque odio illud faciat, nec qui sobolem civitatis ita consumere velit temere, sed quod postulet ut patientissimi et malo omni superiores sint qui servaturi sint patriam. Quanquam, etsi non dicat Lycurgus, ipse, puto, intelligis, quam non unquam captus in bello talis arcanum quoddam Spartæ enunciaturus sit, hostibus ipsum torquentibus, sed deridentem illos, ita flagellandum se præbiturum, ut certet cum feriente, quo prior ille fatigetur.

39. ANACH. Utrum vero ipse quoque, mi Solon, Lycurgus, juvenis quum esset, pulsabatur, an egressus jam ætatem certaminis illius propriam, secure talia juvenili velut petulantia constituit?

SOL. Senex jam erat quum has illis leges scriberet, e Creta redux : eo autem peregrinatum abierat ad Cretenses, quod optimis illos legibus florere audierat, quarum Minos Jovis filius conditor fuerit.

ANACH. Cur igitur non tu quoque, Solon, imitaris Lycurgum, et flagellas adolescentulos? pulchra enim ista quoque et vobis digna.

SOL. Quod istæ nobis, Anacharsi, sufficiunt exercitationes, domesticæ quæ sint : peregrina autem æmulari non sane dignum nobis putamus.

ANACH. Non hac de causa, verum intelligis, opinor, quid sit flagellis cædi nudum, manibus in altum protensis, nullius bonæ rei causa, quæ vel ad unumquemque singulatim, vel communiter ad civitatem perveniat. Igitur si quando peregriner Spartæ equidem, quo tempore ista faciunt, metuo ne statim publice lapidibus ab iis obruar, ridens ad singula, ubi videro pulsari illos tanquam fures, aut grassatores, aut qui aliud ex eo genere fecerint. Omnino enim helleboro mihi indigere eorum videtur civitas, quæ tam ridicula fieri in se publice patiatur.

40. SOL. Ne puta, o generose, te desertam litem, vel absentibus viris, dum solus dicis, victurum : erit enim Spartæ quoque qui pro istis ea quæ par est tibi respondeat. Verum quandoquidem ego nostra tibi enarravi, tu autem non satis illa probare videris, nihil injusti ego abs te petiturum me arbitror, ut tu etiam vicissim enarres mihi, quo modo vos Scythæ juvenes vestros, quibusque in exercitationibus educetis, et quomodo honesti apud vos viri fiant.

ANACH. Justissime tu quidem istuc, Solon : et enarrabo tibi Scytharum legitima, non ita splendida fortasse, neque vestris similia, qui neque alapam mala unam excipere audeamus, meticulosi homines; sed dicetur tamen, qualia sint. Verum in crastinum, si videtur, differamus disputationem, ut et quæ ipse dixisti magis adhuc silentio perpendam, et quæ dicenda sint, memoria percurrens cogitem. Nunc autem ut res est, his ita dictis abeamus : jam enim est vespera.

L.

ΠΕΡΙ ΠΕΝΘΟΥΣ.

1. Ἄξιόν γε παρατηρεῖν τὰ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα καὶ λεγόμενα καὶ τὰ ὑπὸ τῶν παραμυθουμένων δῆθεν αὐτοὺς αὖθις αὖ λεγόμενα, καὶ ὡς ἀφόρητα ἡγοῦνται τὰ συμβαίνοντα σφίσι τε αὐτοῖς οἱ ὀδυρόμενοι καὶ ἐκείνοις οἷς ὀδύρονται, οὐ μὰ τὸν Πλούτωνα καὶ Φερσεφόνην, κατ' οὐδὲν ἐπιστάμενοι σαφῶς οὔτε εἰ πονηρὰ ταῦτα καὶ λύπης ἄξια ἢ τοὐναντίον ἡδέα καὶ βελτίω τοῖς παθοῦσι, νόμῳ δὲ καὶ ξυνηθείᾳ τὴν λύπην ἐπιτρέποντες. Ἐπειδὰν τοίνυν ἀποθάνῃ τις, οὕτω ποιοῦσι — μᾶλλον δὲ πρότερον εἰπεῖν βούλομαι ἅστινας περὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου δόξας ἔχουσιν· οὕτω γὰρ ἔσται φανερὸν, οὗτινος ἕνεκα τὰ περιττὰ ἐκεῖνα ἐπιτηδεύουσιν.

2. Ὁ μὲν δὴ πολὺς ὅμιλος, οὓς ἰδιώτας οἱ σοφοὶ καλοῦσιν, Ὁμήρῳ τε καὶ Ἡσιόδῳ καὶ τοῖς ἄλλοις μυθοποιοῖς περὶ τούτων πειθόμενοι καὶ νόμον θέμενοι τὴν ποίησιν αὐτῶν τόπον τινὰ ὑπὸ τῇ γῇ βαθὺν ᾍδην ὑπειλήφασι, μέγαν δὲ καὶ πολύχωρον τοῦτον εἶναι καὶ ζοφερὸν καὶ ἀνήλιον οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτοῖς φωτίζεσθαι δοκοῦντα πρὸς τὸ καὶ καθορᾶν τῶν ἐνόντων ἕκαστον· βασιλεύειν δὲ τοῦ χάσματος ἀδελφὸν τοῦ Διὸς Πλούτωνα κεκλημένον, ὥς μοι τῶν τὰ τοιαῦτα δεινῶν τις ἔλεγε, διὰ τὸ πλουτεῖν τοῖς νεκροῖς τῇ προσηγορίᾳ τετιμημένον. Τοῦτον δὲ τὸν Πλούτωνα τὴν παρ' αὐτῷ πολιτείαν καὶ τὸν κάτω βίον καταστήσασθαι τοιοῦτον· κεκληρῶσθαι μὲν γὰρ αὐτὸν ἄρχειν τῶν ἀποθανόντων, καταδεξάμενον δὲ αὐτοὺς καὶ παραλαβόντα κατέχειν δεσμοῖς ἀφύκτοις, οὐδενὶ τὸ παράπαν τῆς ἄνω ὁδοῦ ὑφιέμενον πλὴν ἐξ ἅπαντος τοῦ αἰῶνος πάνυ ὀλίγων ἐπὶ μεγίσταις αἰτίαις.

3. Περιρρεῖσθαι δὲ τὴν χώραν αὐτοῦ ποταμοῖς μεγάλοις τε καὶ φοβεροῖς κἀκ μόνων τῶν ὀνομάτων· Κωκυτοὶ γὰρ καὶ Πυριφλεγέθοντες καὶ τὰ τοιαῦτα κέκληνται. Τὸ δὲ μέγιστον, ἡ Ἀχερουσία λίμνη πρόκειται πρώτη δεχομένη τοὺς ἀπαντῶντας, ἣν οὐκ ἔνι διαπλεῦσαι ἢ παρελθεῖν ἄνευ τοῦ πορθμέως· βαθεῖα γὰρ περᾶσαι τοῖς ποσὶ καὶ διανήξασθαι πολλή, καὶ ὅλως οὐκ ἂν αὐτὴν διαπταίη οὐδὲ τὰ νεκρὰ τῶν ὀρνέων.

4. Πρὸς δὲ αὐτῇ τῇ καθόδῳ καὶ πύλῃ οὔσῃ ἀδαμαντίνῃ ἀδελφιδοῦς τοῦ βασιλέως Αἰακὸς ἕστηκε τὴν φρουρὰν ἐπιτετραμμένος καὶ παρ' αὐτῷ κύων τρικέφαλος μάλα κάρχαρος, τοὺς μὲν ἐσαφικνουμένους φίλιόν τι καὶ εἰρηνικὸν προσβλέπων, τοὺς δὲ πειρῶντας ἀποδιδράσκειν ὑλακτῶν καὶ τῷ χάσματι δεδιττόμενος.

5. Περαιωθέντας δὲ τὴν λίμνην ἐς τὸ ἔσω λειμὼν ὑποδέχεται μέγας τῷ ἀσφοδέλῳ κατάφυτος καὶ ποτὸν μνήμης πολέμιον· Λήθης γοῦν διὰ τοῦτο ὠνόμασται. Ταῦτα γὰρ ἀμέλει διηγήσαντο τοῖς πάλαι ἐκεῖθεν ἀφιγμένοι Ἄλκηστίς τε καὶ Πρωτεσίλεως οἱ Θετταλοὶ καὶ Θησεὺς ὁ τοῦ Αἰγέως καὶ ὁ τοῦ Ὁμήρου Ὀδυσσεὺς, μάλα σεμνοὶ καὶ ἀξιόπιστοι μάρτυρες, ἐμοὶ δοκεῖν, οὐ πιόντες τῆς πηγῆς· οὐ γὰρ ἂν ἐμέμνηντο αὐτῶν.

L.

DE LUCTU.

1. Operæ pretium sane fuerit observare quæ a vulgo fiunt in luctu ac dicuntur, quæque vicissim ab his qui consolantur scilicet istos, dicuntur; et ut intolerabilia lamentantes putant tum quæ sibi eveniunt ipsis, tum quæ illis quorum vicem dolent: non illi, per Plutonem ac Proserpinam! ulla ex parte scientes dilucide, nec, sintne mala ista ac dolore digna, neque an contra ea læta sint ac meliora his quibus eveniunt; sed institutis et consuetudini illum dolorem suum condonantes. Quum igitur mortuus fuerit aliquis, sic faciunt — quin illud prius volo dicere, de morte ipsa quas habeant sententias: sic enim apparebit cujus rei causa in supervacuis illis elaborent.

2. Vulgus igitur promiscuum, quos idiotas appellant docti, Homero, Hesiodo et fabularum auctoribus ceteris fidem de his qui habeant et legem sibi statuant illorum fictionem, locum quendam sub terra profundum esse putant inferos, eumque magnum et spatiosum esse, et tenebricosum ac sole carentem; eundem tamen nescio qua ratione illustrem in tantum, ut quæ in eo sint conspici possint omnia. Imperare autem in magno illo hiatu fratrem Jovis, Plutonem *sive Ditem* nomine, qua quidem appellatione (ut aliquis mihi talium peritissimus retulit) ideo cohonestatus est, quod dives sit mortuis. Hunc porro Ditem suæ civitatis et vitæ illius apud inferos hæc habere instituta : nam sorte ipsi obtigisse mortuorum imperium, quos ille receptos atque assumtos vinculis contineat, quæ effugere nemo possit, neque ulli omnino ad supera redeundi facultatem tribuat, nisi ob maximas causas quibusdam ab omni ævo paucissimis.

3. Circumflui autem ipsius regionem fluviis magnis et terrorem vel ipso nomine injicientibus; Cocyti enim [*ploratus*] et Pyriphlegethontes [*ignicremi*] et similiter appellantur. Quod vero maximum, Acherusia palus objacet, prima excipiens venientes, quam trajicere non licet nec præterire sine portitore; quum profundior sit quam ut pedibus transiri possit, et latior quam ut natatu trajicias; adeo ut neque volucres mortui eam transvolare possint.

4. Ad ipsum porro descensum et portam, quæ adamantina est, Æacus stat fratre regis genitus, cui custodia illius credita, et prope illum triceps canis, asperrimus, qui advenientes quidem amico vultu et pacato aspiciat, fugere autem si qui conentur, latratu atque rictu terreat.

5. Hunc qui lacum superarunt, eos intus pratum suscipit magnum, consitum asphodelo et potus expugnator memoriæ; Lethes enim [*oblivionis*] potus propter hoc ipsum appellatus est. Hæc nimirum narrarunt antiquis qui inde redierunt, Alcestis atque Protesilaus, Thessali, et Ægei Theseus filius, et Homericus Ulysses, graves et fide digni testes, ut mihi videtur, qui de fonte illo non biberint; neque enim alias memoriam eorum retinuissent.

6. Ὁ μὲν οὖν Πλούτων, ὡς ἐκεῖνοι ἔφασαν, καὶ ἡ Φερσεφόνη δυναστεύουσι καὶ τὴν τῶν ὅλων δεσποτείαν ἔχουσιν· ὑπηρετοῦσι δ' αὐτοῖς καὶ τὴν ἀρχὴν συνδιαπράττουσιν ὄχλος πολὺς Ἐρινύες τε καὶ Ποιναὶ καὶ Φόβοι καὶ ὁ Ἑρμῆς, οὗτος μέν γε οὐκ ἀεὶ συμπαρών.

7. Ὕπαρχοι δὲ καὶ σατράπαι καὶ δικασταὶ κάθηνται δύο, Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς οἱ Κρῆτες, ὄντες υἱοὶ τοῦ Διός. Οὗτοι δὲ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν καὶ δικαίους καὶ κατ' ἀρετὴν βεβιωκότας, ἐπειδὰν συναλισθῶσι πολλοί, καθάπερ ἐς ἀποικίαν τινὰ πέμπουσιν ἐς τὸ Ἠλύσιον πεδίον τῷ ἀρίστῳ βίῳ συνεσομένους.

8. Ἂν δέ τινας τῶν πονηρῶν λάβωσι, ταῖς Ἐρινύσι παραδόντες ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον ἐσπέμπουσι κατὰ λόγον τῆς ἀδικίας κολασθησομένους. Ἔνθα δὴ τί κακῶν οὐ πάσχουσι στρεβλούμενοί τε καὶ καόμενοι καὶ ὑπὸ γυπῶν ἐσθιόμενοι καὶ τροχῷ συμπεριφερόμενοι καὶ λίθους ἀνακυλίοντες; ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὖος ἕστηκε κινδυνεύων ὑπὸ τοῦ δίψους ὁ κακοδαίμων ἀποθανεῖν.

9. Οἱ δὲ τοῦ μέσου βίου, πολλοὶ ὄντες οὗτοι, ἐν τῷ λειμῶνι πλανῶνται ἄνευ τῶν σωμάτων σκιαὶ γενόμενοι καὶ ὑπὸ τῇ ἁφῇ καθάπερ καπνὸς ἀφανιζόμενοι. Τρέφονται δὲ ἄρα ταῖς παρ' ἡμῶν χοαῖς καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ἐπὶ τῶν τάφων· ὡς εἴ τῳ μὴ εἴη καταλελειμμένος ὑπὲρ γῆς φίλος ἢ συγγενής, ἄσιτος οὗτος νεκρὸς καὶ λιμώττων ἐν αὐτοῖς πολιτεύεται.

10. Ταῦτα οὕτως ἰσχυρῶς περιελήλυθε τοὺς πολλούς, ὥστε ἐπειδάν τις ἀποθάνῃ τῶν οἰκείων, πρῶτα μὲν φέροντες ὀβολὸν ἐς τὸ στόμα κατέθηκαν αὐτῷ, μισθὸν τῷ πορθμεῖ τῆς ναυτιλίας γενησόμενον, οὐ πρότερον ἐξετάσαντες ὁποῖον τὸ νόμισμα νομίζεται καὶ διαχωρεῖ παρὰ τοῖς κάτω, καὶ εἰ δύναται παρ' ἐκείνοις Ἀττικὸς ἢ Μακεδονικὸς ἢ Αἰγιναῖος ὀβολός, οὐδ' ὅτι πολὺ κάλλιον ἦν μὴ ἔχειν τὰ πορθμεῖα καταβαλεῖν· οὕτω γὰρ ἂν οὐ παραδεξαμένου τοῦ πορθμέως ἀναπόμπιμοι πάλιν ἐς τὸν βίον ἀφικνοῦντο.

11. Μετὰ ταῦτα δὲ λούσαντες αὐτούς, ὡς οὐχ ἱκανῆς τῆς κάτω λίμνης λουτρὸν εἶναι τοῖς ἐκεῖ, καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα πρὸς δυσωδίαν ἤδη βιαζόμενον καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι προτίθενται λαμπρῶς ἀμφιέσαντες, ἵνα μὴ ῥιγῷεν δῆλον ὅτι παρὰ τὴν ὁδὸν μηδὲ γυμνοὶ βλέποιντο τῷ Κερβέρῳ.

12. Οἰμωγαὶ δὲ ἐπὶ τούτοις καὶ κωκυτὸς γυναικῶν καὶ παρὰ πάντων δάκρυα καὶ στέρνα τυπτόμενα καὶ σπαραττομένη κόμη καὶ φοινισσόμεναι παρειαί· καί που καὶ ἐσθὴς καταρρήγνυται καὶ κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάττεται καὶ οἱ ζῶντες οἰκτρότεροι τοῦ νεκροῦ· οἱ μὲν γὰρ χαμαὶ κυλινδοῦνται πολλάκις καὶ τὰς κεφαλὰς ἀράττουσι πρὸς τὸ ἔδαφος, ὁ δὲ εὐσχήμων καὶ καλὸς καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἐστεφανωμένος ὑψηλὸς πρόκειται καὶ μετέωρος ὥσπερ ἐς πομπὴν κεκοσμημένος.

13. Εἶθ' ἡ μήτηρ ἢ καὶ νὴ Δία ὁ πατὴρ ἐκ μέσων τῶν συγγενῶν προελθὼν καὶ περιχυθεὶς αὐτῷ — προκείσθω γάρ τις νέος καὶ καλός, ἵνα καὶ ἀκμαιότερον τὸ

6. Dis ergo, ut illi dixerunt, et Proserpina imperant, atque in dominio habent omnia; ministrant vero illis et imperium una exercent turba multa, Furiæ, Pœnæ, Terrores, et Mercurius; hic quidem non semper ibi præsens.

7. Magistratus vero et satrapæ et judices sedent duo, Minos ac Rhadamanthus, Cretenses et filii Jovis. Hi vero bonos quidem viros et justos et qui cum virtute vixere, ubi plures convenerunt, tanquam in coloniam quandam mittunt in campum Elysium, ubi vitam agant beatissimam.

8. Si quos vero malos deprehendant, traditos Furiis in impiorum locum mittunt, pro portione suæ injustitiæ puniendos. Ibi vero quid non malorum patiuntur, torti, ustulati, carpti a vulturibus, in rota circumacti, saxa in arduum volventes? quin Tantalus, ad ipsum stans lacum siccus, siti mori miser metuit.

9. Sed mediæ qui fuere vitæ homines, magnus sane numerus, per pratum oberrant sine corporibus, umbræ facti, quique sub ipso tactu fumi instar evanescant. Nutriuntur autem hi libaminibus nostris et inferiis, quas tumulis illorum mittimus. Itaque si cui non sit relictus supra terram amicus aut cognatus, ille esurit mortuus, et fame cruciatus inter illos vitam agit.

10. Hæc firmiter adeo occuparunt vulgus, ut si quis moriatur familiarium, primo quidem obolum in os illi imponant, mercedem futuram portitori trajectus, non explorato prius quod numi genus lege receptum sit et commeet apud inferos, ac valeatne apud illos Atticus, an Macedonicus, an Ægineticus obolus; neque illud cogitant, multo esse melius si qui pro vectura solvere non possint : sic enim portitore non admittente rejecti in vitam rursus redirent.

11. Postea vero quum abluerunt illos (quasi non sufficeret pro lavacro infernus iste lacus his qui ibi sunt) et unguento optimo unxerunt proclive jam ad fœtorem corpus, et floribus illud tempestivis coronarunt, splendide vestitum proponunt, ne videlicet in via frigeant, vel nudi conspiciantur a Cerbero.

12. Inter hæc ploratus, et fletus mulierum, et lacrimæ ab omnibus, et planctus pectorum, et laceratæ comæ, et genæ cruentatæ : alicubi vestis etiam laceratur, et pulvis inspergitur capiti, et miseriores vivi mortuo. Nam illi quidem humi sæpe volvuntur, et capita allidunt solo : at iste decorus et pulcher et ultra modum coronatus, sublimis proponitur et elatus, ornatus quasi ad pompam.

13. Tum mater vel, per Jovem, ipse pater, de medio cognatorum agmine progressus, eumque complexus (propositum enim fingamus juvenem et pulchrum aliquem, ut ma-

ἐπ' αὐτῷ δρᾶμα ᾖ — φωνὰς ἀλλοκότους καὶ ματαίας ἀφίησι, πρὸς ἃς ὁ νεκρὸς αὐτὸς ἀποκρίναιτ' ἄν, εἰ λάβοι φωνήν· φήσει γὰρ ὁ πατὴρ γοερόν τι φθεγγόμενος καὶ παρατείνων ἕκαστον τῶν ὀνομάτων, Τέκνον ἥδιστον, οἴχῃ μοι καὶ τέθνηκας καὶ πρὸ ὥρας ἀνηρπάσθης μόνον ἐμὲ τὸν ἄθλιον καταλιπών, οὐ γαμήσας, οὐ παιδοποιησάμενος, οὐ στρατευσάμενος, οὐ γεωργήσας, οὐκ εἰς γῆρας ἐλθών· οὐ κωμάσῃ πάλιν οὐδ' ἐρασθήσῃ, τέκνον, οὐδ' ἐν συμποσίοις μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν μεθυσθήσῃ.

14. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα φήσει οἰόμενος τὸν υἱὸν δεῖσθαι μὲν ἔτι τούτων καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ μετὰ τὴν τελευτήν, οὐ δύνασθαι δὲ μετέχειν αὐτῶν. Καίτοι τί ταῦτα φημί; πόσοι γὰρ καὶ ἵππους καὶ παλλακίδας, οἱ δὲ καὶ οἰνοχόους ἐπικατέσφαξαν καὶ ἐσθῆτα καὶ τὸν ἄλλον κόσμον συγκατέφλεξαν ἢ συγκατώρυξαν ὡς χρησομένοις ἐκεῖ καὶ ἀπολαύσουσιν αὐτῶν κάτω;

15. Ὁ δ' οὖν πρεσβύτης ὁ πενθῶν οὑτοσὶ ταῦτα πάντα ὁπόσα εἴρηκα καὶ ἔτι τούτων πλείονα οὔτε τοῦ παιδὸς ἕνεκα τραγῳδεῖν ἔοικεν — οἶδε γὰρ οὐκ ἀκουσόμενον οὐδ' ἂν μεῖζον ἐμβοήσῃ τοῦ Στέντορος — οὔτε μὴν αὑτοῦ· φρονεῖν γὰρ οὕτω καὶ γιγνώσκειν ἱκανὸν ἦν καὶ ἄνευ τῆς βοῆς· οὐδεὶς γὰρ δὴ πρὸς ἑαυτὸν δεῖται βοᾶν. Λοιπὸν οὖν ἐστιν αὐτὸν τῶν παρόντων ἕνεκα ταῦτα ληρεῖν οὐθ' ὅ τι πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα οὐθ' ὅποι κεχώρηκε, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὸν βίον αὐτὸν ἐξετάσαντα ὁποῖός ἐστιν· οὐ γὰρ ἂν τὴν ἐξ αὐτοῦ μετάστασιν ὥς τι τῶν δεινῶν ἐδυσχέραινεν.

16. Εἴποι δ' ἂν οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς παραιτησάμενος τὸν Αἰακὸν καὶ τὸν Ἀϊδωνέα πρὸς ὀλίγον τοῦ στομίου ὑπερκῦψαι καὶ τὸν πατέρα παῦσαι ματαιάζοντα, Ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί κέκραγας; τί δέ μοι παρέχεις πράγματα; Παῦσαι τιλλόμενος τὴν κόμην καὶ τὸ πρόσωπον ἐξ ἐπιπολῆς ἀμύσσων. Τί μοι λοιδορῇ καὶ ἄθλιον ἀποκαλεῖς καὶ δύσμορον πολύ σου βελτίω καὶ μακαριώτερον γεγενημένον; ἢ τί σοι δεινὸν πάσχειν δοκῶ; ἢ διότι μὴ τοιουτοσὶ γέρων ἐγενόμην οἷος εἶ σύ, φαλακρὸς μὲν τὴν κεφαλήν, τὴν δὲ ὄψιν ἐρρυτιδωμένος, κυφὸς καὶ τὰ γόνατα νωθής, καὶ ὅλως ὑπὸ τοῦ χρόνου σαθρὸς πολλὰς τριακάδας καὶ Ὀλυμπιάδας ἀναπλήσας, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα παραπαίων ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων; Ὦ μάταιε, τί σοι χρηστὸν εἶναι δοκεῖ παρὰ τὸν βίον, οὗ μηκέτι μεθέξομεν; ἢ τοὺς πότους ἐρεῖς δῆλον ὅτι καὶ τὰ δεῖπνα καὶ ἐσθῆτα καὶ ἀφροδίσια, καὶ δέδιας μὴ τούτων ἐνδεὴς γενόμενος ἀπόλωμαι, ἀγνοεῖς δὲ ὅτι τὸ μὴ διψῆν πολὺ κάλλιον τοῦ πιεῖν καὶ τὸ μὴ πεινῆν τοῦ φαγεῖν καὶ τὸ μὴ ῥιγοῦν τοῦ ἀμπεχόνης εὐπορεῖν;

17. Φέρε τοίνυν, ἐπειδὴ ἔοικας ἀγνοεῖν, διδάξομαί σε θρηνεῖν ἀληθέστερον, καὶ δὴ ἀναλαβὼν ἐξ ὑπαρχῆς βόα, Τέκνον ἄθλιον, οὐκέτι διψήσεις, οὐκέτι πεινήσεις οὐδὲ ῥιγώσεις. Οἴχῃ μοι κακοδαίμων ἐκφυγὼν τὰς νόσους, οὐ πυρετὸν ἔτι δεδιώς, οὐ πολέμιον, οὐ τύραννον· οὐκ ἔρως σε ἀνιάσει οὐδὲ συνουσία διαστρέψει οὐδὲ

gis in eo actus quasi fabulæ vigeat), voces quasdam absurdas ac vanas edit, ad quas ipse, vocis usum si impetret, respondeat mortuus. Dicet enim pater lugubri voce, productis singulis nominibus, Fili dulcissime, ergo abiisti mihi et mortuus es, et ante maturam ætatem abreptus es, solo me relicto infelici, non uxore ducta, non susceptis liberis; non attigisti militiam, agrum non coluisti, non pervenisti ad senectutem! Non comissaberis iterum, non amabis, fili; non inebriaberis in convivio cum æqualibus!

14. Hæc autem atque his similia dicet, putans filium suum adhuc indigere talibus, et appetere ea etiam post mortem, participem autem eorum non posse fieri. Quanquam quid ista dico? quot enim etiam equos, et pellices, alii vero etiam pocillatores jugularunt in tumulo, vestemque et alium mundum una combusserunt defoderuntve, quasi usuris ibi et fruituris apud inferos?

15. Senex igitur iste lugens, quæ dixi omnia, et his etiam plura, neque filii causa tragica voce proclamasse videtur (novit enim non auditurum, etsi plus quam Stentorea voce inclamet), neque sua ipsius, quum sic sentire et arbitrari etiam sine clamore sufficiat: nemo quippe, ut ad se ipse clamet, opus habet. Relinquitur ergo illum præsentium causa sic delirare, qui neque quid filio acciderit sciat, neque quorsum abierit; quin qui neque vitam illius, qualis fuerit, explorarit; alioquin enim ipsius inde transitum non tanquam malum quiddam graviter ferret.

16. Dicat ergo illi filius, exorato Æaco et Dite, ut paullum prospicere de illo inferorum ostio sibi liceat, et a vanis querelis patrem revocare, Quid clamas, homo infelix? et quid molestias mihi facessis? Desine comas vellere et faciei cutem cruentare. Quid maledicis mihi, et miserum me vocas, et fato malo usum, qui multum te melior factus sim ac beatior? aut quid mali pati tibi videor? illudne quod non talis, qualis tu es, senex factus sum, calvo capite, facie rugosa, incurvus, imbecillis genibus, atque in universum a tempore ipso fractus, post menses multos atque Olympiadas impletas, denique sic tandem delirans sub tot testibus? Stolide, quid boni tibi videtur in vita, cujus non amplius futurus sim particeps? potationes dices nimirum, et cœnas, et vestes, et res venereas; ac metuis ne hisce carens miser sim? non cogitas autem, non sitire multo esse quam bibere melius; et non esurire quam edere; et non rigere quam copiam habere vestium?

17. Age vero, quandoquidem ignorare videris, docebo te te lamentari verius. Itaque repetito initio clama, Fili miser, non amplius sities, non esuries amplius, non rigebis. Abiisti mihi infelix, et effugisti morbos, febrim non amplius metuis, non hostem, non tyrannum. Non amor tibi facesset negotium, non coitus te distorquebit, neque ad hoc infercies

σπαθήσεις ἐπὶ τούτῳ δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας, ὢ τῆς συμφορᾶς. Οὐ καταφρονηθήσῃ γέρων γενόμενος οὐδ' ὀχληρὸς ἔσῃ τοῖς νέοις βλεπόμενος.

18. Ἂν ταῦτα λέγῃς, ὦ πάτερ, οὐκ οἴει πολὺ ἀληθέστερα καὶ γενναιότερα ἐκείνων ἐρεῖν; Ἀλλὰ ὅρα μὴ τόδε σε ἀνιᾷ καὶ διανοῇ τὸν παρ' ἡμῖν ζόφον καὶ τὸ πολὺ σκότος, κᾆτα δέδιας μή σοι ἀποπνιγῶ κατακλεισθεὶς ἐν τῷ μνήματι; Χρὴ δὲ πρὸς ταῦτα λογίζεσθαι ὅτι τῶν ὀφθαλμῶν διασαπέντων ἢ καὶ νὴ Δία καέντων μετ' ὀλίγον, εἴ γε καῦσαί με διεγνώκατε, οὔτε σκότος οὔτε φῶς ὁρᾶν δεησόμεθα. Καὶ ταῦτα μὲν ἴσως μέτρια.

19. Τί δέ με ὁ κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη στερνοτυπία καὶ ἡ τῶν γυναικῶν περὶ τὸν θρῆνον ἀμετρία; τί δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται τὸν ἄκρατον ἐπιχεῖν; ἢ νομίζετε καταστάξειν αὐτὸν ἐς ἡμῶν καὶ μέχρι τοῦ Ἅδου διΐξεσθαι; Τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καθαγισμῶν καὶ αὐτοὶ ὁρᾶτε, οἶμαι, ὡς τὸ μὲν νοστιμώτατον τῶν παρεσκευασμένων ὁ καπνὸς παραλαβὼν ἄνω ἐς τὸν οὐρανὸν οἴχεται μηδέν τι ἡμᾶς ὀνήσας τοὺς κάτω, τὸ δὲ καταλειπόμενον, ἡ κόνις, ἀχρεῖον, ἐκτὸς εἰ μὴ τὴν σποδὸν ἡμᾶς σιτεῖσθαι πεπιστεύκατε. Οὐχ οὕτως ἄσπορος οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀρχὴ οὐδ' ἐπιλέλοιπεν ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα παρ' ὑμῶν τὰ σιτία μεταστελλώμεθα. Ὥστε μοι νὴ τὴν Τισιφόνην πάλαι δὴ ἐφ' οἷς ἐποιεῖτε καὶ ἐλέγετε παμμέγεθες ἐπῄει ἀνακαχάσαι, διεκώλυσε δὲ ἡ ὀθόνη καὶ τὰ ἔρια, οἷς μου τὰς σιαγόνας ἀπεσφίγξατε.

20. Ὣς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτοιο κάλυψε.

Πρὸς Διός, ἐὰν λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ἐπιστραφεὶς ἀνακλίνας αὑτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ ἂν οἰώμεθα δικαιότατα αὐτὸν εἰπεῖν; Ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ βοῶσι καὶ μεταστειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν πολλὰς συνειλοχότα παλαιὰς συμφορὰς τούτῳ συναγωνιστῇ καὶ χορηγῷ τῆς ἀνοίας καταχρῶνται, ὁποῖ' ἂν ἐκεῖνος ἐξάρχῃ πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζοντες.

21. Καὶ μέχρι μὲν θρήνων ὁ αὐτὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελτερίας· τὸ δ' ἀπὸ τούτου διελόμενοι κατὰ ἔθνη τὰς ταφὰς ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν, ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν, ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ περιχρίει, ὁ δὲ Σκύθης κατεσθίει, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος· οὗτος μέν γε — λέγω δ' ἰδὼν — ξηράνας τὸν νεκρὸν ξύνδειπνον καὶ ξυμπότην ἐποιήσατο· πολλάκις δὲ καὶ δεομένῳ χρημάτων ἀνδρὶ Αἰγυπτίῳ ἔλυσε τὴν ἀπορίαν ἐνέχυρον ἢ ὁ ἀδελφὸς ἢ ὁ πατὴρ ἐν καιρῷ γενόμενος.

22. Χώματα μὲν γὰρ καὶ πυραμίδες καὶ στῆλαι καὶ ἐπιγράμματα πρὸς ὀλίγον διαρκοῦντα πῶς οὐ περιττὰ καὶ παιδιαῖς προσεοικότα;

23. Καίτοι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν καὶ λόγους ἐπιταφίους εἶπον ἐπὶ τῶν μνημάτων ὥσπερ συναγορεύοντες ἢ μαρτυροῦντες παρὰ τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ.

te bis aut ter in die : o miseriam! Neque senex factus contemneris, neque molestus eris ipso conspectu juvenibus.

18. Hæc si dicas, pater, nonne putas te multo veriora istis et magis ingenua dicturum? Verum vide an non illud te cruciet, et cogites tenebras quæ apud nos sunt, et multam caliginem; deinde illudne metuis, ne tibi suffocer in sepulcro conclusus? Oportet autem cogitare ad illud, putrefactis oculis, aut etiam, per Jovem, combustis paullo post, si quidem cremare me decrevistis, neque tenebras neque lucem videre nobis erit necesse. Atque ista forte quidem tolerabilia.

19. Quid vero me fletus ille vester juvat, et ille ad tibiam planctus pectorum, et mulierum illa immoderata lamentatio? quid vero coronatum in sepulcro saxum? aut quid apud vos valet infundere illi merum? an putatis destillaturum illud ad nos, penetraturumque esse ipsos ad inferos? Quod enim ad inferiarum sacrificia attinet, et ipsi, puto, videtis, suavissima paratorum auferri fumo, qui ad superiora cœlum versus abit nullo prorsus nostro inferorum commodo : quod autem relinquitur, pulverem, inutile esse, nisi forte cineribus vesci nos creditis. Non adeo sterile nobis atque infructuosum Ditis imperium est, neque asphodelus nos deficit, a vobis cibos ut arcessamus. Itaque, sic me Tisiphone, olim propter ea quæ faciebatis dicebatisque clarum cachinnari subiit : at impediit linteum ac lanæ, quibus mihi devinxeratis maxillas.

20. Hæc orantem atris penitus Mors abdidit alis.

At, per ego vos Jovem obsecro, si dicat talia conversus mortuus et nixus cubito, nonne æquissima nobis videatur dicere? Sed tamen stolidi homines et vociferantur, et arcessito quodam lamentationum sophista, qui veteres multas calamitates collegerit, hoc adjutore et præcentore quasi suæ amentiæ utuntur, et qualiacumque ille incepit, suas querelas illius cantui subjiciunt.

21. Et quantum ad lamentationes, eadem omnibus lex ineptiarum : quod vero superest, divisis per gentes sepulturæ modis, Græcus illos cremat, humat Persa, Indus vitro oblinit, Scytha vero edit, muria quadam condit Ægyptius : hic vero (quæ vidi narro) siccatum cadaver convivam adeo suum et compotorem solet facere; sæpe etiam pecuniæ indigenti Ægyptio solvit inopiam pignori oppositus in tempore frater paterve.

22. Aggesti quidem tumuli, et pyramides, et cippi, et inscriptiones parvo tempore durantes, qui non superflua et lusibus similia?

23. Verum etiam ludorum certamina quidam instituunt, et funebres ad monumenta orationes habent, quasi causam defuncti agerent, aut testimonium ei perhiberent apud illos inferorum judices.

24. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ περίδειπνον καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες καὶ τοὺς γονέας παραμυθοῦνται τοῦ τετελευτηκότος καὶ πείθουσι γεύσασθαι οὐκ ἀηδῶς μὰ Δί' οὐδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἤδη ὑπὸ λιμοῦ τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἀπηυδηκότας. Καί, Μέχρι μὲν τίνος, ὦ οὗτος, ὀδυρόμεθα; ἔασον ἀναπαύσασθαι τοὺς τοῦ μακαρίτου δαίμονας· εἰ δὲ καὶ τὸ παράπαν κλάειν διέγνωκας, αὐτοῦ γε τούτου ἕνεκα χρὴ μὴ ἀπόσιτον εἶναι, ἵνα καὶ διαρκέσῃς πρὸς τοῦ πένθους τὸ μέγεθος. Τότε δὴ τότε ῥαψῳδοῦνται πρὸς ἁπάντων δύο τοῦ Ὁμήρου στίχοι·

Καὶ γάρ τ' ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου·

καί,

Γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς.

Οἱ δὲ ἅπτονται μέν, αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ πρῶτα καὶ δεδιότες εἰ φανοῦνται μετὰ τὴν τελευτὴν τῶν φιλτάτων τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἐμμένοντες. Ταῦτα καὶ πολὺ τούτων γελοιότερα εὕροι τις ἂν ἐπιτηρῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα διὰ τὸ τοὺς πολλοὺς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι.

LI.

ΡΗΤΟΡΩΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ.

1. Ἐρωτᾷς, ὦ μειράκιον, ὅπως ἂν ῥήτωρ γένοιο καὶ τὸ σεμνότατον τοῦτο καὶ πάντιμον ὄνομα σοφιστὴς αὐτὸς εἶναι δόξαις· ἀβίωτα γὰρ εἶναί σοι φής, εἰ μὴ τοιαύτην τινὰ τὴν δύναμιν περιβάλλοιο ἐν τοῖς λόγοις, ὡς ἄμαχον εἶναι καὶ ἀνυπόστατον καὶ θαυμάζεσθαι πρὸς ἁπάντων καὶ ἀποβλέπεσθαι, περισπούδαστον ἄκουσμα τοῖς Ἕλλησι δοκοῦντα, καὶ δὴ τὰς ἐπὶ τοῦτο ἀγούσας ὁδοὺς αἵτινές ποτέ εἰσιν ἐθέλεις ἐκμαθεῖν. Ἀλλ' οὐδεὶς φθόνος, ὦ παῖ, καὶ μάλιστα ὁπότε νέος τις αὐτὸς ὢν ὀρεγόμενος τῶν ἀρίστων οὐκ εἰδὼς ὁπόθεν ἂν ταῦτα ἐκπορίσαιτο, ἱερόν τι χρῆμα τὴν συμβουλὴν οὖσαν καθάπερ καὶ σὺ νῦν αἰτοίη προσελθών. Ὥστε ἄκουε τό γε ἐπ' ἐμοὶ καὶ πάνυ θαρρῶν, ὡς τάχιστα δεινὸς ἀνὴρ ἔσῃ γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτά, ἢν τὸ μετὰ τοῦτο ἐθελήσῃς αὐτὸς ἐμμένειν οἷς ἂν ἀκούσῃς παρ' ἡμῶν καὶ φιλοπόνως αὐτὰ μελετᾶν καὶ προθύμως ἀνύειν τὴν ὁδὸν ἔστ' ἂν ἀφίκῃ πρὸς τὸ τέρμα.

2. Τὸ μὲν οὖν θήραμα οὐ μικρὸν οὐδὲ ὀλίγης τῆς σπουδῆς δεόμενον, ἀλλ' ἐφ' ὅτῳ καὶ πονῆσαι πολλὰ καὶ ἀγρυπνῆσαι καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομεῖναι ἄξιον· σκόπει γοῦν ὁπόσοι τέως μηδὲν ὄντες ἔνδοξοι καὶ πλούσιοι καὶ νὴ Δί' εὐγενέστατοι ἔδοξαν ἀπὸ τῶν λόγων.

3. Ὅμως δὲ μὴ δέδιθι μηδὲ πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἐλπιζομένων ἀποδυσπετήσῃς μυρίους τινὰς τοὺς πόνους προπονήσειν οἰηθείς· οὐ γάρ σε τραχεῖάν τινα οὐδὲ ὄρειον καὶ ἱδρῶτος μεστὴν ἡμεῖς γε ἄξομεν, ὡς ἐκ μέ-

24. Post hæc omnia sunt parentales epulæ : adsunt co gnati, et parentes consolantur defuncti, et gustare illos ju bent, ut qui non inviti, per Jovem, cogendos se præbeant, sed jam trium deinceps dierum fame macerati ferre diutius non possint. Et, Quo usque tandem, aiunt, lugemus, amice? patere requiescere felicis pueri manes : si vero omnino plorare decrevisti, illius ipsius rei causa oportet cibo non abstinere, ut magnitudini luctus sufficias. Tunc sane, tunc in omnium ore sunt duo Homeri versus :

Pulchricoma haud Niobe tamen est oblita ciborum;

et,

Non jam ventre licet functos lugere Pelasgis.

Illi vero attingunt tandem, cum pudore quidem ab initio, et veriti si videantur post carissimorum mortem humanis tamen passionibus obnoxii. Hæc, et multo his magis ridicula, inveniat aliquis, si observet in luctu fieri, propterea quod vulgus maximum malorum putat mortem.

LI.

RHETORUM PRÆCEPTOR.

1. Quæris, adolescens, quomodo fieri possis rhetor, atque augustissimum illud et in summo honore positum nomen, sophista ipse esse videaris. Nec vitam enim tibi dulcem esse ais, nisi talem quandam in dicendo facultatem assequaris, ut invictus sis, neque quisquam consistere te contra audeat, admirabilis porro apud omnes, et conspicuus, et quem audire Græci vehementer studeant. Vias ergo, quæ ad hoc ducant, quænam tandem sint, studes ediscere. Verum nulla, puer, invidia est, inprimis ubi juvenis aliquis quum sit, optimarum rerum cupidus, ignarus autem unde hæc petat, consilium, quam rem sanctam autumant, rogatum, uti tu modo, veniat. Audi ergo, quantum in mea potestate est, cum fiducia, ut quam celerrime vir acer fias, tum ad cognoscendum quæ opus est, tum ad explicandum, si postea manere in illis, quæ a nobis audies, volueris, et diligenter ea meditari, et studiose viam pergere, donec ad metam perveneris.

2. Atque illud quod venaris non parvum est, neque parvæ curæ indigum, sed in quo multum laborare et vigilare et nihil non sustinere æquum sit. Vide enim quot homines, qui antea nihil essent, nobiles, et divites, et, per Jovem, generosissimi ex dicendi facultate visi sint.

3. Interim tamen noli metuere, neu magnitudo te eorum, quorum spes proponitur, ipsa assequendi difficultate rejiciat, qui putes infinitos nescio quos tibi ante subeundos esse labores. Neque enim asperam quandam te vel arduam

σης αὐτῆς ἀναστρέψαι καμόντα, ἐπεὶ οὐδὲν ἂν διεφέρομεν τῶν ἄλλων, ὅσοι τὴν συνήθη ἐκείνην ἡγοῦνται μακρὰν καὶ ἀνάντη καὶ καματηρὰν καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπεγνωσμένην. Ἀλλὰ τό γε παρ' ἡμῶν ἐξαίρετόν σοι τῆς συμβουλῆς τοῦτ' ἔστιν, ὅτι ἡδίστην τε ἅμα καὶ ἐπιτομωτάτην καὶ ἱππήλατον καὶ κατάντη σὺν πολλῇ τῇ θυμηδίᾳ καὶ τρυφῇ διὰ λειμώνων εὐανθῶν καὶ σκιᾶς ἀκριβοῦς σχολῇ καὶ βάδην ἀνιὼν ἀνιδρωτὶ ἐπιστήσῃ τῇ ἄκρᾳ καὶ αἱρήσεις οὐ καμὼν καὶ νὴ Δί' εὐωχήσῃ κατακείμενος, ἐκείνους ὁπόσοι τὴν ἑτέραν ἐτράποντο ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ἐπισκοπῶν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τῆς ἀνόδου ἔτι κατὰ δυσβάτων καὶ ὀλισθηρῶν τῶν κρημνῶν μόλις ἀνέρποντας, ἀποκυλιομένους ἐπὶ κεφαλὴν ἐνίοτε καὶ πολλὰ τραύματα λαμβάνοντας περὶ τραχείαις ταῖς πέτραις· σὺ δὲ πρὸ πολλοῦ ἄνω ἐστεφανωμένος εὐδαιμονέστατος ἔσῃ ἅπαντα ἐν βραχεῖ ὅσα ἐστὶν ἀγαθὰ παρὰ τῆς ῥητορικῆς μονονουχὶ καθεύδων λαβών.

4. Ἡ μὲν δὴ ὑπόσχεσις οὕτω μεγάλη· σὺ δὲ πρὸς φιλίου Διὸς μὴ ἀπιστήσῃς, εἰ ῥᾷστά τε ἅμα καὶ ἥδιστά σοι ταῦτα ἐπιδείξειν φαμέν. Εἰ γὰρ Ἡσίοδος μὲν ὀλίγα φύλλα ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος λαβὼν αὐτίκα μάλα ποιητὴς ἐκ ποιμένος κατέστη καὶ ᾖδε θεῶν καὶ ἡρώων γένη κάτοχος ἐκ Μουσῶν γενόμενος, ῥήτορα δέ, ὃ πολὺ ἔνερθεν τῆς ποιητικῆς μεγαληγορίας ἐστίν, ἀδύνατον καταστῆναι ἐν βραχεῖ, εἴ τις ἐκμάθοι τὴν ταχίστην ὁδόν;

5. Ὡς ἔγωγε καὶ διηγήσασθαί σοι βούλομαι Σιδωνίου τινὸς ἐμπόρου ἐπίνοιαν δι' ἀπιστίαν ἀτελῆ γενομένην καὶ τῷ ἀκούσαντι ἀνόνητον. Ἦρχε μὲν γὰρ ἤδη Περσῶν Ἀλέξανδρος μετὰ τὴν ἐν Ἀρβήλοις μάχην Δαρεῖον καθῃρηκώς· ἔδει δὲ πανταχόσε τῆς ἀρχῆς διαθεῖν τοὺς γραμματοφόρους τὰ ἐπιτάγματα τοῦ Ἀλεξάνδρου κομίζοντας. Ἐκ Περσῶν δὲ πολλὴ ἐς Αἴγυπτον ἐγίγνετο ἡ ὁδός· ἐκπεριιέναι γὰρ ἔδει τὰ ὄρη, εἶτα διὰ τῆς Βαβυλωνίας ἐς τὴν Ἀραβίαν ἐλθεῖν, εἶτα ἐρήμην πολλὴν ἐπελάσαντας ἀφικέσθαι ποτὲ μόλις ἐς Αἴγυπτον εἴκοσι μηκίστους ἀνδρὶ εὐζώνῳ σταθμοὺς τούτους διανύσαντας. Ἤχθετο οὖν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπὶ τούτῳ, διότι Αἰγυπτίους τι παρακινεῖν ἀκούων οὐκ εἶχε διὰ ταχέων ἐκπέμπειν τοῖς σατράπαις τὰ δοκοῦντά οἱ περὶ αὐτῶν. Τότε δὴ ὁ Σιδώνιος ἔμπορος, Ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ὑπισχνοῦμαι δείξειν ὁδὸν οὐ πολλὴν ἐκ Περσῶν ἐς Αἴγυπτον· εἰ γάρ τις ὑπερβαίη τὰ ὄρη ταῦτα, ὑπερβαίη δ' ἂν τριταῖος, αὐτίκα μάλα ἐν Αἰγύπτῳ ἐστὶν οὗτος. Καὶ εἶχεν οὕτως. Πλὴν ὅ γε Ἀλέξανδρος οὐκ ἐπίστευσεν, ἀλλὰ γόητα ᾤετο εἶναι τὸν ἔμπορον. Οὕτω τὸ παράδοξον τῆς ὑποσχέσεως ἄπιστον δοκεῖ τοῖς πολλοῖς.

6. Ἀλλὰ μὴ σύ γε πάθῃς τὸ αὐτό· εἴσῃ γὰρ πειρώμενος ὡς οὐδέν σε κωλύσει ἤδη ῥήτορα δοκεῖν μιᾶς οὐδὲ ὅλης ἡμέρας ὑπερπετασθέντα τὸ ὄρος ἐκ Περσῶν ἐς Αἴγυπτον. Ἐθέλω δέ σοι πρῶτον ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος εἰκόνα γραψάμενος τῷ λόγῳ ἑκατέραν ἐπιδεῖξαι τὴν ὁδόν· δύο γάρ ἐστον, αἱ πρὸς τὴν ῥητορικὴν ἄγετον,

et plenam sudoris viam nos quidem ducemus, qua in media fatigatus retro eas : alioqui nulla parte meliores essemus reliquis, qui consuetæ illius duces sunt, longæ et præruptæ et laboriosæ et ut plurimum desperatæ. At in nostro eximium illud est consilio, quod jucundissima simul et maxime compendiaria, et equitabili ac declivi, multa cum voluptate et oblectatione, per prata florida et umbram solidam, otiose et gradu ascendens, sine sudore stabis in summo, et arcem nullo labore capies, et, ita me Jupiter, epulabere jam accumbens, quum illos, quotquot alteram istam viam secuti sunt, ab alto inspectabis circa imum ascensum adhuc per difficilia et lubrica præcipitia vix repentes sursum, devolutos nonnunquam in caput, et vulnera multa asperis in rupibus accipientes : tu contra ea jam olim supra coronatus, felicissimus eris, qui brevi tempore quæcumque bona sunt a rhetorice tantum non dormiens acceperis.

4. Promissio sane quam magna; sed, per ego te amicitiæ præsidem Jovem rogo, ne fidem nobis deneges, si facillima simul et suavissima hæc tibi nos ostensuros esse dicimus. Si enim Hesiodus, paucis ex Helicone sumtis foliis, poeta statim de pastore factus est, et deorum genera atque heroum, a Musis obsessus, cecinit : rhetoremne, quod multum infra poeticam magniloquentiam est, brevi tempore fieri posse negabimus, si celerrimam quis viam ediscat?

ὅ τι περ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ ἐξ ἑκάστης προαιρέσεως, αἰδεσίμους ἅπαντας καὶ μονονουχὶ φοβεροὺς τὴν πρόσοψιν; Ἔτι καὶ ὁ ἰατρὸς Ἀντίγονος παρῆν κατὰ χρείαν, οἶμαι, τῆς νόσου ἐπικληθείς, καὶ ῥᾷον ἐδόκει ἤδη ἔχειν ὁ Εὐκράτης καὶ τὸ νόσημα τῶν συντρόφων ἦν· τὸ ῥεῦμα γὰρ ἐς τοὺς πόδας αὖθις αὐτῷ κατεληλύθει. Καθέζεσθαι οὖν με παρ' αὐτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης ὁ Εὐκράτης ἐπένευσεν ἠρέμα ἐγκλίνας τῇ φωνῇ ἐς τὸ ἀσθενικόν, ὁπότε εἶδέ με, καίτοι βοῶντος αὐτοῦ καὶ διατεινομένου τι μεταξὺ εἰσιὼν ἐπήκουον. Κἀγὼ μάλα πεφυλαγμένως, μὴ ψαύσαιμι τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ἀπολογησάμενος τὰ συνήθη ταῦτα, ὡς ἀγνοήσαιμι νοσοῦντα καὶ ὡς, ἐπεὶ ἔμαθον, δρομαῖος ἔλθοιμι, ἐκαθεζόμην πλησίον.

7. Οἱ μὲν δὴ ἐτύγχανον ἤδη περὶ τοῦ νοσήματος τὰ μὲν ἤδη προειρηκότες, τὰ δὲ καὶ τότε διεξιόντες, ἔτι δὲ καὶ θεραπείας τινὰς ἕκαστος ὑποβάλλοντες· ὁ γοῦν Κλεόδημος, Εἰ τοίνυν, φησί, τῇ ἀριστερᾷ τις ἀνελόμενος χαμόθεν τὸν ὀδόντα τῆς μυγαλῆς οὕτω φονευθείσης, ὡς προεῖπον, ἐνδήσειεν εἰς δέρμα λέοντος ἄρτι ἀποδαρέντος, εἶτα περιάψειε περὶ τὰ σκέλη, αὐτίκα παύεται τὸ ἄλγημα. Οὐκ εἰς λέοντος, ἔφη ὁ Δεινόμαχος, ἐγὼ ἤκουσα, ἐλάφου δὲ θηλείας ἔτι παρθένου καὶ ἀβάτου· καὶ τὸ πρᾶγμα οὕτω πιθανώτερον· ὠκὺ γὰρ ἡ ἔλαφος καὶ ἔρρωται μάλιστα ἐκ τῶν ποδῶν. Καὶ ὁ λέων ἄλκιμος μέν, καὶ τὸ λίπος αὐτοῦ καὶ ἡ χεὶρ ἡ δεξιὰ καὶ αἱ τρίχες ἐκ τοῦ πώγωνος αἱ ὀρθαὶ μεγάλα δύναιντ' ἄν, εἴ τις ἐπίσταιτο αὐτοῖς χρῆσθαι μετὰ τῆς οἰκείας ἐπῳδῆς ἑκάστῳ· ποδῶν δὲ ἴασιν ἥκιστα ἐπαγγέλλεται. Καὶ αὐτός, ἦ δ' ὃς ὁ Κλεόδημος, οὕτω πάλαι ἐγίγνωσκον ἐλάφου χρῆναι τὸ δέρμα εἶναι, διότι ὠκὺ ἔλαφος· ἔναγχος δὲ Λίβυς ἀνὴρ σοφὸς τὰ τοιαῦτα μετεδίδαξέ με εἰπὼν ὠκυτέρους εἶναι τῶν ἐλάφων τοὺς λέοντας. Ἀμέλει, ἔφη, καὶ αἱροῦσιν αὐτὰς διώκοντες. Ἐπήνεσαν οἱ παρόντες ὡς εὖ εἰπόντος τοῦ Λίβυος.

8. Ἐγὼ δέ, Οἴεσθε γάρ, ἔφην, ἐπῳδαῖς τισι τὰ τοιαῦτα παύεσθαι ἢ τοῖς ἔξωθεν παραρτήμασι τοῦ κακοῦ ἔνδον διατρίβοντος; Ἐγέλασαν ἐπὶ τῷ λόγῳ μου καὶ δῆλοι ἦσαν κατεγνωκότες μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν, ἐπεὶ μὴ ἐπισταίμην τὰ προδηλότατα καὶ περὶ ὧν ἂν οὐδεὶς φρονῶν ἀντείποι μὴ οὐχὶ οὕτως ἔχειν. Ὁ μέντοι ἰατρὸς Ἀντίγονος ἐδόκει μοι ἡσθῆναι τῇ ἐρωτήσει μου· πάλαι γὰρ ἠμελεῖτο, οἶμαι, βοηθεῖν ἀξιῶν τῷ Εὐκράτει μετὰ τῆς τέχνης οἴνου τε παραγγέλλων ἀπέχεσθαι καὶ λάχανα σιτεῖσθαι καὶ ὅλως ὑφαιρεῖν τοῦ τόνου. Ὁ γοῦν Κλεόδημος ὑπομειδιῶν ἅμα, Τί λέγεις, ἔφη, ὦ Τυχιάδη; ἄπιστον εἶναί σοι δοκεῖ τὸ ἐκ τῶν τοιούτων γίγνεσθαί τινας ὠφελείας ἐς τὰ νοσήματα; Ἔμοιγε, ἦν δ' ἐγώ, εἰ μὴ πάνυ τὴν ῥῖνα κορύζης μεστὸς εἴην, ὡς πιστεύειν τὰ ἔξω καὶ μηδὲν κοινωνοῦντα τοῖς ἔνδοθεν ἐπεγείρουσι τὰ νοσήματα μετὰ ῥηματίων, ὥς φατε, καὶ γοητείας τινὸς ἐνεργεῖν καὶ τὴν ἴασιν ἐπιπέμπειν προσαρτώμενα. Τὸ δ' οὐκ ἂν γένοιτο, οὐδ' ἢν ἐς τοῦ Νεμείου λέοντος τὸ δέρμα ἐνδήσῃ τις ἑκκαίδεκα μυγαλᾶς ὅλας· ἐγὼ γοῦν αὐτὸν τὸν λέοντα

quaque secta, venerabiles omnes ac tantum non aspectu ipso terribiles? Insuper vero aderat etiam Antigonus medicus, morbi causa, puto, advocatus. Ac jam mollius videbatur habere Eucrates, eratque familiaris illi morbus: defluxio enim iterum in pedes illi descenderat. Igitur assidere me apud se in lectulo jussit Eucrates, submissa paullum ad infirmitatem significandam voce, quum me vidisset, quanquam clamantem ipsum et contenta voce aliquid dicentem in ipso ingressu audiveram. Et ego summa cautione adhibita, ne forte pedes illius attingerem, excusatione illa vulgari prolata, me morbum ipsius ignorasse, audito autem, cursim advenisse, prope illum assedi.

7. Illi forte jam de morbo partim dixerant, partim adhuc disputabant; insuper etiam curationes unusquisque nonnullas subjiciebant. Nam Cleodemus, Si ergo, inquit, sinistra aliquis humi tollat dentem mustelæ, ita uti dixi interfectæ, et in excoriati modo leonis pelle deliget, ac deinde circumponat cruribus; statim cessat dolor. Non leonina, inquit Dinomachus, audivi equidem, sed cervæ virginis et nondum initæ: et probabilior sic res est; celere enim cerva et robustum maxime pedibus. Et leo fortis ille quidem, atque adeps illius et manus dextra et pili de barba recti multum valeant, si quis cum suo quodque carmine adhibere possit: pedum vero curationem minime promittit. Ipse quoque, inquit Cleodemus, ita olim censebam, cervæ oportere pellem esse, propterea quod velox cerva: sed nuper e Libya vir talium sapiens aliter me docuit, quum diceret velociores esse leones cervis. Nimirum, dicebat, capiunt illos etiam persecuti. Laudabant præsentes Libyn, qui recte dixisset.

8. At ego, Putatis enim, dicebam, incantationibus quibusdam talia sedari, aut rebus extra appensis, quum tamen intus habitet malum? Riserunt in hoc sermone meo, ac manifestum erat condemnari ab illis multam meam inscitiam, quoniam nescirem quæ essent manifestissima ac de quibus nemo sanus contradiceret, quasi non ita se haberent. Verumtamen Antigonus medicus videbatur delectari mea interrogatione: olim enim, puto, negligebatur, qui auxilium per artem suam afferre vellet Eucrati, et vino illum abstinere jubens, et vesci oleribus, et in universum de contentione remittere. Cleodemus ergo subridens, Quid ais, inquit, Tychiade? incredibile tibi videtur quasdam exsistere e talibus utilitates ad morbos? Mihi vero, inquam; nisi omnino pituita plenus mihi sit nasus, ut credam externa et quæ nihil communicent cum internis rebus morbos excitantibus, cum voculis quibusdam, ut dicitis, præstigiisque operari et sanationem, si appendantur, immittere. Enimvero hoc non contigerit, neque si quis in Nemeæi leonis pelle sedecim totas mustelas deliget. Ego enim

νον· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον γυναικείαν μορφὴν ἐπεδείκνυτο, εἶτα βοῦς ἐγένετο πάγκαλος, εἶτα σκύλαξ ἐφαίνετο. Τέλος δ' οὖν ὁ Ὑπερβόρεος ἐκ πηλοῦ ἐρώτιόν τι ἀναπλάσας, Ἄπιθι, ἔφη, καὶ ἄγε Χρυσίδα. Καὶ ὁ μὲν πηλὸς ἐξέπτατο, καὶ μετὰ μικρὸν δὲ ἐπέστη κόπτουσα τὴν θύραν ἐκείνη καὶ εἰσελθοῦσα περιβάλλει τὸν Γλαυκίαν ὡς ἂν ἐμμανέστατα ἐρῶσα καὶ συνῆν ἄχρι δὴ ἀλεκτρυόνων ἠκούσαμεν ᾀδόντων. Τότε δὴ ἥ τε Σελήνη ἀνέπτατο ἐς τὸν οὐρανὸν καὶ ἡ Ἑκάτη ἔδυ κατὰ τῆς γῆς καὶ τὰ ἄλλα φάσματα ἠφανίσθη καὶ τὴν Χρυσίδα ἐξεπέμψαμεν περὶ αὐτό που σχεδὸν τὸ λυκαυγές.

15. Εἰ ταῦτα εἶδες, ὦ Τυχιάδη, οὐκ ἂν ἔτι ἠπίστησας εἶναι πολλὰ ἐν ταῖς ἐπῳδαῖς χρήσιμα. Εὖ λέγεις, ἦν δ' ἐγώ· ἐπίστευον γὰρ ἄν, εἴ γε εἶδον αὐτά, νῦν δὲ συγγνώμη, οἶμαι, εἰ μὴ τὰ ὅμοια ὑμῖν ὀξυδερκεῖν ἔχω. Πλὴν ἀλλ' οἶδα γὰρ τὴν Χρυσίδα, ἣν λέγεις, ἐραστὴν γυναῖκα καὶ πρόχειρον· οὐχ ὁρῶ δὲ τίνος ἕνεκα ἐδεήθητε ἐπ' αὐτὴν τοῦ πηλίνου πρεσβευτοῦ καὶ μάγου τοῦ ἐξ Ὑπερβορέων καὶ Σελήνης αὐτῆς, ἣν εἴκοσι δραχμῶν ἀγαγεῖν ἐς Ὑπερβορέους δυνατὸν ἦν. Πάνυ γὰρ ἐνδίδωσι πρὸς ταύτην τὴν ἐπῳδὴν ἡ γυνὴ καὶ τὸ ἐναντίον τοῖς φάσμασι πέπονθεν· ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἢν ψόφον ἀκούσῃ χαλκοῦ ἢ σιδήρου, πέφευγε — καὶ ταῦτα γὰρ ὑμεῖς φατε — αὕτη δέ, ἂν ἀργύριόν που ψοφῇ, ἔρχεται πρὸς τὸν ἦχον. Ἄλλως τε καὶ θαυμάζω αὐτοῦ τοῦ μάγου, εἰ δυνάμενος αὐτὸς ἐρασθῆναι πρὸς τῶν πλουσιωτάτων γυναικῶν καὶ τάλαντα ὅλα παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ὁ δὲ τεττάρων μνῶν πάνυ σμικρολόγος ὢν Γλαυκίαν ἐπέραστον ἐργάζεται. Γελοῖα ποιεῖς, ἔφη ὁ Ἴων, ἀπιστῶν ἅπασιν.

16. Ἐγὼ γοῦν ἡδέως ἂν ἐροίμην σε, τί περὶ τούτων φὴς ὅσοι τοὺς δαιμονῶντας ἀπαλλάττουσι τῶν δειμάτων οὕτω σαφῶς ἐξᾴδοντες καὶ τὰ φάσματα. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν, ἀλλὰ πάντες ἴσασι τὸν Σύρον τὸν ἐκ τῆς Παλαιστίνης, τὸν ἐπὶ τούτων σοφιστήν, ὅσους παραλαβὼν καταπίπτοντας πρὸς τὴν σελήνην καὶ τὼ ὀφθαλμὼ διαστρέφοντας καὶ ἀφροῦ πιμπλαμένους τὸ στόμα ὅμως ἀνίστησι καὶ ἀποπέμπει ἀρτίους ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν· ἐπειδὰν γὰρ ἐπιστῇ κειμένοις καὶ ἔρηται ὅθεν εἰσεληλύθασιν εἰς τὸ σῶμα, ὁ μὲν νοσῶν αὐτὸς σιωπᾷ, ὁ δαίμων δὲ ἀποκρίνεται ἑλληνίζων ἢ βαρβαρίζων ἢ ὅθεν ἂν αὐτὸς ᾖ ὅπως τε καὶ ὅθεν ἐπῆλθεν ἐς τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ ὅρκους ἐπάγων, εἰ δὲ μὴ πεισθείη, καὶ ἀπειλῶν ἐξελαύνει τὸν δαίμονα. Ἐγὼ γοῦν καὶ εἶδον ἐξιόντα μέλανα καὶ καπνώδη τὴν χροιάν. Οὐ μέγα, ἦν δ' ἐγώ, τὰ τοιαῦτά σε ὁρᾶν, ὦ Ἴων, ᾧ γε καὶ αἱ ἰδέαι αὐταὶ φαίνονται, ἃς ὁ πατὴρ ὑμῶν Πλάτων δείκνυσιν, ἀμαυρόν τι θέαμα ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀμβλυώττοντας.

17. Μόνος γὰρ Ἴων, ἔφη ὁ Εὐκράτης, τὰ τοιαῦτα εἶδεν, οὐχὶ δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ δαίμοσιν ἐντετυχήκασιν οἱ μὲν νύκτωρ, οἱ δὲ μεθ' ἡμέραν; ἐγὼ δὲ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ μυριάκις ἤδη τὰ τοιαῦτα τεθέαμαι· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐταραττόμην πρὸς αὐτά, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ ἔθους οὐδὲν

rens: primo quidem muliebrem formam ostendebat; tum bos fiebat pulcherrima; deinde catella videbatur. Tandem Hyperboreus de luto quum finxisset parvulum Cupidinem, Abi, inquit, et adduc Chrysidem! Avolat lutum, neque ita multo post astitit illa pulsans januam; et ingressa Glauciam amplectitur, ut quæ ad summum furorem usque amaret hominem, fuitque cum illo usque dum gallorum cantum audiremus. Tunc nempe Luna evolavit in cœlum, et terram Hecate subiit, et reliqua spectra evanuere, et emisimus, circa ipsum fere diluculum, Chrysidem.

15. Hæc si vidisses, Tychiade, non amplius fidem negares dicentibus esse multa in incantationibus utilia. Recte, inquam, mones: crederem enim, ea si vidissem; nunc autem venia, puto, parata est, si non ita acute ut vos videre talia possum. Verum enim vero (novi enim *Chrysidem* quam dicis, amatricem mulierem, facilemque et promtam) non video quam ob causam opus habueritis legato ad *illam* luteo, et mago ex Hyperboreis, ipsaque adeo Luna; quam viginti drachmis ad ipsos abducere licebat Hyperboreos Nam tali carmini cedit mulier illa, et contrario spectris ingenio est: quæ si strepitum audiant æris aut ferri, fugiunt (nempe et hæc vos dicitis); verum illa argentum si qua tinniat, venit ad sonum. Alioquin ipsum quoque magum miror, si, quum possit ipse amari a ditissimis mulieribus et solida ab illis talenta accipere, pro quattuor minis sordidus homo Glauciam reddit amabilem. Ridicule facis, inquit Ion, qui fidem neges omnibus.

16. Ego lubens interrogaverim te, de illis quid sentias, qui dæmoniacos liberant terroribus, aperte adeo ipsa quoque spectra excantantes. Et hæc me dicere nihil opus est; sed norunt omnes Syrum illum e Palæstina, talium curationum sophistam, quot ille traditos sibi cadentes ad lunam, distorquentes oculos, spuma os repletum habentes, tamen suscitat, et sanos dimittit magna mercede liberatos malis. Quando enim astat jacentibus, et interrogat unde intraverint illi in corpus, ipse quidem tacet ægrotus; respondet vero dæmon græce vel barbare, aut undecumque sit ipse, quomodo et unde venerit in hominem: tum iste adjuratione et, si non pareat, minis dæmonem expellit. Atque ego vidi etiam exeuntem unum nigro colore et fumoso. Non erat magnum, inquam, talia te videre, Ion, cui ipsæ etiam *ideæ* appareant, quas Plato, pater vester, ostendit, evanidum ac tenue spectaculum nobis qui cæcutimus.

17. Nempe solus talia, Eucrates inquit, vidit Ion? nonne etiam alii multi inciderunt in dæmones, noctu partim, partim interdiu? ego vero non semel, sed decies millies jam vidi talia. Ac primo quidem ad ea perterrebar: jam vero ob consuetudinem inusitatum nihil videre mihi videor, et

τι παράλογον δρᾶν μοι δοκῶ, καὶ νῦν μάλιστα ἐξ οὗ μοι τὸν δακτύλιον ὁ Ἄραψ ἔδωκε σιδήρου τοῦ ἐκ τῶν σταυρῶν πεποιημένον καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐδίδαξε τὴν πολυώνυμον, ἐκτὸς εἰ μὴ κἀμοὶ ἀπιστήσεις, ὦ Τυχιάδη. Καὶ πῶς ἄν, ἦν δ' ἐγώ, ἀπιστήσαιμι Εὐκράτει τῷ Δείνωνος σοφῷ ἀνδρὶ καὶ μάλιστα ἐλευθερίως τὰ δοκοῦντά οἱ λέγοντι οἴκοι παρ' αὑτῷ ἐπ' ἐξουσίας;

18. Τὸ γοῦν περὶ τοῦ ἀνδριάντος, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, ἅπασι τοῖς ἐπὶ τῆς οἰκίας ὅσαι νύκτες φαινόμενον καὶ παισὶ καὶ νεανίαις καὶ γέρουσι τοῦτο οὐ παρ' ἐμοῦ μόνου ἀκούσειας ἄν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων ἁπάντων. Ποίου, ἦν δ' ἐγώ, ἀνδριάντος; Οὐχ ἑόρακας, ἔφη, εἰσιὼν ἐν τῇ αὐλῇ ἑστηκότα πάγκαλον ἀνδριάντα, Δημητρίου ἔργον τοῦ ἀνθρωποποιοῦ; Μῶν τὸν δισκεύοντα, ἦν δ' ἐγώ, φῂς τὸν ἐπικεκυφότα κατὰ τὸ σχῆμα τῆς ἀφέσεως, ἀπεστραμμένον εἰς τὴν δισκοφόρον, ἠρέμα ὀκλάζοντα τῷ ἑτέρῳ, ἐοικότα ξυναναστησομένῳ μετὰ τῆς βολῆς; Οὐκ ἐκεῖνον, ἦ δ' ὅς, ἐπεὶ τῶν Μύρωνος ἔργων ἓν καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ δισκοβόλος, ὃν λέγεις· οὐδὲ τὸν παρ' αὐτόν φημι, τὸν διαδούμενον τὴν κεφαλὴν τῇ ταινίᾳ, τὸν καλόν, Πολυκλείτου γὰρ τοῦτο ἔργον. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ εἰσιόντων ἄφες, ἐν οἷς καὶ τὰ Κριτίου καὶ Νησιώτου πλάσματα ἕστηκεν, οἱ τυραννοκτόνοι. Σὺ δὲ εἴ τινα παρὰ τὸ ὕδωρ τὸ ἐπιρρέον εἶδες προγάστορα, φαλαντίαν, ἡμίγυμνον τὴν ἀναβολήν, ἠνεμωμένον τοῦ πώγωνος τὰς τρίχας ἐνίας, ἐπίσημον τὰς φλέβας, αὐτοανθρώπῳ ὅμοιον, ἐκεῖνον λέγω, Πέλλιχος ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς εἶναι δοκεῖ.

19. Νὴ Δί', ἦν δ' ἐγώ, εἶδόν τινα ἐπὶ τὰ δεξιὰ τοῦ Κρόνου ταινίας καὶ στεφάνους ξηροὺς ἔχοντα, κεχρυσωμένον πετάλοις τὸ στῆθος. Ἐγὼ δέ, ὁ Εὐκράτης ἔφη, ἐκεῖνα ἐχρύσωσα, ὁπότε μ' ἰάσατο διὰ τρίτης ὑπὸ τοῦ ἠπιάλου ἀπολλύμενον. Ἦν γὰρ καὶ ἰατρός, ἦν δ' ἐγώ, ὁ βέλτιστος οὗτος Πέλλιχος; Ἔστι, καὶ μὴ σκῶπτε, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, ἤ σε οὐκ εἰς μακρὰν μέτεισιν ὁ ἀνήρ· οἶδα ἐγὼ ὅσον δύναται οὗτος ὁ ὑπὸ σοῦ γελώμενος ἀνδριάς. Ἢ οὐ νομίζεις τοῦ αὐτοῦ εἶναι καὶ ἐπιπέμπειν ἠπιάλους οἷς ἂν ἐθέλοι, εἴ γε καὶ ἀποπέμπειν δυνατὸν αὐτῷ; Ἵλεως, ἦν δ' ἐγώ, ἔστω ὁ ἀνδριὰς καὶ ἤπιος οὕτως ἀνδρεῖος ὤν. Τί δ' οὖν καὶ ἄλλο ποιοῦντα δρᾶτε αὐτὸν ἅπαντες οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ; Ἐπειδὰν τάχιστα, ἔφη, νὺξ γένηται, ὁ δὲ καταβὰς ἀπὸ τῆς βάσεως, ἐφ' ᾗ ἕστηκε, περίεισιν ἐν κύκλῳ τὴν οἰκίαν καὶ πάντες ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ ἐνίοτε καὶ ᾄδοντι, καὶ οὐκ ἔστιν ὅντινα ἠδίκησεν· ἐκτρέπεσθαι γὰρ χρὴ μόνον· ὁ δὲ παρέρχεται μηδὲν ἐνοχλήσας τοὺς ἰδόντας. Καὶ μὴν καὶ λούεται τὰ πολλὰ καὶ παίζει δι' ὅλης τῆς νυκτός, ὥστε ἀκούειν τοῦ ὕδατος ψοφοῦντος. Ὅρα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, μὴ οὐχὶ Πέλλιχος ὁ ἀνδριάς, ἀλλὰ Τάλως ὁ Κρὴς ὁ τοῦ Μίνωος ᾖ· καὶ γὰρ ἐκεῖνος χαλκοῦς τις ἦν τῆς Κρήτης περίπολος. Εἰ δὲ μὴ χαλκοῦ, ὦ Εὔκρατες, ἀλλὰ ξύλου ἐπεποίητο, οὐδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν οὐ Δημητρίου ἔργον εἶναι, ἀλλὰ τῶν Δαιδάλου τεχνημάτων· δραπετεύει γοῦν, ὡς φῄς, ἀπὸ τῆς βάσεως καὶ οὗτος.

nunc maxime, a quo tempore annulum hunc mihi dedit Arabs, de ferro patibulorum factum, et carmen me multorum nominum docuit; nisi forte nec mihi credis, Tychiade. Et quomodo, inquam, non credam Eucrati Dinonis filio, sapientissimo viro, et libere quæ sibi videantur et cum auctoritate domi suæ dicenti?

18. Illud enim de statua, inquit Eucrates, quod domesticis omnibus quot noctibus apparet, et pueris, et adolescentibus, et senibus, illud igitur non ex me solo audias, sed ex nostris omnibus. De qua, inquam, statua? Non vidisti, inquit, ingrediens, in aula stans signum pulcherrimum, Demetrii opus statuarum humanarum artificis? Num discum jaculantem dicis, inquam, incurvantem se ad habitum emittentis, reflexo vultu ad eam quæ discum attulit, paullum submisso genu altero, ut in ipso statim jactu surrecturus una videatur? Non, inquit, illud, quandoquidem Myronis operum et ipsum est, discobolus quem dicis. Neque illum juxta stantem dico, tænia redimitum caput, pulchrum; istud enim Polycleti opus. Sed omitte quæ sunt ad dextram introeuntium, in quibus Critii et Nesiotæ opera stant, tyrannorum interfectores. Tu vero si quam vidisti statuam ad influentem aquam, ventre prominulo, calvam, seminudam amictu, cujus barbæ pilos aliquot ventus videtur jactare, insignes habentem venas, exquisitissima hominis similitudine, illam dico: Pellichus Corinthiorum dux videtur esse.

19. Per Jovem, inquam, vidi quandam ad dextram Saturni, vittas habentem et corollas aridas, cujus pectus bracteis inauratum est. Ego, inquit Eucrates, inauravi illa, quum me sanasset tertium jam febri querquera pereuntem. Fuit nempe medicus quoque, inquam, optimus ille Pellichus? Est; et noli irridere, inquit Eucrates, aut non ita multo post ille te vir ulciscetur: novi ego quid possit ista derisa abs te statua. Aut non putas ejusdem esse immittere, quibus velit, querqueras, si expellere potest? Propitia, inquam, sit et placata virilis adeo statua! Quid igitur aliud quoque facientem quicumque in domo estis, videtis? Quum primum, inquit, nox oritur, descendens de sua basi, in qua stat, domum orbe quodam circumit, et omnes illi occurrunt, nonnunquam etiam cantanti, neque est quem læserit: modo opus est ut illi decedatur: sic præterit nulla molestia afficiens videntes. Quin etiam lavat plerumque et tota nocte ludit, ut strepitus aquæ exaudiatur. Vide ergo, dicebam, ne non Pellichus sit illa statua, sed Cretensis Talus, Minois famulus? nam ille æneus erat Cretæ circuitor. Si vero non ex ære, sed ex ligno factus esset, Eucrates; nihil prohiberet quominus non Demetrii esset opus, sed unum de Dædali artificiis: nam, ut ais, fugit de sua basi hic quoque.

πυρετὸς οἷος καύσωνος σφοδρότερος. Ἅπαντες δέ με ἀπολιπόντες ἐπ' ἐρημίας ἐπικλεισάμενοι τὰς θύρας ἔξω περιέμενον· οὕτω γὰρ ἐκέλευσας, ὦ Ἀντίγονε, εἴ πως δυνηθείην εἰς ὕπνον τρέπεσθαι. Τότε οὖν ἐφίσταταί μοι νεανίας ἐγρηγορότι πάγκαλος λευκὸν ἱμάτιον περιβεβλημένος, εἶτα ἀναστήσας ἄγει διά τινος χάσματος ἐς τὸν Ἅδην, ὡς αὐτίκα ἐγνώρισα Τάνταλον ἰδὼν καὶ Τιτυὸν καὶ Σίσυφον. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τί ἂν ὑμῖν λέγοιμι; ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ δικαστήριον ἐγενόμην — παρῆν δὲ καὶ ὁ Αἰακὸς καὶ ὁ Χάρων καὶ αἱ Μοῖραι καὶ αἱ Ἐρινύες — ὁ μέν τις ὥσπερ βασιλεὺς ὁ Πλούτων μοι δοκεῖν καθῆστο ἐπιλεγόμενος τῶν τεθνηξομένων τὰ ὀνόματα, οὓς ἤδη ὑπερημέρους τῆς ζωῆς συνέβαινεν εἶναι. Ὁ δὲ νεανίσκος ἐμὲ φέρων παρέστησεν αὐτῷ· ὁ δὲ Πλούτων ἠγανάκτησε τότε καὶ πρὸς τὸν ἀγαγόντα με, Οὔπω πεπλήρωται, φησὶ, τὸ νῆμα αὐτῷ, ὥστε ἀπίτω. Σὺ δὲ δὴ τὸν χαλκέα Δημύλον ἄγε· ὑπὲρ γὰρ τὸν ἄτρακτον ἤδη βιοῖ. Κἀγὼ ἄσμενος ἀναδραμὼν αὐτὸς μὲν ἤδη ἀπύρετος ἦν, ἀπήγγελλον δὲ ἅπασιν ὡς τεθνήξεται Δημύλος· ἐν γειτόνων δὲ ἡμῖν ᾤκει νοσῶν τι καὶ αὐτὸς, ὡς ἀπηγγέλλετο. Καὶ μετὰ μικρὸν ἠκούομεν οἰμωγῆς ὀδυρομένων ἐπ' αὐτῷ.

26. Τί θαυμαστόν; εἶπεν ὁ Ἀντίγονος· ἐγὼ γὰρ οἶδά τινα μετὰ εἰκοστὴν ἡμέραν ἢ ᾗ ἐτάφη ἀναστάντα, θεραπεύσας καὶ πρὸ τοῦ θανάτου καὶ ἐπεὶ ἀνέστη τὸν ἄνθρωπον. Καὶ πῶς, ἦν δ' ἐγὼ, ἐν εἴκοσιν ἡμέραις οὔτε ἐμύδησε τὸ σῶμα οὔτε ἄλλως ὑπὸ λιμοῦ διεφθάρη; εἰ μή τινά γε Ἐπιμενίδην σύ γε ἐθεράπευσας.

27. Ἅμα ταῦτα λεγόντων ἡμῶν ἐπεισῆλθον οἱ τοῦ Εὐκράτους υἱοὶ ἐκ τῆς παλαίστρας, ὁ μὲν ἤδη ἐξ ἐφήβων, ὁ δὲ ἕτερος ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτη, καὶ ἀσπασάμενοι ἡμᾶς ἐκαθέζοντο ἐπὶ τῆς κλίνης παρὰ τῷ πατρί· ἐμοὶ δὲ εἰσεκομίσθη θρόνος. Καὶ ὁ Εὐκράτης ὥσπερ ἀναμνησθεὶς πρὸς τὴν ὄψιν τῶν υἱέων, Οὕτως ὀναίμην, ἔφη, τούτων — ἐπιβαλὼν αὐτοῖν τὴν χεῖρα — ὡς ἀληθῆ, ὦ Τυχιάδη, πρός σε ἐρῶ. Τὴν μακαρῖτίν μου γυναῖκα τὴν τούτων μητέρα πάντες ἴσασιν ὅπως ἠγάπησα, ἐδήλωσα δὲ οἷς περὶ αὐτὴν ἔπραξα οὐ ζῶσαν μόνον, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἀπέθανε, τόν τε κόσμον ἅπαντα συγκατακαύσας καὶ τὴν ἐσθῆτα ᾗ ζῶσα ἔχαιρεν. Ἑβδόμῃ δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν ἡμέρᾳ ἐγὼ μὲν ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς κλίνης ὥσπερ νῦν ἐκείμην παραμυθούμενος τό γε πένθος· ἀνεγίγνωσκον γὰρ τὸ περὶ ψυχῆς τοῦ Πλάτωνος βιβλίον ἐφ' ἡσυχίας· ἐπεισέρχεται δὲ μεταξὺ ἡ Δημαινέτη αὐτὴ ἐκείνη καὶ καθίζεται πλησίον ὥσπερ νῦν Εὐκρατίδης οὑτοσὶ, δείξας τὸν νεώτερον τῶν υἱέων· ὁ δὲ αὐτίκα ἔφριξε μάλα παιδικῶς καὶ πάλαι ἤδη ὠχρὸς ἦν πρὸς τὴν διήγησιν. Ἐγὼ δὲ, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, ὡς εἶδον, περιπλακεὶς αὐτῇ ἐδάκρυον ἀνακωκύσας· ἡ δὲ οὐκ εἴα βοᾶν, ἀλλ' ᾐτιᾶτό με, ὅτι τὰ ἄλλα πάντα χαρισάμενος αὐτῇ θάτερον τοῖν σανδάλοιν χρυσοῖν ὄντοιν οὐ κατακαύσαιμι, εἶναι δὲ αὐτὸ ἔφασκε παραπεσὸν ὑπὸ τῇ κιβωτῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἡμεῖς οὐχ εὑρόντες θάτερον μόνον ἐκαύσαμεν. Ἔτι δὲ ἡμῶν διαλεγομένων κατάρατόν τι κυνίδιον ὑπὸ

lissima esset vehementior. Omnes autem, me solo relicto, clausis foribus extra manebant : ita enim jusseras, Antigone, si qua possem somnum capere. Tunc igitur astat mihi juvenis vigilanti undique pulcherrimus, veste candida indutus : deinde surgere me jussum deducit per hiatum quendam ad inferos, ut primo conspectu agnovi Tantalum videndo et Tityum et Sisyphum. Ac reliqua quid vobis dicam? Quum vero essem apud tribunal (aderat autem Æacus quoque et Charon, et Parcæ, et Furiæ), aliquis velut rex, Pluto ut mihi videtur, assidebat, pronuncians eorum qui jam morituri essent nomina, quos ultra diem ipsis dictum in vita manere contigerat. At juvenis me illi sistebat : sed Pluto indignabundus ad ductorem meum, Nondum, inquit, impletum illius filum est : proinde abeat. Tu vero jam fabrum adduc Demylum : jam enim ultra colum vivit. Et ego quum lætus recurrissem, ipse quidem jam sine febri eram, denunciabam vero omnibus, moriturum mox esse Demylum : in vicinia autem nostra habitabat, ægrotans ipse quoque, ut nunciabatur. Et paullo post audiebamus planctum eorum, qui illum deplorabant.

26. Quid mirabile? ait Antigonus : ego enim novi quendam vicesimo die post, quam sepultus fuerat, reviviscentem, qui et ante mortem et quum redisset in vitam, hominem curaverim. Et quomodo, inquam, viginti diebus neque putruit corpus, neque alioquin fame periit? nisi forte tu Epimenidem quendam curasti.

27. Hæc dum loquimur, superveniunt filii Eucratis redeuntes de palæstra, quorum alter jam ex ephebis excessit, alter circa quintum decimum annum est. Hi, quum salutassent nos, assidebant in lecto apud patrem : mihi vero illata est sella. Et Eucrates, quasi admonitus ad conspectum filiorum, Ita, inquit, hisce fruar (injecta utrique manu), ut vera tibi, Tychiade, narrabo. Uxorem meam, nunc felicem, horum matrem, norunt omnes quantum amaverim : declaravi autem iis quæ illius causa feci non viventis modo, sed etiam defunctæ, qui mundum illius omnem una cremaverim, et eam qua viva gaudebat vestem. Septimo autem a morte illius die ego hic in lectulo, uti nunc, jacebam, luctus solatia quærens : silentio enim legebam Platonis de anima librum : inter hæc supervenit Demæneta ipsa illa, et prope assidet, ut nunc Eucratides hic (ostendens filiorum juniorem : qui statim puerili more cohorruit, pallidus jam ante ad hanc narrationem). Ego vero, pergit Eucrates, quum viderem, complexus illam cum ejulatu lacrimabar. Illa non passa me clamare, sed accusavit quod reliquis in rebus omnibus sibi gratificatus, alterum sandaliorum (erant autem aurea) non cremaverim : decidisse vero illud dicebat juxta arcam; ac propter hoc nos quum non invenissemus, alterum modo cremaveramus. Adhuc loquentibus nobis,

τῇ κλίνῃ ὂν Μελιταῖον ὑλάκτησεν, ἡ δὲ ἠφανίσθη πρὸς τὴν ὑλακήν· τὸ μέντοι σανδάλιον εὑρέθη ὑπὸ τῇ κιβωτῷ καὶ κατεκαύθη ὕστερον.

28. Ἔτι ἀπιστεῖν τούτοις, ὦ Τυχιάδη, ἄξιον ἐναργέσιν οὖσι καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην φαινομένοις; Μὰ Δί', ἦν δ' ἐγώ· ἐπεὶ σανδάλῳ γε χρυσῷ ἐς τὰς πυγὰς ὥσπερ τὰ παιδία παίεσθαι ἄξιοι ἂν εἶεν οἱ ἀπιστοῦντες καὶ οὕτως ἀναισχυντοῦντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

29. Ἐπὶ τούτοις ὁ Πυθαγορικὸς Ἀρίγνωτος εἰσῆλθεν, ὁ κομήτης, ὁ σεμνὸς ἀπὸ τοῦ προσώπου, οἶσθα τὸν ἀοίδιμον ἐπὶ τῇ σοφίᾳ, τὸν ἱερὸν ἐπονομαζόμενον. Κἀγὼ μὲν ὡς εἶδον αὐτὸν, ἀνέπνευσα, τοῦτ' ἐκεῖνο ἥκειν μοι νομίσας, πέλεκύν τινα κατὰ τῶν ψευσμάτων· ἐπιστομιεῖ γὰρ αὐτοὺς, ἔλεγον, ὁ σοφὸς ἀνὴρ οὕτω τεράστια διεξιόντας, καὶ τὸ τοῦ λόγου, θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπεισκυκληθῆναί μοι τοῦτον ᾤμην ὑπὸ τῆς Τύχης. Ὁ δὲ ἐπεὶ ἐκαθέζετο ὑπεκστάντος αὐτῷ τοῦ Κλεοδήμου, πρῶτα μὲν περὶ τῆς νόσου ἤρετο, καὶ ὡς ῥᾷον ἤδη ἔχειν ἤκουσε παρὰ τοῦ Εὐκράτους, Τί δὲ, ἔφη, πρὸς αὐτοὺς φιλοσοφεῖτε; μεταξὺ γὰρ εἰσιὼν ἐπήκουσα, καί μοι δοκεῖτε εἰς καλὸν διατεθήσεσθαι τὴν διατριβήν. Τί δ' ἄλλο, εἶπεν ὁ Εὐκράτης, ἢ τουτονὶ τὸν ἀδαμάντινον πείθομεν — δείξας ἐμέ — ἡγεῖσθαι δαίμονάς τινας εἶναι καὶ φαντάσματα καὶ νεκρῶν ψυχὰς περιπολεῖν ὑπὲρ γῆς καὶ φαίνεσθαι οἷς ἂν ἐθέλωσιν. Ἐγὼ μὲν οὖν ἠρυθρίασα καὶ κάτω ἔνευσα αἰδεσθεὶς τὸν Ἀρίγνωτον. Ὁ δὲ, Ὅρα, ἔφη, ὦ Εὔκρατες, μὴ τοῦτό φησι Τυχιάδης, τὰς τῶν βιαίως ἀποθανόντων μόνας ψυχὰς περινοστεῖν, οἷον εἴ τις ἀπήγξατο ἢ ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν ἢ ἀνεσκολοπίσθη ἢ ἄλλῳ γέ τῳ τρόπῳ τοιούτῳ ἀπῆλθεν ἐκ τοῦ βίου, τὰς δὲ τῶν κατὰ μοῖραν ἀποθανόντων οὐκέτι· ἢν γὰρ τοῦτο λέγῃ, οὐ πάνυ ἀπόβλητα φήσει. Μὰ Δί', ἦ δ' ὃς ὁ Δεινόμαχος, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως εἶναι τὰ τοιαῦτα οὐδὲ συνεστῶτα ὁρᾶσθαι οἴεται.

30. Πῶς λέγεις, ἦ δ' ὃς ὁ Ἀρίγνωτος, δριμὺ ἀπιδὼν εἰς ἐμὲ, οὐδέν σοι τούτων γίγνεσθαι δοκεῖ, καὶ ταῦτα πάντων, ὡς εἰπεῖν, ὁρώντων; Ἀπολελόγησθε, ἦν δ' ἐγὼ, ὑπὲρ ἐμοῦ, εἰ μὴ πιστεύω, διότι μηδὲ ὁρῶ μόνος τῶν ἄλλων· εἰ δὲ ἑώρων, καὶ ἐπίστευον ἂν δηλαδὴ ὥσπερ ὑμεῖς. Ἀλλὰ, ἦ δ' ὅς, ἤν ποτε ἐς Κόρινθον ἔλθῃς, ἐροῦ ἔνθα ἐστὶν ἡ Εὐβατίδου οἰκία, καὶ ἐπειδάν σοι δειχθῇ παρὰ τὸ Κράνειον, παρελθὼν ἐς ταύτην λέγε πρὸς τὸν θυρωρὸν Τίβιον, ὡς ἐθέλοις ἰδεῖν ὅθεν τὸν δαίμονα ὁ Πυθαγορικὸς Ἀρίγνωτος ἀνορύξας ἀπήλασε καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν οἰκεῖσθαι τὴν οἰκίαν ἐποίησε.

31. Τί δὲ τοῦτο ἦν, ὦ Ἀρίγνωτε; ἤρετο ὁ Εὐκράτης. Ἀοίκητος ἦν, ἦ δ' ὅς, ἐκ πολλοῦ ὑπὸ δειμάτων, εἰ δέ τις οἰκήσειεν, εὐθὺς ἐκπλαγεὶς ἔφευγεν ἐκδιωχθεὶς ὑπό τινος φοβεροῦ καὶ ταραχώδους φάσματος. Συνέπιπτεν οὖν ἤδη καὶ ἡ στέγη κατέρρει, καὶ ὅλως οὐδεὶς ἦν ὁ θαρρήσων παρελθεῖν εἰς αὐτήν. Ἐγὼ δὲ ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσα, τὰς βίβλους λαβών — εἰσὶ δέ μοι Αἰγύπτιαι μάλα πολλαὶ περὶ τῶν τοιούτων — ἧκον ἐς τὴν οἰκίαν περὶ πρῶτον ὕπνον ἀποτρέποντος τοῦ ξένου

exsecrabilis quædam sub lecto canicula Melitensis latravit; ad quem illa latratum evanuit. Sandalium tamen, sub arca repertum, post crematum est.

28. Adhucne fidem negare talibus, Tychiade, æquum censes, manifestis adeo et quæ singulis diebus appareant? Non per Jovem, inquam, quandoquidem digni fuerint quorum aureo sandalio nates, ut puerulorum, cædantur, si qui recusant credere et impudenter adeo veris repugnant.

29. Inter hæc Pythagoricus Arignotus intravit, comatus, vultu venerabili : nosti illum sapientiæ causa celebrem, divini cognomine insignem. Atque ego illo conspecto respirabam, illud ipsum venire mihi ratus, securim contra mendacia. Os enim, cogitabam, istis hic obturabit vir sapiens, prodigiosa adeo narrantibus : et, quod est in proverbio, e machina deum demissum mihi hunc a Fortuna putabam. At ille quum assedisset, assurgente ei Cleodemo, primo quidem percontari de morbo, et quum mollius jam habere ab Eucrate audisset, Quid vero, inquit, inter vos philosophabamini? dum enim intro, audivi; et videmini mihi bene disputationem collocaturi. Quid vero aliud, inquit Eucrates, quam adamantino huic (me autem ostendebat) persuadere studemus, uti putet dæmones quosdam esse, et spectra, et vita functorum animas vagari in terra, et quibus velint apparere. Igitur erubui equidem, et vultum Arignoti verecundia dejeci. Atque is, Vide, inquit, Eucrates, num hoc dicat Tychiades, solas eorum qui violenta morte perierunt animas oberrare, ut si quis se suspenderit, aut capite truncatus, aut palo fixus, aut alia qua simili ratione de vita egressus sit; fato autem suo mortuorum non item : hoc enim si dicit, non plane rejicienda dixerit. Non ita est, per Jovem, respondebat Dinomachus, sed plane non esse talia, neque consistere ita, ut videri possint, arbitratur.

30. Quid ais? inquit Arignotus, torvum me intuens : nihil tibi eorum videtur fieri, idque quum omnes, pæne dixero, videant? Jam causam pro me dixistis, inquam, si non credo, quia solus inter alios non video : si vero vidissem, crederem nimirum, uti vos. Verum, dicebat ille, si quando Corinthum veneris, interroga ubi sit Eubatidæ domus : et quum ostensa tibi fuerit ad Craneum, ingressus in eam dic ad janitorem Tibium, velle te videre unde dæmonem Pythagoricus Arignotus, effosso loco, exegerit, et habitabilem ab eo inde tempore domum præstiterit.

31. Quid vero hoc erat, o Arignote? interrogabat Eucrates. Deserta fuerat, inquit, diu propter terrores : si quis vero immigraret, mox perculsus fugiebat, a terribili et tumultuoso spectro ejectus. Ergo jam collabi domus, et defluere tectum; neque omnino quisquam erat qui auderet in illam ingredi. At ego his auditis, sumo mecum libros (sunt autem mihi Ægyptii sat multi de talibus), ingredior domum circa primam quietem, dehortante meo hospite ac tan-

καὶ μόνον οὐκ ἐπιλαμβανομένου, ἐπεὶ ἔμαθεν οἷ βαδίζοιμι, εἰς προὖπτον κακὸν, ὡς ᾤετο. Ἐγὼ δὲ λύχνον λαβὼν μόνος εἰσέρχομαι, καὶ ἐν τῷ μεγίστῳ οἰκήματι καταθεὶς τὸ φῶς ἀνεγίγνωσκον ἡσυχῇ χαμαὶ καθεζόμενος· ἐφίσταται δὲ ὁ δαίμων ἐπί τινα τῶν πολλῶν ἥκειν νομίζων καὶ δεδίξεσθαι κἀμὲ ἐλπίζων ὥσπερ τοὺς ἄλλους αὐχμηρὸς καὶ κομήτης καὶ μελάντερος τοῦ ζόφου, καὶ ὁ μὲν ἐπιστὰς ἐπειρᾶτό μου πανταχόθεν προσβάλλων, εἴ ποθεν κρατήσειε, καὶ ἄρτι μὲν κύων, ἄρτι δὲ ταῦρος γιγνόμενος ἢ λέων. Ἐγὼ δὲ προχειρισάμενος τὴν φρικωδεστάτην ἐπίρρησιν αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ συνήλασα κατᾴδων αὐτὸν εἴς τινα γωνίαν σκοτεινοῦ οἰκήματος· ἰδὼν δὲ αὐτὸν οἷ κατέδυ, τὸ λοιπὸν ἀνεπαυόμην. Ἕωθεν δὲ πάντων ἀπεγνωκότων καὶ νεκρὸν εὑρήσειν με οἰομένων καθάπερ τοὺς ἄλλους προελθὼν ἀπροσδόκητος ἅπασι πρόσειμι τῷ Εὐβατίδῃ, εὐαγγελιζόμενος αὐτῷ ὅτι καθαρὰν καὶ ἀδείμαντον ἤδη ἕξει τὴν οἰκίαν οἰκεῖν. Καὶ παραλαβὼν αὐτόν τε καὶ τῶν ἄλλων πολλούς — εἵποντο γὰρ τοῦ παραδόξου ἕνεκα — ἐκέλευον ἀγαγὼν ἐπὶ τὸν τόπον, οὗ καταδεδυκότα τὸν δαίμονα ἑοράκειν, σκάπτειν λαβόντας δικέλλας καὶ σκαφεῖα, καὶ ἐπειδὴ ἐποίησαν, εὑρέθη ὡς ἐπ' ὀργυιὰν κατορωρυγμένος τις νεκρὸς ἕωλος μόνα τὰ ὀστᾶ κατὰ σχῆμα συγκείμενος. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ἐθάψαμεν ἀνορύξαντες, ἡ οἰκία δὲ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἐπαύσατο ἐνοχλουμένη ὑπὸ τῶν φασμάτων.

32. Ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Ἀρίγνωτος, ἀνὴρ δαιμόνιος τὴν σοφίαν καὶ ἅπασιν αἰδέσιμος, οὐδεὶς ἦν ἔτι τῶν παρόντων ὃς οὐχὶ κατεγίγνωσκέ μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν τοῖς τοιούτοις ἀπιστοῦντος, καὶ ταῦτα Ἀριγνώτου λέγοντος. Ἐγὼ δὲ ὅμως οὐδὲν τρέσας οὔτε τὴν κόμην οὔτε τὴν δόξαν τὴν περὶ αὐτοῦ, Τί τοῦτ', ἔφην, ὦ Ἀρίγνωτε, καὶ σὺ τοιοῦτος ἦσθα ἡ μόνη ἐλπὶς τῆς ἀληθείας, καπνοῦ μεστὸς καὶ ἰνδαλμάτων; τὸ γοῦν τοῦ λόγου ἐκεῖνο, ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς πέφηνας. Σὺ δὲ, ἦ δ' ὃς ὁ Ἀρίγνωτος, εἰ μήτε ἐμοὶ πιστεύεις λέγοντι μήτε Δεινομάχῳ ἢ Κλεοδήμῳ τουτῳὶ μήτε αὐτῷ Εὐκράτει, φέρε εἰπὲ τίνα περὶ τῶν τοιούτων ἀξιοπιστότερον ἡγῇ τἀναντία ἡμῖν λέγοντα; Νὴ Δί', ἦν δ' ἐγὼ, μάλα θαυμαστὸν ἄνδρα τὸν Ἀβδηρόθεν ἐκεῖνον Δημόκριτον, ὃς οὕτως ἄρα ἐπέπειστο μηδὲν οἷόν τε εἶναι συστῆναι τοιοῦτον, ὥστε, ἐπειδὴ καθείρξας ἑαυτὸν ἐς μνῆμα ἔξω πυλῶν ἐνταῦθα διετέλει γράφων καὶ συντάττων καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καί τινες τῶν νεανίσκων ἐρεσχηλεῖν βουλόμενοι αὐτὸν καὶ δειματοῦν στειλάμενοι νεκρικῶς ἐσθῆτι μελαίνῃ καὶ προσωπείοις ἐς τὰ κρανία μεμιμημένοις περιστάντες αὐτὸν περιεχόρευον ὑπὸ πυκνῇ τῇ βάσει ἀναπηδῶντες, ὁ δὲ οὔτε ἔδεισε τὴν προσποίησιν αὐτῶν οὔτε ὅλως ἀνέβλεψε πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ μεταξὺ γράφων, Παύσασθε, ἔφη, παίζοντες· οὕτω βεβαίως ἐπίστευε μηδὲν εἶναι τὰς ψυχὰς ἔτι ἔξω γενομένας τῶν σωμάτων. Τοῦτο φὴς, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, ἀνόητόν τινα ἄνδρα καὶ τὸν Δημόκριτον γενέσθαι, εἴ γε οὕτως ἐγίγνωσκεν.

tum non manum injiciente, quum quo irem audisset, in præsentem, ut ipse putabat, perniciem. Ego vero sumta lucerna ingredior solus, et in maximo conclavi deposito lumine, lego tacite, humi sedens. Adest dæmon, ad unum se de multis venire putans, et futurum sperans ut me quoque sicut reliquos perterreat, squalidus, comatus, caligine nigrior: atque astans tentabat ab omni parte me invadere, sicunde posset vincere; et nunc quidem canis, nunc taurus fit, aut leo. Ego vero depromta allocutione maxime horribili, Ægyptiorum sermone utens, incantando illum adegi in angulum quendam tenebricosi conclavis. Animadverso autem quo subierat, reliquum noctis dormivi. Mane, quum desperassent omnes et mortuum me inventum iri putarent, uti reliquos, progressus præter spem omnium, accedo ad Eubatiden, bonum ipsi nuncium afferens, puram et metus expertem domum habitare illi in posterum licere. Atque assumtis quum ipso tum aliis pluribus (sequebantur enim rei miraculo moti), deductisque ad ipsum locum ubi subire dæmonem videram, jussi rastris et ligonibus humum fodi. Quo facto inventum est ad passus altitudinem defossum cadaver antiquum, cujus sola ossa sua figura composita jacerent. Hoc igitur effossum sepelivimus: ceterum domus ab eo inde tempore infesta spectris esse desiit.

32. Hæc quum dixisset Arignotus, divina vir sapientia et venerabilis omnibus, nemo jam erat præsentium quin magnæ me accusaret amentiæ, qui fidem talibus non haberem, idque ipso dicente Arignoto. Ego vero nihil trepidans, neque ob comam, neque ob opinionem de viro, Quid istuc, inquam, Arignote? tune etiam talis eras, sola spes veritatis, idem tamen fumi et spectrorum plenus? tu nobis, qui thesaurus eras, ut est in proverbio, carbones appares. Tu vero, inquit Arignotus, si neque mihi credis dicenti, neque Dinomacho, aut huic Cleodemo, neque ipsi Eucrati; age dic, quem fide digniorem putas harum rerum arbitrum contraria nobis dicentem? Per Jovem, inquam, admirabilem virum, Abderitanum illum Democritum, cui nempe adeo persuasum erat nihil horum consistere posse, ut, quum inclusisset se in monumentum extra portas, ibique perpetuo scriberet et commentaretur nocte atque interdiu, adelescentulis quibusdam ludificari illum et perterrere volentibus, qui mortuorum instar nigra veste ornati et personis ad craniorum similitudinem effictis circa illum saltarent, crebris passibus exsultantes: nihil ipse hanc illorum assimulationem metuerit, neque omnino ad illos respexerit, sed inter scribendum illud solum dixerit, Desinite ludere! adeo firmiter credebat nihil amplius esse animas, quum sunt extra corpora. Hoc tu ais, inquit Eucrates, amentem hominem etiam Democritum fuisse, si quidem ita statuit.

33. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν καὶ ἄλλο διηγήσομαι αὐτὸς παθὼν, οὐ παρ' ἄλλου ἀκούσας· τάχα γὰρ ἂν καὶ σὺ, ὦ Τυχιάδη, ἀκούων προσβιβασθείης πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ διηγήματος. Ὁπότε γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διῆγον ἔτι νέος ὢν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπὶ παιδείας προφάσει ἀποσταλεὶς, ἐπεθύμησα ἐς Κοπτὸν ἀναπλεύσας ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν Μέμνονα ἐλθὼν ἀκοῦσαι τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο ἠχοῦντα πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον. Ἐκείνου μὲν οὖν ἤκουσα οὐ κατὰ τὸ κοινὸν τοῖς πολλοῖς ἄσημόν τινα φωνὴν, ἀλλά μοι καὶ ἔχρησεν ὁ Μέμνων αὐτὸς ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτὰ, καὶ εἴ γε μὴ περιττὸν ἦν, αὐτὰ ἂν ὑμῖν εἶπον τὰ ἔπη.

34. Κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν ἔτυχεν ἡμῖν συμπλέων Μεμφίτης ἀνὴρ τῶν ἱερογραμματέων, θαυμάσιος τὴν σοφίαν καὶ τὴν παιδείαν πᾶσαν εἰδὼς τὴν Αἰγυπτίων· ἐλέγετο δὲ τρία καὶ εἴκοσιν ἔτη ἐν τοῖς ἀδύτοις ὑπόγειος ᾠκηκέναι μαγεύειν παιδευόμενος ὑπὸ τῆς Ἴσιδος. Παγκράτην, ἔφη, λέγεις, ὁ Ἀρίγνωτος, ἐμὸν διδάσκαλον, ἱερὸν ἄνδρα, ἐξυρημένον, ἐν ὀθονίοις, νοήμονα, οὐ καθαρῶς ἑλληνίζοντα, ἐπιμήκη, σιμὸν, πρόχειλον, ὑπόλεπτον τὰ σκέλη. Αὐτὸν, ἦ δ' ὅς, ἐκεῖνον τὸν Παγκράτην· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἠγνόουν ὅστις ἦν, ἐπεὶ δὲ ἑώρων αὐτὸν, εἴ ποτε ὁρμίσαιμεν τὸ πλοῖον, ἄλλα τε πολλὰ τεράστια ἐργαζόμενον, καὶ δὴ καὶ ἐπὶ κροκοδείλων ὀχούμενον καὶ συννέοντα τοῖς θηρίοις, τὰ δὲ ὑποπτήσσοντα καὶ σαίνοντα ταῖς οὐραῖς, ἔγνων ἱερόν τινα ἄνθρωπον ὄντα, καὶ κατὰ μικρὸν φιλοφρονούμενος ἔλαθον ἑταῖρος αὐτῷ καὶ συνήθης γενόμενος, ὥστε πάντων ἐκοινώνει μοι τῶν ἀπορρήτων· καὶ τέλος πείθει με τοὺς μὲν οἰκέτας ἅπαντας ἐν τῇ Μέμφιδι καταλιπεῖν, αὐτὸν δὲ μόνον ἀκολουθεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ γὰρ ἀπορήσειν ἡμᾶς τῶν διακονησομένων. Καὶ τὸ μετὰ τοῦτο οὕτω διήγομεν.

35. Ἐπειδὴ δὲ ἔλθοιμεν εἴς τι καταγώγιον, λαβὼν ἂν ὁ ἀνὴρ τὸν μοχλὸν τῆς θύρας ἢ τὸ κόρηθρον ἢ καὶ τὸ ὕπερον περιβαλὼν ἱματίοις ἐπειπών τινα ἐπῳδὴν ἐποίει βαδίζειν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄνθρωπον εἶναι δοκοῦντα· τὸ δὲ ἀπελθὸν ὕδωρ τε ἀπήντλει καὶ ὠψώνει καὶ ἐσκεύαζε καὶ ἐς πάντα δεξιῶς ὑπηρέτει καὶ διηκονεῖτο ἡμῖν· εἶτα δὲ ἐπειδὴ ἅλις ἔχοι τῆς διακονίας, αὖθις κόρηθρον τὸ κόρηθρον ἢ ὕπερον τὸ ὕπερον ἄλλην ἐπῳδὴν ἐπειπὼν ἐποίει ἄν. Τοῦτο ἐγὼ πάνυ ἐσπουδακὼς οὐκ εἶχον ὅπως ἐκμάθοιμι παρ' αὐτοῦ· ἐβάσκαινε γὰρ αὐτοῦ, καίτοι πρὸς τὰ ἄλλα προχειρότατος ὤν. Μιᾷ δέ ποτε ἡμέρᾳ λαθὼν ἐπήκουσα τῆς ἐπῳδῆς, ἦν δὲ τρισύλλαβος, σχεδὸν ἐν σκοτεινῷ ὑποστάς. Καὶ ὁ μὲν ᾤχετο ἐς τὴν ἀγορὰν ἐντειλάμενος τῷ ὑπέρῳ ἃ ἔδει ποιεῖν.

36. Ἐγὼ δὲ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐκείνου τι κατὰ τὴν ἀγορὰν πραγματευομένου λαβὼν τὸ ὕπερον σχηματίσας, ὁμοίως ἐπειπὼν τὰς συλλαβὰς, ἐκέλευον ὑδροφορεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἐμπλησάμενος τὸν ἀμφορέα ἐκόμισε, Πέπαυσο, ἔφην, καὶ μηκέτι ὑδροφόρει, ἀλλ' ἴσθι αὖθις ὕπερον· τὸ δὲ οὐκέτι μοι πείθεσθαι ἤθελεν, ἀλλ' ὑδρο-

33. Ego autem vobis etiam aliud quid enarrabo, quod mihi usu venit, non auditum ab alio: fortasse enim tu quoque, Tychiade, audiens vi quadam ad narrationis veritatem adigaris. Quum in Ægypto viverem juvenis adhuc, doctrinæ causa eo missus a patre, cupido incessit animum, Coptum inde adversò flumine petere, ad Memnonem audiendum, mirabiles illos sonos oriente sole edentem. Atque illius quidem audivi, non, ut vulgus, vocem nullius sensus; sed oraculum mihi ipse aperto ore Memnon reddidit versibus septem, ac nisi supervacaneum esset, ipsos vobis recitarem versus.

34. In reditu autem navigabat forte nobiscum homo Memphiticus, de sacris scribis unus, sapientia admirabili et doctrinæ omnis Ægyptiorum consultus: dicebatur autem tres et viginti annos in adytis sub terra habitasse, magicis artibus dum instruitur ab Iside. Pancratem dicis, inquit Arignotus, meum præceptorem, virum divinum, rasum, linea indutum, cogitabundum, non pure loquentem græce, procerum, simum, labiosum, extenuatis cruribus. Ipsum illum, inquit, Pancratem. Ac primo quidem, qui esset, ignorabam: ubi vero videbam illum, si quando appelleremus navigium, quum alia multa prodigiose facere, tum inequitare crocodilis, et natare inter belluas, has vero illi se submittere et adulari caudis, divinum quendam hominem esse agnovi; et quum paulatim in illius me amicitiam insinuarem, opinione celerius sodalis ipsius ac familiaris factus sum. Itaque omnia mihi impertiebat arcana, et tandem persuadet mihi, ut, servis omnibus Memphi relictis, solus ipse se sequar; neque enim defuturos nobis ministros. Ac postea ita vivebamus.

35. Tum quoties in stabulum quoddam veneramus, sumtum ille vir vectem de janua, aut scopas, aut pistillum adeo vestibus induebat, et carmine quodam pronunciato, ut in cederet efficiebat et ut aliis omnibus homo esse videretur: isque abiens et aquam hauriebat, et obsonabat, parabatque cibos, omnibusque in rebus dextre operam nobis dabat ministrabatque. Tum ubi satis ministerio illius usus esset, rursus scopas scopas, aut pistillum pistillum carmine alio pronunciato reddidit. Hoc ego maximo studio non potui tamen impetrare ab eo ut discerem; in hoc enim invidebat, licet ad alia esset promtissimus. At certo tandem die clanculum sublegi incantationem (erat vero trium syllabarum), prope astans in angulo tenebricoso. Atque ille in forum abiit, quum præcepisset pistillo quid facto opus esset.

36. Ego vero postridie illius diei, ipso aliquid in foro negotii habente, sumo pistillum, exornatumque, dictis similiter syllabis istis, aquam afferre jubeo. Quum vero plenam amphoram attulisset, Desine, inquam, neve amplius affer aquam, sed rursus esto pistillus. At ille non amplius parere mihi voluit, verum afferre aquam perrexit, donec aqua

φόρει ἀεὶ, ἄχρι δὴ ἐνέπλησεν ἡμῖν ὕδατος τὴν οἰκίαν ἐπαντλοῦν. Ἐγὼ δὲ ἀμηχανῶν τῷ πράγματι — ἐδεδίειν γὰρ μὴ ὁ Παγκράτης ἐπανελθὼν ἀγανακτήσῃ, ὅπερ καὶ ἐγένετο — ἀξίνην λαβὼν διακόπτω τὸ ὕπερον εἰς δύο μέρη· τὰ δὲ, ἑκάτερον τὸ μέρος, ἀμφορέας λαβόντα ὑδροφόρει καὶ ἀνθ' ἑνὸς δύο μοι ἐγένοντο ὑδροφόροι. Ἐν τούτῳ καὶ ὁ Παγκράτης ἐφίσταται καὶ συνεὶς τὸ γενόμενον ἐκεῖνα μὲν αὖθις ἐποίησε ξύλα, ὥσπερ ἦν πρὸ τῆς ἐπῳδῆς, αὐτὸς δὲ ἀπολιπών με λαθὼν οὐκ οἶδ' ὅποι ἀφανὴς ᾤχετο ἀπιών. Νῦν οὖν, ἔφη ὁ Δεινόμαχος, οἶσθα κἂν ἐκεῖνο, ἄνθρωπον ποιεῖν ἐκ τοῦ ὑπέρου; Νὴ Δί', ἦ δ' ὅς, ἐξ ἡμισείας γε· οὐκέτι γὰρ εἰς τὸ ἀρχαῖον οἷόν τέ μοι ἄγειν αὐτὸ, ἢν ἅπαξ γένηται ὑδροφόρος, ἀλλὰ δεήσει ἡμῖν ἐπικλυσθῆναι τὴν οἰκίαν ἐπαντλουμένην.

37. Οὐ παύεσθε, ἦν δ' ἐγὼ, τὰ τοιαῦτα τερατολογοῦντες γέροντες ἄνδρες; εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ κἂν τῶν μειρακίων τούτων ἕνεκα εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπερβάλλεσθε τὰς παραδόξους ταύτας καὶ φοβερὰς διηγήσεις, μή πως λάθωσιν ἡμῖν ἐμπλησθέντες δειμάτων καὶ ἀλλοκότων μυθολογημάτων. Φείδεσθαι οὖν χρὴ αὐτῶν μηδὲ τοιαῦτα ἐθίζειν ἀκούειν, ἃ διὰ παντὸς τοῦ βίου ἐνοχλήσει συνόντα καὶ ψοφοδεεῖς ποιήσει ποικίλης τῆς δεισιδαιμονίας ἐμπιπλάντα.

38. Εὖ γε ὑπέμνησας, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, εἰπὼν τὴν δεισιδαιμονίαν. Τί γάρ σοι, ὦ Τυχιάδη, περὶ τῶν τοιούτων δοκεῖ, λέγω δὴ χρησμῶν καὶ θεσφάτων καὶ ὅσα θεοφορούμενοί τινες ἀναβοῶσιν ἢ ἐξ ἀδύτων ἀκούεται ἢ παρθένος ἔμμετρα φθεγγομένη προθεσπίζει τὰ μέλλοντα; ἢ δηλαδὴ καὶ τοῖς τοιούτοις ἀπιστήσεις; Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν καὶ δακτύλιόν τινα ἱερὸν ἔχω Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου εἰκόνα ἐκτυπούσης τῆς σφραγῖδος καὶ οὗτος ὁ Ἀπόλλων φθέγγεται πρὸς ἐμὲ, οὐ λέγω, μή σοι ἄπιστα δόξω περὶ ἐμαυτοῦ μεγαλαυχεῖσθαι· ἃ δὲ ἐν Ἀμφιλόχου γε ἤκουσα ἐν Μαλλῷ, τοῦ ἥρωος ὕπαρ διαλεχθέντος μοι καὶ συμβουλεύσαντος ὑπὲρ τῶν ἐμῶν καὶ ἃ εἶδον αὐτὸς, ἐθέλω ὑμῖν εἰπεῖν, εἶτα ἑξῆς ἃ ἐν Περγάμῳ εἶδον καὶ ἤκουσα ἐν Πατάροις· ὁπότε γὰρ ἐξ Αἰγύπτου ἐπανῄειν οἴκαδε ἀκούων τὸ ἐν Μαλλῷ τοῦτο μαντεῖον ἐπιφανέστατόν τε καὶ ἀληθέστατον εἶναι καὶ χρᾶν ἐναργῶς πρὸς ἔπος ἀποκρινόμενον οἷς ἂν ἐγγράψας τις εἰς τὸ γραμματεῖον παραδῷ τῷ προφήτῃ, καλῶς ἂν ἔχειν ἡγησάμην ἐν παράπλῳ πειραθῆναι τοῦ χρηστηρίου καί τι περὶ μελλόντων συμβουλεύσασθαι τῷ θεῷ.

39. Ταῦτα ἔτι τοῦ Εὐκράτους λέγοντος ἰδὼν οἷ τὸ πρᾶγμα προχωρήσειν ἔμελλε καὶ ὡς οὐ περὶ μικρᾶς ἐνήρχετο τῆς περὶ τὰ χρηστήρια τραγῳδίας, οὐ δοκεῖν οἰηθεὶς δεῖν μόνος ἀντιλέγειν ἅπασιν, ἀπολιπὼν αὐτὸν ἔτι διαπλέοντα ἐξ Αἰγύπτου εἰς τὴν Μαλλόν — καὶ γὰρ συνίειν ὅτι μοι ἄχθονται παρόντι καθάπερ ἀντισοφιστῇ τῶν ψευσμάτων — Ἀλλ' ἐγὼ ἄπειμι, ἔφην, Λεόντιχον ἐπιζητήσων· δέομαι γὰρ αὐτῷ τι συγγενέσθαι. Ὑμεῖς δὲ ἐπεὶ οὐχ ἱκανὰ ἡγεῖσθε τὰ ἀνθρώπινα εἶναι, καὶ

haurienda domum opplevisset. Ego consilii inops (metuebam enim ne ægre ferret rediens Pancrates, quod etiam factum est), securi arrepta bifariam pistillum disseco. Sed utraque illa pars, captis amphoris, aquam ferebat, ac pro uno duo mihi jam erant ministri. Inter hæc adest Pancrates, intellectoque quid actum esset, illos iterum ligna fecit, ut ante incantationem fuerant; ipse vero clam me relicto, subduxit se nescio quorsum, et conspici desiit. Nunc igitur, inquit Dinomachus, adhuc illud nosti certe, hominem facere ex pistillo? Per Jovem, inquit, ex dimidia quidem parte: Neque enim licet mihi in pristinam eum formam reducere, quum semel factus est aquarius: sed elueretur nobis illo semper hauriente domus.

37. Non desinitis, inquam, talia portenta loqui senes viri? sin minus, at certe horum adolescentulorum causa in aliud tempus differte incredibiles istas horribilesque narrationes, ne sensim impleantur nobis terroribus et absurdis fabulis. Parcere igitur illis oportet, neque assuefacere talibus audiendis, quæ per totam vitam turbabunt illos retenta, animo et ad unumquemque strepitum meticulosos facient, variaque superstitione implebunt.

38. Recte me mones, inquit Eucrates, superstitionem dum nominas. Quid enim, Tychiade, de talibus tibi videtur, de oraculis dico, et vocibus, et quæ a deo agitati quidam proclamant, aut audiuntur ex adytis, aut virgo versibus devincta loquens futura significat? nimirum etiam talibus fidem negabis? Ego vero esse mihi sacrum quendam anulum, cujus sigillum Pythii Apollonis imaginem exprimat, eumque Apollinem mihi loqui non dico, ne tibi incredibilia de me ipse gloriari videar: quæ vero in Amphilochi templo audivi, Malli, heroe in somnis mecum loquente et de rebus mihi meis consulente, quæque ipse vidi, dicere vobis volo; tum deinceps, quæ Pergami vidi, et audivi Pataris. Quum enim ex Ægypto domum redirem, audito illud Malli oraculum illustrissimum esse verissimumque, et dilucida fundere oracula, dum ad verbum respondeat his quæ in tabellis scripta prophetæ tradat aliquis, optimum factu putatabam, ut in transitu tentarem oraculum, et de futuris aliquid deliberarem cum deo.

39. Hæc adhuc dicente Eucrate, quum viderem quorsum res evasura esset, utque inciperet non parvam illam oraculorum tragœdiam; ratus non decere me solum contradicere omnibus, relicto illo navigante adhuc ex Ægypto Mallum versus (etenim sentiebam illos præsentiam meam gravari, ut qui contra illorum mendacia disputarem), Ego vero, inquam, discedo requisiturus Leontichum: etenim illo mihi convento opus est. Vos vero, quando quidem satis vobis non esse humana putatis, ipsos jam vocate deos, fabulo-

αὐτοὺς ἤδη τοὺς θεοὺς καλεῖτε συνεπιληψομένους ὑμῖν τῶν μυθολογουμένων· καὶ ἅμα λέγων ἐξῄειν. Οἱ δὲ ἄσμενοι ἐλευθερίας λαβόμενοι εἱστίων, ὡς τὸ εἰκὸς, αὐτοὺς καὶ ἐνεφοροῦντο τῶν ψευσμάτων.

Τοιαῦτά σοι, ὦ Φιλόκλεις, παρὰ Εὐκράτει ἀκούσας ἥκω νὴ τὸν Δία ὥσπερ οἱ τοῦ γλεύκους πιόντες ἐμπεφυσημένος τὴν γαστέρα ἐμέτου δεόμενος. Ἡδέως δ' ἄν ποθεν ἐπὶ πολλῷ ἐπριάμην ληθεδανόν τι φάρμακον ὧν ἤκουσα, ὡς μή τι κακὸν ἐργάσηταί με ἡ μνήμη αὐτῶν ἐνοικουροῦσα· τέρατα γοῦν καὶ δαίμονας καὶ Ἑκάτας ὁρᾶν μοι δοκῶ.

40. ΦΙΛ. Καὶ αὐτὸς, ὦ Τυχιάδη, τοιοῦτόν τι ἀπέλαυσα τῆς διηγήσεως· φασί γέ τοι μὴ μόνον λυττᾶν καὶ τὸ ὕδωρ φοβεῖσθαι ὁπόσους ἂν οἱ λυττῶντες κύνες δάκωσιν, ἀλλὰ κἄν τινα ὁ δηχθεὶς ἄνθρωπος δάκῃ, ἴσα τῷ κυνὶ δύναται τὸ δῆγμα, καὶ τὰ αὐτὰ κἀκεῖνος φοβεῖται. Καὶ σὺ τοίνυν ἔοικας αὐτὸς ἐν Εὐκράτους δηχθεὶς ὑπὸ πολλῶν ψευσμάτων μεταδεδωκέναι κἀμοὶ τοῦ δήγματος· οὕτω δαιμόνων μοι τὴν ψυχὴν ἐνέπλησας.

ΤΥΧ. Ἀλλὰ θαρρῶμεν, ὦ φιλότης, μέγα τῶν τοιούτων ἀλεξιφάρμακον ἔχοντες τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι λόγον ὀρθὸν, ᾧ χρωμένους ἡμᾶς οὐδὲν μὴ ταράξῃ τῶν κενῶν καὶ ματαίων τούτων ψευσμάτων.

sarum disputationum vestrarum adjutores; et cum dicto exivi. Illi vero libertatem eam lubenter arripientes, tanquam epulis, ut credibile est, se tractarunt invicem et ingurgitarunt mendaciis.

Talibus tibi, Philocles, apud Eucratem auditis venio, ut qui mustum biberunt, ventre inflato, vomitorii indigens. Lubens autem alicunde et magno emerim medicamentum oblivionem indueens eorum quæ audivi, ne quid mali mihi faciat in me residens illorum memoria : portenta enim, et dæmones, et Hecatas videre mihi videor.

40. PHIL. Ipse etiam ego, Tychiade, tale quid de narratione tua abstuli. Dicunt certe, non solum insanire et aquam metuere quos canes rabiosi momorderint; sed etiam, si quem homo morsus mordeat, eandem quam canis vim habere illum morsum, eademque illum quoque metuere. Et tu igitur morsus in Eucratis domo a multis mendaciis, mihi videris aliquid illius morsus impertiisse; ita dæmonibus mihi mentem opplevisti.

TYCH. Sed bono simus animo, amice, magnum talibus noxis depellendis remedium habentes, veritatem et rectam in omnibus rationem; qua dum utimur, nos de vanis hisce atque inanibus mendaciis nullum turbabit.

LIII.

* ΙΠΠΙΑΣ Η ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ.

1. Τῶν σοφῶν ἐκείνους μάλιστα ἔγωγέ φημι δεῖν ἐπαινεῖν, ὁπόσοι μὴ λόγους μόνον δεξιοὺς παρέσχοντο ὑπὲρ τῶν πραγμάτων ἑκάστων, ἀλλὰ καὶ ἔργοις ὁμοίοις τὰς τῶν λόγων ὑποσχέσεις ἐπιστώσαντο. Καὶ γὰρ τῶν ἰατρῶν ὅ γε νοῦν ἔχων οὐ τοὺς ἄριστα ὑπὲρ τῆς τέχνης εἰπεῖν δυναμένους μεταστελεῖται νοσῶν, ἀλλὰ τοὺς πρᾶξαί τι κατ' αὐτὴν μεμελετηκότας. Ἀμείνων δὲ καὶ μουσικὸς, οἶμαι, τοῦ διακρίνειν ῥυθμοὺς καὶ ἁρμονίας ἐπισταμένου ὁ καὶ ψῆλαι καὶ κιθαρίσαι αὐτὸς δυνάμενος. Τί γὰρ ἄν σοι τῶν στρατηγῶν λέγοιμι τοὺς εἰκότως ἀρίστους κριθέντας, ὅτι οὐ τάττειν μόνον καὶ παραινεῖν ἦσαν ἀγαθοὶ, ἀλλὰ καὶ προμάχεσθαι τῶν ἄλλων καὶ χειρὸς ἔργα ἐπιδείκνυσθαι; οἷον τῶν πάλαι μὲν Ἀγαμέμνονα καὶ Ἀχιλλέα, τῶν κάτω δὲ τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Πύρρον ἴσμεν γεγονότας.

2 Πρὸς δὴ τί ταῦτ' ἔφην; οὐ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος ἐπεμνήσθην αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν μηχανικῶν ἐκείνους ἄξιον θαυμάζειν, ὁπόσοι ἐν τῇ θεωρίᾳ λαμπροὶ γενόμενοι καὶ μνημόσυνα ὅμως τῆς τέχνης καὶ πράγματα τοῖς μετ' αὐτοὺς κατέλιπον· ἐπεὶ οἵ γε τοῖς λόγοις μόνοις ἐγγεγυμνασμένοι σοφισταὶ ἂν εἰκότως μᾶλλον ἢ σοφοὶ καλοῖντο. Τοιοῦτον ἀκούομεν τὸν Ἀρχιμήδην γενέσθαι καὶ τὸν Κνίδιον Σώστρατον, τὸν μὲν Πτολεμαίῳ χειρωσάμενον τὴν

LIII.

* HIPPIAS SEU BALNEUM.

1. Eruditorum ex numero illos maxime laudandos aio equidem, quotquot non disputationes modo acutas de negotio unoquoque attulerunt, sed operibus similibus firmarunt promissiones verborum. Etenim de medicis, si quis sapiat ægrotus, non eos arcesset qui optime dicere de arte possunt, sed qui ad præstandum aliquid illa arte sese studiose paraverint. Melior etiam musicus, arbitror, eo qui numeros et harmonias norit discernere, ille fuerit qui cantare etiam et citharam pulsare ipse possit. Quid enim duces tibi narrem qui merito suo optimi judicati sunt, non in ordinanda modo acie et adhortandis militibus præstantes, sed eo etiam quod in prima acie pugnarent et manu rem gererent? qualem ex antiquis Agamemnonem atque Achillem, sequioris autem ætatis Alexandrum et Pyrrhum fuisse cognovimus.

2. Quorsum vero ista dixi? non enim temere illorum mentionem feci, ut historiæ peritum me ostenderem, sed ut docerem inter mechanicos quoque admiratione dignos esse quotquot scientia et ratione clari, tamen etiam monumenta artis et opera posteris reliquere : quandoquidem sola in disputatione exercitati, sophistæ potius quam sapientes dici meruerint. Talem audimus Archimedem fuisse, et Cnidium Sostratum, quorum hic Ptolemæo subegerit Mem-

Μέμφιν ἄνευ πολιορκίας ἀποστροφῇ καὶ διαιρέσει τοῦ ποταμοῦ, τὸν δὲ τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις καταφλέξαντα τῇ τέχνῃ. Καὶ Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος πρὸ αὐτῶν ὑποσχόμενος Κροίσῳ ἄβροχον διαβιβάσειν τὸν στρατὸν ἐπινοίᾳ κατόπιν τοῦ στρατοπέδου μιᾷ νυκτὶ τὸν Ἅλυν περιήγαγεν, οὐ μηχανικὸς οὕτος γενόμενος, σοφὸς δὲ καὶ ἐπινοῆσαι καὶ συνεῖναι πιθανώτατος. Τὸ μὲν γὰρ τοῦ Ἐπειοῦ καὶ πάνυ ἀρχαῖον, ὅς οὐ μόνον τεχνήσασθαι τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν ἵππον, ἀλλὰ καὶ συγκαταβῆναι αὐτοῖς ἐς αὐτὸν λέγεται.

3. Ἐν δὴ τούτοις καὶ Ἱππίου τουτουὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς μεμνῆσθαι ἄξιον, ἀνδρὸς λόγοις μὲν παρ' ὅντινα βούλει τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγυμνασμένου καὶ συνεῖναί τε ὀξέος καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφεστάτου, τὰ δὲ ἔργα πολὺ τῶν λόγων ἀμείνω παρεχομένου καὶ τὴν τῆς τέχνης ὑπόσχεσιν ἀποπληροῦντος, οὐκ ἐν τοιαύταις μὲν ὑποσχέσεσιν ἐν αἷς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενέσθαι ηὐτύχησαν, κατὰ δὲ τὸν γεωμετρικὸν λόγον ἐπὶ τῆς δοθείσης, φασίν, εὐθείας τὸ τρίγωνον ἀκριβῶς συνισταμένου. Καίτοι τῶν γε ἄλλων ἕκαστος ἕν τι τῆς ἐπιστήμης ἔργον ἀποτεμόμενος ἐν ἐκείνῳ εὐδοκιμήσας εἶναί τις ὅμως ἔδοξεν, ὁ δὲ μηχανικῶν τε ὢν τὰ πρῶτα καὶ γεωμετρικῶν, ἔτι δὲ ἁρμονικῶν καὶ μουσικῶν φαίνεται, καὶ ὅμως ἕκαστον τούτων οὕτως ἐντελῶς δείκνυσιν ὡς ἓν αὐτὸ μόνον ἐπιστάμενος· τὴν μὲν γὰρ περὶ ἀκτίνων καὶ ἀνακλάσεων καὶ κατόπτρων θεωρίαν, ἔτι δὲ ἀστρονομίαν, ἐν ᾗ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν, οὐκ ὀλίγου χρόνου ἂν εἴη ἐπαινεῖν.

4. Ἃ δὲ ἔναγχος ἰδὼν αὐτοῦ τῶν ἔργων κατεπλάγην, οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν· κοινὴ μὲν γὰρ ἡ ὑπόθεσις καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ πάνυ πολλή, βαλανείου κατασκευή· περίνοια δὲ καὶ ἐν τῷ κοινῷ τούτῳ σύνεσις θαυμαστή. Τόπος μὲν ἦν οὐκ ἐπίπεδος, ἀλλὰ πάνυ προσάντης καὶ ὄρθιος, ὃν παραλαβὼν κατὰ θάτερα εἰς ὑπερβολὴν ταπεινόν, ἰσόπεδον θατέρῳ ἀπέφηνε, κρηπῖδα μὲν βεβαιοτάτην ἅπαντι τῷ ἔργῳ βαλόμενος καὶ θεμελίων θέσει τὴν τῶν ἐπιτιθεμένων ἀσφάλειαν ἐμπεδωσάμενος, ὕψεσι δὲ πάνυ ἀποτόμοις καὶ πρὸς ἀσφάλειαν συνεχομένοις τὸ ὅλον κρατυνάμενος· τὰ δὲ ἐποικοδομηθέντα τῷ τε τοῦ τόπου μεγέθει σύμμετρα καὶ τῷ εὐλόγῳ τῆς κατασκευῆς ἁρμοδιώτατα καὶ τὸν τῶν φώτων λόγον φυλάττοντα.

5. Πυλὼν μὲν ὑψηλὸς ἀναβάσεις πλατείας ἔχων, ὕπτιος μᾶλλον ἢ ὄρθιος πρὸς τὴν τῶν ἀνιόντων εὐμάρειαν· εἰσιόντα δὲ τοῦτον ἐκδέχεται κοινὸς οἶκος εὐμεγέθης, ἱκανὴν ἔχων ὑπηρέταις καὶ ἀκολούθοις διατριβήν, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῶν εἰς τρυφὴν παρεσκευασμένων οἰκημάτων· βαλανείῳ δ' οὖν καὶ ταῦτα πρεπωδέστατα, χαρίεσσαι καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσεις. Εἶτ' ἐχόμενος αὐτῶν οἶκος, περιττὸς μὲν ὡς πρὸς τὸ λουτρόν, ἀναγκαῖος δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν εὐδαιμονεστέρων ὑποδοχήν. Μετὰ δὲ τοῦτον ἑκατέρωθεν διαρκεῖς τοῖς ἀποδυομένοις ἀποθέσεις, καὶ μέσος οἶκος ὕψει τε ὑψηλότατος καὶ φωτὶ φαιδρότατος, ψυχροῦ

phin, sine obsidione, aversione sola ac divisione fluvii; ille vero triremes hostium arte sua combusserit. Atque ante hos Milesius Thales, quum promisisset Crœso se siccum trajecturum exercitum, commento quodam a tergo castrorum intra unam noctem circumduxit Halyn; non quod ipse machinandi artifex esset, sed homo prudens ad excogitandum, et in sermone vehementer probabilis. Nam illud de Epeo antiquum nimis, qui non tantum machinatus esse Achivis equum, sed etiam cum reliquis descendisse in illum dicitur.

3. In his igitur Hippiæ quoque hujus, qui nostra ætate fuit, mentionem injicere æquum est, viri literarum exercitatione cuivis antiquorum comparandi, ad intelligendum acuti, disertissimi in explicando, opera autem verbis multo meliora præstantis, et artis suæ professionem implentis, non in talibus modo argumentis in quibus bona fortuna superiores jam versati sunt; sed, ex geometrico proverbio, in data quacumque recta triangulum accurate construentis. Atqui reliquorum unusquisque, si in uno quodam artis opere sibi desumto bene rem gessit, tamen esse aliquid visus est: hunc vero et mechanicorum principem et geometrarum, præterea harmonicorum musicorumque esse apparet; et tamen unumquodque horum adeo perfecte præstat, quasi illud ipsum unum modo sciret: nam ejus scientiam de radiis et refractionibus et speculis, insuper etiam astronomiam, in qua effecit ut pueri videantur superiores, laudare non parvi temporis fuerit.

4. Quæ vero illius opera nuper cum stupore viderim, enarrare non pigrabor. Argumentum quidem commune est et in vita nostra satis frequens, balnei ædificatio, at ingenium et intelligentia in re ita vulgari admirabilis. Locus erat non æquabilis planitiei, sed acclivis admodum et erectus; quem quum accepisset ab una parte vehementer humilem, solo alterius æquavit, subjecta toti operi firmissima crepidine, eorumque quæ imponenda erant securitate positis rite fundamentis stabilita; altitudinibus autem præruptis valde et ad securitatem continuis totum opus roboravit. Quæ porro inædificavit, ea quum ad loci magnitudinem congruunt, tum propter observatam in tota structura proportionem maxime sunt concinna, et respondentem sibi fenestrarum rationem servant.

5. Porta alta, gradus ad ascendendum latos habens, supina magis est quam ardua, ad ascendentium commoditatem. Per hanc qui ingressus fuerit, eum excipit œcus communis, bene magnus, ubi morari commode pedissequi et ministri possint, situs ad sinistram paratorum ad delicias cubiculorum: nam balneo etiam hæc pulchre conveniunt, secessus jucundi et multo lumine collustrati. Tum continens illis œcus, supervacaneus ille quidem quantum ad balneum, at necessarius, quatenus beatis hominibus recipiendis destinatus est. Post hunc ab utraque parte, quæ sufficiant exuere se volentibus, spoliaria; et medius inter ea œcus altissimus et multa luce lætissimus, aquæ

ὕδατος ἔχων τρεῖς κολυμβήθρας, Λακαίνῃ λίθῳ κεκοσμημένος, καὶ εἰκόνες ἐν αὐτῷ λίθου λευκοῦ τῆς ἀρχαίας ἐργασίας, ἡ μὲν Ὑγιείας, ἡ δὲ Ἀσκληπιοῦ.

6. Εἰσελθόντας δὲ ὑποδέχεται ἠρέμα χλιαινόμενος οἶκος οὐκ ἀπηνεῖ τῇ θέρμῃ προαπαντῶν, ἐπιμήκης, ἀμφιστρόγγυλος, μεθ' ὃν ἐν δεξιᾷ οἶκος εὖ μάλα φαιδρὸς, ἀλείψασθαι προσηνῶς παρεχόμενος, ἑκατέρωθεν εἰσόδους ἔχων Φρυγίῳ λίθῳ κεκαλλωπισμένας, τοὺς ἀπὸ παλαίστρας εἰσιόντας δεχόμενος. Εἶτ' ἐπὶ τούτῳ ἄλλος οἶκος οἴκων ἁπάντων κάλλιστος, στῆναί τε καὶ ἐγκαθίζεσθαι προσηνέστατος καὶ ἐμβραδῦναι ἀβλαβέστατος καὶ ἐγκυλίσασθαι ὠφελιμώτατος, Φρυγίου καὶ αὐτὸς εἰς ὀροφὴν ἄκραν ἀποστίλβων. Ἑξῆς δὲ ὁ θερμὸς ὑποδέχεται διάδρομος Νομάδι λίθῳ διακεκολλημένος. Ὁ δὲ ἔνδον οἶκος κάλλιστος, φωτός τε πολλοῦ ἀνάμεστος καὶ ὡς πορφύρᾳ διηνθισμένος.

7. Τρεῖς καὶ οὗτος θερμὰς πυέλους παρέχεται. Λουσαμένῳ δὲ ἔνεστί σοι μὴ τὴν διὰ τῶν αὐτῶν οἴκων αὖθις ἐπανιέναι, ἀλλὰ ταχεῖαν τὴν ἐπὶ τὸ ψυχρὸν δι' ἠρέμα θερμοῦ οἰκήματος, καὶ ταῦτα πάντα ὑπὸ φωτὶ μεγάλῳ καὶ πολλῇ τῇ ἔνδον ἡμέρᾳ. Ὕψη πρὸς τούτοις ἀνάλογα καὶ πλάτη τοῖς μήκεσι σύμμετρα καὶ πανταχοῦ πολλὴ χάρις καὶ Ἀφροδίτη ἐπανθεῖ· κατὰ γὰρ τὸν καλὸν Πίνδαρον, «ἀρχομένου ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές.» Τοῦτο δ' ἂν εἴη ἐκ τῆς αὐγῆς μάλιστα καὶ τοῦ φέγγους καὶ τῶν φωταγωγῶν μεμηχανημένον. Ὁ γὰρ σοφὸς ὡς ἀληθῶς Ἱππίας τὸν μὲν ψυχροδόχον οἶκον εἰς βορρᾶν προκεχωρηκότα ἐποίησεν, οὐκ ἄμοιρον οὐδὲ τοῦ μεσημβρινοῦ ἀέρος· τοὺς δὲ πολλοῦ τοῦ θάλπους δεομένους νότῳ καὶ εὔρῳ καὶ ζεφύρῳ ὑπέθηκε.

8. Τί ἄν σοι τὸ ἐπὶ τούτῳ λέγοιμι παλαίστρας καὶ τὰς κοινὰς τῶν ἱματιοφυλακούντων κατασκευὰς ταχεῖαν τὴν ἐπὶ τὸ λουτρὸν καὶ μὴ διὰ μακροῦ τὴν ὁδὸν ἐχούσας τοῦ χρησίμου τε καὶ ἀβλαβοῦς ἕνεκα; Καὶ μή με ὑπολάβῃ τις μικρὸν ἔργον προθέμενον κοσμεῖν τῷ λόγῳ προαιρεῖσθαι· τὸ γὰρ ἐν τοῖς κοινοῖς καινὰ ἐπινοῆσαι κάλλους δείγματα, οὐ μικρᾶς σοφίας ἔγωγε τίθεμαι, οἷον καὶ τόδε τὸ ἔργον ὁ θαυμάσιος ἡμῖν Ἱππίας ἐπεδείξατο πάσας ἔχον τὰς βαλανείου ἀρετὰς, τὸ χρήσιμον, τὸ εὔκαιρον, τὸ εὐφεγγὲς, τὸ σύμμετρον, τὸ τῷ τόπῳ ἡρμοσμένον, τὸ τὴν χρείαν ἀσφαλῆ παρεχόμενον, καὶ προσέτι τῇ ἄλλῃ περινοίᾳ κεκοσμημένον, ἀφόδων μὲν ἀναγκαίων δυσὶν ἀναχωρήσεσιν ἐξόδοις τε πολλαῖς τεθυρωμένον, ὡρῶν δὲ διττὰς δηλώσεις, τὴν μὲν δι' ὕδατος καὶ μυκήματος, τὴν δὲ δι' ἡλίου ἐπιδεικνύμενον. Ταῦτα ἰδόντα μὴ ἀποδοῦναι τὸν πρέποντα ἔπαινον τῷ ἔργῳ οὐκ ἀνοήτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀχαρίστου, μᾶλλον δὲ βασκάνου μοι εἶναι ἔδοξεν. Ἐγὼ μὲν οὖν εἰς δύναμιν καὶ τὸ ἔργον καὶ τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν ἠμειψάμην τῷ λόγῳ. Εἰ δὲ θεὸς παράσχοι καὶ λούσασθαί ποτε, πολλοὺς οἶδα ἕξων τοὺς κοινωνήσοντάς μοι τῶν ἐπαίνων.

---

frigidæ descensiones habens tres, Lacedæmonio lapide exornatus; ac statuæ in illo de candido lapide vetusti operis, Hygieæ una, altera Æsculapii.

6. Progressos excipit œcus leniter tepidus, non molesto calore occurrens, longus, utrimque rotundus; post quem in dextra parte hilaris admodum œcus, ungendi facultatem comiter præbens, accessus utrimque habens Phrygio lapide politos, intrantes de palæstra recipiens. Tum post hunc œcus alius, œcorum omnium pulcherrimus, ad stationes ac sessiones jucundissimus, ad commorandum minime noxius, ad volutationes commodissimus, Phrygio lapide et ipse ad summum usque tectum fulgens. Deinde transitus excipit calidus, Numidico lapide incrustatus. Interior deinde œcus pulcherrimus, luce multa plenus, et purpuræ instar floridus.

7. Tria hic quoque labra calida præbet. Quum vero laveris, licet tibi non per eosdem redire œcos, sed celeri via ad frigidam per conclave mediocriter calidum, idque in multa luce et multo intus die. Ad hæc altitudines congruentes, et latitudines longitudinibus pro portione respondentes, et multa ubique Gratia atque Venus enitet : etenim ex præclari Pindari præcepto, « Qui opus incipiunt, faciem ponant e longinquo fulgentem. » Hæc autem contigerit maxime, e splendore et luce et fenestris si quis machinetur. Sapiens enim vere Hippias œcum frigidarium ita fecit, ut in boream procurrat, nec meridiani tamen aeris expertem : eos autem qui tepore multo indigent, noto et euro atque zephyro subjecit.

8. Quid deinde tibi dicam palæstras, et communes eorum, qui vestes custodiunt, commorationes, celerem habentes ad lavacra nec per ambages transitum, utilitatis pariter causa et salubritatis? Et ne putet aliquis parvum me opus oratione exornandum suscepisse : in communibus enim excogitare nova pulchritudinis specimina, non parvæ sapientiæ esse arbitror equidem; quale sane hoc quoque opus nobis admirabilis ille Hippias produxit, quod omnes habeat virtutes balnei, utilitatem, opportunitatem, claritatem, proportionem; quod loci ingenio accommodatum sit, quod usum sui securum præbeat : insuper vero etiam reliqua cura instructum, sellarum familiaricarum duobus secessibus, et januis multis apertum; horarum gemina indicia, alterum per aquam et mugitum, alterum per solem exhibens. Hæc si quis viderit, neque dignam operi laudem tribuerit, ille non stupidus modo, sed ingratus etiam, vel invidus potius mihi videatur. Ego proinde pro viribus et opus et artificem atque perfectorem operis oratione remuneratus sum. Si vero deus præbuerit tandem ibi lavandi copiam, multos novi et alios in partem laudum mearum venturos.

LIV.

ΠΡΟΛΑΛΙΑ Ο ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

1. Ὅτε ὁ Διόνυσος ἐπ' Ἰνδοὺς στρατιὰν ἤλασε — κωλύει γὰρ οὐδὲν, οἶμαι, καὶ μῦθον ὑμῖν διηγήσασθαι Βακχικόν — φασὶν οὕτω καταφρονῆσαι αὐτοῦ τὰ πρῶτα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ ὥστε καταγελᾶν ἐπιόντος, μᾶλλον δὲ ἐλεεῖν τὴν τόλμαν αὐτίκα μάλα συμπατηθησομένου ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, εἰ ἀντιτάξαιτο· ἤκουον γὰρ, οἶμαι, τῶν σκοπῶν ἀλλόκοτα ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ ἀγγελλόντων, ὡς ἡ μὲν φάλαγξ αὐτῷ καὶ οἱ λόχοι γυναῖκες εἶεν ἔκφρονες καὶ μεμηνυῖαι, κιττῷ ἐστεμμέναι, νεβρίδας ἐνημμέναι, δοράτια μικρὰν ἔχουσαι, ἀσίδηρα, κιττοποίητα καὶ ταῦτα, καί τινα πελτάρια κοῦφα, βομβοῦντα, εἴ τις μόνον προσάψαιτο — ἀσπίσι γὰρ εἴκαζον καὶ τὰ τύμπανα — ὀλίγους δέ τινας ἀγροίκους νεανίσκους ἐκεῖναι γυμνοὺς, κόρδακα ὀρχουμένους, οὐρὰς ἔχοντας, κεράστας, οἷα τοῖς ἄρτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις ὑποφύεται.

2. Καὶ τὸν μὲν στρατηλάτην αὐτὸν ἐφ' ἅρματος ὀχεῖσθαι παρδάλεων ὑπεζευγμένων, ἀγένειον ἀκριβῶς, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον τὴν παρειὰν χνοῶντα, κερασφόρον, βότρυσιν ἐστεφανωμένον, μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον, ἐν πορφυρίδι καὶ χρυσῇ ἐμβάδι· ὑποστρατηγεῖν δὲ δύο, ἕνα μέν τινα βραχὺν, πρεσβύτην, ὑπόπαχυν, προγάστορα, ῥινόσιμον, ὦτα μεγάλα ὄρθια ἔχοντα, ὑπότρομον, νάρθηκι ἐπερειδόμενον, ἐπ' ὄνου τὰ πολλὰ ἱππεύοντα, ἐν κροκωτῷ καὶ τοῦτον, πάνυ πιθανόν τινα συνταγματάρχην αὐτοῦ· ἕτερον δὲ τεράστιον ἄνθρωπον, τράγῳ τὰ νέρθεν ἐοικότα, κομήτην τὰ σκέλη, κέρατα ἔχοντα, βαθυπώγωνα, ὀργίλον καὶ θυμικὸν, θατέρᾳ μὲν σύριγγα φέροντα, τῇ δεξιᾷ δὲ ῥάβδον καμπύλην ἐπηρμένον καὶ περισκιρτῶντα ὅλον τὸ στρατόπεδον, καὶ τὰ γύναια δὲ φοβεῖσθαι αὐτὸν καὶ σείειν ἠνεμωμένας τὰς κόμας, ὁπότε προσίοι, καὶ βοᾶν εὐοῖ· τοῦτο δ' εἰκάζειν καλεῖσθαι αὐτῶν τὸν δεσπότην. Τὰς δ' οὖν ποίμνας διηρπάσθαι ἤδη ὑπὸ τῶν γυναικῶν καὶ διεσπάσθαι ἔτι ζῶντα τὰ θρέμματα· ὠμοφάγους γάρ τινας αὐτὰς εἶναι.

3. Ταῦτα οἱ Ἰνδοὶ καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἀκούοντες ἐγέλων ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ οὐδ' ἀντεπεξάγειν ἢ παρατάττεσθαι ἠξίουν, ἀλλ' εἴπερ ἄρα, τὰς γυναῖκας ἐπαφήσειν αὐτοῖς, εἰ πλησίον γένοιντο, σφίσι δὲ καὶ νικᾶν αἰσχρὸν ἐδόκει καὶ φονεύειν γύναια μεμηνότα καὶ θηλυμίτρην ἄρχοντα καὶ μεθύον σμικρὸν γερόντιον καὶ ἡμιστρατιώτην ἄλλον καὶ γυμνῆτας ὀρχηστὰς, πάντας γελοίους. Ἐπεὶ δὲ ἤγγελτο πυρπολῶν ὁ θεὸς ἤδη τὴν χώραν καὶ πόλεις αὐτάνδρους καταφλέγων καὶ ἀνάπτων τὰς ὕλας καὶ ἐν βραχεῖ πᾶσαν τὴν Ἰνδικὴν φλογὸς ἐμπεπληκὼς — ὅπλον γάρ τοι Διονυσιακὸν τὸ πῦρ, πατρῷον αὐτῷ κἀκ τοῦ κεραυνοῦ — ἐνταῦθα ἤδη σπουδῇ ἀνελάμβανον τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἐπισάξαντες καὶ ἐγχαλινώσαντες καὶ τοὺς πύργους ἀναθέμενοι ἐπ' αὐτοὺς ἀν-

LIV.

PRÆFATIO. BACCHUS.

1. Quum exercitum contra Indos duceret Bacchus (nihil enim, opinor, prohibet etiam fabulam vobis enarrare Bacchicam), ita aiunt primo contemtum ab illis hominibus esse, ut adventantem deriderent, vel potius ipsius audaciæ misererentur, opinantes statim ab elephantis conculcatum iri, si aciem contra auderet instruere. Audierant enim, puto, exploratores absurda quædam de illius exercitu nunciantes, phalangem ipsi et ordines esse mulieres insanas et furentes, hedera coronatas, præcinctas hinnulorum pellibus, hastis parvis instructas, sine ferro, hedera ornatis et ipsis, ac levibus quibusdam parmulis, bombos, si quis modo attingeret, reddentibus; nempe clypeis assimulabant etiam tympana: paucos autem quosdam inter eos versari rusticos juvenes, nudos, saltantes cordacem, qui caudas haberent et corniculis instructi essent, qualia recens natis hædis subnascuntur.

2. Ac ducem quidem ipsum curru vehi junctis pardalibus, plane imberbem ac ne pauxilla quidem lanugine vestitum genas, cornutum, uvis coronatum, mitra revinctum comas, amictum purpura, et auro calceatum: sub ipso autem alios præesse duos, unum brevem, senem, crassiusculum, ventricosum, simum naribus, auribus longis et erectis, tremulum, innixum baculo, asino vehentem plerumque, crocota et ipsum indutum, denique congruentem plane agminis sub illo ductorem; alterum porro prodigiosum hominem, capro inferioribus partibus similem, cruribus hirsutis, cornutum, barba prolixa, iracundum et vehementem, qui altera manu ferens fistulam, dextra vero baculum incurvum intentans, exercitum totum circumsaltet; terreri autem ab illo mulierculas, jactare permissos ventis capillos ad illius adventum, et clamare Evoe; suspicari autem, hac voce appellari ab illis dominum. Greges porro jam direptos a mulieribus, et dilaceratas vivas adhuc pecudes; esse enim illas crudivoras.

3. Audientes ista Indi et rex illorum, ridebant, ut consentaneum est, neque contra educere exercitum aut aciem struere operæ pretium censebant; sed, si modo educendum esset, mulieres iis immittere placuit, si prope venissent; ipsis vero etiam vincere indecorum videbatur, et interficere mulieres furentes et mitratum muliebriter ducem, et ebrium parvum seniculum, et alium semimilitem, et saltatores nudos, ridiculos omnes. Quum vero nunciaretur jam igne vastare regionem deus, et cum ipsis hominibus cremare urbes, et silvas incendere, et Indiam universam brevi tempore implesse incendiis (nam Bacchi arma ignis, patrius illi et de fulmine), hic jam festinanter sumere arma, et instratis elephantis atque frenatis, impositisque in illos turribus, contra

τεπεξῄεσαν, καταφρονοῦντες μὲν καὶ τότε, ὀργιζόμενοι δὲ ὅμως καὶ συντρῖψαι σπεύδοντες αὐτῷ στρατοπέδῳ τὸν ἀγένειον ἐκεῖνον στρατηλάτην.

4. Ἐπεὶ δὲ πλησίον ἐγένοντο καὶ εἶδον ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἰνδοὶ προτάξαντες τοὺς ἐλέφαντας ἐπῆγον τὴν φάλαγγα, ὁ Διόνυσος δὲ τὸ μέσον μὲν αὐτὸς εἶχε, τοῦ κέρως δὲ αὐτῷ τοῦ δεξιοῦ μὲν ὁ Σειληνός, τοῦ εὐωνύμου δὲ ὁ Πὰν ἡγοῦντο· λοχαγοὶ δὲ καὶ ταξίαρχοι σάτυροι ἐγκαθειστήκεσαν· καὶ τὸ μὲν σύνθημα ἦν ἅπασι τὸ εὐοῖ. Εὐθὺς δὲ τὰ τύμπανα ἐπαταγεῖτο καὶ τὰ κύμβαλα τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινε καὶ τῶν σατύρων τις λαβὼν τὸ κέρας ἐπηύλει τὸ ὄρθιον καὶ ὁ τοῦ Σειληνοῦ ὄνος ἐνυάλιόν τι ὠγκήσατο καὶ αἱ Μαινάδες σὺν ὀλολυγῇ ἐνεπήδησαν αὐτοῖς δράκοντας ὑπεζωσμέναι κἀκ τῶν θύρσων ἄκρων ἀπογυμνοῦσαι τὸν σίδηρον. Οἱ Ἰνδοὶ δὲ καὶ ἐλέφαντες αὐτῶν αὐτίκα ἐγκλίναντες σὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἔφευγον οὐδ' ἐντὸς βέλους γενέσθαι ὑπομείναντες, καὶ τέλος κατὰ κράτος ἑαλώκεσαν καὶ αἰχμάλωτοι ἀπήγοντο ὑπὸ τῶν τέως καταγελωμένων, ἔργῳ μαθόντες ὡς οὐκ ἐχρῆν ἀπὸ τῆς πρώτης ἀκοῆς καταφρονεῖν ξένων στρατοπέδων.

5. Ἀλλὰ τί πρὸς τὸν Διόνυσον ὁ Διόνυσος οὗτος; εἴποι τις ἄν. Ὅτι μοι δοκοῦσι — καὶ πρὸς Χαρίτων μή με κορυβαντιᾶν ἢ τελέως μεθύειν ὑπολάβητε, εἰ τἀμὰ εἰκάζω τοῖς θεοῖς — ὅμοιόν τι πάσχειν οἱ πολλοὶ πρὸς τοὺς καινοὺς τῶν λόγων τοῖς Ἰνδοῖς ἐκείνοις οἷον καὶ πρὸς τοὺς ἐμούς· οἰόμενοι γὰρ σατυρικὰ καὶ γελοῖά τινα καὶ κομιδῇ κωμικὰ παρ' ἡμῶν ἀκούσεσθαι τοιαῦτα πεπιστεύκασιν, οὐκ οἶδ' ὅ τι δόξαν αὐτοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ· οἱ μὲν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀφικνοῦνται, ὡς οὐδὲν δέον παρέχειν τὰ ὦτα κώμοις γυναικείοις καὶ σκιρτήμασι σατυρικοῖς καταβάντας ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων, οἱ δὲ ὡς ἐπὶ τοιοῦτό τι ἥκοντες ἀντὶ τοῦ κιττοῦ σίδηρον εὑρόντες οὐδ' οὕτως ἐπαινεῖν τολμῶσι τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος τεθορυβημένοι. Ἀλλὰ θαρρῶν ἐπαγγέλλομαι αὐτοῖς, ὅτι ἦν καὶ νῦν ὡς πρότερόν ποτε τὴν τελετὴν ἐθελήσωσιν ἐπιδεῖν πολλάκις καὶ ἀναμνησθῶσιν οἱ παλαιοὶ συμπόται κώμων κοινῶν τῶν τότε καιρῶν καὶ μὴ καταφρονήσωσι τῶν σατύρων καὶ Σειληνῶν, πίωσι δὲ ἐς κόρον τοῦ κρατῆρος τούτου, ἐκβακχεύσειν καὶ αὐτοὺς καὶ πολλάκις μεθ' ἡμῶν ἐρεῖν τὸ εὐοῖ.

6. Οὗτοι μὲν οὖν — ἐλεύθερον γὰρ ἀκοή — ποιούντων ὅ τι καὶ φίλον, ἐγὼ δέ, ἐπειδήπερ ἔτι ἐν Ἰνδοῖς ἐσμέν, ἐθέλω καὶ ἄλλο ὑμῖν διηγήσασθαί τι τῶν ἐκεῖθεν, οὐκ ἀπροσδιόνυσον οὐδ' αὐτό, οὐδ' ὧν ποιοῦμεν ἀλλότριον. Ἐν Ἰνδοῖς τοῖς Μαχλαίοις, οἳ τὰ λαιὰ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, εἰ κατὰ ῥοῦν αὐτοῦ βλέποις, ἐπινεμόμενοι μέχρι πρὸς τὸν Ὠκεανὸν καθήκουσι, παρὰ τούτοις ἄλσος ἐστὶν ἐν περιφράκτῳ, οὐ πάνυ μεγάλῳ χωρίῳ, συνηρεφεῖ δέ· κιττὸς γὰρ πολὺς καὶ ἄμπελοι σύσκιον αὐτὸ ἀκριβῶς ποιοῦσιν. Ἐνταῦθα πηγαί εἰσι τρεῖς καλλίστου καὶ διειδεστάτου ὕδατος, ἡ μὲν σατύρων, ἡ δὲ Πανός, ἡ δὲ Σειληνοῦ. Καὶ εἰσέρχονται εἰς αὐτὸ οἱ Ἰνδοὶ ἅπαξ τοῦ ἔτους ἑορτάζοντες τῷ θεῷ, καὶ πί-

illos educere, contemnentes illi quidem tum quoque, sed irati tamen, et conterere festinantes suo cum exercitu imberbem istum imperatorem.

4. Quum vero prope et in conspectum venissent, Indi constitutis in prima acie elephantis, phalangem inducunt: Bacchus mediam ipse tenebat aciem, dextrum illius cornu Silenus ducebat, Pan sinistrum; ordinum vero et agminum ductores constituti Satyri; tessera erat omnibus illud Evoe. Simul pulsabantur tympana, et classicum cymbala sonabant, ac Satyrorum aliquis cornu sumto incinebat orthium, et Sileni asinus Martium quiddam rudit, et insultavere illis cum ululatu Mænades, succinctæ draconibus, et de summis thyrsis ferrum nudantes. Atque Indi et illorum elephantes, inclinato statim agmine, sine more et modo fugiebant, nec intra teli jactum venire ausi, ac tandem vi superati captique abducebantur ab his quos modo deriserant, experimento docti, non esse ex prima fama deridendos externos exercitus.

5. Verum enim vero quid ad Bacchum (*i. e. ad rem, e proverbio*) iste Bacchus? aliquis forte dixerit. Quod mihi videntur (et per ego vos Gratias oro, ne me fanatico furore agi aut plane ebrium esse putetis, si mea cum diis compararem) simili ratione, atque Indi illi, plurimi esse ad novitatem disputationum affecti, velut jam ad mearum quoque. Nam quum opinantur satyrica et ridicula quædam et plane comica a nobis recitata se audituros, talia ea esse sibi plane persuaserunt, nescio qua de me sententia imbuti. Ac partim quidem eorum plane non veniunt, quasi non oporteat descendentes de elephantibus præbere aures comissationibus muliebribus et satyricis saltationibus: alii vero quum tanquam ad tale quid veniant, invento pro hedera ferro, neque sic laudare audent, inopinata re perturbati. Verum audacter illis denuncio, si nunc etiam, ut prius olim, cærimoniam inspicere voluerint sæpius antiqui nostri convivæ, et recordati fuerint comissationum illius temporis communium, neque contemserint Satyros ac Silenos, biberintque ad satietatem de hoc cratere; futurum ut ipsi quoque occupentur Baccho, et sæpe nobiscum Evoe illud ingeminent.

6. Atque hi quidem (liberum enim audire) faciant quicquid placuerit: ego vero, quoniam adhuc inter Indos versamur, volo etiam aliud vobis de illis rebus enarrare, nec ipsum abhorrens a Baccho, neque ab instituto nostro alienum. Apud Indos Machlæos, qui sinistra Indi amnis, si secundum flumen respicias, pascentes ad Oceanum usque pertingunt: apud hos igitur nemus est in consepta, non admodum magna regione, sed opaca: hedera enim multa et vites plane illam inumbrant. Hic fontes sunt tres pulcherrimæ et pellucidissimæ aquæ, Satyrorum unus, alter Panis, tertius Sileni. Intrant illud nemus Indi quotannis semel, sacrum facientes deo, bibuntque de fontibus, non omnibus

νουσι τῶν πηγῶν, οὐχ ἁπασῶν ἅπαντες, ἀλλὰ καθ' ἡλικίαν, τὰ μὲν μειράκια τῆς τῶν σατύρων, οἱ ἄνδρες δὲ τῆς Πανικῆς, τῆς δὲ τοῦ Σειληνοῦ οἱ κατ' ἐμέ.

7. Ἃ μὲν οὖν πάσχουσιν οἱ παῖδες ἐπειδὰν πίωσιν, ἢ οἷα οἱ ἄνδρες τολμῶσι κατεχόμενοι τῷ Πανί, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· ἃ δ' οἱ γέροντες ποιοῦσιν, ὅταν μεθυσθῶσι τοῦ ὕδατος, οὐκ ἀλλότριον εἰπεῖν· ἐπειδὰν πίῃ ὁ γέρων καὶ κατάσχῃ αὐτὸν ὁ Σειληνός, αὐτίκα ἐπὶ πολὺ ἄφωνός ἐστι καὶ καρηβαροῦντι καὶ βεβαπτισμένῳ ἔοικεν, εἶτα ἄφνω φωνή τε λαμπρὰ καὶ φθέγμα τορὸν καὶ πνεῦμα λιγυρὸν ἐγγίγνεται αὐτῷ καὶ λαλίστατος ἐξ ἀφωνοτάτου ἐστίν, οὐδ' ἂν ἐπιστομίσας παύσειας αὐτὸν μὴ οὐχὶ συνεχῆ λαλεῖν καὶ ῥήσεις μακρὰς συνείρειν. Συνετὰ μέντοι πάντα καὶ κόσμια καὶ κατὰ τὸν Ὁμήρου ἐκεῖνον ῥήτορα « νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσι » διεξέρχονται· οὐδ' ἀποχρήσει σοι κύκνοις κατὰ τὴν ἡλικίαν εἰκάσαι αὐτούς, ἀλλὰ καὶ τεττιγῶδές τι πυκνὸν καὶ ἐπίτροχον συνάπτουσιν ἄχρι βαθείας ἑσπέρας. Τοὐντεῦθεν δὲ ἤδη ἀφεθείσης αὐτοῖς τῆς μέθης σιωπῶσι καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρέχουσι. Τὸ μέντοι παραδοξότατον οὐδέπω εἶπον· ἢν γὰρ ἀτελῆ ὁ γέρων μεταξὺ καταλίπῃ ὃν διεξῄει τὸν λόγον, δύντος ἡλίου κωλυθεὶς ἐπὶ πέρας αὐτὸν ἐπεξελθεῖν, ἐς νέωτα πιὼν αὖθις ἐκεῖνα συνάπτει ἃ πέρυσιν αὐτὸν λέγοντα ἡ μέθη κατέλιπε.

8. Ταῦτά μοι κατὰ τὸν Μῶμον εἰς ἐμαυτὸν ἀπεσκώφθω, καὶ μὰ τὸν Δί' οὐκ ἂν ἔτι ἐπαγάγοιμι τὸ ἐπιμύθιον· ὁρᾶτε γὰρ ἤδη καθ' ὅ τι τῷ μύθῳ ἔοικα. Ὥστε ἢν μέν τι παραπαίωμεν, ἡ μέθη αἰτία· εἰ δὲ πινυτὰ δόξειε τὰ λεγόμενα, ὁ Σειληνὸς ἄρα ἦν ἵλεως.

omnes, sed pro diversa ætate, adolescentes nimirum de Satyrorum fonte, de Panico viri, de Sileni autem mei æquales.

7. Quæ igitur adolescentulis, quum biberunt, eveniant, aut quæ viri audeant occupati a Pane, longum fuerit dicere: sed quæ senes faciant aqua illa ebrii, narrare haud alienum. Quum bibit senex et occupavit illum Silenus, primo aliquamdiu mutus est et crapula laboranti atque bene madido similis : deinde subito vox splendida, et loquela vehemens, et spiritus modulatus illi contingit, et ex plane muto fit loquacissimus, quem nec ore obturando ad quietem redigas, ne perpetuo loquatur et longos sermones continuet : prudentia tamen omnia et decentia et, ad Homerici illius oratoris exemplum « nivibus similia hibernis » proferunt; neque satis fuerit cycnis illos propter ætatem comparare, sed cicadarum more confertum quiddam et volubile ad seram usque vesperam perpetuant. Inde autem, jam dimissa ebrietate, tacent et ad pristinam rationem redeunt. Verum quod maxime admirabile est nondum dixi : si enim senex imperfectam abrumpat, quam explicare cœpit, orationem, occidente sole impeditus illam ad finem suum perducere; altero anno bibens rursus illa adnectit, quæ superiore anno dicentem destituerat ebrietas.

8. Ista Momi illius exemplo in me ipsum conjecta sunto, neque ego, ita me Jupiter, quorsum pertineat fabula adjunxero : jam enim videtis qua in re similis illi sim. Itaque si quid deliremus, causa ebrietas : si prudentia quæ dicimus videantur, Silenus tum erat propitius.

LV.

ΠΡΟΛΑΛΙΑ Ο ΗΡΑΚΛΗΣ.

1. Τὸν Ἡρακλέα οἱ Κελτοὶ Ὄγμιον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ, τὸ δὲ εἶδος τοῦ θεοῦ πάνυ ἀλλόκοτον γράφουσι. Γέρων ἐστὶν αὐτοῖς ἐς τὸ ἔσχατον, ἀναφαλαντίας, πολιὸς ἀκριβῶς ὅσαι λοιπαὶ τῶν τριχῶν, ῥυσὸς τὸ δέρμα καὶ διακεκαυμένος ἐς τὸ μελάντατον οἷοί εἰσιν οἱ θαλαττουργοὶ γέροντες· μᾶλλον δὲ Χάρωνα ἢ Ἰαπετόν τινα τῶν ὑποταρταρίων καὶ πάντα μᾶλλον ἢ Ἡρακλέα εἶναι ἂν εἰκάσειας. Ἀλλὰ καὶ τοιοῦτος ὢν ἔχει ὅμως τὴν σκευὴν τὴν Ἡρακλέους, καὶ γὰρ τὴν διφθέραν ἐνῆπται τὴν τοῦ λέοντος καὶ τὸ ῥόπαλον ἔχει ἐν τῇ δεξιᾷ καὶ τὸν γωρυτὸν παρήρτηται, καὶ τὸ τόξον ἐντεταμένον ἡ ἀριστερὰ προδείκνυσι, καὶ ὅλος Ἡρακλῆς ἐστι ταῦτά γε.

2. Ὤμην οὖν ἐφ' ὕβρει τῶν Ἑλληνίων θεῶν τοιαῦτα παρανομεῖν τοὺς Κελτοὺς ἐς τὴν μορφὴν τὴν Ἡρακλέους ἀμυνομένους αὐτὸν τῇ γραφῇ, ὅτι τὴν χώραν ποτὲ αὐτῶν ἐπῆλθε λείαν ἐλαύνων, ὁπότε τὰς Γηρυόνου ἀγέλας ζητῶν κατέδραμε τὰ πολλὰ τῶν ἑσπερίων γενῶν.

3. Καίτοι τὸ παραδοξότατον οὐδέπω ἔφην τῆς εἰκό-

LV.

PRÆFATIO. HERCULES.

1. Herculem Galli Ogmium sua voce appellant; sed figuram dei plane monstrosam pingunt. Ultimæ ætatis senex illis est, recalvus, plane canis qui supersunt capillis, rugosa cute, et ad nigerrimum colorem perustus, quales sunt senes qui in mari opus faciunt : potius vero Charontem quendam aut Iapetum de tartareis specubus, et omnia potius quam Herculem esse suspiceris. Verum in tali etiam specie habet tamen paratum Herculis : etenim pellem leonis suspensam gerit, et clavam dextra præfert, et pharetra appensa est, et intentum arcum sinistra ostendit; atque in his quidem est Hercules planissime.

2. Itaque suspicabar, ut contumelia afficerent Græcorum deos, talia Gallos in figuram Herculis designasse, quem tali pictura ulcisci vellent, qui suam quondam regionem invaserit, ac prædas ibi egerit, quum greges Geryonis quærens plurimas per occidentem gentes percurreret.

3. Verum quod insolentissimum in illa pictura, nondum

νος· ὁ γὰρ δὴ γέρων Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἀνθρώπων πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει ἐκ τῶν ὤτων ἅπαντας δεδεμένους. Δεσμὰ δὲ εἰσίν οἱ σειραὶ λεπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι ὅρμοις ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις. Καὶ ὅμως ἀφ' οὕτως ἀσθενῶν ἀγόμενοι οὔτε δρασμὸν βουλεύουσι, δυνάμενοι ἂν εὐμαρῶς, οὔτε ὅλως ἀντιτείνουσιν ἢ τοῖς ποσὶν ἀντερείδουσι πρὸς τὸ ἐναντίον τῆς ἀγωγῆς ἐξυπτιάζοντες, ἀλλὰ φαιδροὶ ἕπονται καὶ γεγηθότες καὶ τὸν ἄγοντα ἐπαινοῦντες ἐπειγόμενοι ἅπαντες καὶ τῷ φθάνειν ἐθέλειν τὸν δεσμὸν ἐπιχαλῶντες, ἐοικότες ἀχθεσθησομένοις εἰ λυθήσονται. Ὃ δὲ πάντων ἀτοπώτατον εἶναί μοι ἔδοξεν, οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν καὶ τοῦτο· οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὅθεν ἐξάψει τὰς τῶν δεσμῶν ἀρχάς, ἅτε τῆς δεξιᾶς μὲν ἤδη τὸ ῥόπαλον, τῆς λαιᾶς δὲ τὸ τόξον ἐχούσης, τρυπήσας τοῦ θεοῦ τὴν γλῶτταν ἄκραν ἐξ ἐκείνης ἑλκομένους αὐτοὺς ἐποίησε, καὶ ἐπέστραπται δὲ εἰς τοὺς ἀγομένους μειδιῶν.

4. Ταῦτ' ἐγὼ μὲν ἐπὶ πολὺ εἱστήκειν ὁρῶν καὶ θαυμάζων καὶ ἀπορῶν καὶ ἀγανακτῶν· Κελτὸς δέ τις παρεστὼς οὐκ ἀπαίδευτος τὰ ἡμέτερα, ὡς ἔδειξεν, ἀκριβῶς Ἑλλάδα φωνὴν ἀφιείς, φιλόσοφος, οἶμαι, τὰ ἐπιχώρια, Ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ ξένε, λύσω τῆς γραφῆς τὸ αἴνιγμα· πάνυ γὰρ ταραττομένῳ ἔοικας πρὸς αὐτήν. Τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ Κελτοὶ οὐχ ὥσπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες Ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλεῖ αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι παρὰ πολὺ τοῦ Ἑρμοῦ ἰσχυρότερος οὗτος. Εἰ δὲ γέρων πεποίηται, μὴ θαυμάσῃς· μόνος γὰρ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φιλεῖ ἐντελῆ ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀκμήν, εἴ γε ἀληθῆ ὑμῶν οἱ ποιηταὶ λέγουσιν, ὅτι αἱ μὲν τῶν « ὁπλοτέρων φρένες ἠερέθονται· » τὸ δὲ γῆρας

ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

Οὕτω γέ τοι καὶ τοῦ Νέστορος ὑμῖν ἀπορρεῖ ἐκ τῆς γλώττης τὸ μέλι, καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων τὴν ὄπα τὴν λειριόεσσαν ἀφιᾶσιν εὐανθῆ τινα· λείρια γὰρ καλεῖται, εἴ γε μέμνημαι, τὰ ἄνθη.

5. Ὥστε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένους τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὴν γλῶτταν ὁ γέρων οὗτος Ἡρακλῆς ὁ λόγος ἕλκει, μηδὲ τοῦτο θαυμάσῃς εἰδὼς τὴν ὤτων καὶ γλώττης συγγένειαν· οὐδ' ὕβρις εἰς αὐτόν, εἰ ταύτῃ τετρύπηται· μέμνημαι γοῦν, ἔφη, καὶ κωμικῶν τινων ἰαμβείων παρ' ὑμῶν μαθών,

Τοῖς γὰρ λάλοισιν ἐξ ἄκρου
ἡ γλῶττα πᾶσίν ἐστι τετρυπημένη.

6. Τὸ δ' ὅλον καὶ αὐτὸν ἡμεῖς τὸν Ἡρακλέα λόγῳ τὰ πάντα ἡγούμεθα ἐξεργάσασθαι σοφὸν γενόμενον καὶ πειθοῖ τὰ πλεῖστα βιάσασθαι. Καὶ τά γε βέλη αὐτοῦ οἱ λόγοι εἰσὶν, οἶμαι, ὀξεῖς καὶ εὔστοχοι καὶ ταχεῖς καὶ τὰς ψυχὰς τιτρώσκοντες· πτερόεντα γοῦν τὰ ἔπη καὶ ὑμεῖς φατε εἶναι.

7. Τοσαῦτα μὲν ὁ Κελτός. Ἐμοὶ δὲ ἡνίκα περὶ τῆς δεῦρο παρόδου ταύτης ἐσκοπούμην πρὸς ἐμαυτὸν, εἴ μοι καλῶς ἔχει τηλικῷδε ὄντι καὶ πάλαι τῶν ἐπι-

dixi : nempe senex ille Hercules hominum magnam multitudinem trahit, auribus omnes revinctos. Vincula autem illi sunt tenues catenæ, ex auro atque electro elaboratæ, monilibus pulcherrimis similes. Et tamen ab infirmis adeo catellis tracti, neque fugam moliuntur, quum possint facile, neque omnino contra tendunt, aut obnituntur pedibus, resupinati in contrariam ei qua ducuntur partem : sed sequuntur hilares et læti, et ductorem suum laudant atque urgent omnes, et dum prævenire student, laxant vinculum, quasi ægre laturi, si solvantur. Quod vero omnium maxime portentosum mihi visum, non pigrabor ipsum quoque dicere : quum non haberet pictor unde principia vinculorum suspenderet, quippe dextra jam clavam, arcum vero sinistra habente, perforaverat dei linguam extremam, et trahi ex illa fecit, atque ipse deus ad eos, qui ducuntur, conversus subridet.

4. Hæc ego diu stabam intuens nec sine admiratione, dubius simul et indignans : sed Gallus aliquis astans, non ineruditus etiam nostris literis, quod declaravit, accurate loquens græco, popularium suorum more, ut arbitror, philosophus, Ego vero, inquit, solvam tibi, hospes, picturæ hujus ænigma; videris enim plane in illa perplexus. Vim dicendi nos Galli non, uti vos Græci, Mercurium putamus esse, sed Herculi illam assimilamus, quod hic Mercurio multum est fortior. Si vero senex repræsentatus est, noli mirari : sola enim eloquentia in senectute solet plenam vim et maturitatem ostendere, si quidem verum dixere vestri poetæ,

Suspensa incerto est juvenum sententia motu :

sed

meliora dicit junioribus senex.

Ita quidem etiam de Nestoris apud vos lingua mel defluit; et concionatores Trojanorum vocem emittunt liliaceam, hoc est floridam; flores enim, si recte memini, sunt lilia.

5. Itaque neque illud mireris, si auribus revinctos senex hic Hercules eloquentiæ deus trahit, qui noris illam aurium atque linguæ cognationem. Neque vero contumelia in ipsum est, si hac parte perforatum cernis : memini enim etiam quorundam de comœdia iamborum, quos a vobis didici,

Extrema enim loquacibus
pertusa lingua est omnibus foramine.

6. In universum autem putamus, oratione Herculem perfecisse omnia, sapientem virum, et eloquentiæ viribus pleraque expugnasse : et tela ipsius orationes, puto, sunt, acutæ, collineantes ad scopum, celeres, quibusque vulnerentur animi : alata nempe verba vos quoque esse dicitis.

7. Hæc tum Gallus. Mihi vero, quum apud me considera rem, deceretne huc me progredi, hoc ætatis hominem, quique hoc declamandi genus olim desiissem, et rursus de

δείξεων πεπαυμένῳ αὖθις ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ψῆφον διδόναι τοσούτοις δικασταῖς, κατὰ καιρὸν ἐπῆλθεν ἀναμνησθῆναι τῆς εἰκόνος· τέως μὲν γὰρ ἐδεδίειν, μή τινι ὑμῶν δόξαιμι κομιδῇ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι, κᾆτά τις Ὁμηρικὸς νεανίσκος ἐπιπλήξει μοι εἰπὼν τὸ, « σὴ δὲ βίη λέλυται, » καὶ « χαλεπὸν γῆρας κατείληφέ σε, »

ἠπεδανὸς δέ νύ τοι θεράπων, βραδέες δέ τοι ἵπποι,

ἐς τοὺς πόδας τοῦτο ἀποσκώπτων. Ἀλλ' ὅταν ἀναμνησθῶ τοῦ γέροντος ἐκείνου Ἡρακλέους, πάντα ποιεῖν προάγομαι καὶ οὐκ αἰδοῦμαι τοιαῦτα τολμῶν ἡλικιώτης ὢν τῆς εἰκόνος.

8. Ὥστε ἰσχὺς μὲν καὶ τάχος καὶ κάλλος καὶ ὅσα σώματος ἀγαθὰ χαιρέτω, καὶ ὁ Ἔρως ὁ σὸς ἐσιδών με, ὦ Τήιε ποιητὰ, ὑποπόλιον γένειον χρυσοφαέννων εἰ βούλεται πτερύγων ἀήταις παραπετέσθω, καὶ ὁ Ἱπποκλείδης οὐ φροντιεῖ. Τῷ λόγῳ δὲ νῦν ἂν μάλιστα ἀνηβᾶν καὶ ἀνθεῖν καὶ ἀκμάζειν καθ' ὥραν εἴη καὶ ἕλκειν τῶν ὤτων ὅσους ἂν πλείστους δύνηται, καὶ τοξεύειν πολλάκις, ὡς οὐδέν γε δέος μὴ κενωθεὶς λάθοι ὁ γωρυτὸς αὐτῷ. Ὁρᾷς ὅπως παραμυθοῦμαι τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ γῆρας τὸ ἐμαυτοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο ἐτόλμησα πάλαι νενεωλκημένον τὸ ἀκάτιον κατασπάσας καὶ ἐκ τῶν ἐνόντων ἐπισκευάσας αὖθις ἀφεῖναι ἐς μέσον τὸ πέλαγος. Εἴη δ', ὦ θεοὶ, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἐμπνεῦσαι δεξιὰ, ὡς νῦν γε μάλιστα πλησιστίου τε καὶ ἐσθλοῦ καὶ ἑταίρου ἀνέμου δεόμεθα, ἵνα, εἰ ἄξιοι φαινοίμεθα, καὶ ἡμῖν τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο ἐπιφθέγξηταί τις,

Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει.

LVI.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΛΕΚΤΡΟΥ Η ΤΩΝ ΚΥΚΝΩΝ.

1. Ἠλέκτρου πέρι καὶ ὑμᾶς δηλαδὴ ὁ μῦθος πέπεικεν, αἰγείρους ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ ποταμῷ δακρύειν αὐτὸ θρηνούσας τὸν Φαέθοντα, καὶ ἀδελφάς γε εἶναι τὰς αἰγείρους ἐκείνας τοῦ Φαέθοντος, εἶτα ὀδυρομένας τὸ μειράκιον ἀλλαγῆναι ἐς τὰ δένδρα, καὶ ἀποστάζειν ἔτι αὐτῶν δάκρυον δῆθεν τὸ ἤλεκτρον. Τοιαῦτα γὰρ ἀμέλει καὶ αὐτὸς ἀκούων τῶν ποιητῶν ᾀδόντων ἤλπιζον, εἴ ποτε γενοίμην ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ὑπελθὼν μίαν τῶν αἰγείρων ἐκπετάσας τὸ προκόλπιον ὑποδέξασθαι τῶν δακρύων ὀλίγα, ὡς ἤλεκτρον ἔχοιμι.

2. Καὶ δὴ οὐ πρὸ πολλοῦ κατ' ἄλλο μέν τι χρέος, ἧκον δὲ ὅμως ἐς τὰ χωρία ἐκεῖνα, καὶ — ἔδει γὰρ ἀναπλεῖν κατὰ τὸν Ἠριδανόν — οὔτ' αἰγείρους εἶδον πάνυ περισκοπῶν οὔτε τὸ ἤλεκτρον, ἀλλ' οὐδὲ τοὔνομα τοῦ Φαέθοντος ᾔδεσαν οἱ ἐπιχώριοι. Ἀναζητοῦντος γοῦν ἐμοῦ καὶ διαπυνθανομένου, πότε δὲ ἐπὶ τὰς αἰγείρους ἀφιξόμεθα τὰς τὸ ἤλεκτρον, ἐγέλων οἱ ναῦται καὶ ἠξίουν σαφέστερον λέγειν ὅ τι καὶ θέλοιμι· κἀγὼ τὸν μῦθον διη-

me calculum dare tot judicibus; opportune in mentem venit ejus imaginis memoria. Ante enim metuebam, ne cui vestrûm viderer plane adolescentuli more istuc facere, et præter ætatem juvenari; ac deinde Homericus aliquis juvenis increparet mihi illud,

Jam periit tua vis, gravis arripuitque senectus,
invalidusque tibi famulus, tardique caballi,

in pedes hoc ultimum jaciens. Sed ubi recordor senis illius Herculis, ad agenda omnia provehor, nec me pudet talium ausorum, qui imaginis propositæ æqualis sim.

8. Itaque robur, et celeritas, et pulchritudo, et quæcumque corporis bona sunt, valeant: ac tuus, Teie poeta, Cupido, intuitus canescens mihi mentum, auro splendentium vectus, si voluerit, alarum flabris prætervolato: ac non curabit Hippoclides. At dicendi facultate vel maxime rejuvenescere et florere et vigere tempestivum fuerit, et auribus trahere quam fieri possit plurimos, et sagittas emittere sæpius, quum metus non sit ne imprudenti vacua fiat pharetra. Vides quomodo meam ipse ætatem senectutemque consoler. Et hac ipsa causa ausus sum subductum olim navigiolum iterum deducere, et pro copia instructum, in medium mare dimittere. Aspiret modo a vobis, dii, dextra aura! nunc enim vel maxime implente vela et bono et amico vento indigemus, ut, si quidem digni videamur, etiam nobis Homericum illud inclamet aliquis,

Quod femur e pannis senior tam vilibus effert!

LVI.

DE ELECTRO SEU CYCNIS.

1. De electro nimirum nobis etiam fabula persuasit, populos ad Eridanum flumen eam stillare lacrimam, quæ deplorent Phaethontem, et sorores quidem esse populos illas Phaethontis, deinde dum deflent adolescentulum, mutatas esse in arbores, et stillare adhuc de illis lacrimam, nimirum electrum. Talia nempe ipse quoque quum audissem poetis canentibus, sperabam, si quando essem ad Eridanum, me subiturum populorum unam, et expanso sinu excepturum paucas lacrimas, ut electrum habeam.

2. Et sane non ita diu est quum alius quidem rei causa, veni tamen in loca illa; oportebat autem adverso Eridano navigare): sed nec populos vidi, diligenter licet circumspiciens, neque electrum; quin ne nomen quidem Phaethontis noverant incolæ. Requirente enim me atque interrogante, quando veniremus ad populos illas electrum reddentes, ridebant nautæ, postulabantque uti clarius, quid mihi vellem, dicerem. Hic ego fabulam ipsis enarrabam,

γούμην αὐτοῖς, Φαέθοντα γενέσθαι Ἡλίου παῖδα, καὶ τοῦτον ἐς ἡλικίαν ἐλθόντα αἰτῆσαι παρὰ τοῦ πατρὸς ἐλάσαι τὸ ἅρμα, ὡς ποιήσειε καὶ αὐτὸς μίαν ἡμέραν· τὸν δὲ δοῦναι, τὸν δὲ ἀπολέσθαι ἐκδιφρευθέντα, καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ πενθούσας ἐνταῦθά που, ἔφην, παρ' ὑμῖν, ἵναπερ καὶ κατέπεσεν ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, αἰγείρους γενέσθαι καὶ δακρύειν ἔτι ἐπ' αὐτῷ τὸ ἤλεκτρον.

3. Τίς ταῦτά σοι, ἔφασκον, διηγήσατο ἀπατεὼν καὶ ψευδολόγος ἄνθρωπος; ἡμεῖς δὲ οὔτε ἡνίοχόν τινα ἐκπίπτοντα εἴδομεν οὔτε τὰς αἰγείρους ἃς φὴς ἔχομεν. Εἰ δὲ ἦν τι τοιοῦτον, οἴει ἡμᾶς δυοῖν ὀβολοῖν ἕνεκα ἐρέττειν ἂν ἢ ἕλκειν τὰ πλοῖα πρὸς ἐναντίον τὸ ὕδωρ, οἷς ἐξῆν πλουτεῖν ἀναλέγοντας τῶν αἰγείρων τὰ δάκρυα; Τοῦτο λεχθὲν οὐ μετρίως μου καθίκετο, καὶ ἐσιώπησα διαισχυνθείς, ὅτι παιδίου τινὸς ὡς ἀληθῶς ἔργον ἐπεπόνθειν πιστεύσας τοῖς ποιηταῖς ἀπίθανα οὕτω ψευδομένοις, ὡς μηδὲν ὑγιὲς ἀρέσκεσθαι αὐτοῖς. Μιᾶς μὲν δὴ ταύτης ἐλπίδος οὐ μικρᾶς ἐψευσμένος ἠνιώμην καθάπερ ἐκ τῶν χειρῶν τὸ ἤλεκτρον ἀπολωλεκώς, ὅς γε ἤδη ἀνέπλαττον ὅσα καὶ οἷα χρήσομαι αὐτῷ.

4. Ἐκεῖνο δὲ καὶ πάνυ ἀληθῶς ᾤμην εὑρήσειν παρ' αὐτοῖς, κύκνους πολλοὺς ᾄδοντας ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ ποταμοῦ. Καὶ αὖθις ἠρώτων τοὺς ναύτας — ἀνεπλέομεν γὰρ ἔτι — Ἀλλ' οἵ γε κύκνοι πηνίκα ὑμῖν τὸ λιγυρὸν ἐκεῖνο ᾄδουσιν ἐφεστῶτες τῷ ποταμῷ ἔνθεν καὶ ἔνθεν; φασὶ γοῦν Ἀπόλλωνος παρέδρους αὐτοὺς ὄντας ᾠδικοὺς ἀνθρώπους ἐνταῦθά που ἐς τὰ ὄρνεα μεταπεσεῖν καὶ διὰ τοῦτο ᾄδειν ἔτι οὐκ ἐκλαθομένους τῆς μουσικῆς.

5. Οἱ δὲ σὺν γέλωτι, Σύ, ἔφησαν, ὦ ἄνθρωπε, οὐ παύσῃ τήμερον καταψευδόμενος τῆς χώρας ἡμῶν καὶ τοῦ ποταμοῦ; ἡμεῖς δὲ ἀεὶ πλέοντες καὶ ἐκ παίδων σχεδὸν ἐργαζόμενοι ἐν τῷ Ἠριδανῷ ὀλίγους μὲν κύκνους ἐνίοτε ὁρῶμεν ἐν τοῖς ἕλεσι τοῦ ποταμοῦ, καὶ κρώζουσιν οὗτοι πάνυ ἄμουσον καὶ ἀσθενές, ὡς τοὺς κόρακας ἢ τοὺς κολοιοὺς Σειρῆνας εἶναι πρὸς αὐτούς, ᾀδόντων δὲ καὶ ἡδὺ καὶ οἷον σὺ φὴς οὐδὲ ὄναρ ἀκηκόαμεν· ὥστε θαυμάζομεν πόθεν ταῦτα εἰς ὑμᾶς ἀφίκετο περὶ ἡμῶν.

6. Πολλὰ τοιαῦτα ἐξαπατηθῆναι ἔστι πιστεύοντας τοῖς πρὸς τὸ μεῖζον ἕκαστα ἐξηγουμένοις. Ὥστε κἀγὼ νῦν δέδια ὑπὲρ ἐμαυτοῦ μὴ ὑμεῖς ἄρτι ἀφιγμένοι, καὶ τοῦτο πρῶτον ἀκροασάμενοι ἡμῶν, ἤλεκτρά τινα καὶ κύκνους ἐλπίσαντες εὑρήσειν παρ' ἡμῖν, ἔπειτα μετ' ὀλίγον ἀπέλθητε καταγελῶντες τῶν ὑποσχομένων ὑμῖν τοιαῦτα πολλὰ κειμήλια ἐνεῖναι τοῖς λόγοις. Ἀλλὰ μαρτύρομαι, ὡς ἐμοῦ τοιαῦτα μεγαλαυχουμένου περὶ τῶν ἐμῶν οὔτε ὑμεῖς οὔτε ἄλλος πω ἀκήκοεν, οὐδ' ἂν ἀκούσειέ ποτε. Ἄλλοις μὲν γὰρ οὐκ ὀλίγοις ἐντύχοις ἂν Ἠριδανοῖς τισι καὶ οἷς οὐχ ἤλεκτρον, ἀλλὰ χρυσὸς αὐτὸς ἀποστάζει τῶν λόγων, πολὺ τῶν κύκνων τῶν ποιητικῶν λιγυρωτέροις· τὸ δὲ ἐμὸν ὁρᾶτε ἤδη ὁποῖον ἁπλοϊκὸν καὶ ἄμυθον, οὐδέ τις ᾠδὴ πρόσεστιν. Ὥστε ὅρα μὴ τοιοῦτό τι πάθῃς μείζω περὶ ἡμῶν ἐλπίσας,

Phaethontem fuisse Solis filium, et hunc, adultus quum esset, petiisse a patre currus ipsius agendi facultatem, ut et ipse diem unum faceret : illum dedisse, hunc excussum curru periisse, et sorores ipsius dum lugerent hic circiter, dicebam, apud vos, ubi etiam cecidit, ad Eridanum, populos factas esse, et lacrimari propter eum succina.

3. Quis hæc tibi, dicebant, narravit impostor et mendax homo? At nos neque aurigam quenquam excidere vidimus, neque habemus, quas ais, populos. Si vero quid esset tale, putasne nos duorum obolorum causa remigaturos, aut tracturos adverso flumine navigia, quum divitibus nobis esse liceret legendis populorum lacrimis? Hic sermo non mediocriter me momordit : et tacui, quum puderet me, cui revera accidisset quod puerulo, ut poetis crederem improbabilia adeo mentientibus, ut sanum nihil illis placeat. Una igitur hac spe non parva falsus, ægre ferebam quasi ex ipsis manibus electrum perdidissem, qui jam apud me imaginarer ad quot res et quomodo illo essem usurus.

4. Illud tamen, et quidem certo, putabam me apud illos reperturum, cycnos multos canentes in ripis fluvii : ac rursus interrogabam nautas (nam adhuc adverso flumine navigabamus), Verum cycni certe quando vobis modulatum illud carmen canunt, astantes hinc et hinc fluvio? aiunt enim illos Apollinis comites, homines canendi peritos, hic aliquando in volucres abiisse, et propterea adhuc canere, non oblitos musicæ.

5. At illi cum risu, Tu homo, inquiunt, non desines hodie mentiri de regione nostra atque fluvio? Nos vero semper navigantes, et a pueris fere opus facientes in Eridano, paucos quidem cycnos interdum videmus in palustribus ripis fluminis, et crocitant hi quiddam plane alienum a Musis et imbecillum, adeo ut corvi vel graculi Sirenes sint ad illos : canentes vero suaviter atque ut tu ais, ne per somnium quidem audivimus. Itaque mirari subit unde ista de nobis ad vos pervenerint.

6. Similiter decipi et sæpe potest si quis credat iis qui in majus extollunt narrando omnia. Itaque ego etiam pro me nunc sum sollicitus, ne qui modo venistis et nunc primum nos auditis, electra quædam et cycnos invenire apud nos quum speraritis, discedatis paullo post irridentes illos qui pretiosa id genus multa inesse nostris in orationibus vobis erant polliciti. At ego testor, talia me de meis rebus gloriantem nec vos nec alium quenquam audivisse vel auditurum unquam. Alios quidem invenias non paucos, Eridanos quosdam et quibus non electrum, sed aurum ipsum ex oratione stillet, multum poeticis illis cycnis modulatiores : ego vero qualis sim jam videtis, simplex, fabularum expers; neque ullus cantus adest. Igitur vide, si quis majora de nobis speras, ne tibi accidat quod his qui

οἷόν τι πάσχουσιν οἱ τὰ ἐν τῷ ὕδατι ὁρῶντες· οἰόμενοι γὰρ τηλικαῦτα εἶναι αὐτὰ οἷα διεφαίνετο αὐτοῖς ἄνωθεν, εὐρυνομένης τῆς σκιᾶς πρὸς τὴν αὐγήν, ἐπειδὰν ἀνασπάσωσι, πολλῷ μικρότερα εὑρίσκοντες ἀνιῶνται. Ἤδη οὖν σοι προλέγω ἐκχέας τὸ ὕδωρ καὶ ἀποκαλύψας τἀμά, μηδὲν μέγα προσδοκήσης ἀνιμήσασθαι, ἢ σαυτὸν αἰτιάσῃ τῆς ἐλπίδος.

aquis submersa vident: arbitrati enim tanta esse illa quanta desuper aspicientibus videbantur, dilatata a radiis umbra; quum extracta multo minora deprehendunt, indignantur. Jam igitur tibi prædico, dispersa aqua et detectis meis, ne quid magni te hausturum speres, aut spei vanæ culpam in te ipsum conferas.

LVII.

ΜΥΙΑΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

1. Ἡ μυῖα ἔστι μὲν οὐ τὸ σμικρότατον τῶν ὀρνέων, ὅσον ἐμπίσι καὶ κώνωψι καὶ τοῖς ἔτι λεπτοτέροις παραβάλλειν, ἀλλὰ τοσοῦτον ἐκείνων μεγέθει προὔχει ὅσον αὐτὴ μελίττης ἀπολείπεται. Ἐπτέρωται δὲ οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις, ὡς τοῖς μὲν ἁπανταχόθεν κομᾶν τοῦ σώματος, τοῖς δὲ ὠκυπτέροις χρῆσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀκρίδας καὶ τέττιγας καὶ μελίττας ἐστὶν ὑμενόπτερος, τοσοῦτον ἁπαλώτερα ἔχουσα τὰ πτερὰ ὅσον τῆς Ἑλληνικῆς ἐσθῆτος ἡ Ἰνδικὴ λεπτοτέρα καὶ μαλακωτέρα· καὶ μὴν διήνθισται κατὰ τοὺς ταῶνας, εἴ τις ἀτενὲς βλέποι ἐς αὐτήν, ὁπόταν ἐκπετάσασα πρὸς τὸν ἥλιον πτερύσσηται.

2. Ἡ δὲ πτῆσις οὔτε κατὰ τὰς νυκτερίδας εἰρεσίᾳ συνεχεῖ τῶν πτερῶν οὔτε κατὰ τὰς ἀκρίδας μετὰ πηδήματος οὐδὲ ὡς οἱ σφῆκες μετὰ ῥοιζήματος, ἀλλ' εὐκαμπὴς πρὸς ὅ τι ἂν μέρος ὁρμήσῃ τοῦ ἀέρος. Καὶ μὴν κἀκεῖνο πρόσεστιν αὐτῇ, τὸ μὴ καθ' ἡσυχίαν, ἀλλὰ μετ' ᾠδῆς πέτεσθαι οὐχ ἀπηνοῦς οἵα κωνώπων καὶ ἐμπίδων, οὐδὲ τὸ βαρύβρομον τῶν μελιττῶν ἢ τῶν σφηκῶν τὸ φοβερὸν καὶ ἀπειλητικὸν ἐνδεικνυμένη, ἀλλὰ τοσοῦτόν ἐστι λιγυρωτέρα, ὅσον σάλπιγγος καὶ κυμβάλων αὐλοὶ μελιχρότεροι.

3. Τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ἡ μὲν κεφαλὴ λεπτότατα τῷ αὐχένι συνέχεται καὶ ἔστιν εὐπεριάγωγος, οὐ συμπεφυκυῖα ὡς ἡ τῶν ἀκρίδων· ὀφθαλμοὶ δὲ προπαγεῖς, πολὺ τοῦ κέρατος ἔχοντες· στέρνον εὐπαγές, καὶ ἐκπεφύκασιν αὐτῇ οἱ πόδες οὐ κατὰ τοὺς σφῆκας πάνυ ἐσφιγμένοι. Ἡ γαστὴρ δὲ ὠχύρωται καὶ αὐτὴ καὶ θώρακι ἔοικε ζώνας πλατείας καὶ φολίδας ἔχουσα. Ἀμύνεται μέντοι οὐ κατὰ τοὐρροπύγιον ὡς σφὴξ καὶ μέλιττα, ἀλλὰ τῷ στόματι καὶ τῇ προβοσκίδι, ἣν κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐλέφασι καὶ αὐτὴ ἔχουσα προνομεύει τε καὶ ἐπιλαμβάνεται καὶ προσφῦσα κατέχει κοτυληδόνι κατὰ τὸ ἄκρον ἐοικυῖαν. Ἐκ δὲ αὐτῆς ὀδοὺς προκύπτει, ᾧ κεντοῦσα πίνει τοῦ αἵματος· πίνει μὲν γὰρ καὶ γάλακτος, ἡδὺ δὲ αὐτῇ καὶ τὸ αἷμα, οὐ μετὰ μεγάλης ὀδύνης τῶν κεντουμένων. Ἑξάπους δὲ οὖσα τοῖς μὲν τέτταρσι βαδίζει μόνοις, τοῖς δὲ προσθίοις δυσὶν ὅσα καὶ χερσὶ χρῆται. Ἴδοις ἂν οὖν αὐτὴν ἐπὶ τεττάρων βεβηκυῖαν ἔχουσάν τι ἐν ταῖν χεροῖν μετέωρον ἐδώδιμον ἀνθρωπίνως πάνυ καὶ καθ' ἡμᾶς.

LVII.

MUSCÆ ENCOMIUM.

1. Musca non est ea quidem minima volucrium, in quantum culicibus diversi generis et minoribus etiam insectis comparetur: sed tantum istæc magnitudine superat, quantum ipsa ape minor est. Pennata est autem non eadem ratione qua aliæ volucres, ut plumis toto corpore velut comata sit, majores autem pennas habeat in alis; verum instar locustarum, et cicadarum, apiumque, pinnas habet e membrana, tanto quidem molliores alis aliis, quanto Græca veste Indica est tenuior et delicatior. Et sane floreos pavonum instar colores habet, si quis intente illam aspiciat, quum expansis ad solem pennis volatum meditatur.

2. Ac volatus illius non qualis vespertilionum in perpetuo alarum remigio, neque locustarum instar cum saltu conjunctus, neque cum perstrepero impetu, ut vesparum, sed flexilis in quamcumque partem aeris tendit. Etiam hoc illi inest, quod non silentio, verum cum cantu quodam volat, non infesto, qualis est culicum, neque graves fremitus apum, aut terribiles minacesque vesparum imitans, sed in tantum est modulatior, quantum tuba atque cymbalis tibiæ sunt placidiores.

3. Quantum ad reliquum corpus, caput tenuissimo canali continetur cervicibus, et circumactu est facile, non adnatum quale locustarum: oculi autem solide eminentes, multum habentes de cornu: pectus compactum, ex quo enati pedes, non omnino ut in vespis astricti. Alvus munita ipsa quoque est, thoraci similis, zonas latas et squamas habens. Ulciscitur se non circa novissimam alvi partem, uti vespa et apis, sed ore ac proboscide, qua eo modo quo elephanti instructa et ante se pascitur, et comprehendit, et adhærescens continet, quum acetabulo extrema parte sit similis. Ex illa vero dens emicat, quo ubi pupugit, potat sanguinem: nam bibit quidem lactem quoque; sed suavis illi etiam sanguis, cum dolore non magno eorum qui punguntur. Sex pedes quum habeat, quattuor solis incedit, anterioribus autem duobus utitur velut manibus. Videas igitur illam quadrupedem ingredi, ferentem manibus sublatum esculentum quiddam humano plane more atque ut nos.

4. Γίγνεται δὲ οὐχ εὐθὺς τοιαύτη, ἀλλὰ σκώληξ τὸ πρῶτον ἤτοι ἐξ ἀνθρώπων ἢ ἄλλων ζῴων ἀποθανόντων· εἶτα κατ' ὀλίγον πόδας τε ἐκφέρει καὶ φύει τὰ πτερὰ καὶ ἐξ ἑρπετοῦ ὄρνεον γίγνεται, καὶ κυοφορεῖ δὲ καὶ ἀποτίκτει σκώληκα μικρὸν τὴν μυῖαν ὕστερον. Σύντροφος δὲ ἀνθρώποις ὑπάρχουσα καὶ ὁμοδίαιτος καὶ ὁμοτράπεζος ἁπάντων γεύεται πλὴν ἐλαίου· θάνατος γὰρ αὐτῇ τοῦτο πιεῖν. Καὶ μέντοι ὠκύμορος οὖσα — πάνυ γὰρ ἐς στενὸν ὁ βίος αὐτῆς συμμεμέτρηται — τῷ φωτὶ χαίρει μάλιστα κἀν τούτῳ πολιτεύεται· νυκτὸς δὲ εἰρήνην ἄγει καὶ οὔτε πέτεται οὔτε ᾄδει, ἀλλ' ὑπέπτηχε καὶ ἀτρεμεῖ.

5. Σύνεσιν δὲ οὐ μικρὰν αὐτῆς εἰπεῖν ἔχω, ὁπόταν τὸν ἐπίβουλον καὶ πολέμιον αὐτῇ τὸν ἀράχνην διαδιδράσκῃ· λοχῶντά τε γὰρ ἐπιτηρεῖ καὶ ἀντίον αὐτῷ ὁρᾷ ἐκκλίνουσα τὴν ὁρμήν, ὡς μὴ ἁλίσκοιτο σαγηνευθεῖσα καὶ περιπεσοῦσα ταῖς τοῦ θηρίου πλεκτάναις. Τὴν μὲν γὰρ ἀνδρείαν καὶ τὴν ἀλκὴν αὐτῆς οὐχ ἡμᾶς χρὴ λέγειν, ἀλλ' ὁ μεγαλοφωνότατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος τὸν ἄριστον τῶν ἡρώων ἐπαινέσαι ζητῶν οὐ λέοντι ἢ πορδάλει ἢ ὑῒ τὴν ἀλκὴν αὐτοῦ εἰκάζει, ἀλλὰ τῷ θάρσει τῆς μυίας καὶ τῷ ἀτρέστῳ καὶ λιπαρεῖ τῆς ἐπιχειρήσεως· οὐδὲ γὰρ θράσος ἀλλὰ θάρσος φησὶν αὐτῇ προσεῖναι. Καὶ γὰρ εἰργομένη, φησίν, ὅμως οὐκ ἀφίσταται, ἀλλ' ἐφίεται τοῦ δήγματος. Οὕτω δὲ πάνυ ἐπαινεῖ καὶ ἀσπάζεται τὴν μυῖαν, ὥστε οὐχ ἅπαξ οὐδ' ἐν ὀλίγοις μέμνηται αὐτῆς, ἀλλὰ πολλάκις· οὕτω κοσμεῖ τὰ ἔπη μνημονευομένη. Ἄρτι μὲν τὴν ἀγελαίαν πτῆσιν αὐτῆς ἐπὶ τὸ γάλα διέρχεται, ἄρτι δὲ τὴν Ἀθηνᾶν, ὁπότε τοῦ Μενέλεω τὸ βέλος ἀποκρούεται, ὡς μὴ ἐπὶ τὰ καιριώτατα ἐμπέσοι, εἰκάζων μητρὶ κηδομένῃ κοιμωμένου αὐτῇ τοῦ βρέφους, τὴν μυῖαν αὖθις ἐπεισάγει τῷ παραδείγματι. Καὶ μὴν καὶ ἐπιθέτῳ καλλίστῳ αὐτὰς ἐκόσμησεν « ἀδινὰς » προσειπὼν καὶ τὴν ἀγέλην αὐτῶν « ἔθνη » καλῶν.

6. Οὕτω δὲ ἰσχυρά ἐστιν, ὥσθ' ὁπόταν τι δάκνῃ, τιτρώσκειν οὐκ ἀνθρώπου δέρμα μόνον, ἀλλὰ καὶ βοὸς καὶ ἵππου, καὶ ἐλέφαντα λυπεῖ ἐς τὰς ῥυτίδας αὐτοῦ παρεισδυομένη καὶ τῇ αὐτῆς προνομαίᾳ κατὰ λόγον τοῦ μεγέθους ἀμύσσουσα. Μίξεως δὲ καὶ ἀφροδισίων καὶ γάμων πολλὴ αὐταῖς ἡ ἐλευθερία, καὶ ὁ ἄρρην οὐ κατὰ τοὺς ἀλεκτρυόνας ἐπιβὰς εὐθὺς ἀπεπήδησεν, ἀλλ' ἐποχεῖται τῇ θηλείᾳ ἐπὶ πολύ, κἀκείνη φέρει τὸν νυμφίον, καὶ συμπέτονται τὴν ἐναέριον ἐκείνην μῖξιν τῇ πτήσει μὴ διαφθείρουσαι. Ἀποτμηθεῖσα δὲ τὴν κεφαλὴν μυῖα ἐπὶ πολὺ ζῇ τῷ ἄλλῳ σώματι καὶ ἔμπνους ἐστίν.

7. Ὃ δὲ μέγιστον ἐν τῇ φύσει αὐτῶν ὑπάρχει, τοῦτο δὴ βούλομαι εἰπεῖν. Καί μοι δοκεῖ ὁ Πλάτων μόνον αὐτὸ παριδεῖν ἐν τῷ περὶ ψυχῆς καὶ ἀθανασίας αὐτῆς λόγῳ. Ἀποθανοῦσα γὰρ μυῖα τέφρας ἐπιχυθείσης ἀνίσταται καὶ παλιγγενεσία τις αὐτῇ καὶ βίος ἄλλος ἐξ ὑπαρχῆς γίγνεται, ὡς ἀκριβῶς πεπεῖσθαι πάντας, ὅτι κἀκείνων ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχή, εἴ γε καὶ ἀπελθοῦσα ἐπανέρχεται πάλιν καὶ γνωρίζει καὶ ἐπανίστησι τὸ σῶμα

4. Nascitur non statim talis, sed vermis primum, sive ex hominibus, sive animalibus aliis demortuis : deinde paullatim et pedes profert, et pinnas gignit, et ex repenti fit volucris; fit etiam gravida et vermiculum parit, muscam paullo post futurum. Quum autem nutriatur cum hominibus, eorumque contubernio et mensa utatur, omnia gustat, præter oleum; quippe quod bibisse illi mors est. Verum brevis ævi quum sit (omnino enim arctis vita illius terminis circumscripa est), luce gaudet maxime, et in ea agit : noctu autem quietem agit, et neque volat neque canit, sed contrahit se et nusquam movet.

5. Prudentiam ejus non parvam commemorare possum, quando insidiatorem et hostem suum araneum effugit. Insidiantem enim observat, et contra intuetur, declinans impetum, ne reti illius capiatur et in cirros bestiæ incidat. Fortitudinem illius et robur nos dicere nihil opus est, quum poetarum magniloquentissimus, Homerus, laudare studens heroum præstantissimum, non leoni, aut pardali, aut apro robur illius comparet, sed fortitudini muscæ, et intrepidis illius improbisque conatibus : neque enim audaciam ait illi inesse, sed fortitudinem. Nam etiam repulsa, ait, tamen non desistit, sed morsum appetit. Ita autem omnino laudat atque amplectitur muscam, ut non semel neque paucis mentionem illius injiciat, sed sæpe : adeo commemoratione illius ornantur versiculi. Nunc enim gregarium illius ad lac volatum enarrat; nunc Minervam, quum defendit a Menelao telum, ne in vitalia illius incidat, comparans matri dormientem infantem suum custodienti, muscam rursus comparationi inducit. Quin etiam appellatione pulcherrima eas ornavit, dum « densas » dixit, et turbam illarum vocavit « gentes. »

6. Adeo autem robusta est, ut morsu vulneret non hominis modo cutem, sed bovis etiam et equi : quin elephantem dolore afficit, intra rugas illius dum repit et sua proboscide pro portione magnitudinis suæ sauciat. Coitus autem et veneris et nuptiarum multa illis est libertas; ac mas non, ut in genere gallinaceo, quum inscendit, statim iterum desilit; sed diu inequitat feminæ, atque illa fert sponsum, volantque una, neque illum in aere coitum volatu disturbant. Denique præciso capite musca diu vivit corpore reliquo, et spirat.

7. Quod autem maximum in natura illarum est, hoc jam volo dicere. Ac videtur mihi solum illud Plato prætervidisse in suo de anima illiusque immortalitate libro. Mortua enim musca insperso cinere resurgit, et instaurata illi nativitas atque alia de novo vita contingit, adeo ut plane persuasum esse debeat omnibus, illarum quoque immortalem esse animam, siquidem etiam quum discessit, redit iterum et agnoscit et suscitat corpus, et ut volet musca efficit, et

καὶ πέτεσθαι τὴν μυῖαν ποιεῖ, καὶ ἐπαληθεύει τὸν περὶ Ἑρμοτίμου τοῦ Κλαζομενίου μῦθον, ὅτι πολλάκις ἀφιεῖσα αὐτὸν ἡ ψυχὴ ἀπεδήμει καθ' ἑαυτήν, εἶτα ἐπανελθοῦσα ἐπλήρου αὖθις τὸ σῶμα καὶ ἀνίστα τὸν Ἑρμότιμον.

8. Ἀργὸς δὲ αὐτὴ καὶ ἄνετος οὖσα τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων πονούμενα καρποῦται καὶ πλήρης αὐτῇ πανταχοῦ τράπεζα· καὶ γὰρ αἶγες αὐτῇ ἀμέλγονται, καὶ ἡ μέλιττα οὐχ ἥκιστα μυίαις καὶ ἀνθρώποις ἐργάζεται, καὶ οἱ ὀψοποιοὶ ταύτῃ τὰ ὄψα ἡδύνουσι καὶ βασιλέων αὐτῶν προγεύεται καὶ ταῖς τραπέζαις ἐμπεριπατοῦσα συνεστιᾶται αὐτοῖς καὶ συναπολαύει πάντων.

9. Νεοττιὰν δὲ ἢ καλιὰν οὐχ ἑνὶ τόπῳ κατεστήσατο, ἀλλὰ πλάνητα τὴν πτῆσιν κατὰ τοὺς Σκύθας ἐπανῃρημένη, ὅπου ἂν τύχῃ ὑπὸ τῆς νυκτὸς καταληφθεῖσα, ἐκεῖ καὶ ἑστίαν καὶ εὐνὴν ποιεῖται. Ὑπὸ σκότῳ μέντοι, ὡς ἔφην, οὐδὲν ἐργάζεται οὔτε ἀξιοῖ λανθάνειν τι πράττουσα, οὐδὲ ἡγεῖταί τι αἰσχρὸν ποιεῖν, ὃ ἐν φωτὶ δρώμενον αἰσχυνεῖ αὐτήν.

10. Φησὶ δὲ ὁ μῦθος καὶ ἄνθρωπόν τινα Μυῖαν τὸ ἀρχαῖον γενέσθαι πάνυ καλήν, λάλον μέντοι γε καὶ στωμύλην καὶ ᾠδικήν, καὶ ἀντερασθῆναί γε τῇ Σελήνῃ κατὰ τὸ αὐτὸ ἀμφοτέρας τοῦ Ἐνδυμίωνος. Εἶτ' ἐπειδὴ κοιμώμενον τὸ μειράκιον συνεχὲς ἐπήγειρεν ἐρεσχηλοῦσα καὶ ᾄδουσα καὶ κωμάζουσα ἐπ' αὐτόν, τὸν μὲν ἀγανακτῆσαι, τὴν δὲ Σελήνην ὀργισθεῖσαν εἰς τοῦτο τὴν Μυῖαν μεταβαλεῖν· καὶ διὰ τοῦτο πᾶσι νῦν τοῖς κοιμωμένοις αὐτὴν τοῦ ὕπνου φθονεῖν μεμνημένην ἔτι τοῦ Ἐνδυμίωνος, καὶ μάλιστα τοῖς νέοις καὶ ἁπαλοῖς· καὶ τὸ δῆγμα δὲ αὐτὸ καὶ ἡ τοῦ αἵματος ἐπιθυμία οὐχ ἀγριότητος, ἀλλ' ἔρωτός ἐστι σημεῖον καὶ φιλανθρωπίας· ὡς γὰρ δυνατὸν ἀπολαύει καὶ τοῦ κάλλους τι ἀπανθίζεται.

11. Ἐγένετο κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ γυνή τις ὁμώνυμος αὐτῇ, ποιήτρια, πάνυ καλὴ καὶ σοφή, καὶ ἄλλη ἑταίρα τῶν Ἀττικῶν ἐπιφανής, περὶ ἧς καὶ ὁ κωμικὸς ποιητὴς ἔφη, « ἡ Μυῖα ἔδακνεν αὐτὸν ἄχρι τῆς καρδίας· » οὕτως οὐδὲ ἡ κωμικὴ χάρις ἀπηξίωσεν οὐδὲ ἀπέκλεισε τῆς σκηνῆς τὸ τῆς μυίας ὄνομα, οὐδ' οἱ γονεῖς ᾐδοῦντο τὰς θυγατέρας οὕτω καλοῦντες. Ἡ μὲν γὰρ τραγῳδία καὶ σὺν μεγάλῳ ἐπαίνῳ μέμνηται τῆς μυίας, ὡς ἐν τούτοις,

> Δεινόν γε τὴν μὲν μυῖαν ἀλκίμῳ σθένει
> πηδᾶν ἐπ' ἀνδρῶν σώμαθ', ὡς πλησθῇ φόνου,
> ἄνδρας δ' ὁπλίτας πολέμιον ταρβεῖν δόρυ.

Πολλὰ ἂν εἶχον εἰπεῖν καὶ περὶ Μυίας τῆς Πυθαγορικῆς, εἰ μὴ γνώριμος ἦν ἅπασιν ἡ κατ' αὐτὴν ἱστορία.

12. Γίγνονται δὲ καὶ μέγισταί τινες μυῖαι, ἃς στρατιώτιδας οἱ πολλοὶ καλοῦσιν, οἱ δὲ κύνας, τραχύταται τὸν βόμβον καὶ τὴν πτῆσιν ὠκύταται, αἵ γε καὶ μακροβιώτατοί εἰσι καὶ τοῦ χειμῶνος ὅλου ἄσιτοι διακαρτεροῦσιν ὑπεπτηχυῖαι τοῖς ὀρόφοις μάλιστα, ἐφ' ὧν κἀκεῖνο θαυμάζειν ἄξιον, ὅτι ἀμφότερα, καὶ τὰ θηλειῶν καὶ τὰ ἀρρένων, δρῶσι βαίνοντες ἐν τῷ μέρει κατὰ τὸν Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης παῖδα τὸν μικτὸν τὴν φύσιν

fidem conciliat illi de Clazomenio Hermotimo fabulæ, animam illius sæpe, ipso relicto, pro se peregrinatam; deinde reducem implevisse corpus iterum et suscitasse Hermotimum.

8. Jam ipsa musca vacua opere solum alieno labore partis fruitur, ac plena illi ubique mensa. Nam et capræ illi mulgentur, et non minus muscis quam hominibus laborat apis; et coqui huic condiunt obsonia, et regibus ipsis prægustat, mensisque inambulans cum illis epulatur, et una fruitur omnibus.

9. Pullitiem vero suam aut nidum non uno loco constituit, sed erraticum Scytharum more volatum quum susceperit, ubicumque a nocte deprehenditur, ibi et larem sibi et cubile facit. Verum noctu, uti dixi, nihil operatur, neque occulte cupit agere quicquam; neque putat quicquam se turpe facere, quod in luce factum pudori esse sibi debeat.

10. Fertur etiam fabula, mulierem quandam Muscam olim fuisse, pulcherrimam, loquacem vero eandem atque argutam, et cantus amantem; rivalem autem Lunæ in amando Endymione fuisse. Deinde quum dormientem adolescentem subinde ludibriis suis et cantionibus et comissationibus excitaret, ægre tulisse illum; iratam vero Lunam in hoc illam animal mutasse: atque ideo omnibus illam nunc invidere somno, Endymionis nimirum memorem, maxime vero junioribus tenerioribusque. Morsus autem ipse et illa sanguinis cupiditas non feritatis signum, sed amoris est atque humanitatis: quantum enim potest fruitur et de pulchritudine decerpit aliquid.

11. Fuit apud antiquos etiam mulier quædam illi cognominis, poetria, plane pulchra et docta; et alia nobilis apud Athenienses meretrix, de qua comicus poeta dixit:

> Istæc momordit Musca ad usque cor viri.

Ita neque comica venustas dedignata est aut scena exclusit nomen muscæ, neque puduit parentes ita vocare filias. Quin tragœdia multa cum laude muscæ memoriam usurpat, ut in illis,

> Proh dedecus, si musca forti robore
> corpus virorum amore cædis insilit:
> armatus hastam sed metuit vir hosticam.

Multa haberem dicere etiam de Musca [Myia] Pythagorica, nisi nota omnibus esset illius historia.

12. Nascuntur etiam maximæ quædam muscæ, quas militares vulgo vocant, alii vero canes, bombo asperrimo, velocissimo volatu, quæ etiam longævæ admodum sunt, et tota hieme sine cibo durant, lacunaribus se insinuantes maxime; in quibus illud etiam mirabile est, quod utrumque et marium opus et feminarum peragunt, mutuo se inscendentes, ut Veneris ille et Mercurii Hermaphroditus filius, mixta natura, pulchritudine duplici. At multa quum

καὶ διττὸν τὸ κάλλος. Πολλὰ δ' ἔτι ἔχων εἰπεῖν καταπαύσω τὸν λόγον, μὴ καὶ δόξω κατὰ τὴν παροιμίαν ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖν.

supersint quæ dicam, desinam, ne, quod est in proverbio, elephantem facere ex musca videar.

LVIII.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΠΑΙΔΕΥΤΟΝ ΚΑΙ ΠΟΛΛΑ ΒΙΒΛΙΑ ΩΝΟΥΜΕΝΟΝ.

1. Καὶ μὴν ἐναντίον ἐστὶν οὗ ἐθέλεις ὃ νῦν ποιεῖς· οἴει μὲν γὰρ ἐν παιδείᾳ καὶ αὐτὸς εἶναί τις δόξειν σπουδῇ συνωνούμενος τὰ κάλλιστα τῶν βιβλίων· τὸ δέ σοι περὶ τὰ κάτω χωρεῖ καὶ ἔλεγχος γίγνεται τῆς ἀπαιδευσίας πως τοῦτο· μάλιστα δὲ οὐδὲ τὰ κάλλιστα ὠνῇ, ἀλλὰ πιστεύεις τοῖς ὡς ἔτυχεν ἐπαινοῦσι καὶ ἕρμαιον εἶ τῶν τοιαῦτα ἐπιψευδομένων τοῖς βιβλίοις καὶ θησαυρὸς ἕτοιμος τοῖς καπήλοις αὐτῶν. Ἢ πόθεν γάρ σοι διαγνῶναι δυνατὸν τίνα μὲν παλαιὰ καὶ πολλοῦ ἄξια, τίνα δὲ φαῦλα καὶ ἄλλως σαπρά, εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι καὶ κατακεκόφθαι αὐτὰ τεκμαίροιο καὶ συμβούλους τοὺς σέας ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνοις; ἐπεὶ τοῦ ἀκριβοῦς ἢ τοῦ ἀσφαλοῦς ἐν αὐτοῖς τίς ἢ ποία διάγνωσις;

2. Ἵνα δέ σοι δῶ αὐτὰ ἐκεῖνα κεκρικέναι, ὅσα ὁ Καλλῖνος ἐς κάλλος ἢ ὁ ἀοίδιμος Ἀττικὸς σὺν ἐπιμελείᾳ τῇ πάσῃ γράψαιεν, σοὶ τί ὄφελος, ὦ θαυμάσιε, τοῦ κτήματος οὔτε εἰδότι τὸ κάλλος αὐτῶν οὔτε χρησομένῳ ποτὲ οὐδὲν μᾶλλον ἢ τυφλὸς ἄν τις ἀπολαύσειε κάλλους παιδικῶν; Σὺ δὲ ἀνεῳγμένοις μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾷς τὰ βιβλία, καὶ νὴ Δία κατακόρως, καὶ ἀναγιγνώσκεις ἔνια πάνυ ἐπιτρέχων φθάνοντος τοῦ ὀφθαλμοῦ τὸ στόμα· οὐδέπω δὲ τοῦτό μοι ἱκανόν, ἢν μὴ εἰδῇς τὴν ἀρετὴν καὶ κακίαν ἑκάστου τῶν ἐγγεγραμμένων καὶ συνίῃς ὅστις μὲν ὁ νοῦς σύμπασι, τίς δὲ ἡ τάξις τῶν ὀνομάτων ὅσα τε πρὸς τὸν ὀρθὸν κανόνα τῷ συγγραφεῖ ἀπηκρίβωται καὶ ὅσα κίβδηλα καὶ νόθα καὶ παρακεκομμένα.

3. Τί οὖν; φῂς καὶ ταῦτα μὴ μαθὼν ἡμῖν εἰδέναι; πόθεν, εἰ μή ποτε παρὰ τῶν Μουσῶν κλῶνα δάφνης καθάπερ ὁ ποιμὴν ἐκεῖνος λαβών; Ἑλικῶνα μὲν γάρ, ἵνα διατρίβειν αἱ θεαὶ λέγονται, οὐδὲ ἀκήκοας οἶμαί ποτε οὐδὲ τοιαύτας διατριβὰς ἡμῖν ἐν παισὶν ἐποιοῦ· σοὶ καὶ μεμνῆσθαι Μουσῶν ἀνόσιον. Ἐκεῖναι γὰρ ποιμένι μὲν οὐκ ἂν ὤκνησαν φανῆναι σκληρῷ ἀνδρὶ καὶ δασεῖ καὶ πολὺν τὸν ἥλιον ἐπὶ τῷ σώματι ἐμφαίνοντι, οἵῳ δὲ σοὶ — καί μοι πρὸς τῆς Λιβανίτιδος ἄφες ἐν τῷ παρόντι τὸ μὴ σύμπαντα σαφῶς εἰπεῖν — οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι ποτ' ἂν εὖ οἶδ' ὅτι κατηξίωσαν, ἀλλ' ἀντὶ τῆς δάφνης μυρίκῃ ἂν ἢ καὶ μαλάχης φύλλοις μαστιγοῦσαι ἀπήλλαξαν ἂν τὸν τοιοῦτον, ὡς μὴ μιᾶναι μήτε τὸν Ὀλμειὸν μήτε τὴν τοῦ Ἵππου κρήνην, ἅπερ ἢ ποιμνίοις διψῶσιν ἢ ποιμένων στόμασι καθαροῖς πότιμα. Καίτοι οὐδέ, εἰ καὶ πάνυ ἀναίσχυντος εἶ καὶ

LVIII.

ADVERSUS INDOCTUM ET LIBROS MULTOS EMENTEM.

1. Quin contrarium est consilio tuo, quod nunc facis : putas enim in doctrina te ipsum quoque visum iri esse aliquid, si studiose pulcherrimos quosque libros coemas; at illud nequiter tibi evenit, et ignorantiæ fere tuæ documentum fit evidens : inprimis vero, quod neque optimos emis, sed credis temere laudantibus, et munus es a Mercurio oblatum iis qui talia mentiuntur de libris, ac thesaurus paratus eorum mangonibus. Aut unde tu dignoscere posses qui sint veteres et multi pretii, qui autem viles et temere futiles, nisi ex eo, si exesi et pertusi sunt, judices, et consiliarias ad hanc inquisitionem tineas adhibeas? quandoquidem curæ exquisitæ et certæ in ipsis fidei quæ aut qualis a te proficiscatur dijudicatio?

2. Ut autem tibi dem ipsa illa te judicasse, quæ Callinus pulchre, aut celeber ille Atticus summa cura scripserint : quid tibi prodest, mirabilis homo, eorum possessio, qui nec pulchritudinem illarum noris, neque unquam illis usurus sis, non magis quam cæcus forma fruatur amorum suorum? Tu vero apertis quidem oculis inspicis libros, et sane ad satietatem; alios etiam cursim, oculo os præveniente, perlegis : illud vero mihi nondum satis est, nisi virtutem etiam vitiumque uniuscujusque eorum quæ scripta ibi sunt agnoscas, atque intelligas quæ sit sententia universis, quæ compositio verborum, quæ ad rectam regulam scriptor exegerit, quæ sublestæ fidei, parum genuina, adulterata.

3. Quid igitur? ain' te hæc etiam, licet non didiceris, tamen nobis scire? unde, nisi forte a Musis lauri ramum, ut ille pastor, accepisti? nam Heliconem, ubi commorari deæ illæ dicuntur, neque audisti, puto, unquam, neque ibi puerili ætate moratus es : tibi ne meminisse quidem Musarum fas est. Illæ enim pastori apparere non sunt dedignatæ, duro homini et hirsuto, et multum in corpore solem præ se ferenti : tali vero qualis tu es homini (et, per ego te Libanitidem, permitte in præsens ne diserte dicam omnia) ne prope quidem venire, bene novi, unquam dignatæ sunt; sed pro lauro myrica fere aut malvæ foliis flagellatum destituissent hominem talem, ne Olmeum vel Hippocrenen polluat, fontes gregibus sitientibus alioquin et puri oris pastoribus opportunos. Verum, quantumcumque impudens es

ἀνδρεῖος τὰ τοιαῦτα, τολμήσειας ἄν ποτε εἰπεῖν ὡς ἐπαιδεύθης ἢ ἐμέλησέ σοι πώποτε τῆς ἐν χρῷ πρὸς τὰ βιβλία συνουσίας ἢ ὡς διδάσκαλός σοι ὁ δεῖνα ἢ τῷ δεῖνι ξυνεφοίτας.

4. Ἀλλ' ἑνὶ τούτῳ μόνῳ πάντα ἐκεῖνα ἀναδραμεῖσθαι νῦν ἐλπίζεις τῷ κτᾶσθαι πολλὰ βιβλία. Κατὰ δὴ ταῦτα ἔχε ξυλλαβὼν ἐκεῖνα τὰ τοῦ Δημοσθένους, ὅσα τῇ χειρὶ τῇ αὑτοῦ ὁ ῥήτωρ ἔγραψε, καὶ τὰ τοῦ Θουκυδίδου, ὅσα παρὰ τοῦ Δημοσθένους καὶ αὐτὰ ὀκτάκις μεταγεγραμμένα εὑρέθη καλῶς, ἅπαντα ἐκεῖνα, ὅσα ὁ Σύλλας Ἀθήνηθεν εἰς Ἰταλίαν ἐξέπεμψε, τί ἂν πλέον ἐκ τούτου εἰς παιδείαν κτήσαιο, κἂν ὑποβαλλόμενος αὐτὰ ἐπικαθεύδῃς ἢ ξυγκολλήσας καὶ περιβαλλόμενος περινοστῇς; Πίθηκος γὰρ ὁ πίθηκος, ἡ παροιμία φησί, κἂν χρύσεα ἔχῃ σύμβολα. Καὶ σὺ τοίνυν βιβλίον μὲν ἔχεις ἐν τῇ χειρὶ καὶ ἀναγιγνώσκεις ἀεὶ, τῶν δὲ ἀναγιγνωσκομένων οἶσθα οὐδὲν, ἀλλ' ὄνος λύρας ἀκούεις κινῶν τὰ ὦτα. Ὡς εἴ γε τὸ κεκτῆσθαι τὰ βιβλία καὶ πεπαιδευμένον ἀπέφαινε τὸν ἔχοντα, πολλοῦ ἂν ὡς ἀληθῶς τὸ κτῆμα ἦν ἄξιον καὶ μόνων ὑμῶν τῶν πλουσίων, εἰ ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἦν πρίασθαι τοὺς πένητας ἡμᾶς ὑπερβάλλοντας. Τίς δὲ τοῖς ἐμπόροις καὶ τοῖς βιβλιοκαπήλοις ἤρισεν ἂν περὶ παιδείας τοσαῦτα βιβλία ἔχουσι καὶ πωλοῦσιν; Ἀλλ' εἴ γε διελέγχειν ἐθέλεις, ὄψει μηδ' ἐκείνους πολὺ σοῦ τὰ ἐς παιδείαν ἀμείνους, ἀλλὰ βαρβάρους μὲν τὴν φωνὴν ὥσπερ σὺ, ἀξυνέτους δὲ τῇ γνώσει, οἵους εἰκὸς εἶναι τοὺς μηδὲν τῶν καλῶν καὶ αἰσχρῶν καθεορακότας. Καίτοι σὺ μὲν δύο ἢ τρία παρ' αὐτῶν ἐκείνων πριάμενος ἔχεις, οἱ δὲ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν διὰ χειρὸς ἔχουσιν αὐτά.

5. Τίνος οὖν ἀγαθοῦ ὠνῇ ταῦτα, εἰ μὴ καὶ τὰς ἀποθήκας αὐτὰς τῶν βιβλίων ἡγῇ πεπαιδεῦσθαι τοσαῦτα περιεχούσας παλαιῶν ἀνδρῶν ξυγγράμματα; Καί μοι, εἰ δοκεῖ, ἀπόκριναι· μᾶλλον δὲ, ἐπεὶ τοῦτό σοι ἀδύνατον, ἐπίνευσον γοῦν ἢ ἀνάνευσον πρὸς τὰ ἐρωτώμενα. Εἴ τις αὐλεῖν μὴ ἐπιστάμενος κτήσαιτο τοὺς Τιμοθέου αὐλοὺς ἢ τοὺς Ἰσμηνίου, οὓς ἑπτὰ ταλάντων ὁ Ἰσμηνίας ἐν Κορίνθῳ ἐπρίατο, ἆρ' ἂν διὰ τοῦτο καὶ αὐλεῖν δύναιτο; ἢ οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ τοῦ κτήματος οὐκ ἐπισταμένῳ χρήσασθαι κατὰ τὴν τέχνην; Εὖ γε ἀνένευσας· οὐδὲ γὰρ τοὺς Μαρσύου ἢ Ὀλύμπου κτησάμενος αὐλήσειεν ἂν μὴ μαθών. Τί δ', εἴ τις τοῦ Ἡρακλέους τὰ τόξα κτήσαιτο μὴ Φιλοκτήτης ὤν, ὡς δύνασθαι ἐντείνασθαί τε αὐτὰ καὶ ἐπίσκοπα τοξεῦσαι, τί σοι καὶ οὗτος δοκεῖ; ἆρ' ἂν ἐπιδείξασθαί τι ἔργον τοξότου ἄξιον; Ἀνένευσας καὶ τοῦτο. Κατὰ ταὐτὰ δὴ καὶ ὁ κυβερνᾶν οὐκ εἰδὼς καὶ ἱππεύειν μὴ μεμελετηκὼς εἰ ὁ μὲν ναῦν καλλίστην παραλάβοι τοῖς πᾶσι καὶ εἰς κάλλος καὶ εἰς ἀσφάλειαν κάλλιστα ἐξειργασμένην, ὁ δὲ ἵππον κτήσαιτο Μῆδον ἢ κενταυρίδην ἢ κοππαφόρον, ἐλέγχοιτο ἂν, οἶμαι, ἑκάτερος οὐκ εἰδὼς ὅ τι χρήσαιτο ἑκατέρῳ. Ἐπινεύεις καὶ τοῦτο; Πείθου δὴ καὶ τοῦτό μοι ἐπίνευσον, εἴ τις ὥσπερ σὺ ἀπαίδευτος ὢν ὠνοῖτο πολλὰ βιβλία, οὐ σκώμματα οὗτος εἰς ἀπαιδευσίαν καθ' ἑαυ-

et eatenus virilis, non tamen audebis dicere unquam, te eruditum esse, aut unquam curæ tibi fuisse arctiorem cum libris consuetudinem, aut hunc magistrum tuum fuisse, aut illum condiscipulum.

4. Sed uno hoc solo omnia te illa jam assecuturum speras, multis libris comparandis. Hactenus sane habe tibi collecta illa Demosthenis exemplaria, quæ sua manu scripsit orator, et illa Thucydidis, quæ a Demosthene et ipsa octies descripta pulchre inventa sunt; illa denique omnia quæ Sulla Athenis misit in Italiam: quæ tandem ea ex re ad eruditionem tibi fiat accessio, etsi substratis tibi indormias, aut ea tibi agglutinata et vestis instar circumposita circumferas? Simia enim simia est, ait proverbium, etiamsi aurea gestet crepundia. Etiam tu igitur librum quidem habes in manu, et legis semper; eorum vero quæ legis scis nihil, sed asinus lyram audis movens auriculas. Nam si eruditum redderet dominum librorum possessio, quantivis certe illa possessio pretii esset, et vestrum solorum qui estis divites; si nempe velut de foro liceret emere atque pauperes nos superare. Quis vero cum mercatoribus ac bibliopolis de eruditione contenderet, tot libros habentibus vendentibusque? Verum si volueris examinare, videbis neque illos multum quam tu es eruditione præstantiores, sed lingua barbaros, velut te, et quantum ad cognitionem nihil intelligentes; quales esse credibile est qui nihil vel turpium vel honestorum perspiciunt. Quanquam tu duos forte aut tres libros ab illis ipsis emtos habes; at illi die pariter ac noctu manibus illos tractant.

5. Cujus igitur boni causa illos emis, nisi ipsas quoque librorum capsas eruditas esse putas, quæ tot veterum virorum scripta contineant? Ac mihi responde sodes: vel potius, quum hoc non possis, annue certe aut renue ad ea quæ interrogabo. Si quis tibiarum inflandarum ignarus Timothei tibias emat aut Ismeniæ, quas Ismenias septem talentis emit Corinthi; numquid eapropter tibiis etiam poterit canere? an nihil ipsi possessio profuerit, qui ex arte illis uti non possit? Recte tu renuisti: neque enim, si vel Marsyæ aut Olympi tibias quis possideat, canat nisi didicerit. Quid vero si quis Herculis cum arcu sagittas habens, ipse tamen non sit Philoctetes, qui possit contendere et collineare ad metam; quid hic tibi videtur? an perfecturus opus sagittatore dignum? Renuis hoc quoque. Eadem ratione qui gubernare nescit, et equestrem rationem non exercuit, si iste quidem pulcherrimam navem accipiat rebus omnibus ad decus pariter ac firmitatem elaboratam pulcherrime; hic vero equum emat Medicum, aut centauri de stirpe, aut coppa insignem: deprehendatur, puto, uterque neutra re posse uti recte. Annuis etiam hoc? Crede ergo, et hoc etiam mihi annue, si quis, qualis tu, indoctus homo, multos emat libros; nonne dicteria hic in ruditatem suam contra se ipsum elicit et publicat? quid annuere hic

τοῦ ἐκφέρει; τί ὀκνεῖς καὶ τοῦτο ἐπινεύειν; ἔλεγχος γάρ, οἶμαι, σαφὴς οὗτος καὶ τῶν ὁρώντων ἕκαστος εὐθὺς τὸ προχειρότατον ἐκεῖνο ἐπιφθέγγεται, τί κυνὶ καὶ βαλανείῳ;

6. Καὶ ἐγένετό τις οὐ πρὸ πολλοῦ ἐν Ἀσίᾳ πλούσιος ἀνὴρ ἐκ συμφορᾶς ἀποτμηθεὶς τοὺς πόδας ἀμφοτέρους ἀπὸ κρύους, οἶμαι, ἀποσαπέντας, ἐπειδή ποτε διὰ χιόνος ὁδοιπορῆσαι ξυνέβη αὐτῷ· οὗτος τοίνυν τοῦτο μὲν ἐλεεινὸν ἐπεπόνθει καὶ θεραπεύων τὴν δυστυχίαν ξυλίνους πόδας πεποίητο, καὶ τούτους ὑποδούμενος ἐβάδιζεν ἐπιστηριζόμενος ἅμα τοῖς οἰκέταις· ἐκεῖνο δὲ γελοῖον ἐποίει, κρηπῖδας γὰρ καλλίστας ἐωνεῖτο νεοτμήτους ἀεί, καὶ τὴν πλείστην πραγματείαν περὶ ταύτας εἶχεν, ὡς καλλίστοις ὑποδήμασι κεκοσμημένα εἴη αὐτῷ τὰ ξύλα, οἱ πόδες δή. Οὐ ταὐτὰ οὖν καὶ σὺ ποιεῖς χωλὴν μὲν ἔχων καὶ συκίνην τὴν γνώμην, ὠνούμενος δὲ χρυσοῦς ἐμβάτας, οἷς μόλις ἄν τις καὶ ἀρτίπους ἐμπεριπατήσειεν;

7. Ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις καὶ τὸν Ὅμηρον ἐπρίω πολλάκις, ἀναγνώτω σοί τις αὐτοῦ λαβὼν τὴν δευτέραν τῆς Ἰλιάδος ῥαψῳδίαν, ἧς τὰ μὲν ἄλλα μὴ ἐξετάζειν· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν πρὸς σέ· πεποίηται δέ τις αὐτῷ δημηγορῶν παγγέλοιος ἄνθρωπος, διάστροφος τὸ σῶμα καὶ λελωβημένος. Ἐκεῖνος τοίνυν ὁ Θερσίτης ὁ τοιοῦτος εἰ λάβοι τὴν Ἀχιλλέως πανοπλίαν, οἴει ὅτι αὐτίκα διὰ τοῦτο καὶ καλὸς ἅμα καὶ ἰσχυρὸς ἂν γένοιτο, καὶ ὑπερπηδήσεται μὲν τὸν ποταμόν, ἐπιθολώσει δὲ αὐτοῦ τὸ ῥεῖθρον τῷ φόνῳ τῶν Φρυγῶν, ἀποκτενεῖ δὲ τὸν Ἕκτορα καὶ πρὸ αὐτοῦ τὸν Λυκάονα καὶ τὸν Ἀστεροπαῖον μηδὲ φέρειν ἐπὶ τῶν ὤμων τὴν μελίαν δυνάμενος; Οὐκ ἂν εἴποις· ἀλλὰ καὶ γέλωτα ἂν ὀφλισκάνοι χωλεύων ὑπὸ τῇ ἀσπίδι καὶ ἐπὶ στόμα καταπίπτων ὑπὸ τοῦ βάρους καὶ ὑπὸ τῷ κράνει, ὁπότε ἀνανεύσειε, δεικνὺς τοὺς παραβλῶπας ἐκείνους αὐτοῦ ὀφθαλμοὺς καὶ τὸν θώρακα ἐπαίρων τῷ τοῦ μεταφρένου κυρτώματι καὶ τὰς κνημῖδας ἐπισυρόμενος καὶ ὅλως αἰσχύνων ἀμφοτέρους καὶ τὸν δημιουργὸν αὐτῶν καὶ τὸν δεσπότην. Τὸ αὐτὸ δὴ καὶ σὺ πάσχων οὐχ ὁρᾷς, ὁπόταν τὸ μὲν βιβλίον ἐν τῇ χειρὶ ἔχῃς πάγκαλον, πορφυρᾶν μὲν ἔχον τὴν διφθέραν, χρυσοῦν δὲ τὸν ὀμφαλόν, ἀναγιγνώσκῃς δὲ αὐτὸ βαρβαρίζων καὶ καταισχύνων καὶ διαστρέφων, ὑπὸ μὲν τῶν πεπαιδευμένων καταγελώμενος, ὑπὸ δὲ τῶν ξυνόντων σοι κολάκων ἐπαινούμενος, οἳ καὶ αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπιστρεφόμενοι γελῶσι τὰ πολλά;

8. Θέλω γοῦν σοι διηγήσασθαί τι Πυθοῖ γενόμενον· Ταραντῖνος Εὐάγγελος τοὔνομα τῶν οὐκ ἀφανῶν ἐν τῷ Τάραντι ἐπεθύμησε νικῆσαι Πύθια· τὰ μὲν οὖν τῆς γυμνῆς ἀγωνίας αὐτίκα ἐδόκει αὐτῷ ἀδύνατον εἶναι μήτε πρὸς ἰσχὺν μήτε πρὸς ὠκύτητα εὖ πεφυκότι, κιθάρᾳ δὲ καὶ ᾠδῇ ῥᾳδίως κρατήσειν ἐπείσθη ὑπὸ τῶν καταράτων ἀνθρώπων, οὓς εἶχε περὶ αὐτόν, ἐπαινούντων καὶ βοώντων, ὁπότε καὶ τὸ σμικρότατον ἐκεῖνος ἀνακρούσαιτο. Ἧκεν οὖν εἰς τοὺς Δελφοὺς τά τε ἄλλα λαμπρὸς καὶ δὴ καὶ ἐσθῆτα χρυσόπαστον ποιησάμενος καὶ

etiam cunctaris? clarum enim istud est argumentum, videntiumque unusquisque statim illud, quod maxime in promtu esse solet, subjicit, Quid cani cum balneo?

6. Et fuit non ita pridem in Asia aliquis vir dives, calamitate quadam utroque pede truncatus, qui ex frigore, puto, sphacelo essent corrupti, quum per nivem iter ei faciendum fuisset. Huic ergo miserabilis ille casus obvenit: quod infortunium uti consolaretur, ligneos sibi pedes fecerat; iisque subligatis, servis simul innixus, incedebat. At hoc factitabat ridicule, quod crepidas semper pulcherrimas emebat, recenti opere, et multum sibi negotii circa illas habebat, ut quam pulcherrimis semper calceis ornata essent ipsi ligna illa, pedes videlicet. Non igitur eadem et tu facis, mentem qui habeas claudam et ficulneam, aureos vero tibi cothurnos compares, in quibus vix rectis pedibus aliquis incedat?

7. Quandoquidem vero inter alios Homerum etiam emisti sæpe, capiat aliquis et legat tibi secundum Iliadis librum, cujus reliqua examinare noli; nihil enim eorum ad te: fingitur autem ab illo concionari ridiculus undique homo, distorto corpore atque debili. Ille ergo Thersites, talis, Achillis arma si capiat, putasne illum propterea statim et pulchrum simul et fortem futurum, et trajecti saltu fluminis aquas Phrygum cæde infecturum, occisurumque Hectorem, atque ante illum Lycaonem et Asteropæum, qui neque humeris ferre fraxineam illam Achillis hastam possit? Non sane dixeris: sed risum quoque debeat claudicans sub scuto, et præ gravitate pronus prolabens, ac sub galea, si quando suspiciat, strabos illos oculos ostendens, et illa dorsi curvitate thoracem elevans, trahensque ocreas, denique pudorem et artifici et domino armorum objiciens. Idem vero tibi quoque usu venire non vides, quum librum in manu habes pulcherrimum, pelle purpurea, aureo umbilico ornatum; legis autem ita ut pronunciatione barbara illum deformes atque distorqueas, deridentibus te eruditis, laudantibus autem qui tecum sunt adulatoribus, qui tamen et ipsi ad se invicem conversi frequenter rident?

8. Volo tibi etiam narrare aliquid Pythone factum. Tarentinus quidam, Evangelus nomine, domi non ignobilis, animum adjecerat ad victoriam Pythiorum. Ac nudam ad illos exercitationem statim supra se esse videbat, qui neque ad robur neque ad celeritatem natura aptus esset; cithara vero et cantu facile se victurum persuaderi sibi a sacerrimis hominibus, familiaribus suis, passus fuerat, laudantibus, clamantibus, quoties vel minimum ille chordas attigisset. Venit ergo Delphos, quum cetera splendidus, tum quod intextam auro vestem sibi fecerat, et coronam ex

στέφανον δάφνης χρυσῆς κάλλιστον, ὡς ἀντὶ καρποῦ τῆς δάφνης σμαράγδους εἶναι ἰσομεγέθεις τῷ καρπῷ· τὴν μέν γε κιθάραν αὐτὴν, ὑπερφυές τι χρῆμα ἐς κάλλος καὶ πολυτέλειαν, χρυσοῦ μὲν τοῦ ἀκηράτου πᾶσαν, σφραγῖσι δὲ καὶ λίθοις ποικίλοις κατακεκοσμημένην, Μουσῶν μεταξὺ καὶ Ἀπόλλωνος καὶ Ὀρφέως ἐντετορευμένων, θαῦμα μέγα τοῖς ὁρῶσιν.

aurea lauro pulcherrimam, ut pro fructu lauri smaragdi essent æquali fructus illius magnitudine : citharam autem ipsam, admirandum opus pulchritudine et pretio, ex auro totam solido, sigillisque et gemmis variis ornatam, quibus Musæ inter alia et Apollo et Orpheus insculpti essent : ingens videntibus miraculum.

9. Ἐπεὶ δ' οὖν ποτε καὶ ἧκεν ἡ τοῦ ἀγῶνος ἡμέρα, τρεῖς μὲν ἦσαν, ἔλαχε δὲ μέσος αὐτῶν ὁ Εὐάγγελος ᾄδειν καὶ μετὰ Θέσπιν τὸν Θηβαῖον οὐ φαύλως ἀγωνισάμενον· εἰσέρχεται οὖν ὅλος περιλαμπόμενος τῷ χρυσίῳ καὶ τοῖς σμαράγδοις καὶ βηρύλλοις καὶ ὑακίνθοις, καὶ ἡ πορφύρα δὲ ἐνέπρεπε τῆς ἐσθῆτος, ἣ μεταξὺ τοῦ χρυσοῦ διεφαίνετο. Τούτοις ἅπασι προεκπλήξας τὸ θέατρον καὶ θαυμαστῆς ἐλπίδος ἐμπλήσας τοὺς θεατὰς, ἐπειδή ποτε καὶ ᾆσαι καὶ κιθαρίσαι πάντως ἔδει, ἀνακρούεται μὲν ἀνάρμοστόν τι καὶ ἀσύντακτον, ἀπορρήγνυσι δὲ τρεῖς ἅμα χορδὰς σφοδρότερον τοῦ δέοντος ἐμπεσὼν τῇ κιθάρᾳ, ᾄδειν δὲ ἄρχεται ἀπόμουσόν τι καὶ λεπτὸν, ὥστε γέλωτα μὲν παρὰ πάντων γενέσθαι τῶν θεατῶν, τοὺς ἀθλοθέτας δὲ ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τῇ τόλμῃ μαστιγώσαντας αὐτὸν ἐκβαλεῖν τοῦ θεάτρου· ὅτεπερ καὶ γελοιότατος ὤφθη δακρύων ὁ χρυσοῦς Εὐάγγελος καὶ ὑπὸ τῶν μαστιγοφόρων συρόμενος διὰ μέσης τῆς σκηνῆς καὶ τὰ σκέλη καθῃματωμένος ἐκ τῶν μαστίγων καὶ συλλέγων χαμόθεν τῆς κιθάρας τὰς σφραγῖδας· ἐξεπεπτώκεισαν γὰρ κἀκείνης ξυμμαστιγουμένης αὐτῷ.

9. Quum vero tandem aliquando venisset dies certaminis, tres erant, quorum media canendi sors exiit Evangelo, et post Thebanum quidem Thespin, qui non male certaverat. Ingreditur ergo, auro relucens totus, et smaragdis, et beryllis, atque hyacinthis : decora quoque vestimenti purpura, inter aurum interlucens. His omnibus quum ante perculisset theatrum et admirabili exspectatione spectatores implesset, ac tandem canere etiam et citharam pulsare omnino oporteret; pulsare incipit inconcinnum quiddam et incongruum; abrumpit autem chordas simul tres, vehementius justo in citharam dum irruit; incipitque cantare adeo alienum quiddam a Musis atque tenue, ut risus spectatorum omnium cooriretur, præsides autem certaminis indigne ferentes hominis audaciam, flagris cæsum theatro ejicerent: quo quidem tempore maxime ridiculus visus est aureus ille Evangelus, qui ploraret tractus a virgatoribus per mediam scenam, cruenta a flagellis crura habens, humi colligens sigilla citharæ, quæ exciderant scilicet quum vapularet una cum ipso etiam cithara.

10. Μικρὸν δὲ ἐπισχὼν μετ' αὐτὸν Εὔμηλός τις Ἠλεῖος εἰσέρχεται, κιθάραν μὲν παλαιὰν ἔχων, ξυλίνους δὲ κόλλοπας ἐπικειμένην, ἐσθῆτα δὲ μόγις σὺν τῷ στεφάνῳ δέκα δραχμῶν ἀξίαν· ἀλλ' οὗτός γε ᾄσας δεξιῶς καὶ κιθαρίσας κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης ἐκράτει καὶ ἀνεκηρύττετο καὶ τοῦ Εὐαγγέλου κατεγέλα μάτην ἐμπομπεύσαντος τῇ κιθάρᾳ καὶ ταῖς σφραγῖσιν ἐκείναις, καὶ εἰπεῖν γε λέγεται πρὸς αὐτόν· Ὦ Εὐάγγελε, σὺ μὲν χρυσῆν δάφνην περίκεισαι, πλουτεῖς γὰρ, ἐγὼ δὲ ὁ πένης τὴν Δελφικήν· πλὴν τοῦτό γε μόνον ὤνησο τῆς σκευῆς, ὅτι μηδὲ ἐλεούμενος ἐπὶ τῇ ἥττῃ ἀπέρχῃ, ἀλλὰ μισούμενος προσέτι διὰ τὴν ἄτεχνόν σου ταύτην καὶ περιττὴν τρυφήν. Περὶ πόδα δή σοι καὶ Εὐάγγελος οὗτος, παρ' ὅσον σοί γε οὐδ' ὀλίγον μέλει τοῦ γέλωτος τῶν θεατῶν.

10. Parvo autem post illum intervallo Eumelus aliquis intrat ex Elide, citharam habens veterem, cujus lignei essent verticilli, vestem vero vix cum ipsa corona drachmis decem dignam. At hic, qui dextre cantasset et lege artis tractasset citharam, vicit, et præconio ornatus est, et derisit Evangelum, frustra superbientem cithara illa sua et sigillis, ac dixisse illi fertur, Tu quidem, Evangele, aurea lauro cinctus es, quippe dives; ego vero pauperculus Delphica. Ceterum illum solum tui apparatus fructum tibi habes, quod, ne miserante quidem ullo te victum, hinc discedis, sed exosus omnibus propter artis illam expertem atque supervacuam luxuriem. Apprime tibi Evangelus ille congruit, quatenus tu quoque plane non curas risum spectatorum.

11. Οὐκ ἄκαιρον δ' ἂν γένοιτο καὶ Λέσβιον μῦθόν τινα διηγήσασθαί σοι πάλαι γενόμενον. Ὅτε τὸν Ὀρφέα διεσπάσαντο αἱ Θρᾷτται, φασὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ σὺν τῇ λύρᾳ εἰς τὸν Ἕβρον ἐμπεσοῦσαν ἐκβληθῆναι εἰς τὸν μέλανα κόλπον, καὶ ἐπιπλεῖν γε τὴν κεφαλὴν τῇ λύρᾳ, τὴν μὲν ᾄδουσαν θρῆνόν τινα ἐπὶ τῷ Ὀρφεῖ, ὡς λόγος, τὴν λύραν δὲ αὐτὴν ὑπηχεῖν τῶν ἀνέμων ἐμπιπτόντων ταῖς χορδαῖς, καὶ οὕτω μετ' ᾠδῆς προσενεχθῆναι τῇ Λέσβῳ, κἀκείνους ἀνελομένους τὴν μὲν κεφαλὴν καταθάψαι, ἵναπερ νῦν τὸ Βακχεῖον αὐ-

11. Neque vero intempestivum fuerit Lesbiam tibi fabulam enarrare antiquam. Quum Orpheum Thressæ mulieres discerpsissent, caput illius una cum lyra in Hebrum delapsum in sinum Melana delatum esse aiunt; atque innatasse caput lyræ, canens, ut ferunt, threnum de Orpheo, cui lyra, ventis chordas impellentibus, succinuerit, et sic cum cantu appulsam Lesbo : illosque sublatum caput sepeliisse,

τοῖς ἐστι, τὴν λύραν δὲ ἀναθεῖναι ἐς τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ ἱερὸν καὶ ἐπὶ πολύ γε σώζεσθαι αὐτήν.

12. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Νέανθον τὸν τοῦ Πιτταχοῦ τοῦ τυράννου ταῦτα ὑπὲρ τῆς λύρας πυνθανόμενον, ὡς ἐκήλει μὲν καὶ θηρία καὶ φυτὰ καὶ λίθους, ἐμελῴδει δὲ καὶ μετὰ τὴν Ὀρφέως συμφορὰν μηδενὸς ἁπτομένου, πρὸς ἔρωτα τοῦ κτήματος ἐμπεσεῖν καὶ διαφθείραντα τὸν ἱερέα μεγάλοις χρήμασι πεῖσαι ὑποθέντα ἑτέραν ὁμοίαν λύραν δοῦναι αὐτῷ τὴν τοῦ Ὀρφέως· λαβόντα δὲ μεθ' ἡμέραν μὲν ἐν τῇ πόλει χρῆσθαι οὐκ ἀσφαλὲς οἴεσθαι εἶναι, νύκτωρ δὲ ὑπὸ κόλπον ἔχοντα μόνον προελθεῖν ἐς τὸ προάστειον καὶ προχειρισάμενον κρούειν καὶ συνταράττειν τὰς χορδὰς ἄτεχνον καὶ ἄμουσον νεανίσκον, ἐλπίζοντα μέλη τινὰ θεσπέσια ὑπηχήσειν τὴν λύραν, ὑφ' ὧν πάντας καταθέλξειν καὶ κηλήσειν καὶ μακάριον ἔσεσθαι κληρονομήσαντα τῆς Ὀρφέως μουσικῆς· ἄχρι δὴ ξυνελθόντας τοὺς κύνας πρὸς τὸν ἦχον — πολλοὶ δὲ ἦσαν αὐτόθι — διασπάσασθαι αὐτὸν, ὡς τοῦτο γοῦν ὅμοιον τῷ Ὀρφεῖ παθεῖν καὶ μόνους ἐφ' ἑαυτὸν ξυγκαλέσαι τοὺς κύνας· ὅτεπερ καὶ σαφέστατα ὤφθη ὡς οὐχ ἡ λύρα θέλγουσα ἦν, ἀλλὰ ἡ τέχνη καὶ ἡ ᾠδὴ, ἃ μόνα ἐξαίρετα τῷ Ὀρφεῖ παρὰ τῆς μητρὸς ὑπῆρχεν. Ἡ λύρα δὲ ἄλλως κτῆμα ἦν οὐδὲν ἄμεινον τῶν ἄλλων βαρβίτων.

13. Καὶ τί σοι τὸν Ὀρφέα ἢ τὸν Νέανθον λέγω, ὅπου καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐγένετό τις καὶ ἔτι ἐστὶν, οἶμαι, ὃς τὸν Ἐπικτήτου λύχνον τοῦ Στωϊκοῦ κεραμεοῦν ὄντα τρισχιλίων δραχμῶν ἐπρίατο; ἤλπιζε γὰρ οἶμαι κἀκεῖνος, εἰ τῶν νυκτῶν ὑπ' ἐκείνῳ τῷ λύχνῳ ἀναγιγνώσκοι, αὐτίκα μάλα καὶ τὴν Ἐπικτήτου σοφίαν ὄναρ ἐπιστήσεσθαι καὶ ὅμοιος ἔσεσθαι τῷ θαυμαστῷ ἐκείνῳ γέροντι.

14. Χθὲς δὲ καὶ πρῴην ἄλλος τις τὴν Πρωτέως τοῦ Κυνικοῦ βακτηρίαν, ἣν καταθέμενος ἥλατο ἐς τὸ πῦρ, ταλάντου κἀκεῖνος ἐπρίατο, καὶ ἔχει μὲν τὸ κειμήλιον τοῦτο καὶ δείκνυσιν ὡς Τεγεᾶται τοῦ Καλυδωνίου τὸ δέρμα καὶ Θηβαῖοι τὰ ὀστᾶ τοῦ Γηρυόνου καὶ Μεμφῖται τῆς Ἴσιδος τοὺς πλοκάμους· αὐτὸς δὲ ὁ τοῦ θαυμαστοῦ κτήματος δεσπότης καὶ αὐτὸν σὲ τῇ ἀπαιδευσίᾳ καὶ βδελυρίᾳ ὑπερηκόντισεν. Ὁρᾷς ὅπως κακοδαιμόνως διάκεισαι βακτηρίας ἐς τὴν κεφαλὴν ὡς ἀληθῶς δεόμενος;

15. Λέγεται γὰρ καὶ Διονύσιον τραγῳδίαν ποιεῖν φαύλως πάνυ καὶ γελοίως, ὥστε τὸν Φιλόξενον πολλάκις δι' αὐτὴν ἐς τὰς λατομίας ἐμπεσεῖν οὐ δυνάμενον κατέχειν τὸν γέλωτα. Οὗτος τοίνυν πυθόμενος ὡς ἐγγελᾶται, τὸ Αἰσχύλου πυξίον, εἰς ὃ ἐκεῖνος ἔγραφε, σὺν πολλῇ σπουδῇ κτησάμενος καὶ αὐτὸς ᾤετο ἔνθεος ἔσεσθαι καὶ κάτοχος ἐκ τοῦ πυξίου, ἀλλ' ὅμως ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ μακρῷ γελοιότερα ἔγραφεν, οἷον κἀκεῖνο τὸ,

> Δωρὶς τέθνηκεν ἡ Διονυσίου γυνή·

καὶ πάλιν,

> Οἴμοι, γυναῖκα χρησίμην ἀπώλεσα·

ubi nunc Baccheum illis est, lyram vero Apollinis in templo dedicasse, ubi diu servata sit.

12. Interjecto tempore Neanthum Pittaci tyranni filium, qui istæc de lyra audisset, ut animalia et plantas et saxa demulceret, ac post Orphei mortem, nemine illam tractante caneret, in cupiditatem illius habendæ incidisse, corruptoque magna vi pecuniæ sacerdoti persuasisse, ut subjecta alia simili, Orphei sibi lyram daret. Quum vero accepisset, interdiu quidem in urbe ea uti non satis tutum putasse; noctu vero illa sinu condita solum progressum esse in locum suburbanum, eaque depromta, pulsasse et perturbasse fides adolescentem artis et Musarum expertem, qui speraret carmina quædam divina redditaram esse lyram, quibus delinire omnes ac mulcere quum posset, beatum se fore musicæ Orphei heredem; donec convenientes ad sonum canes (multos autem ibi fuisse) istum laniaverint. Hactenus ergo Orphei simile fatum habuisse, sed solos ad se convocasse canes. Ubi illud quidem manifestissime apparuit, non lyram fuisse quæ demulserit, sed artem et cantum, quæ sola eximia Orpheo a matre contigerant. Ceterum lyra supellex erat non melior barbitis aliis.

13. Et quid Orphea tibi aut Neanthum narro, quum nostra ætate fuerit, et forte adhuc sit, qui Epicteti Stoici lucernam fictilem tribus drachmarum millibus emerit? Sperabat, puto, ille etiam, si noctu ad illam lucernam legeret, continuo sapientiam Epicteti astituram sibi per quietem, seque similem seni admirabili futurum.

14. Heri vero et nudiustertius alius quis Cynici Protei baculum, quem deposuerat quum in ignem desiliret, talento ipse quoque emit, et habet pignus illud atque ostentat, ut Tegeatæ Calydonii apri exuvias, et Geryonis ossa Thebani, et Memphitæ cincinnos Isidis: ipse vero admirabilis rei dominus vel ipsum te inscitia atque impuritate vicit. Viden' quam infeliciter te habeas, baculo in caput revera indigens?

15. Dicitur etiam Dionysius tyrannus scripsisse tragœdiam, male sane et ridicule, adeo ut sæpe propter eam in lautumias inciderit Philoxenus, qui risum continere non posset. Hic ergo derideri se audiens, pugillares Æschyli, in quibus ille scribere solitus fuerat, studiose emit, futurum ratus ut et ipse divino quodam ad poeticen studio inde animaretur. Verum enim vero in illis ipsis tabellis longe etiam magis ridicula scribebat, quale illud,

> Doris Dionysi conjux suum obiit diem;

et illud,

> Hei conjugem ego quam commodam deperdidi!

καὶ τοῦτο γὰρ ἐκ τοῦ πυξίου, καὶ τὸ,

Αὑτοῖς γὰρ ἐμπαίζουσιν οἱ μωροὶ βροτῶν.

Τοῦτο μέν γε πρὸς σὲ μάλα εὐστόχως ἂν εἰρημένον εἴη τῷ Διονυσίῳ, καὶ δι' αὐτὸ χρυσῶσαι αὐτοῦ ἔδει ἐκεῖνο τὸ πυξίον.

16. Τίνα γὰρ ἐλπίδα καὶ αὐτὸς ἔχων ἐς τὰ βιβλία καὶ ἀνατυλίττεις ἀεὶ καὶ διακολλᾷς καὶ περικόπτεις καὶ ἀλείφεις τῷ κρόκῳ καὶ τῇ κέδρῳ καὶ διφθέρας περιβάλλεις καὶ ὀμφαλοὺς· ἐντίθης, ὡς δή τί ἀπολαύσων αὐτῶν; Πάνυ γοῦν ἤδη βελτίων γεγένησαι διὰ τὴν ὠνὴν, ὃς τοιαῦτα μὲν φθέγγῃ... μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἰχθύων ἀφωνότερος εἶ. Βιοῖς.δὲ ὡς οὐδ' εἰπεῖν καλὸν, μῖσος δὲ ἄγριον, φασὶ, παρὰ πάντων ἔχεις ἐπὶ τῇ βδελυρίᾳ, ὡς εἰ τοιούτους ἀπειργάζετο τὰ βιβλία, φυγῇ φευκτέον ἂν ἦν ὅτι πορρωτάτω ἀπ' αὐτῶν.

17. Δυοῖν δὲ ὄντοιν, ἅττ' ἂν παρὰ τῶν παλαιῶν τις κτήσαιτο, λέγειν τε δύνασθαι καὶ πράττειν τὰ δέοντα ζήλῳ τῶν ἀρίστων καὶ φυγῇ τῶν χειρόνων, ὅταν μήτε ἐκεῖνα μήτε ταῦτα φαίνηταί τις παρ' αὐτῶν ὠφελούμενος, τί ἄλλο ἢ τοῖς μυσὶ διατριβὰς ὠνεῖται καὶ ταῖς τίλφαις οἰκήσεις καὶ πληγὰς ὡς ἀμελοῦσι τοῖς οἰκέταις;

18. Πῶς δὲ οὐ κἀκεῖνο αἰσχρὸν, εἴ τις ἐν τῇ χειρὶ ἔχοντά τε βιβλίον ἰδών — ἀεὶ δέ τι πάντως ἔχεις — ἔροιτο οὗτινος ἢ ῥήτορος ἢ ξυγγραφέως ἢ ποιητοῦ ἐστι, σὺ δὲ ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς εἰδὼς πράως εἴποις τοῦτό γε· εἶτα, ὡς φιλεῖ τὰ τοιαῦτα ἐν ξυνουσίᾳ προχωρεῖν ἐς μῆκος λόγων, ὁ μὲν ἐπαινοῖ τι ἢ αἰτιῷτο τῶν ἐγγεγραμμένων, σὺ δὲ ἀποροίης καὶ μηδὲν ἔχοις εἰπεῖν, οὐκ εὔξῃ τότε χανεῖν σοι τὴν γῆν, κατὰ σεαυτοῦ ὁ Βελλεροφόντης περιφέρων τὸ βιβλίον;

19. Δημήτριος δὲ ὁ Κυνικὸς ἰδὼν ἐν Κορίνθῳ ἀπαίδευτόν τινα βιβλίον κάλλιστον ἀναγιγνώσκοντα, τὰς Βάκχας οἶμαι τοῦ Εὐριπίδου, κατὰ τὸν ἄγγελον δὲ ἦν τὸν διηγούμενον τὰ τοῦ Πενθέως πάθη καὶ τὸ τῆς Ἀγαύης ἔργον, ἁρπάσας διέσπασεν αὐτὸ εἰπὼν, ἄμεινόν ἐστι τῷ Πενθεῖ ἅπαξ σπαραχθῆναι ὑπ' ἐμοῦ ἢ ὑπὸ σοῦ πολλάκις. Ζητῶν δὲ ἀεὶ πρὸς ἐμαυτὸν οὔπω καὶ τήμερον εὑρεῖν δεδύνημαι τίνος ἕνεκα τὴν σπουδὴν ταύτην ἐσπούδακας περὶ τὴν ὠνὴν τῶν βιβλίων· ὠφελείας μὲν γὰρ ἢ χρείας τῶν ἀπ' αὐτῶν οὐδ' ἂν οἰηθείη τις τῶν καὶ ἐπ' ἐλάχιστόν σε εἰδότων, οὐ μᾶλλον ἢ φαλακρὸς ἄν τις πρίαιτο κτένα ἢ κάτοπτρον ὁ τυφλὸς ἢ ὁ κωφὸς αὐλητὴν ἢ παλλακὴν ὁ εὐνοῦχος ἢ ὁ ἠπειρώτης κώπην ἢ ὁ κυβερνήτης ἄροτρον. Ἀλλὰ μὴ ἐπίδειξιν πλούτου σοι τὸ πρᾶγμα ἔχει καὶ βούλει τοῦτο ἐμφῆναι ἅπασιν, ὅτι καὶ εἰς τὰ μηδέν σοι χρήσιμα ὅμως ἐκ πολλῆς τῆς περιουσίας ἀναλίσκεις; Καὶ μὴν ὅσα γε κἀμὲ Σύρον ὄντα εἰδέναι, εἰ μὴ σαυτὸν φέρων ταῖς τοῦ γέροντος ἐκείνου διαθήκαις παρενέγραψας, ἀπωλώλεις ἂν ὑπὸ λιμοῦ ἤδη καὶ ἀγορὰν προὐτίθεις τῶν βιβλίων.

20. Λοιπὸν οὖν δὴ ἐκεῖνο πεπεισμένον σε ὑπὸ τῶν

nam istuc etiam de pugillaribus : et illud,

Stulti sibi illudunt enim mortalium.

Atque hoc quidem aptissime dictum in te videri potest a Dionysio, ac propter hoc carmen inaurare decebat illos ipsius pugillares.

16. Qua enim ipse spe de libris concepta, eos evolvis semper, et glutinas, et circumcidis, et croco cedroque inungis, et pelles circumdas, et apponis umbilicos, tanquam fructum aliquem illorum capturus? Nempe melior omnino jam ipsa illa emtione factus es, qui talia dicas — imo potius piscibus magis mutus es. Vivis autem ut neque dicere honestum sit, sed immane, ut in proverbio est, odium omnium sustines propter impuritatem. Itaque si talem libri efficerent, curriculo quam longissime fugiendum ab illis erat.

17. Quum vero duo fere sint quæ a veteribus parare sibi possit aliquis, ut et dicere possit et facere quæ oportet, optimorum æmulatione, et fuga deteriorum : si neque istuc neque hoc utilitatis percepisse aliquem inde appareat; quid aliud quam exercitationes muribus parabit, aut habitacula blattis, aut servis plagas tanquam istorum negligentibus?

18. Quomodo vero turpe esse illud quoque negabis, si quis te videns in manu librum habere (semper autem omnino habes aliquem), interroget cujus aut oratoris aut historici aut poetæ sit; tu vero, qui ex titulo noris, placide illud certe respondeas : deinde vero, ut solent talia in consuetudine familiari ad longos sermones procedere, ille laudet aliquid aut vituperet de his quæ ibi scripta sunt; tu vero consilii inops non habeas quod dicas : non tibi tum dehiscere tellurem optabis, qui libellum eo modo quo Bellerophontes contra te circumferas?

19. Cynicus Demetrius quum videret Corinthi indoctum quendam, qui librum legeret pulcherrimum, Bacchas puto Euripidis, esset autem in ea parte fabulæ ubi nuncius Penthei factum enarrat et opus Agavæ : raptum librum discerpsit, dicens, Melius est Pentheo semel a me lacerari quam a te sæpe. Diu autem ac multum apud me quærens, nondum etiam hodie reperire valui, cujus rei causa tantum studii in emendis libris colloces : utilitatis enim aut usus cujusquam ex illis percipiendi causa te facere nemo putarit, qui vel minimam tui notitiam habeat; non magis quam calvus pectinem emerit, aut speculum cæcus, aut surdus tibicinem, aut pellicem castratus, aut mediterraneus remum, aut aratrum gubernator. Verum ostentationem forte divitiarum ea res habet, et hoc vis declarare omnibus, te in ea etiam, quæ nullam tibi utilitatem afferant, tamen de multa illa affluentia aliquid impendere? Verum enim vero, quantum ego etiam, Syrus homo, scire potui, nisi te ipse in illas senis istius tabulas per fraudem inscripsisses, jam perisses fame, et auctionem librorum tuorum proposuisses.

20. Relinquitur nempe illud, inductum te ab adulatoribus

κολάκων ὡς οὐ μόνον καλὸς εἶ καὶ ἐράσμιος, ἀλλὰ σοφὸς καὶ ῥήτωρ καὶ ξυγγραφεὺς οἷος οὐδ' ἕτερος, ὠνεῖσθαι τὰ βιβλία, ὡς ἀληθεύοις τοὺς ἐπαίνους αὐτῶν. Φασὶ δὲ σὲ καὶ λόγους ἐπιδείκνυσθαι αὐτοῖς ἐπὶ δείπνῳ κἀκείνους χερσαίων βατράχων δίκην διψῶντας κεκραγέναι, καὶ μὴ πίνειν, ἢν μὴ διαρραγῶσι βοῶντες. Καὶ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως ῥᾷστος εἶ τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι, καὶ πιστεύεις αὐτοῖς ἅπαντα, ὅς ποτε κἀκεῖνο ἐπείσθης, ὡς βασιλεῖ τινι ὡμοιώθης τὴν ὄψιν καθάπερ ὁ ψευδαλέξανδρος καὶ ψευδοφίλιππος ἐκεῖνος κναφεὺς καὶ ὁ κατὰ τοὺς προπάτορας ἡμῶν ψευδονέρων καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν ὑπὸ τὸ ψεῦδος τεταγμένων.

21. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ τοῦτο ἔπαθες ἀνόητος καὶ ἀπαίδευτος ἄνθρωπος καὶ προῄεις ἐξυπτιάζων καὶ μιμούμενος βάδισμα καὶ σχῆμα καὶ βλέμμα ἐκείνου, ᾧ σεαυτὸν εἰκάζων ἔχαιρες, ὅπου καὶ Πύρρον φασὶ τὸν Ἠπειρώτην τὰ ἄλλα θαυμαστὸν ἄνδρα οὕτως ὑπὸ κολάκων ἐπὶ τῷ ὁμοίῳ ποτὲ διαφθαρῆναι, ὡς πιστεύειν ὅτι ὅμοιος ἦν Ἀλεξάνδρῳ ἐκείνῳ; καίτοι τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν τὸ πρᾶγμα ἦν· εἶδον γὰρ καὶ τὴν τοῦ Πύρρου εἰκόνα, καὶ ὅμως ἐπέπειστο ἐκμεμάχθαι τοῦ Ἀλεξάνδρου τὴν μορφήν. Ἀλλ' ἕνεκα μὲν δὴ τούτων ὕβρισταί μοι ἐς τὸν Πύρρον, ὅτι σὲ εἴκασα κατὰ τοῦτ' αὐτῷ. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου καὶ πάνυ σοι πρέπον ἂν εἴη· ἐπεὶ γὰρ οὕτω διέκειτο ὁ Πύρρος καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἐπέπειστο, οὐδεὶς ὅστις οὐ ξυνετίθετο καὶ ξυνέπασχεν αὐτῷ, ἄχρι δή τις ἐν Λαρίσσῃ πρεσβῦτις ξένη αὐτῷ τἀληθὲς εἰποῦσα ἔπαυσεν αὐτὸν τῆς κορύζης. Ὁ μὲν γὰρ Πύρρος ἐπιδείξας αὐτῇ εἰκόνα Φιλίππου καὶ Περδίκκου καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ Κασσάνδρου καὶ ἄλλων βασιλέων ἤρετο τίνι ὅμοιος εἴη, πάνυ πεπεισμένος ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἥξειν αὐτήν, ἡ δὲ πολὺν χρόνον ἐπισχοῦσα, Βατραχίωνι, ἔφη, τῷ μαγείρῳ· καὶ γὰρ ἦν τις ἐν τῇ Λαρίσσῃ Βατραχίων μάγειρος τῷ Πύρρῳ ὅμοιος.

22. Καὶ σὺ δὴ ᾧτινι μὲν τῶν τοῖς ὀρχησταῖς συνόντων κιναίδων ἔοικας οὐκ ἂν εἴποιμι, ὅτι δὲ μανίαν ἐρρωμένην ἔτι καὶ νῦν μαίνεσθαι δοκεῖς ἅπασιν ἐπ' ἐκείνῃ τῇ εἰκόνι, πάνυ σαφῶς οἶδα. Οὔκουν θαυμαστὸν, εἰ ἀπίθανος οὕτω ζωγράφος ὢν καὶ τοῖς πεπαιδευμένοις ἐξομοιοῦσθαι ἐθέλεις πιστεύων τοῖς τὰ τοιαῦτά σε ἐπαινοῦσι. Καίτοι τί ταῦτα ληρῶ; πρόδηλος γὰρ ἡ αἰτία τῆς περὶ τὰ βιβλία σπουδῆς, εἰ καὶ ὑπὸ νωθείας ἐγὼ μὴ πάλαι κατεῖδον· σοφὸν γὰρ, ὡς γοῦν οἴει, τοῦτ' ἐπινενόηκας καὶ ἐλπίδας οὐ μικρὰς ἔχεις περὶ τοῦ πράγματος, εἰ βασιλεὺς μάθοι ταῦτα σοφὸς ἀνὴρ καὶ παιδείαν μάλιστα τιμῶν· εἰ δὲ ταῦτα ὑπὲρ σοῦ ἐκεῖνος ἀκούσειεν, ὡς ὠνῇ βιβλία καὶ ξυνάγεις πολλὰ, πάντα ἐν βραχεῖ παρ' αὐτοῦ ἔσεσθαί σοι νομίζεις.

23. Ἀλλ', ὦ κατάπυγον, οἴει τοσοῦτον μανδραγόραν καταχεχύσθαι αὐτοῦ ὡς ταῦτα μὲν ἀκούειν, ἐκεῖνα δὲ μὴ εἰδέναι, οἷος μέν σου ὁ μεθ' ἡμέραν βίος, οἷοι δέ σοι πότοι, ὁποῖαι δὲ νύκτες καὶ οἵοις καὶ ἡλίκοις ξυγκαθεύδεις; οὐκ οἶσθα ὡς ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ πολλοὶ βα-

uti credas non modo pulchrum te esse atque amabilem, sed doctum atque oratorem et historicum, qualis nemo alius, libros emere ideo, ut laudes illorum asseras. Aiunt vero te illis recitare in conviviis, atque illos terrestrium ranarum instar præ siti clamare, nec bibere, nisi dirumpantur clamoribus. Nescio enim quomodo peropportunus es qui naso ducaris, et credas illis omnia; qui aliquando illud etiam persuaderi tibi passus sis, regi te cuidam similem vultu esse, sicut commentitius ille Alexander, et fullo ille Pseudo-Philippus, et qui proavorum nostrorum memoria fuit, simulatus Nero, et si quis alius præfixam suo nomini mendacii notam gerit.

21. Et quid mirum si hoc tibi usu venit, dementi atque indocto homini, si processisti supina cervice, incessum imitatus et habitum et vultum illius, cui assimilare te gaudebas; quum etiam Pyrrhum narrent Epirotam, admirabilem alioqui virum, adeo quondam ab adulatoribus, quantum ad similitudinis judicium, corruptum, ut Alexandro se illi similem putaret? quum tamen ea res, ut musici dicunt, summo intervallo distaret : vidi enim Pyrrhi etiam imaginem; et tamen putabat in se expressam Alexandri formam. Sed hactenus in Pyrrhum fui injurius, quod te illi, quantum ad hanc rem, comparavi. Quod autem sequitur, vel maxime tibi convenerit : quum enim ita animum induxisset Pyrrhus, eaque de se ipse crederet; nemo erat quin accederet illius sententiæ, et in societatem hujus morbi veniret, d nec quædam Larissæ anus peregrina verum dicendo ista ipsum pituita liberavit. Pyrrhus enim postquam ostenderat illi imaginem Philippi, et Perdiccæ, et Alexandri, et Cassandri, aliorumque regum, interrogabat cui ipse similis esset, persuasum omnino habens venturam ad Alexandrum : at illa diu cunctata, Batrachioni, inquit, coquo. Etenim erat aliquis in urbe Larissa Batrachion nomine coquus, Pyrrho similis.

22. Tu sane cui de cinædis illis, saltatorum libidini servientibus, similis sis, non equidem dixerim : te vero furorem robustum nunc adhuc furere videri omnibus ista de imagine, illud plane scio. Itaque mirandum non est, te malum adeo pictorem eruditis videri velle similem, et his fidem habere qui eo te nomine laudant. Verum quid ista nugor? manifesta enim causa tui circa libros studii, licet ego præ tarditate non olim perspexerim. Sapiens enim, ut quidem putas, hoc tuum commentum est, et spes non parvas ea de re concepisti, si Imperator ista audiat, vir sapiens, et in honore habens eruditionem maximo : si vero ista de te ille audiat, ut emas libros et conducas multos, brevi te tempore ab ipso impetraturum speras omnia.

23. Sed putasne, impudice, tam copiosa illum mandragora perfusum, ut hæc quidem audiat, nesciat vero idem, qualis sit diurna vita tua, quales tuæ potationes, quæ noctes, cum qualibus et cujus ætatis hominibus cubes? nescin' multas esse aures, oculos regis multos? tua vero

σιλέως; τὰ δὲ σὰ οὕτω περιφανῆ ἐστιν ὡς καὶ τυφλοῖς εἶναι καὶ κωφοῖς γνώριμα· εἰ γὰρ καὶ φθέγξαιο μόνον, εἰ γὰρ καὶ λουόμενος ἀποδύσαιο, μᾶλλον δὲ μηδ' ἀποδύσῃ, εἰ δοκεῖ, οἱ δ' οἰκέται μόνον ἢν ἀποδύσωνταί σου, τί οἴει, μὴ αὐτίκα ἔσεσθαι πάντα σου πρόδηλα τὰ τῆς νυκτὸς ἀπόρρητα; Εἰπὲ γοῦν μοι καὶ τόδε, εἰ Βάσσος ὁ ὑμέτερος ἐκεῖνος σοφιστὴς ἢ Βάταλος ὁ αὐλητὴς ἢ ὁ κίναιδος Ἡμιθέων ὁ Συβαρίτης, ὃς τοὺς θαυμαστοὺς ὑμῖν νόμους συνέγραψεν, ὡς χρὴ λεαίνεσθαι καὶ παρατίλλεσθαι καὶ πάσχειν καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα, εἰ τούτων τις νυνὶ λεοντῆν περιβαλλόμενος καὶ ῥόπαλον ἔχων βαδίζοι, τί οἴει φαίνεσθαι τοῖς δρῶσιν; Ἡρακλέα εἶναι αὐτόν; οὐχ, εἴ γε μὴ χύτραις λημῶντες τυγχάνοιεν. Μυρία γάρ ἐστι τὰ ἀντιμαρτυροῦντα τῷ σχήματι, βάδισμα καὶ βλέμμα καὶ φωνὴ καὶ τράχηλος ἐπικεκλασμένος καὶ ψιμύθιον καὶ μαστίχη καὶ φῦκος, οἷς ὑμεῖς κοσμεῖσθε, καὶ ὅλως κατὰ τὴν παροιμίαν, θᾶττον ἂν πέντε ἐλέφαντας ὑπὸ μάλης κρύψειας ἢ ἕνα κίναιδον. Εἶτα ἡ λεοντῆ μὲν τὸν τοιοῦτον οὐκ ἂν ἔκρυψε, σὺ δ' οἴει λήσειν σκεπόμενος βιβλίῳ; ἀλλ' οὐ δυνατόν· προδώσει γάρ σε καὶ ἀποκαλύψει τὰ ἄλλα ὑμῶν γνωρίσματα.

24. Τὸ δ' ὅλον ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς ὅτι τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας οὐ παρὰ τῶν βιβλιοκαπήλων δεῖ ζητεῖν, ἀλλὰ παρ' αὑτοῦ καὶ τοῦ καθ' ἡμέραν βίου λαμβάνειν. Σὺ δ' οἴει συνήγορον κοινὸν καὶ μάρτυρα ἔσεσθαί σοι τὸν Ἀττικὸν καὶ Καλλῖνον τοὺς βιβλιογράφους; οὐκ, ἀλλ' ὠμούς τινας ἀνθρώπους ἐπιτρίψοντάς σε, ἢν οἱ θεοὶ ἐθέλωσι, καὶ πρὸς ἔσχατον πενίας ξυνελάσοντας· δέον ἔτι νῦν σωφρονήσαντα ἀποδόσθαι μέν τινι τῶν πεπαιδευμένων τὰ βιβλία ταῦτα καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν νεόκτιστον ταύτην οἰκίαν, ἀποδοῦναι δὲ τοῖς ἀνδραποδοκαπήλοις μέρος γοῦν ἀπὸ πολλῶν τῶν ὀφειλομένων.

25. Καὶ γὰρ κἀκεῖνα περὶ δύο ταῦτα δεινῶς ἐσπούδακας, βιβλίων τε τῶν πολυτελῶν κτῆσιν καὶ μειρακίων τῶν ἐξώρων καὶ ἤδη καρτερῶν ὠνήν, καὶ τὸ πρᾶγμά σοι πάνυ σπουδάζεται καὶ θηρεύεται. Ἀδύνατον δὲ πένητα ὄντα πρὸς ἄμφω διαρκεῖν. Σκόπει τοίνυν, ὡς ἱερὸν χρῆμα συμβουλή. Ἀξιῶ γάρ σε ἀφέμενον τῶν μηδὲν προσηκόντων τὴν ἑτέραν νόσον θεραπεύειν καὶ τοὺς ὑπηρέτας ἐκείνους ὠνεῖσθαι, ὅπως μὴ ἐπιλειπόντων σε τῶν οἴκοθεν μεταστέλλοιό τινας τῶν ἐλευθέρων, οἷς ἀκίνδυνον ἀπελθοῦσιν, ἢν μὴ λάβωσιν ἅπαντα, ἐξαγορεῦσαι τὰ πραχθέντα ὑμῖν μετὰ τὸν πότον, οἷα καὶ πρῴην αἴσχιστα περὶ σοῦ διηγεῖτο ἐξελθὼν ὁ πόρνος ἔτι καὶ δήγματα ἐπιδεικνύς. Ἀλλ' ἔγωγε καὶ μάρτυρας ἂν παρασχοίμην τοὺς τότε παρόντας, ὡς ἠγανάκτησα καὶ ὀλίγου πληγὰς ἐνέτριψα αὐτῷ χαλεπαίνων ὑπὲρ σοῦ, καὶ μάλισθ' ὅτε καὶ ἄλλον ἐπεκαλέσατο μάρτυρα τῶν ὁμοίων καὶ ἄλλον ταὐτὰ καὶ λόγοις διηγουμένους. Πρὸς δὴ ταῦτα, ὦγαθέ, ταμιεύου τἀργύριον καὶ φύλαττε, ὡς οἴκοι καὶ κατὰ πολλὴν ἀσφάλειαν ταῦτα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἔχῃς. Ὥστε μὲν γὰρ μηκέτι ἐργάζεσθαι τίς ἂν μεταπείσειέ σε; οὐδὲ γὰρ κύων ἅπαξ παύσαιτ' ἂν σκυτοτραγεῖν μαθοῦσα.

facta ita sunt aperta, ut cæcis etiam atque surdis innotuerint. Si enim vocem modo mittas, si enim exuaris in balneo; quin, ne exuaris ipse, si videtur, si servi modo tui exuantur, quid putas? nonne statim manifesta futura tuarum secreta noctium? Dic igitur mihi hoc etiam, si vester ille Bassus sophista, aut Batalus tibicen, aut cinædus Sybaritanus Hemitheon, qui nobiles illas leges vobis scripsit, quomodo lævigari, velli, pati et agere ista deceat; si, inquam, illorum aliquis leonina pelle indutus cum fusti ambulet; quid visum iri putas spectantibus? Herculemne illum esse? non, nisi quidem totas lippiant ollas. Sexcenta enim sunt quæ testimonium adversus illum habitum perhibeant, incessus, conjectus oculorum, et vox, et cervix infracta, et cerussa, et mastiche, et fucus, quibus vos ornamini: et omnino facilius, quod est in proverbio, quinque sub axilla elephantos tegas, quam unum cinædum. Tum leonina talem non tegat; tu vero speras futurum uti libro tectus delitescas? Sed fieri id quidem non potest: prodent enim te ac detegent reliqua indicia vestra.

24. Quod caput est, ignorare mihi videris, bonas spes non a bibliopolis esse petendas, sed a se ipso unicuique atque a quotidiana vita sua sumendas. Tu vero putas advocatum communem testemque futurum tibi Atticum et Callinum librarios? Non, sed crudeles quosdam homines puta te obtrituros, ubi diis visum erit, et ad extremum paupertatis adacturos: qui debebas vel nunc ad sanitatem revocatus vendere eruditorum alicui libros istos, et cum his recens ædificatam illam domum, ac reddere mangonibus partem certe de multis quæ illis debentur.

25. Etenim in duobus istis studiosissime elaborasti, in libris magni pretii exquirendis, et in adolescentulis exoletis jamque robustis coemendis; eamque rem calide admodum tractas et venaris: fieri autem non potest ut homo pauper utrique studio par sis. Vide ego quam divina res sit consilium. Censeo enim te, relictis quæ nihil ad te pertinent, alteri tantum morbo vacare, et illius ministros pretio emere, ne deficientibus servis, ex liberis hominibus quosdam accersas, quibus nempe haud periculosum, si non cuncta acceperint, eliminare quæ post compotationem a vobis fiunt; qualia nuper turpissima de te scortum illud effutiebat jam tum, quum exiret, et morsus ostendebat. Ac possum ego testes etiam præbere qui tum aderant, quam indigne tulerim, et tantum non plagis hominem mulcaverim, tuam vicem nimirum iratus, præsertim quum alium quoque testem ille advocaret similium, et alium, eadem claris verbis enarrantes. Ad hæc igitur, vir bone, repone tibi pecuniam et serva, ut domi et secure talia facere et pati possis. Ut enim plane non amplius facias, quis in eam te sententiam traducat? nec enim canis desinat temere, corium semel docta rodere.

26. Τὸ δ' ἕτερον ῥᾴδιον, τὸ μηκέτι ὠνεῖσθαι βιβλία. Ἱκανῶς πεπαίδευσαι, ἅλις σοι τῆς σοφίας, μόνον οὐ καὶ ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους ἔχεις τὰ παλαιὰ πάντα, πᾶσαν μὲν ἱστορίαν οἶσθα, πάσας δὲ λόγων τέχνας καὶ κάλλη αὐτῶν καὶ κακίας καὶ ὀνομάτων χρῆσιν τῶν Ἀττικῶν· πάνσοφόν τι χρῆμα καὶ ἄκρον ἐν παιδείᾳ γεγένησαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν βιβλίων· κωλύει γὰρ οὐδὲν κἀμέ σοι ἐνδιατρίβειν, ἐπειδὴ χαίρεις ἐξαπατώμενος.

27. Ἡδέως δ' ἂν καὶ ἐροίμην σε, τὰ τοσαῦτα βιβλία ἔχων τί μάλιστα ἀναγιγνώσκεις αὐτῶν; τὰ Πλάτωνος; τὰ Ἀντισθένους; τὰ Ἀρχιλόχου; τὰ Ἱππώνακτος; ἢ τούτων μὲν ὑπερφρονεῖς, ῥήτορες δὲ μάλιστά σοι τούτων διὰ χειρός; Εἰπέ μοι, καὶ Αἰσχίνου τὸν κατὰ Τιμάρχου λόγον ἀναγιγνώσκεις; ἢ ἐκεῖνά γε πάντα οἶσθα καὶ γιγνώσκεις αὐτῶν ἕκαστον; τὸν δὲ Ἀριστοφάνην καὶ τὸν Εὔπολιν ὑποδέδυκας; ἀνέγνως καὶ τοὺς Βάπτας τὸ δρᾶμα ὅλον; εἶτ' οὐδέν σου τἀκεῖ καθίκετο οὐδ' ἠρυθρίασας γνωρίσας αὐτά; τοῦτο γοῦν καὶ μάλιστα θαυμάσειεν ἄν τις, τίνα ποτὲ ψυχὴν ἔχων ἅπτει τῶν βιβλίων, ὁποίαις αὐτὰ χερσὶν ἀνελίττεις. Ποτὲ δὲ ἀναγιγνώσκεις; μεθ' ἡμέραν; ἀλλ' οὐδεὶς ἑώρακε τοῦτο ποιοῦντα. Ἀλλὰ νύκτωρ; πότερον ἐπιτεταμένος ἤδη ἐκεινοισὶ πρὸ τῶν λόγων; Ἀλλὰ πρὸ σκότους; μηκέτι τολμήσῃς τοιοῦτο μηδέν.

28. Ἄφες δὲ τὰ βιβλία καὶ μόνα ἐργάζου τὰ σαυτοῦ. Καίτοι ἐχρῆν μηκέτι μηδὲ ἐκεῖνα, αἰδεσθῆναι δὲ τὴν τοῦ Εὐριπίδου Φαίδραν καὶ ὑπὲρ τῶν γυναικῶν ἀγανακτοῦσαν καὶ λέγουσαν,

> Οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν συνεργάτην
> τέρεμνά τ' οἴκων μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ.

Εἰ δὲ πάντως ἐμμένειν τῇ ὁμοίᾳ νόσῳ διέγνωσται, ἴθι, ὠνοῦ μὲν βιβλία καὶ οἴκοι κατακλείσας ἔχε καὶ καρποῦ τὴν δόξαν τῶν κτημάτων. Ἱκανόν σοι καὶ τοῦτο. Προσάψῃ δὲ μηδέποτε μηδὲ ἀναγνῷς μηδὲ ὑπαγάγῃς τῇ γλώττῃ παλαιῶν ἀνδρῶν λόγους καὶ ποιήματα μηδὲν δεινόν σε εἰργασμένα. Οἶδα ὡς μάτην ταῦτά μοι λελήρηται καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν Αἰθίοπα σμήχειν ἐπιχειρῶ· σὺ γὰρ ὠνήσῃ καὶ χρήσῃ ἐς οὐδὲν καὶ καταγελασθήσῃ πρὸς τῶν πεπαιδευμένων, οἷς ἀπόχρη ὠφελεῖσθαι οὐκ ἐκ τοῦ κάλλους τῶν βιβλίων οὐδ' ἐκ τῆς πολυτελείας αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ τῆς φωνῆς καὶ τῆς γνώμης τῶν γεγραφότων.

29. Σὺ δὲ οἴει θεραπεύσειν τὴν ἀπαιδευσίαν καὶ ἐπικαλύψειν τῇ δόξῃ ταύτῃ καὶ ἐκπλήξειν τῷ πλήθει τῶν βιβλίων, οὐκ εἰδὼς ὅτι καὶ οἱ ἀμαθέστατοι τῶν ἰατρῶν τὸ αὐτὸ σοὶ ποιοῦσιν ἐλεφαντίνους νάρθηκας καὶ σικύας ἀργυρᾶς ποιούμενοι καὶ σμίλας χρυσοκολλήτους· ὁπόταν δὲ καὶ χρήσασθαι τούτοις δέῃ, οἱ μὲν οὐδὲ ὅπως χρὴ μεταχειρίσασθαι αὐτὰ ἴσασι· παρελθὼν δέ τις ἐς τὸ μέσον τῶν μεμαθηκότων φλεβότομον εὖ μάλα ἠκονημένον ἔχων ἰοῦ τἆλλα μεστὸν ἀπήλλαξε τῆς ὀδύνης τὸν νοσοῦντα. Ἵνα δὲ καὶ γελοιοτέρῳ τινὶ τὰ σὰ εἰκάσω, τοὺς κουρέας τούτους ἐπίσκεψαι, καὶ ὄψει

26. At alterum facile, ut libros non amplius emas. Satis eruditus es, satis tibi sapientiæ : tantum non supremis in labiis habes antiqua omnia : historiam nosti omnem, artes omnes dicendi, et elegantias, et vitia, et Atticorum nominum usum. Omnino sapientissimum quiddam et summum in eruditione librorum ista multitudine factus es : nihil enim prohibet quominus ego quoque tempus in te fallam, quandoquidem imponi tibi gaudes.

27. Lubens autem te interrogaverim, tot libros quum habeas, quem potissimum inter eos legas : Platonisne? an Antisthenis? Archilochi, an Hipponactis? an hos quidem contemnis, sed oratores potius quam illi in manibus tibi sunt? Dic mihi, an Æschinis etiam contra Timarchum orationem legis? an illa quidem nosti omnia, et unumquodque illorum agnoscis? Aristophanem et Eupolin egisti? legisti etiam totam Baptas? tum nihil ea quæ ibi sunt te movere, neque in te agnoscens illa erubuisti? Nam vel maxime illud admiretur aliquis, quo tandem animo libros attingas, quibus illos evolvas manibus. Quando autem illos legis? interdiu? at nemo te vidit hoc facere. Sed noctu? utrum quum jam istis intentus es ante studia? Sed ante tenebras? nihil quicquam istiusmodi audeas.

28. Quin tu relinquis libros et tuam solum rem agis? Quanquam neque istuc amplius oportebat, sed Euripidis illam Phædram revereri, indignantem pro mulieribus ac dicentem :

> Tenebras nec horret ulla lecti conscias,
> vocemve, ne gravis prorumpat, parietum.

4. Μᾶλλον δὲ παρακλητέος ἡμῖν τῶν Μενάνδρου προλόγων εἷς ὁ Ἔλεγχος, φίλος Ἀληθείᾳ καὶ Παρρησίᾳ, θεὸς οὐχ ὁ ἀσημότατος τῶν ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβαινόντων, μόνοις ὑμῖν ἐχθρὸς τοῖς δεδιόσι τὴν γλῶτταν αὐτοῦ, πάντα καὶ εἰδότος καὶ σαφῶς διεξιόντος ὁπόσα ὑμῖν σύνοιδε. Χάριεν γοῦν τοῦτο γένοιτ' ἄν, εἰ ἐθελήσειεν ὑμῖν προεισελθὼν οὗτος διηγήσασθαι τοῖς θεαταῖς σύμπαντα τοῦ δράματος τὸν λόγον. Ἄγε τοίνυν, ὦ προλόγων καὶ δαιμόνων ἄριστε Ἔλεγχε, ὅρα ὅπως σαφῶς προδιδάξῃς τοὺς ἀκούοντας, ὡς οὐ μάτην οὐδὲ φιλαπεχθημόνως οὐδ' ἀνίπτοις ποσὶ κατὰ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τόνδε τὸν λόγον ἀπηντήκαμεν, ἀλλὰ καὶ ἴδιόν τι ἀμυνόμενοι καὶ τὰ κοινὰ μισοῦντες τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῇ βδελυρίᾳ. Ταῦτα μόνα εἰπὼν καὶ σαφῶς προδιηγησάμενος ἵλεως ἄπιθι ἐκποδών, τὰ δὲ ἄλλα ἡμῖν κατάλιπε· μιμησόμεθα γάρ σε καὶ διελέγξομεν τὰ πολλά, ὡς παρρησίας γε καὶ ἀληθείας ἕνεκα μηδὲν αἰτιάσασθαί σε. Μήτε δὲ ἐμὲ πρὸς αὐτοὺς ἐπαινέσῃς, ὦ φίλτατε Ἔλεγχε, μήτε τὰ ἐκείνῳ προσόντα προεκχέῃς αὔτως· οὐ γὰρ ἄξιον θεῷ ὄντι ἐπὶ στόμα σοι ἐλθεῖν τοὺς περὶ τῶν οὕτω καταπτύστων λόγους.

5. Ὁ γὰρ σοφιστὴς οὗτος εἶναι λέγων, ὁ πρόλογος ἤδη φησὶ ταῦτα, ἐς Ὀλυμπίαν ποτὲ ἧκε λόγον τινὰ πρὸ πολλοῦ συγγεγραμμένον ἐπιδειξόμενος τοῖς πανηγυρισταῖς. Ἦν δὲ ὑπόθεσις τῷ συγγράμματι ὁ Πυθαγόρας κωλυόμενος ὑπό τινος Ἀθηναίων, οἶμαι, μετέχειν τῆς Ἐλευσῖνι τελετῆς ὡς βάρβαρος, ὅτι ἔλεγεν αὐτὸς ὁ Πυθαγόρας πρὸ τούτου ποτὲ καὶ Εὔφορβος γεγονέναι. Ἐτύγχανε δὲ ὁ λόγος αὐτῷ κατὰ τὸν Αἰσώπου κολοιὸν συμφορητὸς ὢν ἐκ ποικίλων ἀλλοτρίων πτερῶν. Βου-

sionemque et principium justum præberes contra te scribendi viro libero, quique te domo inde accurate noverit, neque metuat quicquam, quominus omnia proferat, vel præconio vulget potius, quæcumque, præter multa illa antiqua, nunc etiam noctu atque interdiu perpetras.

3. Quanquam vanum fortasse et supervacuum fuerit, libertate illa, quæ eruditos decet, apud te uti : neque enim ipse unquam a reprehensione fias melior, non magis quam scarabæus dediscat volvere talia, quum semel iis assueverit; neque puto quenquam esse qui adhuc ignoret quæ audeas quæque senex homo in te ipsum designes. Non ita securus, non ita obscure impurus es : neque opus est qui leoninam tibi detrahat, ut appareat te asinum esse, nisi quis forte ab Hyperboreis inde modo ad nos venerit, aut adeo sit Cumanus, ut non ad primum statim conspectum cognoscat asinorum te omnium esse insolentissimum, neque exspectet dum rudentem etiam audiat : adeo olim et ante me, et apud omnes, et sæpe tua vita præconio vulgata est, et famam eo nomine non parvam habes supra Ariphraden, supra Sybaritam Hemitheonem, supra Chium illum Bastam, illum similibus in rebus doctum. Dicendum tamen, licet obsoleta dicere videar, ne reprehendar, qui solus ea ignorem.

4. Vel potius advocandus erit nobis Menandri prologorum unus, Elenchus [*Arguens*], amicus Veritati et Libertati in dicendo, deus minime obscurissimus eorum qui in scenam prodeunt, solis vobis inimicus qui linguam ipsius timetis, qui et noverit omnia, et diserte quæ de vobis novit eloquatur. Lepidum sane hoc fuerit, si velit ille ante ad vos procedere, et enarrare spectatoribus totam fabulæ rationem. Age igitur, prologorum atque Geniorum optime, Elenche, vide ut diserte auditores ante edoceas, quam non temere neque animo ad inimicitias prono, neque illotis, quod aiunt, pedibus ad hoc argumentum devenerimus, sed tum propriam injuriam ulciscentes, tum communi odio hominem impuritatis causa persequentes. Hæc sola ubi dixeris et aperte exposueris ante fabulam, propitius e vestigio hinc discedito, et reliqua nobis permittito: te enim imitabimur, et convincemus eum in plerisque, ut, quantum ad libertatem veritatemque, minime nos accusaveris. Ne vero rursus me laudaveris apud illos, Elenche carissime, neve isti quæ insunt, temere effundas ante me : neque enim dignum fuerit tibi, qui deus es, in os venire sermones de rebus adeo despuendis.

5. Nimirum iste qui sophistam se esse ait (hæc jam loquitur prologus), Olympiam venit aliquando, orationem olim conscriptam habiturus in panegyri. Erat autem argumentum libelli, Pythagoras prohibitus ab aliquo, Atheniensium puto, sacris Eleusiniis interesse, tanquam barbarus, quod ipse dictitabat Pythagoras se quondam Euphorbum fuisse. Erat porro oratio illi ad Æsopicæ corniculæ instar consarcinata ex multis pennis alienis. Quum

λόμενος δὴ μὴ ἕωλα δόξαι λέγειν, ἀλλ' αὐτοσχεδιάζειν τὰ ἐκ τοῦ βιβλίου, δεῖται τῶν συνήθων τινός — ἦν δὲ ἐκ Πατρῶν ἐκεῖνος, ἀμφὶ δίκας ἔχων τὰ πολλά — ἐπειδὰν αἰτήσῃ τινὰς ὑποθέσεις τοῖς λόγοις, τὸν Πυθαγόραν αὐτῷ προελέσθαι. Καὶ οὕτως ἀνὴρ ἐποίησε καὶ συνέπεισε τὸ θέατρον ἀκούειν τῶν ὑπὲρ τοῦ Πυθαγόρου ἐκείνων λόγων.

6. Ἦν δὴ τὸ ἐπὶ τούτῳ ὁ μὲν πάνυ ἀπίθανος ἐν τῇ ὑποκρίσει συνείρων οἷον εἰκὸς ἐκ πολλοῦ ἐσκεμμένα καὶ μεμελετημένα, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἡ ἀναισχυντία οὖσα ἐπήμυνε καὶ χεῖρα ὤρεγε καὶ συνηγωνίζετο αὐτῷ. Γέλως δὲ πολὺς παρὰ τῶν ἀκουόντων· καὶ οἱ μὲν ἐς τὸν Πατρέα ἐκεῖνον μεταξὺ ἀποβλέποντες ὑπεδήλουν ὡς οὐ λέληθε συμπράξας αὐτῷ τὴν ῥᾳδιουργίαν, οἱ δὲ καὶ αὐτὰ γνωρίζοντες τὰ λεγόμενα παρ' ὅλην τὴν ἀκρόασιν διετέλεσαν ἓν τοῦτο μόνον ἔργον ἔχοντες, ἀλλήλων πειρώμενοι ὅπως μνήμης ἔχουσι πρὸς τὸ διαγιγνώσκειν ὅτου ἕκαστον ἦν τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν εὐδοκιμησάντων ἐπὶ ταῖς καλουμέναις μελέταις σοφιστῶν.

7. Ἐν δὲ τούτοις ἅπασι καὶ ὁ τὸν λόγον τόνδε συγγράψας ἦν ἐν τοῖς γελῶσι καὶ αὐτός. Τί δ' οὐκ ἔμελλε γελᾶν ἐφ' οὕτω περιφανεῖ καὶ ἀπιθάνῳ καὶ ἀναισχύντῳ τολμήματι; καί πως — ἔστι δὲ ἀκρατὴς γέλωτος — ὁ μὲν τὴν φωνὴν ἐντρέψας εἰς μέλος, ὡς ᾤετο θρῆνόν τινα ἐπηύλει τῷ Πυθαγόρᾳ, ὁ δὲ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὄνον κιθαρίζειν πειρώμενον ὁρῶν ἀνεκάχασε μάλα ἡδὺ ὁ ποιητὴς οὗτος ὁ ἐμός· ὁ δὲ εἶδεν ἐπιστραφείς. Τοῦτο ἐξεπολέμωσεν αὐτοὺς τότε ἔναγχος.

8. Ἐνθένδε ἦν μὲν ἡ τοῦ ἔτους ἀρχή, μᾶλλον δὲ ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης νουμηνίας τρίτη, ἐν ᾗ οἱ Ῥωμαῖοι κατά τι ἀρχαῖον εὔχονταί τε αὐτοὶ ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ ἔτους εὐχάς τινας καὶ θύουσι, Νουμᾶ τοῦ βασιλέως καταστησαμένου τὰς ἱερουργίας αὐτοῖς, καὶ πεπιστεύκασι τοὺς θεοὺς ἐν ἐκείνῃ μάλιστα τῇ ἡμέρᾳ χρηματίζειν τοῖς εὐχομένοις. Ἐν τοιαύτῃ τοίνυν ἑορτῇ καὶ ἱερομηνίᾳ ὁ τότε γελάσας ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐκεῖνος ἐπὶ τῷ ὑποβολιμαίῳ Πυθαγόρᾳ ἰδὼν προσιόντα τὸν κατάπτυστον καὶ ἀλαζόνα, τὸν τῶν ἀλλοτρίων λόγων ὑποκριτήν — ἐτύγχανε δὲ καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ ἀκριβῶς εἰδὼς καὶ τὴν ἄλλην ἀσέλγειαν καὶ μιαρίαν τοῦ βίου καὶ ἃ ποιεῖν ἐλέγετο καὶ ἃ ποιῶν κατείληπτο — Ὥρα ἡμῖν, ἔφη πρός τινα τῶν ἑταίρων, ἐκτρέπεσθαι τὸ δυσάντητον τοῦτο θέαμα, ὃς φανεὶς ἔοικε τὴν ἡδίστην ἡμέραν ἀποφράδα ποιήσειν ἡμῖν. Τοῦτ' ἀκούσας ὁ σοφιστὴς τὴν ἀποφράδα ὥς τι ξένον καὶ ἀλλότριον ὄνομα τῶν Ἑλλήνων ἐγέλα εὐθὺς καὶ τὸν ἄνδρα τοῦ πάλαι ἐκείνου γέλωτος ἠμύνετο, ὡς γοῦν ᾤετο, καὶ πρὸς ἅπαντας ἔλεγεν, Ἀποφράς, τί δὲ τοῦτό ἐστι; καρπός τις ἢ βοτάνη τις ἢ σκεῦος; ἆρα τῶν ἐσθιομένων ἢ πινομένων τί ἐστιν ἀποφράς; ἐγὼ μὲν οὔτε ἤκουσα πώποτε οὔτ' ἂν συνίην ποτὲ ὅ τι καὶ λέγει.

9. Ταῦθ' ὁ μὲν ᾤετο κατὰ τούτου διεξιέναι καὶ πολὺν ἐπῆγε τῇ ἀποφράδι τὸν γέλων· ἐλελήθει δὲ καθ' αὐτοῦ τὸ ὕστατον τεκμήριον ἀπαιδευσίας ἐκφέρων. Ἐπὶ

autem vellet non antiqua videri dicere, sed velut ex tempore proponere quæ de libro edidicerat, rogat sodalium aliquem (erat ille Patrensis, in causis multum versatus homo), quum argumenta posceret dicendi, Pythagoram ut ipse deligeret. Idque fecit homo, ac persuasit theatro ut audire vellent homines illam pro Pythagora orationem.

6. Hinc jam iste in actione erat valde improbabilis, qui connecteret, ut consentaneum erat, orationem ab longo inde tempore commentatam et meditatam, etsi quammaxime præsens homini impudentia pro ipso pugnaret et manum ei porrigeret et certamen ejus adjuvaret. Risus interim multus apud auditores; quum alii in Patrensem illum intuentes, subindicarent auxilium istius imposturæ ab illo præstitum non latere; alii vero qui agnoscerent quæ dicebantur, toto quo audiebant tempore illud unum agebant, ut alter alterius memoriam tentaret in agnoscendo cujus esset unumquodque eorum sophistarum, qui paullo ante nostram ætatem in declamationibus floruerunt.

7. Inter hos autem omnes qui riderent, is ipse quoque fuit qui hunc libellum scripsit. Qui enim non rideret auso tam manifesto et improbabili atque impudenti? Ac fere (est autem alioqui risus impotens) ille quidem inflexa ad modulationem voce, threnum quendam, uti putabat, accinebat Pythagoræ : at hic, poeta meus, in suaves cachinnos solvi, asinum, quod in proverbio est, videns citharam tractare conantem. Verum iste conversus hoc observat. Hoc illos tum nuper inimicos reddidit.

8. Deinde incidit principium anni, vel potius dies a magnis illis kalendis tertius, quo Romani de prisco more vota quædam pro toto anno et sacra faciunt, ritu a Numa rege ipsis præscripto, creduntque deos illo maxime die operam dare precantibus. Hoc igitur festo die atque sacro is qui tum riserat Olympiæ subdititium illum Pythagoram, quum videret accedere conspuendum istum ac nebulonem, alienæ orationis histrionem, cujus etiam mores accurate nosset, et reliquam vitæ istius libidinem atque impuritatem, quæque facere diceretur, et in quibus agendis deprehensus fuerat, Suadeo, inquit ad sodalium quendam, devitemus infelicis occursus hoc ostentum, qui sua præsentia jucundissimum nobis diem Apophrada [*nefastum, atrum*] videtur facturus. Hoc ipsum nomen Apophrada audiens sophista, tanquam peregrinum et alienum a Græcis nomen statim risit, et prioris illius risus nomine virum ultus est, ut quidem sibi videbatur, et apud omnes usurpabat hoc, Apophras! quid vero id rei est? fructusne aliquis? an herba quædam? an vas? an esculentorum quiddam vel poculentorum est Apophras? equidem nec audivi unquam, neque unquam scivi quid id sibi velit.

9. Talia iste contra hunc meum se disputare opinabatur, multumque Apophradi risum conflabat, ignarus nempe, ultimum se hoc ruditatis contra se indicium proferre. Su-

τούτῳ τὸν λόγον τόνδε συνέγραψεν ὁ ἐμὲ προεισπέμψας ὑμῖν, ὡς δείξειε τὸν ἀοίδιμον σοφιστὴν τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων ἀγνοοῦντα καὶ ὁπόσα κἂν οἱ ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων καὶ τῶν καπηλείων εἰδεῖεν. Ταῦτα μὲν ὁ Ἔλεγχος.

10. Ἐγὼ δὲ — ἤδη γὰρ αὐτὸς παρείληφα τοῦ δράματος τὰ λοιπά — δίκαιος ἂν εἴην τὰ ἐκ τοῦ Δελφικοῦ τρίποδος ἤδη λέγειν, οἷα μέν σου τὰ ἐν τῇ πατρίδι, οἷα δὲ τὰ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, οἷα δὲ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, οἷα δὲ τὰ ἐν Φοινίκῃ καὶ Συρίᾳ, εἶτα ἑξῆς τὰ ἐν Ἑλλάδι καὶ Ἰταλίᾳ καὶ ἐπὶ πᾶσι τὰ ἐν Ἐφέσῳ νῦν, ἅπερ κεφαλαιωδέστατα τῆς ἀπονοίας τῆς σῆς καὶ κορυφὴ καὶ κορωνὶς τοῦ τρόπου· ἐπεὶ γὰρ κατὰ τὴν παροιμίαν Ἰλιεὺς ὢν τραγῳδοὺς ἐμισθώσω, καιρὸς ἤδη σοι ἀκούειν τὰ σαυτοῦ κακά.

11. Μᾶλλον δὲ ταῦτα μὲν μηδέπω, περὶ δὲ τῆς ἀποφράδος πρότερον. Εἰπὲ γάρ μοι πρὸς πανδήμου καὶ Γενετυλλίδων καὶ Κυβήβης, πῇ σοι μεμπτὸν καὶ γέλωτος ἄξιον τοὔνομα εἶναι ἔδοξεν ἡ ἀποφράς; Νὴ Δί', οὐ γὰρ ἦν τῶν Ἑλλήνων ἴδιον, ἀλλά ποθεν ἐπεισκωμάσαν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς πρὸς Κελτοὺς ἢ Θρᾷκας ἢ Σκύθας ἐπιμιξίας. Σὺ δὲ — ἅπαντα γὰρ οἶσθα τὰ τῶν Ἀθηναίων — ἐξέκλεισας τοῦτο εὐθὺς καὶ ἐξεκήρυξας τοῦ Ἑλληνικοῦ. Καὶ ὁ γέλως ἐπὶ τούτῳ, ὅτι βαρβαρίζω καὶ ξενίζω καὶ ὑπερβαίνω τοὺς ὅρους τοὺς Ἀττικούς. Καὶ μὴν τί ἄλλο Ἀθηναίοις οὕτως ἐπιχώριον ὡς τουτὶ τοὔνομα, φαῖεν ἂν οἵ γε σοῦ μᾶλλον τὰ τοιαῦτα εἰδότες· ὥστε θᾶττον ἂν τὸν Ἐρεχθέα καὶ τὸν Κέκροπα ξένους ἀποφήναις καὶ ἐπήλυδας εἶναι τῶν Ἀθηνῶν, ἢ τὴν ἀποφράδα δείξειας οὐκ οἰκείαν καὶ αὐτόχθονα τῆς Ἀττικῆς.

12. Πολλὰ μὲν γάρ ἐστιν ἃ καὶ αὐτοὶ κατὰ ταὐτὰ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ὀνομάζουσιν, ἀποφράδα δὲ μόνοι ἐκεῖνοι τὴν μιαρὰν καὶ ἀπευκτὴν καὶ ἀπαίσιον καὶ ἄπρακτον καὶ σοὶ ὁμοίαν ἡμέραν. Ἰδού, μεμάθηκας ἤδη ὁδοῦ πάρεργον, τί βούλεται αὐτοῖς ἡ ἀποφρὰς ἡμέρα, ὅταν μήτε αἱ ἀρχαὶ χρηματίζωσι μήτε εἰσαγώγιμοι αἱ δίκαι ὦσι μήτε τὰ ἱερὰ ἱερουργῆται μήθ' ὅλως τι τῶν αἰσίων τελῆται, αὕτη ἀποφρὰς ἡμέρα.

13. Ἐνομίσθη δὲ τοῦτο ἄλλοις ἐπ' ἄλλαις αἰτίαις· ἢ γὰρ ἡττηθέντες μάχαις μεγάλαις ἔπειτα ἔταξαν ἐκείνας τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς τὰ τοιαῦτα ἐπεπόνθεισαν, ἀπράκτους καὶ ἀκύρους τῶν ἐννόμων πράξεων εἶναι, ἢ καὶ νὴ Δία ..... καίτοι ἄκαιρον ἴσως καὶ ἔξωρόν γε ἤδη γέροντα ἄνδρα μεταπαιδεύειν καὶ ἀναδιδάσκειν τὰ τοιαῦτα μηδὲ τὰ πρὸ τούτων εἰδότα· πάνυ γοῦν τοῦτ' ἔστι τὸ λοιπόν, κἂν ἐκμάθῃς αὐτό, πᾶν ἡμῖν εἰδὼς ἔσῃ. Πόθεν γάρ, ὦ οὗτος; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ ἀγνοῆσαι συγγνώμη ὁπόσα ἔξω τοῦ πολλοῦ πάτου καὶ ἄδηλα τοῖς ἰδιώταις, τὴν ἀποφράδα δὲ οὐδὲ βουληθεὶς ἂν ἄλλως εἴποις· ἓν γὰρ τοῦτο καὶ μόνον ἁπάντων τοὔνομα.

14. Ἔστω, φησί τις· ἀλλὰ καὶ τῶν παλαιῶν ὀνομάτων τὰ μὲν λεκτέα, τὰ δ' οὔ, ὁπόσα αὐτῶν μὴ συνήθη τοῖς πολλοῖς, ὡς μὴ ταράττοιμεν τὰς ἀκοὰς καὶ τιτρώ-

per hoc libellum hunc conscripsit ille qui me ad vos præmisit, ut ostendat nobilem sophistam communia Græcorum ignorare, quæque de officinis etiam et cauponis homines norunt. Ista quidem Elenchus.

10. Ego vero (jam enim ipse suscepi quod reliquum est fabulæ) jure meo jam possim ista velut e Delphico tripode dicere, quæ tu in patria egeris, quæ in Palæstina, quæ in Ægypto, quæ in Phœnice et Syria, quæ deinde in Græcia et Italia; ac super omnia, quæ nunc Ephesi, quæ quidem maxime capitalia et fastigium amentiæ tuæ, et imposita moribus tuis coronis : quum enim, quod est in proverbio, Iliensis ipse tragœdos conduxeris, jam decet tua te mala audire.

11. Sed potius ista nondum; de Apophrade vero priu. Nam dic mihi, per ego te Vulgivagam et Genetyllidas et Cybeben oro, qui tibi reprehensione aut risu dignum Apophradis nomen visum est? Ita sane : neque enim erat Græcorum proprium; sed alicunde quasi comissatum venit illis a Celtarum aut Thracum aut Scytharum colluvie. Tu vero (nosti enim Atheniensium omnia) statim hoc exclusisti, et præconio ejecisti de Græco solo. Hinc ille risus, quod barbare loquor et peregrinum in morem, et terminos Atticos egredior. Verum enim vero, Quod aliud ita Atheniensibus patrium est atque hoc nomen? dixerint qui magis quam tu norunt talia : adeo ut citius Erechtheum et Cecropem peregrinos atque advenas esse Athenis ostendas, quam Apophrada demonstres non domesticam esse indigenamque Atticæ.

12. Multa enim sunt quæ ipsi eodem modo, ac reliqui homines, appellant : Apophrada autem soli isti atrum et abominandum et infaustum et inauspicatum et similem tibi diem. Ecce jam obiter didicisti quid sibi velit apud illos dies Apophras : quum neque magistratus sui copiam faciunt, neque causæ judicari possunt, neque sacra peraguntur, neque omnino earum rerum, quas faustas esse volumus, quicquam peragitur; illa dies Apophras est.

13. Illud vero apud alios aliis de causis receptum est : aut enim magnis superati prœliis, deinde dies hosce, quibus talia illis evenerant, nefastos esse constituerunt, quibus nihil legitimæ actionis, ita quidem ut ratum deinde esset, posset suscipi : aut etiam per Jovem .... quanquam intempestivum forte et serum jam nimis, aliter instituere senem hominem ac de novo docere talia, qui neque ea quæ præcedunt noverit : Nimirum (dicas forte) hoc solum est reliquum : quod si didiceris, futurum ut omnium nobis sis sciens. Unde enim, mi homo? reliqua enim si ignores, condonandum fuerit, quæ extra communem sint viam et plebeiis incognita; sed apophrada aliter, ne si velis quidem, dixeris : unum nempe hoc et solum omnium hujus rei nomen est.

14. Esto, dixerit forte aliquis : sed de veteribus quoque nominibus alia dicenda sunt, alia minus : quæ quidem illorum non usitata vulgo, ne perturbemus audientes auresque

σκοιμεν τῶν συνόντων τὰ ὦτα. Ἐγὼ δὲ, ὦ βέλτιστε, πρὸς μὲν σὲ ἴσως ταῦτα περὶ σοῦ εἰπὼν ἥμαρτον· ἐχρῆν γὰρ ἐχρῆν ἢ κατὰ τὰ Παφλαγόνων ἢ Καππαδοκῶν ἢ Βακτρίων πάτρια διαλέγεσθαί σοι, ὡς ἐκμάθῃς τὰ λεγόμενα καὶ σοὶ ἀκούειν ᾖ ἡδέα, τοῖς δ' ἄλλοις Ἕλλησιν οἶμαι καθ' Ἑλλάδα γλῶτταν συνεῖναι χρή. Εἶτα καὶ τῶν Ἀττικῶν κατὰ χρόνους τινὰς πολλὰ ἐντρεψάντων τῆς αὐτῶν φωνῆς, τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα τοὔνομα διετέλεσεν οὕτως ἀεὶ καὶ πρὸς ἁπάντων αὐτῶν λεγόμενον.

15. Εἶπον ἂν καὶ τοὺς πρὸ ἡμῶν κεχρημένους τῷ ὀνόματι, εἰ μὴ καὶ ταύτῃ σε διαταράξειν ἔμελλον ξένα σοι καὶ ἄγνωστα ποιητῶν καὶ ῥητόρων καὶ συγγραφέων ὀνόματα διεξιών. Μᾶλλον δὲ οὐδ' ἐγώ σοι τοὺς εἰπόντας ἐρῶ· πάντες γὰρ ἴσασιν. Ἀλλὰ σύ μοι ἕνα τῶν πάλαι δείξας οὐ κεχρημένον τῷ ὀνόματι, χρυσοῦς, φασὶν, ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι. Καίτοι ὅστις γέρων ὢν καὶ ἀφῆλιξ τὰ τοιαῦτα ἀγνοεῖ, δοκεῖ μοι ὅτι καὶ Ἀθῆναι πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ Κόρινθος ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ καὶ Σπάρτη ἐν τῇ Πελοποννήσῳ μὴ εἰδέναι.

16. Λοιπὸν ἴσως ἐκεῖνό σοι λέγειν, ὡς τὸ μὲν ὄνομα ᾔδεις, τὴν δὲ χρῆσιν αὐτοῦ ἄκαιρον ᾐτιάσω. Φέρε δὴ καὶ ὑπὲρ τούτου πρὸς σὲ ἀπολογήσομαι τὰ εἰκότα, σὺ δὲ προσέχειν τὸν νοῦν, εἰ μὴ πάνυ ὀλίγον σοι μέλει τοῦ μηδὲν εἰδέναι. Οἱ πάλαι πολλὰ τοιαῦτα πρὸ ἡμῶν ἀπέρριψαν ἐς τοὺς σοὶ ὁμοίους ἕκαστοι τοὺς τότε — ἦσαν γὰρ καὶ τότε, ὡς τὸ εἰκὸς, βδελυροί τινες ἐς τὰ ἤθη καὶ μιαροὶ καὶ κακοήθεις τὸν τρόπον — καὶ ὁ μὲν κόθορνόν τινα εἶπεν εἰκάσας αὐτοῦ τὸν βίον ἀμφίβολον ὄντα τοῖς τοιούτοις ὑποδήμασιν, ὁ δὲ λυπάην, ὅτι τὰς ἐκκλησίας θορυβώδης ὢν ῥήτωρ ἐπετάραττεν, ὁ δὲ ἑβδόμην, ὅτι ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις κἀκεῖνος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε καὶ διεγέλα καὶ παιδιὰν ἐποιεῖτο τὴν σπουδὴν τοῦ δήμου· μὴ δῷς οὖν κἀμοὶ, πρὸς Ἀδώνιδος, εἰκάσαι παμπόνηρον ἄνθρωπον, ἁπάσῃ κακίᾳ σύντροφον, ἡμέρᾳ δυσφήμῳ καὶ ἀπαισίῳ;

17. Ἡμεῖς δὲ καὶ τοὺς χωλοὺς τῷ δεξιῷ ἐκτρεπόμεθα, καὶ μάλιστα εἰ ἕωθεν ἴδοιμεν αὐτούς· κἂν εἴ τις βάκηλον ἢ εὐνοῦχον ἴδοι ἢ πίθηκον εὐθὺς ἐξιὼν τῆς οἰκίας, ἐπὶ πόδα ἀναστρέφει καὶ ἐπανέρχεται οὐκ ἀγαθὰς μαντευόμενος τὰς ἐφημέρους ἐκείνας πράξεις ἔσεσθαι αὐτῷ ὑπὸ πονηρῷ τῷ πρώτῳ καὶ δυσφήμῳ κληδονίσματι. Ἐν ἀρχῇ δὲ καὶ ἐν θύραις ἐπὶ τῇ πρώτῃ ἐξόδῳ καὶ ἕωθεν τοῦ ἅπαντος ἔτους εἴ τις ἴδοι κίναιδον καὶ ἀπόρρητα ποιοῦντα καὶ πάσχοντα, ἐπίσημον ἐπὶ τούτῳ καὶ ἀπερρωγότα καὶ μονονουχὶ τοὔνομα τῶν ἔργων αὐτῶν ὀνομαζόμενον, ἀπατεῶνα γόητα ἐπίορκον ὄλεθρον κύφωνα βάραθρον, μὴ φύγῃ μηδ' εἰκάσῃ τοῦτον ἀποφράδι ἡμέρᾳ;

18. Ἀλλ' οὐχὶ σὺ τοιοῦτος; οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, εἰ ἐγὼ τὴν ἀνδρείαν οἶδα τὴν σὴν, ὅς γε καὶ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τούτῳ μοι δοκεῖς, ὅτι μὴ ἀπόλλυταί σοι ἡ δόξα τῶν ἔργων, ἀλλὰ πᾶσι δῆλος εἶ καὶ περιβόητος. Εἰ δὲ καὶ ὁμόσε χωρήσειας καὶ ἀρνήσαιο μὴ τοιοῦτος εἶναι,

eorum, quibuscum versamur, vulneremus. Ego vero, bone vir, peccaveram fortasse ad te ista de te dicens : oportebat enim, oportebat aut Paphlagonum, aut Cappadocum, aut Bactrianorum vernacula tecum agi, ut perciperes quæ dicerentur, et auditu tibi essent jucunda ; sed apud Græcos reliquos Græca, opinor, lingua utendum est. Deinde quum Attici etiam diversis temporibus multa in lingua sua mutaverint, hoc inter præcipua nomen remansit, quod eodem modo semper et ab illis universis proferretur.

15. Dicerem etiam eos qui ante nos hoc nomine sunt usi, nisi et hac ratione te perturbaturus essem, peregrina tibi et incognita poetarum ac rhetorum et historicorum nomina recensendo. Potius nec ego tibi, qui dixerint, nominabo : omnes enim norunt. At tu mihi unum si ostenderis antiquorum non usum eo nomine, aureus, aiunt, stabis Olympiæ. Verum, quisquis senex et devexa ætate hæc talia ignorat, idem mihi videtur ignorare Athenas urbem esse in Attica, et in Isthmo Corinthum, et Spartam in Peloponneso.

16. Reliquum illud forte tibi fuerit, uti dicas nomen quidem te scivisse, sed usum intempestivum abs te esse reprehensum. Age igitur, pro hoc etiam, ut par est, causam apud te dicam, tu vero animum adverte, si non nimis parum tua referre putas nihil scire. Antiqui multa id genus ante nos jecerunt in tui similes suæ quisque ætatis (fuerunt enim tum quoque, ut vero simile est, abominandi quidam moribus, et impuri, et malefica vita) : hic Cothurnum quendam appellavit, vitam illius ambiguam depingens, quæ talibus calceamentis comparari posset; alius Lypaen, quod conciones tumultuosus orator perturbaret; alius Septimum, quod ut pueri septimis cujusque mensis diebus, sic ille in concionibus luderet rideretque, ac ludibrio sibi seriam rem populi haberet : non dederis igitur, per Adonidem, mihi quoque, uti comparem hominem undique malum, flagitio omni innutritum, inauspicato diei atque infausto?

17. Nos vero etiam claudos dextro pede aversamur, maxime si mane illos videamus : et si quis aut exsectum videat aut castratum aut simiam ad primum domo egressum, in sua vestigia reversus redit, auguratus non bonas sibi futuras illius diei actiones, post malum illud atque obscœnum primum omen. In principio vero atque in foribus, in primo egressu, summo velut mane totius anni, si quis videat cinædum, facientem infanda patientemque, notabilem hac ipsa re, ruptumque et vietum, et tantum non nomine suorum operum appellatum, impostorem, præstigiatorem, perjurum, perniciem, carcerem, barathrum, ille non fugiat? non atro hunc diei comparet?

18. Verum nonne talis es tu? non negaveris, si fortitudinem tuam novi, qui etiam multum tibi ea in re placere videaris, quod non periit tibi fama operum, sed manifestus es omnibus et famosus. Si vero manum conserere velis ac negare te talem esse : quibus fidem dictorum facies? civi-

τίσι πιστὰ ἐρεῖς; τοῖς πολίταις τοῖς σοῖς; — ἐκεῖθεν γὰρ ἄρχεσθαι δίκαιον — ἀλλ' ἴσασιν ἐκεῖνοι τὰς πρώτας σου τροφὰς καὶ ὡς παραδοὺς σεαυτὸν τῷ ὀλέθρῳ ἐκείνῳ στρατιώτῃ συμπεριεφθείρου πάντα ὑπηρετῶν, ἄχρι δή σε τὸ τοῦ λόγου τοῦτο ῥάκος πολυσχιδὲς ἐργασάμενος ἐξέωσε.

19. Κἀκεῖνα μέμνηνται, ὡς τὸ εἰκὸς, ἃ πρὸς τὸ θέατρον ἐνεανιεύου τοῖς ὀρχησταῖς ὑποκρινόμενος καὶ συνταγματάρχης ἀξιῶν εἶναι. Οὐδεὶς γοῦν πρὸ σοῦ ἂν εἰσῆλθεν εἰς τὸ θέατρον οὐδ' ἂν ἐμήνυσεν ὅ τι τοὔνομα τῷ δράματι· ἀλλὰ σὺ κοσμίως πάνυ χρυσᾶς ἐμβάδας ἔχων καὶ ἐσθῆτα τυραννικὴν προεισεπέμπου εὐμένειαν αἰτήσων παρὰ τοῦ θεάτρου στεφάνους κομίζων καὶ κρότῳ ἀπιὼν, ἤδη τιμώμενος πρὸς αὐτῶν. Ἀλλὰ νῦν ῥήτωρ εἶ καὶ σοφιστὴς, καὶ διὰ τοῦτο ἣν πύθωνταί ποτε τὰ τοιαῦτα ὑπὲρ σοῦ ἐκεῖνοι, τοῦτο δὴ τὸ ἐκ τῆς τραγῳδίας, « δύο μὲν ἡλίους ὁρᾶν » δοκοῦσι, « δισσὰς δὲ Θήβας· » καὶ πρόχειρον ἅπασιν εὐθὺς τὸ, Ἐκεῖνος ὁ τότε καὶ μετ' ἐκεῖνα; Τοιγάρτοι καὶ αὐτὸς εὖ ποιῶν οὐχ ἐπιβαίνεις τὸ παράπαν οὐδ' ἐπιχωριάζεις αὐτοῖς, ἀλλὰ φεύγεις ἑκὼν πατρίδα οὔτε χεῖμα κακὴν οὔτε θέρει ἀργαλέαν, ἀλλὰ καλλίστην καὶ μεγίστην τῶν ἐν Φοινίκῃ ἁπασῶν· τὸ γὰρ ἐλέγχεσθαι καὶ τοῖς εἰδόσι καὶ μεμνημένοις τῶν πάλαι ἐκείνων συνεῖναι βρόχος ὡς ἀληθῶς ἐστι σοι. Καίτοι τί ταῦτα ληρῶ; τίνα γὰρ ἂν αἰδεσθείης σύ; τί δ' ἂν αἰσχρὸν ἡγήσαιο τῶν ὑστάτων; Πυνθάνομαι δὲ καὶ κτήματα εἶναί σοι μεγάλα παρ' αὐτοῖς, τὸ δύστηνον ἐκεῖνο πυργίον, ὡς τὸν τοῦ Σινωπέως πίθον τὴν Διὸς αὐλὴν εἶναι πρὸς αὐτό. Τοὺς μὲν δὴ πολίτας οὐδαμῇ οὐδαμῶς μεταπείσειας ἂν μὴ οὐχὶ τῶν ἁπάντων βδελυρώτατόν σε ἡγεῖσθαι, ὄνειδος κοινὸν ἁπάσῃ τῇ πόλει.

20. Τάχα δ' ἂν τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν Συρίᾳ προσλάβοις ὁμοψήφους, εἰ λέγοις μηδὲν πονηρὸν μηδὲ ἐπαίτιον βεβιῶσθαί σοι. Ἡράκλεις, ἡ μὲν Ἀντιόχεια καὶ τοὔργον αὐτὸ εἶδεν, ὅτε τὸν Ταρσόθεν ἥκοντα ἐκεῖνον νεανίσκον ἀπαγαγών . . . . ἀλλὰ καὶ ἀναδέρειν αὐτὰ αἰσχρὸν ἴσως ἐμοί. Πλὴν ἀλλὰ ἴσασί γε καὶ μέμνηνται οἱ τότε ὑμῖν ἐπιστάντες καὶ σὲ μὲν ἐς γόνυ συγκαθήμενον ἰδόντες, ἐκεῖνον δὲ οἶσθα ὅ τι καὶ ποιοῦντα, εἰ μὴ παντάπασιν ἐπιλήσμων τις εἶ, τὸ στόμα.

21. Ἀλλ' οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ἴσως ἀγνοήσουσί σε οἱ μετὰ τοὺς ἐν Συρίᾳ θαυμαστοὺς ἄθλους ἐκείνους ὑποδεξάμενοι φεύγοντα ἐφ' οἷς εἶπον, ὑπὸ τῶν ἱματιοκαπήλων διωκόμενον, παρ' ὧν ἐσθῆτας πολυτελεῖς πριάμενος ἐφόδια εἶχες. Ἀλλ' οὐχ ἐλάττω σοι ἡ Ἀλεξάνδρεια σύνοιδεν, οὐδὲ μὰ Δί' ἐχρῆν δευτέραν τῆς Ἀντιοχείας κεχρίσθαι αὐτήν· ἀλλ' ἥ τε ἀκολασία γυμνοτέρα καὶ ἡ αἰσχρουργία σοι ἐκεῖ ἐπιμανεστέρα καὶ τοὔνομα ἐπὶ τούτοις μεῖζον καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἀκάλυπτος ἡ κεφαλή. Εἷς μόνος ἂν ἐπίστευσέ σοι ἐξάρνῳ γιγνομένῳ μηδὲν τοιοῦτον εἰργάσθαι καὶ βοηθὸς ἂν κατέστη ὁ τελευταῖος μισθοδότης, ἀνὴρ ἐν τοῖς ἀρίστοις Ῥωμαίων. Τοὔνομα δὲ αὐτὸ δώσεις ἀποσιωπῆσαί μοι, καὶ ταῦτα πρὸς πάντας εἰδό-

busne tuis? (inde enim incipere æquum est :) sed norunt illi prima tua alimenta, et quomodo deditus tua voluntate perdito illi militi cum illo nequiter sis vagatus, in omnibus ei subserviens, donec te lacerum, quod aiunt, pannum quum effecisset, exegit.

19. Etiam illa meminerunt, ut probabile est, quomodo in scena adolescentem te validum ostenderis, quum saltatoribus commodares operam tuam, et dux gregis esse postulares. Nemo enim te prius in theatrum prodibat, neque quod nomen esset fabulæ indicabat : sed tu decenti habitu, aureis indutus calceis vesteque tyrannica præmittebare, benevolentiam petiturus a theatro, coronas ferens, discedens cum plausu, jam tum honoratus ab illis. At modo orator es ac sophista. Itaque quum audient quondam talia de te illi, illud sane quod est in tragœdia, duo sibi soles videre videbuntur ac Thebas duplices : atque in promtu statim erit omnibus, « Istene? qui tum? post ista? » Verum enim ipse, prudenti sane consilio, omnino non accedis ad illos, neque in ista regione versaris, sed sponte exulas e patria, nec mala per hiemem, neque gravi per æstatem, sed pulcherrima et maxima earum quæ in Phœnice sunt omnium. Nempe redargui et versari cum scientibus et recordantibus antiquorum illorum, vere tibi suspendium est. Verum quid ita deliro? quem enim tu verearis? quid ultimorum turpe putes? Audio vero etiam possessiones apud illos magnas tibi esse, miseram illam turriculam, adeo ut Sinopensis dolium cum illa comparatum Jovis aula esse videatur. Civibus ergo tuis nulla unquam ratione persuadeas, quominus omnium te putent impurissimum, commune totius civitatis opprobrium.

20. Fortasse autem reliquorum in Syria suffragia feras, si dicas nihil tibi malum neque culpæ affine patratum esse. At, Hercule, ipsum opus vidit Antiochia, quum venientem illum Tarso adolescentem abduxisti .... verum etiam detegere ista turpe forte mihi fuerit. Interim norunt et meminere qui tum vobis astiterunt, ac te conquiniscentem viderunt, illum autem facientem quod nosti, nisi omnino obliviosus es, ore tuo.

21. Sed Ægyptii forsitan te ignorabunt, qui post præclara illa in Syria certamina fugientem ob ea quæ dixi te receperunt, quum vestiarii te mercatores persequerentur, a quibus emtas vestes pretiosas habebas pro viatico. Sed nec minorum tibi Alexandria conscia est, neque oportebat, ita me Jupiter, illam Antiochia inferiorem judicari : verum ibi et libido magis nuda, et turpitudo flagitiorum furiosior et major propter ista celebritas, et super omnia caput apertum. Unus solus neganti tibi credidisset nihil te tale fecisse; et auxilio tibi fuisset, ultimus qui te conduxit, vir inter principes Romanorum. Nomen ipsum tacere mihi permittes, idque quum sciant omnes quem designem. Ille igitur quot

τας ὃν λέγω. Ἐκεῖνος τοίνυν τὰ μὲν ἄλλα ὁπόσα ἔτλη ἐν τῇ συνουσίᾳ τολμηθέντα ὑπὸ σοῦ, τί χρὴ λέγειν; ἀλλ' ἡνίκα σε κατέλαβε τοῦ μειρακίου τοῦ οἰνοχόου τοῦ Οἰνοπίωνος ἐν γόνασι κείμενον, τί οἴει; ἐπίστευσεν ἄν σοι μὴ εἶναι τοιοῦτον αὐτὸ ὁρῶν τὸ ἔργον; οὐχ, εἴ γε μὴ παντάπασι τυφλὸς ἦν. Ἀλλ' ἐδήλωσε τὴν γνώμην αὐτίκα ἐξελάσας τῆς οἰκίας καὶ καθάρσιόν γε, ὥς φασι, περιενεγκὼν ἐπὶ τῇ σῇ ἐξόδῳ.

22. Ἀχαΐα μὲν γὰρ καὶ Ἰταλία πᾶσα ἐμπέπλησται τῶν σῶν ἔργων καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς δόξης· καὶ ὄναιό γε τῆς εὐκλείας. Ὥστε πρὸς τοὺς θαυμάζοντας ἔγωγε τὰ ἐν Ἐφέσῳ νῦν πραττόμενα ὑπὸ σοῦ ἐκεῖνο λέγω, ὅπερ ἀληθέστατον, ὡς οὐκ ἂν ἐθαύμαζον, εἰ τὰ πρῶτά σου ᾔδεισαν. Καίτοι καινὸν ἐνταῦθα καὶ τὸ πρὸς τὰς γυναῖκας προσέμαθες.

23. Οὐ περὶ πόδα οὖν τῷ τοιούτῳ, εἰπέ μοι, ἀποφράδα ὀνομάζεσθαι; Ἀλλὰ τί, πρὸς Διός, καὶ φιλῆσαι τῷ στόματι προσέτι ἀξιώσεις ἡμᾶς ἐπ' ἐκείνοις τοῖς ἔργοις; τοῦτο γοῦν τὸ ὑβριστότατον ποιεῖς, καὶ μάλιστα πρὸς οὓς ἥκιστα ἐχρῆν καὶ τοὺς ὁμιλητάς, οἷς ἱκανὰ ἦν ἐκεῖνα μόνα τὰ κακὰ τοῦ σοῦ στόματος ἀπολαύειν, τὸ βάρβαρον τῶν ὀνομάτων, τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς, τὸ ἄκριτον, τὸ ἄτακτον, τὸ πάντη ἄμουσον καὶ τὰ τοιαῦτα· φιλῆσαι δέ σε ἐπὶ τούτοις μὴ γένοιτο, ὦ ἀλεξίκακε. Ἀσπίδα μᾶλλον ἢ ἔχιδναν φιλῆσαι ἄμεινον· δῆγμα ἐκεῖ τὸ κινδύνευμα καὶ ἄλγημα, καὶ ὁ ἰατρὸς εἰσκληθεὶς ἐπήμυνεν· ἀπὸ δὲ τοῦ σοῦ φιλήματος καὶ τοῦ ἰοῦ ἐκείνου τίς ἂν ἢ ἱεροῖς ἢ βωμοῖς προσέλθοι; τίς δ' ἂν θεὸς ἐπακούσειεν ἔτι εὐχομένου; πόσων περιρραντηρίων, πόσων ποταμῶν δεῖ;

24. Καὶ τοιοῦτος αὐτὸς ὢν κατεγέλας τῶν ἄλλων ἐπ' ὀνόμασι καὶ ῥήμασιν ἔργα τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἐργαζόμενος. Καίτοι ἐγὼ μὲν ἀποφράδα μὴ εἰδὼς ᾐσχυνόμην ἂν μᾶλλον, οὐχ ὅπως εἰπὼν ἀρνηθείην ἄν· σὲ δὲ οὐδεὶς ᾐτιάσατο ἡμῶν βρωμολόγους λέγοντα καὶ τροπομάσθλητας καὶ ῥησιμετρεῖν καὶ ἀθηνιῶ καὶ ἀνθοκρατεῖν καὶ σφενδικίζειν καὶ χειροβλημᾶσθαι. Κακὸν κακῶς σε ὁ λόγιος Ἑρμῆς ἐπιτρίψειεν αὐτοῖς λόγοις. Ποῦ γὰρ ταῦτα τῶν βιβλίων εὑρίσκεις; ἐν γωνίᾳ που τάχα τῶν ἰαλέμων τινὸς ποιητῶν κατορωρυγμένα, εὐρῶτος καὶ ἀραχνίων μεστά, ἤ που ἐκ τῶν Φιλαινίδος δέλτων, ἃς διὰ χειρὸς ἔχεις· σοῦ μέντοι καὶ τοῦ σοῦ στόματος ἄξια.

25. Ἐπεὶ δὲ τοῦ στόματος ἐμνήσθην, τί φαίης ἄν, εἴ σε ἡ γλῶττα ἐς δικαστήριον προκαλεσαμένη — θῶμεν γὰρ οὕτως — ἀδικήματος ἢ τὸ μετριώτατον ὕβρεως διώκοι λέγουσα, Ἐγώ σε, ὦ ἀχάριστε, πένητα καὶ ἄπορον παραλαβοῦσα καὶ βίου δεόμενον τὰ μὲν πρῶτα ἐν τοῖς θεάτροις εὐδοκιμεῖν ἐποίησα, νῦν μὲν Νίνον, νῦν δὲ Μητίοχον, εἶτα μετὰ μικρὸν Ἀχιλλέα τιθεῖσα· μετὰ ταῦτα δὲ παῖδας συλλαβίζειν διδάσκοντά μακρῷ χρόνῳ ἔβοσκον· ἤδη δὲ καὶ τοὺς ἀλλοτρίους τούτους λόγους ὑποκρινόμενον σοφιστὴν εἶναι δοκεῖν ἐποίησα καὶ τὴν μηδὲν προσήκουσαν δόξαν περιῆψα. Τί τοίνυν τηλικοῦ-

alias res sustinuerit in tua consuetudine a te perpetratas, quid attinet dicere? sed quum deprehendisset te pueri pocillatoris Œnopionis in genibus jacentem, quid putas? credidissetne tibi, te non esse talem, ipsum opus quum videret? Non; nisi cæcus omnino fuit. Verum indicavit nempe sententiam suam, qui statim domo te ejiceret, et purgamina quædam, ut aiunt, post excessum tuum circumferret.

22. Ergo Achaia quidem et omnis Italia tuorum plena est facinorum et partæ inde famæ. Ac fruaris, opto, ista gloria. Itaque ad eos qui mirantur quæ nunc abs te fiunt Ephesi, illud equidem dico, quod est verissimum, admiraturos non fuisse, si priora tua nossent. Verum etiam novum quiddam hic, illud circa mulieres, addidicisti.

23. Nonne ergo tali homini examussim convenit, dic mihi, Apophrada vocari? Sed quid, per Jovem, etiam osculum nobis post istæc facinora postulabis offerre? hoc enim facis contumeliosissime, et illis maxime quibus minime oportebat, tuis sodalibus, quos satis erat illa sola oris tui mala exhaurire, nomina barbara, vocem asperam, nihil discretum, nihil ordinatum, a Musis aliena omnia, et quæ his similia sunt : osculum autem te ferre insuper, absit, Depulsor malorum! Natricem aut viperam osculari potius est. Morsus hic periculum, et dolor, quem advocatus depellit medicus : a tuo vero osculo et isto veneno quis ad templa accedat vel altaria? quis deus amplius precantem exaudiat? quot aspersionibus, quot fluminibus opus erit?

24. Ac talis ipse quum esses, ridebas alios de nominibus ac verbis, facinora talia ac tanta perpetrans. Verum ego si nescissem Apophrada, pudore afficerer potius; tantum abest ut me usum eo nomine negem : at te nemo nostrûm adhuc accusavit, quum fœtidiloquos diceres, et morefutiles, et vocimetiri, et Athenurio, et floripotentem esse, et σφενδικίζειν, et χειροβλημᾶσθαι. Male te malum hominem dicendi arbiter Mercurius ipsis tuis cum verbis conterat! Ubi enim librorum ista invenis? in angulo forte miserrimorum poetarum cujusdam defossa, situs et aranearum plena, aut forte de Philænidis tabulis, quas præ manu habes; te tamen ac tuo ore dignissima.

25. Quum vero in mentionem oris incidi, quid dicas, si tecum in jus vocato lingua (ita enim ponamus) injuriæ, aut minimum contumeliæ agat, dicens : Ego te, ingrate, pauperem et inopem omnium quum accepissem, et victus indigum, primo in theatris ut floreres effeci, quæ modo Ninum te, modo Metiochum, et paullo deinde post Achillem constituerim : postea syllabas colligere docentem pueros diu alui. Jam vero, alienas illas agentem orationes, sophistam videri effeci, gloriamque tibi, quæ nihil ad te pertineat, conciliavi. Quid igitur tantum habes quod mihi objicias, quod

τον ἔχων ἐγκαλεῖν τοιαῦτά με διατίθης καὶ ἐπιτάττεις ἐπιτάγματα αἴσχιστα καὶ ὑπουργίας καταπτύστους; οὐχ ἱκανά μοι τὰ ἐπὶ τῆς ἡμέρας ἔργα, ψεύδεσθαι καὶ ἐπιορκεῖν καὶ τοὺς τοσούτους ὕθλους καὶ λήρους διαντλεῖν, μᾶλλον δὲ τὸν βόρβορον τῶν λόγων ἐκείνων ἐμεῖν; ἀλλ' οὐδὲ νυκτὸς τὴν κακοδαίμονα σχολὴν ἄγειν ἐᾷς, ἀλλὰ μόνη σοι πάντα ποιῶ καὶ πατοῦμαι καὶ μιαίνομαι, καὶ ἀντὶ γλώττης ὅσα καὶ χειρὶ χρῆσθαι διέγνωκας καὶ ὥσπερ ἀλλοτρίαν ὑβρίζεις καὶ ἐπικλύζεις τοσούτοις κακοῖς. Λαλεῖν μοι ἔργον ἐστὶ μόνον, τὰ δὲ τοιαῦτα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἄλλοις μέρεσι προστέτακται. Ὡς ὤφελε κἀμέ τις ὥσπερ τὴν τῆς Φιλομήλας ἐκτεμεῖν. Μακαριώτεραι γοῦν μου αἱ γλῶτται τῶν τὰ τέκνα κατεδηδοκότων.

26. Πρὸς θεῶν, ἢν λέγῃ ταῦτα ἡ γλῶττα ἰδίαν αὐτῇ φωνὴν λαβοῦσα καὶ τὸν πώγωνα συνήγορον ἐπικαλεσαμένη, τί ἂν ἀποκρίναιο αὐτῇ; ἐκεῖνα δῆλον ὅτι ἃ καὶ πρὸς τὸν Γλαῦκον ἔναγχος εἴρηταί σοι ἐπὶ πεπραγμένῳ ἤδη τῷ ἔργῳ αἰτιώμενον, ὡς ἐπὶ τούτῳ ἔνδοξος ἐν βραχεῖ καὶ γνώριμος ἅπασι γεγένησαι, πόθεν ἂν οὕτω περιβόητος ἐπὶ τοῖς λόγοις γενόμενος; ἀγαπητὸν δὲ ὁπωσοῦν κλεινὸν καὶ ὀνομαστὸν εἶναι. Εἶτα καταριθμήσεις αὐτῇ τὰς πολλάς σου προσηγορίας, ὁπόσας κατὰ ἔθνη προσείληφας. Ὃ καὶ θαυμάζω, ὅτι τὴν μὲν ἀποφράδα ἐδυσχέρανας ἀκούσας, ἐπ' ἐκείνοις δὲ τοῖς ὀνόμασιν οὐχ ἠγανάκτεις,

27. ἐν Συρίᾳ μὲν ῥοδοδάφνη κληθείς, ἐφ' ᾧ δέ, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, αἰσχύνομαι διηγεῖσθαι· ὥστε τό γ' ἐπ' ἐμοὶ ἀσαφὲς ἔτι ἔστω· ἐν Παλαιστίνῃ δὲ φραγμὸς ἐς τὰς ἀκάνθας τοῦ πώγωνος, οἶμαι, ὅτι ἔνυττε μεταξύ· ἔτι γὰρ ἔξυρες αὐτόν· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ συνάγχη, πρόδηλον τοῦτο·. μικροῦ γοῦν φασιν ἀποπνιγῆναί σε ναύτῃ τινὶ τῶν τριαρμένων ἐντυχόντα, ὃς ἐμπεσὼν ἀπέφραξέ σοι τὸ στόμα. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ βέλτιστοι αἰνιγματῶδες οὐδέν, ἀλλὰ γράμματος ἑνὸς προσθήκῃ τιμήσαντές σε Ἀτίμαρχον ὠνόμαζον· ἔδει γὰρ κἀκείνου τι περιττότερον προσεῖναί σοι. Ἐν Ἰταλίᾳ δέ, βαβαί, ἡρωϊκὸν ἐκεῖνο ἐπεκλήθης ὁ Κύκλωψ, ἐπειδή ποτε καὶ πρὸς ἀρχαίαν διασκευὴν παρ' αὐτὰ τὰ τοῦ Ὁμήρου ῥαψῳδῆσαι καὶ σὺ τὴν αἰσχρουργίαν ἐπεθύμησας. Καὶ αὐτὸς μὲν ἔκεισο μεθύων ἤδη κισσύβιον ἔχων ἐν τῇ χειρὶ βινητιῶν Πολύφημος, νεανίας δὲ ὑπόμισθος ὀρθὸν ἔχων τὸν μοχλὸν εὖ μάλα ἠκονημένον ἐπὶ σὲ Ὀδυσσεύς τις ἐπῄει ὡς ἐκκόψων τὸν ὀφθαλμόν·

> κἀκείνου μὲν ἅμαρτε, παραὶ δέ οἱ ἐτράπετ' ἔγχος,
> αἰχμὴ δ' ἐξεσύθη παρὰ νείατον ἀνθερεῶνα.

Καὶ γὰρ οὐδὲν ἄτοπον ὑπὲρ σοῦ λέγοντα ψυχρολογεῖν. Σὺ δὲ ὁ Κύκλωψ ἀναπετάσας τὸ στόμα καὶ ὡς ἔνι πλατύτατον κεχηνὼς ἠνείχου τυφλούμενος ὑπ' αὐτοῦ τὴν γνάθον, μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἡ Χάρυβδις αὐτοῖς ναύταις καὶ πηδαλίοις καὶ ἱστίοις ὅλον ζητῶν καταπιεῖν τὸν Οὖτιν. Καὶ ταῦτα ἑώρων καὶ ἄλλοι παρόντες. Εἶτά σοι ἐς τὴν ὑστεραίαν μία ἦν ἀπολογία ἡ μέθη καὶ ἐς τὸν ἄκρατον ἐνέφευγες.

ita mecum agis, et imperia mihi imperas spurcissima, ac despuenda ministeria? nonne satis mihi erant diurna illa opera, mentiri, pejerare, tot nugas et deliramenta exhaurire, vel potius cœnum orationum illarum vomere? At tu neque noctibus infelicem me otiosam esse pateris: sed sola tibi facio omnia, et conculcor, et polluor. Et pro eo quod ut lingua debebas, ut manu uti me decrevisti; meque tanquam alienam contumeliose tractas, et tot malis obruis. Loqui meum opus unicum est : ista vero talia et facere ac pati aliis membris a natura injunctum est. Itaque utinam me quoque aliquis, ut illam Philomelæ, exsecet! Beatiores enim me sunt linguæ eorum qui suos ipsi pueros devorarunt.

26. Per deos! ista si dicat suum sibi sermonem nacta lingua, et advocatam sibi asciscat barbam tuam, quid illi respondeas? Illa nempe, quæ etiam ad Glaucum nuper a te dicta sunt, de perpetrato jam facinore expostulantem, te hac ipsa re nobilem brevi tempore et conspicuum omnibus factum : unde enim tantum celebritatis dicendo consecutus esses? optabile est autem quacumque demum ratione celebrem esse atque nobilem. Tum enumerabis illi multas illas tuas appellationes, quas per gentes accepisti. Qua in re miror, te Apophrade audita indignatum esse, illis autem nominibus non fuisse offensum :

27. in Syria Rhododaphne vocatus; qua vero causa, ita me Pallas amet! enarrare pudet; itaque, quantum ad me, obscurum porro sit : in Palæstina vero Sepes, propter barbæ spinas arbitror, quæ interea pungeret; tum enim adhuc eam radebas : in Ægypto Angina, quod manifestum est; parum enim abfuisse aiunt quin suffocarere, quum in nautam quendam, de iis qui trium velorum naves habent, incidisses, qui irruens ipsum tibi os obturaverit. Athenienses quidem, viri optimi, nulla circuitione usi, sed unius te literæ additione honorantes, Atimarchum [*principem infamium*] appellabant : oportebat enim illo etiam amplius quiddam tibi accedere. In Italia autem vah! heroicum illud cognomen adeptus es, Cyclops, quum supra veterem illum apparatum, ad Homericæ tu fabulæ imitationem peragere impuritatem velles. Atque ipse quidem jacebas ebrius jam, poculum manu tenens, libidinans Polyphemus: adolescens vero mercede conductus, rectum gestans vectem probe acutum, te velut Ulysses aliquis invasit, ut exterebraturus oculum :

> Hinc at aberravit : aliorsum vertitur hasta,
> cuspisque extremas ad menti elabitur oras.

Neque enim absurdum est, de te qui dicat, frigide dicere. Tu vero Cyclops, aperto ore et quam poteras latissime hians, buccas tibi ab illo excæcari patiebaris, vel potius ut Charybdis, ipsis cum nautis et gubernaculis ac velis totum gluttire Utin cupiens. Atque hæc alii quoque videbant præsentes. Deinde postridie illius diei sola tibi pro defensione erat ebrietas, confugiebasque ad merum.

28. Τοιούτοις δὴ καὶ τοσούτοις ὀνόμασι πλουτῶν αἰσχύνῃ τὴν ἀποφράδα; Πρὸς θεῶν εἰπέ μοι, τί πάσχεις, ἐπειδὰν κἀκεῖνα λέγωσιν οἱ πολλοί, λεσβιάζειν σε καὶ φοινικίζειν; ἆρα καὶ ταῦτα ὥσπερ τὴν ἀποφράδα ἀγνοεῖς καὶ οἴει τάχα που ἐπαινεῖσθαι πρὸς αὐτῶν; ἢ ταῦτα μὲν διὰ τὸ σύντροφον οἶσθα, τὴν ἀποφράδα δὲ ὡς ἀγνῶτα μόνην ἀτιμάζεις καὶ ἀποκλείεις τοῦ καταλόγου τῶν ὀνομάτων; Τοιγαροῦν οὐ μεμπτὰς ἡμῖν τίνεις τὰς δίκας, ἀλλὰ μέχρι καὶ τῆς γυναικωνίτιδος περιβόητος εἶ. Πρῴην γοῦν ἐπειδή τινα γάμον ἐν Κυζίκῳ μνᾶσθαι ἐτόλμησας, εὖ μάλα ἐκπεπυσμένη πάντα ἡ βελτίστη ἐκείνη γυνή, Οὐκ ἂν προσείμην, ἔφη, ἄνδρα καὶ αὐτὸν ἀνδρὸς δεόμενον.

29. Εἶτα ἐν τοιούτοις ὄντι σοι ὀνομάτων μέλει καὶ γελᾷς καὶ τῶν ἄλλων καταπτύεις; εἰκότως· οὐ γὰρ ἂν ἅπαντες ὅμοιά σοι λέγειν δυναίμεθα. Πόθεν; τίς οὕτως ἐν λόγοις μεγαλότολμος, ὡς ἐπὶ μὲν τοὺς τρεῖς μοιχοὺς ἀντὶ ξίφους τρίαιναν αἰτεῖν; τὸν δὲ Θεόπομπον ἐπὶ τῷ Τρικαράνῳ κρίνοντα φάναι τριγλώχινι λόγῳ καθῃρηκέναι αὐτὸν τὰς προὐχούσας πόλεις; καὶ πάλιν, ἐκτριαινῶσαι αὐτὸν τὴν Ἑλλάδα καὶ εἶναι Κέρβερον ἐν τοῖς λόγοις; πρῴην γὰρ καὶ λύχνον ἅψας ἐζήτεις ἀδελφόν τινα, οἶμαι, ἀπολωλότα· καὶ ἄλλα μυρία, ὧν οὐδὲ μεμνῆσθαι ἄξιον, ἢ μόνου ἐκείνου, ὅπερ οἱ ἀκούσαντες ἀπεμνημόνευον. Πλούσιός τις, οἶμαι, καὶ δύο πένητες ἦσαν ἐχθροί· εἶτα μεταξὺ περὶ τοῦ πλουσίου λέγων, Ἀπέκτεινεν, ἔφης, θάτερον τῶν πενήτων. Γελασάντων δέ, ὡς τὸ εἰκός, τῶν παρόντων, ἐπανορθούμενος δὴ σὺ καὶ ἀνατιθέμενος τὸ διημαρτημένον, Οὐ μὲν οὖν, ἔφης, ἀλλὰ ἅτερον αὐτῶν ἀπέκτεινεν. Ἐῶ τὰ ἀρχαῖα, τὸ τριῶν μηνοῖν καὶ τὸ ἀνηνεμία καὶ τὸ πέταμαι καὶ τὸ ἐκχύνειν καὶ ὅσα ἄλλα καλὰ τοῖς σοῖς λόγοις ἐπανθεῖ.

30. Ἃ μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς πενίας ἐλαυνόμενος ποιεῖς, Ἀδράστεια φίλη, οὐκ ἄν τινι ὀνειδίσαιμι. Συγγνωστὰ γοῦν, εἴ τις λιμῷ πιεζόμενος παρακαταθήκας παρ' ἀνδρὸς πολίτου λαβὼν εἶτα ἐπιώρκησεν ἦ μὴν μὴ παρειληφέναι, ἢ εἴ τις ἀναισχύντως αἰτεῖ, μᾶλλον δὲ προσαιτεῖ καὶ λωποδυτεῖ καὶ τελωνεῖ. Οὐ δὴ λέγω ταῦτα· φθόνος γὰρ οὐδεὶς ἐξ ἅπαντος ἀμύνεσθαι τὴν ἀπορίαν. Ἐκεῖνο δὲ οὐκέτι φορητόν, πένητά σε ὄντα ἐς μόνας τὰς τοιαύτας ἡδονὰς ἐκχεῖν τὰ ἐκ τῆς ἀναισχυντίας περιγιγνόμενα. Πλὴν εἴ γέ τι καὶ ἐπαινέσαι μοι δώσεις, πάνυ ἀστείως ὑπὸ σοῦ πεπραγμένον, ὁπότε τοῦ Τισίου τὴν τέχνην οἶσθα, ὡς τὸ δισκόρακος ἔργον αὐτὸς ἐποίησας ἐξαρπάσας τοῦ ἀνοήτου ἐκείνου πρεσβύτου χρυσοῦς τριάκοντα, ὁ δὲ διὰ τὸν Τισίαν ἀντὶ τοῦ βιβλίου πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ἐξέτισε κατασοφισθείς.

31. Πολλὰ ἔτι ἔχων εἰπεῖν τὰ μὲν ἄλλα ἑκὼν ἀφίημί σοι, ἐκεῖνο δὲ μόνον προσλέγω, πρᾶττε μὲν ταῦτα ὅπως σοι φίλον καὶ μὴ παύσαιο τὰ τοιαῦτα ἐς ἑαυτὸν παροινῶν, ἐκεῖνο δὲ μηκέτι, ἄπαγε· οὐ γὰρ ὅσιον ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἑστίαν τοὺς ταῦτα διατιθέντας καλεῖν καὶ φιλοτησίας προπίνειν καὶ ὄψων τῶν αὐτῶν ἅπτεσθαι. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο ἔστω τὸ ἐπὶ τοῖς λόγοις, φιλήματα, καὶ

28. His ergo talibus ac tantis quum nominibus abundes, Apophradis te pudet? Per deos dic mihi, quid tibi est animi, quum etiam illa vulgus ait, Lesbio te et Phœnicio morbo laborare? numquid ista quoque, ut Apophrada, ignoras, et putas forte illis te laudari? an ista quidem, ut familiaria tibi, nosti, Apophrada autem solam ut ignotam respuis et tuorum catalogo nominum excludis? Nimirum non leves nobis pœnas luis, sed ad gynæconitidem usque celebraris. Nuper enim quum nuptias quasdam Cyzici ambire auderes, bene edocta de omnibus optima illa mulier, Non admiserim, inquit, virum qui virum ipse quærat.

29. Deinde quum hic loci sint res tuæ, nomina curas, et rides, et despuis alios? Merito sane : neque enim, qualia tu, dicere omnes possimus. Unde? quis ita audax in verbis, ut contra tres mœchos pro gladio tridentem poscat? aut ut Theopompum de Tricarano judicans dicat tricuspide eum oratione destruxisse eminentissimas urbes? et rursus, extridentasse illum Græciam, et esse in dicendo Cerberum? nuper quidem etiam accensa lucerna quærebas fratrem quendam, puto, perditum : et sexcenta alia, quorum neque meminisse operæ pretium est, præterquam istius solius, quod auditores referebant. Dives aliquis, puto, et duo pauperes inimici erant. Deinde, quum de divite diceres, Interfecit, aiebas, θάτερον [alterum : *debebat* τὸν ἕτερον] pauperum. Ridentibus autem, ut facile est ad credendum, qui aderant, emendaturus peccatum tuum et repositurus in quo peccatum erat, Non ita volebam, dicebas, sed eorum interfecit ἅτερον. Omitto antiqua illa τριῶν μηνοῖν [trium duorum-mensium] et ἀνηνεμία [*pro* νηνεμία, tranquillitas a ventis] et illud πέταμαι [*pro* πέτομαι, ἵπταμαι volo] et ἐκχύνειν [*pro* ἐκχεῖν, effundere], et quæ alia pulchra tuis in orationibus efflorescunt.

30. Quæ enim paupertate stimulante facis, illa ego, o fave Adrastea! nemini exprobraverim. Ignoscendum certe, si quis fame subactus depositum a cive acceptum, deinde perjurio interposito abneget; aut si quis impudenter roget, vel mendicet potius, et spoliet alios vestibus, et telonium humile exerceat. Non dico sane talia : nam nulla est invidia paupertatem omni ope depellere. At illud jam ferri non potest, pauperem te hominem in solas id genus libidines effundere impudentiæ tuæ lucra. Verum si quid etiam laudare mihi permittes, illud urbane admodum a te factum est, quod, Tisiæ artem quum noris, bis-Coracis [*corvi*] opus ipse fecisti, triginta aureis illum imprudentem senem emungens : at ille propter Tisiam pro libello quinquaginta et septingentas drachmas astu circumventus exsolvit.

31. Multa quum dicenda adhuc habeam, reliqua tibi remitto lubens; illud vero solum adjicio : age istæc ut lubitum fuerit, neu desine ebrios in te ipsum furores exercere : at istud ne amplius, apage : neque enim fas est ad eandem mensam vocare qui ita se instituunt, et amicitiæ illis poculum propinare, et eosdem attingere cibos. Verum neque illud fiat quod post sermones solet, oscula : eaque apud

ταῦτα πρὸς τοὺς οὐ πρὸ πολλοῦ ἀποφράδα σοι ἐργασαμένους τὸ στόμα. Κἀπειδήπερ ἅπαξ φιλικῆς παραινέσεως ἠρξάμην, κἀκεῖνα, εἰ δοκεῖ, ἄφελε, τὸ μύρῳ χρίεσθαι τὰς πολιὰς καὶ τὸ πιττοῦσθαι μόνα ἐκεῖνα. Εἰ μὲν γὰρ νόσος τις ἐπείγει, ἅπαν τὸ σῶμα θεραπευτέον, εἰ δὲ μηδὲν νοσεῖς τοιοῦτον, τί σοι βούλεται καθαρὰ καὶ λεῖα καὶ ὀλισθηρὰ ἐργάζεσθαι ἃ μηδὲ ὁρᾶσθαι θέμις; Ἐκεῖνό σοι μόνον σοφὸν αἱ πολιαὶ καὶ τὸ μηκέτι μελαίνεσθαι, ὡς προκάλυμμα εἶεν τῆς βδελυρίας. Φείδου δὴ αὐτῶν πρὸς Διὸς κἂν τούτῳ, καὶ μάλιστα τοῦ πώγωνος αὐτοῦ, μηδὲ μιάνῃς ἔτι μηδὲ ὑβρίσῃς· εἰ δὲ μή, ἐν νυκτί γε καὶ σὺν σκότῳ, τὸ δὲ μεθ' ἡμέραν, ἄπαγε, κομιδῇ ἄγριον καὶ θηριῶδες.

32. Ὁρᾷς ὡς ἄμεινον ἦν σοι ἀκίνητον τὴν Καμάριναν ἐᾶν, μηδὲ καταγελᾶν τῆς ἀποφράδος, ἥ σοι ἀποφράδα τὸν βίον ὅλον ἐργάσεται; ἢ ἔτι προσδεῖ τινος; ὡς τό γε ἐμὸν οὔ ποτε ἐλλείψει. Οὐδέπω γοῦν οἶσθα ὡς ὅλην τὴν ἅμαξαν ἐπεσπάσω, δέον, ὦ παιπάλημα καὶ κίναδος, ὑποπτήσσειν, εἴ τις ἀνὴρ δασὺς καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον, μελάμπυγος δριμὺ μόνον εἰς σὲ ἀποβλέψειεν. Ἴσως ἤδη καὶ ταῦτα γελάσῃ τὸ παιπάλημα καὶ τὸ κίναδος ὥσπερ τινὰ αἰνίγματα καὶ γρίφους ἀκούσας· ἄγνωστα γάρ σοι τῶν σῶν ἔργων τὰ ὀνόματα. Ὥστε ὥρα ἤδη καὶ ταῦτα συκοφαντεῖν, εἰ μὴ τριπλῇ καὶ τετραπλῇ σοι ἡ ἀποφρὰς ἐκτέτικεν. Αἰτιῶ δ' οὖν σεαυτὸν ἐπὶ πᾶσιν· ὡς γὰρ ὁ καλὸς Εὐριπίδης λέγειν εἴωθεν, ἀχαλίνων στομάτων καὶ ἀφροσύνης καὶ ἀνομίας τὸ τέλος δυστυχία γίγνεται.

illos, qui paullo ante ipsum tibi os ut Apophras [*obscenum*] fieret effecere. Et quando semel amice te cohortari cœpi, etiam illa, si videtur, aufer, ut unguento ungas canos, ac vellas ista sola. Si quis enim morbus urget, totum corpus curandum est; sin tale nihil ægrotas, quid sibi vult quod pura et lævia et lubrica facis, quæ nec videri fas est? Illud solum in te sapiens, cani, et quod non amplius niger es: itaque velum illi sint patere tuæ impuritatis. Parce sane illis, per Jovem, vel hactenus, et inprimis barbæ ipsi, neu amplius illam pollue, vel contumeliose tracta: sin minus, noctu certe et in tenebris fac quæ facis; interdiu enim, apage; nimis ferum et belluinum est.

32. Vides quanto melius tibi fuisset non movisse Camarinam, nec derisisse Apophrada, quæ tibi apophrada detestabilemque totam vitam reddet? aut deest forte adhuc ad eam rem aliquid? quantum in me est, nunquam deficiet. Nondum enim scis quam totum in te plaustrum attraxeris, qui debebas, o pollen, o vulpes, metu trepidare, si quis vir hirsutus, et, ut veteres dicebant, nigro podice, vel torvum te intueretur. Forte jam hæc etiam ridebis, quum illud pollen et illud vulpes tanquam ænigmata quædam et griphos audieris: incognita enim tibi sunt operum tuorum nomina. Itaque hæc etiam opportunum est calumnieris, nisi jam tripli aut quadrupli pœnas tibi dedit Apophras. Tibi nimirum imputabis omnia: ut enim pulcher Euripides dicere solebat, effrenis oris et stuporis et legum contemtus solet esse finis infortunium.

LXI.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ.

1. Εἶτα Ἀλέξανδρος μὲν ἐπεθύμησεν ἐν τῷ Κύδνῳ λούσασθαι καλόν τε καὶ διαυγῆ τὸν ποταμὸν ἰδὼν καὶ ἀσφαλῶς βαθὺν καὶ προσηνῶς ὀξὺν καὶ νήξασθαι ἡδὺν καὶ θέρους ὥρᾳ ψυχρόν, ὥστε καὶ ἐπὶ προδήλῳ τῇ νόσῳ, ἣν ἐνόσησεν ἀπ' αὐτοῦ, δοκεῖ μοι οὐκ ἂν τοῦ λουτροῦ ἀποσχέσθαι, οἶκον δέ τις ἰδὼν μεγέθει μέγιστον καὶ κάλλει κάλλιστον καὶ φωτὶ φαιδρότατον καὶ χρυσῷ στιλπνότατον καὶ γραφαῖς ἀνθηρότατον οὐκ ἂν ἐπιθυμήσειε λόγους ἐν αὐτῷ διαθέσθαι, εἰ τύχοι περὶ τούτους διατρίβων, καὶ ἐνευδοκιμῆσαι καὶ ἐλλαμπρύνασθαι καὶ βοῆς ἐμπλῆσαι καὶ ὡς ἔνι μάλιστα καὶ αὐτὸς μέρος τοῦ κάλλους αὐτοῦ γενέσθαι, ἀλλὰ περισκοπήσας ἀκριβῶς καὶ θαυμάσας μόνον ἄπεισι κωφὸν αὐτὸν καὶ ἄλογον καταλιπὼν μήτε προσειπὼν μήτε προσομιλήσας ὥσπερ τις ἄναυδος ἢ φθόνῳ σιωπᾶν ἐγνωκώς;

2. Ἡράκλεις, ὡς οὐ φιλοκάλου τινὸς οὐδὲ περὶ τὰ εὐμορφότατα ἐρωτικοῦ τὸ ἔργον, ἀγροικία δὲ πολλὴ καὶ ἀπειροκαλία καὶ προσέτι γε ἀμουσία τῶν ἡδίστων αὐτὸν ἀπαξιοῦν καὶ τῶν καλλίστων ἀποξενοῦν καὶ μὴ συνιέναι ὡς οὐχ ὁ αὐτὸς περὶ τὰ θεάματα νόμος ἰδιώ-

LXI.

DE ŒCO.

1. Ergo Alexander lavare in Cydno cupivit, quum pulchrum videret et pellucidum amnem, et sine periculo profundum, et blande celerem, et natatui jucundum, et æstatis tempore frigidum; adeo ut videatur mihi ne præsenti quidem morbi, quem inde nactus est, periculo a lavandi voluptate revocari potuisse: œcum autem aliquis conspicatus magnitudine ingentem, et specie pulcherrimum, et luce multa hilarem, et fulgentem ab auro, et picturis floridum ut qui maxime, non concupiscat orationem (si hæc forte illius sit professio) in eo habere, et in illo probari, et claritatem sibi in eo parare, et clamoribus eum implere, et quantum licet ipse quoque pars illius pulchritudinis fieri? sed perspectis cum cura omnibus, et admiratus modo, abeat, surdum relinquens et orationis suæ expertem, neque allocutus eum, nec sermone cum illo habito, ut mutus aliquis, aut qui per invidiam tacere decreverit?

2. Quam non elegantis istuc, Hercules, neque amore pulcherrimorum capti fuerit, sed rusticitas multa, et stupor quidam circa pulchra ipsasque insuper Musas, rebus jucundissimis se indignum judicare, et alienum ostendere a rebus pulcherrimis, neque intelligere, non eandem circa specta-

ταις τε καὶ πεπαιδευμένοις ἀνδράσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπόχρη τὸ κοινὸν τοῦτο ἰδεῖν μόνον καὶ περιβλέψαι καὶ τὼ ὀφθαλμὼ περιενεγκεῖν καὶ πρὸς τὴν ὀροφὴν ἀνακύψαι καὶ τὴν χεῖρα ἐπισεῖσαι καὶ καθ' ἡσυχίαν ἡσθῆναι δέει τοῦ μὴ ἂν δυνηθῆναι ἄξιόν τι τῶν βλεπομένων εἰπεῖν, ὅστις δὲ μετὰ παιδείας ὁρᾷ τὰ καλά, οὐκ ἄν, οἶμαι, ἀγαπήσειεν ὄψει μόνῃ καρπωσάμενος τὸ τερπνὸν οὐδ' ἂν ὑπομείναι ἄφωνος θεατὴς τοῦ κάλλους γενέσθαι, πειράσεται δὲ ὡς οἷόν τε καὶ ἐνδιατρῖψαι καὶ λόγῳ ἀμείψασθαι τὴν θέαν.

3. Ἡ δὲ ἀμοιβὴ οὐκ ἔπαινος τοῦ οἴκου μόνον — τοῦτο μὲν γὰρ ἴσως ἐκείνῳ τῷ νησιώτῃ μειρακίῳ ἔπρεπε, τὴν Μενελάου οἰκίαν ὑπερεκπεπλῆχθαι καὶ πρὸς τὰ ἐν οὐρανῷ καλὰ τὸν ἐλέφαντα καὶ τὸν χρυσὸν αὐτῆς ἀπεικάζειν, ἅτε μηδὲν ἐν γῇ καλόν τι ἄλλο ἑορακότι — ἀλλὰ καὶ τὸ εἰπεῖν ἐν αὐτῷ καὶ τοὺς βελτίστους συγκαλέσαντα λόγων ἐπίδειξιν ποιήσασθαι μέρος τοῦ ἐπαίνου καὶ τοῦτο γένοιτο ἄν. Καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερήδιστον, οἶμαι, οἴκων ὁ κάλλιστος ἐς ὑποδοχὴν λόγων ἀναπεπταμένος καὶ ἐπαίνου καὶ εὐφημίας μεστὸς ὤν, ἠρέμα καὶ αὐτὸς ὥσπερ τὰ ἄντρα συνεπηχῶν καὶ τοῖς λεγομένοις παρακολουθῶν καὶ παρατείνων τὰ τελευταῖα τῆς φωνῆς καὶ τοῖς ὑστάτοις τῶν λόγων ἐμβραδύνων, μᾶλλον δὲ ὡς ἄν τις εὐμαθὴς ἀκροατὴς διαμνημονεύων τὰ εἰρημένα καὶ τὸν λέγοντα ἐπαινῶν καὶ ἀντίδοσιν οὐκ ἄμουσον ποιούμενος πρὸς αὐτά· οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τὰ αὐλήματα τῶν ποιμένων αἱ σκοπιαὶ ἐπαυλοῦσαι τῆς φωνῆς ἐπανιούσης κατὰ τὸ ἀντίτυπον καὶ πρὸς αὐτὴν ἀναστρεφούσης, οἱ δὲ ἰδιῶται νομίζουσι παρθένον τινὰ εἶναι τὴν ἀμειβομένην τοὺς ᾄδοντας ἢ βοῶντας ἐν μέσοις που τοῖς κρημνοῖς κατοικοῦσαν καὶ λαλοῦσαν ἐκ τῶν πετρῶν ἔνδοθεν.

4. Ἔμοιγ' οὖν δοκεῖ καὶ συνεξαίρεσθαι οἴκου πολυτελείᾳ ἡ τοῦ λέγοντος γνώμη καὶ πρὸς τοὺς λόγους ἐπεγείρεσθαι, καθάπερ τι καὶ ὑποβαλλούσης τῆς θέας· σχεδὸν γὰρ εἰσρεῖ τι διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν καλόν, εἶτα πρὸς αὐτὸ κοσμήσασα ἐκπέμπει τοὺς λόγους. Ἦ τῷ μὲν Ἀχιλλεῖ πιστεύομεν, τὴν ὄψιν τῶν ὅπλων ἐπιτεῖναι κατὰ τῶν Φρυγῶν τὴν ὀργήν, καὶ ἐπεὶ ἐνέδυ αὐτὰ πειρώμενος, ἐπαρθῆναι καὶ πτερωθῆναι πρὸς τὴν τοῦ πολέμου ἐπιθυμίαν, λόγου δὲ σπουδὴν μὴ ἐπιτείνεσθαι πρὸς κάλλη χωρίων; καίτοι Σωκράτει μὲν ἀπέχρησε πλατάνου εὐφυία καὶ πόα εὐθαλὴς καὶ πηγὴ διαυγὴς μικρὸν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ, κἀνταῦθα καθεζόμενος Φαίδρου τε τοῦ Μυρρινουσίου κατειρωνεύετο καὶ τὸν Λυσίου τοῦ Κεφάλου λόγον διήλεγχε καὶ τὰς Μούσας ἐκάλει καὶ ἐπίστευεν ἥξειν αὐτὰς ἐπὶ τὴν ἐρημίαν συνεπιληψομένας τῶν περὶ τοῦ ἔρωτος λόγων, καὶ οὐκ ᾐσχύνετο γέρων ἄνθρωπος παρακαλῶν παρθένους συνεισομένας τὰ παιδεραστικά. Ἐς δὲ οὕτω καλὸν χωρίον οὐκ ἂν οἰώμεθα καὶ ἀκλήτους αὐτὰς ἐλθεῖν;

5. Καὶ μὴν οὐ κατά γε σκιὰν μόνην οὐδὲ κατὰ πλατάνου κάλλος ἡ ὑποδοχή, οὐδ' ἂν τὴν ἐπὶ τῷ

cula legem esse imperitis literarum, atque eruditis hominibus : quum illis sufficiat commune illud, videre solum et circumspicere et circumferre oculos et ad lacunar suspicere, et movere ab admiratione manum, et tacite oblectari, præ metu ne dignum quicquam iis quæ spectantur proferre non valeant : qui vero eruditus pulchrarum rerum spectator est, non, puto, satis habeat oculis tantum fructum illius jucunditatis percipere, neque sustineat mutus pulchri spectator esse; sed tentabit quantum potest immorari spectaculo et oratione illud remunerari.

3. Remuneratio vero illa non laus modo conclavis : nam hoc forte insulanum illum adolescentulum decuerit, ut admiratione domus Menelai percellatur, et cum cœlestium rerum pulchritudine ebur atque aurum illius comparet, ut qui nihil in terra pulchrum aliud viderit : sed ipsum illud, dicere in eo, et convocatis præstantissimis hominibus orationis facultatem ostendere, id ipsum, inquam, pars forte laudis fuerit. Ac res meo judicio supra quam dici potest jucundissima, pulcherrimus œcus ad accipiendam orationem apertus, laude et faventium vocibus plenus, placide et ipse antrorum instar resonans, et subsequens quæ dicuntur, et ultima vocis protendens, extremisque orationis immorans, vel potius ut docilis auditor memorans quæ dicta sunt, laudansque dicentem, et aliquid non alienum a Musis ad illa reddens : quale quiddam excelsis rupibus accidit, quæ tibiarum pastoriciarum cantum resonant, redeunte per repercussionem voce et in se ipsam revertente; imperiti autem putant virginem quandam esse, quæ canentibus respondeat clamantibusve, in mediis alicubi præruptis habitantem, et intus loquentem e rupibus.

4. Mihi quidem efferri etiam cum pretioso conclavi videtur animus dicentis et ad orandum excitari, quasi subjiciente aliquid spectaculo : fere enim per oculos pulchrum quiddam in ipsum etiam animum influit, quæ exornatam ad illud exemplum orationem deinde emittit. Nisi credimus Achilli quidem ab ipso conspectu armorum auctam esse iram contra Phryges, et quum tentandi causa illa induisset, elatum esse et quasi alatum ad belli cupiditatem; dicendi autem studium non intendi ad pulchritudines locorum. Verum Socrati satis ad hoc erat platanus bene nata, et herba florida, et fons pellucidus parum distans ab Ilisso. atque ibi assidens Phædrum Myrrhinusium dissimulatæ sermonibus sapientiæ lusit, et Lysiæ Cephali filii orationem redarguit, et Musas vocavit, ratus in illud desertum venturas, adjuturasque illam de amore disputationem; nec puduit hominem senem vocare virgines, conscias sermonum futuras de puerorum amore. In tam pulchrum vero locum non putemus etiam invocatas illas venire?

5. Atqui non umbram modo habet aut platani pulchritudinem hoc deversorium, etiam si relicta ista ad Ilis-

Ἰλισσῷ καταλιπὼν τὴν βασιλέως λέγῃς τὴν χρυσῆν· ἐκείνης μὲν γὰρ ἐν τῇ πολυτελείᾳ μόνῃ τὸ θαῦμα, τέχνη δὲ ἢ κάλλος ἢ τέρψις ἢ τὸ σύμμετρον ἢ τὸ εὔρυθμον οὐ συνείργαστο οὐδὲ κατεμέμικτο τῷ χρυσῷ, ἀλλ' ἦν βαρβαρικὸν τὸ θέαμα, πλοῦτος μόνον καὶ φθόνος τῶν ἰδόντων καὶ εὐδαιμονισμὸς τῶν ἐχόντων· ἔπαινος δὲ οὐδαμοῦ προσῆν· οὐδὲ γὰρ ἔμελε τοῖς Ἀρσακίδαις τῶν καλῶν οὐδὲ πρὸς τὸ τερπνὸν ἐποιοῦντο τὰς ἐπιδείξεις οὐδ' ἐφρόντιζον εἰ ἐπαινέσονται οἱ θεαταί, ἀλλ' ὅπως ἐκπλαγήσονται· οὐ φιλόκαλοι γάρ, ἀλλὰ φιλόπλουτοί εἰσιν οἱ βάρβαροι.

6. Τούτου δὲ τοῦ οἴκου τὸ κάλλος οὐ κατὰ βαρβαρικούς τινας ὀφθαλμοὺς οὐδὲ κατὰ Περσικὴν ἀλαζονείαν ἢ βασιλικὴν μεγαλαυχίαν οὐδὲ πένητος μόνον, ἀλλὰ εὐφυοῦς θεατοῦ δεόμενον καὶ ὅτῳ μὴ ἐν τῇ ὄψει ἡ κρίσις, ἀλλά τις καὶ λογισμὸς ἐπακολουθεῖ τοῖς βλεπομένοις. Τὸ γὰρ τῆς τε ἡμέρας πρὸς τὸ κάλλιστον ἀποβλέπειν — κάλλιστον δὲ αὐτῆς καὶ ποθεινότατον ἡ ἀρχή — καὶ τὸν ἥλιον ὑπερκύψαντα εὐθὺς ὑποδέχεσθαι καὶ τοῦ φωτὸς ἐμπίπλασθαι ἐς κόρον ἀναπεπταμένων τῶν θυρῶν, καθ' ὃ καὶ τὰ ἱερὰ βλέποντα ἐποίουν οἱ παλαιοί, καὶ τὸ τοῦ μήκους πρὸς τὸ πλάτος καὶ ἀμφοῖν πρὸς τὸ ὕψος εὔρυθμον καὶ τῶν φωταγωγῶν τὸ ἐλεύθερον καὶ πρὸς ὥραν ἑκάστην εὖ ἔχον πῶς οὐχ ἡδέα ταῦτα πάντα καὶ ἐπαίνων ἄξια;

7. Ἔτι δὲ θαυμάσειεν ἄν τις καὶ τῆς ὀροφῆς ἐν τῷ εὐμόρφῳ τὸ ἀπέριττον καὶ τῷ εὐκόσμῳ τὸ ἀνεπίληπτον καὶ τὸ τοῦ χρυσοῦ ἐς τὸ εὐπρεπὲς σύμμετρον, ἀλλὰ μὴ περὶ τὰς χρείας ἐπίφθονον, ἀλλ' ὁπόσον ἂν καὶ γυναικὶ σώφρονι καὶ καλῇ ἀρκέσῃ ἐπισημότερον ἐργάσασθαι τὸ κάλλος ἢ περὶ τῇ δειρῇ λεπτός τις ὅρμος ἢ περὶ τῷ δακτύλῳ σφενδόνη εὔφορος, ἢ ἐν τοῖν ὤτοιν ἐλλόβια ἢ πόρπη τις ἢ ταινία τὸ ἄφετον τῆς κόμης συνδέουσα, τοσοῦτον τῇ εὐμορφίᾳ προστιθεῖσα ὅσον τῇ ἐσθῆτι ἡ πορφύρα· αἱ δέ γε ἑταῖραι, καὶ μάλιστα αἱ ἀμορφότεραι αὐτῶν, καὶ τὴν ἐσθῆτα ὅλην πορφυρᾶν καὶ τὴν δειρὴν χρυσῆν πεποίηνται τῷ πολυτελεῖ θηρώμεναι τὸ ἐπαγωγὸν καὶ τὸ ἐνδέον τῷ καλῷ προσθέσει τοῦ ἔξωθεν τερπνοῦ παραμυθούμεναι· ἡγοῦνται γὰρ καὶ τὴν ὠλένην αὐταῖς στιλπνοτέραν φανεῖσθαι συναπολάμπουσαν τῷ χρυσῷ καὶ τοῦ ποδὸς τὸ μὴ εὐπερίγραφον λήσειν ὑπὸ χρυσῷ σανδάλῳ καὶ τὸ πρόσωπον αὐτὸ ἐρασμιώτερον γενήσεσθαι τῷ φαεινοτάτῳ συνορώμενον. Ἀλλ' ἐκεῖναι μὲν οὕτως· ἡ δέ γε σώφρων οἰκία χρυσῷ μὲν τὰ ἀρκοῦντα καὶ μόνον τὰ ἀναγκαῖα προσχρῆται, τὸ δ' αὐτῆς κάλλος οὐκ ἂν αἰσχύνοιτο, οἶμαι, καὶ γυμνὸν δεικνύουσα.

8. Καὶ τοίνυν ἡ τοῦδε τοῦ οἴκου ὀροφή, μᾶλλον δὲ κεφαλὴ εὐπρόσωπος μὲν καὶ καθ' ἑαυτήν, τῷ χρυσῷ δὲ ἐς τοσοῦτον κεκόσμηται, ἐς ὅσον καὶ οὐρανὸς ἐν νυκτὶ ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκ διαστήματος περιλαμπόμενος καὶ ἐκ διαλείμματος ἀνθῶν τῷ πυρί. Εἰ δέ γε πῦρ ἦν τὸ πᾶν, οὐ καλὸς ἄν, ἀλλὰ φοβερὸς ἡμῖν ἔδοξεν. Ἴδοι δ' ἄν τις οὐδ' ἀργὸν ἐνταῦθα τὸν χρυσὸν οὐδὲ μόνου τοῦ

sum, illam Regis auream dicas : istius enim in solo pretio inerat miraculum; ars vero, aut pulchritudo, aut delectatio, aut commensurata proportio, non una elaborata aut permixta auro erat, sed barbaricum erat spectaculum, divitiæ solum, quibus inviderent spectantes, beati possidentes judicarentur: laus autem inerat nusquam. Neque enim pulchra curabant Arsacidæ, neque ad delectationem hominum visui exponere sua solebant, neque curabant laudaturine essent spectatores, sed id solum, ut percellerentur : neque enim elegantiarum, sed divitiarum studiosi sunt barbari.

6. Hujus autem pulchritudo œci non ad barbaricos oculos exacta est, neque ad Persicam superbiam, aut jactationem regiam; neque pauperem solum, sed ingeniosum spectatorem postulat, cui non in solis oculis sit judicium, sed ratiocinatio etiam aliqua consequatur visum. Quod enim diei partem pulcherrimam spectat (est autem pulcherrima et amabilissima pars ejus principium), et tollentem statim caput solem excipit; quod valvis apertis luce ad satietatem repletur, quo positu templa etiam faciebant antiqui; quod longitudo latitudini et ambabus altitudo decora proportione respondet; quod fenestræ sunt liberæ et ad unamquamque partem anni recte dispositæ: qui non jucunda hæc omnia et digna laudibus?

7. Insuper admiretur aliquis, quod in formoso lacunari nihil superfluum, in ornato nihil quod reprehendi possit, illa auri decora et commensurata distinctio, nihil habens in usu invidiosum; sed quantum etiam in muliere pudica et pulchra ad formam insigniorem reddendam sufficiat, aut tenue circa collum monile, aut in digito anulus habilis, aut inaures in auribus, aut fibula quædam, aut cohibens comam fluctuantem tænia, quæ tantum addat formæ quantum vesti purpura : at meretrices, præsertim si qua est deformior, et vestem totam purpuream, et collum sibi faciunt aureum, ipso pretio venantes illecebras, et quod pulchritudini deest, extra apponendis quæ aliquam suavitatem habeant solantes. Putant enim et brachium sibi candidius visum iri, aurum si una refulgeat; et pes quod minus circumscripte formosus est, illud occultatum iri sub aureo sandalio; ipsam denique faciem visum iri amabiliorem, si una cum eo, quod splendidissimum est, aspiciatur. Atque istæ quidem hoc modo : verum modesta domus auro, quantum satis est, et ad necessaria tantum utitur; suam vero pulchritudinem non erubescat, puto, etiam nudam ostendere.

8. Igitur lacunar œci hujus, vel caput potius, formosum quidem per se quoque, auro eatenus ornatum est, quatenus etiam cœlum noctu a stellis per intervalla collustratum, et ignibus per interstitia quædam a se remotis floret. Si vero totum esset ignis, non pulchrum nobis, sed terribile videretur. Videat autem hic aliquis neque otiosum aurum, neque solius delectationis causa reliquo ornatui aspersum;

τέρποντος ἕνεκα τῷ λοιπῷ κόσμῳ συνεσπαρμένον, ἀλλὰ καὶ αὐγήν τινα ἡδεῖαν ἀπολάμπει καὶ τὸν οἶκον ὅλον ἐπιχρώννυσι τῷ ἐρυθήματι· ὁπόταν γὰρ τὸ φῶς προσπεσὸν ἐφάψηται καὶ ἀναμιχθῇ τῷ χρυσῷ, κοινόν τι ἀπαστράπτουσι καὶ διπλασίαν τοῦ ἐρυθήματος ἐκφαίνουσι τὴν αἰθρίαν.

9. Τὰ μὲν δὴ ὑψηλὰ καὶ κορυφαῖα τοῦ οἴκου τοιάδε, Ὁμήρου τινὸς δεόμενα ἐπαινέτου, ἵνα αὐτὸν ἢ ὑψόροφον ὡς τὸν Ἑλένης θάλαμον ἢ αἰγλήεντα ὡς τὸν Ὄλυμπον εἴποι· τὸν δὲ ἄλλον κόσμον καὶ τὰ τῶν τοίχων γράμματα καὶ τῶν χρωμάτων τὰ κάλλη καὶ τὸ ἐναργὲς ἑκάστου καὶ τὸ ἀκριβὲς καὶ τὸ ἀληθὲς ἔαρος ὄψει καὶ λειμῶνι δὲ εὐανθεῖ καλῶς ἂν ἔχοι παραβαλεῖν· πλὴν παρ' ὅσον μὲν ἐκεῖνα ἀπανθεῖ καὶ μαραίνεται καὶ ἀλλάττεται καὶ ἀποβάλλει τὸ κάλλος, τουτὶ δὲ τὸ ἔαρ ἀΐδιον καὶ λειμὼν ἀμάραντος καὶ τὸ ἄνθος ἀθάνατον ἅτε μόνης τῆς ὄψεως ἐφαπτομένης καὶ δρεπομένης τὸ ἡδὺ τῶν βλεπομένων.

10. Τὰ δὴ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα τίς οὐκ ἂν ἡσθείη βλέπων ἢ τίς οὐκ ἂν προθυμηθείη καὶ παρὰ τὴν δύναμιν ἐν αὐτοῖς λέγειν εἰδὼς αἴσχιστον ὂν ἀπολειφθῆναι τῶν δρωμένων; ἐπαγωγότατον γάρ τι ἡ ὄψις τῶν καλῶν, οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵππος ἥδιον ἂν οἶμαι δράμοι κατὰ πρανοῦς πεδίου καὶ μαλακοῦ, προσηνῶς δεχομένου τὴν βάσιν καὶ ἠρέμα ὑπείκοντος τῷ ποδὶ καὶ μὴ ἀντιτυποῦντος τῇ ὁπλῇ· ἅπαντι γοῦν τότε χρῆται τῷ δρόμῳ καὶ ὅλον ἐπιδοὺς ἑαυτὸν τῷ τάχει ἁμιλλᾶται καὶ πρὸς τοῦ πεδίου τὸ κάλλος.

11. Ὁ δὲ ταὼς ἦρος ἀρχομένου πρὸς λειμῶνά τινα ἐλθών, ὁπότε καὶ τὰ ἄνθη πρόεισιν οὐ ποθεινότερα μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἀνθηρότερα καὶ τὰς βαφὰς καθαρώτερα, τότε καὶ οὗτος ἐκπετάσας τὰ πτερὰ καὶ ἀναδείξας τῷ ἡλίῳ καὶ τὴν οὐρὰν ἐπάρας καὶ πάντοθεν αὐτῷ περιστήσας ἐπιδείκνυται τὰ ἄνθη τὰ αὑτοῦ καὶ τὸ ἔαρ τῶν πτερῶν ὥσπερ αὐτοῦ προκαλοῦντος τοῦ λειμῶνος ἐς τὴν ἅμιλλαν· ἐπιστρέφει γοῦν ἑαυτὸν καὶ περιάγει καὶ ἐμπομπεύει τῷ κάλλει· ὅτε δὴ καὶ θαυμασιώτερος φαίνεται πρὸς τὴν αὐγὴν ἀλλαττομένων αὐτῷ τῶν χρωμάτων καὶ μεταβαινόντων ἠρέμα καὶ πρὸς ἕτερον εὐμορφίας εἶδος τρεπομένων. Πάσχει δὲ αὐτὸ μάλιστα ἐπὶ τῶν κύκλων, οὓς ἐπ' ἄκροις ἔχει τοῖς πτεροῖς, ἴριδός τινος ἕκαστον περιθεούσης· ὃ γὰρ τέως χαλκὸς ἦν, τοῦτο ἐγκλίναντος ὀλίγον χρυσὸς ὤφθη, καὶ τὸ ὑπὸ τῷ ἡλίῳ κυαναυγές, εἰ σκιασθείη, χλοαυγές ἐστιν· οὕτω μετακοσμεῖται πρὸς τὸ φῶς ἡ πτέρωσις.

12. Ὅτι μὲν γὰρ καὶ ἡ θάλαττα ἱκανὴ προκαλέσασθαι καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐπισπάσασθαι ἐν γαλήνῃ φανεῖσα, ἴστε, κἂν μὴ εἴπω· ὅτε, εἰ καὶ παντάπασιν ἠπειρώτης καὶ ἀπειρόπλους τις εἴη, πάντως ἂν ἐθελήσειε καὶ αὐτὸς ἐμβῆναι καὶ περιπλεῦσαι καὶ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσαι, καὶ μάλιστα εἰ βλέποι τὴν μὲν αὔραν κούφως ἐπουριάζουσαν τὴν ὀθόνην, τὴν δὲ ναῦν προσηνῶς τε καὶ λείως ἐπ' ἄκρων ἠρέμα διολισθάνουσαν τῶν κυμά-

verum splendore etiam jucundo quodam relucet, totique œco rutilum colorem adjicit : quum enim incidens lumen attigit aurum, permistumque illi est, commune quiddam refulgent, ac duplicem ruboris serenitatem reddunt.

9. Excelsa ergo œci et fastigio proxima talia sunt, Homero quodam laudatore indigentia, qui illum aut « alte fastigiatum », ut Helenæ thalamum, aut « splendidum, » ut Olympum, dicturus esset : ornatum vero reliquum, et picturas parietum, et colorum pulchritudines, et evidentiam uniuscujusque, accurationemque, et veritatem, aspectui veris et prato florido comparare rectum fuerit : nisi quod ista deflorent, marcescuntque, et mutantur, ac pulchritudinem amittunt; hoc vero perpetuum ver, et nunquam marcescens pratum, et flos æternus, quem solus attingat visus et spectaculi illam suavitatem carpat.

10. Hæc igitur tanta ac talia quis non cum voluptate videat? aut quis non cupiat, etiam præter vires, inter hæc verba facere? qui sciat turpissimum esse non paria facere his quæ videmus. Est enim res illecebrarum plena pulchrarum rerum aspectus, non hominibus modo, sed equus etiam lubentius, puto, decurrat per pronum campum ac mollem, placide accipientem gressus, et molliter pedi cedentem, nec repellentem ungulas : omnibus enim tum utitur viribus ad currendum, totumque se celeritati impendit, eaque cum campi pulchritudine certat.

11. Ac pavo sub veris initia in pratum veniens, quum et flores prodeunt non desiderabiliores tantum, verum etiam, ut dicat aliquis, floridiores coloribusque purioribus; tunc ipse quoque passis pennis ac soli ostensis, elata cauda et in orbem circa se erecta, suos itidem flores exponit, suarumque ver pennarum, prato ipso velut ad certamen eum provocante. Convertit se itaque et circumagit, et pulchritudinis suæ quandam velut pompam agit : ubi sane admirabilior etiam videtur, mutantibus subinde ad lucem coloribus ipsius et sensim in alios transeuntibus, atque in aliam se pulchritudinis speciem vertentibus. Maxime autem hoc ei accidit in illis orbibus, quos in extremis habet pennis, quorum unumquemque velut iris quædam circuit : quod enim modo æs erat, hoc, modice illo inclinante, aurum videtur; atque ille cæruleus ad solem splendor, si inumbretur, viridem lucem spargit : sic alium ornatum pennæ illius ad lucem induunt.

12. Quin ipsum etiam mare habere quo nos provocet et cupidine quadam, quum tranquillum cernitur, ad se trahat, vel me tacente nostis; quando, etiam si aliquis plane mediterraneus sit et navigandi imperitus, tamen et ipse conscendere navim velit, et circumnavigare, et multum discedere de terra, idque inprimis si videat ab aura secunda leniter inflari vela, navim autem placido lenique motu per summos quiete labi fluctus.

13. Καὶ τοίνυν καὶ τοῦδε τοῦ οἴκου τὸ κάλλος ἱκανὸν καὶ παρορμῆσαι ἐς λόγους καὶ λέγοντα ἐπεγεῖραι καὶ πάντα τρόπον εὐδοκιμῆσαι παρασκευάσαι. Ἐγὼ μὲν δὴ τούτοις πείθομαι καὶ ἤδη πέπεισμαι καὶ ἐς τὸν οἶκον ἐπὶ λόγοις παρελήλυθα ὥσπερ ἀπὸ ἴυγγος ἢ Σειρῆνος τῷ κάλλει ἑλκόμενος, ἐλπίδα οὐ μικρὰν ἔχων, εἰ καὶ τέως ἡμῖν ἄμορφοι ἦσαν οἱ λόγοι, καλοὺς αὐτοὺς φανεῖσθαι καθάπερ ἐσθῆτι καλῇ κεκοσμημένους.

14. Ἕτερος δέ τις οὐκ ἀγεννὴς λόγος, ἀλλὰ καὶ πάνυ γενναῖος, ὥς φησι, καὶ μεταξύ μου λέγοντος ὑπέκρουε καὶ διακόπτειν ἐπειρᾶτο τὴν ῥῆσιν καὶ ἐπειδὴ πέπαυμαι, οὐκ ἀληθῆ ταῦτα λέγειν φησί με, ἀλλὰ θαυμάζειν, εἰ φάσκοιμι ἐπιτηδειότερον εἶναι πρὸς λόγων ἐπίδειξιν οἴκου κάλλος γραφῇ καὶ χρυσῷ κεκοσμημένον· αὐτὸ γάρ που τοὐναντίον ἀποβαίνειν. Μᾶλλον δὲ, εἰ δοκεῖ, αὐτὸς παρελθὼν ὁ λόγος ὑπὲρ ἑαυτοῦ καθάπερ ἐν δικασταῖς ὑμῖν εἰπάτω, ὅπῃ λυσιτελέστερον ἡγεῖται τῷ λέγοντι εὐτέλειαν οἴκου καὶ ἀμορφίαν. Ἐμοῦ μὲν ἀκηκόατε ἤδη λέγοντος, ὥστε οὐδὲν δέομαι δὶς περὶ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν, ὁ δὲ παρελθὼν ἤδη λεγέτω, κἀγὼ σιωπήσομαι καὶ πρὸς ὀλίγον αὐτῷ μεταστήσομαι.

15. Ἄνδρες τοίνυν δικασταὶ, φησὶν ὁ λόγος, ὁ μὲν προειπὼν ῥήτωρ πολλὰ καὶ μεγάλα τόνδε τὸν οἶκον ἐπήνεσε καὶ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ἐκόσμησεν, ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω ψόγον αὐτοῦ διεξελεύσεσθαι, ὥστε καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνου παραλελειμμένα προσθήσειν μοι δοκῶ· ὅσῳ γὰρ ἂν ὑμῖν καλλίων φαίνηται, τοσῷδε ὑπεναντίος τῇ τοῦ λέγοντος χρείᾳ δειχθήσεται. Καὶ πρῶτόν γε ἐπειδὴ γυναικῶν καὶ κόσμου καὶ χρυσοῦ ἐκεῖνος ἐμνημόνευσε, κἀμοὶ ἐπιτρέψατε χρήσασθαι τῷ παραδείγματι· φημὶ γὰρ οὖν καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐχ ὅπως συλλαμβάνειν ἐς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ καὶ ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸν πολὺν, ὁπόταν τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστος ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν λίθων τῶν πολυτελῶν ἐκπλαγεὶς ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖν ἢ χρόαν ἢ βλέμμα ἢ δειρὴν ἢ πῆχυν ἢ δάκτυλον, ὁ δὲ ταῦτ' ἀφεὶς ἐς τὴν σαρδὼ ἢ τὸν σμάραγδον ἢ τὸν ὅρμον ἢ τὸ ψέλιον ἀποβλέπῃ, ὥστε ἄχθοιτο ἂν εἰκότως παρορωμένη διὰ τὸν κόσμον, οὐκ ἀγόντων σχολὴν ἐπαινεῖν αὐτὴν τῶν θεατῶν, ἀλλὰ πάρεργον αὐτῆς ποιουμένων τὴν θέαν.

16. Ὅπερ ἀνάγκη, οἶμαι, παθεῖν καὶ τὸν ἐν οὕτω καλοῖς ἔργοις λόγους δεικνύοντα· λανθάνει γὰρ ἐν τῷ μεγέθει τῶν καλῶν τὸ λεχθὲν καὶ ἀμαυροῦται καὶ συναρπάζεται, καθάπερ εἰ λύχνον τις εἰς πυρκαϊὰν μεγάλην φέρων ἐμβάλλοι ἢ μύρμηκα ἐπ' ἐλέφαντος ἢ καμήλου δεικνύοι. Τοῦτο γοῦν φυλακτέον τῷ λέγοντι. Καὶ προσέτι μὴν καὶ τὴν φωνὴν αὐτὴν ἐπιταράττεται ἐν οὕτως εὐφώνῳ καὶ ἠχήεντι οἴκῳ λέγων· ἀντιφθέγγεται γὰρ καὶ ἀντιφωνεῖ καὶ ἀντιλέγει, μᾶλλον δὲ ἐπικαλύπτει τὴν βοὴν, οἷόν τι καὶ σάλπιγξ δρᾷ τὸν αὐλὸν, εἰ συναυλοῖεν, ἢ τοὺς κελευστὰς ἡ θάλαττα, ὁπόταν πρὸς κύματος ἦχον ἐπᾴδειν τῇ εἰρεσίᾳ θέλωσιν· ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ μεγαλοφωνία καὶ κατασιωπᾷ τὸ ἧττον.

17. Καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅπερ ἔφη ὁ ἀντίδικος, ὡς ἄρα

13. Itaque hujus etiam pulchritudo œci apta est quæ impellat ad dicendum, et dicentem excitet, et plausum illi omni ratione paret. Equidem his ipsis moveor, imo jam sum motus, et in œcum dicendi causa deveni, tanquam ab iynge quadam aut Sirene tractus a pulchritudine, spe non parva fretus, etiamsi ad hunc diem informis nostra fuit oratio, pulchram visum iri, velut veste honesta ornatam.

14. Verum enim vero alia quædam non ignava oratio, sed generosa, ut videri vult, quum inter dicendum me interpellavit et abrumpere dictionem conata est, tum postquam desii, non vera ait me dixisse, sed mirari se, si aptiorem esse ad edenda eloquentiæ specimina dicam pulchritudinem œci pictura et auro ornatam : fere enim contrarium plane evenire. Quin, si videtur, ipsa in medium progressa oratio pro se apud vos, tanquam judices, dicat, quare commodiorem esse putet dicenti vilitatem œci atque deformitatem. Me quidem orantem jam audistis; ergo non opus est bis me de eadem re verba facere : ista vero jam progressa in medium dicat, ac tacebo interim ego et paullum illi decedam.

15. Sic igitur oratio : Qui modo dixit rhetor, judices, multis et magno opere laudavit hunc œcum, suaque illum oratione ornavit; ego vero tantum abest ut reprehensionem illius velim dicere, ut etiam prætermissa ab illo additurus mihi videar : quo enim ille vobis pulchrior videbitur, tanto magis contrarius dicentis usui ostendetur. Ac primum, quandoquidem mulierum et mundi et auri mentionem iste fecit, etiam mihi, ut ea similitudine utar, permittite. Aio enim ego mulieribus quoque pulchris non modo nihil ad hoc, ut formosiores videantur, conferre, sed contrarium etiam esse mundum copiosum, quum videntium unusquisque auro illo et lapidibus pretiosis perculsus, pro eo quod laudare debebat aut colorem, aut oculorum conjectum, aut collum, aut brachium, aut digitum; relictis hisce ad Sardam aut smaragdum, aut monile, aut armillam respicit; adeo ut illa habeat quod indigne ferat, se propter mundum prætervideri, non habentibus otium ad ipsam laudandam spectatoribus, sed obiter tantum se respicientibus.

16. Quod quidem necessario accidere arbitror etiam illi, qui inter opera adeo pulchra dicendi facultatem velit ostendere. Delitescit enim quicquid dicitur in magna vi rerum pulchrarum, et obscuratur, atque una abripitur, ac si quis lucernam magnum in incendium injiciat, aut formicam in elephanto vel camelo ostendat. Hoc ergo cavendum dicenti. Ad hæc vox etiam ipsa confunditur in vocali adeo et sonoro œco dicentis : resonat enim, et reclamat, et contra dicit, aut potius occultat clamorem, quale quid etiam tuba facit tibiæ, si una canant, aut celeusma canentibus mare, si inter fluctuum sonos accinere remigio velint. Vincit nimirum sonus magnus, et ad silentium illum qui minor est redigit.

17. Quin illud ipsum, quod dicebat adversarius, exci-

ἐπεγείρει ὁ καλὸς οἶκος τὸν λέγοντα καὶ προθυμότερον παρασκευάζει, ἐμοὶ δοκεῖ τὸ ἐναντίον ποιεῖν· ἐκπλήττει γὰρ καὶ φοβεῖ καὶ τὸν λογισμὸν διαταράττει καὶ δειλότερον ἐργάζεται ἐνθυμούμενον ὡς ἁπάντων ἐστὶν αἴσχιστον ἐν εὐμόρφῳ χωρίῳ μὴ ὁμοίους φαίνεσθαι τοὺς λόγους. Ἐλέγχων γὰρ οὗτός γε ὁ φανερώτατος, ὥσπερ ἂν εἴ τις πανοπλίαν καλὴν ἐνδὺς ἔπειτα φεύγοι πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπισημότερος ὢν δειλὸς ἀπὸ τῶν ὅπλων. Τοῦτο δέ μοι δοκεῖ λογισάμενος καὶ ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ ἐκεῖνος εὐμορφίας ἐλάχιστον φροντίσαι, μᾶλλον δὲ καὶ παντελῶς ἀΐδρεϊ φωτὶ ἑαυτὸν ἀπεικάσαι, ἵνα αὐτῷ παραδοξότερον φαίνηται τῶν λόγων τὸ κάλλος ἐκ τῆς πρὸς τὸ ἀμορφότερον ἐξετάσεως. Ἄλλως τε ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὴν τοῦ λέγοντος αὐτοῦ διάνοιαν ἀσχολεῖσθαι περὶ τὴν θέαν καὶ τῆς φροντίδος τὸ ἀκριβὲς ἐκλύειν τῆς ὄψεως ἐπικρατούσης καὶ πρὸς αὐτὴν καλούσης καὶ τῷ λόγῳ προσέχειν οὐκ ἐώσης. Ὥστε τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντως ἔλαττον ἐρεῖν αὐτὸν τῆς ψυχῆς διατριβούσης περὶ τὸν τῶν δρωμένων ἔπαινον;

18. Ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι καὶ οἱ παρόντες αὐτοὶ καὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν παρειλημμένοι ἐπειδὰν εἰς τοιοῦτον οἶκον παρέλθωσιν, ἀντὶ ἀκροατῶν θεαταὶ καθίστανται, καὶ οὐχ οὕτω Δημόδοκος ἢ Φήμιος ἢ Θάμυρις ἢ Ἀμφίων ἢ Ὀρφεύς τις λέγων ἐστὶν ὥστε ἀποσπάσαι τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς θέας· ἀλλ' οὖν ἕκαστος, ἐπειδὰν μόνον ὑπερβῇ τὸν οὐδόν, ἀθρόῳ τῷ κάλλει περιχυθεὶς λόγων μὲν ἐκείνων ἢ ἀκροάσεως ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν « ἀΐοντι ἔοικεν, » ὅλος δὲ πρὸς τοῖς δρωμένοις ἐστίν, εἰ μὴ τύχοι τις παντελῶς τυφλὸς ὢν ἢ ἐν νυκτὶ ὥσπερ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ποιοῖτο τὴν ἀκρόασιν.

19. Ὅτι γὰρ οὐκ ἀξιόμαχον λόγων ἰσχὺς ὄψει ἀνταγωνίσασθαι καὶ ὁ Σειρήνων μῦθος παρατεθεὶς τῷ περὶ τῶν Γοργόνων διδάξειεν ἄν· ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἐκήλουν τοὺς παραπλέοντας μελῳδοῦσαι καὶ κολακεύουσαι τοῖς ᾄσμασι καὶ καταπλεύσαντας ἐπὶ πολὺ κατεῖχον, καὶ ὅλως τὸ ἔργον αὐτῶν ἐδεῖτό τινος διατριβῆς, καί πού τις αὐτὰς καὶ παρέπλευσε καὶ τοῦ μέλους παρήκουσε· τὸ δὲ τῶν Γοργόνων κάλλος ἅτε βιαιότατόν τε ὂν καὶ τοῖς καιριωτάτοις τῆς ψυχῆς ὁμιλοῦν εὐθὺς ἐξίστη τοὺς ἰδόντας καὶ ἀφώνους ἐποίει, ὡς δὲ ὁ μῦθος βούλεται καὶ λέγεται, λίθινοι ἐγίγνοντο ἀπὸ θαύματος. Ὥστε καὶ ὃν ὑπὲρ τοῦ ταὼ λόγον εἶπε πρὸς ὑμᾶς μικρὸν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ εἰρῆσθαι νομίζω· καὶ γὰρ ἐκείνου ἐν τῇ ὄψει, οὐκ ἐν τῇ φωνῇ τὸ τερπνόν. Καὶ εἴ γέ τις παραστησάμενος τὴν ἀηδόνα ἢ τὸν κύκνον ᾄδειν κελεύοι, μεταξὺ δὲ ᾀδόντων παραδείξειε τὸν ταὼ σιωπῶντα, εὖ οἶδ' ὅτι ἐπ' ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχὴ μακρὰ χαίρειν φράσασα τοῖς ἐκείνων ᾄσμασιν. Οὕτως ἄμαχόν τι ἔοικεν εἶναι ἡ δι' ὄψεως ἡδονή.

20. Καὶ ἔγωγε, εἰ βούλεσθε, μάρτυρα ὑμῖν παραστήσομαι σοφὸν ἄνδρα, ὃς αὐτίκα μοι μαρτυρήσει ὡς πολὺ ἐπικρατέστερά ἐστι τῶν ἀκουομένων τὰ δρώμενα. Καί μοι σὺ ἤδη ὁ κῆρυξ προσκάλει αὐτὸν Ἡρόδοτον Λύξου Ἁλικαρνασόθεν· κἀπειδὴ καλῶς ποιῶν ὑπήκουσε,

tari a pulchro œco dicentem et alacriorem reddi, illius, mea quidem sententia, fit contrarium : percellit enim ac terret, et cogitationem perturbat, facitque timidiorem, dum cogitat omnium turpissimum esse, si in loco formoso habita non similis ei videatur oratio. Sic enim manifestissime aliquis deprehendatur; velut si quis armis indutus pulcherrimis deinde fugiat ante alios, cujus nempe ignavia ipsis ab armis fiat apertior. Hoc ipsum perpendens Homericus ille orator mihi videtur minimam curam habuisse pulchritudinis; imo potius imperito omnium homini se assimilasse, ut ipsius pulchritudo orationis tanto admirabilior ex ipsa ad illam deformitatem comparatione appareret. Alioqui necessario plane dicentis ipsius animus occupatur in spectaculo, et exquisitam illam curam remittit, quum vincat ipsa species et ad se vocet, atque attendere ad orationem non sinat. Quomodo ergo fieri potest ut non omnino dicat deterius, occupato circa laudem eorum, quæ videntur, animo?

18. Omitto dicere quod ipsi etiam præsentes et ad audiendum assumti, quum intrant in talem œcum, spectatores fiunt pro auditoribus; neque quisquam ita vel Demodocus est, vel Phemius in dicendo, vel Thamyris, vel Amphion, vel Orpheus adeo, qui abstrahere mentem illorum a spectaculo possit : verum unusquisque, superato solum limine, conferta illa pulchritudine circumfusus, orationem illam, sive auditionem, nec omnino audire videtur; sed totus est in his quæ videntur, ni quis forte plane cæcus sit, aut noctu, ut illud Areopagitarum consilium, auscultet.

19. Neque enim satis valere vim verborum, quoties cum visu pugnandum est, Sirenum etiam fabula cum altera Gorgonum composita docuerit. Nam illæ quidem prælernavigantes mulcebant canendo et adulando carminibus, detinebantque appulsos, et mora omnino quadam opus illarum indigebat : et aliquando aliquis prælernavigavit, et inaudita prætermisit illorum carmina. At Gorgonum pulchritudo, quæ esset violentissima et principibus animæ partibus se insinuaret, statim videntes extra se rapiebat, faciebatque mutos; ut vero vult fabula ac fertur vulgo, lapidei præ admiratione fiebant. Igitur quæ de pavone paullo ante ad vos iste dixit, ea quoque pro me dicta esse arbitror : etenim illius etiam quod delectat in specie inest, non in voce. Et si quis juxta collocatos hinc lusciniam et cygnum canere jubeat, hinc inter ipsum cantum tacentem ostendat pavonem; bene novi ego transituram ad hunc mentem, longum valere jussis illorum cantibus. Adeo invictum quid esse videtur ea quæ per visum voluptas contingit.

20. Atque ego, si vultis, testem ad vos allegabo virum sapientem, qui statim testimonium mihi perhibebit, multo, quæ videntur, his quæ auditu percipiuntur esse validiora. Et mihi tu jam, præco, huc voca ipsum Herodotum Lyxi filium Halicarnasso. Et quando, præclare ille quidem,

μαρτυρείτω παρελθών. Ἀναδέξασθε δὲ αὐτὸν Ἰαστὶ πρὸς ὑμᾶς λέγοντα ὥσπερ αὐτῷ ἔθος. « Ἀληθέα τάδε ὁ λόγος ὑμῖν, ἄνδρες δικασταὶ, μυθέεται καί οἱ πείσεσθε ὅσα ἂν λέγῃ τουτέων πέρι ὄψιν ἀκοῆς προτιμέων· ὦτα γὰρ τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. » Ἀκούετε τοῦ μάρτυρος ἅ φησιν, ὡς τὰ πρῶτα τῇ ὄψει ἀποδέδωκεν; εἰκότως. Τὰ μὲν γὰρ ἔπεα πτερόεντά ἐστι καὶ οἴχεται ἅμα τῷ προελθεῖν ἀποπτάμενα, ἡ δὲ τῶν ὁρωμένων τέρψις ἀεὶ παρεστῶσα καὶ παραμένουσα πάντως τὸν θεατὴν ὑπάγεται.

21. Πῶς οὖν οὐ χαλεπὸς τῷ λέγοντι ἀνταγωνιστὴς οἶκος οὕτω καλὸς καὶ περίβλεπτος ὤν; μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον οὐδέπω φημί· ὑμεῖς γὰρ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ καὶ μεταξὺ λεγόντων ἡμῶν ἐς τὴν ὀροφὴν ἀπεβλέπετε καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε καὶ τὰς γραφὰς ἐξητάζετε πρὸς ἑκάστην ἀποστρεφόμενοι. Καὶ μηδὲν αἰσχυνθῆτε· συγγνώμη γὰρ, εἴ τι ἀνθρώπινον πεπόνθατε, ἄλλως τε καὶ πρὸς οὕτω καλὰς καὶ ποικίλας τὰς ὑποθέσεις. Τῆς γὰρ τέχνης τὸ ἀκριβὲς καὶ τῆς ἱστορίας μετὰ τοῦ ἀρχαίου τὸ ὠφέλιμον ἐπαγωγὸν ὡς ἀληθῶς καὶ πεπαιδευμένων θεατῶν δεόμενον. Καὶ ἵνα μὴ πάντα ἐκεῖσε ἀποβλέπητε ἡμᾶς ἀπολιπόντες, φέρε ὡς οἷόν τε γράψωμαι αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ· ἡσθήσεσθε γὰρ, οἶμαι, ἀκούοντες ἃ καὶ ὁρῶντες θαυμάζετε. Καὶ ἴσως ἄν με καὶ δι' αὐτὸ ἐπαινέσαιτε καὶ τοῦ ἀντιδίκου προτιμήσαιτε, ὡς μὴ καὶ αὐτοῦ ἐπιδείξαντος καὶ διπλασιάσαντος ὑμῖν τὴν ἡδονήν. Τὸ χαλεπὸν δὲ τοῦ τολμήματος ὁρᾶτε, ἄνευ χρωμάτων καὶ σχημάτων καὶ τόπου συστήσασθαι τοσαύτας εἰκόνας· ψιλὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τῶν λόγων.

22. Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν εἰσιόντι Ἀργολικῷ μύθῳ ἀναμέμικται πάθος Αἰθιοπικὸν, ὁ Περσεὺς τὸ κῆτος φονεύει καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καθαιρεῖ, καὶ μετὰ μικρὸν γαμήσει καὶ ἄπεισιν αὐτὴν ἄγων· πάρεργον τοῦτο τῆς ἐπὶ Γοργόνας πτήσεως. Ἐν βραχεῖ δὲ πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου καὶ φόβον· ἐπισκοπεῖ γὰρ μάχην ἄνωθεν ἐκ τῆς πέτρας καὶ νεανίου τόλμαν ἐρωτικὴν καὶ θηρίου ὄψιν ἀπρόσμαχον· καὶ τὸ μὲν ἔπεισι πεφρικὸς ταῖς ἀκάνθαις καὶ δεδιττόμενον τῷ χάσματι, ὁ Περσεὺς δὲ τῇ λαιᾷ μὲν προδείκνυσι τὴν Γοργόνα, τῇ δεξιᾷ δὲ καθικνεῖται τῷ ξίφει· καὶ τὸ μὲν ὅσον τοῦ κήτους εἶδε τὴν Μέδουσαν, ἤδη λίθος ἐστὶ, τὸ δ' ὅσον ἔμψυχον μένει, τῇ ἅρπῃ κόπτεται.

23. Ἑξῆς δὲ μετὰ τήνδε τὴν εἰκόνα ἕτερον δρᾶμα γέγραπται δικαιότατον, οὗ τὸ ἀρχέτυπον ὁ γραφεὺς παρ' Εὐριπίδου ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν· ἐκεῖνοι γὰρ ὁμοίαν ἐγραψάτην εἰκόνα. Τὼ νεανία τὼ ἑταίρω Πυλάδης τε ὁ Φωκεὺς καὶ Ὀρέστης δοκῶν ἤδη τεθνάναι παρελθόντε τὰ βασίλεια καὶ λαθόντε φονεύουσιν ἄμφω τὸν Αἴγισθον· ἡ δὲ Κλυταιμνήστρα ἤδη ἀνήρηται καὶ ἐπ' εὐνῆς τινος ἡμίγυμνος πρόκειται καὶ θεραπεία πᾶσα ἐκπεπληγμένοι τὸ ἔργον οἱ μὲν ὥσπερ βοῶσιν, οἱ δέ τινες ὅπῃ φύγωσι περιβλέπουσι. Σεμνὸν δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπενόησε τὸ μὲν ἀσεβὲς τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραδραμὼν,

jam obsecutus est, in medium progressus dicat testimonium. Patiemini autem illum Ionice vobiscum pro more suo loqui. « Vera ista hæc oratio apud vos, judices, loquitur, et credite illi quæ in hanc sententiam dixerit, visum esse præferendum auditui : aures enim oculis fere sunt infideliores. » Auditin' testem quæ dicat, ut primas tribuat visui? Merito sane. Verba enim alata sunt, et abeunt et simul dum prodeunt avolant : verum delectatio ex his quæ videntur, astans semper ac manens, subjicit omnino spectatorem.

21. Qui igitur non validus dicenti adversarius sit œcus adeo pulcher, adeo spectabilis? Quin quod maximum est nondum dico. Vos enim ipsi, judices, dum nos dicimus, lacunar respiciebatis, muros admirabamini, picturas examinabatis conversi ad singulas. Nec est quod vos pudeat : ignoscendum enim si quid humani vobis acciderit; præsertim in argumentis ita pulchris, ita variis. Ars enim exquisita, et historiæ cum antiquitate utilitas, illecebras habent vere, et eruditis spectatoribus indigent. Et ne omnino relictis nobis eo respiciatis, age, quantum ejus fieri potest, verbis illa vobis depingam. Delectabimini enim, puto, iis audiendis quæ spectantibus quoque admirationi sunt. Ac forte illo ipso nomine me laudabitis, et adversario præponetis, ut qui intermiserit ostendere œcum et voluptatem vobis geminare. Difficultatem autem incepti mei videte, qui audeam sine coloribus, et figuris, et loco, tot imagines constituere : tenuis nempe est verborum pictura.

22. Igitur ad dextram intranti Argolicæ fabulæ Æthiopicus affectus permixtus est : Perseus cetum interficit, et liberat Andromedam, uxorem paullo post sibi habiturus, abiturusque illam ducens : agit hoc obiter in suo ad Gorgonas volatu. In brevi autem tabella multa expressit artifex; pudorem virginis ac metum : inspicit enim hæc pugnam desuper e scopulo, et ausum juvenis amatorium, et difficilem oppugnatu speciem belluæ. Atque hæc quidem irruit spinis horrens ac terribilis rictu; Perseus autem læva Gorgonem objicit, dextra ferit gladio; et qua parte vidit Medusam cetus, jam lapis est; qua adhuc vivit, falce cæditur.

23. Deinde post hanc imaginem alia tabula picta est plena justitiæ, cujus animale exemplum ab Euripide vel Sophocle sumsisse mihi pictor videtur, qui similem et ipsi pinxerunt imaginem : juvenes duo sodales Pylades Phocensis atque Orestes, qui jam putabatur esse mortuus, latentes in regiam intrant, interficiuntque ambo Ægisthum : Clytæmnestra vero jam occisa in cubili quodam seminuda jacet, ac ministerium omne circumstat, consternati facinore, alii tanquam clamant, alii quorsum fugiant circumspiciunt. Sapienter vero illud commentus est pictor, quum impium quod fuit in hoc facinore ostendit modo et tanquam perpetratum

ἐμβραδύνοντας δὲ τοὺς νεανίσκους ἐργασάμενος τῷ τοῦ μοιχοῦ φόνῳ.

24. Μετὰ δὲ τοῦτο θεός ἐστιν εὔμορφος καὶ μειράκιον ὡραῖον, ἐρωτική τις παιδιά· ὁ Βράγχος ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος ἀνέχει λαγὼν καὶ προσπαίζει τὸν κύνα, ὁ δὲ πηδησομένῳ ἔοικεν ἐπ' αὐτὸν ἐς τὸ ὕψος, καὶ Ἀπόλλων παρεστὼς μειδιᾷ τερπόμενος ἀμφοῖν, καὶ τῷ παιδὶ παίζοντι καὶ πειρωμένῳ τῷ κυνί.

25. Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ Περσεὺς πάλιν τὰ πρὸ τοῦ κήτους ἐκεῖνα τολμῶν καὶ ἡ Μέδουσα τεμνομένη τὴν κεφαλὴν καὶ Ἀθηνᾶ σκέπουσα τὸν Περσέα· ὁ δὲ τὴν μὲν τόλμαν εἴργασται, τὸ δὲ ἔργον οὐχ ἑόρακέ πω, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀσπίδος τῆς Γοργόνος τὴν εἰκόνα· οἶδε γὰρ τὸ πρόστιμον τῆς ἀληθοῦς ὄψεως.

26. Κατὰ δὲ τὸν μέσον τοῖχον ἄνω τις ἀντίθυρος Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται, ἡ θεὸς λίθου λευκοῦ, τὸ σχῆμα οὐ πολεμιστήριον, ἀλλ' οἷον ἂν γένοιτο εἰρήνην ἀγούσης θεοῦ πολεμικῆς.

27. Εἶτα μετὰ ταύτην ἄλλη Ἀθηνᾶ, οὐ λίθος αὕτη γε, ἀλλὰ γραφὴ πάλιν· Ἥφαιστος αὐτὴν διώκει ἐρῶν, ἡ δὲ φεύγει, κἀκ τῆς διώξεως Ἐριχθόνιος γίγνεται.

28. Ταύτῃ ἕπεται παλαιά τις ἄλλη γραφή· Ὠρίων φέρει τὸν Κηδαλίωνα τυφλὸς ὤν, ὁ δ' αὐτῷ σημαίνει τὴν πρὸς τὸ φῶς ὁδὸν ἐποχούμενος,

29. καὶ ὁ Ἥλιος φανεὶς ἰᾶται τὴν πήρωσιν, καὶ ὁ Ἥφαιστος Λημνόθεν ἐπισκοπεῖ τὸ ἔργον.

30. Ὀδυσσεὺς τὸ μετὰ τοῦτο δῆθεν μεμηνώς, ὅτε συστρατεύει τοῖς Ἀτρείδαις μὴ θέλων· πάρεισι δὲ οἱ πρέσβεις ἤδη καλοῦντες. Καὶ τὰ μὲν τῆς ὑποκρίσεως πιθανὰ πάντα, ἡ ἀπήνη, τὸ τῶν ὑπεζευγμένων ἀσύμφωνον, ἄγνοια τῶν δρωμένων· ἐλέγχεται δὲ ὅμως τῷ βρέφει· Παλαμήδης γὰρ ὁ τοῦ Ναυπλίου συνεὶς τὸ γιγνόμενον, ἁρπάσας τὸν Τηλέμαχον ἀπειλεῖ φονεύειν πρόκωπον ἔχων τὸ ξίφος, καὶ πρὸς τὴν τῆς μανίας ὑπόκρισιν ὀργὴν καὶ οὗτος ἀνθυποκρίνεται. Ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς πρὸς τὸν φόβον τοῦτον σωφρονεῖ καὶ πατὴρ γίγνεται καὶ λύει τὴν ὑπόκρισιν.

31. Ὑστάτη δὲ ἡ Μήδεια γέγραπται τῷ ζήλῳ διακαής, τὼ παῖδε ὑποβλέπουσα καί τι δεινὸν ἐννοοῦσα· ἔχει γοῦν ἤδη τὸ ξίφος, τὼ δ' ἀθλίω καθῆσθον γελῶντε μηδὲν τῶν μελλόντων εἰδότε, καὶ ταῦτα ὁρῶντε τὸ ξίφος ἐν ταῖν χεροῖν.

32. Ταῦτα πάντα, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐχ ὁρᾶτε ὅπως ἀπάγει μὲν τὸν ἀκροατὴν καὶ πρὸς τὴν θέαν ἀποστρέφει, μόνον δὲ καταλείπει τὸν λέγοντα; Καὶ ἔγωγε διεξῆλθον αὐτά, οὐχ ἵνα τὸν ἀντίδικον τολμηρὸν ὑπολαβόντες καὶ θρασύν, εἰ τοῖς οὕτω δυσκόλοις ἑαυτὸν ἑκὼν φέρων ἐπέβαλε, καταγνῶτε καὶ μισήσητε καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἐγκαταλίπητε, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτῷ συναγωνίσησθε καὶ ὡς οἷόν τε καταμύοντες ἀκούητε τῶν λεγομένων λογιζόμενοι τοῦ πράγματος τὴν δυσχέρειαν· μόλις γὰρ ἂν οὕτω δυνηθείη οὐ δικασταῖς, ἀλλὰ συναγωνισταῖς ὑμῖν χρησάμενος μὴ παντάπασιν ἀνάξιος τῆς τοῦ οἴκου πολυτελείας νομισθῆναι. Εἰ δὲ ὑπὲρ ἀντι-

jam prætercucurrit; sed immorantes pinxit juvenes in cæde adulteri.

24. Post hæc vero formosus deus est, et adolescentulus pulcher, lusus quidam amatorius : Branchus in petra sedens, leporem retinet, et alludit cani; hic vero sussultuři ad illum speciem habet : atque astans Apollo subridet delectatus utroque, et puero ludente, et tentante capturam cane.

25. Post ista iterum Perseus, audens illa quæ ante cetum gesta sunt, et Medusa cui caput præciditur, tegensque Perseum Minerva. At ille peregit facinus, ipse vero suum opus non vidit, sed Gorgonis in clypeo suo imaginem : noverat nimirum quanti constaret directo visu illam aspexisse.

26. In medio autem pariete superne, e regione januæ, ædicula Minervæ facta est : dea e candido marmore; habitus non bellicus, sed qualis fuerit pacem agente dea bellica.

27. Tum post hanc Minerva alia, non marmor illa quidem, sed pictura rursus : persequitur eam Vulcanus amator, illa se subducit, atque ex ea persecutione nascitur Erichthonius.

28. Hanc sequitur vetus quædam alia pictura : cæcus Orion fert Cedalionem, hic vero insidens illi viam ad lucem significat :

29. oriensque Sol cæcitati illius medetur : ac Vulcanus e Lemno rem inspicit.

30. Ulysses post ista, nempe furens, ut qui expeditionem suscipere cum Atridis nolit : adsunt autem legati jam vocantes. Et simulatio ipsius satis illa quidem probabilis : currus, discrepantia jumentorum, eorum quæ agerentur ignoratio; at deprehenditur tamen in puero. Palamedes enim Nauplii filius intelligens quid ageretur, raptum Telemachum interfecturum se minatur, stricto jam gladio, et adversus furoris simulationem iram et ipse vicissim simulat. At Ulysses ab hoc metu resipiscit, et fit pater, et simulationem solvit.

31. Ultima Medea picta est, zelotypia inflammata, pueros duos torvum aspiciens, et dirum quiddam animo agitans : jam enim habet gladium; at miselli sedent ridentes, futurorum ignari, idque quum in manu videant gladium.

32. Hæc omnia, judices, nonne ut abducant auditorem videtis et ad spectaculum avertant, solumque eum qui dicit relinquant? Atque ego ista persecutus sum, non ut adversarium meum, audacem rati ac temerarium, qui difficilibus adeo rebus volens ipse se ingesserit, damnatum habeatis odio, atque in ipsa oratione destituatis : sed uti potius adjuvetis ipsi certamen, et conniventes, quantum ejus fieri potest, verba illius audiatis, perpensa nimirum operis difficultate. Vix enim vel sic potuerit, etiam si non judicibus vobis, sed sociis utatur, non usquequaque indignus magnifico isto œco putari. Denique si pro adversario ista peto,

δίκου ταῦτα δέομαι, μὴ θαυμάσητε· ὑπὸ γὰρ τοῦ τὸν οἶκον φιλεῖν καὶ τὸν ἐν αὐτῷ λέγοντα, ὅστις ἂν ᾖ, βουλοίμην ἂν εὐδοκιμεῖν.

nolite mirari; ob amorem enim hujus œci, quisquis est qui in eo dicit, velim probari.

LXII.

* ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ.

1. Ὄναρ τι τοῦτο, λαμπρότατε Κυίντιλλε, κελευσθεὶς προσφέρω σοι δῶρον τοὺς μακροβίους, πάλαι μὲν τὸ ὄναρ ἰδὼν καὶ ἱστορήσας τοῖς φίλοις, ὅτε ἐτίθεσο τῷ δευτέρῳ σου παιδὶ τοὔνομα· συμβαλεῖν δὲ οὐκ ἔχων τίνας ὁ θεὸς κελεύει μοι προσφέρειν σοι τοὺς μακροβίους, τότε μὲν ηὐξάμην τοῖς θεοῖς ἐπὶ μήκιστον ὑμᾶς βιῶναι σέ τε αὐτὸν καὶ παῖδας τοὺς σούς, τοῦτο συμφέρειν νομίζων καὶ σύμπαντι μὲν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, πρὸ δὲ τῶν ἁπάντων αὐτῷ τε ἐμοὶ καὶ πᾶσι τοῖς ἐμοῖς· καὶ γὰρ κἀμοί τι ἀγαθὸν ἐδόκει προσημαίνειν ὁ θεός.

2. Σκεπτόμενος δὲ κατ' ἐμαυτὸν εἰς σύννοιαν ἦλθον, εἰκὸς εἶναι τοὺς θεοὺς ἀνδρὶ περὶ παιδείαν ἔχοντι ταῦτα προστάττοντας κελεύειν τι προσφέρειν σοι τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης. Ταύτην οὖν αἰσιωτάτην νομίζων τήν γε τῶν σῶν γενεθλίων ἡμέραν δίδωμί σοι τοὺς ἱστορημένους εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. Καὶ γὰρ ἂν καὶ ὄφελος γένοιτό τί σοι ἐκ τοῦ συγγράμματος διπλοῦν· τὸ μὲν εὐθυμία τις καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ καὶ αὐτὸν ἐπὶ μήκιστον δύνασθαι βιῶναι, τὸ δὲ διδασκαλία τις ἐκ παραδειγμάτων, εἰ ἐπιγνοίης ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι κατά τε σῶμα καὶ κατὰ ψυχήν, οὗτοι εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον σὺν ὑγιείᾳ παντελεῖ.

3. Νέστορα μὲν οὖν τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τρεῖς παρατεῖναι γενεὰς Ὅμηρος λέγει, ὃν συνίστησιν ἡμῖν γεγυμνασμένον ἄριστα καὶ ψυχῇ καὶ σώματι. Καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν ἡ τραγῳδία μέχρι ἓξ γενεῶν παρατεῖναι λέγει. Πιθανὸν δ' ἂν εἴη ἄνδρα θεοῖς ἀνακείμενον καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον τὸν Τειρεσίαν ἐπὶ μήκιστον βιῶναι.

4. Καὶ γένη δὲ ὅλα μακρόβια ἱστόρηται διὰ τὴν δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς, Ἀσσυρίων δὲ καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων, Ἰνδῶν δὲ οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες, καὶ οἱ καλούμενοι δὲ μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν καὶ θεοῖς ἀνακείμενον παρά τε Πέρσαις καὶ Πάρθοις καὶ Βάκτροις καὶ Χορασμίοις καὶ Ἀρείοις καὶ Σάκαις καὶ Μήδοις καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐρρωμένοι τέ εἰσι καὶ πολυχρόνιοι διὰ τὸ μαγεύειν διαιτώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβέστερον.

5. Ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὥσπερ Σῆρας μὲν ἱστοροῦσι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἐτῶν, οἱ μὲν τῷ ἀέρι, οἱ δὲ τῇ γῇ τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως προστιθέντες, οἱ δὲ καὶ τῇ διαίτῃ· ὑδροποτεῖν γάρ φασι

LXII.

* LONGÆVI.

1. Somnio quodam monitus hoc facere, Quintille clarissime, munus ad te defero Longævos; somnio, inquam, quod olim vidi, quum nomen poneres filio tuo secundo, ac narravi amicis : sed quod conjicere non possem, quosnam longævos tibi offerri deus juberet, tum quidem vota diis nuncupavi, ut quam longissime vivatis et tu et tui filii; utile id esse ratus quum universo hominum generi, tum præter ceteros et ipsi mihi et meis omnibus : etenim mihi quoque bonum quiddam præsignificare videbatur deus.

2. Re autem mecum considerata, in cogitationem veni, vero esse simile deos, quum viro doctrinæ studiis operato hæc imperent, jubere de arte tibi mea aliquid ut offeram. Hunc igitur auspicatissimum ratus natalitiorum tuorum diem, dono tibi eos qui ad longam senectutem pervenisse, cum sana mente et corpore integro, memorantur. Etenim duplex quædam tibi utilitas ex hoc libello nascatur : hinc animus alacris, et bona spes fieri posse ut ipse quoque vivas quam diutissime; hinc quædam petita ab exemplis disciplina, si cognoscas, ut quique maxime et corporis sui et animi curam gesserint, ita ad longissimam senectutem, cum valetudine integerrima, pervenisse.

3. Itaque Nestorem, Achivorum sapientissimum, ad tria sæcula extendisse ætatem Homerus narrat, quem proponit nobis corpore pariter atque animo exercitatum optime. Tiresiam vero vatem ad sex usque sæcula produxisse vitam ait tragœdia. Probabile autem fuerit, virum diis dicatum et puriore usum victu, qualis Tiresias, vixisse longissime.

4. Commemorantur autem genera quoque hominum universa fuisse longæva propter victus rationem, ut Ægyptiorum ii qui sacri scribæ vocantur; Assyriorum autem et Arabum qui interpretes fabularum; Indorumque qui vocantur Brachmanes, viri solide vacantes philosophiæ; et qui dicuntur magi, genus hominum fatidicum et dicatum diis apud Persas et Parthos et Bactros, Choramiosque et Arios, atque Sacas et Medos, barbaros denique multos alios, valentes sunt ac longævi, quum ob magiæ exercitium accuratiore vivendi ratione ipsi quoque utantur.

5. Jam vero gentes etiam totæ diutissime vivunt, ut Seras referunt ad trecentos usque annos vitam proferre, cujus longæ senectutis causam alii aeri, terræ alii imputant, alii vero etiam rationi victus; aquam enim bibere univer-

τὸ ἔθνος τοῦτο σύμπαν. Καὶ Ἀθώτας δὲ μέχρι τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιοῦν ἱστόρηται, καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος, τούτους μὲν καὶ κριθίνῳ ἄρτῳ χρωμένους, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον· οἷς γέ φασι διὰ τὴν τοιαύτην δίαιταν καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐρρωμένας εἶναι.

6. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περί τε τῶν μακροβίων γενῶν καὶ τῶν ἐθνῶν, ἅτινά φασιν ὡς ἐπὶ πλεῖστον διαγίγνεσθαι χρόνον, οἱ μὲν διὰ τὴν γῆν καὶ τὸν ἀέρα, οἱ δὲ διὰ τὴν δίαιταν, οἱ δὲ καὶ δι' ἄμφω. Ἐγὼ δ' ἂν σοι δικαίως τὴν ἐλπίδα ῥᾳδίως παράσχοιμι ἱστορήσας ὅτι καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν καὶ κατὰ πάντα ἀέρα μακρόβιοι γεγόνασιν ἄνδρες οἱ γυμνασίοις τοῖς προσήκουσι καὶ διαίτῃ τῇ ἐπιτηδειοτάτῃ πρὸς ὑγίειαν χρώμενοι.

7. Διαίρεσιν δὲ τοῦ λόγου ποιήσομαι τὴν πρώτην κατά γε τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνδρῶν, καὶ πρώτους γέ σοι τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατηγικοὺς ἄνδρας ἱστορήσω, ὧν ἕνα καὶ εὐσεβεστάτη μεγάλου θειοτάτου αὐτοκράτορος τύχη εἰς τὴν τελεωτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν εὐηργέτηκε τὰ μέγιστα τὴν οἰκουμένην τὴν ἑαυτοῦ· οὕτω γὰρ ἂν ἀπιδὼν καὶ σὺ τῶν μακροβίων ἀνδρῶν πρὸς τὸ ὅμοιον τῆς ἕξεως καὶ τῆς τύχης ἑτοιμότερον ἐλπίσειας γῆρας ὑγιεινὸν καὶ μακρὸν καὶ ἅμα ζηλώσας ἐργάσαιο σαυτῷ τῇ διαίτῃ μέγιστόν τε ἅμα καὶ ὑγιεινότατον βίον.

8. Πομπίλιος Νοῦμας ὁ εὐδαιμονέστατος τῶν Ῥωμαίων βασιλέων καὶ μάλιστα περὶ τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν ἀσχοληθεὶς ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη βεβιωκέναι ἱστόρηται. Σέρβιος δὲ Τούλλιος Ῥωμαίων καὶ οὗτος βασιλεὺς ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη καὶ αὐτὸς βιῶσαι ἱστόρηται. Ταρκυίνιος δὲ ὁ τελευταῖος Ῥωμαίων βασιλεὺς φυγαδευθεὶς καὶ ἐπὶ Κύμης διατρίβων ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται στερρότατα βιῶσαι.

9. Οὗτοι μὲν οὖν Ῥωμαίων βασιλεῖς, οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικομένους καὶ μετ' αὐτοὺς καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἑκάστου. Ἐπὶ τέλει δέ σοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ῥωμαίων τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους προσαναγράψω προσθεὶς ἅμα καὶ τοὺς κατὰ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν ἐπὶ πλεῖστον βιώσαντας· ἀξιόλογος γὰρ ἔλεγχος ἡ ἱστορία τῶν διαβάλλειν πειρωμένων τὸν ἐνταῦθα ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείους ἡμῖν τὰς εὐχὰς ἔσεσθαι πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε καὶ λιπαρὸν τὸν πάσης γῆς καὶ θαλάττης δεσπότην γῆρας ἀφικέσθαι τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη καὶ γέροντα.

10. Ἀργανθώνιος μὲν οὖν Ταρτησσίων βασιλεὺς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθός τισι δοκεῖ. Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος ἐτῶν ἐνενηκονταπέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσιν. Ἱέρων τε ὁ Συρακοσίων τύραννος δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν γενόμενος ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὥσπερ

sam hanc gentem aiunt. Athotas etiam ad triginta et centum annos vivere literis proditum est; et Chaldæos supra centum annos vivere fama est, hos etiam pane hordeaceo utentes ut acuti visus remedio : quibus nempe dicant ob talem victum reliquos etiam sensus supra reliquos homines vigere.

6. Sed hæc de longævis et generibus hominum et gentibus, quos longissimo durare tempore aiunt, partim propter terram et aerem, partim propter rationem victus, partim propter utrumque. Æquum est autem ut ego facilem tibi spem injiciam, narrando, in omni solo, in aere omni longævos fuisse eos qui exercitationibus convenientibus et aptissima ad sanitatem victus ratione uterentur.

7. Distribuam vero orationem primo pro vitæ generibus virorum, et initio quidem regii fastigii viros et exercituum duces commemorabo; quorum uno etiam pia magni augustique Imperatoris nostri Fortuna in supremum ordinem evecto, maximum beneficium suo terrarum orbi tribuit. Sic enim respiciens tu quoque ad longævorum similes habitudines ac fortunas, senectutem sanam longamque speraveris facilius; simulque æmulatus eos, longissimam pariter atque saluberrimam tibi vitam hac victus ratione paraveris.

8. Pompilius Numa, felicissimus Romanorum regum, et maxime circa deorum cultum occupatus, supra octoginta annos vixisse memoratur. Servius Tullius, rex et ipse Romanorum, supra octoginta annos itidem vixisse refertur. Tarquinius vero, ultimus Romanorum rex, exul Cumis agens, ultra nonagesimum annum in firmissima valitudine dicitur pervenisse.

9. Hi Romanorum reges, quibus adjungam reliquos etiam reges longam senectutem adeptos, et post ipsos etiam studia et vivendi rationem uniuscujusque. In fine autem Romanorum ascribam reliquos quoque, qui ad longissimam senectutem pervenere, additis etiam qui in reliqua Italia diutissime vixere. Non parvi enim momenti refutatio eorum qui istum aerem criminari conantur, est historia : quo meliorem nos quoque spem habemus, rata futura vota nostra, ut in longissimamque et pinguem senectutem perveniat terræ totius atque maris dominus, qui jam senex suum terrarum orbem regit.

10. Arganthonius ergo, Tartessiorum rex, quinquaginta et centum annos vixisse dicitur, ut volunt Herodotus historicus, et poeta Anacreon : verum ista quibusdam videtur fabula. Agathocles autem, Siciliæ tyrannus, quum esset annorum quinque et nonaginta, mortuus est, sicut Demochares ac Timæus tradunt. Et Hiero, Syracusanorum tyrannus, duo et nonaginta annos natus morbo finiit vitam, quum septuaginta annos regnasset, ut Calatianus Demetrius

Δημήτριός τε ὁ Καλλατιανὸς καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Ἀτέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βάρδυλις δὲ ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. Τήρης δὲ Ὀδρυσῶν βασιλεὺς, καθά φησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν.

et alii perhibent. Ateas autem, Scytharum rex, pugnans contra Philippum circa Istrum flumen cecidit supra nonaginta annos natus. Etiam Bardylis, rex Illyriorum, ex equo dicitur pugnasse in bello contra Philippum, annos natus nonaginta. Teres, Odrysarum rex, ut refert Theopompus, duorum et nonaginta annorum quum esset, obiit.

11. Ἀντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου ὁ μονόφθαλμος βασιλεύων Μακεδόνων περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ τραύμασι πολλοῖς περιπεσὼν ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. Καὶ Λυσίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὡς ὁ αὐτός φησιν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος δὲ υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, οὗτος τέτταρα καὶ τετταράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου μέγιστον δυνηθεὶς καὶ ἐπιτροπεύσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας ὑπὲρ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔτη ζήσας ἐτελεύτα τὸν βίον.

11. Antigonus, Philippi filius, cocles, rex Macedonum, in Phrygia pugnans cum Seleuco et Lysimacho, vulneribus multis confectus cecidit, annorum quum esset unius et octoginta, ut narrat qui expeditionis illius socius ipsi fuit Hieronymus. Etiam Lysimachus, Macedonum rex, in prælio contra Seleucum periit annum agens octogesimum, ut idem ait Hieronymus. Antigonus autem filius erat Demetrii, Antigoni coclitis nepos; is quattuor et quadraginta annos imperavit Macedonibus, vixit autem octoginta, ut Medius refert et scriptores alii. Sic etiam Antipater, Iolai filius, potentissimus vir, aliquot Macedoniæ regum tutor, quum supra octoginta annos vixisset, vitam finiit.

12. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου ὁ τῶν καθ' αὑτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ δύο ἐτοῖν τῆς τελευτῆς Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν, ὅστις διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλέταιρος δὲ πρῶτος μὲν ἐκτήσατο τὴν περὶ Πέργαμον ἀρχὴν καὶ κατέσχεν εὐνοῦχος ὤν, κατέστρεψε δὲ τὸν βίον ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος. Ἄτταλος δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ οὗτος βασιλεύων, πρὸς ὃν καὶ Σκιπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐξέλιπε τὸν βίον.

12. Ptolemæus Lagi, regum suæ ætatis felicissimus, Ægypti regnum tenuit ad quartum et octogesimum vitæ annum; idque duobus ante mortem annis tradidit Ptolemæo filio, Philadelphi cognomen habenti, qui ex fratribus in paterno regno successit. Philetærus primus Pergami imperium peperit pariter ac tenuit, eunuchus licet, natus autem annos octoginta vitam cum morte commutavit. Post eum Attalus is, qui Philadelphi cognomen habuit, Pergamenorum et ipse rex, ad quem etiam Scipio ille dux Romanus venit, annorum octoginta duorum quum esset, e vita discessit.

13. Μιθριδάτης δὲ ὁ Πόντου βασιλεὺς ὁ προσαγορευθεὶς κτίστης Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε βιώσας ἔτη τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως καὶ ἐπὶ πλέον διαγενέσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς ἀνεσκολοπίσθη.

13. Mithridates, Ponti rex, cognomine Conditor, Antigonum coclitem fugiens in Pontum mortuus est, quum vixisset quattuor et octoginta annos, ut refert Hieronymus et scriptores alii. Ariarathes, Cappadocum rex, duo et octoginta vixit annos, ut narrat Hieronymus : poterat autem forte diutius superstes esse; sed captus in prælio contra Perdiccam, in crucem actus est.

14. Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ὧροι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων, μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, τὸ δέ τι ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον.

14. Cyrus, Persarum rex, antiquus ille, ut indicant Persarum et Assyriorum annales quibus etiam Onesicritus, vitæ Alexandri scriptor, consentire videtur, centum annorum quum esset, amicorum unumquemque requisivit: comperto autem plerosque interfectos a Cambyse filio suo, qui ipsius se imperio hoc fecisse diceret, contristatus partim quod male audiret propter crudelitatem filii, partim quod facinora ipsius coarguisset, vitam finiit.

15. Ἀρταξέρξης ὁ Μνήμων ἐπικληθεὶς, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων ἐν Πέρσαις

3. ΜΟΥΣ. Τί οὖν, ὦ μῆτερ; ἐκεῖναι εὐτυχέστεραί μου καὶ καλλίους εἰσίν;

ΜΗΤ. Οὐχ, ἀλλὰ συνετώτεραι καὶ ἴσασιν ἑταιρίζειν, οὐδὲ πιστεύουσι ῥηματίοις καὶ νεανίσκοις ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους τοὺς ὅρκους ἔχουσι· σὺ δὲ εἶ πιστὴ καὶ φίλανδρος οὐδὲ προσίῃ ἄλλον τινὰ ὅτι μὴ μόνον Χαιρέαν· καὶ πρώην μὲν ὅτε ὁ γεωργὸς ὁ Ἀχαρνεὺς ἧκε δύο μνᾶς κομίζων, ἀγένειος καὶ αὐτός — οἴνου δὲ τιμὴν ἀπειλήφει τοῦ πατρὸς πέμψαντος — σὺ δὲ ἐκεῖνον μὲν ἀπεμύκτισας, καθεύδεις δὲ μετὰ τοῦ Ἀδώνιδος Χαιρέου.

ΜΟΥΣ. Τί οὖν; ἐχρῆν Χαιρέαν καταλείψασαν παραδέξασθαι τὸν ἐργάτην ἐκεῖνον κινάβρας ἀπόζοντα; λεῖός μοι, φασὶ, Χαιρέας καὶ χοιρίσκος Ἀχαρνικός.

ΜΗΤ. Ἔστω· ἐκεῖνος ἀγροῖκος καὶ πονηρὸν ἀποπνεῖ. Τί δαὶ Ἀντιφῶντα τὸν Μενεκράτους μνᾶν ὑπισχνούμενον οὐδὲ τοῦτον ἐδέξω; οὐ καλὸς ἦν καὶ ἀστεῖος καὶ ἡλικιώτης Χαιρέου;

4. ΜΟΥΣ. Ἀλλ' ἠπείλησε Χαιρέας ἀποσφάξειν ἀμφοτέρους, εἰ λάβοι μέ ποτε μετ' αὐτοῦ.

ΜΗΤ. Πόσοι δὲ καὶ ἄλλοι ταῦτα ἀπειλοῦσιν; Οὐκοῦν ἀνέραστος σὺ μενεῖς διὰ τοῦτο καὶ σωφρονήσεις καθάπερ οὐχ ἑταίρα, τῆς δὲ Θεσμοφόρου ἱέρειά τις οὖσα; ἐῶ τἄλλα. Τήμερον Ἁλῶά ἐστι· τί δέ σοι δέδωκεν ἐς τὴν ἑορτήν;

ΜΟΥΣ. Οὐκ ἔχει, ὦ μαννάριον.

ΜΗΤ. Μόνος οὗτος οὐ τέχνην εὕρηκεν ἐπὶ τὸν πατέρα, οὐκ οἰκέτην καθῆκεν ἐξαπατήσοντα, οὐκ ἀπὸ τῆς μητρὸς ᾔτησεν ἀπειλήσας ἀποπλευσεῖσθαι στρατευσόμενος, εἰ μὴ λάβοι, ἀλλὰ κάθηται ἡμᾶς ἐπιτρίβων μήτε αὐτὸς διδοὺς μήτε παρὰ τῶν διδόντων ἐῶν λαμβάνειν; Σὺ δὲ οἴει, ὦ Μουσάριον, ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν ἀεὶ ἔσεσθαι; ἢ τὰ αὐτὰ φρονήσειν Χαιρέαν, ὅταν πλουτῇ μὲν αὐτὸς, ἡ δὲ μήτηρ γάμον πολυτάλαντον ἐξεύρῃ αὐτῷ; μνησθήσεται ἔτι, οἴει, τότε τῶν δακρύων ἢ τῶν φιλημάτων ἢ τῶν ὅρκων πέντε ἴσως τάλαντα προικὸς βλέπων;

ΜΟΥΣ. Μνησθήσεται ἐκεῖνος· δεῖγμα δὲ, ὡς οὐδὲ νῦν γεγάμηκεν, ἀλλὰ καταναγκαζόμενος καὶ βιαζόμενος ἠρνήσατο.

2. MUS. Sed pulcher est, et imberbis, et amare se dicit, et lacrimatur, et Dinomaches Lachetisque Areopagitæ filius est; et se ducturum nos promittit, et magnas ab eo spes habemus, modo senex oculos condat.

MAT. Ergo, Musarium, quum opus erit soleis, et postulabit sutor didrachmum, dicemus illi, Pecuniam quidem non habemus, tu vero aliquantum spei a nobis accipe : et ad pistorem eadem : et quum mercedem habitationis exigemur, Exspecta, dicemus, dum Laches Collytensis moriatur : solvemus enim tibi post nuptias. Nonne te pudet, quæ sola meretricum neque inaurem, nec monile, nec Tarentinulam habeas?

3. MUS. Quid ergo, mater? num illæ feliciores me aut pulchriores sunt?

MAT. Non; sed prudentiores, et norunt artem meretriciam : neque dulcibus verbis credunt, et adolescentulis in extremis labris jusjurandum habentibus. Tu vero fidelis es, et viri amans, neque admittis quenquam, solum præter Chæream : et nuper ille ex Acarnania rusticus quum veniret, imberbis et ipse, minas ferens duas (vini enim pretium patris missu acceperat), tu illum quidem superbe rejecisti, cubas autem cum tuo Adonide Chærea.

MUS. Quid ergo? oportebat Chærea relicto recipere operarium istum, hircum olentem? Lævis mihi, aiunt, Chæreas et porcellus Acharnicus.

MAT. Esto : agrestis iste, et male olet. Cur etiam Antiphontem Menecratis filium, qui minam pollicebatur, neque hunc recepisti? non pulcher erat, et urbanus, et æqualis Chæreæ?

4. MUS. At minatus erat Chæreas se interfecturum ambos, si quando me cum illo deprehendisset.

MAT. Quot vero etiam alii minantur eadem? Num igitur tu amatorum expers manebis propterea, et pudica eris, quasi non meretrix esses, sed legiferæ Cereris sacerdos? mitto reliqua. Sunt Arealia hodie : quid vero dedit tibi diei festi causa?

MUS. Non habet quot det, matercula.

MAT. Solus ille non invenit aliquam ad patrem machinam? non servum immisit deceptorem? non a matre petiit, minatus se militatum enavigaturum, nisi accipiat? sed desidet, nos atterit, neque dans ipse quicquam, neque accipere ab his, qui offerunt, patiens. Tu vero putas, Musarium, duodeviginti annorum te semper futuram? aut eundem animum fore Chæreæ, quum dives ipse erit, mater autem multorum illi talentorum nuptias inveniet? memor erit tum, putas, lacrimarum, aut basiorum, aut frequentis jurisjurandi, quinque forte dotis talenta ubi viderit?

MUS. Memor sane erit. Argumentum autem ejus rei hoc est, quod nondum duxit uxorem, sed urgentibus, vim quasi parantibus, negavit.

ΜΗΤ. Γένοιτο μὴ ψεύδεσθαι. Ἀναμνήσω δέ σε, ὦ Μουσάριον, τότε.

MAT. Utinam non mentiatur! Sed tum te, Musarium, admonebo.

8.

ΑΜΠΕΛΙΣ ΚΑΙ ΧΡΥΣΙΣ.

1. ΑΜΠ. Ὅστις δὲ, ὦ Χρυσὶ, μήτε ζηλοτυπεῖ μήτε ὀργίζεται μήτε ἐρράπισέ ποτε ἢ περιέκειρεν ἢ τὰ ἱμάτια περιέσχισεν, ἔτι ἐραστής ἐκεῖνός ἐστιν;

ΧΡΥΣ. Οὐκοῦν ταῦτα μόνα ἐρῶντος, ὦ Ἄμπελι, δείγματα;

ΑΜΠ. Ναὶ, ταῦτ' ἀνδρὸς θερμοῦ· ἐπεὶ τἆλλα, φιλήματα καὶ δάκρυα καὶ ὅρκοι καὶ τὸ πολλάκις ἥκειν ἀρχομένου ἔρωτος σημεῖον καὶ φυομένου ἔτι· τὸ δὲ πῦρ ὅλον ἐκ τῆς ζηλοτυπίας ἐστίν. Ὥστε εἰ καὶ σὲ, ὡς φὴς, ὁ Γοργίας ῥαπίζει καὶ ζηλοτυπεῖ, χρηστὰ ἔλπιζε καὶ εὔχου ἀεὶ τὰ αὐτὰ ποιεῖν.

ΧΡΥΣ. Τὰ αὐτά; τί λέγεις; ἀεὶ ῥαπίζειν με;

ΑΜΠ. Οὐχὶ, ἀλλ' ἀνιᾶσθαι, εἰ μὴ πρὸς μόνον αὐτὸν βλέποις. Ἐπεὶ εἰ μὴ ἐρᾷ γε, τί ἂν ἔτι ὀργίζοιτο, εἰ σύ τινα ἕτερον ἐραστὴν ἔχεις;

ΧΡΥΣ. Ἀλλ' οὐδὲ ἔχω ἔγωγε· ὁ δὲ μάτην ὑπέλαβε τὸν πλούσιόν μου ἐρᾶν, διότι ἄλλως ἐμνημόνευσά ποτε αὐτοῦ.

2. ΑΜΠ. Καὶ τοῦτο ἡδὺ τὸ ὑπὸ πλουσίων οἴεσθαι σπουδάζεσθαί σε· οὕτω γὰρ ἀνιάσεται μᾶλλον καὶ φιλοτιμήσεται, ὡς μὴ ὑπερβάλοιντο αὐτὸν οἱ ἀντερασταί.

ΧΡΥΣ. Καὶ μὴν οὗτός γε μόνον ὀργίζεται καὶ ῥαπίζει, δίδωσι δὲ οὐδέν.

ΑΜΠ. Ἀλλὰ δώσει· ζηλότυποι γὰρ καὶ μάλιστα λυπηθήσονται.

ΧΡΥΣ. Οὐκ οἶδ' ὅπως ῥαπίσματα λαμβάνειν βούλει με, ὦ Ἀμπελίδιον.

ΑΜΠ. Οὔκ, ἀλλ', ὡς οἶμαι, μεγάλοι ἔρωτες γίγνονται καὶ εἰ πύθοιτο ἀμελεῖσθαι, εἰ δὲ πιστεύσαι μόνος ἔχειν, ἀπομαραίνεταί πως ἡ ἐπιθυμία. Ταῦτα λέγω πρὸς σὲ εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἑταιρήσασα, σὺ δὲ ὀκτωκαιδεκαέτις, οἶμαι, ἢ ἔλαττον οὖσα τυγχάνεις. Εἰ βούλει δὲ, καὶ διηγήσομαι ἃ ἔπαθόν ποτε οὐ πάνυ πρὸ πολλῶν ἐτῶν· ἤρα μου Δημόφαντος ὁ δανειστὴς ὁ κατόπιν οἰκῶν τῆς Ποικίλης. Οὗτος οὐδεπώποτε πλέον τι πέντε δραχμῶν δέδωκε καὶ ἠξίου δεσπότης εἶναι. Ἤρα δὲ, ὦ Χρυσὶ, ἐπιπόλαιόν τινα ἔρωτα οὔτε ὑποστένων οὔτε δακρύων οὔτε ἀωρὶ παραγιγνόμενος ἐπὶ τὰς θύρας, ἀλλ' αὐτὸ μόνον συνεκάθευδέ μοι ἐνίοτε, καὶ τοῦτο διὰ μακροῦ.

3. Ἐπειδὴ δὲ ἐλθόντα ποτὲ ἀπέκλεισα — Καλλίδης γὰρ ὁ γραφεὺς ἔνδον ἦν δέκα δραχμὰς πεπομφώς — τὸ μὲν πρῶτον ἀπῆλθέ μοι λοιδορησάμενος· ἐπεὶ δὲ πολλαὶ μὲν διῆλθον ἡμέραι, ἐγὼ δὲ οὐ προσέπεμπον, ὁ Καλλίδης δὲ ἔνδον ἦν αὖθις, ὑποθερμαινόμενος ἤδη τότε ὁ Δημόφαντος καὶ αὐτὸς ἀναφλέγεται ἐς τὸ πρᾶ-

8.

AMPELIS ET CHRYSIS.

1. AMP. Si quis vero, mea Chrysis, neque zelotypius est, neque irascitur, neque alapam inflixit unquam, aut comam abscidit, aut discidit vestem; illene adhuc amator est?

CHRYS. Numquid ergo, Ampelis, hæc sola amantis argumenta?

AMP. Sanequam calidi viri hæc sunt : nam reliqua, oscula, et lacrimæ, et jusjurandum frequens, et adventus creber, incipientis amoris signum et adhuc nascentis : at ignis totus a zelotypia est. Itaque si te, ut ais, etiam alapis mulcat Gorgias, et zelotypus est, bona spera, et semper eadem facere illum opta.

CHRYS. Eadem? quid ais? semper eum mihi dare alapas?

AMP. Non istuc; sed indigne eum ferre, nisi ad ipsum solum respicias. Quandoquidem si non amaret, quid tandem, alium te amatorem habente, irasceretur?

CHRYS. Sed neque habeo equidem alium. At ille temere suspicatus est amari me a divite, eo quod casu quodam illius aliquando mentionem injeci.

2. AMP. Etiam hoc jucundum, si a divitibus coli te suspicatur : ita enim magis etiam ægre feret, et honorem suum in eo putabit agi, ne rivales ipsum superent.

CHRYS. Verum enim hic irascitur modo, et infligit alapas, ceterum dat nihil.

AMP. At dabit : zelotypis enim vel maxime dolebit.

CHRYS. Nescio cur alapas accipere me velis, mea Ampelidium.

AMP. Non : sed, ut arbitror, magni amores sic fiunt, etiam si se putet negligi : si vero solus potiri se credat, marcescit quodammodo cupiditas. Hæc ad te dico, quæ viginti totos annos meretriciam vitam colui; tu vero duodeviginti, puto, annos, aut minus etiam vixisti. Sed si vis, narrabo tibi quæ quondam et mihi ante annos non ita multos acciderunt. Amabat me Demophantus danista, qui post Pœcilen habitat. Hic non unquam plus quinque drachmis dederat, et herus esse postulabat. Amabat autem, Chrysis, amorem quendam in summo tantum innatantem, neque ingemiscens, nec lacrimans, neque intempesta nocte veniens ad fores; sed solum hoc agebat, ut interdum mecum cubaret, idque sat longis intervallis.

3. Quum vero advenientem aliquando exclusissem (Callides enim pictor intus erat, qui drachmas decem miserat), primo quidem conviciatus mihi abiit : ubi vero multis interjectis diebus non mittebam ego, dum Callides intus esset rursus, tum demum incalescens Demophantus et ipse ad eam rem inflammatur : et quum astans aliquando apertam

γμα καὶ ἐπιστάς ποτε ἀνεῳγμένην τηρήσας τὴν θύραν ἔκλαεν, ἔτυπτεν, ἠπείλει φονεύσειν, περιερρήγνυε τὴν ἐσθῆτα, ἅπαντα ἐποίει, καὶ τέλος τάλαντον δοὺς μόνος εἶχεν ὀκτὼ ὅλους μῆνας. Ἡ γυνὴ δὲ αὐτοῦ πρὸς ἅπαντας ἔλεγεν ὡς ὑπὸ φαρμάκων ἐκμήναιμι αὐτόν. Τὸ δὲ ἦν ἄρα ζηλοτυπία τὸ φάρμακον. Ὥστε, ὦ Χρυσί, καὶ σὺ χρῶ ἐπὶ τὸν Γοργίαν τῷ αὐτῷ φαρμάκῳ· πλούσιος δὲ ὁ νεανίσκος ἔσται, ἤν τι ὁ πατὴρ αὐτοῦ πάθῃ.

observasset januam, plorabat, pulsabat, interfecturum me minabatur, vestem discidit, faciebat omnia : ac tandem talento dato, solus me habebat menses octo integros. Uxor autem ipsius dictitabat omnibus, me venenis in furorem illum egisse : nempe venenum illud zelotypia fuit. Itaque tu etiam, Chrysis, utere eodem in Gorgiam veneno; dives enim erit adolescentulus, si quid patri illius acciderit.

9.

ΔΟΡΚΑΣ, ΠΑΝΝΥΧΙΣ, ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ, ΠΟΛΕΜΩΝ.

1. ΔΟΡΚ. Ἀπολώλαμεν, ὦ κεκτημένη, ἀπολώλαμεν, ὁ Πολέμων ἀπὸ τῆς στρατείας ἀνέστρεψε πλουτῶν, ὥς φασιν· ἑόρακα δὲ κἀγὼ αὐτὸν ἐφεστρίδα περιπόρφυρον ἐμπεπορπημένον καὶ ἀκολούθους ἅμα πολλούς. Καὶ οἱ φίλοι ὡς εἶδον, συνέθεον ἐπ' αὐτὸν ἀσπασόμενοι· ἐν τοσούτῳ δὲ τὸν θεράποντα ἰδοῦσα κατόπιν ἑπόμενον, ὃς συναποδεδημήκει μετ' αὐτοῦ, ἠρόμην καί, Εἰπέ μοι, ἔφην, ὦ Παρμένων, ἀσπασαμένη πρότερον αὐτόν, πῶς ἡμῖν ἐπράξατε καὶ εἴ τι ἄξιον τῶν πολέμων ἔχοντες ἐπανεληλύθατε;

ΠΑΝ. Οὐκ ἔδει τοῦτο εὐθύς, ἀλλ' ἐκεῖνα, ὅτι μὲν ἐσώθητε, πολλὴ χάρις τοῖς θεοῖς, καὶ μάλιστα τῷ ξενίῳ Διὶ καὶ Ἀθηνᾷ στρατίᾳ· ἡ δέσποινα δὲ ἐπυνθάνετο ἀεὶ τί πράττοιτε καὶ ἔνθα εἴητε· εἰ δὲ καὶ τοῦτο προσέθηκας, ὡς καὶ ἐδάκρυε καὶ ἀεὶ ἐμέμνητο Πολέμωνος, ἄμεινον ἦν παρὰ πολύ.

2. ΔΟΡΚ. Προεῖπον εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἅπαντα· πρὸς δὲ σὲ οὐκ ἂν εἶπον, ἀλλὰ ἃ ἤκουσα ἐβουλόμην εἰπεῖν. Ἐπεὶ πρός γε Παρμένοντα οὕτως ἠρξάμην· Ἦ που, ὦ Παρμένων, ἐβόμβει τὰ ὦτα ὑμῖν; ἀεὶ γὰρ ἐμέμνητο ἡ κεκτημένη μετὰ δακρύων, καὶ μάλιστα εἴ τις ἐληλύθει ἐκ τῆς μάχης καὶ πολλοὶ τεθνάναι ἐλέγοντο, ἐσπάραττε τότε τὰς κόμας καὶ τὰ στέρνα ἐτύπτετο καὶ ἐπένθει πρὸς τὴν ἀγγελίαν ἑκάστην.

ΠΑΝ. Εὖ γε, ὦ Δορκάς, οὕτως ἐχρῆν.

ΔΟΡΚ. Εἶτα ἑξῆς μετ' οὐ πολὺ ἠρόμην ἐκεῖνα. Ὁ δέ, Πάνυ λαμπρῶς, φησίν, ἀνεστρέψαμεν.

ΠΑΝ. Οὕτω κἀκεῖνος οὐδὲν προειπών, ὡς ἐμέμνητό μου ὁ Πολέμων ἢ ἐπόθει ἢ ηὔχετο ζῶσαν καταλαβεῖν;

ΔΟΡΚ. Καὶ μάλα πολλὰ τοιαῦτα ἔλεγε. Τὸ γοῦν κεφάλαιον ἐξήγγειλε, πλοῦτον πολύν, χρυσόν, ἐσθῆτα, ἀκολούθους, ἐλέφαντα· τὸ μὲν γὰρ ἀργύριον μηδὲ ἀριθμῷ ἄγειν αὐτόν, ἀλλὰ μεδίμνῳ ἀπομεμετρημένον πολλοὺς μεδίμνους. Εἶχε δὲ καὶ αὐτὸς Παρμένων δακτύλιον ἐν τῷ μικρῷ δακτύλῳ, μέγιστον, πολύγωνον, καὶ ψῆφος ἐνεβέβλητο τῶν τριχρώμων, ἐρυθρά τε ἦν ἐπιπολῆς. Εἴασα δ' οὖν αὐτὸν ἐθέλοντά μοι διηγεῖσθαι ὡς τὸν Ἅλυν διέβησαν καὶ ὡς ἀπέκτειναν Τιριδά-

9.

DORCAS, PANNYCHIS, PHILOSTRATUS, POLEMO.

1. DORC. Periimus, hera, periimus! ex bello rediit Polemo, dives, ut aiunt : vidi autem illum ipsa quoque; sagum purpura prætextum, fibula confixum habet, et pedisequos simul multos. Et amici, ut viderunt, salutandi causa ad ipsum concurrere : interea famulum conspicata a tergo sequentem, qui cum illo peregre abfuerat, interrogavi, et quum salutassem prius, Dic mihi, inquam, Parmeno, ut egistis nobis? dignumne quippiam bellis habentes reversi estis?

PAN. Non oportebat hoc statim : sed ista, Quum salvi rediistis, multas gratias agimus diis, et hospitali præsertim Jovi, et Minervæ bellicæ. Hera autem semper interrogabat, ut ageretis? et ubi essetis? Si vero illud etiam addidisses, Lacrimavit etiam et semper memoriam usurpavit Polemonis, multo fuerat melius.

2. DORC. Prædixi initio statim hæc omnia : apud te vero nolebam dicere hæc, sed ea solum quæ audivi. Nempe apud Parmenonem sic inceperam, Numquid, Parmeno, tinniebat vobis auris? semper enim cum lacrimis hera mea meminerat, et maxime si quis rediisset e prælio et cæsi esse multi dicerentur, tum illa comas lacerare, et pectus plangere, et ad unumquemque nuncium lugere.

PAN. Euge, Dorcas, ita oportebat.

DOR. Tum deinde non ita multo post ista rogavi. At ille, Magnifice omnino, inquit, rediimus.

PAN. Itane ille quoque sine prooemio, quam meminisset mei Polemo, aut desideraret, aut vivam invenire optaret?

DOR. Omnino multa id genus dixit. Verum caput rei hoc mihi renunciavit, divitias multas, aurum, vestem, pedissequos, ebur; argentum enim nec numero illum advehere, sed dimensum modio, modios multos. Habebat autem ipse quoque Parmeno anulum parvo in digito maximum, multiangulum, et gemma in eo erat de tricoloribus illis, suprema quidem facie rubicunda. Sivi ergo volentem mihi enarrare ut Halye trajecto Tiridatem quendam interfecerint,

ταν τινὰ καὶ ὡς διέπρεψεν ὁ Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Πισίδας μάχῃ· ἀπέδραμον δέ σοι ταῦτα προσαγγελοῦσα, ὡς περὶ τῶν παρόντων σκέψαιο. Εἰ γὰρ ἐλθὼν ὁ Πολέμων — ἥξει δὲ πάντως ἀποσεισάμενος τοὺς γνωρίμους — ἀναπυθόμενος εὕροι τὸν Φιλόστρατον ἔνδον παρ' ἡμῖν, τί οἴει ποιήσειν αὐτόν;

3. ΠΑΝ. Ἐξευρίσκωμεν, ὦ Δορκάς, ἐκ τῶν παρόντων σωτήριον· οὔτε γὰρ τοῦτον ἀποπέμψαι καλὸν τάλαντον ἔναγχος δεδωκότα καὶ τἆλλα ἔμπορον ὄντα καὶ πολλὰ ὑπισχνούμενον, οὔτε Πολέμωνα τοιοῦτον ἐπανήκοντα χρήσιμον μὴ παραδέχεσθαι· προσέτι γὰρ καὶ ζηλότυπός ἐστιν, ὃς καὶ πενόμενος ἔτι πολὺ ἀφόρητος ἦν· νῦν δὲ τί οὐκ ἂν ἐκεῖνος ποιήσειεν;

ΔΟΡΚ. Ἀλλὰ καὶ προσέρχεται.

ΠΑΝ. Ἐκλύομαι, ὦ Δορκάς, ὑπὸ τῆς ἀπορίας καὶ τρέμω.

ΔΟΡΚ. Ἀλλὰ καὶ Φιλόστρατος προσέρχεται.

ΠΑΝ. Τίς γένωμαι; πῶς ἄν με ἡ γῆ καταπίοι;

4. ΦΙΛ. Τί οὐ πίνομεν, ὦ Παννυχί;

ΠΑΝ. Ἄνθρωπε, ἀπολώλεκάς με. Σὺ δὲ χαῖρε, Πολέμων, χρόνιος φανείς.

ΠΟΛ. Οὗτος οὖν τίς ἐστιν ὁ προσιὼν ὑμῖν; Σιωπᾷς; εὖ γε, ὦ Παννυχί. Ἐγὼ δὲ πεμπταῖος ἐκ Πυλῶν διέπτην ἐπειγόμενος ἐπὶ τοιαύτην γυναῖκα. Καὶ δίκαια μέντοι πέπονθα, καί σοι χάριν ἔχω· οὐκέτι γὰρ ἁρπασθήσομαι ὑπὸ σοῦ.

ΦΙΛ. Σὺ δὲ τίς εἶ, ὦ βέλτιστε;

ΠΟΛ. Ὅτι Πολέμων ὁ Στειριεὺς Πανδιονίδος φυλῆς, ἀκούεις; χιλιαρχήσας τὸ πρῶτον, νῦν δὲ ἐξαναστήσας πενταχισχιλίαν ἀσπίδα, ἐραστὴς Παννυχίδος, ὅτε ᾤμην ἔτι ἀνθρώπινα φρονεῖν αὐτήν.

ΦΙΛ. Ἀλλὰ τὰ νῦν σοι, ὦ ξεναγέ, Παννυχὶς ἐμή ἐστι, καὶ τάλαντον εἴληφε, λήψεται δὲ ἤδη καὶ ἕτερον, ἐπειδὰν τὰ φορτία διαθώμεθα. Καὶ νῦν ἀκολούθει μοι, ὦ Παννυχί, τοῦτον δὲ παρ' Ὀδρύσαις χιλιαρχεῖν ἔα.

ΔΟΡΚ. Ἐλευθέρα μέν ἐστι καὶ ἀκολουθήσει, ἢν ἐθέλῃ.

ΠΑΝ. Τί ποιῶ, Δορκάς;

ΔΟΡΚ. Εἰσιέναι ἄμεινον, ὀργιζομένῳ οὐχ οἷόν τε παρεῖναι Πολέμωνι, καὶ μᾶλλον ἐπιταθήσεται ζηλοτυπῶν.

ΠΑΝ. Εἰ θέλεις, εἰσίωμεν.

5. ΠΟΛ. Ἀλλὰ προλέγω ὑμῖν ὅτι τὸ ὕστατον πίεσθε τήμερον, ἢ μάτην ἐγὼ τοσούτοις φόνοις ἐγγεγυμνασμένος πάρειμι. Τοὺς Θρᾷκας, ὦ Παρμένων· ὡπλισμένοι ἡκόντων ἐμφράξαντες τὸν στενωπὸν τῇ φάλαγγι· ἐπὶ μετώπου μὲν τὸ ὁπλιτικόν, παρ' ἑκάτερα δὲ οἱ σφενδονῆται καὶ τοξόται, οἱ δὲ ἄλλοι κατόπιν.

ΦΙΛ. Ὡς βρεφυλλίοις ταῦτα, ὦ μισθοφόρε, ἡμῖν λέγεις καὶ μορμολύττῃ. Σὺ γὰρ ἀλεκτρυόνα πώποτε ἀπέκτεινας ἢ πόλεμον εἶδες; ἐρυμάτιον ἐφρούρεις τάχα διμοιρίτης ὤν, ἵνα καὶ τοῦτο προσχαρίσωμαί σοι.

ΠΟΛ. Καὶ μὴν εἴσῃ μετ' ὀλίγον, ἐπειδὰν προσιόντας ἡμᾶς ἐπὶ δόρυ θεάσῃ στίλβοντας τοῖς ὅπλοις.

et ut in prælio contra Pisidas eminuerit Polemo : avolav autem hæc tibi nunciatura, uti de re præsenti deliberares. Nam si adveniens Polemo (omnino equidem dimotis familiaribus veniet) resciverit et intus apud nos Philostratum invenerit; quid facturum esse existimas?

3. PAN. Inveniamus, Dorcas, e re præsenti auxilium : neque enim dimittere hunc honestum est, qui nuper admodum talentum dederit, mercatorem alioquin et multa pollicentem; neque utile non recipere redeuntem cum ea copia Polemonem. Insuper zelotypus est, qui quum egeret adhuc, plane erat intolerabilis : jam vero quid non iste audeat?

DOR. Sed ecce accedit.

PAN. Deficio animi, Dorcas, præ consilii inopia et tremo.

DOR. Verum etiam accedit Philostratus.

PAN. Quid me fiet? utinam terra mihi dehiscat!

4. PHIL. Cur non potamus, mea Pannychis?

PAN. Perdidisti me, homo. Tu vero salve, Polemo. Tarde advenis!

POL. Iste ergo quis est qui ad vos accessit? Taces? Euge, Pannychis! At ego quinto die e Pylis huc advolavi ad talem festinans mulierem. Verum merito hoc mihi accidit, et gratiam tibi habeo : neque enim amplius a te dispoliabor.

PHIL. Tu vero quis es, mi homo?

POL. Polemo Stiriensis, tribu Pandionia, audin'? qui primum mille armatos duxi, jam quinquies mille hominum agmen ago, amator Pannychidis, quum putarem illam adhuc humanum sapere.

PHIL. Sed ut nunc habet, o dux mercenariorum, mea est Pannychis, et talentum accepit; accipiet autem jam etiam alterum, quum sarcinas disposuerimus. Et jam sequere me, Pannychis : hunc vero mille hominibus præesse apud Odrysas jube.

DOR. Libera quidem est, et sequetur, si voluerit.

PAN. Quid agam, Dorcas?

DOR. Intrasse melius erit : irato enim adesse Polemoni non convenit : et magis ipsa zelotypia intendetur.

PAN. Si vis, intremus.

5. POL. Sed prædico vobis, vos ultimum hodie potaturos, aut frustra ego tot cædibus exercitatus adsum. Heus Parmeno, Thraces adduc! Armati veniant, phalange obsepto angiportu : in fronte gravis armatura, in utroque cornu funditores et sagittarii, reliqui in ultima acie.

PHIL. Tanquam parvis infantibus ista, mercenarie, dicis nobis et larva quasi terrere nos postulas. Tun' gallum gallinaceum interfecisti unquam, aut vidisti bellum? castellum forte insedisti, dimidii dux manipuli, ut etiam hoc tibi largiar.

POL. Quin scies paullo post, ubi accedentes nos protensis hastis videbis, armis fulgentibus.

ΦΙΛ. Ἥκετε μόνον συσκευασάμενοι. Ἐγὼ δὲ καὶ Τίβιος οὗτος — μόνος γὰρ οὗτος ἕπεταί μοι — βάλλοντες ὑμᾶς λίθοις τε καὶ ὀστράκοις οὕτω διασκεδάσομεν ὡς μηδὲ ὅποι οἴχοισθε ἔχοιτε εἰδέναι.

10

ΧΕΛΙΔΟΝΙΟΝ ΚΑΙ ΔΡΟΣΗ.

1. ΧΕΛ. Οὐκέτι φοιτᾷ παρὰ σὲ, ὦ Δροσὴ, τὸ μειράκιον ὁ Κλεινίας; οὐ γὰρ ἑόρακα, πολὺς ἤδη χρόνος, αὐτὸν παρ' ὑμῖν.

ΔΡΟΣ. Οὐκέτι, ὦ Χελιδόνιον· ὁ γὰρ διδάσκαλος αὐτὸν εἶρξε μηκέτι μοι προσιέναι.

ΧΕΛ. Τίς οὗτος; μή τι τὸν παιδοτρίβην Διότιμον λέγεις; ἐπεὶ ἐκεῖνός γε φίλος ἐστίν.

ΔΡΟΣ. Οὐχ, ἀλλ' ὁ κάκιστα φιλοσόφων ἀπολούμενος Ἀρισταίνετος.

ΧΕΛ. Τὸν σκυθρωπὸν λέγεις, τὸν δασὺν, τὸν βαθυπώγωνα, ὃς εἴωθε μετὰ τῶν μειρακίων περιπατεῖν ἐν τῇ Ποικίλῃ;

ΔΡΟΣ. Ἐκεῖνόν φημι τὸν ἀλαζόνα, ὃν κάκιστα ἐπίδοιμι ἀπολούμενον, ἑλκόμενον τοῦ πώγωνος ὑπὸ δημίου.

2. ΧΕΛ. Τί παθὼν δὲ ἐκεῖνος τοιαῦτα ἔπεισε τὸν Κλεινίαν;

ΔΡΟΣ. Οὐκ οἶδα, ὦ Χελιδόνιον. Ἀλλὰ μηδέποτε ἀπόκοιτός μου γενόμενος ἀφ' οὗ γυναικὶ ὁμιλεῖν ἤρξατο — πρῶτον δὲ ὡμίλησέ μοι — τριῶν τούτων ἑξῆς ἡμερῶν οὐδὲ προσῆλθε τῷ στενωπῷ· ἐπεὶ δὲ ἠνιώμην — οὐκ οἶδα δὲ ὅπως τι ἔπαθον ἐπ' αὐτῷ — ἔπεμψα τὴν Νεβρίδα περισκεψομένην αὐτὸν ἢ ἐν ἀγορᾷ διατρίβοντα ἢ ἐν Ποικίλῃ· ἡ δὲ περιπατοῦντα ἔφη ἰδοῦσα μετὰ τοῦ Ἀρισταινέτου νεῦσαι πόρρω, ἐκεῖνον δὲ ἐρυθριάσαντα κάτω ὁρᾶν καὶ μηκέτι παρενεγκεῖν τὸν ὀφθαλμόν. Εἶτ' ἐβάδιζον ἅμα ἐς τὴν πόλιν· ἡ δὲ ἄχρι τοῦ Διπύλου ἀκολουθήσασα, ἐπεὶ μηδ' ὅλως ἐπεστράφη, ἐπανῆκεν οὐδὲν σαφὲς ἀπαγγεῖλαι ἔχουσα. Πῶς με οἴει διάγειν τὸ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔχουσαν εἰκάσαι ὅ τι μοι πέπονθεν ὁ μειρακίσκος; ἀλλὰ μὴ ἐλύπησέ τι αὐτὸν, ἔλεγον, ἤ τινος ἄλλης ἠράσθη μισήσας ἐμέ; ἀλλ' ὁ πατὴρ διεκώλυσεν αὐτόν; πολλὰ τοιαῦτα ἔστρεφον. Ἤδη δὲ περὶ δείλην ὀψίαν ἧκεν ὁ Δρόμων τὸ γραμμάτιον τουτὶ παρ' αὐτοῦ κομίζων. Ἀνάγνωθι λαβοῦσα, ὦ Χελιδόνιον· οἶσθα γὰρ δή που γράμματα.

3. ΧΕΛ. Φέρ' ἴδωμεν· τὰ γράμματα οὐ πάνυ σαφῆ ἀλλὰ ἐπισεσυρμένα δηλοῦντα ἔπειξίν τινα τοῦ γεγραφότος. Λέγει δὲ « πῶς μὲν ἐφίλησά σε, ὦ Δροσὴ, τοὺς θεοὺς ποιοῦμαι μάρτυρας. »

ΔΡΟΣ. Αἰαῖ τάλαν, οὐδὲ τὸ χαίρειν προσέγραψε.

ΧΕΛ. « Καὶ νῦν δὲ οὐ κατὰ μῖσος, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην ἀφίσταμαί σου· ὁ πατὴρ γὰρ Ἀρισταινέτῳ παρέδωκέ με φιλοσοφεῖν αὐτῷ, κἀκεῖνος — ἔμαθε γὰρ τὰ καθ'

PHIL. Venite modo instructi. Ego autem et Tibius iste (solus enim hic me sequitur) lapidibus vos ac testis immissis ita dispergemus, ut neque quorsum effugiendum sit reperiatis.

10.

CHELIDONIUM ET DROSE.

1. CHEL. Non amplius ad te ventitat, mea Drose, adolescentulus ille Clinias? diu enim est quum illum apud vos non vidi.

DROS. Non amplius, mea Chelidonium : magister enim interdixit ne amplius ad me accedat.

CHEL. Quis est iste? Diotimumne dicis ludi gymnici magistrum? nam ille quidem mihi amicus.

DROS. Non; sed est perditissimus ille philosophorum Aristænetus.

CHEL. Tristem illum dicis, hirsutum, barba prolixa, qui cum adolescentibus inambulare solet in Pœcile?

DROS. Illum dico impostorem, quem utinam videam pessime perire, barba tractum a carnifice.

2. CHEL. Sed quid in mentem illi venit, quod istuc persuasit Cliniæ?

DROS. Nescio, Chelidonium. Sed qui nondum a me abnoctaverit a quo tempore usum habere mulieris cœpit (mecum autem fuit prima), tribus hisce deinceps diebus neque ad angiportum accessit. Quum vero ægre ferrem (nam nescio quid mali de eo mihi præsagibat animus), misi Nebridem quæ circumspiceret illum in foro versantem, vel in Pœcile. Atque illa inambulantem ait se vidisse cum Aristæneto, et innuisse ei e longinquo : ipsum vero cum rubore dejecisse vultum, neque amplius eo oculum adjecisse. Tum vadebant simul urbem versus : illa ad Dipylum usque prosecuta, quum nec omnino se converteret, rediit nihil certi habens quod renunciaret. Quid animi mihi putas ab eo inde tempore fuisse, quæ conjectare non possem quid factum esset adolescentulo? Sed numquid offendit ipsum? dicebam : an alius cujusdam amore captus me odit? At pater forsitan prohibuit? Multa talia versabam in animo. Jam vero sero vespere venit Dromo, hoc ab illo epistolium ferens. Sume, lege, Chelidonium : nosti enim, credo, literas.

3. CHEL. Age videamus : literæ non valde disertæ, sed implicitæ sibi, festinationem quandam scribentis indicantes. Dicunt autem, « Quam te amaverim, mea Drose, deos facio testes. »

DROS. Hei hei miserum, ne salutem quidem ascripsit.

CHEL. « Et nunc non odio, sed necessitate discidium a te facio. Pater enim Aristæneto me commendavit, apud quem philosophiæ dem operam : et ille (comperit enim no-

ἡμᾶς ἅπαντα — πάνυ πολλὰ ἐπετίμησέ μοι ἀπρεπὲς εἶναι λέγων ἑταίρᾳ συνεῖναι Ἀρχιτέλους καὶ Ἐρασικλείας υἱὸν ὄντα· πολὺ γὰρ ἄμεινον εἶναι τὴν ἀρετὴν προτιμᾶν τῆς ἡδονῆς. »

ΔΡΟΣ. Μὴ ὥρασιν ἵκοιτο ὁ λῆρος ἐκεῖνος τοιαῦτα παιδεύων τὸ μειράκιον.

ΧΕΛ. « Ὥστε ἀνάγκη πείθεσθαι αὐτῷ· παρακολουθεῖ γὰρ ἀκριβῶς παραφυλάττων, καὶ ὅλως οὐδὲ προσβλέπειν ἄλλῳ οὐδενὶ ἔξεστιν ὅτι μὴ ἐκείνῳ· εἰ δὲ σωφρονοῖμι καὶ πάντα πεισθείην αὐτῷ, ὑπισχνεῖται πάνυ εὐδαίμονα ἔσεσθαί με καὶ ἐνάρετον καταστήσεσθαι τοῖς πόνοις προγεγυμνασμένον. Ταῦτά σοι μόλις ἔγραψα ὑποκλέψας ἐμαυτόν. Σὺ δέ μοι εὐτύχει καὶ μέμνησο Κλεινίου. »

4. ΔΡΟΣ. Τί σοι δοκεῖ ἡ ἐπιστολή, ὦ Χελιδόνιον;

ΧΕΛ. Τὰ μὲν ἄλλα ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις, τὸ δὲ « μέμνησο Κλεινίου » ἔχει τινὰ ὑπόλοιπον ἐλπίδα.

ΔΡΟΣ. Κἀμοὶ οὕτως ἔδοξεν· ἀπόλλυμαι δ' οὖν ὑπὸ τοῦ ἔρωτος. Ὁ μέντοι Δρόμων ἔφασκε παιδεραστήν τινα εἶναι τὸν Ἀρισταίνετον καὶ ἐπὶ προφάσει τῶν μαθημάτων συνεῖναι τοῖς ὡραιοτάτοις τῶν νέων καὶ ἰδίᾳ λογοποιεῖσθαι πρὸς τὸν Κλεινίαν ὑποσχέσεις τινὰς ὑπισχνούμενον ὡς ἰσόθεον ἀποφανεῖ αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ ἀναγιγνώσκει μετ' αὐτοῦ ἐρωτικούς τινας λόγους τῶν παλαιῶν φιλοσόφων πρὸς τοὺς μαθητάς, καὶ ὅλως περὶ τὸ μειράκιόν ἐστιν. Ἠπείλει δὲ καὶ τῷ πατρὶ τοῦ Κλεινίου κατερεῖν ταῦτα.

ΧΕΛ. Ἐχρῆν, ὦ Δροσή, γαστρίσαι τὸν Δρόμωνα.

ΔΡΟΣ. Ἐγάστρισα, καὶ ἄνευ δὲ τούτου ἐμός ἐστι· κέκνισται γὰρ κἀκεῖνος τῆς Νεβρίδος.

ΧΕΛ. Θάρρει, πάντα ἔσται καλῶς. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐπιγράψειν μοι δοκῶ ἐπὶ τοῦ τοίχου ἐν Κεραμεικῷ, ἔνθα ὁ Ἀρχιτέλης εἴωθε περιπατεῖν, Ἀρισταίνετος διαφθείρει Κλεινίαν, ὥστε καὶ ἐκ τούτου συνδραμεῖν τῇ παρὰ τοῦ Δρόμωνος διαβολῇ.

ΔΡΟΣ. Πῶς δ' ἂν λάθοις ἐπιγράψασα;

ΧΕΛ. Τῆς νυκτός, ὦ Δροσή, ἄνθρακά ποθεν λαβοῦσα.

ΔΡΟΣ. Εὖ γε, συστράτευε μόνον, ὦ Χελιδόνιον, κατὰ τοῦ ἀλαζόνος Ἀρισταινέτου.

stra omnia) multum sane me increpuit, indignum esse dicens cum meretrice me vivere Architelis et Erasicleæ filium: multo enim melius esse virtutem præferre voluptati. »

DROS. Male pereat nugator ille, qui talia doceat adolescentulum.

CHEL. « Itaque necesse est illi parere : accurate enim me sequitur et custodit; neque aspicere licet quicquam, præter ipsum. Si vero modestus sim et per omnia sibi obsequar, pollicetur beatissimum me futurum, et virtutis compotem, laboribus ante exercitum. Hæc ægre tibi scripsi me occultans. Tu vero felix mihi esto, ac memento Cliniæ. »

4. DROS. Quid tibi videtur hæc epistola, Chelidonium?

CHEL. Cetera velut Scytharum dictio; at illud, « Memento Cliniæ! » habet spei aliquid reliquum.

DROS. Etiam mihi ita videbatur. Pereo igitur præ amore. Verum dixit mihi Dromo pædiconem esse Aristænetum, et disciplinæ obtentu rem habere cum formosissimis adolescentulis, et privatim sermones habere cum Clinia, promissa quædam illi pollicentem, quasi diis parem sit facturus. Verum etiam legit cum illo amatorios quosdam antiquorum philosophorum suis cum discipulis sermones, et totus est in hoc adolescentulo. Minatus est autem Dromo se patri Cliniæ denunciaturum ista.

CHEL. Oportebat, Drose, Dromonem saburrare.

DROS. Feci : et præterea meus est; prurit enim et ille in Nebridem.

CHEL. Bono animo esto : bene succedent omnia. Ego vero etiam inscribere cogito in pariete in Ceramico, ubi inambulare solet Architeles, « Aristænetus corrumpit Cliniam » : ut etiam ex hac parte adjuvem Dromonis delationem.

DROS. Quomodo vero satis occulte poteris scribere?

CHEL. Noctu, Drose, sumto alicunde carbone.

DROS. Euge, juva modo, Chelidonium, pugnam adversus impostorem Aristænetum.

11.

ΤΡΥΦΑΙΝΑ ΚΑΙ ΧΑΡΜΙΔΗΣ.

1. ΤΡΥΦ. Ἑταίραν δέ τις παραλαβὼν πέντε δραχμὰς τὸ μίσθωμα δοὺς καθεύδει ἀποστραφεὶς δακρύων καὶ στένων; ἀλλ' οὔτε πέπωκας ἡδέως, οἶμαι, οὔτε δειπνῆσαι μόνος ἠθέλησας· ἔκλαες γὰρ καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον, ἑώρων γάρ· καὶ νῦν δὲ οὐ διαλέλοιπας ἀνολολύζων ὥσπερ βρέφος. Ταῦτα οὖν, ὦ Χαρμίδη, τίνος ἕνεκα ποιεῖς; Μὴ ἀποκρύψῃ με, ὡς ἂν καὶ τοῦτο ἀπολαύσω τῆς νυκτὸς ἀγρυπνήσασα μετὰ σοῦ.

11.

TRYPHÆNA ET CHARMIDES.

1. TRYPH. Meretricem vero aliquis quinque drachmarum mercede conductam ubi habet, aversus deinde jacet lacrimans et ingemiscens? Sed neque bibisti, puto, jucunde, neque cœnare solus voluisti. Plorasti autem in cœna etiam; vidi enim : et nunc non desinis pueruli instar ejulare. Ista ergo, Charmides, cur facis? Noli apud me celare, ut hunc certe fructum vigilatæ tecum noctis capiam.

ΧΑΡΜ. Ἔρως με ἀπόλλυσιν, ὦ Τρύφαινα, καὶ οὐκέτ' ἀντέχω πρὸς τὸ δεινόν.

ΤΡΥΦ. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἐμοῦ ἐρᾷς, δῆλον· οὐ γὰρ ἂν ἔχων με ἠμέλεις καὶ ἀπωθοῦ περιπλέκεσθαι θέλουσαν καὶ τέλος διετείχιζες τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ δεδιὼς μὴ ψαύσαιμί σου. Τίς δὲ ὅμως ἐκείνη ἐστὶν, εἰπέ· τάχα γὰρ ἄν τι καὶ συντελέσαιμι πρὸς τὸν ἔρωτα, οἶδα γὰρ ὡς χρὴ τὰ τοιαῦτα διακονεῖσθαι.

ΧΑΡΜ. Καὶ μὴν οἶσθα καὶ πάνυ ἀκριβῶς αὐτὴν κἀκείνη σέ· οὐ γὰρ ἀφανὴς ἑταίρα ἐστίν.

2. ΤΡΥΦ. Εἰπὲ τοὔνομα, ὦ Χαρμίδη.

ΧΑΡΜ. Φιλημάτιον, ὦ Τρύφαινα.

ΤΡΥΦ. Ποτέραν λέγεις; δύο γάρ εἰσι· τὴν ἐκ Πειραιῶς, τὴν ἄρτι διακεκορευμένην, ἧς ἐρᾷ Δάμυλλος ὁ τοῦ νῦν στρατηγοῦντος υἱὸς, ἢ τὴν ἑτέραν, ἣν Παγίδα ἐπικαλοῦσιν;

ΧΑΡΜ. Ἐκείνην, καὶ ἑάλωκα ὁ κακοδαίμων καὶ συνείλημμαι πρὸς αὐτῆς.

ΤΡΥΦ. Οὐκοῦν δι' ἐκείνην ἔκλαες;

ΧΑΡΜ. Καὶ μάλα.

ΤΡΥΦ. Πολὺς δὲ χρόνος ἔστι σοι ἐρῶντι ἢ νεοτελής τις εἶ;

ΧΑΡΜ. Οὐ νεοτελὴς, ἀλλὰ μῆνες ἑπτὰ σχεδὸν ἀπὸ Διονυσίων, ὅτε πρῶτον εἶδον αὐτήν.

ΤΡΥΦ. Εἶδες δὲ ὅλην ἀκριβῶς, ἢ τὸ πρόσωπον μόνον καὶ ὅσα τοῦ σώματος φανερὰ, καὶ ὡς χρῆν γυναῖκα πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη γεγονυῖαν ἤδη;

ΧΑΡΜ. Καὶ μὴν ἐπόμνυται δύο καὶ εἴκοσιν εἰς τὸν ἐσόμενον Ἐλαφηβολιῶνα τελέσειν.

3. ΤΡΥΦ. Σὺ δὲ ποτέροις πιστεύσειας ἂν, τοῖς ἐκείνης ὅρκοις ἢ τοῖς σεαυτοῦ ὀφθαλμοῖς; ἐπίσκεψαι γὰρ ἀκριβῶς ὑποβλέψας ποτὲ τοὺς κροτάφους αὐτῆς, ἔνθα μόνον τὰς αὐτῆς τρίχας ἔχει· τὰ δὲ ἄλλα φενάκη βαθεῖα. Περὶ δὲ τοὺς κροτάφους ὁπόταν ἀσθενήσῃ τὸ φάρμακον ᾧ βάπτεται, ὑπολευκαίνεται τὰ πολλά. Καίτοι τί τοῦτο; βίασαί ποτε καὶ γυμνὴν ἰδεῖν.

ΧΑΡΜ. Οὐδεπώποτέ μοι πρὸς τοῦτο ἐνέδωκεν.

ΤΡΥΦ. Εἰκότως· ἠπίστατο γὰρ μυσαχθησόμενόν σε τὰς αὐτῆς λεύκας. Ὅλη δὲ ἀπὸ τοῦ αὐχένος ἐς τὰ γόνατα παρδάλει ἔοικεν. Ἀλλὰ σὺ ἐδάκρυες τοιαύτῃ μὴ συνών; Ἦ που τάχα καὶ ἐλύπει σε καὶ ὑπερεώρα;

ΧΑΡΜ. Ναὶ, ὦ Τρύφαινα, καίτοι τοσαῦτα παρ' ἐμοῦ λαμβάνουσα. Καὶ νῦν ἐπειδὴ χιλίας αἰτούσῃ οὐκ εἶχον διδόναι ῥᾳδίως ἅτε ὑπὸ πατρὶ φειδομένῳ τρεφόμενος, Μοσχίωνα ἐσδεξαμένη ἀπέκλεισέ με, ἀνθ' ὧν λυπῆσαι καὶ αὐτὸς θέλων αὐτὴν σὲ παρείληφα.

ΤΡΥΦ. Μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐκ ἂν ἧκον, εἴ μοι προεῖπέ τις ὡς ἐπὶ τούτοις παραλαμβανοίμην, λυπῆσαι ἄλλην, καὶ ταῦτα Φιλημάτιον τὴν σορόν. Ἀλλ' ἄπειμι, καὶ γὰρ ἤδη τρίτον ᾖσεν ἀλεκτρυών.

4. ΧΑΡΜ. Μὴ σύ γε οὕτω ταχέως, ὦ Τρύφαινα· εἰ γὰρ ἀληθῆ ἐστιν ἃ φὴς περὶ Φιληματίου, τὴν πηνήκην καὶ ὅτι βάπτεται καὶ τὸ τῶν ἄλλων ἀλφῶν, οὐδὲ προσβλέπειν ἂν ἔτι δυναίμην αὐτῇ.

CHARM. Perdit me, Tryphæna, amor, neque amplius durare ad vim illius possum.

TRYPH. Sed me non esse quam amas, illud quidem satis apparet : neque enim quam habes negligeres, et amplexari te volentem repelleres, et tandem quasi murum inter nos quendam veste interposita fecisses, metu, ne forte te attingam. Quæ tamen sit illa, dic mihi. Fortasse enim et adjuvero aliquantum tibi amorem illum : nam novi ut ministranda sint talia.

CHARM. Quin nosti illam, et accurate quidem, et illa te : nec enim obscura est meretrix.

2. TRYPH. Dic nomen, Charmides.

CHARM. Philematium est, mea Tryphæna.

TRYPH. Utram dicis? duæ sunt enim : illam ex Piræeo, quæ nuper demum devirginata est, quam Damyllus amat, ejus qui nunc prætor est filius: an illam alteram, cui Pagidis [*Laquei*] nomen est?

CHARM. Hanc ipsam : et captus sum miser atque irretitus ab illa.

TRYPH. Propter hanc ergo plorasti?

CHARM. Omnino.

TRYPH. Multumne tempus est ex quo amas, an nuper demum initiatus es?

CHARM. Non nuper initiatus, sed menses fere septem sunt a Dionysiis inde, quum primum illam vidi.

TRYPH. Verum vidistine totam accurate, an faciem solam et partes corporis apertas, denique ut conveniebat videre mulierem quinque et quadraginta annos jam natam?

CHARM. At illa dejerat duo et viginti se Elaphebolione proximo annos impleturam.

3. TRYPH. Tu vero utri credendum putas, illine dejeranti, an tuis oculis? Accurate enim adverte oculos considerandis illius temporibus, ubi solum suos ipsius capillos habet, reliqua omnis coma prolixa ascititia. Circa tempora autem ubi medicamentum defecit quo tingitur, multum cana est. Quanquam quid hoc? urge aliquando ut nudam videas.

CHARM. Nunquam eo usque mihi indulsit.

TRYPH. Merito illa quidem : sciebat enim nauseaturum te illius vitiligines. Tota autem a cervice inde ad genua pardali similis est. At tu lacrimabaris quod cum hac tibi esse non licuit? Numquid forte etiam male te tractavit et contemtim habuit?

CHARM. Ita sane, mea Tryphæna, licet tantum a me accipiat. Et nunc, quando drachmas mille poscenti non facile unde darem inveniebam, quem parcus pater alat; Moschione recepto me exclusit; pro quo dolorem ipsi ut regeram, te assumsi!

TRYPH. Ita me Venus, non venissem, si quis mihi prædixisset ideo me arcessi, uti ægre alii fieret, idque Philematio illi capulari. Sed discedo : jam enim tertium hoc gallus cecinit.

4. CHARM. Ne tu ita celeriter, mea Tryphæna. Si vera sunt enim quæ narras de Philematio, de coma ascita, et quod tingitur, et illud de cetera vitiligine; nec aspicere illam possim amplius.

ΤΡΥΦ. Ἐροῦ τὴν μητέρα, εἴ ποτε λέλουται μετ' αὐτῆς· περὶ γὰρ τῶν ἐτῶν κἂν ὁ πάππος διηγήσεταί σοι, εἴ γε ζῇ ἔτι.

ΧΑΡΜ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ τοιαύτη ἐκείνη, ἀφῃρήσθω μὲν ἤδη τὸ διατείχισμα, περιβάλλωμεν δὲ ἀλλήλους καὶ φιλῶμεν καὶ ἀληθῶς συνῶμεν· Φιλημάτιον δὲ πολλὰ χαιρέτω.

12.

ΙΟΕΣΣΑ ΚΑΙ ΠΥΘΙΑΣ ΚΑΙ ΛΥΣΙΑΣ.

1. ΙΟΕΣ. Θρύπτῃ, ὦ Λυσία, πρὸς ἐμέ; καὶ καλῶς, ὅτι μήτε ἀργύριον πώποτε ᾔτησά σε μήτ' ἀπέκλεισα ἐλθόντα, ἔνδον ἕτερος, εἰποῦσα, μήτε παραλογισάμενον τὸν πατέρα ἢ ὑφελόμενον τῆς μητρὸς ἠνάγκασα ἐμοί τι κομίσαι, ὁποῖα αἱ ἄλλαι ποιοῦσιν, ἀλλ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἄμισθον, ἀξύμβολον εἰσεδεξάμην. Οἶσθα ὅσους ἐραστὰς παρεπεμψάμην, Ἠθοκλέα τὸν πρυτανεύοντα νῦν καὶ Πασίωνα τὸν ναύκληρον καὶ τὸν συνέφηβόν σου Μέλισσον, καίτοι ἔναγχος ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς καὶ κύριον αὐτὸν ὄντα τῆς οὐσίας· ἐγὼ δὲ σὲ τὸν Φάωνα μόνον εἶχον οὔτε τινὰ προσβλέπουσα ἕτερον οὔτε προσιεμένη ὅτι μὴ σέ· ᾤμην γὰρ ἡ ἀνόητος ἀληθῆ εἶναι ἃ ὤμνυες, καὶ διὰ τοῦτό σοι προσέχουσα ὥσπερ ἡ Πηνελόπη ἐσωφρόνουν, ἐπιβοωμένης τῆς μητρὸς καὶ πρὸς τὰς φίλας ἐγκαλούσης. Σὺ δὲ ἐπείπερ ἔμαθες ὑποχείριον ἔχων με τετηκυῖαν ἐπὶ σοί, ἄρτι μὲν Λυκαίνῃ προσέπαιζες ἐμοῦ ὁρώσης, ὡς λυποίης ἐμέ, ἄρτι δὲ σὺν ἐμοὶ κατακείμενος ἐπῄνεις Μαγίδιον τὴν ψάλτριαν· ἐγὼ δ' ἐπὶ τούτοις δακρύω καὶ συνίημι ὑβριζομένη. Πρῴην δὲ ὁπότε συνεπίνετε Θράσων καὶ σὺ καὶ Δίφιλος, παρῆσαν καὶ ἡ αὐλητρὶς Κυμβάλιον καὶ Πυραλλὶς ἐχθρὰ οὖσα ἐμοί. Σὺ δὲ τοῦτ' εἰδὼς τὴν Κυμβάλιον μὲν οὔ μοι πάνυ ἐμέλησεν ὅτι πεντάκις ἐφίλησας· σεαυτὸν γὰρ ὕβριζες τοιαύτην φιλῶν· Πυραλλίδα δὲ ὅσον ἐνένευες, καὶ πιὼν ἂν ἐκείνῃ μὲν ὑπέδειξας τὸ ποτήριον, ἀποδιδοὺς δὲ τῷ παιδὶ πρὸς τὸ οὖς ἐκέλευες, εἰ μὴ Πυραλλὶς αἰτήσειε, μὴ ἂν ἄλλῳ ἐγχέαι· τέλος δὲ τοῦ μήλου ἀποδακών, ὁπότε τὸν Δίφιλον εἶδες ἀσχολούμενον — ἐλάλει γὰρ Θράσωνι — προκύψας πως εὐστόχως προσηκόντισας ἐς τὸν κόλπον αὐτῆς, οὐδὲ λαθεῖν γε πειρώμενος ἐμέ· ἡ δὲ φιλήσασα μεταξὺ τῶν μαστῶν ὑπὸ τῷ ἀποδέσμῳ παρεβύσατο.

2. Ταῦτα οὖν τίνος ἕνεκα ποιεῖς; τί σε ἢ μέγα ἢ μικρὸν ἠδίκησα, ἢ ἐλύπησα ἐγώ; τίνα ἕτερον εἶδον; οὐ πρὸς μόνον σὲ ζῶ; οὐ μέγα, ὦ Λυσία, τοῦτο ποιεῖς γύναιον ἄθλιον λυπῶν μεμηνὸς ἐπὶ σοί; Ἔστι τις θεὸς ἡ Ἀδράστεια καὶ τὰ τοιαῦτα ὁρᾷ· σὺ δέ ποτε λυπήσῃ τάχα, ἂν ἀκούσῃς τι περὶ ἐμοῦ, κειμένην με ἤτοι βρόχῳ ἐμαυτὴν ἀποπνίξασαν ἢ ἐς τὸ φρέαρ ἐπὶ κεφαλὴν ἐμπεσοῦσαν, ἢ ἕνα γέ τινα τρόπον εὑρήσω θανάτου, ὡς μηκέτ' ἐνοχλοίην βλεπομένη. Πομπεύσεις τότε ὡς μέγα καὶ λαμ-

TRYPH. Matrem interroga, si quando cum illa laverit: de annis enim vel tuus tibi avus narrabit, si adhuc vivit.

CHARM. Quum igitur talis sit illa, auferatur jam murus, complectamur nos invicem, et amemus et bona fide una simus: longum vero valeat Philematium!

12.

IOESSA, PYTHIAS ET LYSIAS.

1. IOES. Deliciaris, Lysia, adversus me? et jure quidem, quæ neque argentum unquam te poposcerim, neque excluserim venientem dicens, Intus jam alius! neque te subegerim, quod faciunt aliæ, ut patre circumscripto, aut spoliata clanculum matre, mihi ferres aliquid; sed statim ab initio sine mercede te, sine symbola receperim. Nosti quot amatores rejecerim, Ethoclem, qui nunc in magistratu est, et Pasionem nauclerum, et æqualem tuum Melissum, licet mortuo ipsius nuper patre, suarum rerum potestatem ipse adeptus sit. At ego te mihi Phaonem solum habui, nec aspiciens alium quenquam, neque admittens præter te: putabam enim, demens ego, vera esse quæ jurabas, atque ideo tibi dedita, velut Penelope frugi eram, increpante matre et apud amicas me accusante. Tu vero ubi sensisti me tibi obnoxiam, tibi intabescere; modo Lycænæ alludebas, me vidente, ut ægre mihi faceres; modo apud me jacens laudabas psaltriam Magidium: ego vero ob ista ploro, et contumelia me affici intelligo. Nuper autem quum una biberetis, Thraso, tu et Diphilus, aderant Cymbalium quoque tibicina, et Pyrallis mihi inimica. Tu vero hæc quum scires, Cymbalium quidem quod quinquies osculatus es, non vehementer curavi: tibi enim ipsi fecisti hac osculanda contumeliam: Pyrallidi vero quoties innuebas! et quum biberes, illi occulte monstrabas poculum, tradens autem servulo, ad aurem illi imperabas, nisi Pyrallis postularet, alii ne infunderet. Tandem vero pomum a te demorsum, observato Diphilum aliud agere, qui cum Thrasone loqueretur, antrorsum inclinatus accurateque collineans in ipsius sinum conjiciebas, ita ut ne studeres quidem meum conspectum fallere; quod illa osculata intra papillas sub strophio abscondidit.

2. Hæc igitur qua causa facis? qua vel parva ego te vel magna injuria affeci? quem tibi objeci dolorem? quem aspexi alium? nonne soli tibi vivo? nonne magnum est quod facis, Lysia, miseram mulierculam dolore quum afficis, insano tui amore flagrantem? Est aliqua ultrix dea, Adrastea, quæ talia videt. Tu vero forsitan dolebis aliquando, quum audies de me aliquid, jacere me vel laqueo gula elisa, aut præcipitem desiliisse in puteum; aut unam certe mortis viam invenero, ne conspectu tibi meo amplius molesta sim. Triumphabis nempe tum tanquam magno claroque

πρὸν ἔργον ἐργασάμενος. Τί με ὑποβλέπεις καὶ πρίῃ τοὺς ὀδόντας; εἰ γάρ τι ἐγκαλεῖς, εἰπέ, Πυθιὰς ἡμῖν αὕτη δικασάτω. Τί τοῦτο; οὐδὲ ἀποκρινάμενος ἀπέρχῃ καταλιπών με; Ὁρᾷς, ὦ Πυθιάς, οἷα πάσχω ὑπὸ Λυσίου;

ΠΥΘ. Ὢ τῆς ἀγριότητος, τὸ μηδὲ ἐπικλασθῆναι δακρυούσης· λίθος, οὐκ ἄνθρωπός ἐστι. Πλὴν ἀλλ' εἴ γε χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, σύ, ὦ Ἰόεσσα, διέφθειρας αὐτὸν ὑπεραγαπῶσα καὶ τοῦτο ἐμφαίνουσα. Ἐχρῆν δὲ μὴ πάνυ αὐτὸν ζηλοῦν· ὑπερόπται γὰρ αἰσθανόμενοι γίγνονται. Παῦ', ὦ τάλαινα, δακρύουσα, καὶ ἤν μοι πείθῃ, ἅπαξ ἢ δὶς ἀπόκλεισον ἐλθόντα· ὄψει γὰρ ἀνακαόμενον αὐτὸν πάνυ καὶ ἀντιμεμηνότα ἀληθῶς.

ΙΟΕΣ. Ἀλλὰ μηδ' εἴπῃς, ἄπαγε. Ἀποκλείσω Λυσίαν; εἴθε μὴ αὐτὸς ἀποσταίη φθάσας.

ΠΥΘ. Ἀλλ' ἐπανέρχεται αὖθις.

ΙΟΕΣ. Ἀπολώλεκας ἡμᾶς, ὦ Πυθιάς· ἠκρόαταί σοι ἴσως « ἀπόκλεισον » λεγούσης.

3. ΛΥΣ. Οὐχὶ ταύτης ἕνεκεν, ὦ Πυθιάς, ἐπανελήλυθα, ἣν οὐδ' ἂν προσβλέψαιμι ἔτι τοιαύτην οὖσαν, ἀλλὰ διὰ σέ,. ὡς μὴ καταγιγνώσκῃς ἐμοῦ καὶ λέγῃς, ἄτεγκτος ὁ Λυσίας ἐστίν.

ΠΥΘ. Ἀμέλει καὶ ἔλεγον, ὦ Λυσία.

ΛΥΣ. Φέρειν οὖν ἐθέλεις, ὦ Πυθιάς, Ἰόεσσαν ταύτην τὴν νῦν δακρύουσαν αὐτὸν ἐπιστάντα αὐτῇ ποτε μετὰ νεανίου καθευδούσῃ ἐμοῦ ἀποστάσῃ;

ΠΥΘ. Λυσία, τὸ μὲν ὅλον ἑταίρα ἐστί. Πότε δ' οὖν κατέλαβες αὐτοὺς συγκαθεύδοντας;

ΛΥΣ. Ἕκτην σχεδὸν ταύτην ἡμέραν, νὴ Δί', ἕκτην γε, δευτέρᾳ ἱσταμένου· τὸ τήμερον δὲ ἑβδόμη ἐστίν. Ὁ πατὴρ εἰδὼς ὡς πάλαι ἐρῴην ταυτησὶ τῆς χρηστῆς, ἐνέκλεισέ με παραγγείλας τῷ θυρωρῷ μὴ ἀνοίγειν· ἐγὼ δέ, οὐ γὰρ ἔφερον μὴ οὐχὶ συνεῖναι αὐτῇ, τὸν Δρόμωνα ἐκέλευσα παρακύψαντα παρὰ τὸν θριγκὸν τῆς αὐλῆς, ᾗ ταπεινότατον ἦν, ἀναδέξασθαί με ἐπὶ τῶν νώτων· ῥᾷον γὰρ οὕτως ἀναβήσεσθαι ἔμελλον. Τί ἂν μακρὰ λέγοιμι; ὑπερέβην, ἧκον, τὴν αὔλειον εὗρον ἀποκεκλεισμένην ἐπιμελῶς· μέσαι γὰρ νύκτες ἦσαν. Οὐχ ἔκοψα δ' οὖν, ἀλλ' ἐπάρας ἠρέμα τὴν θύραν, ἤδη δὲ καὶ ἄλλοτ' ἐπεποιήκειν αὐτό, παραγαγὼν τὸν στροφέα παρεισῆλθον ἀψοφητί. Ἐκάθευδον δὲ πάντες, εἶτα ἐπαφώμενος τοῦ τοίχου ἐφίσταμαι τῇ κλίνῃ.

4. ΙΟΕΣ. Τί ἐρεῖς, ὦ Δάματερ; ἀγωνιῶ γάρ.

ΛΥΣ. Ἐπειδὴ δὲ οὐχ ἑώρων τὸ ἆσθμα ἕν, τὸ μὲν πρῶτον ᾤμην τὴν Λυδὴν αὐτῇ συγκαθεύδειν· τὸ δ' οὐχ ἦν, ὦ Πυθιάς, ἀλλ' ἐφαψάμενος εὗρον ἀγένειόν τινα πάνυ ἁπαλόν, ἐν χρῷ κεκαρμένον, μύρων καὶ αὐτὸν ἀποπνέοντα. Τοῦτο ἰδὼν εἰ μὲν καὶ ξίφος ἔχων ἦλθον, οὐκ ἂν ὤκνησα, εὖ ἴστε. Τί γελᾶτε, ὦ Πυθιάς; γέλωτος ἄξια δοκῶ διηγεῖσθαι;

ΙΟΕΣ. Τοῦτό σε, ὦ Λυσία, λελύπηκεν; ἡ Πυθιὰς αὕτη μοι συνεκάθευδε.

ΠΥΘ. Μὴ λέγε, ὦ Ἰόεσσα, πρὸς αὐτόν.

ΙΟΕΣ. Τί μὴ λέγω; Πυθιὰς ἦν, φίλτατε, μεταχλη-

patrato facinore. Quid furtim ad me respicis et dentibus infrendes? si quid enim me accusas, dicito : Pythias hæc nobis litem judicabit. Quid hoc? ne respondens quidem me relicta discedis? Vides, Pythias, quomodo tractet me Lysias?

PYTH. Hem feritatem! ne lacrimis quidem illum fractum esse! Lapis, non homo est. Verum, si quod res est dicendum est, tute ipsum, Ioessa, corrupisti, quæ nimium in modum amaris illum, idque ipsum ostenderis. Oportebat vero non nimis illum studiose colere : superbi enim eo animadverso fiunt. Desine plorare, misella, et si me audis, semel aut bis venientem exclude; videbis enim illum rursus vehementer accendi et mutatis vicibus in te furere.

IOES. Tu vero ne quid tale dicas : apage. Egon' Lysiam excludam? utinam ne ille prior discessionem faciat.

PYTH. Sed redit iterum.

IOES. Perdidisti nos, Pythias : audivit forte, « Exclude » quum diceres.

3. LYS. Non propter istam redii, Pythias, quam ne aspicere quidem amplius, talem mulierem, digner : sed propter te, ne me condemnes, aut dicas, Inexorabilis homo est Lysias.

PYTH. Quin hoc ipsum modo dicebam, Lysia.

LYS. Ferre igitur me jubes, Pythias, istam plorantem modo Ioessam, qui juxta astiterim aliquando ipsi dormienti cum adolescentulo, me deserenti?

PYTH. Lysia, ut in summa dicam, meretrix est. Quando vero illos una cubantes deprehendisti?

LYS. Sextus fere hic dies est : recte, sextus ipse, secundo mensis die : hodie autem est septimus. Pater quum sciret me olim amore bonæ istius captum, me incluserat, et ne aperiret, janitori interdixerat. Ego vero, qui ferre non possem, nisi cum illa essem, Dromonem jussi ad conseptum aulæ, qua parte humillimum est, acclinatum astare, meque recipere tergo, qua ratione facile transcendere mihi licebat. Quid multa dicam? Transcendi, veni; januam atrii cum cura clausam reperi : media enim nox erat. Non pulsavi igitur, sed sublata silentio janua, quod alias jam feceram, ultra cardinem, intravi sine strepitu. Dormiebant omnes : tum palpando murum ad lectum asto.

4. IOES. Quid dices, sancta Ceres? vehementer enim laboro!

LYS. Quum autem non duci simplicem spiritum sensissem, primo putabam equidem, dormire cum ista Lyden. At hoc non erat, Pythias : sed palpando deprehendi imberbem quendam, molliculum, ad cutem detonsum, unguenta redolentem et ipsum. Hoc videns, si quidem cum gladio venissem, non cunctatus essem, bene scitote. Quid ridetis, Pythias? ridiculane videor narrare?

IOES. Hoc igitur te, Lysia, male habuit? hæc ipsa mecum dormiebat Pythias.

PYTH. Noli hoc illi, Ioessa, dicere.

IOES. Quidni dicam? Pythias erat, carissime, advocata

θεῖσα ὑπ' ἐμοῦ, ὡς ἅμα καθεύδοιμεν· ἐλυπούμην γὰρ σὲ μὴ ἔχουσα.

5. ΛΥΣ. Πυθιὰς δ' ἐν χρῷ κεκαρμένος; εἶτα δι' ἕκτης ἡμέρας ἀνεκόμησε τοσαύτην κόμην;

ΙΟΕΣ. Ἀπὸ τῆς νόσου ἐξυρήσατο, ὦ Λυσία· ὑπέρρεον γὰρ αὐτῇ αἱ τρίχες. Νῦν δὲ καὶ τὴν πηνήκην ἐπέθετο. Δεῖξον, ὦ Πυθιάς, δεῖξον οὕτως ὄν, πεῖσον αὐτόν. Ἰδοὺ τὸ μειράκιον ὁ μοιχὸς ὃν ἐζηλοτύπεις.

ΛΥΣ. Οὐκ ἐχρῆν οὖν, ὦ Ἰόεσσα, καὶ ταῦτα ἐρῶντα ἐφαψάμενον αὐτόν;

ΙΟΕΣ. Οὐκοῦν σὺ μὲν ἤδη πέπεισαι· βούλει δὲ ἀντιλυπήσω σε καὶ αὐτή; ὀργίζομαι γὰρ δικαίως ἐν τῷ μέρει.

ΛΥΣ. Μηδαμῶς, ἀλλὰ πίνωμεν ἤδη, καὶ Πυθιὰς μεθ' ἡμῶν· ἄξιον γὰρ αὐτὴν παρεῖναι ταῖς σπονδαῖς.

ΙΟΕΣ. Παρέσται. Οἷα πέπονθα διὰ σέ, ὦ γενναιότατε νεανίσκων Πυθίας.

ΠΥΘ. Ἀλλὰ καὶ διήλλαξα ὑμᾶς ὁ αὐτός, ὥστε μή μοι χαλέπαινε. Πλὴν τὸ δεῖνα, ὅρα, ὦ Λυσία, μή τινι εἴπῃς τὸ περὶ τῆς κόμης.

13.

ΛΕΟΝΤΙΧΟΣ, ΧΗΝΙΔΑΣ ΚΑΙ ΥΜΝΙΣ.

1. ΛΕΟΝΤ. Ἐν δὲ τῇ πρὸς τοὺς Γαλάτας μάχῃ εἰπέ, ὦ Χηνίδα, ὅπως μὲν προεξήλασα τῶν ἄλλων ἱππέων ἐπὶ τοῦ ἵππου τοῦ λευκοῦ, ὅπως δὲ οἱ Γαλάται καίτοι ἄλκιμοι ὄντες ἔτρεσαν εὐθὺς ὡς εἶδόν με καὶ οὐδεὶς ἔτι ὑπέστη. Τότε τοίνυν ἐγὼ τὴν μὲν λόγχην ἀκοντίσας διέπειρα τὸν ἵππαρχον αὐτῶν καὶ τὸν ἵππον, ἐπὶ δὲ τὸ συνεστηκὸς ἔτι αὐτῶν — ἦσαν γάρ τινες οἳ ἔμενον διαλύσαντες μὲν τὴν φάλαγγα, ἐς πλαίσιον δὲ συναγαγόντες αὐτούς — ἐπὶ τούτους ἐγὼ σπασάμενος τὴν σπάθην ἅπαντι τῷ θυμῷ ἐπελάσας ἀνατρέπω μὲν ὅσον ἑπτὰ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν τῇ ἐμβολῇ τοῦ ἵππου· τῷ ξίφει δὲ κατενεγκὼν διέτεμον τῶν λοχαγῶν ἑνὸς ἐς δύο τὴν κεφαλὴν αὐτῷ κράνει. Ὑμεῖς δέ, ὦ Χηνίδα, μετ' ὀλίγον ἐπέστητε ἤδη φευγόντων.

2. ΧΗΝ. Ὅτε γάρ, ὦ Λεόντιχε, περὶ Παφλαγονίαν ἐμονομάχησας τῷ σατράπῃ, οὐ μεγάλα ἐπεδείξω καὶ τότε;

ΛΕΟΝΤ. Καλῶς ὑπέμνησας οὐκ ἀγεννοῦς οὐδ' ἐκείνης τῆς πράξεως· ὁ γὰρ σατράπης μέγιστος ὤν, ὁπλομάχων ἄριστος δοκῶν εἶναι, καταφρονήσας τοῦ Ἑλληνικοῦ, προπηδήσας ἐς τὸ μέσον προὐκαλεῖτο εἴ τις ἐθέλοι αὐτῷ μονομαχῆσαι. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι κατεπεπλήγεσαν οἱ λοχαγοὶ καὶ οἱ ταξίαρχοι καὶ ὁ ἡγεμὼν αὐτὸς καίτοι οὐκ ἀγεννὴς ἄνθρωπος ὤν· Ἀρίσταιχμος γὰρ ἡμῶν ἡγεῖτο Αἰτωλὸς ἀκοντιστὴς ἄριστος, ἐγὼ δὲ ἐχιλιάρχουν ἔτι. Τολμήσας δ' ὅμως καὶ τοὺς ἑταίρους ἐπιλαμβανομένους ἀποσεισάμενος, ἐδεδοίκεσαν γὰρ ὑπὲρ ἐμοῦ ὁρῶντες ἀποστίλβοντα μὲν τὸν βάρβαρον ἐπιχρύ-

a me, ut una dormiremus: tristis enim eram, quæ te non haberem.

5. LYS. Pythias ille ad cutem detonsus? tum deinde intra sex dies tanta illi coma renata est?

IOES. Ob morbum radi se curaverat, mi Lysia: defluebant enim illi comæ. Jam vero etiam capillamentum imposuit. Ostende, Pythias, ostende rem ita se habere: fidem fac viro. En tibi adolescentulum, mœchum illum, propter quem eras zelotypus!

LYS. Nonne vero oportebat, Ioessa, idque amantem, qui suis ipse manibus illum palpasset?

IOES. Ergo tibi quidem jam satisfactum est. Visne autem, ut vicissim et ego tibi dolorem objiciam? juste enim mutuo tibi irascor.

LYS. Minime vero; sed bibamus jam, et nobiscum Pythias; æquum est enim illam nostro fœderi interesse.

IOES. Aderit. Quid ego propter te perpessa sum, generosissime juvenum Pythias!

PYTH. Verum etiam idem ego vos conciliavi: itaque noli mihi irata esse. Verum illud, vide, Lysia, ne cui dicas illud de coma!

13.

LEONTICHUS, CHENIDAS ET HYMNIS.

1. LEONT. In pugna vero contra Gallogræcos dic, Chenida, quomodo ante reliquos equites eruperim in equo albo, et quomodo Gallogræci, fortes licet, statim ad meum conspectum pertimuerint, et nemo amplius restiterit. Tum igitur ego emissa hasta ducem equitatus illorum ipso cum equo trajeci: in reliquos autem qui constiterant adhuc (erant enim quidam qui manerent, soluta quidem phalange, sed contracti in quadratum oblongum), in hos ego stricto ense animose invadens, ipsa equi impressione ad septem duces ipsorum everto; tum gladio impacto unius decurionis cum ipsa galea caput in duas partes dissecui: vos autem, Chenida, paullo post aderatis, illis jam fugientibus.

2. CHEN. Quum autem, Leontiche, apud Paphlagoniam solitaria pugna depugnares cum satrapa, nonne magnifica tum quoque opera edidisti?

LEONT. Bene admones illius me actionis et ipsius non ignavæ. Satrapa enim, vir maximus, qui in gravi armatura videretur esse præstantissimus, Græci nominis contemtor, in medium progressus provocabat si quis pugnare secum vellet solus. Reliqui ergo perculsi erant, decuriones, et ductores ordinum, et ipse adeo imperator, quanquam vir minime ignavus: Aristæchmus enim ducebat nos Ætolus, jaculator optimus; ego tum tribunatu adhuc fungebar: audacia tamen sumta, dimotis qui me retinere vellent sodalibus: timebant mihi nimirum, videntes fulgentem auratis in

σοις τοῖς ὅπλοις μέγαν τε καὶ φοβερὸν ὄντα τὸν λόφον καὶ κραδαίνοντα τὴν λόγχην...

ΧΗΝ. Κἀγὼ ἔδεισα τότε, ὦ Λεόντιχε, καὶ οἶσθα ὡς εἰχόμην σου δεόμενος μὴ προκινδυνεύειν· ἀβίωτα γὰρ ἦν μοι σοῦ ἀποθανόντος.

3. ΛΕΟΝΤ. Ἀλλ' ἐγὼ τολμήσας παρῆλθον ἐς τὸ μέσον οὐ χεῖρον τοῦ Παφλαγόνος ὡπλισμένος, ἀλλὰ πάγχρυσος καὶ αὐτὸς, ὥστε βοὴ εὐθὺς ἐγένετο καὶ παρ' ἡμῶν καὶ παρὰ τῶν βαρβάρων· ἐγνώρισαν γάρ με κἀκεῖνοι ἰδόντες ἀπὸ τῆς πέλτης μάλιστα καὶ τῶν φαλάρων καὶ τοῦ λόφου. Εἰπὲ, ὦ Χηνίδα, τίνι με τότε πάντες εἴκαζον;

ΧΗΝ. Τίνι δὲ ἄλλῳ ἢ Ἀχιλλεῖ νὴ Δία τῷ Θέτιδος καὶ Πηλέως; οὕτως ἔπρεπέ μέν σοι ἡ κόρυς, ἡ φοινικὶς δὲ ἐπήνθει καὶ ἡ πέλτη ἐμάρμαιρεν.

ΛΕΟΝΤ. Ἐπεὶ δὲ συνέστημεν, ὁ βάρβαρος πρότερος τιτρώσκει με ὀλίγον ὅσον ἐπιψαύσας τῷ δόρατι μικρὸν ὑπὲρ τὸ γόνυ, ἐγὼ δὲ διελάσας τὴν ἀσπίδα τῇ σαρίσῃ παίω διαμπὰξ ἐς τὸ στέρνον, εἶτ' ἐπιδραμὼν ἀπεδειροτόμησα τῇ σπάθῃ ῥᾳδίως καὶ τὰ ὅπλα ἔχων ἐπανῆλθον ἅμα καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τῆς σαρίσης πεπηγυῖαν κομίζων λελουμένος τῷ φόνῳ.

4. ΥΜΝ. Ἄπαγε, ὦ Λεόντιχε, μιαρὰ ταῦτα καὶ φοβερὰ περὶ σαυτοῦ διηγῇ, καὶ οὐκ ἄν ἔτι σε οὐδὲ προσβλέψειέ τις οὕτω χαίροντα τῷ λύθρῳ, οὐχ ὅπως συμπίοι ἢ συγκοιμηθείη. Ἔγωγε οὖν ἄπειμι.

ΛΕΟΝΤ. Διπλάσιον ἀπόλαβε τὸ μίσθωμα.

ΥΜΝ. Οὐκ ἂν ὑπομείναιμι ἀνδροφόνῳ συγκαθεύδειν.

ΛΕΟΝΤ. Μὴ δέδιθι, ὦ Ὑμνί· ἐν Παφλαγόσιν ἐκεῖνα πέπρακται, νῦν δὲ εἰρήνην ἄγω.

ΥΜΝ. Ἀλλ' ἐναγὴς ἄνθρωπος εἶ, καὶ τὸ αἷμα κατέσταζέ σου ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βαρβάρου, ἣν ἔφερες ἐπὶ τῇ σαρίσῃ. Εἶτ' ἐγὼ τοιοῦτον ἄνδρα περιβαλῶ καὶ φιλήσω; Μὴ, ὦ Χάριτες, γένοιτο· οὐδὲν γὰρ οὗτος ἀμείνων τοῦ δημίου.

ΛΕΟΝΤ. Καὶ μὴν εἴ με εἶδες ἐν τοῖς ὅπλοις, εὖ οἶδα, ἠράσθης ἄν.

ΥΜΝ. Ἀκούουσα μόνον, ὦ Λεόντιχε, ναυτιῶ καὶ φρίττω καὶ τὰς σκιάς μοι δοκῶ ὁρᾶν καὶ τὰ εἴδωλα τῶν πεφονευμένων καὶ μάλιστα τοῦ ἀθλίου λοχαγοῦ ἐς δύο τὴν κεφαλὴν διῃρημένου· τί οἴει, τὸ ἔργον αὐτὸ καὶ τὸ αἷμα εἰ θεασαίμην καὶ κειμένους τοὺς νεκρούς; ἐκθανεῖν γάρ μοι δοκῶ, ἢ οὐδ' ἀλεκτρυόνα πώποτε φονευόμενον εἶδον.

ΛΕΟΝΤ. Οὕτως ἀγεννὴς, ὦ Ὑμνὶ, καὶ μικρόψυχος εἶ; ἐγὼ δὲ ᾤμην ἡσθήσεσθαί σε ἀκούουσαν.

ΥΜΝ. Ἀλλὰ τέρπε τοῖς διηγήμασι τούτοις εἴ τινας Λημνιάδας ἢ Δαναΐδας εὕροις· ἐγὼ δ' ἀποτρέχω παρὰ τὴν μητέρα, ἕως ἔτι ἡμέρα ἐστίν. Ἕπου καὶ σὺ, ὦ Γραμμί· σὺ δὲ ἔρρωσο, χιλιάρχων ἄριστε καὶ φονεῦ ὁπόσων ἂν ἐθέλῃς.

5. ΛΕΟΝΤ. Μεῖνον, ὦ Ὑμνὶ, μεῖνον — ἀπελήλυθε.

armis barbarum, magnum et crista vibrataque hasta terribilem ...

CHEN. Ego quoque tum, Leontiche, timebam, et nosti quam retinuerim te, rogans ne periculum pro aliis subires: neque enim, te mortuo, vivendum mihi putabam.

3. LEONT. Sed ego audaciter in medium progredior, non deterius Paphlagone armatus, sed totus ipse etiam aureus. Itaque clamor statim elatus a nostris pariter atque a barbaris: nam hi quoque ad primum me conspectum noverant a pelta maxime et phaleris et a crista. Dic, Chenida, cui me omnes tum assimilabant?

CHEN. Cui vero alii quam Achilli, per Jovem, Thetidis illi atque Pelei filio? adeo decebat te galea, adeo floridum colorem spargebat paludamentum, adeo pelta splendebat.

LEONT. Quum vero congressi essemus, primo vulnerat me barbarus, aliquantulum hasta perstringens paullum supra genu: ego vero clypeo illius sarissa mea perfosso, mediam pectoris compagem trajeci, tum accurrens facile caput gladio amputavi: sic cum armis viri redeo, caput simul sarissa fixum gerens, cæde illius madidus.

4. HYMN. Apage, Leontiche, fœda istæc et terribilia de te narras, nec te ulla amplius vel aspicere sustineat, adeo gaudentem cruore, nedum ut bibat una aut cubet. Equidem hinc discedo.

LEONT. Duplam tibi mercedem habe.

HYMN. Non sustinuerim ego jacere cum homicida.

LEONT. Noli, mea Hymnis, metuere: inter Paphlagones ista acta sunt; jam vero pacem ago.

HYMN. At impiatus tamen homo es, stillavitque in te sanguis de capite barbari, quod ferebas in sarissa. Deinde talem ego hominem complectar et osculer? Absit hoc, o Gratiæ! nihil enim hic homo carnifice melior.

LEONT. Atqui in armis si me vidisses, bene novi, amares me.

HYMN. Quum audierim modo, Leontiche, nauseo, et horreo, et umbras mihi videre videor ac spectra interfectorum, et miseri præsertim decurionis, cui in duas partes caput a te dissectum est: quid putas, ipsum opus et sanguinem si vidissem, et jacentes mortuos? moritura enim mihi videor, quæ neque gallum gallinaceum necari viderim.

LEONT. Adeo ignava, Hymnis, et pusilli es animi? ego vero te delectatum iri sperabam auditu.

HYMN. At tu oblecta illis tuis narrationibus, si quas Lemniadas inveneris aut Danaidas: ego autem ad matrem decurro, dum adhuc dies est. Sequere tu quoque, Grammis. Tu vero vale, tribunorum fortissime, et interfector quotcumque hominum volueris.

5. LEONT. Mane, Hymnis, mane! Discessit.

ΧΗΝ. Σὺ γάρ, ὦ Λεόντιχε, ἀφελῆ παιδίσκην κατεφόβησας ἐπισείων λόφους καὶ ἀπιθάνους ἀριστείας διεξιών· ἐγὼ δὲ ἑώρων εὐθὺς ὅπως χλωρὰ ἐγένετο ἔτι σου τὰ κατὰ τὸν λοχαγὸν ἐκεῖνα διηγουμένου καὶ συνέστειλε τὸ πρόσωπον καὶ ὑπέφριξεν, ἐπεὶ καὶ διακόψαι τὴν κεφαλὴν ἔφης.

ΛΕΟΝΤ. Ὤμην ἐρασμιώτερος αὐτῇ φανεῖσθαι. Ἀλλὰ καὶ σύ με προσαπολώλεκας, ὦ Χηνίδα, τὸ μονομάχιον ὑποβαλών.

ΧΗΝ. Οὐκ ἔδει γὰρ συνεπιψεύδεσθαί σοι ὁρῶντα τὴν αἰτίαν τῆς ἀλαζονείας; σὺ δὲ πολὺ φοβερώτερον αὐτὸ ἐποίησας. Ἔστω γάρ, ἀπέτεμες τοῦ κακοδαίμονος Παφλαγόνος τὴν κεφαλήν, τί καὶ κατέπηξας αὐτὴν ἐπὶ τῆς σαρίσης, ὥστε σου καταρρεῖν τὸ αἷμα;

6. ΛΕΟΝΤ. Τοῦτο μιαρὸν ὡς ἀληθῶς, ὦ Χηνίδα, ἐπεὶ τά γε ἄλλα οὐ κακῶς συνεπέπλαστο. Ἄπιθι δ' οὖν καὶ πεῖσον αὐτὴν συγκαθευδήσουσαν.

ΧΗΝ. Λέγω οὖν ὡς ἐψεύσω ἅπαντα γενναῖος αὐτῇ δόξαι βουλόμενος;

ΛΕΟΝΤ. Αἰσχρόν, ὦ Χηνίδα.

ΧΗΝ. Καὶ μὴν οὐκ ἂν ἄλλως ἀφίκοιτο. Ἑλοῦ τοίνυν θάτερον, ἢ μισεῖσθαι ἀριστεὺς εἶναι δοκῶν ἢ καθεύδειν μετὰ Ὑμνίδος ἐψεῦσθαι ὁμολογῶν.

ΛΕΟΝΤ. Χαλεπὰ μὲν ἄμφω· αἱροῦμαι δ' ὅμως τὴν Ὑμνίδα. Ἄπιθι οὖν καὶ λέγε, ὦ Χηνίδα, ἐψεῦσθαι μέν, μὴ πάντα δέ.

CHEN. Tu enim, Leontiche, puellam simplicem perterruisti quatienda crista et incredibilibus facinoribus enarrandis. Ego vero statim videbam quomodo expallesceret, te adhuc illa de decurione narrante, et vultum mutaret, et perhorresceret, quum diffidisse te caput diceres.

LEONT. Putabam me amabiliorem illi visum iri. At tu insuper me, Chenida, perdidisti, subjicienda mihi illa pugna solitaria.

CHEN. Nonne igitur oportebat tua adjuvare mendacia, quum tuæ illius gloriationis causam viderem? tu vero multo etiam terribilius illud fecisti. Esto enim, abscideris caput misero Paphlagoni; quid etiam opus fuit hasta illud figere, ut sanguis in te deflueret?

6. LEONT. Hoc revera fœdum, Chenida, dum reliqua non male essent conficta. Abi ergo, et illi persuade, mecum ut cubet.

CHEN. Dicam ergo te mentitum esse omnia, quum fortis ipsi velles videri?

LEONT. Turpe hoc, Chenida.

CHEN. Verum aliter non venerit. Elige ergo alterutrum, ut aut odio illi sis cum viri fortis opinione, aut cum Hymnide cubes, mentitum te fassus.

LEONT. Ambo quidem difficilia: præopto tamen Hymnidem. Abi ergo, et me mentitum esse, Chenida, dicito, non tamen omnia.

14.

ΔΩΡΙΩΝ ΚΑΙ ΜΥΡΤΑΛΗ.

1. ΔΩΡ. Νῦν με ἀποκλείεις, ὦ Μυρτάλη, νῦν, ὅτε πένης ἐγενόμην διὰ σέ, ὅτε δέ σοι τὰ τοσαῦτα ἐκόμιζον, ἐρώμενος, ἀνήρ, δεσπότης, πάντ' ἦν ἐγώ. Ἐπεὶ δ' ἐγὼ μὲν αὖος ἤδη ἀκριβῶς, σὺ δὲ τὸν Βιθυνὸν ἔμπορον εὕρηκας ἐραστήν, ἀποκλείομαι μὲν ἐγὼ καὶ πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκα δακρύων, ὁ δὲ τῶν νυκτῶν φιλεῖται καὶ μόνος ἔνδον ἐστὶ καὶ παννυχίζεται, καὶ κυεῖν φὴς ἀπ' αὐτοῦ.

ΜΥΡΤ. Ταῦτά με ἀποπνίγει, Δωρίων, καὶ μάλιστα ὁπόταν λέγῃς ὡς πολλὰ ἔδωκας καὶ πένης γεγένησαι δι' ἐμέ. Λόγισαι γοῦν ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς ὁπόσα μοι ἐκόμισας.

2. ΔΩΡ. Εὖγε, ὦ Μυρτάλη, λογισώμεθα. Ὑποδήματα ἐκ Σικυῶνος τὸ πρῶτον δύο δραχμῶν· τίθει δύο δραχμάς.

ΜΥΡΤ. Ἀλλ' ἐκοιμήθης νύκτας δύο.

ΔΩΡ. Καὶ ὁπότε ἧκον ἐκ Συρίας, ἀλάβαστρον μύρου ἐκ Φοινίκης, δύο καὶ τοῦτο δραχμῶν νὴ τὸν Ποσειδῶ.

ΜΥΡΤ. Ἐγὼ δέ σοι ἐκπλέοντι τὸ μικρὸν ἐκεῖνο χιτώνιον τὸ μέχρι τῶν μηρῶν, ὡς ἔχοις ἐρέττων, Ἐπιούρου τοῦ πρῳρέως ἐκλαθομένου αὐτὸ παρ' ἡμῖν, ὁπότε ἐκάθευδε παρ' ἐμοί.

14.

DORIO ET MYRTALE.

1. DOR. Nunc me excludis, Myrtale, nunc, postquam pauper per te factus sum: quum vero tot tibi res afferrem, amasius, vir, dominus, omnia ego fui. Postquam vero ego jam plane sum exhaustus, tu vero amatorem Bithynum illum mercatorem invenisti; ego excludor, et ad fores sto lacrimans: at ille noctibus amatur, et solus intus est, et pervigilia agit, et ex illo ferre te dicis uterum.

MYRT. Ista me, Dorio, enecant, et maxime quum multa te dedisse dicis et pauperem propter me factum esse. Computa enim ab initio inde omnia, quæcumque mihi attulisti.

2. DOR. Recte, Myrtale, computemus. Calceos e Sicyone primum duarum drachmarum. Pone drachmas duas.

MYRT. Sed cubuisti apud me noctes duas.

DOR. Et quum venirem ex Syria, unguenti alabastrum e Phœnice duarum et hunc, ita me Neptunus, drachmarum.

MYRT. At ego tibi naviganti parvum illud amiculum ad femora modo pertinens, ut dum remigas haberes, quod oblitus fuerat apud me Epiurus proreta, quum mecum cubuisset.

ΔΩΡ. Ἀπέλαβεν αὐτὸ γνωρίσας ὁ Ἐπίουρος πρῴην ἐν Σάμῳ μετὰ πολλῆς γε, ὦ θεοί, τῆς μάχης. Κρόμμυα δὲ ἐκ Κύπρου καὶ σαπέρδας πέντε καὶ πέρκας τέτταρας, ὁπότε κατεπλεύσαμεν ἐκ Βοσπόρου, ἐκόμισά σοι. Τί οὖν; καὶ ἄρτους ὀκτὼ ναυτικοὺς ἐν γυργαθῷ ξηροὺς καὶ ἰσχάδων βῖκον ἐκ Καρίας καὶ ὕστερον ἐκ Πατάρων σανδάλια ἐπίχρυσα, ὦ ἀχάριστε· καὶ τυρόν ποτε μέμνημαι τὸν μέγαν ἐκ Γυθίου.

ΜΥΡΤ. Πέντε ἴσως δραχμῶν, ὦ Δωρίων, πάντα ταῦτα.

3. ΔΩΡ. Ὦ Μυρτάλη, ὅσα ναύτης ἄνθρωπος ἐδυνάμην μισθοῦ ἐπιπλέων. Νῦν γὰρ ἤδη τοίχου ἄρχω τοῦ δεξιοῦ καὶ σὺ ἡμῶν ὑπερορᾷς, πρῴην δὲ ὁπότε τὰ Ἀφροδίσια ἦν, οὐχὶ δραχμὴν ἔθηκα πρὸς τοῖν ποδοῖν τῆς Ἀφροδίτης σοῦ ἕνεκεν ἀργυρᾶν; καὶ πάλιν τῇ μητρὶ εἰς ὑποδήματα δύο δραχμὰς καὶ Λυδῇ ταύτῃ πολλάκις εἰς τὴν χεῖρα νῦν μὲν δύο, νῦν δὲ τέτταρας ὀβολούς. Ταῦτα πάντα συντεθέντα οὐσία ναύτου ἀνδρὸς ἦν.

ΜΥΡΤ. Τὰ κρόμμυα καὶ οἱ σαπέρδαι, ὦ Δωρίων;

ΔΩΡ. Ναί· οὐ γὰρ εἶχον πλείω κομίζειν· οὐ γὰρ ἂν ἤρεττον, εἴ γε πλουτῶν ἐτύγχανον. Τῇ μητρὶ δὲ οὐδὲ κεφαλίδα μίαν σκορόδου ἐκόμισα πώποτε. Ἡδέως δ' ἂν ἔμαθον ἅτινά σοι παρὰ τοῦ Βιθυνοῦ τὰ δῶρα.

ΜΥΡΤ. Τουτὶ πρῶτον ὁρᾷς τὸ χιτώνιον; ἐκεῖνος ἐπρίατο, καὶ τὸν ὅρμον τὸν παχύτερον.

ΔΩΡ. Ἐκεῖνος; ᾔδειν γάρ σε πάλαι ἔχουσαν.

ΜΥΡΤ. Ἀλλ' ὃν ᾔδεις, πολὺ λεπτότερος ἦν καὶ σμαράγδους οὐκ εἶχε. Καὶ ἐλλόβια ταυτὶ καὶ δάπιδα, καὶ πρῴην δύο μνᾶς, καὶ τὸ ἐνοίκιον κατέβαλεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ σάνδαλα Παταρικὰ καὶ τυρὸν Γυθιακὸν καὶ φληνάφους.

4. ΔΩΡ. Ἀλλὰ ἐκεῖνο οὐ λέγεις, οἵῳ ὄντι συγκαθεύδεις αὐτῷ; ἔτη μὲν ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα πάντως, ἀναφαλαντίας καὶ τὴν χροιὰν οἷος κάραβος. Οὐδὲ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ ὁρᾷς; αἱ μὲν γὰρ χάριτες, ὦ Διοσκόρω, πολλαί, καὶ μάλιστα ὁπόταν ᾄδῃ καὶ ἁβρὸς εἶναι θέλῃ, ὄνος αὐτολυρίζων, φασίν. Ἀλλὰ ὄναιο αὐτοῦ ἀξία γε οὖσα καὶ γένοιτο ὑμῖν παιδίον ὅμοιον τῷ πατρί, ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς εὑρήσω Δελφίδα ἢ Κυμβάλιόν τινα τῶν κατ' ἐμὲ ἢ τὴν γείτονα ὑμῶν τὴν αὐλητρίδα ἢ πάντως τινά. Δάπιδας δὲ καὶ ὅρμους καὶ διμναῖα μισθώματα οὐ πάντες ἔχομεν.

ΜΥΡΤ. Ὦ μακαρία ἐκείνη, ἥτις ἐραστὴν σέ, ὦ Δωρίων, ἕξει· κρόμμυα γὰρ αὐτῇ οἴσεις ἐκ Κύπρου καὶ τυρόν, ὅταν ἐκ Γυθίου καταπλέῃς.

DOR. Abstulit illud agnitum Epiurus nuper in Samo, post multam, o dii, rixam. Cepas autem ex Cypro et saperdas quinque, et percas quattuor, quum ex Bosporo appelleremus, tibi attuli. Quid ergo? et panes octo nauticos, in reticulo siccos, et ficuum orcam e Caria, et nuper e Pataris inaurata sandalia, ingrata mulier. Casei tandem recordor magni illius e Gythio.

MYRT. Quinque forte drachmarum ista, Dorio, omnia.

3. DOR. Quantum nempe, Myrtale, homo nauta potui, mercede conductus navigans. Nunc enim demum lateri remigum dextro præfectus sum : et tu nos contemnis? nuper vero Aphrodisiis, nonne drachmam posui tua causa ad pedes Veneris argenteam? et iterum matri tuæ ad calceos drachmas duas; et huic Lydæ sæpe in manum nunc duo, nunc autem quattuor obolos. Hæc omnia in summam collecta substantia hominis nautæ erat.

MYRT. Cepæ et saperdæ, Dorio?

DOR. Omnino : neque enim plura quæ afferrem habui : nempe nec navigarem, si dives essem. Matri vero meæ neque caput allii unquam attuli. Lubenter autem sciverim quænam tibi a Bithyno munera venerint.

MYRT. Hanc primum vides tunicam? ille emit, et monile hoc crassius.

DOR. Ille? quin olim id te habuisse novi.

MYRT. Quin quod tu vidisti, multo erat tenuius, et smaragdos non habebat. Tum emit inaures hasce, et tapetem; et nuper minas duas, et domus mercedem solvit pro nobis; non sandalia de Pataris, et caseum Gythiacum, et nugas.

4. DOR. Sed illud non dicis, quali cum homine cubes? annos supra quinquaginta omnino natus est, recalvaster, et colore instar scarabei. Neque dentes illius vides? Nam gratiæ, boni Dioscuri! illius multæ, præsertim quum canit et bellus esse vult, asinus ad lyram, aiunt. Sed fruaris illo; digna quidem es : et nascatur vobis puer patri similis. Ego vero ipse quoque inveniam Delphidem aut Cymbalium, quandam mei ordinis mulierculam, aut vicinam vestram tibicinam, aut aliquam omnino. Tapetes vero, et monilia, et binarum minarum mercedes, non omnes habemus.

MYRT. Beatam illam, quæ amatorem te habebit, Dorio! cepas enim illi afferes ex Cypro, et caseum, quando redibis e Gythio.

15.

ΚΟΧΛΙΣ ΚΑΙ ΠΑΡΘΕΝΙΣ.

1. ΚΟΧΛ. Τί δακρύεις, ὦ Παρθενί, ἢ πόθεν κατεαγότας τοὺς αὐλοὺς φέρεις;

ΠΑΡΘ. Ὁ στρατιώτης ὁ Αἰτωλὸς ὁ μέγας ὁ Κρο-

15.

COCHLIS ET PARTHENIS.

1. COCHL. Quid ploras, Parthenis, aut unde fractas fers tibias?

PARTH. Miles Ætolus, ille magnus amator Crocalæ

κάλης ἐρῶν ἐρράπισέ με αὐλοῦσαν εὑρὼν παρὰ τῇ Κροκάλῃ ὑπὸ τοῦ ἀντεραστοῦ αὐτοῦ Γόργου μεμισθωμένην καὶ τούς τε αὐλούς μου συνέτριψε καὶ τὴν τράπεζαν μεταξὺ δειπνούντων ἀνέτρεψε καὶ τὸν κρατῆρα ἐξέχεεν ἐπεισπαίσας· καὶ τὸν μὲν ἀγροῖκον ἐκεῖνον τὸν Γόργον ἀπὸ τοῦ συμποσίου κατασπάσας τῶν τριχῶν ἔπαιον περιστάντες αὐτός τε ὁ στρατιώτης — Δεινόμαχος, οἶμαι, καλεῖται — καὶ ὁ συστρατιώτης αὐτοῦ· ὥστε οὐκ οἶδα εἰ βιώσεται ὁ ἄνθρωπος, ὦ Κοχλί· αἷμά τε γὰρ ἐρρύη πολὺ ἀπὸ τῶν ῥινῶν καὶ τὸ πρόσωπον ὅλον ἐξῴδηκεν αὐτοῦ καὶ πελιδνόν ἐστιν.

pulsavit me, quum deprehendisset tibiis canentem apud Crocalen, conductam a rivali ipsius Gorgo, et tibias mihi confregit, et mensam inter cœnandum evertit, et craterem irruens effudit. Et rusticum illum Gorgum de convivio detractum crinibus, pulsarunt circumstantes tum ipse miles (Dinomachus, puto, vocatur), tum illius commilito : ut nesciam viverene homo possit, mea Cochlis; nam copiosus de naribus profluxit sanguis, et facies illius tota intumuerat et livida est.

2. ΚΟΧΛ. Ἐμάνη ὁ ἄνθρωπος ἢ μέθη τις ἦν καὶ παροινία τὸ πρᾶγμα;

ΠΑΡΘ. Ζηλοτυπία τις, ὦ Κοχλί, καὶ ἔρως ἔκτοπος· ἡ Κροκάλη δέ, οἶμαι, δύο τάλαντα αἰτήσασα, εἰ βούλεται μόνος ἔχειν αὐτήν, ἐπεὶ μὴ ἐδίδου ὁ Δεινόμαχος, ἐκεῖνον μὲν ἀπέκλεισεν ἥκοντα προσαράξασά γε αὐτῷ τὰς θύρας, ὡς ἐλέγετο, τὸν Γόργον δὲ Οἰνοέα τινὰ γεωργὸν εὔπορον ἐκ πολλοῦ ἐρῶντα καὶ χρηστὸν ἄνθρωπον προσιεμένη ἔπινε μετ' αὐτοῦ κἀμὲ παρέλαβεν αὐλήσουσαν παρ' αὐτοῖς. Ἤδη δὲ προχωροῦντος τοῦ πότου ἐγὼ μὲν ὑπέκρεκόν τι τῶν Λυδίων, ὁ γεωργὸς δὲ ἤδη ἀνίστατο ὀρχησόμενος, ἡ Κροκάλη δὲ ἐκρότει, καὶ πάντα ἦν ἡδέα· ἐν τοσούτῳ δὲ κτύπος ἠκούετο καὶ βοὴ καὶ ἡ αὔλειος ἠράσσετο, καὶ μετὰ μικρὸν ἐπεισέπαισαν ὅσον ὀκτὼ νεανίσκοι μάλα καρτεροὶ καὶ ὁ Μεγαρεὺς ἐν αὐτοῖς. Εὐθὺς οὖν ἀνετέτραπτο πάντα καὶ ὁ Γόργος, ὥσπερ ἔφην, ἐπαίετο καὶ ἐπατεῖτο χαμαὶ κείμενος· ἡ Κροκάλη δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ἔφθη ὑπεκφυγοῦσα παρὰ τὴν γείτονα Θεσπιάδα· ἐμὲ δὲ ῥαπίσας ὁ Δεινόμαχος, Ἐκφθείρου, φησί, κατεαγότας μοι τοὺς αὐλοὺς προσρίψας. Καὶ νῦν ἀποτρέχω φράσουσα ταῦτα τῷ δεσπότῃ· ἀπέρχεται δὲ καὶ ὁ γεωργὸς ὀψόμενός τινας φίλους τῶν αστικῶν, οἳ παραδώσουσι τοῖς πρυτανεῦσι τὸν Μεγαρέα.

2. COCHL. Furuitne homo, an ebrietas erat et vinolenta insania?

PARTH. Zelotypia quædam, Cochlis, et amor immoderatus. Crocale autem duo, puto, talenta quum postulasset, si solus habere ipsam vellet, non dante Dinomacho, illum exclusit venientem, impacta, uti dicebatur, illi janua; Gorgum vero, Œnoensem quendam rusticum divitem, suum olim amatorem, et bonum hominem, admisit quicum biberet, me quoque ad canendum ipsis adhibita. Jam vero processerat compotatio; ego Lydium quoddam sonabam; saltandi causa jam surgere parabat, plaudente Crocale, rusticus; læta erant omnia : quum ibi subito exauditur tumultus et clamor, et aulæ porta effringitur. Et paullo post irruerunt octo juvenes valde robusti, et inter illos iste Megarensis. Statim ergo everti omnia, Gorgus ipse, uti dicebam, pulsari, et humi jacens conculcari. Crocale ipsa, nescio quomodo, fuga se ad vicinam Thespiadem subduxerat : me vero colaphis cæsam Dinomachus jubet in malam rem abire, et cum dicto impingit mihi fractas tibias : et nunc aufugio nunciatura hæc meo hero. Abit vero etiam rusticus, urbanos quosdam amicos visurus, qui tradant Megarensem illum magistratibus.

3. ΚΟΧΛ. Ταῦτ' ἐστὶν ἀπολαῦσαι τῶν στρατιωτικῶν τούτων ἐρώτων, πληγὰς καὶ δίκας· τὰ δὲ ἄλλα ἡγεμόνες εἶναι καὶ χιλίαρχοι λέγοντες, ἤν τι δοῦναι δέῃ, Περίμεινον, φασί, τὴν σύνταξιν, ὁπόταν ἀπολάβω τὴν μισθοφοράν, καὶ ποιήσω πάντα. Ἐπιτριβεῖεν δ' οὖν ἀλαζόνες ὄντες· ἔγωγ' οὖν εὖ ποιῶ μὴ προσιεμένη αὐτοὺς τὸ παράπαν. Ἁλιεύς τις ἐμοὶ γένοιτο ἢ ναύτης ἢ γεωργὸς ἰσότιμος κολακεύειν εἰδὼς μικρὰ καὶ κομίζων πολλά, οἱ δὲ τοὺς λόφους ἐπισείοντες οὗτοι καὶ μάχας διηγούμενοι, ψόφοι, ὦ Παρθενί.

3. COCHL. Hi sunt fructus amorum istorum militarium, plagæ et lites : ceterum duces se ac tribunos quum dicant, si quid dandum sit, Exspecta, aiunt, collectionem tributi militaris quando stipendium percipiam, et faciam omnia. Male pereant igitur superbi impostores isti! Recte sane ego eos omnino non admitto. Piscator mihi aliquis obtingat, aut nauta, aut rusticus, æquus homo, parum adulandi gnarus, et multum afferens : at isti qui cristas suas quatiunt et enarrant pugnas, inanis sunt, Parthenis mea, strepitus.

LXVIII.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΡΕΓΡΙΝΟΥ ΤΕΛΕΥΤΗΣ.

1. ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ ΚΡΟΝΙΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ. Ὁ κακοδαίμων Περεγρῖνος ἢ ὡς αὐτὸς ἔχαιρεν ὀνομάζων ἑαυτὸν Πρωτεὺς αὐτὸ δὴ ἐκεῖνο τὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ Πρωτέως ἔπαθεν· ἅπαντα γὰρ δόξης ἕνεκα γενόμενος καὶ μυρίας τροπὰς τραπόμενος τὰ τελευταῖα ταῦτα καὶ πῦρ ἐγένετο· τοσούτῳ ἄρα τῷ ἔρωτι τῆς δόξης εἴχετο. Καὶ νῦν ἐκεῖνος ἀπηνθράκωταί σοι ὁ βέλτιστος κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, παρ' ὅσον ὁ μὲν κἂν διαλαθεῖν ἐπειράθη ἐμβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τοὺς κρατῆρας, ὁ δὲ γεννάδας οὗτος τὴν πολυανθρωποτάτην τῶν Ἑλληνικῶν πανηγύρεων τηρήσας πυρὰν ὅτι μεγίστην νήσας ἐνεπήδησεν ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων καὶ λόγους τινὰς ὑπὲρ τούτου εἰπὼν πρὸς τοὺς Ἕλληνας οὐ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν τοῦ τολμήματος.

2. Πολλὰ τοίνυν δοκῶ μοι ὁρᾶν σε γελῶντα ἐπὶ τῇ κορύζῃ τοῦ γέροντος, μᾶλλον δὲ καὶ ἀκούω βοῶντος οἷά σε εἰκὸς βοᾶν, ὢ τῆς ἀβελτερίας, ὢ τῆς δοξοκοπίας, ὢ τῶν ἄλλων ἃ λέγειν εἰώθαμεν περὶ αὐτῶν. Σὺ μὲν οὖν πόρρω ταῦτα καὶ μακρῷ ἀσφαλέστερον, ἐγὼ δὲ παρὰ τὸ πῦρ αὐτὸ, καὶ ἔτι πρότερον ἐν πολλῷ πλήθει τῶν ἀκροατῶν εἶπον αὐτὰ, ἐνίων μὲν ἀχθομένων, ὅσοι ἐθαύμαζον τὴν ἀπόνοιαν τοῦ γέροντος· ἦσαν δέ τινες οἳ καὶ αὐτοὶ ἐγέλων ἐπ' αὐτῷ. Ἀλλ' ὀλίγου δεῖν ὑπὸ τῶν Κυνικῶν ἐγώ σοι διεσπάσθην ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν κυνῶν ἢ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ ὁ Πενθεὺς ὑπὸ τῶν Μαινάδων.

3. Ἡ δὲ πᾶσα τοῦ δράματος διασκευὴ τοιάδε ἦν· τὸν μὲν ποιητὴν οἶσθα οἷός τε ἦν καὶ ἡλίκα ἐτραγῴδει παρ' ὅλον τὸν βίον ὑπὲρ τὸν Σοφοκλέα καὶ τὸν Αἰσχύλον. Ἐγὼ δ' ἐπεὶ τάχιστα εἰς τὴν Ἦλιν ἀφικόμην διὰ τοῦ γυμνασίου ἀλύων, ἐπήκουον ἅμα Κυνικοῦ τινος μεγάλῃ καὶ τραχείᾳ τῇ φωνῇ τὰ συνήθη ταῦτα καὶ ἐκ τριόδου τὴν ἀρετὴν ἐπιβοωμένου καὶ ἅπασιν ἁπαξαπλῶς λοιδορουμένου, εἶτα κατέληξεν αὐτῷ ἡ βοὴ ἐς τὸν Πρωτέα· καὶ ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πειράσομαί σοι αὐτὰ ἐκεῖνα ἀπομνημονεῦσαι ὡς ἐλέγετο. Σὺ δὲ γνωριεῖς δηλαδὴ πολλάκις αὐτοῖς παραστὰς βοῶσι.

4. Πρωτέα γάρ τις, ἔφη, κενόδοξον τολμᾷ λέγειν, ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ποταμοὶ καὶ θάλαττα καὶ πατρῷε Ἡράκλεις, Πρωτέα τὸν ἐν Συρίᾳ δεθέντα, τὸν τῇ πατρίδι ἀνέντα πεντακισχίλια τάλαντα, τὸν ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐκβληθέντα, τὸν τοῦ Ἡλίου ἐπισημότερον, τὸν ἀνταγωνίσασθαι καὶ αὐτῷ τῷ Ὀλυμπίῳ δυνάμενον; Ἀλλ' ὅτι διὰ πυρὸς ἐξάγειν τοῦ βίου διέγνωκεν ἑαυτὸν, εἰς κενοδοξίαν τινὲς τοῦτο ἀναφέρουσιν. Οὐ γὰρ Ἡρακλῆς οὕτως; οὐ γὰρ Ἀσκληπιὸς καὶ Διόνυσος κεραυνῷ; οὐ γὰρ τὰ τελευταῖα Ἐμπεδοκλῆς εἰς τοὺς κρατῆρας;

5. Ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Θεαγένης — τοῦτο γὰρ ὁ κεκραγὼς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο — ἠρόμην τινὰ τῶν παρε-

LXVIII.

DE MORTE PEREGRINI.

1. LUCIANUS CRONIO SALUTEM. Infelix ille Peregrinus, aut ut ipse nominare se gaudebat, Proteus, ipsum illud Homerici Protei factum subiit: gloriæ enim causa quum fuisset omnia, et in mille se formas vertisset, denique etiam in ignem abiit: tanto nempe gloriæ amore tenebatur. Jamque in carbones tibi vir optimus versus est Empedoclis exemplo, nisi quod ille effugere hominum oculos tentavit, quum in crateras ipse se injiceret; at hic generosus homo, observata celebritatum Græcarum frequentissima, rogo exstructo quam maximo, tot testibus insiliit, quum verba de consilio suo non multis ante ipsum facinus diebus ad Græcos fecisset.

2. Quare te videre mihi videor multum ridentem obesas illius senis nares; vel potius audio clamantem, quæ probabile est te exclamaturum, vah ineptias! vah ærumnosam gloriæ cupiditatem! vah reliqua quæ dicere de talibus solemus. Ac tu quidem e longinquo ista et multo securius: at ego apud ipsum ignem, et prius adhuc in magna audientium multitudine ista dixi, graviter ferentibus quibusdam, quotquot amentiam senis admirarentur. Erant autem qui et ipsi illum riderent. Sed parum abfuit quin discerptus tibi fuissem a Cynicis, ut a canibus Actæon, aut ipsius Pentheus consobrinus a Mænadibus.

3. Totus autem actionis apparatus hic fuit. Ipsum auctorem fabulæ nosti qualis fuerit, quasque tota vita dederit tragœdias, supra Sophoclem et Æschylum. Ego vero quum primum veni in Elidem, per gymnasium oberrans, simul auscultavi Cynicum quendam magna atque aspera voce consueta illa et e trivio petita de virtute inclamantem, maleque dicentem simpliciter omnibus: tum exibat illi clamor in Proteum: et quantum potero, studebo ipsa tibi illa, uti prolata sunt, referre. Tu vero agnosces nimirum, qui sæpe clamantibus illis astiteris.

4. « Proteum ergo, inquit, vanæ cupidum gloriæ dicere quisquam audet? o terra, et sol, et flumina, et mare, et familiaris Hercules! Proteum illum vinctum in Syria, illum condonantem patriæ suæ quinquies mille talenta? illum Romanorum urbe ejectum, Sole illum insigniorem, illum qui cum ipso certare possit Olympio? Sed quod per ignem educere se de vita decrevit, ad vanam gloriam nonnulli hoc referunt. Nonne enim sic Hercules? non enim Æsculapius ac Bacchus fulmine? non enim ultima ætate in crateras Empedocles? »

5. Quum vero dixisset ista Theagenes (hoc enim clamoso illi nomen erat), interrogavi astantium aliquem, quid vellet

στώτων, τί βούλεται τὸ περὶ τοῦ πυρὸς ἢ τί Ἡρακλῆς καὶ Ἐμπεδοκλῆς πρὸς τὸν Πρωτέα. Ὁ δὲ, Οὐκ εἰς μακρὰν, ἔφη, καύσει ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς Ὀλυμπίασι. Πῶς, ἔφην, ἢ τίνος ἕνεκα; Εἶτα ὁ μὲν ἐπειρᾶτο λέγειν, ἐβόα δὲ ὁ Κυνικὸς, ὥστε ἀμήχανον ἦν ἄλλου ἀκούειν. Ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ καὶ θαυμαστάς τινας ὑπερβολὰς διεξιόντος κατὰ τοῦ Πρωτέως· τὸν μὲν γὰρ Σινωπέα ἢ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ Ἀντισθένη οὐδὲ παραβάλλειν ἠξίου αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Σωκράτη αὐτὸν, ἐκάλει δὲ τὸν Δία ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν. Εἶτα μέντοι ἔδοξεν αὐτῷ ἴσους πως φυλάξαι αὐτοὺς καὶ οὕτω κατέπαυσε τὸν λόγον·

6. Δύο γὰρ ταῦτα, ἔφη, ὁ βίος ἄριστα δημιουργήματα ἐθεάσατο, τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον καὶ Πρωτέα, πλάσται δὲ καὶ τεχνῖται τοῦ μὲν Φειδίας, τοῦ δὲ ἡ φύσις. Ἀλλὰ νῦν ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς τὸ ἄγαλμα τοῦτο οἰχήσεται ὀχούμενον ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὀρφανοὺς ἡμᾶς καταλιπόν. Ταῦτα ξὺν πολλῷ ἱδρῶτι διεξελθὼν ἐδάκρυε μάλα γελοίως καὶ τὰς τρίχας ἐτίλλετο ὑποφειδόμενος μὴ πάνυ ἕλκειν, καὶ τέλος ἀπῆγον αὐτὸν λύζοντα μεταξὺ τῶν Κυνικῶν τινες παραμυθούμενοι.

7. Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος εὐθὺς ἀναβαίνει οὐ περιμείνας διαλυθῆναι τὸ πλῆθος, ἀλλὰ ἐπ' αἰθομένοις τοῖς προτέροις ἱερείοις ἐπέχει τῶν σπονδῶν· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ πολὺ ἐγέλα καὶ δῆλος ἦν νειόθεν αὐτὸ δρῶν, εἶτα ἤρξατο ὧδέ πως· Ἐπεὶ ὁ κατάρατος Θεαγένης τέλος τῶν μιαρωτάτων αὐτοῦ λόγων τὰ Ἡρακλείτου δάκρυα ἐποιήσατο, ἐγὼ κατὰ τὸ ἐναντίον ἀπὸ τοῦ Δημοκρίτου γέλωτος ἄρξομαι. Καὶ αὖθις ἐγέλα ἐπὶ πολὺ, ὥστε καὶ ἡμῶν τοὺς πολλοὺς ἐπὶ τὸ ὅμοιον ἐπεσπάσατο.

8. Εἶτα ἐπιστρέψας ἑαυτὸν, Ἢ τί γὰρ ἄλλο, ἔφη, ὦ ἄνδρες, χρὴ ποιεῖν ἀκούοντα μὲν οὕτω γελοίων ῥήσεων, ὁρῶντα δὲ ἄνδρας γέροντας δοξαρίου καταπτύστου ἕνεκα μονονουχὶ κυβιστῶντας ἐν τῷ μέσῳ; Ὡς δὲ εἰδείητε οἷόν τι τὸ ἄγαλμά ἐστι τὸ καυθησόμενον, ἀκούσατέ μου ἐξ ἀρχῆς παραφυλάξαντος τὴν γνώμην αὐτοῦ καὶ τὸν βίον ἐπιτηρήσαντος· ἔνια δὲ παρὰ τῶν πολιτῶν αὐτοῦ ἐπυνθανόμην καὶ οἷς ἀνάγκη ἦν ἀκριβῶς εἰδέναι αὐτόν.

9. Τὸ γὰρ τῆς φύσεως τοῦτο πλάσμα καὶ δημιούργημα, ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν, ἐπεὶ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξατο, ἐν Ἀρμενίᾳ μοιχεύων ἁλοὺς μάλα πολλὰς πληγὰς ἔλαβε καὶ τέλος κατὰ τοῦ τέγους ἁλόμενος διέφυγε ῥαφανῖδι τὴν πυγὴν βεβυσμένος· εἶτα μειράκιόν τι ὡραῖον διαφθείρας τρισχιλίων ἐξωνήσατο παρὰ τῶν γονέων τοῦ παιδὸς πενήτων ὄντων μὴ ἐπὶ τὸν ἁρμοστὴν ἀπαχθῆναι τῆς Ἀσίας.

10. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐάσειν μοι δοκῶ· πηλὸς γὰρ ἔτι ἄπλαστος ἦν καὶ οὐδέπω ἐντελὲς ἄγαλμα ἡμῖν ἐδεδημιούργητο. Ἃ δὲ τὸν πατέρα ἔδρασε καὶ πάνυ ἀκοῦσαι ἄξιον· καίτοι πάντες ἴστε καὶ ἀκηκόατε ὡς ἀπέπνιξε τὸν γέροντα οὐκ ἀνασχόμενος αὐτὸν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη ἤδη γηρῶντα. Εἶτα ἐπειδὴ τὸ πρᾶγμα

sibi illud de igne, aut quid ad Proteum Hercules atque Empedocles. Ille, Non ita multo post, inquit, cremabit se ipse Proteus Olympiæ. Quomodo, inquam, aut qua de causa? Tum ille respondere parabat; clamabat autem Cynicus, ut alium exaudire non posses. Audivi igitur profundentem reliqua, et admirabiles quosdam dicendi excessus de Proteo persequentem. Nam Sinopensem illum, aut illius magistrum Antisthenem, ne comparare quidem illi dignabatur, sed nec ipsum Socratem : Jovem potius ad certamen illud provocabat. Deinde tamen visum illi est æquo aliquatenus fastigio utrumque servare, atque ita orationem finiit :

6. « Hæc nempe duo, inquit, opera præstantissima spectavit sæculum, Olympium Jovem et Proteum : fictores autem et artifices alterius Phidias, alterius vero natura. At nunc de hominibus ad deos hoc simulacrum abibit, invectum igni, nobis relictis orphanis. » Ista multo cum sudore ubi pronunciavit, plorabat perridicule, et crines sibi vellebat, aliquantum tamen parcens, ne nimis traheret. Tandem gannientem adhuc Cynicorum quidam velut consolantes abducebant.

7. Post hunc vero alius statim escendit, dilabi multitudinem non passus, sed ardentibus adhuc prioribus extis infundens libamina. Ac primo quidem multum risit, quod ex imis illum præcordiis facere apparebat : tum ita fere exorsus est : « Quandoquidem exsecrabilis iste Theagenes finem impurissimæ orationis suæ Heracliti fecit lacrimas; ego e contrario a Democriti risu incipiam. » Et denuo risit tantum, ut etiam nostrûm plures ad risus societatem pertraheret.

8. Dein se convertens, « Aut quidnam aliud, inquit, viri, faciendum est, ubi audimus dictiones adeo ridiculas, videmus autem viros senes despuendæ cujusdam gloriolæ causa tantum non saltare in caput in publico? Ut sciatis vero quale simulacrum sit jam comburendum, me audite, qui diligenter observavi illius animum, et vitam exploravi : quædam autem de civibus istius exquirendo cognovi, iisque qui necessitate quadam recte istum nosse debebant.

9. Hoc enim fictum naturæ manibus simulacrum, hic Polycleti canon, quum ad virilem ætatem pervenisset, in Armenia deprehensus in adulterio plagas accepit sane multas ac tandem saltu de tegulis effugit, obturatum raphano podicem auferens. Deinde adolescentulum formosum quum corrupisset, tribus millibus redemit se a parentibus puer pauperculis, ne ad Præsidem Asiæ deduceretur.

10. Hæc et quæ sunt in hoc genere, placet omittere : argilla enim adhuc erat informis, nondum inde perfectum nobis simulacrum effictum fuerat. Quæ autem patri fecerit, audire omnino operæ pretium est : quanquam nostis omnes et audiistis ut senem suffocaverit, non passus illum ultra sexaginta annos jam senescere. Deinde quum pervulgatum

διεβεβόητο, φυγὴν ἑαυτοῦ καταδικάσας ἐπλανᾶτο ἄλλην ἄλλοτε ἀμείβων.

11. Ὅτεπερ καὶ τὴν θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν ἐξέμαθε περὶ τὴν Παλαιστίνην τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν αὐτῶν ξυγγενόμενος. Καὶ τί γάρ; ἐν βραχεῖ παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε προφήτης καὶ θιασάρχης καὶ ξυναγωγεὺς καὶ πάντα μόνος αὐτὸς ὤν· καὶ τῶν βίβλων τὰς μὲν ἐξηγεῖτο καὶ διεσάφει, πολλὰς δὲ αὐτὸς καὶ ξυνέγραφε, καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν ἐκεῖνοι ἡγοῦντο καὶ νομοθέτῃ ἐχρῶντο καὶ προστάτην ἐπέγραφον· τὸν μέγαν γοῦν ἐκεῖνον ἔτι σέβουσι τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ὅτι καινὴν ταύτην τελετὴν εἰσήγαγεν ἐς τὸν βίον.

12. Τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ἐπὶ τούτῳ ὁ Πρωτεὺς ἐνέπεσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον, ὅπερ καὶ αὐτὸ οὐ μικρὸν αὐτῷ ἀξίωμα περιεποίησε πρὸς τὸν ἑξῆς βίον καὶ τὴν τερατείαν καὶ δοξοκοπίαν, ὧν ἐρῶν ἐτύγχανεν. Ἐπεὶ δ' οὖν ἐδέδετο, οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα πάντα ἐκίνουν ἐξαρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν. Εἶτ' ἐπεὶ τοῦτο ἦν ἀδύνατον, ἥ γε ἄλλη θεραπεία πᾶσα οὐ παρέργως, ἀλλὰ σὺν σπουδῇ ἐγίγνετο· καὶ ἕωθεν μὲν εὐθὺς ἦν ὁρᾶν παρὰ τῷ δεσμωτηρίῳ περιμένοντα γρᾴδια χήρας τινὰς καὶ παιδία ὀρφανά, οἱ δὲ ἐν τέλει αὐτῶν καὶ συνεκάθευδον ἔνδον μετ' αὐτοῦ διαφθείροντες τοὺς δεσμοφύλακας· εἶτα δεῖπνα ποικίλα εἰσεκομίζετο καὶ λόγοι ἱεροὶ αὐτῶν ἐλέγοντο καὶ ὁ βέλτιστος Περεγρῖνος — ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο — καινὸς Σωκράτης ὑπ' αὐτῶν ὠνομάζετο.

13. Καὶ μὴν κἀκ τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων ἔστιν ὧν ἧκόν τινες, τῶν Χριστιανῶν στελλόντων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, βοηθήσοντες καὶ ξυναγορεύσοντες καὶ παραμυθησόμενοι τὸν ἄνδρα. Ἀμήχανον δέ τι τὸ τάχος ἐπιδείκνυνται, ἐπειδάν τι τοιοῦτον γένηται δημόσιον· ἐν βραχεῖ γάρ, ἀφειδοῦσι πάντων. Καὶ δὴ καὶ τῷ Περεγρίνῳ πολλὰ τότε ἧκε χρήματα παρ' αὐτῶν ἐπὶ προφάσει τῶν δεσμῶν καὶ πρόσοδον οὐ μικρὰν ταύτην ἐποιήσατο· πεπείκασι γὰρ αὐτοὺς οἱ κακοδαίμονες τὸ μὲν ὅλον ἀθάνατοι ἔσεσθαι καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον, παρ' ὃ καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου καὶ ἑκόντες αὑτοὺς ἐπιδιδόασιν οἱ πολλοί· ἔπειτα δὲ ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος ἔπεισεν αὐτοὺς ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων, ἐπειδὰν ἅπαξ παραβάντες θεοὺς μὲν τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσωνται, τὸν δὲ ἀνεσκολοπισμένον ἐκεῖνον σοφιστὴν αὐτῶν προσκυνῶσι καὶ κατὰ τοὺς ἐκείνου νόμους βιῶσι. Καταφρονοῦσιν οὖν ἁπάντων ἐξ ἴσης καὶ κοινὰ ἡγοῦνται ἄνευ τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως τὰ τοιαῦτα παραδεξάμενοι. Ἢν τοίνυν παρέλθῃ τις εἰς αὐτοὺς γόης καὶ τεχνίτης ἄνθρωπος καὶ πράγμασι χρῆσθαι δυνάμενος, αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐν βραχεῖ ἐγένετο ἰδιώταις ἀνθρώποις ἐγχανών.

14. Πλὴν ἀλλ' ὁ Περεγρῖνος ἀφείθη ὑπὸ τοῦ τότε τῆς Συρίας ἄρχοντος, ἀνδρὸς φιλοσοφίᾳ χαίροντος, ὃς συνεὶς τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ καὶ ὅτι δέξαιτ' ἂν ἀποθανεῖν, ὡς δόξαν ἐπὶ τούτῳ ἀπολίποι, ἀφῆκεν αὐτὸν οὐδὲ τῆς κολάσεως ὑπολαβὼν ἄξιον. Ὁ δὲ εἰς τὴν οἰκείαν ἐπα-

esset facinus, exilio a se damnatus oberravit aliam alia terra permutans.

11. Quo quidem tempore etiam admirabilem Christianorum sapientiam edidicit, in Palæstina cum sacerdotibus illorum et scribis versatus. Et, quid multa? brevi tempore, ut pueri juxta se viderentur omnes, effecit, propheta ipse, et chori illorum præsul, et synagogæ princeps, et solus omnia. Ac librorum alios interpretabatur ac declarabat, multos autem ipse conscribebat : itaque dei instar ipsum habebant illi, et utebantur legislatore, et suum nominabant antistitem. Nempe magnum illum adhuc venerantur hominem, illum cruci in Palæstina, ob introducta in vitam nova hæc mysteria, affixum.

12. Tum vero deprehensus eo in crimine Proteus in vincula conjectus est : quæ ipsa res non parvam illi dignitatem conciliavit, ad vitam deinceps agendam, et ad præstigiarum gloriæque studium, quæ amabat. Quum igitur in vinculis esset, communem eam calamitatem rati Christiani, nihil intentatum relinquebant, ut illum eriperent. Deinde ubi hoc fieri non poterat, ministerium omne reliquum non obiter, sed cum magno studio peragebatur. Et mane quidem statim videres præsto esse ad carcerem vetulas viduas quasdam et infantes orphanos : qui vero honoratiores illorum, ii etiam corruptis carceris custodibus intra apud istum pernoctabant. Deinde cœnæ inferebantur variæ, et sacri ex illorum doctrina sermones habebantur, et præclarus ille Peregrinus (hoc enim adhuc tum nomine censebatur) novus ab illis dicebatur Socrates.

13. Quin etiam ex Asiaticis urbibus, Christianorum missu publico, venere quidam, adjuturi virum, et advocati ejus futuri, consolaturique. Incredibilem enim alacritatem ostendunt, si quid tale fiat publice : ut enim breviter dicam, nulli rei parcunt. Itaque etiam Peregrino tum multæ ab illis venere vinculorum causa pecuniæ, eumque reditum habuit sibi non mediocrem. Persuaserunt enim sibi miseri illi, in universum quidem se futuros esse immortales et perpetuo tempore victuros; unde etiam contemnunt mortem vulgo, suaque se sponte occidendos præbent : deinde vero primus illis legislator persuasit, omnes esse invicem fratres, postquam semel transgressi, Græcos deos abnegaverint, adoraverint autem affixum illum cruci suum sophistam, atque ex ipsius legibus vivant. Quare bona cuncta pariter contemnunt, et arbitrantur communia, de idoneo nullo et exacto argumento recepta hac doctrina. Si quis ergo ad illos venit impostor et callidus homo, et uti rebus qui sciat, ilicet brevi statim tempore dives factus homines imperitos albis dentibus deridet.

14. Verum Peregrinus ab eo, qui tum præsidebat Syriæ, dimissus est, viro qui philosophiam amaret, quique intellecta istius amentia, eumque optare mortem, uti famam eo nomine relinqueret, hominem, ne dignum quidem pœna ratus, dimisit. At ille in patriam reversus deprehendit

νελθὼν καταλαμβάνει τὸ περὶ τοῦ πατρῴου φόνου ἔτι φλεγμαῖνον καὶ πολλοὺς τοὺς ἐπανατεινομένους τὴν κατηγορίαν. Διήρπαστο δὲ τὰ πλεῖστα τῶν κτημάτων παρὰ τὴν ἀποδημίαν αὐτοῦ καὶ μόνοι ὑπελείποντο οἱ ἀγροὶ ὅσον εἰς πεντεκαίδεκα τάλαντα· ἦν γὰρ ἡ πᾶσα οὐσία τριάκοντά που ταλάντων ἀξία, ἣν ὁ γέρων κατέλιπεν, οὐχ ὥσπερ ὁ παγγέλοιος Θεαγένης ἔλεγε πεντακισχιλίων· τοσούτου γὰρ οὐδὲ ἡ πᾶσα τῶν Παριανῶν πόλις πέντε σὺν αὐτῇ τὰς γειτνιώσας παραλαβοῦσα πραθείη ἂν αὐτοῖς ἀνθρώποις καὶ βοσκήμασι καὶ τῇ λοιπῇ παρασκευῇ.

15. Ἀλλ' ἔτι γε ἡ κατηγορία καὶ τὸ ἔγκλημα θερμὸν ἦν, καὶ ἐῴκει οὐκ εἰς μακρὰν ἐπαναστήσεσθαί τις αὐτῷ, καὶ μάλιστα ὁ δῆμος αὐτὸς ἠγανάκτει χρηστὸν, ὡς ἔφασαν οἱ ἰδόντες, γέροντα πενθοῦντες οὕτως ἀσεβῶς ἀπολωλότα. Ὁ δὲ σοφὸς οὗτος Πρωτεὺς πρὸς ἅπαντα ταῦτα σκέψασθε οἷόν τι ἐξεῦρε καὶ ὅπως τὸν κίνδυνον διέφυγε· παρελθὼν γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Παριανῶν — ἐκόμα δὲ ἤδη καὶ τρίβωνα πιναρὸν ἠμπείχετο καὶ πήραν παρήρτητο καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἦν καὶ ὅλως μάλα τραγικῶς ἐσκεύαστο — τοιοῦτος οὖν ἐπιφανεὶς αὐτοῖς ἀφεῖναι ἔφη τὴν οὐσίαν, ἣν ὁ μακαρίτης πατὴρ αὐτῷ κατέλιπε, δημοσίαν εἶναι πᾶσαν. Τοῦτο ὡς ἤκουσεν ὁ δῆμος πένητες ἄνθρωποι καὶ πρὸς διανομὰς κεχηνότες, ἀνέκραγον εὐθὺς ἕνα φιλόσοφον, ἕνα φιλόπατριν, ἕνα Διογένους καὶ Κράτητος ζηλωτήν. Οἱ δὲ ἐχθροὶ ἐπεφίμωντο, κἂν εἴ τις ἐπιχειρήσειε μεμνῆσθαι τοῦ φόνου, λίθοις εὐθὺς ἐβάλλετο.

16. Ἐξῄει οὖν τὸ δεύτερον πλανησόμενος, ἱκανὰ ἐφόδια τοὺς Χριστιανοὺς ἔχων, ὑφ' ὧν δορυφορούμενος ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν. Καὶ χρόνον μέν τινα οὕτως ἐβόσκετο· εἶτα παρανομήσας τι καὶ ἐς ἐκείνους — ὤφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐσθίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς — οὐκέτι προσιεμένων αὐτῶν ἀπορούμενος ἐκ παλινῳδίας ᾤετο δεῖν ἀπαιτεῖν παρὰ τῆς πόλεως τὰ κτήματα, καὶ γραμματεῖον ἐπιδοὺς ἠξίου ταῦτα κομίσασθαι κελεύσαντος βασιλέως. Εἶτα τῆς πόλεως ἀντιπρεσβευσαμένης οὐδὲν ἐπράχθη, ἀλλ' ἐμμένειν ἐκελεύσθη οἷς ἅπαξ διέγνω μηδενὸς καταναγκάσαντος.

17. Τρίτη ἐπὶ τούτοις ἀποδημία εἰς Αἴγυπτον παρὰ τὸν Ἀγαθόβουλον, ἵναπερ τὴν θαυμαστὴν ἄσκησιν διήσκητο, ξυρόμενος μὲν τῆς κεφαλῆς τὸ ἥμισυ, χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον, ἐν πολλῷ δὲ τῶν περιεστώτων δήμῳ ἀναφλῶν τὸ αἰδοῖον καὶ τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο καλούμενον ἐπιδεικνύμενος, εἶτα παίων καὶ παιόμενος νάρθηκι εἰς τὰς πυγὰς καὶ ἄλλα πολλὰ νεανικώτερα θαυματοποιῶν.

18. Ἐκεῖθεν δὲ οὕτω παρεσκευασμένος ἐπὶ Ἰταλίαν ἔπλευσε καὶ ἀποβὰς τῆς νεὼς εὐθὺς ἐλοιδορεῖτο πᾶσι καὶ μάλιστα τῷ βασιλεῖ πρᾳότατον αὐτὸν καὶ ἡμερώτατον εἰδὼς, ὥστε ἀσφαλῶς ἐτόλμα· ἐκείνῳ γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὀλίγον ἔμελε τῶν βλασφημιῶν καὶ οὐκ ἠξίου φιλοσοφίαν ὑποδυόμενόν τινα κολάζειν ἐπὶ ῥήμασι καὶ μάλιστα τέχνην τὸ λοιδορεῖσθαι πεποιημένον. Τούτῳ

flagrantem adhuc illam de patre interfecto famam, et multos accusationem intentantes. Verum etiam pleræque ipsius opes per illam peregrinationem direptæ fuerant, solis relictis agris quindecim circiter talentorum : tota enim, quam reliquerat senex, substantia triginta forte talentorum fuerit; non quinquies mille, ut ridiculus iste dixit Theagenes : tanti enim nec universa Parianorum urbs, si vicinas sibi quinque alias assumat, forte vendatur, ipsis cum hominibus et pecudibus et apparatu reliquo.

15. Verumtamen accusatio illa et crimen adhuc calebat, videbaturque futurum ut non ita multo post aliquis contra illum consurgeret : et maxime ipse indigne ferebat populus, bonum senem, uti dicebant qui viderant, impie adeo periisse lugentes. At sapiens iste Proteus ad hæc omnia videte quid invenerit, et qua ratione effugreit periculum. Progressus enim in Parianorum concionem : jam autem comam alebat, et pallium induerat sordidum, et suspenderat peram, et in manu fustis erat, et tragicum omnino habitum sumserat : sic ergo in conspectum illorum prodiens, permittere se ait ut universa patris sui felicis memoriæ substantia sit publica. Hoc ut populus audivit, homines pauperes et inhiantes largitionibus, statim exclamant, Unus sapientiæ, unus patriæ amator! unus Diogenis et Cratetis æmulus! Inimicis autem os jam obturatum erat, et si quis cædis injicere mentionem conaretur, lapidibus statim petebatur.

16. Iterum ergo in aliud exilium egressus est, satis luculenti viatici instar habens Christianos, quorum satellitio instructus copiis omnibus abundabat. Atque aliquamdiu ita alebatur : deinde migratis etiam illorum legibus (visus enim, puto, fuerat prohibito illis cibo quodam uti), quum non amplius eum admitterent, ad indigentiam redactus, æquum censebat, retractata donatione, a civitate repetere bona sua; datoque libello, recipere illa imperatoris jussu postulabat. Deinde, missis contra ipsum a civitate legatis, frustra fuit, jussusque in his, quæ nemine cogente constituisset, manere.

17. Post hæc tertia ab illo suscepta in Ægyptum peregrinatio ad Agathobulum, ubi admirabilem illam exercitationem suscepit, ut rasa dimidia capitis parte, oblita luto facie, in multo circumstantium populo, fricando pudendo, illud quod indifferens ab istis vocatur, in se ostenderet; deinde vel pulsaret ipse, vel pulsandas ferula nates aliis præberet, aliaque multa vehementiora etiam spectacula ederet.

18. Hinc autem sic instructus navigavit in Italiam, et egressus navi maledicere statim cœpit omnibus, imperatori maxime, quem mitissimum sciret mansuetissimumque : quo majori confidentia ausus est. Parum enim ille, ut par erat, curabat maledicta, neque dignum se censebat, hominem philosophiæ larvam indutum propter verba punire, eum præsertim, qui sibi artem ipsum illud maledicere fe-

δὲ καὶ ἀπὸ τούτων τὰ τῆς δόξης ηὐξάνετο· παρὰ γοῦν τοῖς ἰδιώταις καὶ περίβλεπτος ἦν ἐπὶ τῇ ἀπονοίᾳ, μέχρι δὴ ὁ τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος ἀνὴρ σοφὸς ἀπέπεμψεν αὐτὸν ἀμέτρως ἐντρυφῶντα τῷ πράγματι, εἰπὼν μὴ δεῖσθαι τὴν πόλιν τοιούτου φιλοσόφου. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο κλεινὸν αὐτοῦ καὶ διὰ στόματος ἦν ἅπασιν, ὁ φιλόσοφος διὰ τὴν παρρησίαν καὶ τὴν ἄγαν ἐλευθερίαν ἐξελαθείς· καὶ προσήλαυνε κατὰ τοῦτο τῷ Μουσωνίῳ καὶ Δίωνι καὶ Ἐπικτήτῳ καὶ εἴ τις ἄλλος ἐν περιστάσει τοιαύτῃ ἐγένετο.

19. Οὕτω δὴ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλθὼν ἄρτι μὲν Ἠλείοις ἐλοιδορεῖτο, ἄρτι δὲ τοὺς Ἕλληνας ἔπειθεν ἀντάρασθαι ὅπλα Ῥωμαίοις, ἄρτι δὲ ἄνδρα παιδείᾳ καὶ ἀξιώματι προὔχοντα, διότι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις εὖ ἐποίησε τὴν Ἑλλάδα καὶ ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ καὶ ἔπαυσε δίψει ἀπολλυμένους τοὺς πανηγυριστάς, κακῶς ἠγόρευεν ὡς καταθηλύναντα τοὺς Ἕλληνας, δέον τοὺς θεατὰς τῶν Ὀλυμπίων διακαρτερεῖν διψῶντας καὶ νὴ Δία γε καὶ ἀποθνήσκειν πολλοὺς αὐτῶν ὑπὸ σφοδρῶν τῶν νόσων, αἳ τέως διὰ τὸ ξηρὸν τοῦ χωρίου ἐν πολλῷ τῷ πλήθει ἐπεπόλαζον· καὶ ταῦτα ἔλεγε πίνων τοῦ αὐτοῦ ὕδατος. Ὡς δὲ μικροῦ κατέλευσαν αὐτὸν ἐπιδραμόντες ἅπαντες, τότε μὲν ἐπὶ τὸν Δία καταφυγὼν ὁ γενναῖος εὗρε τὸ μὴ ἀποθανεῖν.

20. Ἐς δὲ τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα λόγον τινὰ διὰ τεττάρων ἐτῶν συνθεὶς τῶν διὰ μέσου ἐξήνεγκε πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἔπαινον ὑπὲρ τοῦ τὸ ὕδωρ ἐπαγαγόντος καὶ ἀπολογίαν ὑπὲρ τῆς τότε φυγῆς. Ἤδη δὲ ἀμελούμενος ὑφ' ἁπάντων καὶ μηκέθ' ὁμοίως περίβλεπτος ὢν — ἕωλα γὰρ ἦν ἅπαντα καὶ οὐδὲν ἔτι καινουργεῖν ἐδύνατο, ἐφ' ὅτῳ ἐκπλήξει τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ θαυμάζειν καὶ πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν ποιήσει, οὗπερ ἐξ ἀρχῆς δριμύν τινα ἔρωτα ἐρῶν ἐτύγχανε — τὸ τελευταῖον τοῦτο τόλμημα ἐβουλεύσατο περὶ τῆς πυρᾶς, καὶ διέδωκε λόγον ἐς τοὺς Ἕλληνας εὐθὺς ἀπ' Ὀλυμπίων τῶν ἔμπροσθεν ὡς ἐς τοὐπιὸν καύσων ἑαυτόν.

21. Καὶ νῦν αὐτὰ ταῦτα θαυματοποιεῖ, ὥς φασι, βόθρον ὀρύττων καὶ ξύλα συγκομίζων καὶ δεινήν τινα τὴν καρτερίαν ὑπισχνούμενος. Ἐχρῆν δέ, οἶμαι, μάλιστα μὲν περιμένειν τὸν θάνατον καὶ μὴ δραπετεύειν ἐκ τοῦ βίου· εἰ δὲ καὶ πάντως διέγνωστό οἱ ἀπαλλάττεσθαι, μὴ πυρὶ μηδὲ τοῖς ἀπὸ τῆς τραγῳδίας τούτοις χρῆσθαι, ἀλλ' ἕτερόν τινα θανάτου τρόπον, μυρίων ὄντων, ἑλόμενον ἀπελθεῖν. Εἰ δὲ καὶ τὸ πῦρ ὡς Ἡράκλειόν τι ἀσπάζεται, τί δή ποτε οὐχὶ κατὰ σιγὴν ἑλόμενος ὄρος εὔδενδρον ἐν ἐκείνῳ ἑαυτὸν ἐνέπρησε μόνος ἕνα τινὰ οἷον Θεαγένη τοῦτον Φιλοκτήτην παραλαβών; ὁ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ τῆς πανηγύρεως πληθούσης μόνον οὐκ ἐπὶ σκηνῆς ὀπτήσει ἑαυτόν, οὐκ ἀνάξιος ὢν μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἴ γε χρὴ καὶ τοὺς πατραλοίας καὶ τοὺς ἀθέους δίκας διδόναι τῶν τολμημάτων· καὶ κατὰ τοῦτο πάνυ ὀψὲ δρᾶν αὐτὸ ἔοικεν, ὃν ἐχρῆν πάλαι ἐς τὸν τοῦ Φαλάριδος ταῦρον ἐμπεσόντα τὴν ἀξίαν ἀποτετικέναι, ἀλλὰ μὴ ἅπαξ χανόντα πρὸς τὴν

cisset. Isti vero etiam inde fama crevit. Apud imperitos enim propter ipsam hanc amentiam erat conspicuus, donec præfectus urbis, vir sapiens, petulanter nimis huic rei indulgentem ejecit, præfatus non indigere urbem tali philosopho. Verum enim hoc quoque celebriorem reddidit ipsum et in ore erat omnium philosophus propter dicendi fiduciam et nimiam libertatem urbe exactus : idque ipsum admovit hominem ad Musonium, et Dionem, et Epictetum, et si quis alius simili conditione fuit.

19. Ita igitur in Græciam quum venisset, jam Eleis maledicebat; jam suadebat Græcis uti arma contra Romanos caperent, jam virum doctrina pariter et dignitate eminentem, quod præter cetera hoc beneficium Græciæ præstiterat, ut aquam perduceret Olympiam, et prohiberet ne porro siti perirent spectatores, maledictis incessebat, velut qui effeminaret Græcos; quum deceret sitim ferre spectatores Olympiorum, quin, ita me Jupiter, perire multos illorum a morbis vehementibus, qui tum propter regionis siccitatem in magna multitudine frequentes erant. Et hæc dicebat bibens ipse de eadem aqua. Quum vero parum abesset quin lapidibus illum, concursu omnium facto, obruerent, tum ad Jovem confugiens vir fortis, mortem evitavit.

20. Olympiade proxima orationem quattuor interjectis annis a se compositam ad Græcos attulit, laudem ejus qui aquam perduxit, et fugæ superioris excusationem. Sed quum jam negligeretur ab omnibus, neque amplius ita conspicuus esset (obsoleta quippe erant omnia, nec novum quicquam poterat proferre, quo percelleret audientes atque admirandum se conspiciendumque redderet, cujus rei ab initio inde vehementer cupidus fuerat), ultimum hoc de rogo facinus meditari cœpit : sparsitque famam inter Græcos a superioribus statim Olympiis, proximis se ludis crematurum se ipsum.

21. Et nunc hæc ipsa portenta agitat, fodienda, ut aiunt, fossa, comportandis lignis, et mirifica quadam fortitudine pollicenda. Oportebat autem, arbitror, primum quidem exspectare mortem, neque aufugere de vita : sin vero omnino mori illi decretum sit, non igne uti, neque tragico illo apparatu, sed alio mortis genere, quum sint sexcenta, delecto discedere. Si vero ignem etiam ut Herculeum quiddam amat, quid tandem non silentio eligens silvosum montem, in illo se cremat solus, uno quodam, velut hoc Theagene, assumto sibi Philocteta? At ille Olympiæ, plena celebritate, tantum non in scena se assabit, non indignus mehercule! siquidem parricidas atque atheos pœnas dare facinorum fas est : et hoc quidem respectu satis illud tarde facere videtur, quem jam olim oportebat Phalaridis tauro inclusum digna dedisse supplicia, sed non, semel hausta ore

φλόγα ἐν ἀκαρεῖ τεθνάναι. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε οἱ πολλοί μοι λέγουσιν, ὡς οὐδεὶς ὀξύτερος ἄλλος θανάτου τρόπος τοῦ διὰ πυρός· ἀνοῖξαι γὰρ δεῖ μόνον τὸ στόμα καὶ αὐτίκα τεθνάναι.

22. Τὸ μέντοι θέαμα ἐπινοεῖται, οἶμαι, ὡς σεμνὸν, ἐν ἱερῷ χωρίῳ καόμενος ἄνθρωπος, ἔνθα μηδὲ θάπτειν ὅσιον τοὺς ἄλλους ἀποθνήσκοντας. Ἀκούετε δὲ, οἶμαι, ὡς καὶ πάλαι θέλων τις ἔνδοξος γενέσθαι, ἐπεὶ κατ' ἄλλον τρόπον οὐκ εἶχεν ἐπιτυχεῖν τούτου, ἐνέπρησε τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος τὸν νεών. Τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸς ἐπινοεῖ, τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ.

23. Καίτοι φησὶν ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων αὐτὸ δρᾷ, ὡς διδάξειεν αὐτοὺς θανάτου καταφρονεῖν καὶ ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς. Ἐγὼ δὲ ἡδέως ἂν ἐροίμην οὐκ ἐκεῖνον ἀλλ' ὑμᾶς, εἰ καὶ τοὺς κακούργους βούλοισθε ἂν μαθητὰς αὐτοῦ γενέσθαι τῆς καρτερίας ταύτης καὶ καταφρονεῖν θανάτου καὶ καύσεως καὶ τῶν τοιούτων δειμάτων. Ἀλλ' οὐκ ἂν εὖ οἶδ' ὅτι βουληθείητε. Πῶς οὖν ὁ Πρωτεὺς τοῦτο διακρινεῖ καὶ τοὺς μὲν χρηστοὺς ὠφελήσει, τοὺς δὲ πονηροὺς οὐ φιλοκινδυνοτέρους καὶ τολμηροτέρους ἀποφανεῖ;

24. Καίτοι δυνατὸν ἔστω ἐς τοῦτο μόνους ἀπαντήσεσθαι τοὺς πρὸς τὸ ὠφέλιμον ὀψομένους τὸ πρᾶγμα. Ὑμᾶς δ' οὖν αὖθις ἐρήσομαι, δέξαισθ' ἂν τοὺς παῖδας ὑμῶν ζηλωτὰς τοῦ τοιούτου γενέσθαι; οὐκ ἂν εἴποιτε. Καίτοι τί τοῦτο ἠρόμην, ὅπου μηδ' αὐτῶν τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ζηλώσειεν ἄν; τὸν οὖν Θεαγένη τοῦτο μάλιστα αἰτιάσαιτο ἄν τις, ὅτι τἆλλα ζηλῶν τἀνδρὸς οὐχ ἕπεται τῷ διδασκάλῳ καὶ συνοδεύει παρὰ τὸν Ἡρακλέα, ὥς φησιν, ἀπιόντι, δυνάμενος ἐν βραχεῖ πανευδαίμων γενέσθαι συνεμπεσὼν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ πῦρ· οὐ γὰρ ἐν πήρᾳ καὶ βάκτρῳ καὶ τρίβωνι ὁ ζῆλος, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀσφαλῆ καὶ ῥᾴδια καὶ παντὸς ἂν εἴη, τὸ τέλος δὲ καὶ τὸ κεφάλαιον χρὴ ζηλοῦν καὶ πυρὰν συνθέντα κορμῶν συκίνων ὡς ἔνι μάλιστα χλωρῶν ἐναποπνιγῆναι τῷ καπνῷ· τὸ πῦρ γὰρ αὐτὸ οὐ μόνον Ἡρακλέους καὶ Ἀσκληπιοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱεροσύλων καὶ ἀνδροφόνων, οὓς ὁρᾶν ἔστιν ἐκ καταδίκης αὐτὸ πάσχοντας. Ὥστε ἄμεινον τὸ διὰ τοῦ καπνοῦ· ἴδιον γὰρ καὶ ὑμῶν μόνων ἂν γένοιτο.

25. Ἄλλως τε ὁ μὲν Ἡρακλῆς, εἴπερ ἄρα καὶ ἐτόλμησέ τι τοιοῦτον, ὑπὸ νόσου αὐτὸ ἔδρασεν ὑπὸ τοῦ Κενταυρείου αἵματος, ὥς φησιν ἡ τραγῳδία, κατεσθιόμενος. Οὗτος δὲ τίνος αἰτίας ἕνεκεν ἐμβάλλει φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ; νὴ Δί', ὅπως τὴν καρτερίαν ἐπιδείξηται καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες· ἐκείνοις γὰρ αὐτὸν ἠξίου Θεαγένης εἰκάζειν, ὥσπερ οὐκ ἐνὸν εἶναί τινας καὶ ἐν Ἰνδοῖς μωροὺς καὶ κενοδόξους ἀνθρώπους. Ὅμως δ' οὖν κἂν ἐκείνους μιμείσθω· ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης ἰδὼν Κάλανον καόμενόν φησιν, ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι, πλησίον παραστάντες ἀκίνητοι ἀνέχονται παροπτώμενοι, εἶτ' ἐπιβάντες κατὰ σχῆμα κάονται οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐκτρέ-

flamma, momento uno mori. Nam rursus hoc quoque multi mihi dicunt, non esse aliud celerius igni genus mortis: os enim modo aperiendum, ut statim moriaris.

22. Verum ideo, puto, hoc excogitat spectaculum, quasi magnificum sit homo in loco sacro combustus, ubi ne condere quidem alios mortuos per religionem licet. Sed audistis, puto, etiam olim aliquem, qui nobilis cuperet fieri, quum aliam ejus rei consequendæ rationem non haberet, Ephesiæ Dianæ ædem incendisse. Tale quid et iste excogitat: tantus illum famæ amor insedit.

23. Quanquam dicit se hominum gratia hoc facere, ut mortem contemnere illos doceat et terribilia sustinere. Ego vero lubens interrogaverim non illum, sed vos, num maleficos etiam velitis imitatores illius fortitudinis fieri, et mortis contemnendæ, et vivicomburii, et terrorum similium. Verum minime, bene novi, vos hoc velitis. Quomodo ergo discernet illud Proteus, ut juvet quidem bonos, malos vero non amantiores periculorum et audaciores faciat?

24. Quanquam ponamus fieri posse, huc ut soli veniant, qui cum publica utilitate rem visuri sint. At ego vos rursus interrogabo, Velitisne vestros liberos imitatores hujusmodi actionis fieri? Non sane dixeritis. Quanquam quid hoc interrogavi, quum neque discipulorum ipsius quisquam hoc sit imitaturus? Ac Theagenem istud potissimum accuset aliquis, quod cetera viri imitatus, non sequatur hac parte magistrum, et ad Herculem, ut ait, abeunti se adjungat comitem, quum possit brevi tempore beatus undique fieri, modo præceps in ignem se dejiciat. Neque enim in pera et baculo et pallio æmulatio inest; secura ista, facilia, et uniuscujusque fuerint: at finem et caput æmulari oportet, et rogo e ficulneis codicibus quantum potest viridibus composito, suffocandum se fumo præbere: nam ignis ipse non Herculis modo est et Æsculapii, sed sacrilegorum etiam et homicidarum, quos videre licet judicio damnatos istuc pati. Quare fumo melius est: proprium enim hoc et vestrum unice fuerit.

25. Alioquin ipse Hercules, si quidem tale quiddam ausus est, morbo impulsus fecit, quum a Centauri sanguine, ut ait tragœdia, exederetur. At hic cujus rei causa in ignem se conjicit? Per Jovem! ut patientiam suam ostendat, sicuti Brachmanes: nam illis eum Theagenes comparandum judicavit, quasi non possent in India quoque esse stulti quidam et inanis gloriæ cupidi homines. Attamen esto, vel hosce æmuletur: illi enim non insiliunt in ignem, ut Onesicritus narrat Alexandri gubernator, qui ardentem vidit Calanum, sed rogo exstructo prope astantes immoti ustulari se patiuntur; tum conscenso rogo, servato eodem habitu cremantur,

ψαντες τῆς κατακλίσεως. Οὗτος δὲ τί μέγα, εἰ ἐμπεσὼν τεθνήξεται συναρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ πυρός; οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσεσθαι αὐτὸν καὶ ἡμίφλεκτον, εἰ μή, ὅπερ φασὶ, μηχανήσεται βαθεῖαν γενέσθαι καὶ ἐν βόθρῳ τὴν πυράν.

26. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ μεταβάλλεσθαί φασιν αὐτὸν καί τινα ὀνείρατα διηγεῖσθαι, ὡς τοῦ Διὸς οὐκ ἐῶντος μιαίνειν ἱερὸν χωρίον. Ἀλλὰ θαρρείτω τούτου γε ἕνεκα· ἐγὼ γὰρ διομοσαίμην ἂν ἦ μὴν μηδένα τῶν θεῶν ἀγανακτήσειν, εἰ Περεγρῖνος κακὸς κακῶς ἀποθάνοι. Οὐ μὴν οὐδὲ ῥᾴδιον αὐτῷ ἔτ' ἀναδῦναι· οἱ γὰρ συνόντες κύνες παρορμῶσι καὶ συνωθοῦσιν ἐς τὸ πῦρ καὶ ὑπεκκάουσι τὴν γνώμην οὐκ ἐῶντες ἀποδειλιᾶν, ὧν εἰ δύο συγκατασπάσας ἐμπέσοι εἰς τὴν πυράν, τοῦτο μόνον χάριεν ἂν ἐργάσαιτο.

27. Ἤκουον δὲ ὡς οὐδὲ Πρωτεὺς ἔτι καλεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀλλὰ Φοίνικα μετωνόμασεν ἑαυτόν, ὅτι καὶ φοῖνιξ τὸ Ἰνδικὸν ὄρνεον ἐπιβαίνειν πυρᾶς λέγεται πορρωτάτω γήρως προβεβηκώς. Ἀλλὰ καὶ λογοποιεῖ καὶ χρησμούς τινας διέξεισι παλαιοὺς δή, ὡς χρεὼν εἶναι δαίμονα νυκτοφύλακα γενέσθαι αὐτόν, καὶ δῆλός ἐστι βωμῶν ἤδη ἐπιθυμῶν καὶ χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων.

28. Καὶ μὰ Δία οὐδὲν ἀπεικὸς ἐν τοῖς πολλοῖς τοῖς ἀνοήτοις εὑρεθήσεσθαί τινας τοὺς καὶ τεταρταίων ἀπηλλάχθαι δι' αὐτοῦ φήσοντας καὶ νύκτωρ ἐντετυχηκέναι τῷ δαίμονι τῷ νυκτοφύλακι. Οἱ κατάρατοι δὲ οὗτοι μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ χρηστήριον, οἶμαι, καὶ ἄδυτον ἐπὶ τῇ πυρᾷ μηχανήσονται, διότι καὶ Πρωτεὺς ἐκεῖνος ὁ Διὸς, ὁ προπάτωρ τοῦ ὀνόματος, μαντικὸς ἦν. Μαρτύρομαι δὲ ἦ μὴν καὶ ἱερέας αὐτοῦ ἀποδειχθήσεσθαι μαστίγων ἢ καυτηρίων ἤ τινος τοιαύτης τερατουργίας, ἢ καὶ νὴ Δία τελετήν τινα ἐπ' αὐτῷ στήσεσθαι νυκτέριον καὶ δᾳδουχίαν ἐπὶ τῇ πυρᾷ.

29. Θεαγένης δὲ ἔναγχος, ὥς μοί τις τῶν ἑταίρων ἀπήγγειλε, καὶ Σίβυλλαν ἔφη προειρηκέναι περὶ τούτων· καὶ τὰ ἔπη γὰρ ἀπεμνημόνευεν·

Ἀλλ' ὁπόταν Πρωτεὺς Κυνικῶν ὄχ' ἄριστος ἁπάντων
Ζηνὸς ἐριγδούπου τέμενος κάτα πῦρ ἀνακαύσας
ἐς φλόγα πηδήσας ἔλθῃ ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
δὴ τότε πάντας ὁμῶς, οἳ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσι,
νυκτιπόλον τιμᾶν κέλομαι ἥρωα μέγιστον
σύνθρονον Ἡφαίστῳ καὶ Ἡρακλῆϊ ἄνακτι.

Ταῦτα μὲν Θεαγένης Σιβύλλης ἀκηκοέναι φησίν.

30. Ἐγὼ δὲ Βάκιδος αὐτῷ χρησμὸν ὑπὲρ τούτων ἐρῶ· φησὶ δὲ ὁ Βάκις οὕτω σφόδρα εὖ ἐπειπών,

Ἀλλ' ὁπόταν Κυνικὸς πολυώνυμος ἐς φλόγα πολλὴν
πηδήσῃ δόξης ὑπ' ἐρινύϊ θυμὸν ὀρινθείς,
δὴ τότε τοὺς ἄλλους κυναλώπεκας, οἵ οἱ ἕπονται,
μιμεῖσθαι χρὴ πότμον ἀποιχομένοιο λύκοιο.
Ὃς δέ κε δειλὸς ἐὼν φεύγῃ μένος Ἡφαίστοιο,
λάεσσιν βαλέειν τοῦτον τάχα πάντας Ἀχαιούς,
ὡς μὴ ψυχρὸς ἐὼν θερμηγορέειν ἐπιχειρῇ
χρυσῷ σαξάμενος πήρην μάλα πολλὰ δανείζων,
ἐν καλαῖς Πάτραισιν ἔχων τρὶς πέντε τάλαντα.

ne paullum quidem immutantes de suo decubitu. Iste vero quid magnum, si injectus statim morietur, ubi correptus ab igne fuerit? Neque illud non licet sperare, futurum ut resiliat semiustulatus, nisi illud machinetur, quod facere illum aiunt, ut profundus fiat atque in fossa rogus.

26. Sunt autem qui dicant illum mutare velle sententiam, et somnia enarrare quædam, quasi non sinat Jupiter locum sacrum pollui. Sed bono potest esse animo, ad hoc quidem quod attinet: ego enim jusjurandum dare paratus sum, deorum indignaturum esse neminem, si Peregrinus malus mala morte pereat. Quin jam nec facile est illi refugere: nam qui cum illo sunt canes, incitant hominem, et una in ignem contrudunt, et animum illius subinde incendunt, nec metu resilire illum patiuntur: quorum si duobus secum detractis in ignem incidat, hoc solum lepidum opus fecerit.

27. Audio vero illum nec Proteum vocari velle amplius, sed Phœnicis nomen pro suo sibi ascivisse, quod etiam phœnix, Indica avis, ingredi rogum dicitur, ubi ad extremam senectutem provecta est. Verum etiam rumores spargit, et oracula quædam narrat, vetusta scilicet, in fatis esse ut noctis custos genius ipse fiat; ac manifestum est jam altaria illum concupiscere, et futurum sperare uti stet aureus.

28. Neque vero, per Jovem, abhorret in magna dementium multitudine inventum iri qui quartana se per ipsum liberatos dicant, et noctu sibi occurrisse noctis illum custodem genium. Exsecrabiles autem isti illius discipuli etiam oraculum, puto, et adytum in rogo illius machinabuntur, propterea quod Proteus etiam, Jovis ille filius, primus hujus nominis auctor, vates fuit. Testor autem sacerdotes quoque illius constitutum iri flagrorum, aut ustulationum, aut prodigiosarum id genus actionum: vel, per Jovem, mysteria quædam in illius honorem institutum iri nocturna, et facum gestationem circa rogum.

29. Theagenes autem nuper, ut renunciavit mihi aliquis sodalium, etiam Sibyllam dixit de hisce rebus aliquid prædixisse: nempe versus etiam recitabat:

Ast ubi jam Proteus, Cynicorum maximus unus,
ad Jovis altisoni succensis ignibus ædem
in flammam insiliens, altum conscendet Olympum,
tunc una quotquot vescuntur munere terræ,
noctivagum jubeo venerari heroa, potentem,
Herculeoque, tuoque throno, Vulcane, sedentem.

Hæc igitur a Sibylla se accepisse ait Theagenes.

30. At ego Bacidis illi de hisce rebus oraculum dicam. Ait autem Bacis ita præclare adjiciens istis:

Ast ubi jam vario Cynicus cum nomine flammam
insiliet, furiis agitatus pectore famæ·
MERC. Maxima, per Jovem, mi Hercules, et pulcherrima omnium : e longinquo jam pulchritudo illius exsplendescit. Et fluvius aliquis præterfluit maximus, quasi radens ipsam.

HERC. Hebrus hic est : urbs autem Philippi illius opus. Et nos jam terræ vicini, atque infra nubes : inscendamus ergo, quod felix faustumque sit.

26. MERC. Sic fiat! Quid vero jam faciendum? quomodo vestigandæ sunt illæ bestiæ?

HERC. Illæ tuæ jam, Mercuri, partes sunt : nam præco es; præconium igitur facito ocyus.

MERC. Hic nihil difficultatis. Verum nomina illorum non novi. Tu igitur, Philosophia, dic qui nominandi sint, et signa insuper.

PHIL. Neque ego satis certo, quomodo nominentur, scio, quippe minime cum illis versata. Sed ob habendi eorum libidinem non peccaveris, si Ctesones (*Habeones*), et Ctesippos (*Habiequos*), aut Ctesicles (*Habiglorios*), aut Euctemonas (*Benihabios*), aut Polyctetos (*Multihabios*) advoces.

27. MERC. Bene mones. Verum qui sunt isti? aut quid ipsi quoque circumspiciunt? Quin accedunt etiam, et interrogare aliquid volunt.

VIRI. Numquid nobis, viri, dicere potestis, aut tu, optima, si quos præstigiatores tres una vidistis, et mulierem ad cutem Laconico more detonsam, virili vultu et plane viraginem?

PHIL. Hem! eadem quæ nos isti quærunt.

VIRI. Quomodo eadem quæ vos? fugitivi enim isti omnes. Nos vero mulierem maxime persequimur, plagio ab istis abductam.

MERC. Scietis quo nomine illos quærainus : jam vero

Τὸ νῦν δὲ ἅμα κηρύττωμεν. Εἴ τις ἀνδράποδον Παφλαγονικὸν τῶν ἀπὸ Σινώπης βαρβάρων, ὄνομα τοιοῦτον οἷον ἀπὸ κτημάτων, ὕπωχρον, ἐν χρῷ κουρίαν, ἐν γενείῳ βαθεῖ, πήραν ἐξημμένον καὶ τριβώνιον ἀμπεχόμενον, ὀργίλον, ἄμουσον, τραχύφωνον, λοίδορον, μηνύειν ἐπὶ ῥητῷ αὐτονόμῳ.

28. ΔΕΣΠΟΤΗΣ. Οὐ νοῶ, οὗτος, ὃ κηρύττεις· ὡς ἐκείνῳ γε ὄνομα ἦν παρ' ἐμοὶ Κάνθαρος, καὶ ἐκόμα δὲ καὶ τὸ γένειον ἔτιλλετο καὶ τέχνην τὴν ἐμὴν ἠπίστατο· ἀπέκειρε γὰρ ἐν τῷ γναφείῳ καθήμενος ὁπόσον περιττὸν τοῖς ἱματίοις τῶν κροκύδων ἐπανθεῖ.

ΦΙΛ. Ἐκεῖνος αὐτός ἐστιν, ὁ οἰκέτης ὁ σὸς, ἀλλὰ νῦν φιλοσόφῳ ἔοικεν ἀκριβῶς ἑαυτὸν ἐπιγνάψας.

ΔΕΣΠ. Ὢ τῆς τόλμης, ὁ Κάνθαρος φιλοσοφεῖ, φησίν, ἡμῶν δὲ οὐδεὶς λόγος.

ΑΝΔ. Ἀμέλει ἅπαντας ἀνευρήσομεν· ξυνίησι γὰρ, ὥς φησιν, αὕτη.

29. ΦΙΛ. Τίς δ' οὗτος ἄλλος ὁ προσιὼν ἐστιν, ὦ Ἡράκλεις, ὁ καλὸς, ὁ τὴν κιθάραν;

ΗΡΑΚ. Ὀρφεύς ἐστι, σύμπλους ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς ἐμὸς, ἥδιστος κελευστῶν ἁπάντων· πρὸς γοῦν τὴν ᾠδὴν αὐτοῦ ἥκιστα ἐκάμνομεν ἐρέττοντες. Χαῖρε, ὦ ἄριστε καὶ μουσικώτατε Ὀρφεῦ· οὐκ ἐπιλέλησαι γάρ που Ἡρακλέους.

ΟΡΦΕΥΣ. Νηδὶ καὶ ὑμεῖς γε, ὦ Φιλοσοφία καὶ Ἡράκλεις καὶ Ἑρμῆ. Ἀλλὰ καιρὸς ἀποδιδόναι τὰ μήνυτρα· ὡς ἔγωγε πάνυ σαφῶς ὃν ζητεῖτε οἶδα.

ΕΡΜ. Οὐκοῦν δεῖξον, ὦ παῖ Καλλιόπης, ἔνθα ἐστί· χρυσίου γὰρ οὐδὲν, οἶμαι, δέῃ σοφὸς ὤν.

ΟΡΦ. Εὖ φῄς. Ἐγὼ δὲ τὴν μὲν οἰκίαν δείξαιμ' ἂν ὑμῖν ἔνθα οἰκεῖ, αὐτὸν δὲ οὐκ ἄν, ὡς μὴ κακῶς ἀκούοιμι πρὸς αὐτοῦ· μιαρὸς γὰρ ἐς ὑπερβολὴν καὶ τοῦτο μόνον ἐκμεμελέτηκε.

ΕΡΜ. Δεῖξον μόνον.

ΟΡΦ. Αὕτη πλησίον. Ἐγὼ δὲ ἄπειμι ὑμῖν ἐκποδὼν, ὡς μηδ' ἴδοιμι αὐτόν.

30. ΕΡΜ. Ἐπίσχες. Οὐ γυναικὸς φωνὴ ῥαψῳδούσης τι τῶν Ὁμήρου;

ΦΙΛ. Νὴ Δί'· ἀλλ' ἀκούσωμεν ὅ τι καὶ λέγει.

ΔΡΑΠΕΤΙΣ. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλησιν,
ὃς χρυσὸν φιλέει μὲν ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

ΕΡΜ. Οὐκοῦν τὸν Κάνθαρόν σοι μισητέον, ὃς

ξεινοδόκον κακὰ ῥέξεν, ὅ κεν φιλότητα παράσχῃ.

ΥΠΟΔΟΧΕΥΣ. Περὶ ἐμοῦ τοῦτο τὸ ἔπος, οὗ τὴν γυναῖκα ᾤχετο ἀπάγων, διότι αὐτὸν ὑπεδεξάμην.

ΔΡΑΠ. Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο,
οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,
Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε, κακῶν πανάριστε κολοιῶν
μὰψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον, ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν.

ΔΕΣΠ. Εἰκότως τοῦ καταράτου τὰ ἔπη.

ΔΡΑΠ. Πρόσθε κύων, ὄπιθεν δὲ λέων, μέσση δὲ χίμαιρα
δεινὸν ἀποπνείουσα τρίτου κυνὸς ἀγρίου ὁρμήν.

simul faciamus præconium : Si quis mancipium Paphlagonicum, de Sinopensibus barbaris, nomine tali quod ab habendo ductum est, suppallidum, ad cutem detonsum, barba prolixa, peram suspensam gerens, et palliolo indutum, iracundum, indoctum, aspera voce, maledicum, indicare conditione quam ipse dixerit, voluerit; accedat!

28. DOMINUS. Non intelligo equidem, mi homo, quid sibi velit tuum præconium : nam isti nomen apud me fuit Cantharo, et comam alebat, et vellebat mentum, meamque artem sciebat, qui desidens in fullonia officina detonderet quicquid superfluorum floccorum eminet in vestibus.

PHIL. Ille ipse tuus est servus : at nunc philosopho est similis, quum ipse fullonia se arte concinnaverit.

DOM. Vah audaciam! Cantharus philosophatur, ait hæc, nostri autem nulla ratio!

VIR. Noli curare, inveniemus omnes : intelligit enim ista, quantum dicit.

29. PHIL. Sed quis est, Hercules, ille alter accedens, pulcher ille cum lyra?

HERC. Orpheus est, qui mecum navigavit in Argo, hortator omnium suavissimus; ad cujus cantum minime fatigabamur remigio. Salve, Orpheu optime et cantus peritissime; nempe non oblitus es Herculis.

ORPHEUS. Sane vos quoque, Philosophia, et Hercules, et Mercuri. Sed debetis mihi indicium; quippe præclare ego, quem quæritis, novi.

MERC. Ergo ostende nobis, fili Calliopes, ubi sit : auro enim, puto, nihil opus habes, qui sis vir sapiens.

ORPH. Recte istuc dicis. At ego domum quidem vobis ubi habitat, ostendero; non ipsum, ne male ab illo audiam : impurus enim ultra modum est et in hoc solum se exercuit.

MERC. Ostende modo.

ORPH. Hæc proxima! Verum ego e vestigio abeo, ut illum nec videam.

30. MERC. Attende! nonne mulieris hæc vox est, Homeri versiculos recitantis?

PHIL. Sic est, per Jovem. Sed audiamus quid dicat.

FUGITIVA. Hostis enim ille mihi velut atri limina Ditis
pectore quisquis amat nummos, sed idem negat ore.

MERC. Ergo Cantharum odisse debes,

Cui læsu'st hospes, qui se præstabat amicum.

HOSPES. De me hic versus, cujus muliere abducta fugit quod ipsum domi meæ receperam.

FUG. Vah vinose, canisque oculos, et pectora cerve,
expers consilii, numeri nullius in armis,
Thersites nugax, in pravis optima pica,
regibus infestus temere sine more modoque.

DOM. Merito in exsecrandum hominem illi versus!

FUG. Prima canis, capra est media, atque in fine leæna
exhalans rabiem catuli, qui tertia pars est.

31. ΥΠΟΔ. Οἴμοι, γύναι, ὅσα πέπονθας ὑπὸ κυνῶν τοσούτων. Φασὶ δ' αὐτὴν καὶ κυεῖν ἀπ' αὐτῶν.

ΕΡΜ. Θάρρει, Κέρβερόν τινα τέξεταί σοι ἢ Γηρυόνην, ὡς ἔχοι ὁ Ἡρακλῆς οὗτος αὖθις πόνον. Ἀλλὰ καὶ προΐασιν, ὥστε οὐδὲν δεῖ κόπτειν τὴν θύραν.

ΔΕΣΠ. Ἔχω σε, ὦ Κάνθαρε. Νῦν σιωπᾷς; Φέρ' ἴδωμεν ἅτινά σοι ἡ πήρα ἔχει, θέρμους ἴσως ἢ ἄρτου τρύφος.

ΕΡΜ. Οὐ μὰ Δί', ἀλλὰ ζώνην χρυσίου.

ΗΡΑΚ. Μὴ θαυμάσῃς· Κυνικὸς γὰρ ἔφασκεν εἶναι τὸ πρόσθεν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, ἐνταῦθα δὲ Χρυσίππειος ἀκριβῶς ἐστι. Τοιγαροῦν Κλεάνθην οὐκ εἰς μακρὰν αὐτὸν ὄψει· κρεμήσεται γὰρ ἀπὸ τοῦ πώγωνος οὕτω μιαρὸς ὤν.

32. ΔΕΣΠ. Σὺ δέ, ὦ κακέ, οὐ Ληκυθίων οὑμὸς δραπέτης τυγχάνεις ὤν; οὐ μὲν οὖν ἄλλος. Ὦ τοῦ γέλωτος. Εἶτα τί οὐκ ἂν γένοιτο; καὶ Ληκυθίων φιλοσοφεῖ;

ΕΡΜ. Ὁ τρίτος δὲ οὗτος ἀδέσποτος ὑμῖν ἐστιν;

ΔΕΣΠ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ὁ δεσπότης ἐγὼ ἑκὼν ἀφίημι αὐτὸν ἀπολωλέναι.

ΕΡΜ. Ὅτι τί;

ΔΕΣΠ. Ὅτι δεινῶς τῶν ὑποσάθρων ἐστί. Τὸ δ' ὄνομα Μυρόπνουν αὐτὸν ἐκαλοῦμεν.

ΕΡΜ. Ἡράκλεις ἀλεξίκακε, ἀκούεις; ἔπειτα πήρα καὶ βάκτρον. Καὶ αὐτὸς ἀπόλαβε τὴν γυναῖκα σύ.

ΥΠΟΔ. Μηδαμῶς, οὐκ ἂν ἀπολάβοιμι βιβλίον μοι τῶν παλαιῶν κυοῦσαν.

ΕΡΜ. Πῶς βιβλίον;

ΥΠΟΔ. Ἔστι τι, ὦγαθέ, Τρικάρανος βιβλίον.

ΕΡΜ. Οὐδὲν ἄτοπον, ἐπεὶ καὶ Τριφάλης ὁ τῶν κωμικῶν εἷς.

33. ΔΕΣΠ. Σόν, ὦ Ἑρμῆ, δικάζειν τὸ μετὰ τοῦτο.

ΕΡΜ. Οὕτω μοι δοκεῖ, ταύτην μέν, ἵνα μηδὲν τέρας μηδὲ πολυκέφαλον τέκῃ, οἴχεσθαι παρὰ τὸν ἄνδρα ὀπίσω ἐς τὴν Ἑλλάδα, τὼ δύο δὲ τούτω δραπετίσκω παραδοθέντε τοῖν δεσπόταιν μανθάνειν ἃ πρὸ τοῦ, τὸν μὲν ἀποπλύνειν τὰς ῥυπώσας τῶν ὀθονῶν τὸν Ληκυθίωνα, τὸν Μυρόπνουν δὲ αὖθις ἀκεῖσθαι τῶν ἱματίων τὰ διερρωγότα, μαλάχῃ γε πρότερον μαστιγωθέντα, ἔπειτα καὶ τοῦτον παραδοθῆναι τοῖς πιττωταῖς, ὡς ἀπόλοιτο παρατιλλόμενος τὰ πρῶτα, ῥυπώσῃ προσέτι καὶ γυναικείᾳ τῇ πίττῃ, εἶτα ἐς τὸν Αἷμον ἀναχθέντα γυμνὸν ἐπὶ τῆς χιόνος μένειν συμπεποδισμένον τὼ πόδε.

ΔΡΑΠ. Φεῦ τῶν κακῶν, φεῦ τῶν κακῶν, ὀτοτοῖ, παπαῖ παπαιάξ.

ΔΕΣΠ. Τί τοῦτο παρεντίθης τῶν τραγικῶν σὺ διαλόγων; ἀλλ' ἀκολούθει παρὰ τοὺς πιττωτὰς ἤδη, ἀποδυσάμενός γε πρότερον τὴν λεοντῆν, ὡς γνωσθῇς ὄνος ὤν.

---

31. HOSP. Hei mihi, mulier, quantum a tot canibus perpessa es! Aiunt illam etiam uterum ab istis ferre.

MERC. Bono animo esto: Cerberum tibi quendam pariet vel Geryonem, novum ut laborem rursus habeat hic Hercules. Verum prodeunt etiam; itaque nihil opus est ut pulsetur janua.

DOM. Teneo te, Canthare! Nunc taces? Age videamus quid habeat tibi pera; lupinos forte aut panis frustum.

MERC. Non, ita me Jupiter: sed zonam auri.

HERC. Noli admirari: Cynicum enim ante se ferebat in Græcia, hic vero Chrysippeus [*aurum vehens*] ex asse est. Itaque Cleanthen non ita multo post videbis: pendebit enim a barba homo ita impurus.

32. DOM. Tu vero, pessime, nonne Lecythio es, meus fugitivus? Non sane alius. Hem risum! Quid postea non fiet? etiam philosophatur Lecythio?

MERC. At tertius ille vobis sine domino est?

DOM. Minime vero: sed ego dominus lubens illum manu, ut pereat, emitto.

MERC. Qui sic?

DOM. Quia de genere plane supparato est. Nomen autem ipsi dixeramus Myropnun [*Unguentolentem*].

MERC. Depulsor malorum Hercules, audin'? deinde pera et baculus! Tu quoque tuam tibi uxorem recipe.

HOSP. Minime vero! non sane receperim quæ librum mihi de antiquis unum ferre utero videatur.

MERC. Quomodo librum?

HOSP. Est liber aliquis, o bone, Tricaranus [*Triceps*].

MERC. Non est mirum, quum etiam Triphales sit comicorum libellorum unus.

33. DOM. Tuum exinde est, Mercuri, judicare.

MERC. Sic mihi placet, istam, ne quod prodigium aut multiceps pariat, abire retro ad virum in Græciam: duos autem hosce amabiles fugitivos dominis suis redditos, discere quæ olim, alterum sordida lintea eluere, Lecythionem; Myropnun vero, malva prius verberatum, sarcire rursus vestes laceras; deinde istum quoque tradi depilatoribus, ut pereat primum vellendus, insuper vero pice sordida ac feminea: tum nudus abducatur in Hæmum, ibique constrictis pedibus maneat in nive.

FUG. Hei malorum, hei malorum! væ væ, hei hei, oh oh!

DOM. Quid hoc interponis de tragicis tu sermonibus? Imo sequere jam ad depilatores, leonina prius pelle detracta, ut asinus agnoscaris.

LXX.

1.

ΤΑ ΠΡΟΣ ΚΡΟΝΟΝ.

1. ΙΕΡΕΥΣ. Ὦ Κρόνε, σὺ γὰρ ἔοικας ἄρχειν τό γε νῦν εἶναι καὶ σοὶ τέθυται καὶ κεκαλλιέρηται παρ' ἡμῶν, τί ἂν μάλιστα ἐπὶ τῶν ἱερῶν αἰτήσας λάβοιμι παρὰ σοῦ;

ΚΡΟΝΟΣ. Τοῦτο μὲν αὐτόν σε καλῶς ἔχει ἐσκέφθαι ὅ τι σοι εὐκταῖον, εἰ μὴ καὶ μάντιν ἅμα ἐθέλεις εἶναι τὸν ἄρχοντα, εἰδέναι τί σοι ἥδιον αἰτεῖν· ἐγὼ δὲ τά γε δυνατὰ οὐκ ἀνανεύσω πρὸς τὴν εὐχήν.

ΙΕΡ. Ἀλλὰ πάλαι ἔσκεμμαι· ἐρῶ γὰρ τὰ κοινὰ ταυτὶ καὶ πρόχειρα, πλοῦτον καὶ χρυσὸν πολὺν καὶ ἀγρῶν δεσπότης εἶναι καὶ ἀνδράποδα πολλὰ κεκτῆσθαι καὶ ἐσθῆτας εὐανθεῖς καὶ μαλακὰς καὶ ἄργυρον καὶ ἐλέφαντα καὶ τἄλλα ὁπόσα τίμια. Τούτων οὖν, ὦ ἄριστε Κρόνε, δίδου μοι, ὥς τι καὶ αὐτὸν ἀπολαῦσαι τῆς σῆς ἀρχῆς μηδὲ ἄμοιρον εἶναι μόνον αὐτὸν διὰ παντὸς τοῦ βίου.

2. ΚΡΟΝ. Ὁρᾷς; οὐ κατ' ἐμὲ τοῦτο ᾔτησας· οὐ γὰρ ἐμὸν διανέμειν τὰ τοιαῦτα. Ὥστε μὴ ἄχθου, εἰ ἀτυχήσειας αὐτῶν, ἀλλ' αἴτει παρὰ τοῦ Διός, ὁπόταν εἰς ἐκεῖνον ἡ ἀρχὴ περιέλθῃ μετ' ὀλίγον. Ἐγὼ δ' ἐπὶ ῥητοῖς παραλαμβάνω τὴν δυναστείαν· ἑπτὰ μὲν ἡμερῶν ἡ πᾶσα βασιλεία, καὶ ἢν ἐκπρόθεσμος τούτων γένωμαι, ἰδιώτης εὐθύς εἰμι καὶ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς· ἐν αὐταῖς δὲ ταῖς ἑπτὰ σπουδαῖον μὲν οὐδὲν οὐδὲ ἀγοραῖον διοικήσασθαί μοι συγκεχώρηται, πίνειν δὲ καὶ μεθύειν καὶ βοᾶν καὶ παίζειν καὶ κυβεύειν καὶ ἄρχοντας καθίστασθαι καὶ τοὺς οἰκέτας εὐωχεῖν καὶ γυμνὸν ᾄδειν καὶ κροτεῖν ὑποτρέμοντα, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐς ὕδωρ ψυχρὸν ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι ἀσβόλῳ κεχρισμένον τὸ πρόσωπον, ταῦτα ἐφεῖταί μοι ποιεῖν. Τὰ μεγάλα δὲ ἐκεῖνα, τὸν πλοῦτον καὶ τὸ χρυσίον, ὁ Ζεὺς διαδίδωσιν οἷς ἂν ἐθέλῃ.

3. ΙΕΡ. Ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνος, ὦ Κρόνε, ῥᾳδίως καὶ προχείρως. Ἐγὼ γοῦν ἤδη ἀπηγόρευκα αἰτῶν μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὁ δ' οὐκ ἐπαΐει τὸ παράπαν, ἀλλὰ τὴν αἰγίδα ἐπισείων καὶ τὸν κεραυνὸν ἐπανατεινόμενος δριμὺ ἐνορῶν ἐκπλήττει τοὺς ἐνοχλοῦντας· ἢν δέ ποτε καὶ ἐπινεύσῃ τινὶ καὶ πλούσιον ποιῇ, πολὺ τὸ ἄκριτον ἐνταῦθα, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἐνίοτε καὶ συνετοὺς ἀφεὶς, ὁ δὲ παμπονήροις τε καὶ ἀνοήτοις ἀνδράσι περιχεῖ τὸν πλοῦτον, μαστιγίαις ἢ ἀνδρογύνοις τοῖς πλείστοις αὐτῶν. Πλὴν τά γε σοὶ δυνατὰ ἐθέλω εἰδέναι τίνα ταῦτά ἐστιν.

4. ΚΡΟΝ. Οὐ μικρὰ ὅλως οὐδὲ παντάπασιν εὐκαταφρόνητα ὡς πρὸς τὴν δύναμιν ἐξετάζεσθαι τῆς συμπάσης ἀρχῆς, εἰ μή σοί γε μικρὸν δοκεῖ τὸ νικᾶν κυβεύοντα καὶ τοῖς ἄλλοις ἐς τὴν μονάδα κυλιομένου τοῦ κύβου σοὶ τὴν ἑξάδα ὑπεράνω ἀεὶ φαίνεσθαι· πολλοὶ γοῦν ἐς κόρον ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἐπεσιτίσαντο, οἷς ἵλεως καὶ φορὸς ὁ κύβος ἐπινεύσει· οἱ δὲ ἔμπαλιν γυμνοὶ

LXX.

1.

SATURNALIA.

1. SACERDOS. Saturne (nam tu imperium tenere nunc quidem videris, sacrificatumque tibi a nobis ac litatum est), quidnam potissimum inter sacra petitum abs te possim consequi?

SATURNUS. Illud quidem te ipsum decet, probe deliberatum habere quid optandum tibi sit, nisi simul divinatorem esse vis eum qui imperat, ut sciat quid petere tibi collibeat. Ego vero, quæ quidem possunt fieri, tuo voto non negabo.

SAC. Quin olim deliberavi : rogo enim communia ista et promta, divitias, et aurum multum, et agrorum esse dominum, et mancipia habere multa, et vestem floridam atque mollem, et argentum, et ebur, et reliqua quæcumque pretiosa sunt. Horum ergo, Saturne optime, fac mihi copiam, ut ipse quoque fructum aliquem tui imperii consequar, nec solus per totam vitam rerum illarum expers maneam.

2. SAT. Viden'? non petiisti quod in mea potestate sit; neque enim tribuere talia meum est. Itaque noli graviter ferre, si ea non consequaris : verum ab Jove pete, quando ad illum paullo post transierit imperium. Ego vero conditionibus quibusdam capio potestatem : septem enim diebus totum mihi regnum finitur; hunc terminum egressus, continuo sum privatus et de promiscua multitudine unus. Illis ipsis vero septem diebus serium quidem nihil, neque publicum negotium agere mihi concessum est; sed bibere, et inebriari, et clamare, et jocari, et alea ludere, et reges vini constituere, et servos excipere convivio, et nudum canere, et tremulos plausus edere; interdum etiam in aquam frigidam præcipitem detrudi, fuligine picto vultu : hæc, inquam, facere mihi permissum est; verum magna illa, divitias et aurum, Jupiter quibus visum est distribuit.

3. SAC. Sed neque ille, Saturne, facile et promte. Equidem certe jam fatigatus sum magna voce petendo : at ille omnino non audit, sed ægidem quassans, intentans fulmen, torvum inspectans, qui sibi molesti sunt perterret. Si quando vero etiam annuat alicui, divitemque illum reddat; hic jam indiscreti multum, relictisque bonis ac prudentibus viris, pessimos ille ac sensu pæne communi carentes circumfundit divitiis, verberones plerosque et effeminatos homines. Sed quæ tu potes, scire velim ea qualia sint.

4. SAT. Non omnino parva illa quidem, neque plane contemnenda, si ad vim exigantur totius imperii : nisi forte parvum tibi videtur vincere alea, et provoluta reliquis in unionem tessera, senionem in summo tibi semper apparere. Multi enim ad satietatem usque inde sibi pararunt viaticum, quibus propitia secundaque tessera annuerit : alii contra

ἐξενήξαντο συντριβέντος αυτοις τοῦ σκάφους περὶ οὕτω μικρῷ ἕρματι τῷ κύβῳ. Καὶ μὴν καὶ πιεῖν ἐς τὸ ἥδιστον καὶ ᾠδικώτερον ἄλλου δόξαι ᾆσαι ἐν τῷ συμποσίῳ καὶ διακονουμένων τοὺς μὲν ἄλλους ἐς τὸ ὕδωρ ἐμπεσεῖν — τοῦτο γὰρ τοὐπιτίμιον τῆς ἀδεξίου διακονίας — σὲ δὲ ἀνακηρυχθῆναι καλλίνικον καὶ τὰ ἆθλα φέρεσθαι τὸν ἀλλᾶντα ὁρᾷς ἡλίκον τὸ ἀγαθόν; ἔτι καὶ βασιλέα μόνον ἐφ' ἁπάντων γενέσθαι τῷ ἀστραγάλῳ κρατήσαντα, ὡς μήτε ἐπιταχθείης γελοῖα ἐπιτάγματα καὶ αὐτὸς ἐπιτάττειν ἔχοις, τῷ μὲν αἰσχρόν τι περὶ αὑτοῦ ἀναβοῆσαι, τῷ δὲ γυμνὸν ὀρχήσασθαι καὶ ἀράμενον τὴν αὐλητρίδα τρὶς τὴν οἰκίαν περιελθεῖν, πῶς οὐχὶ καὶ ταῦτα δείγματα μεγαλοδωρίας τῆς ἐμῆς; Εἰ δὲ τὸ μὴ ἀληθῆ μηδὲ βέβαιον γίγνεσθαι τὴν τοιαύτην βασιλείαν αἰτιάσῃ, ἄγνωμον ποιήσεις ὁρῶν αὐτὸν ἐμὲ τὸν ταῦτα διανέμοντα ὀλιγοχρόνιον τὴν ἀρχὴν ἔχοντα. Τούτων δ' οὖν ἅ μοι δυνατὰ δοῦναι, τῶν πεττῶν, τοῦ ἄρχειν, τοῦ ᾄδειν καὶ τῶν ἃ κατηριθμησάμην, θαρρῶν αἴτει, ὡς ἐμοῦ πρὸς οὐδὲν δεδιξομένου σε τῇ αἰγίδι καὶ τῷ κεραυνῷ.

5. ΙΕΡ. Ἀλλ', ὦ Τιτάνων ἄριστε, τῶν μὲν τοιούτων οὐ δέομαι, σὺ δὲ ἀλλ' ἐκεῖνό μοι ἀπόκριναι, ὃ μάλιστα ἐπόθουν εἰδέναι, καί μοι ἢν εἴπῃς αὐτό, ἱκανὴν ἔσῃ τὴν ἀμοιβὴν ἀποδεδωκὼς ἀντὶ τῆς θυσίας, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἀφίημί σοι τὰ χρέα.

ΚΡΟΝ. Ἐρώτα μόνον· ἀποκρινοῦμαι γάρ, ἢν εἰδὼς τύχω.

ΙΕΡ. Τὸ μὲν πρῶτον ἐκεῖνο, εἰ ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν ἃ περὶ σοῦ ἀκούομεν, ὡς κατήσθιες τὰ γεννώμενα ὑπὸ τῆς Ῥέας, ἐκείνη δὲ ὑφελομένη τὸν Δία λίθον ὑποβαλλομένη ἀντὶ τοῦ βρέφους ἔδωκέ σοι καταπιεῖν, ὁ δὲ εἰς ἡλικίαν ἀφικόμενος ἐξήλασέ σε τῆς ἀρχῆς πολέμῳ κρατήσας, εἶτα ἐς τὸν Τάρταρον φέρων ἐνέβαλε πεδήσας αὐτόν τε καὶ τὸ συμμαχικὸν ἅπαν, ὁπόσον μετὰ σοῦ παρετάττετο.

ΚΡΟΝ. Εἰ μὴ ἑορτὴν, ὦ οὗτος, ἤγομεν καὶ μεθύειν ἐφεῖτο καὶ λοιδορεῖσθαι τοῖς δεσπόταις ἐπ' ἐξουσίας, ἔγνως ἂν ὡς ὀργίζεσθαι γοῦν ἐφεῖταί μοι, τοιαῦτα ἐρωτήσας, οὐκ αἰδεσθεὶς πολιὸν οὕτω καὶ πρεσβύτην θεόν.

ΙΕΡ. Κἀγὼ ταῦτα, ὦ Κρόνε, οὐ παρ' ἐμαυτοῦ φημι, ἀλλ' Ἡσίοδος καὶ Ὅμηρος, ὀκνῶ γὰρ λέγειν ὅτι καὶ οἱ ἄλλοι ἅπαντες ἄνθρωποι σχεδὸν ταῦτα πεπιστεύκασι περὶ σοῦ.

6. ΚΡΟΝ. Οἴει γὰρ τὸν ποιμένα ἐκεῖνον, τὸν ἀλαζόνα, ὑγιές τι περὶ ἐμοῦ εἰδέναι; Σκόπει δὲ οὕτως. Ἔσθ' ὅστις ἄνθρωπος — οὐ γὰρ θεὸν ἐρῶ — ὑπομείνειεν ἂν ἑκὼν αὐτὸς καταφαγεῖν τὰ τέκνα, εἰ μή τις Θυέστης ἦν καὶ ἀσεβεῖ ἀδελφῷ περιπεσὼν ἤσθιε; καὶ εἰ τοῦτο μανείη, πῶς ἀγνοήσει λίθον ἀντὶ βρέφους ἐσθίων, εἰ μὴ ἀνάλγητος εἴη τοὺς ὀδόντας; Ἀλλ' οὔτε ἐπολεμήσαμεν οὔτε ὁ Ζεὺς βίᾳ τὴν ἀρχὴν ἀφείλετο, ἑκόντος δέ μου παραδόντος αὐτῷ καὶ ὑπεκστάντος ἄρχειν· ὅτι μὲν γὰρ οὔτε πεπέδημαι οὔτε ἐν τῷ Ταρτάρῳ

enatarunt nudi, fracto ipsis ad exiguum adeo scopulum, tesseram, navigio. Verum etiam bibere jucundissime, et simul aliis canendi peritiorem videri in convivio, et ministrantium reliquos quidem incidere in aquam (hoc enim ministerii parum dextri præmium est), te vero et honestum victorem prædicari, et præmia referre farcimina, vides quantum sit bonum? Porro regem solum fieri omnium per talorum victoriam, ut neque ridicula tibi injungantur imperia, et imperare ipse possis, huic quidem, ut turpe quiddam de se ipse proclamet; alii, ut nudus saltet, et succollata tibicina ter domum circumeat; qui non hæc etiam magnificentiæ specimina meæ? Si vero causeris non verum esse neque firmum ejusmodi regnum, insolenter feceris, qui videasme ipsum, qui tribuo talia, parvi temporis habere imperium. De his igitur quæ dare in potestate mea est, de talis, de regno, de cantu, et quæcumque enumeravi, audacter pete ex me, utpote ad nullum ejusmodi votum ægide te et fulmine perterrituro.

5. SAC. Sed talibus mihi, Titanum optime, nihil opus est. Quin tu illud mihi responde, quod scire maxime volebam; idque mihi si dixeris, satis magnum pro sacrificio pretium retuleris, et quod ad reliqua attinet, remittam tibi debita.

SAT. Interroga modo : respondebo enim, si sciam.

SAC. Primo illud, verane sint ista quæ de te audimus, devorare te solitum quæ nascerentur ex Rhea, illam vero, subducto furtim Jove, lapidem subjectum pro puero devorandum tibi dedisse; atque istum, adultus quum esset, bello te victum regno expulisse, tum vinctum te eaque auxilia, quæ tibi se adjunxerant, omnia dejecisse in Tartarum.

SAT. Heus tu, nisi festum diem ageremus, et inebriari licitum esset, atque maledicere prout libitum dominis, disceres sane irasci saltem mihi esse permissum, talia qui rogaris nihil reveritus canum adeo et senem deum.

SAC. Atqui ego ista, Saturne, non mea sponte interrogo; sed Hesiodus et Homerus — nolo enim dicere quod reliqui homines prope universi hæc de te credunt.

6. SAT. Putas enim pastorem illum', jactabundum impostorem, sani quicquam de me scire? Considera autem hoc modo. Estne ut quisquam homo (neque enim dicam deum) sustinuerit sua sponte suos ipse devorare liberos, nisi forte Thyestes quidam erat et in fratrem impium quum incidisset, vescebatur filio? et hoc si forte insaniat, quomodo imprudens lapidem edere pro puero possit, nisi forte sensus omnis expertes dentes habeat? Sed neque bellum gessimus, neque vi imperium mihi ademit Jupiter, sed accepit mea quum sponte ego traderem illi, et imperio cederem. Deni-

εἰμὶ, καὶ αὐτὸς ὁρᾷς, οἶμαι, εἰ μὴ τυφλὸς ὥσπερ Ὅμηρος εἶ.

7. ΙΕΡ. Τί παθὼν δὲ, ὦ Κρόνε, ἀφῆκας τὴν ἀρχήν;

ΚΡΟΝ. Ἐγώ σοι φράσω· τὸ μὲν ὅλον, γέρων ἤδη καὶ ποδαγρὸς ὑπὸ τοῦ χρόνου ὢν — διὸ καὶ πεπεδῆσθαί με οἱ πολλοὶ εἴκασαν —· οὐ γὰρ ἠδυνάμην διαρκεῖν πρὸς οὕτω πολλὴν τὴν ἀδικίαν τῶν νῦν, ἀλλ' ἀεὶ ἀναθεῖν ἔδει ἄνω καὶ κάτω τὸν κεραυνὸν διηρμένον τοὺς ἐπιόρκους ἢ ἱεροσύλους ἢ βιαίους καταφλέγοντα, καὶ τὸ πρᾶγμα πάνυ ἐργῶδες ἦν καὶ νεανικόν· ἐξέστην οὖν εὖ ποιῶν τῷ Διί. Καὶ ἄλλως δὲ καλῶς ἔχειν ἐδόκει μοι διανείμαντα τοῖς παισὶν οὖσι τὴν ἀρχὴν αὐτὸν εὐωχεῖσθαι τὰ πολλὰ ἐφ' ἡσυχίας οὔτε τοῖς εὐχομένοις χρηματίζοντα οὔτε ὑπὸ τῶν τἀναντία αἰτούντων ἐνοχλούμενον οὔτε βροντῶντα ἢ ἀστράπτοντα ἢ χάλαζαν ἐνίοτε βάλλειν ἀναγκαζόμενον· ἀλλὰ πρεσβυτικόν τινα τοῦτον ἥδιστον βίον διάγω ζωρότερον πίνων τὸ νέκταρ, τῷ Ἰαπετῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡλικιώταις προσμυθολογῶν· ὁ δὲ ἄρχει μυρία ἔχων πράγματα. Πλὴν ὀλίγας ταύτας ἡμέρας ἐφ' οἷς εἶπον ὑπεξελέσθαι μοι ἔδοξε καὶ ἀναλαμβάνω τὴν ἀρχὴν, ὡς ὑπομνήσαιμι τοὺς ἀνθρώπους οἷος ἦν ὁ ἐπ' ἐμοῦ βίος, ὁπότε ἄσπορα καὶ ἀνήροτα πάντα ἐφύετο αὐτοῖς, οὐ στάχυες, ἀλλ' ἕτοιμος ἄρτος καὶ κρέα ἐσκευασμένα, καὶ ὁ οἶνος ἔρρει ποταμηδὸν καὶ πηγαὶ μέλιτος καὶ γάλακτος· ἀγαθοὶ γὰρ ἦσαν καὶ χρυσοῖ ἅπαντες. Αὕτη μοι ἡ αἰτία τῆς ὀλιγοχρονίου ταύτης δυναστείας, καὶ διὰ τοῦτο ἁπανταχοῦ κρότος καὶ ᾠδὴ καὶ παιδιὰ καὶ ἰσοτιμία πᾶσι καὶ δούλοις καὶ ἐλευθέροις· οὐδεὶς γὰρ ἐπ' ἐμοῦ δοῦλος ἦν.

8. ΙΕΡ. Ἐγὼ δὲ, ὦ Κρόνε, καὶ τοῦτο εἴκαζον τὸ εἰς τοὺς δούλους καὶ πεδότριβας φιλάνθρωπον ἐκ τοῦ μύθου ἐκείνου ποιεῖν σε τιμῶντα τοὺς τὰ ὅμοια πάσχοντας, ἅτε καὶ αὐτὸν δουλεύοντα, μεμνημένον τῆς πέδης.

ΚΡΟ. Οὐ παύσῃ γὰρ τοιαῦτα ληρῶν;

ΙΕΡ. Εὖ λέγεις, καὶ παύσομαι· πλὴν ἔτι μοι καὶ τοῦτο ἀπόκριναι. Τὸ πεττεύειν σύνηθες ἦν καὶ ἐπὶ σοῦ τοῖς ἀνθρώποις;

ΚΡΟΝ. Καὶ μάλα, οὐ μὴν περὶ ταλάντων γε καὶ μυριάδων ὥσπερ ὑμῖν, ἀλλὰ περὶ καρύων τὸ μέγιστον, ὡς μὴ ἀνιᾶσθαι ἡττηθέντα μηδὲ δακρύειν ἀεὶ ἄσιτον ὄντα μόνον τῶν ἄλλων.

ΙΕΡ. Εὖ γε ἐκεῖνοι ποιοῦντες· ὑπὲρ τίνος γὰρ ἂν καὶ ἐπέττευον αὐτοὶ ὁλόχρυσοι ὄντες; Ὥς ἔγωγε καὶ μεταξὺ λέγοντός σου τοιόνδε τι ἐνενόησα· εἴ τις ἕνα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν χρυσηλάτων ἐς τὸν ἡμέτερον τοῦτον βίον ἀγαγὼν ἔδειξε τοῖς πολλοῖς, οἷα ἔπαθεν ἂν ὁ ἄθλιος ὑπ' αὐτῶν; διεσπάσαντο γὰρ ἂν αὐτὸν εὖ οἶδ' ὅτι ἐπιδραμόντες ὥσπερ τὸν Πενθέα αἱ Μαινάδες ἢ αἱ Θρᾷτται τὸν Ὀρφέα ἢ τὸν Ἀκταίωνα αἱ κύνες, περὶ τοῦ μεῖζον ἀπενέγκασθαι τὸ μέρος πρὸς ἀλλήλους ἕκαστος ἁμιλλώμενοι, οἵ γε οὐδὲ ἑορτάζοντες ἔξω τοῦ φιλοκερδοῦς εἰσιν, ἀλλὰ πρόσοδον οἱ πολλοὶ πεποίηνται τὴν ἑορτήν. Εἶτα οἱ μὲν ἀπέρχονται λῃστεύοντες ἐν

que neque compeditum me esse, neque in Tartaro, ipse quoque vides, arbitror, nisi cæcus es ut Homerus.

7. SAC. Qua vero causa, Saturne, motus reliquisti imperium?

SAT. Ego tibi dicam. In universum senex quum jam essem, et ipsa ætate podager (unde etiam compeditum me conjiciebat vulgus); neque enim sufficere poteram ad multam adeo hominum, qui nunc sunt, injustitiam; sed currendum semper erat sursum deorsum, fulmine intentato, quo perjuros, aut sacrilegos, aut violentos comburerem; eratque res valde laboriosa et juvenis vires poscens: itaque Jovi, cujus me rei minime pœnitet, cessi imperium. Et alioquin decens mihi videbatur, diviso meis filiis imperio, ipsum me per quietem plerumque epulari, dum neque operam darem precantibus, neque molestias ab his, qui contraria peterent, perferrem, neque tonarem, aut fulgurarem, aut grandinem dejicere interdum cogerer: sed vitam hanc ago senilem jucundissimam, meracius nectar bibens, fabulans cum Iapeto et ceteris æqualibus: at ille imperat inter mille molestias: nisi quod paucos hosce dies, ea qua dixi lege, excipere mihi visum est, quibus resumam imperium, ut admoneam homines qualis fuerit me imperante vita, quum serente nullo aut arante nascebantur illis omnia, nec spicæ, sed paratus jam panis, et carnes curatæ, ac fluebat amnium instar vinum, et fontes mellis atque lactis: boni enim erant tum omnes atque aurei. Hæc mihi causa brevis hujus potestatis: et ob id ipsum plausus ubique, et cantus, et lusus, et æqualitas inter omnes, servos pariter ac liberos: neque enim me rerum potiente servus quisquam erat.

8. SAC. Ego vero, Saturne, conjiciebam hoc quoque, illam te in servos et compedum tritores humanitatem ex ista fabula exercere, qui honorem habeas sortis tuæ hominibus, tanquam ipse quoque serviens et memor compedis.

SAT. Non desines nempe nugari talia?

SAC. Bene mones, et desinam. Verum hoc adhuc mihi responde. Alea ludere an consuetum erat etiam illis qui sub te vivebant hominibus?

SAT. Omnino: verum non de talentis et denis drachmarum millibus, ut apud vos; sed summum de nucibus; ne doleret victo, neu ploraret et solus inter ceteros cibo se semper abstineret.

SAC. Bene illi quidem: de qua enim re luderent, qui toti ipsi essent aurei? Itaque ego etiam, dum tu dicis, tale quiddam cogitavi: si quis unum de istis ex solido auro viris in nostram hanc vitam productum vulgo ostenderet, quid miser ab illis esset passurus? incursione facta illum, novi ego, discerperent, ut Pentheum Mænades, aut Thressæ Orpheum, aut Actæonem canes, certamen inter se constituentes quis majorem inde partem auferret; qui quidem ne in festis quidem diebus celebrandis extra lucri cupiditatem sint, sed in quæstu sibi illos habeant plerique. Sic igitur alii quidem latrocinatum eunt in convivio ab amicis;

τῷ συμποσίῳ τοὺς φίλους, οἱ δέ σοί τε λοιδοροῦνται, οὐδὲν δέον, καὶ τοὺς κύβους συντρίβουσιν ἀναιτίους ὄντας αὐτοῖς ὧν ἑκόντες ποιοῦσιν.

9. Ἀτὰρ εἰπέ μοι καὶ τόδε, τί δή ποτε ἁβρὸς οὕτω θεὸς ὢν καὶ γέρων ἐπιλεξάμενος τὸ ἀτερπέστατον, ὁπότε ἡ χιὼν ἐπέχει τὰ πάντα καὶ ὁ βορρᾶς πολὺς καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐ πέπηγεν ὑπὸ τοῦ κρύους καὶ τὰ δένδρα ξηρὰ καὶ γυμνὰ καὶ ἄφυλλα καὶ οἱ λειμῶνες ἄμορφοι καὶ ἀπηνθηκότες καὶ οἱ ἄνθρωποι ἐπικεκυφότες ὥσπερ οἱ πάνυ γεγηρακότες, ἀμφὶ τὴν κάμινον οἱ πολλοὶ, τηνικαῦτα ἑορτάζεις; οὐ γὰρ πρεσβυτικός γε ὁ καιρὸς οὐδὲ ἐπιτήδειος τοῖς τρυφῶσι.

ΚΡΟΝ. Πολλά με ἀνακρίνεις, ὦ οὗτος, ἤδη πίνειν δέον· παρῄρησαι γοῦν μου χρόνον τῆς ἑορτῆς οὐκ ὀλίγον οὐ πάνυ ἀναγκαῖά μοι ταῦτα προσφιλοσοφῶν. Ὥστε νῦν μὲν ἄφες αὐτὰ, εὐωχώμεθα δὲ ἤδη καὶ κροτῶμεν καὶ ἐπὶ τῇ ἑορτῇ ἐλευθεριάζωμεν, εἶτα πεττεύωμεν ἐς τὸ ἀρχαῖον ἐπὶ καρύων καὶ βασιλέας χειροτονῶμεν καὶ πειθαρχῶμεν αὐτοῖς· οὕτω γὰρ ἂν τὴν παροιμίαν ἐπαληθεύσαιμι, ἥ φησι, παλίμπαιδας τοὺς γέροντας γίγνεσθαι.

ΙΕΡ. Ἀλλὰ μὴ δύναιτο διψῶν πιεῖν, ὦ Κρόνε, ὅτῳ μὴ ταῦτα ἃ λέγεις ἡδέα. Ὥστε πίνωμεν· ἱκανὰ γὰρ ἀποκέκρισαι καὶ τὰ πρῶτα. Καί μοι δοκῶ γραψάμενος εἰς βιβλίον ταύτην ἡμῶν τὴν συνουσίαν ἅ τε αὐτὸς ἠρώτησα καὶ σὺ πρὸς ταῦτα ἵλεως ἀπεκρίνω παρέξειν ἀναγνῶναι τῶν φίλων, ὅσοι γ' ἐπακοῦσαι τῶν σῶν λόγων ἄξιοι.

alii vero et maledicunt tibi præter fas, et tesseras conterunt, innoxias illorum quæ sponte ipsi sua faciunt.

9. Verum etiam illud mihi dicito, quid tandem, deus adeo delicatus quum sis et senex, electa injucundissima anni parte, quum nix tenet omnia, et boreas multus, et nihil non concrevit glacie, et arbores siccæ ac nudæ, destitutæque foliis, et prata informia ac sine floribus, et contracti homines instar valde senum, ad focum plerique sunt, tum festos dies agis? neque enim vel senibus illud tempus vel delicate viventibus commodum.

SAT. Multa, mi homo, me interrogas, quum jam bibendum esset : exemisti enim mihi tempus festi hujus diei non parvum, ista non valde necessaria mecum philosophando. Itaque ista jam omitte : epulemur nunc et plaudamus, et festa libertate fruamur, deinde ludamus alea de nucibus more veteri, et reges constituamus, illisque obsequamur : sic enim fidem firmavero proverbii, quod bis pueros senes ait fieri.

SAC. Sed utinam sitiens bibere non possit, Saturne, si cui jucunda non sunt quæ dicis! Bibamus ergo : sufficiunt enim primæ illæ responsiones. Et placet mihi descriptum in libro hunc nostrum sermonem, quum quæ interrogavi ego, tum quæ tu propitius respondisti, legendum offerre quotquot amicorum nostrorum percipere tuos sermones merentur.

2.

ΚΡΟΝΟΣΟΛΩΝ.

10. Τάδε λέγει Κρονοσόλων ἱερεὺς καὶ προφήτης τοῦ Κρόνου καὶ νομοθέτης τῶν ἀμφὶ τὴν ἑορτήν· ἃ μὲν τοὺς πένητας χρὴ ποιεῖν, αὐτοῖς ἐκείνοις ἔπεμψα ἄλλο βιβλίον, ἐγγράψας, καὶ εὖ οἶδ' ὅτι ἐμμενοῦσι κἀκεῖνοι τοῖς νόμοις, ἢ αὐτίκα ἔνοχοι ἔσονται τοῖς ἐπιτιμίοις, ἃ κατὰ τῶν ἀπειθούντων μεγάλα ὥρισται. Ὑμεῖς δὲ, ὦ πλούσιοι, ὁρᾶτε ὅπως μὴ παρανομήσητε μηδὲ παρακούσητε τῶνδε τῶν προσταγμάτων· ὡς ὅστις ἂν οὕτω μὴ ποιήσῃ, ἴστω οὗτος οὐκ ἐμοῦ νομοθέτου ἀμελήσων, ἀλλ' εἰς τὸν Κρόνον αὐτὸν, ὅς με προείλετο νομοθετῆσαι ἐς τὴν ἑορτὴν οὐκ ὄναρ ἐπιστὰς, ἀλλὰ πρῴην ἐγρηγορότι ἐναργὴς συγγενόμενος. Ἦν δὲ οὐ πεδήτης οὐδὲ αὐχμοῦ πλέως, οἷον αὐτὸν οἱ ζωγράφοι παρὰ τῶν λήρων ποιητῶν παραδεξάμενοι ἐπιδείκνυνται, ἀλλὰ τὴν μὲν ἅρπην εἶχε πάνυ τεθηγμένην· τὰ δ' ἄλλα φαιδρός τε ἦν καὶ καρτερὸς καὶ βασιλικῶς ἐνεσκεύαστο. Μορφὴν μὲν τοιόσδε ὤφθη μοι, ἃ δὲ εἶπε, πάνυ θεσπέσια καὶ ταῦτα, προειρῆσθαι ὑμῖν ἄξια.

11. Ἰδὼν γάρ με σκυθρωπὸν, ἐπὶ συννοίας βαδίζοντα, ὥσπερ εἰκὸς ἦν θεὸν, ἔγνω αὐτίκα τὴν αἰτίαν τῆς

2.

CRONOSOLON (LEGISLATOR SATURNALIUM).

10. Hæc edicit Cronosolon, sacerdos Saturni et propheta, atque legum, quæ ad festos ipsius dies pertinent, legislator. Quæ pauperibus facienda sint, ea in alio descripta libro ad illos jam misi : ac præclare novi, illos quoque meis obtemperaturos legibus, aut statim futuros pœnis obnoxios iis, quæ contra inobsequentes magnæ sane statutæ sunt. Vos autem, divites, videte ne legem violetis, neve negligenter hæc imperia audiatis. Nam quicumque ita non fecerit, ille norit non me legislatorem a se spretum iri, sed Saturnum ipsum, qui me ad leges celebritati suæ ferendas delegit, non ille in somnis astans, sed nuperrime videnti vigilantique præsens oblatus. Erat autem non compeditus, neque squalore oppletus, qualem pictores a nugacibus poetis acceptum ostendunt; sed falcem habebat acutissimam, reliqua hilaris erat et validus, et paratu regio. Talis igitur ad formam mihi visus est : quæ vero dixit, plane divina et ipsa, ea proferri apud vos justum est.

11. Nam videns me tristi vultu et cogitabundum inambulare, cognovit statim, quod decebat deum, tristitiæ meæ

λύπης τίς ἐστί μοι, καὶ ὡς τὴν πενίαν δυσχεραίνοιμι οὐ κατὰ τὴν ὥραν μονοχίτων καὶ γὰρ κρύος καὶ βορρᾶς πολὺς καὶ κρύσταλλοι καὶ χιών· ἐγὼ δὲ ἥκιστα ἐπεφράγμην πρὸς αὐτά. Ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς ἑορτῆς πάνυ πλησιαζούσης ἑώρων τοὺς μὲν ἄλλους παρασκευαζομένους ὅπως θύσωσι καὶ εὐωχήσωνται, ἐμαυτῷ δὲ οὐ πάνυ ἑορτάσιμα ὄντα. Καὶ δὴ προσελθὼν ὄπισθεν καὶ τοῦ ὠτός μου λαβόμενος καὶ διασείσας, ὥσπερ μοι προσπελάζειν εἴωθε, Τί ταῦτα, ἔφη, ὦ Κρονοσόλων, ἀνιωμένῳ ἔοικας; Οὐ γὰρ ἄξιον, ἔφην, ὦ δέσποτα, ὅταν καταράτους μὲν καὶ μιαροὺς ἀνθρώπους ὑπερπλουτοῦντας καὶ μόνους τρυφῶντας ὁρῶ, αὐτὸς δὲ καὶ ἄλλοι συχνοὶ τῶν πεπαιδευμένων ἀπορίᾳ καὶ ἀμηχανίᾳ σύνεσμεν; Ἀλλ' οὐδὲ σύ, ὦ δέσποτα, θέλεις παῦσαι ταῦτα καὶ μεταχοσμῆσαι πρὸς τὸ ἰσόμοιρον. Τὰ μὲν ἄλλα, ἔφη, οὐ ῥᾴδιον ἀλλάττειν ὁπόσα ἐκ Κλωθοῦς καὶ τῶν ἄλλων Μοιρῶν πάσχετε, ἃ δέ ἐστι τῆς ἑορτῆς, ἐπανορθώσομαι ὑμῖν τὴν πενίαν, ἡ δὲ ἐπανόρθωσις ἥδε ἔστω· ἴθι, ὦ Κρονοσόλων, καὶ γράψον μοι νόμους τινάς, ἃ χρὴ πράττειν ἐν τῇ ἑορτῇ, ὡς μὴ καθ' αὑτοὺς οἱ πλούσιοι ἑορτάζοιεν, κοινωνοῖεν δὲ ὑμῖν τῶν ἀγαθῶν. Ἀλλ' οὐκ οἶδα, ἔφην.

12. Ἐγώ, ἦ δ' ὅς, διδάξομαί σε· καὶ ἅμα ἀρξάμενος ἐδίδασκεν. Εἶτα ἐπειδὴ πάντα ἠπιστάμην, Καὶ εἰπὲ αὐτοῖς, ἔφη, ὅτι ἢν μὴ τοῦτο ποιῶσι, μὴ μάτην ἐγὼ τὴν ἅρπην ταύτην ὀξεῖαν περιφέρω, ἢ γελοῖος ἂν εἴην τὸν μὲν πατέρα ἐκτομίαν πεποιηκὼς τὸν Οὐρανόν, τοὺς δὲ πλουσίους μὴ εὐνουχίζων, ὁπόσοι ἂν παρανομήσωσιν, ὡς ἀγείροιεν τῇ μητρὶ σὺν αὐλοῖς καὶ τυμπάνοις βάκηλοι γενόμενοι. Ταῦτα ἠπείλησεν. Ὥστε καλῶς ἔχει ὑμῖν μὴ παραβαίνειν τοὺς θεσμούς.

ΝΟΜΟΙ ΠΡΩΤΟΙ.

13. Μηδένα μηδὲν μήτε ἀγοραῖον μήτε ἴδιον πράττειν ἐντὸς τῆς ἑορτῆς ἢ ὅσα ἐς παιδιὰν καὶ τρυφὴν καὶ θυμηδίαν, ὀψοποιοὶ μόνοι καὶ πεμματουργοὶ ἐνεργοὶ ἔστωσαν. Ἰσοτιμία πᾶσιν ἔστω καὶ δούλοις καὶ ἐλευθέροις καὶ πένησι καὶ πλουσίοις. Ὀργίζεσθαι ἢ ἀγανακτεῖν ἢ ἀπειλεῖν μηδενὶ ἐξέστω. Λογισμοὺς παρὰ τῶν ἐπιμελουμένων Κρονίοις λαμβάνειν μηδὲ τοῦτο ἐξέστω. Μηδεὶς τὸν ἄργυρον ἢ τὴν ἐσθῆτα ἐξεταζέτω μηδὲ ἀναγραφέτω ἐν τῇ ἑορτῇ μηδὲ γυμναζέσθω Κρονίοις μηδὲ λόγους ἀσκεῖν ἢ ἐπιδείκνυσθαι, πλὴν εἴ τινες ἀστεῖοι καὶ φαιδροὶ σκῶμμα καὶ παιδιὰν ἐμφαίνοντες.

ΝΟΜΟΙ ΔΕΥΤΕΡΟΙ.

14. Πρὸ πολλοῦ τῆς ἑορτῆς οἱ πλούσιοι γραφόντων μὲν ἐς πινάκιον ἑκάστου τῶν φίλων τοὔνομα, ἐχόντων δὲ καὶ ἀργύριον ἕτοιμον ὅσον τῶν κατ' ἔτος προσιόντων τὸ δέκατον καὶ ἐσθῆτα τῆς οὔσης τὴν περιττὴν καὶ ὅση παχυτέρα ἢ κατ' αὐτοὺς κατασκευή, καὶ τῶν ἀργυρῶν οὐκ ὀλίγα. Ταῦτα μὲν πρόχειρα ἔστω. Τῇ δὲ πρὸ τῆς ἑορτῆς καθάρσιον μέν τι περιφερέσθω καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐξελαυνέσθω ἐκ τῆς οἰκίας μικρολογία καὶ φιλαρ-

causam quæ esset, et graviter a me paupertatem ferri, qui præter tempestatis rationem una tantum tunica uterer: erat quippe frigus et boreas multus, et glacies atque nix; ego vero minime ad ista munitus. Sed ideo etiam quod instante jam celebritate videbam alios comparare se uti sacrificarent atque epularentur, mihi autem rem non valde festivam esse. Accedens igitur a tergo, et aure prehensum concutiens, ut apparere mihi solet, Quid ita, inquit, Cronosolon, afflictari videris? Non enim merito, inquam, quum sacerrimos et impuros homines abundare divitiis, et solos delicate vivere videam; ego vero, et alii eruditorum multi, in penuria et rerum omnium desperatione versemur? Sed neque tu, domine, finem vis istis imponere, et reducere ea ad æqualitatem. Reliqua, inquit, mutare non est facile, quæ a Clothone et Parcis ceteris vobis eveniunt; quod vero ad festos dies attinet, paupertati vestræ medebor. Medicina autem erit ista. Abi, Cronosolon, inquit, et leges mihi quasdam scribe, quæ facienda sint per solemnitatem, ut ne pro se tantum festos dies agant divites, sed bona vobis sua impertiant. Sed non novi, inquam ego.

12. Ego vero, inquit, te docebo; deinde initio statim facto docuit. Deinde quum omnia jam cirem, Ac dicito, inquit, illis, si hoc non fecerint, viderint ne non frustra ego falcem hanc acutam circumferam; aut ridiculus fuero, qui patrem Cœlum exsecuerim, at hosce divites quotquot leges violaverint non castrem, ut Galli facti stipem Magnæ Matri colligant cum tibiis et tympanis! Hæc ille minatus est. Itaque optimum vobis fuerit leges non violare.

LEGUM CAPUT PRIMUM.

13. Ne quis neque forense quicquam neque privatum negotium intra festos dies agito, nisi quæ ad ludum et delicias et voluptatem pertinent: coqui soli et dulciarii operosi sunto. Æquali jure omnes sunto et servi et liberi, et pauperes et divites. Irasci, aut indignari, aut comminari nemini liceat. Rationes rerum curæ alicujus creditarum exigere Saturnalibus, neque hoc liceat. Nemo argentum aut vestem dinumerato, neu describito per dies festos: neu quis exerceto se Saturnalibus, aut orationem meditator vel habeat, nisi urbanam forte et hilarem, quæ ludum et jocum præ se ferat.

LEGUM CAPUT ALTERUM.

14. Diu ante solemne in tabella scribant nomen uniuscujusque amicorum divites: habeant vero etiam pecuniam in promtu, decimam circiter annui reditus partem; et quod superest ipsis vestimentorum; et quicquid est in reliquo apparatu pinguius quam pro fortunis illorum, sordidiusve; de argenteis quoque non pauca. Ista quidem in promtu sunto. Pridie vero sacri, circumlatis quibusdam purgaminibus, domo ab illis ejiciuntor sordes, et avaritia, et

γυρία καὶ φιλοκερδία καὶ ὅσα τοιαῦτα ἄλλα σύνοικα τοῖς πλείστοις αὐτῶν. Ἐπειδὰν δὲ καθαρὰν τὴν οἰκίαν ἐξεργάσωνται, θυόντων Διὶ πλουτοδότῃ καὶ Ἑρμῇ δώτορι καὶ Ἀπόλλωνι μεγαλοδώρῳ. Εἶτα περὶ δείλην ὀψίαν ἀναγιγνωσκέσθω μὲν σφίσι τὸ φιλικὸν ἐκεῖνο πινάκιον.

15. Κατανείμαντες δὲ αὐτοὶ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ πρὶν ἥλιον δῦναι πεμπόντων τοῖς φίλοις. Οἱ δὲ ἀποκομίζοντες μὴ πλείους τριῶν ἢ τεττάρων, οἱ πιστότατοι τῶν οἰκετῶν, ἤδη πρεσβῦται. Ἐγγραψάσθω δὲ ἐς γραμμάτιον ὅ τι τὸ πεμπόμενον καὶ ὅσον, ὡς μὴ ἀμφότεροι ὑποπτεύοιεν τοὺς διακομίζοντας. Αὐτοὶ δὲ οἱ οἰκέται μίαν κύλικα ἕκαστος πιόντες ἀποτρεχόντων, ἀπαιτούντων δὲ μηδὲν πλέον. Τοῖς πεπαιδευμένοις διπλάσια πάντα πεμπέσθω· ἄξιον γὰρ διμοιρίτας εἶναι. Τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς δώροις λεγόμενα ὡς μετριώτατα καὶ ὀλίγιστα ἔστω· ἐπαχθὲς δὲ μηδεὶς μηδὲν συνεπιστελλέτω μηδὲ ἐπαινείτω τὰ πεμπόμενα. Πλούσιος πλουσίῳ μηδὲν πεμπέτω μηδὲ ἑστιάτω Κρονίοις ὁ πλούσιος τὸν ἰσότιμον. Τῶν εἰς τὸ πεμφθῆναι προχειρισθέντων φυλαττέσθω μηδὲν μηδὲ μετάνοια εἰσίτω ἐπὶ τῇ δωρεᾷ. Εἴ τις πέρυσιν ἀποδημῶν δι' αὐτὸ ἄμοιρος κατέστη, ἀπολαμβανέτω κἀκεῖνα. Διαλυόντων δὲ οἱ πλούσιοι καὶ χρέα ὑπὲρ τῶν φίλων τῶν πενήτων καὶ τὸ ἐνοίκιον, οἵτινες ἂν καὶ τοῦτο ὀφείλοντες καταβαλεῖν μὴ ἔχωσι· καὶ ὅλως, πρὸ πολλοῦ μελέτω αὐτοῖς εἰδέναι ὅτου μάλιστα δέονται.

16. Ἀπέστω δὲ καὶ τῶν λαμβανόντων μεμψιμοιρία, καὶ τὸ πεμφθὲν ὁποῖον ἂν ᾖ, μέγα δοκείτω. Οἴνου ἀμφορεὺς ἢ λαγὼς ἢ ὄρνις παχεῖα Κρονίων δῶρον μὴ δοκείτω· μηδὲ τὰς Κρονικὰς δωρεὰς εἰς γέλωτα φερέτωσαν. Ἀντιπεμπέτω δὲ ὁ πένης τῷ πλουσίῳ ὁ μὲν πεπαιδευμένος βιβλίον τῶν παλαιῶν, εἴ τι εὔφημον καὶ συμποτικὸν, ἢ αὐτοῦ σύγγραμμα ὁποῖον ἂν δύνηται, καὶ τοῦτο λαμβανέτω ὁ πλούσιος πάνυ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ καὶ λαβὼν ἀναγιγνωσκέτω εὐθὺς, ἢν δὲ ἀπωθῆται ἢ ἀπορρίψῃ, ἴστω τῇ τῆς ἅρπης ἀπειλῇ ἔνοχος ὢν, κἂν πέμψῃ ὅσα ἐχρῆν· οἱ δὲ ἄλλοι οἱ μὲν στεφάνους, οἱ δὲ λιβανωτοῦ χόνδρους πεμπόντων. Ἢν δὲ πένης ἐσθῆτα ἢ ἄργυρον ἢ χρυσὸν παρὰ τὴν δύναμιν πέμψῃ πλουσίῳ, τὸ μὲν πεμφθὲν ἔστω δημόσιον καὶ καταπραθὲν ἐμβαλλέσθω εἰς τὸν θησαυρὸν τοῦ Κρόνου, ὁ δὲ πένης ἐς τὴν ὑστεραίαν πληγὰς παρὰ τοῦ πλουσίου λαμβανέτω τῷ νάρθηκι εἰς τὰς χεῖρας οὐκ ἐλάττους διακοσίων καὶ πεντήκοντα.

ΝΟΜΟΙ ΣΥΜΠΟΤΙΚΟΙ.

17. Λούεσθαι μὲν ὁπόταν τὸ στοιχεῖον ἑξάπουν ᾖ, τὰ δὲ πρὸ τοῦ λουτροῦ κάρυα καὶ πεττοὶ ἔστωσαν. Κατακείσθω ὅπου ἂν τύχῃ ἕκαστος· ἀξίωμα ἢ γένος ἢ πλοῦτος ὀλίγον συντελείτω ἐς προνομήν. Οἴνου τοῦ αὐτοῦ πίνειν ἅπαντας· μηδ' ἔστω πρόφασις τῷ πλουσίῳ ἢ στομάχου ἢ κεφαλῆς ὀδύνη, ὡς μόνον δι' αὐτὴν πίνειν τοῦ κρείττονος. Μοῖρα κρεῶν κατ' ἴσον ἅπασιν·

lucri cupiditas, et quæ sunt reliqua plerisque illorum familiaria. Quum vero mundam redidderint domum, sacrificanto divitiarum datori Jovi, et largitori Mercurio, et magnifico Apollini. Deinde sero vespere legatur ipsis amicorum illud breviarium.

15. Distributione autem ex dignitate cujusque instituta, ante solem occasum amicis mittant. Qui vero deferunt, ne plures sint tribus aut quattuor, et quidem fidissimi servorum, jam senes. Inscribatur autem in tabellam, quid sit quod mittatur, et quantum, ne utrique suspectos habeant eos qui perferunt. Servi porro, uno quisque calice epoto, recurrant : plus ne postulent. Eruditis dupla mittuntor omnia : æquum est enim hos esse duplicarios. Quæ simul cum donis nunciantur, quam moderatissima sunto et paucissima : odiosum autem nemo quicquam eâdem mittito, neu quæ mittuntur laudato. Diviti dives ne quid mittito, neu convivio sui ordinis hominem dives excipito Saturnalibus. Quæ ad mittendum deprompta fuerint, eorum nihil servator; neu pœnitentia muneris subeat. Si quis superiore anno absens ea re expers liberalitatis fuerit, etiam ista accipito. Æs etiam alienum divites pro amicis pauperibus solvunto, atque habitationis mercedem, si qui eorum hanc etiam debitam solvere non possint. Atque in universum diu ante hoc ipsis curæ sit, uti sciant qua maxime re indigeant.

16. Abesto autem ab accipientibus etiam ingrata querela, et quicquid fuerit quod missum erit, magnum videatur. Vini amphora, aut lepus, aut gallina pinguis, Saturnalicium munus ne habetor : neu Saturnalicia munera in risum vertunto. Diviti vicissim mittito pauper eruditus librum antiquum, si quis sit boni ominis, aut convivio aptus; aut suum ipsius scriptum, qualecumque potuerit : idque accipito dives hilari omnino vultu, et acceptum statim legito; quodsi reposuerit aut abjecerit, scito falcis se minis obnoxium, etiamsi quantum oportebat miserit. Alii vero corollas, aut thuris micas mittunto. Si vero pauper vestem, aut argentum, aut aurum ultra facultates miserit diviti, quod missum erit publicum esto, venditumque thesauro Saturni infertor : pauper vero postridie ejus diei plagas a divite accipito ferula in manus impacta, non pauciores quam quinquaginta supra ducentas.

LEGES CONVIVALES.

17. Lavandi tempus, quum sex pedum umbra fuerit. Ante balneum nuces sunto et tali. Quo quisque forte delatus fuerit, ibi accumbito. Dignitas vel genus vel divitiæ parum ad jus prius capiendi cibi conferunto. De vino eodem omnes bibunto : neu obtentui esto diviti vel ventriculi vel capitis dolor, ut solus ea causa de meliori bibat. Carnium distributio æqualiter fiat per omnes : ministri ad

οἱ διάκονοι πρὸς χάριν μηδενὶ μηδὲν, ἀλλὰ μηδὲ βραδυνέτωσαν μηδὲ παραπεμπέσθωσαν ἔστ' ἂν αὐτοῖς δοκῇ, ὁπόσα χρὴ ἀποφέρειν. Μηδὲ τῷ μὲν μεγάλα, τῷ δὲ χομιδῇ μικρὰ παρατιθέσθω, μηδὲ τῷ μὲν ὁ μηρὸς, τῷ δὲ ἡ γνάθος συὸς, ἀλλ' ἰσότης ἐπὶ πᾶσιν.

18. Ὁ οἰνοχόος ὀξὺ δεδορκέτω ἐκ περιωπῆς ἐς ἕκαστον, καὶ ἧττον ἐς τὸν δεσπότην, καὶ ἐπ' ὀξύτερον ἀκουέτω. Καὶ κύλικες παντοῖαι. Καὶ ἐξέστω παρέχειν, ἤν τις ἐθέλῃ, φιλοτησίαν. Πάντες πᾶσι προπινέτωσαν, ἢν ἐθέλωσι, προπιόντος τοῦ πλουσίου. Μὴ ἐπάναγκες ἔστω πίνειν, ἤν τις μὴ δύνηται. Εἰς τὸ συμπόσιον μήτε ὀρχηστὴν μήτε κιθαριστὴν αὐτοὺς ἄγειν ἄρτι μανθάνοντα ἐξέστω, ἤν τις ἐθέλῃ. Σκώμματος μέτρον ἔστω τὸ ἄλυπον ἐπὶ πᾶσιν. Πεττευέτωσαν ἐπὶ καρύων· ἤν τις ἐπ' ἀργυρίῳ πεττεύσῃ, ἄσιτος ἐς τὴν ὑστεραίαν ἔστω. Καὶ μενέτω καὶ ἀπίτω ἕκαστος, ὁπόταν βούληται. Ἐπὰν δὲ τοὺς οἰκέτας ὁ πλούσιος εὐωχῇ, διακονούντων καὶ οἱ φίλοι σὺν αὐτῷ. Τοὺς νόμους τούτους ἕκαστον τῶν πλουσίων ἐγγράψαντα ἐς χαλκῆν στήλην ἔχειν ἐν μεσαιτάτῳ τῆς αὐλῆς, καὶ ἀναγιγνωσκέτω. Δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι ἔστ' ἂν αὕτη ἡ στήλη μένῃ, οὔτε λιμὸς οὔτε λοιμὸς οὔτε πυρκαϊὰ οὔτε ἄλλο χαλεπὸν οὐδὲν εἴσεισιν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῖς. Ἦν δέ ποτε — ὅπερ μὴ γένοιτο — καθαιρεθῇ, ἀποτρόπαιον οἷα πείσονται.

gratiam nihil cuiquam faciunto; sed neque cunctantor, neque, quoad ipsis conviviis videatur, *demant* quæ auferenda sunt. Neve huic quidem magna, alii vero oppido parva apponuntor, neve uni femur, alteri vero maxilla suis; sed æqualitas esto in omnibus.

18. Pincerna acutum cernito velut de specula in unumquemque, et minus in dominum : et acutius etiam audito. Sunto varii generis calices. Jus esto propinare, si quis velit, amicitiæ poculum. Propinanto omnes omnibus, si voluerint, postquam dives propinaverit. Neque necesse sit bibere, si quis non possit. Saltatorem aut citharistam tironem in convivium ne adducunto, si quis velit. Dicti jocosi modus esto omnibus, quod nemini doleat. Alea ludunto de nucibus : si quis pecuniam luserit, postridie esurito. Maneat unusquisque et abeat, quando lubitum ei fuerit. Si vero servos convivio excipiet dominus dives, etiam amici cum illo ministranto. Hasce leges unusquisque dives inscriptas in pila ærea, in media aula habeto, atque legito. Sciendum est, quam diu ea pila manserit, neque famem, neque pestilentiam, neque incendium, neque aliud quicquam mali in eam domum illis ingressurum. Sed si quando (quod quidem absit) destruatur, quid illis eventurum sit, abominamur.

3.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΡΟΝΙΚΑΙ.

1.

19. ΕΓΩ ΚΡΟΝΩ ΧΑΙΡΕΙΝ. Ἐγεγράφειν μὲν ἤδη σοι καὶ πρότερον δηλῶν ἐν οἷς εἴην καὶ ὡς ὑπὸ πενίας κινδυνεύοιμι μόνος ἄμοιρος εἶναι τῆς ἑορτῆς, ἣν ἐπήγγελκας, ἔτι καὶ τοῦτο προσθείς — μέμνημαι γάρ — ἀλογώτατον εἶναι τοὺς μὲν ἡμῶν ὑπερπλουτεῖν καὶ τρυφᾶν οὐ κοινωνοῦντας ὧν ἔχουσι τοῖς πενεστέροις, τοὺς δὲ λιμῷ διαφθείρεσθαι, καὶ ταῦτα Κρονίων ἐνεστώτων· ἐπεὶ δέ μοι τότε οὐδὲν ἀντεπέστειλας, ἡγησάμην δεῖν αὖθις ἀναμνῆσαί σε τῶν αὐτῶν. Ἐχρῆν γάρ σε, ὦ ἄριστε Κρόνε, τὸ ἄνισον τοῦτο ἀφελόντα καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐς τὸ μέσον ἅπασι καταθέντα ἔπειτα κελεύειν ἑορτάζειν. Ὡς δὲ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησί. Μᾶλλον δὲ τραγικὸν ὑποκριτὴν ἐννόησον θατέρῳ μὲν τοῖν ποδοῖν ἐφ' ὑψηλοῦ βεβηκότα, οἷοί εἰσι τραγικοὶ ἐμβάται, ὁ δ' ἕτερος ἀνυπόδητος ἔστω. Εἰ τοίνυν βαδίζοι οὕτως ἔχων, ὁρᾷς ὅτι ἀναγκαῖον αὐτῷ ἄρτι μὲν ὑψηλῷ, ἄρτι δὲ ταπεινῷ γενέσθαι, καθ' ὁπότερον ἂν πόδα προβαίνῃ. Τοσοῦτον κἂν τῷ βίῳ ἡμῶν τὸ ἄνισον· καὶ οἱ μὲν ὑποδησάμενοι ἐμβάτας τῆς τύχης χορηγούσης ἐντραγῳδοῦσιν ἡμῖν, οἱ πολλοὶ δὲ πεζῇ καὶ χαμαὶ βαδίζομεν δυνάμενοι ἂν, εὖ ἴσθι, μὴ χεῖρον αὐτῶν ὑποκρίνεσθαι καὶ διαβαίνειν, εἴ τις καὶ ἡμᾶς ἐνεσκεύασε παραπλησίως ἐκείνοις.

3.

EPISTOLÆ SATURNALES.

1.

19. EGO SATURNO SALUTEM. Equidem jam prius tibi literis demonstravi quo loco essem, et ut per paupertatem in periculo versarer, ne solus sim expers ejus quam denunciasti solemnitatis : adjeceram præterea (nam commemini) vehementer esse rationi adversum, alios nostrûm opibus deliciis que affluere, neque quicquam de his quæ habent impertiri tenuioribus; alios autem enecari fame, idque instantibus Saturnalibus. Quoniam vero nihil mihi tum rescripsisti, faciendum putavi ut iterum de iisdem rebus te admonerem. Decebat enim te, Saturne optime, sublata prius illa inæqualitate, bonis in medio omnium positis, deinde imperare dies festos. Ut vero nunc habemus, formica (aliquis est) aut camelus, ait proverbium. Quin tu tragicum mihi actorem cogita, altero quidem pede alte calceatum, quales sunt cothurni tragici; alter vero ejus pes discalceatus sit. Eo igitur habitu si ingrediatur, vides necesse illi esse, ut modo excelsus sit, modo humilis, prout hoc vel illo pede procedat. Tanta est etiam in vita nostra inæqualitas : alii quidem induti cothurnis a fortuna suppeditatis, tragico nos fastu conculcant; vulgus vero nos pedibus et humi ingredimur, qui possemus, bene noris, non deterius illis agere, et gradum grandire, si quis nos etiam similiter atque illos instruxisset.

20. Καίτοι ἀκούω τῶν ποιητῶν λεγόντων ὡς τὸ παλαιὸν οὐ τοιαῦτα ἦν τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα σοῦ ἔτι μοναρχοῦντος, ἀλλ' ἡ μὲν γῆ ἄσπορος καὶ ἀνήροτος ἔφυεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ, δεῖπνον ἕτοιμον ἑκάστῳ ἐς κόρον, ποταμοὶ δὲ οἱ μὲν οἶνον, οἱ δὲ γάλα, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μέλι ἔρρεον· τὸ δὲ μέγιστον, αὐτοὺς ἐκείνους φασὶ τοὺς ἀνθρώπους χρυσοῦς εἶναι, πενίαν δὲ μηδὲ τὸ παράπαν αὐτοῖς πλησιάζειν. Ἡμεῖς δὲ αὐτοὶ μὲν οὐδὲ μόλυβδος ἂν εἰκότως δοκοίημεν, ἀλλ' εἴ τι καὶ τούτου ἀτιμότερον, ἡ τροφὴ δὲ μετὰ πόνων τοῖς πλείστοις, ἡ πενία δὲ καὶ ἀπορία καὶ ἀμηχανία καὶ τὸ οἴμοι καὶ τὸ πόθεν ἄν μοι γένοιτο καὶ ὦ τῆς τύχης πολλὰ τοιαῦτα παρὰ γοῦν ἡμῖν τοῖς πένησι. Καὶ ἧττον ἂν, εὖ ἴσθι, ἠνιώμεθα ἂν ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ τοὺς πλουσίους ἑωρῶμεν τοσαύτῃ εὐδαιμονίᾳ συνόντας, οἳ τοσοῦτον μὲν χρυσὸν, τοσοῦτον δὲ ἄργυρον ἐγκλεισάμενοι, ἐσθῆτας δὲ ὅσας ἔχοντες, ἀνδράποδα δὲ καὶ ζεύγη καὶ συνοικίας καὶ ἀγροὺς, πάμπολλα δὲ ταῦτα ἕκαστα κεκτημένοι οὐχ ὅπως μετέδοσαν ἡμῖν ποτε αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ προσβλέπειν τοὺς πολλοὺς ἀξιοῦσι.

20. Quanquam audio poetas dicere, olim non ejusmodi fuisse res hominum, te adhuc rerum potiente; sed tellurem sine semine atque aratro genuisse ipsis bona, paratas unicuique ad satietatem usque epulas : fluvios autem vino partim, partim lacte fluxisse; fuisse etiam qui melle. Quod vero maximum, illos ipsos homines aiunt fuisse aureos, paupertatem vero nec omnino ad illos accessisse. At nos contra ea ipsi ne plumbum quidem videamur merito, sed si quid illo vilius : victus autem cum labore plerisque contingit : ceterum paupertas, et consilii inopia, et desperatio, et illud Hei mihi! et, Unde nanciscar? et Heu fortunam! talia apud nos quidem pauperes plurima. Ac minus ea indigne, bene noris, ferremus, nisi divites in tanta esse felicitate videremus : qui tantum quum aurum atque argentum penes se incluserint, vestes autem quot habeant, mancipiaque et currus, et vicos totos, et agros, et magnam quidem vim singulorum possideant; tantum abest ut eorum quicquam nobis impertiant unquam, ut ne aspicere quidem de plebe homines dignentur.

21. Ταῦτα ἡμᾶς μάλιστα ἀποπνίγει, ὦ Κρόνε, καὶ ἀφόρητον ἡγούμεθα τὸ πρᾶγμα, τὸν μὲν ἐφ' ἁλουργίδων κατακείμενον τοσούτοις ἀγαθοῖς ἐντρυφᾶν ἐρυγγάνοντα καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων εὐδαιμονιζόμενον ἀεὶ ἑορτάζοντα, ἐμὲ δὲ καὶ τοὺς ὁμοίους ὀνειροπολεῖν, εἴ ποθεν ὀβολοὶ τέτταρες γένοιντο, ὡς ἔχοιμεν ἄρτων γοῦν ἢ ἀλφίτων ἐμπεπλησμένοι καθεύδειν κάρδαμον ἢ θύμον ἢ κρόμμυον ἐπιτρώγοντες. Ἢ τοίνυν ταῦτα, ὦ Κρόνε, ἀλλάττειν καὶ μεταποιεῖν ἐς τὸ ἰσοδίαιτον, ἢ τὸ ὕστατον, αὐτούς γε ἐκείνους κελεύειν τοὺς πλουσίους μὴ μόνους ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ ἀπὸ μεδίμνων τοσούτων χρυσίου χοίνικά γε ἡμῶν πάντων κατασκεδάσαι, ἀπὸ δὲ ἱματίων ὅσα κἂν ὑπὸ σητῶν διαβρωθέντα οὐκ ἂν αὐτοὺς ἀνιάσειε, ταῦτα γοῦν πάντως ἀπολλύμενα καὶ ὑπὸ τοῦ χρόνου διαφθαρησόμενα ἡμῖν δοῦναι περιβαλέσθαι μᾶλλον ἢ ἐν ταῖς κοίταις καὶ κίσταις εὐρῶτι πολλῷ κατασαπῆναι.

21. Hæc nos maxime Saturne, angunt, et rem esse intolerabilem arbitramur; istum quidem jacentem in purpura tot in bonis delicias agere, ructantem, et beatum prædicari a familiaribus, perpetuos dies festos agentem : me vero ac mei similes hoc ipsum per quietem etiam et in somnis curare, sicunde quattuor confieri possint oboli, ut pane certe aut pulte oppleti, adhibito nasturtii aut porri aut cepæ obsonio, ire cubitum queamus. Aut igitur hæc immuta, Saturne, et reduc ad æqualitatem, aut, quod extremum est, ipsis illis divitibus impera, ne soli fruantur bonis illis, sed de tot modiis auri chœnicem certe in nos omnes spargant; de vestibus autem tantum, quantum a tineis si corrodatur, ægre non ferant; hæc ergo omnino peritura, et quæ futurum sit ut corrumpantur a tempore, nobis uti dent induenda potius, quam in arcis ac cistis multo situ computrescant.

22. Καὶ μὴν καὶ δειπνίζειν ἕκαστον ἄρτι μὲν τέτταρας, ἄρτι δὲ πέντε τῶν πενήτων παραλαμβάνοντας, μὴ μέντοι ἐς τὸν νῦν τρόπον τῶν δείπνων, ἀλλ' ἐς τὸ δημοτικώτερον, ὡς ἐπ' ἴσης μετέχειν ἅπαντας καὶ μὴ τὸν μὲν ἐμφορεῖσθαι τῶν ὄψων καὶ τὸν οἰκέτην περιμένειν ἑστῶτα, ἔστ' ἂν ἀπαγορεύσῃ ἐσθίων, ἐφ' ἡμᾶς δὲ ἐλθόντα, ἔτι παρασκευαζομένων ὡς ἐπιβάλοιμεν τὴν χεῖρα, παραμείβεσθαι δείξαντα μόνον τὴν λοπάδα ἢ ὅσον ἐστὶ τοῦ πλακοῦντος τὸ λοιπόν· μηδὲ ἐσκομισθέντος ὑὸς διανέμοντα, τῷ μὲν δεσπότῃ παρατιθέναι τὸ ἡμίτομον ὅλον σὺν τῇ κεφαλῇ, τοῖς δὲ ἄλλοις ὀστᾶ φέρειν ἐγκεκαλυμμένα. Προειπεῖν δὲ καὶ τοῖς οἰνοχόοις μὴ περιμένειν, ἔστ' ἂν ἑπτάκις αἰτήσῃ πιεῖν ἡμῶν ἕκαστος, ἀλλὰ ἢν ἅπαξ κελεύσῃ, αὐτίκα ἐγχέαι καὶ ἀναδοῦναι μεγάλην κύλικα ἐμπλησαμένους ὥσπερ τῷ δεσπότῃ· καὶ τὸν οἶνον δὲ αὐτὸν πᾶσι τοῖς συμπόταις ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι. Ἢ ποῦ γὰρ γεγράφθαι τοῦτον τὸν νόμον,

1. Ἔστι ἐν Συρίῃ πόλις οὐ πολλὸν ἀπὸ τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ, καλέεται δὲ Ἱρὴ καὶ ἔστι ἱρὴ τῆς Ἥρης τῆς Ἀσσυρίης. Δοκέει δέ μοι, τόδε τὸ οὔνομα οὐχ ἅμα τῇ πόλι οἰκεομένῃ ἐγένετο, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀρχαῖον ἄλλο ἦν· μετὰ δὲ σφίσι τῶν ἱρῶν μεγάλων γιγνομένων ἐς τόδε ἡ ἐπωνυμίη ἀπίκετο. Περὶ ταύτης ὦν τῆς πόλιος ἔρχομαι ἐρέων ὁκόσα ἐν αὐτῇ ἐστι· ἐρέω δὲ καὶ νόμους τοῖσι ἐς τὰ ἱρὰ χρέονται, καὶ πανηγύριας τὰς ἄγουσι, καὶ θυσίας τὰς ἐπιτελέουσι. Ἐρέω δὲ ὁκόσα καὶ περὶ τῶν τὸ ἱρὸν εἱσαμένων μυθολογέουσι, καὶ τὸν νηὸν ὅκως ἐγένετο. Γράφω δὲ Ἀσσύριος ἐὼν, καὶ τῶν ἀπηγέομαι τὰ μὲν αὐτοψίῃ ἔμαθον, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἱρέων ἐδάην, ὁκόσα ἐόντα ἐμεῦ πρεσβύτερα ἐγὼ ἱστορέω.

2. Πρῶτοι μὲν ὦν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Αἰγύπτιοι λέγονται θεῶν τε ἐννοίην λαβεῖν καὶ ἱρὰ εἵσασθαι καὶ τεμένεα καὶ πανηγύριας ἀποδέξαι. Πρῶτοι δὲ καὶ οὐνόματα ἱρὰ ἔγνωσαν καὶ λόγους ἱροὺς ἔλεξαν. Μετὰ δὲ οὐ πολλοστῷ χρόνῳ παρ' Αἰγυπτίων λόγον Ἀσσύριοι ἐς θεοὺς ἤκουσαν καὶ ἱρὰ καὶ νηοὺς ἤγειραν, ἐν τοῖσι καὶ ἀγάλματα ἔθεντο καὶ ξόανα ἐστήσαντο.

3. Τὸ δὲ παλαιὸν καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι ἀξόανοι νηοὶ ἔσαν. Καὶ ἔστι ἱρὰ καὶ ἐν Συρίῃ οὐ παρὰ πολὺ τοῖς Αἰγυπτίοισι ἰσοχρονέοντα, τῶν ἐγὼ πλεῖστα ὄπωπα· τό γε τοῦ Ἡρακλέος τὸ ἐν Τύρῳ, οὐ τούτου τοῦ Ἡρακλέος, τὸν Ἕλληνες ἀείδουσι, ἀλλὰ τὸν ἐγὼ λέγω, πολλὸν ἀρχαιότερος, καὶ Τύριος ἥρως ἐστί.

4. Ἔνι δὲ καὶ ἄλλο ἱρὸν ἐν Φοινίκῃ μέγα, τὸ Σιδώνιοι ἔχουσι, ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι, Ἀστάρτης ἐστί· Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω Σεληναίην ἔμμεναι· ὡς δέ μοί τις τῶν ἱρέων ἀπηγέετο, Εὐρώπης ἐστὶ τῆς Κάδμου ἀδελφεῆς. Ταύτην δ' ἐοῦσαν Ἀγήνορος τοῦ βασιλῆος θυγατέρα, ἐπειδή τε ἀφανὴς ἐγεγόνεε, οἱ Φοίνικες τῷ νηῷ ἐτιμήσαντο καὶ λόγον ἱρὸν ἐπ' αὐτῇ ἔλεξαν, ὅτι ἐοῦσαν καλὴν Ζεὺς ἐπόθεε καὶ τὸ εἶδος εἰς ταῦρον ἀμειψάμενος ἥρπασε, καί μιν ἐς Κρήτην φέρων ἀπίκετο. Τάδε μὲν καὶ τῶν ἄλλων Φοινίκων ἤκουον, καὶ τὸ νόμισμα, τῷ Σιδώνιοι χρέονται, τὴν Εὐρώπην ἐφεζομένην ἔχει τῷ ταύρῳ τῷ Διί· τὸν δὲ νηὸν οὐχ ὁμολογέουσι Εὐρώπης ἔμμεναι.

5. Ἔχουσι δὲ καὶ ἄλλο Φοίνικες ἱρὸν, οὐκ Ἀσσύριον, ἀλλ' Αἰγύπτιον, τὸ ἐξ Ἡλίου πόλιος ἐς τὴν Φοινίκην ἀπίκετο. Ἐγὼ μέν μιν οὐχ ὄπωπα, μέγα δὲ καὶ τόδε καὶ ἀρχαῖόν ἐστι.

6. Εἶδον δὲ καὶ ἐν Βύβλῳ μέγα ἱρὸν Ἀφροδίτης Βυβλίης, ἐν τῷ καὶ τὰ ὄργια ἐς Ἄδωνιν ἐπιτελέουσι· ἐδάην δὲ καὶ τὰ ὄργια. Λέγουσι γὰρ δὴ ὦν τὸ ἔργον τὸ ἐς Ἄδωνιν ὑπὸ τοῦ συὸς ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι καὶ μνήμην τοῦ πάθεος τύπτονταί τε ἑκάστου ἔτεος καὶ θρηνέουσι καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι καὶ σφίσι μεγάλα πένθεα ἀνὰ τὴν χώρην ἵσταται. Ἐπεὰν δὲ ἀποτύψων-

LXXII.

DE SYRIA DEA.

1. Est in Syria urbs non procul ab Euphrate fluvio : vocatur ea Hiera (*sacra*, Hierapolis), et est sacra Junoni Assyriæ. Videtur autem mihi nomen illud non statim fuisse urbi, ex quo primum habitari cœpit; sed antiquum fuisse aliud : postea vero quum magna ibi sacra fierent, nomen loci in hoc abiit. De hac igitur urbe jam dicam, quæ in ea sint : dicam vero leges etiam, quibus in sacris suis utuntur, et celebritates quas agunt, et sacrificia quæ faciunt. Dicam ea quoque omnia quæ de conditoribus sacri illius fabulantur, et templum quomodo sit exstructum. Scribo autem Assyrius ipse, qui ea, quæ narro, partim meis viderim oculis; partim vero a sacerdotibus sim edoctus, quæ quidem ætatem meam antecedentia hic refero.

2. Jam primi hominum, quos nos novimus, Ægyptii dicuntur deorum cognitionem cepisse, et condidisse templa atque delubra, et cœtus sacrorum causa instituisse. Primi etiam nomina novere sacra, et narrationes sacras tradiderunt. Non ita multo post autem ab Ægyptiis Assyrii illam de diis doctrinam audierunt, et templa atque ædes excitarunt, in quibus simulacra quoque ponebant, et signa statuebant.

3. Antiquitus vero apud Ægyptios etiam sine sculpta imagine erant templa. Et sunt in Syria quoque templa Ægyptiis illis non multum ætate inferiora, quorum ego plurima vidi : ut Herculis Tyri, non illius, quem Græci canunt, Herculis, sed quem ego dico, qui multum antiquior, et Tyrius heros est.

4. Est vero aliud quoque in Phœnice templum magnum, quod habent Sidonii : prout ipsi dicunt, Astartæ est : Astarten autem puto ego Lunam esse : ut vero sacerdotum mihi aliquis narravit, Europæ est, sororis Cadmi. Hanc autem Agenoris regis filiam, quum discessisset ex oculis, Phœnices honorarunt templo, et historiam de ea sacram tradidere, eam, pulchra quum esset, a Jove amatam, qui mutatus in tauri speciem eam rapuerit, et in Cretam detulerit. Hæc etiam ex Phœnicibus aliis audivi, et nummus, quo utuntur Sidonii, Europam habet tauro insidentem, Jovi. Templum autem Europæ esse, non consentiunt

5. Habent autem aliud etiam sacrum Phœnices, non Assyrium illud, sed Ægyptium, quod Heliopoli in Phœnicen venit. Ego quidem illud non vidi; magnum vero ipsum quoque et antiquum est.

6. Sed vidi ego Bybli magnum templum Veneris Bybliæ, in quo etiam Adonidis orgia peragunt : ac didici illa orgia. Dicunt nempe illud de Adonide et de apro in sua regione factum, et in memoriam illius calamitatis plangunt singulis annis et plorant, et peragunt orgia, et magnum sibi per illam regionem luctum imponunt. Quum vero satis planctus

ταί τε καὶ ἀποκλαύσωνται; πρῶτα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἀδώνιδι ὅκως ἐόντι νέκυι, μετὰ δὲ τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ ζώειν τέ μιν μυθολογέουσι καὶ ἐς τὸν ἠέρα πέμπουσι καὶ τὰς κεφαλὰς ξυρέονται ὅκως Αἰγύπτιοι ἀποθανόντος Ἄπιος. Γυναικῶν δὲ ὁκόσαι οὐκ ἐθέλουσι ξυρέεσθαι, τοιήνδε ζημίην ἐκτελέουσι· ἐν μιῇ ἡμέρῃ ἐπὶ πρήσι τῆς ὥρης ἵστανται, ἡ δὲ ἀγορὴ μούνοισι ξείνοισι παραχέεται καὶ ὁ μισθὸς ἐς τὴν Ἀφροδίτην θυσίη γίγνεται.

7. Εἰσὶ δὲ ἔνιοι Βυβλίων, οἳ λέγουσι παρὰ σφίσι τεθάφθαι τὸν Ὄσιριν τὸν Αἰγύπτιον, καὶ τὰ πένθεα καὶ τὰ ὄργια οὐκ ἐς τὸν Ἄδωνιν, ἀλλ' ἐς τὸν Ὄσιριν πάντα πρήσσεσθαι. Ἐρέω δὲ ὁκόθεν καὶ τάδε πιστὰ δοκέουσι. Κεφαλὴ ἑκάστου ἔτεος ἐξ Αἰγύπτου ἐς τὴν Βύβλον ἀπικνέεται πλώουσα τὸν μεταξὺ πλόον ἑπτὰ ἡμερέων, καί μιν οἱ ἄνεμοι φορέουσι θείῃ ναυτιλίῃ· τρέπεται δὲ οὐδαμὰ, ἀλλ' ἐς μούνην τὴν Βύβλον ἀπικνέεται. Καὶ ἔστι τὸ σύμπαν θῶυμα. Καὶ τοῦτο ἑκάστου ἔτεος γίγνεται, τὸ καὶ ἐμεῦ παρεόντος ἐν Βύβλῳ ἐγένετο· καὶ τὴν κεφαλὴν ἐθεησάμην Βυβλίνην.

8. Ἔνι δὲ καὶ ἄλλο θῶυμα ἐν τῇ χώρῃ τῇ Βυβλίνῃ, ποταμὸς ἐκ τοῦ Λιβάνου τοῦ οὔρεος ἐς τὴν ἅλα ἐκδιδοῖ· οὔνομα τῷ ποταμῷ Ἄδωνις ἐπικέεται. Ὁ δὲ ποταμὸς ἑκάστου ἔτεος αἱμάσσεται καὶ τὴν χροιὴν ὀλέσας ἐσπίπτει ἐς τὴν θάλασσαν καὶ φοινίσσει τὸ πολλὸν τοῦ πελάγεος καὶ σημαίνει τοῖς Βυβλίοις τὰ πένθεα. Μυθέονται δὲ ὅτι ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι ὁ Ἄδωνις ἀνὰ τὸν Λίβανον τιτρώσκεται καὶ τὸ αἷμα ἐς τὸ ὕδωρ ἐρχόμενον ἀλλάσσει τὸν ποταμὸν καὶ τῷ ῥόῳ τὴν ἐπωνυμίην διδοῖ. Ταῦτα μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι. Ἐμοὶ δέ τις ἀνὴρ Βύβλιος ἀληθέα δοκέων λέγειν ἑτέρην ἀπηγέετο τοῦ πάθεος αἰτίην. Ἔλεγε δὲ ὧδε· Ὁ Ἄδωνις ὁ ποταμὸς, ὦ ξεῖνε, διὰ τοῦ Λιβάνου ἔρχεται· ὁ δὲ Λίβανος κάρτα ξανθόγεώς ἐστιν· ἄνεμοι ὦν τρηχέες ἐκείνῃσι τῇσι ἡμέρῃσι ἱστάμενοι τὴν γῆν τῷ ποταμῷ ἐπιφέρουσι ἐοῦσαν ἐς τὰ μάλιστα μιλτώδεα, ἡ δὲ γῆ μιν αἱμώδεα τίθησι· καὶ τοῦδε τοῦ πάθεος οὐ τὸ αἷμα, τὸ λέγουσι, ἀλλ' ἡ χώρη αἰτίη. Ὁ μέν μοι Βύβλιος τοσαῦτα ἀπηγέετο· εἰ δὲ ἀτρεκέως ταῦτα ἔλεγε, ἐμοὶ μὲν δοκέει κάρτα θείη καὶ τοῦ ἀνέμου ἡ συντυχίη.

9. Ἀνέβην δὲ καὶ ἐς τὸν Λίβανον ἐκ Βύβλου, ὁδὸν ἡμέρης, πυθόμενος αὐτόθι ἀρχαῖον ἱρὸν Ἀφροδίτης ἔμμεναι, τὸ Κινύρης εἵσατο, καὶ εἶδον τὸ ἱρὸν καὶ ἀρχαῖον ἦν. Τάδε μέν ἐστι τὰ ἐν τῇ Συρίῃ ἀρχαῖα καὶ μεγάλα ἱρά.

10. Τοσούτων δὲ ἐόντων ἐμοὶ δοκέει οὐδὲν τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει μεῖζον ἔμμεναι οὐδὲ νηὸς ἄλλος ἁγιώτερος οὐδὲ χώρη ἄλλη ἱροτέρη. Ἔνι δὲ καὶ ἔργα ἐν αὐτῷ πολυτελέα καὶ ἀρχαῖα ἀναθήματα καὶ πολλὰ θωύματα καὶ ξόανα θεοπρεπέα, καὶ θεοὶ δὲ κάρτα αὐτοῖσι ἐμφανέες· ἱδρώει γὰρ δὴ ὦν παρὰ σφίσι τὰ ξόανα καὶ κινέεται καὶ χρησμηγορέει· καὶ βοὴ δὲ πολλάκις ἐγένετο ἐν τῷ νηῷ κλεισθέντος τοῦ ἱροῦ, καὶ πολλοὶ ἤκουσαν. Ναὶ μὴν καὶ ὄλβου πέρι ἐν τοῖσι ἐγὼ οἶδα πρῶτόν ἐστι· πολλὰ γὰρ αὐτοῖσι ἀπικνέεται χρήματα ἔκ τε Ἀραβίης

et lacrimarum est, primo inferias Adonidi, tanquam mortuo, mittunt; post vero, insequenti die, vivereque illum narrant, et cœlo illum exponunt: etiam capita tondent, sicut Ægyptii, quando mortuus his est suus Apis. Mulierum vero quotquot tonderi nolunt, multam solvunt ejusmodi: uno die venales stant, forma quæstum facturæ; forum autem solis patet peregrinis, et merces illarum sacrificium fit Veneri.

7. Sunt autem Bybliorum quidam, qui sepultum apud se dicunt Osirin Ægyptium, et luctus illos et orgia non in Adonin, sed in Osirin peragi omnia. Dicam vero unde ista quoque fide digna videantur. Caput singulis annis ex Ægypto Byblum venit, natans per interjectum spatium quod septem diebus navigatur: ac ferunt illud divina quadam navigatione venti; declinat autem nusquam, sed solam Byblum pervenit. Estque universum hoc miraculum: idque annis singulis contingit, quod me etiam præsente Bybli factum est; ac vidi caput illud Byblium.

8. Est vero aliud quoque in Bybliorum regione miraculum: flumen e Libano monte ortum exoneratur in mare: impositum nomen flumini Adonis. Illud flumen singulis annis cruentatur, suoque amisso colore in mare effunditur, et magnam maris partem inficiens, suos Bybliis luctus indicit. Fabulantur autem hisce ipsis diebus in Libano vulnerari Adonin, delatoque in aquam illius sanguine immutari flumen, atque cognomen fluento illud dari. Hæc vulgus dicit: mihi vero Byblius homo, qui vera videbatur dicere, aliam narravit mutationis illius causam. Dicebat autem ita: Adonis flumen, mi hospes, venit per Libanum: at Libanus multum rubicundæ terræ habet; venti ergo vehementes, qui statos illis diebus flatus habent, terram flumini inferunt minio valde similem: hæc illud terra reddit sanguineum: hujusque mutationis non sanguis, quem dicunt, sed regio ipsa in causa est. Hæc mihi narrabat Byblius: si autem vera hæc dixit, mihi tamen divina valde illa ipsa venti opportunitas videtur.

9. Ascendi vero etiam Byblo in Libanum, diei unius itinere, quum audissem antiquum ibi esse Veneris fanum, quod constituerit Cinyras. Ac vidi templum, quod sane antiquum erat. Atque hæc illa vetera sunt et magna per Syriam templa.

10. Tot autem quum sint, nullum mihi videtur illis, quæ sunt Hierapoli, majus esse, nec ædes alia augustior, neque sanctior regio alia. Sunt autem etiam opera in eo sumtuosa, et donaria antiqua, et spectanda multa, et signa augusta, præsentesque valde iis dii. Sudant enim apud illos simulacra, et moventur, atque edunt oracula. Clamor etiam sæpe in æde coortus, quum clausum esset templum. et multi exaudiverunt. Verum etiam divitiarum causa eorum, quæ ego novi, primum est. Multæ enim ad illos opes ve-

καὶ Φοινίκων καὶ Βαβυλωνίων καὶ ἄλλα ἐκ Καππαδοκίης, τὰ δὲ καὶ Κίλικες φέρουσι, τὰ δὲ Ἀσσύριοι. Εἶδον δὲ ἐγὼ καὶ τὰ ἐν τῷ νηῷ λάθρῃ ἀποκέαται, ἐσθῆτα πολλὴν καὶ ἄλλα ὁκόσα ἐς ἄργυρον ἢ ἐς χρυσὸν ἀποκέκριται· Ὀρταὶ μὲν γὰρ καὶ πανηγύριες οὐδαμοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώπων τοσαίδε ἀποδεδέχαται.

11. Ἱστορέοντι δέ μοι ἐτέων πέρι, ὁκόσα τῷ ἱρῷ ἐστι, καὶ τὴν θεὸν αὐτοὶ ἥντινα δοκέουσι, πολλοὶ λόγοι ἐλέγοντο, τῶν οἱ μὲν ἱροί, οἱ δὲ ἐμφανέες, οἱ δὲ κάρτα μυθώδεες, καὶ ἄλλοι βάρβαροι, οἱ μὲν τοῖσι Ἕλλησι ὁμολογέοντες, τοὺς ἐγὼ πάντας μὲν ἐρέω, δέχομαι δὲ οὐδαμά.

12. Οἱ μὲν ὦν πολλοὶ Δευκαλίωνα τὸν Σισύθεα τὸ ἱρὸν εἵσασθαι λέγουσι, τοῦτον Δευκαλίωνα, ἐπὶ τοῦ τὸ πολλὸν ὕδωρ ἐγένετο. Δευκαλίωνος δὲ πέρι λόγον ἐν Ἕλλησι ἤκουσα, τὸν Ἕλληνες ἐπ' αὐτῷ λέγουσι. Ὁ δὲ μῦθος ὧδε ἔχει· ἥδε ἡ γενεὴ οἱ νῦν ἄνθρωποι οὐ πρῶτοι ἐγένοντο, ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ γενεὴ πάντες ὤλοντο. Οὗτοι δὲ γένεος τοῦ δευτέρου εἰσί, τὸ αὖτις ἐκ Δευκαλίωνος ἐς πληθὺν ἀπίκετο. Ἐκείνων δὲ πέρι τῶν ἀνθρώπων τάδε μυθέονται· ὑβρισταὶ κάρτα ἐόντες ἀθέμιστα ἔργα ἔπρησσον, οὔτε γὰρ ὅρκια ἐφύλασσον οὔτε ξείνους ἐδέκοντο οὔτε ἱκετέων ἠνείχοντο, ἀντ' ὧν σφίσιν ἡ μεγάλη συμφορὴ ἀπίκετο. Αὐτίκα ἡ γῆ πολλὸν ὕδωρ ἐκδιδοῖ καὶ ὄμβροι μεγάλοι ἐγένοντο καὶ οἱ ποταμοὶ κατέβησαν μέζονες καὶ ἡ θάλασσα ἐπὶ πολλὸν ἀνέβη, ἐς ὃ πάντα ὕδωρ ἐγένοντο καὶ πάντες ὤλοντο, Δευκαλίων δὲ μοῦνος ἀνθρώπων ἐλίπετο ἐς γενεὴν δευτέρην εὐβουλίης τε καὶ τοῦ εὐσεβέος εἵνεκα. Ἡ δέ οἱ σωτηρίη ἥδε ἐγένετο· λάρνακα μεγάλην, τὴν αὐτὸς εἶχε, ἐς ταύτην ἐσβιβάσας παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἑωυτοῦ ἐσέβη· ἐσβαίνοντι δέ οἱ ἀπίκοντο σύες καὶ ἵπποι καὶ λεόντων γένεα καὶ ὄφιες καὶ ἄλλα ὁκόσα ἐν γῇ νέμονται, πάντα ἐς ζεύγεα. Ὁ δὲ πάντα ἐδέκετο, καί μιν οὐκ ἐσίνοντο, ἀλλὰ σφίσι μεγάλη διόθεν φιλίη ἐγένετο. Καὶ ἐν μιῇ λάρνακι πάντες ἔπλευσαν, ἔστε τὸ ὕδωρ ἐπεκράτεε. Τὰ μὲν Δευκαλίωνος πέρι Ἕλληνες ἱστορέουσι.

13. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου λέγεται λόγος ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει μεγάλως ἄξιος θωυμάσαι, ὅτι ἐν τῇ σφετέρῃ χώρῃ χάσμα μέγα ἐγένετο καὶ τὸ σύμπαν ὕδωρ κατεδέξατο· Δευκαλίων δέ, ἐπεὶ τάδε ἐγένετο, βωμούς τε ἔθετο καὶ νηὸν ἐπὶ τῷ χάσματι Ἥρης ἅγιον ἐστήσατο. Ἐγὼ δὲ καὶ τὸ χάσμα εἶδον, καὶ ἔστι ὑπὸ τῷ νηῷ κάρτα μικρόν. Εἰ μὲν ὦν πάλαι καὶ μέγα ἐὸν νῦν τοιόνδε ἐγένετο, οὐκ οἶδα· τὸ δὲ ἐγὼ εἶδον, μικρόν ἐστι. Σῆμα δὲ τῆς ἱστορίης τόδε πρήσσουσι· δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐκ θαλάσσης ὕδωρ ἐς τὸν νηὸν ἀπικνέεται. Φέρουσι δὲ οὐκ ἱρέες μοῦνον, ἀλλὰ πᾶσα Συρίη καὶ Ἀραβίη, καὶ πέρηθεν τοῦ Εὐφρήτεω πολλοὶ ἄνθρωποι ἐς θάλασσαν ἔρχονται καὶ πάντες ὕδωρ φέρουσι, τὸ πρῶτα μὲν ἐν τῷ νηῷ ἐκχέουσι, μετὰ δὲ ἐς τὸ χάσμα κατέρχεται, καὶ δέχεται τὸ χάσμα μικρὸν ἐὸν ὕδατος χρῆμα πολλόν. Τὰ δὲ ποιέοντες Δευκαλίωνα ἐν τῷ ἱρῷ τόνδε νόμον θέσθαι λέγουσι συμφορῆς τε καὶ εὐεργεσίης μνῆμα ἔμμεναι.

niunt ex Arabia, et a Phœnicibus, et Babyloniis, et aliæ e Cappadocia; quædam vero etiam Cilices afferunt, quædam Assyrii. Vidi ego ea quoque quæ in templo occultis locis reposita sunt, vestem multam, et alia quæ in argentum vel in aurum discreta sunt. Festorum quidem celebrationes dierum et conventus nullis aliis mortalium tot ac tanti instituti sunt.

11. Percontanti autem mihi de annis, quot essent illi sacro, et quam ipsi deam illam putarent, multæ narrationes dicebantur quarum sacræ aliæ, aliæ publicæ; quædam oppido fabulosæ; et aliæ barbaræ, aliæ Græcis consentientes, quas ego dicam quidem omnes, neutiquam vero recipio.

12. Vulgus igitur Deucalionem esse, Sisythen, aiunt, qui templum condiderit; eum, inquam, Deucalionem, sub quo multa illa aqua fuit. Jam de Deucalione narrationem inter Græcos audivi, quam Græci de eo referunt. Fabula autem ita habet. Hoc sæculum, qui nunc sunt homines, non illi primi fuere; sed illud sæculum periere omnes. At hi alterius sunt generis, quod rursus a Deucalione inde in multitudinem auctum est. De istis vero prioribus hominibus hæc narrant : contumeliosi valde quum essent, nefaria facinora patrabant : neque enim jurisjurandi religionem servabant, neque recipiebant hospites, neque supplicibus parcebant : pro quibus rebus magna illa venit ipsis calamitas. Statim multum aquæ terra effundere, et pluviæ fieri magnæ, et amnes descendere majores, mare autem multum ascendere : quare aqua fiebant omnia, peribantque universi; Deucalion solus alteri sæculo reservatus est prudentiæ et pietatis causa. Servatio autem ipsius hoc modo contigit. Arcam quam habebat magnam, in hanc liberos suos et uxores imposuit, et ipse quoque ingressus est. Quum autem ingrederetur, venerunt ad eum apri, et equi, et leonum genera, et serpentes, et reliqua quæ in terra pascuntur, bina omnia. Recipit ille omnia : neque illi nocent; sed magna inter ipsos amicitia, a Jove immissa, intercedit. Atque in una omnes arca navigarunt, quam diu aqua obtinebat. Hæc de Deucalione narrant Græci.

13. Hinc vero narratio ab iis, qui Hierapoli sunt, fertur admiratione maxime digna : in ipsorum regione hiatum factum esse magnum, qui aquam omnem receperit. Deucalionem vero, aiunt, quum hæc facta essent, altariaque constituit, et sacram Junoni ædem super hiatum collocavit. Ego etiam hiatum vidi; et est sub templo valde parvus. An vero magnus fuerit olim, et nunc tantillus factus, non novi : quem vero ego vidi, ille parvus est. Signum hujus narrationis esse statuunt hoc quod fit : bis unoquoque anno de mari aqua in templum venit. Ferunt eam non sacerdotes solum, sed Syria omnis et Arabia, et Transeuphratani multi homines ad mare accedunt, et aquam ferunt omnes, quam primum quidem in templo effundunt; deinde vero in hiatum ea descendit, capitque ille hiatus, parvus licet, aquæ vim maximam. Hæc faciunt, et a Deucalione hanc in eo templo legem latam esse dicunt, ut illud

Ὁ μὲν ὦν ἀρχαῖος αὐτοῖσι λόγος ἀμφὶ τοῦ ἱροῦ τοιόσδε ἐστί.

14. Ἄλλοι δὲ Σεμίραμιν τὴν Βαβυλωνίην, τῆς δὴ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ ἐστὶ, ταύτην καὶ τόδε τὸ ἕδος εἵσασθαι νομίζουσι, οὐχ Ἥρῃ δὲ εἵσασθαι, ἀλλὰ μητρὶ ἑωυτῆς, τῆς Δερκετὼ οὔνομα. Δερκετοῦς δὲ εἶδος ἐν Φοινίκῃ ἐθεησάμην, θέημα ξένον· ἡμισέη μὲν γυνὴ, τὸ δὲ ὁκόσον ἐκ μηρῶν ἐς ἄκρους πόδας ἰχθύος οὐρὴ ἀποτείνεται. Ἡ δὲ ἐν τῇ ἱρῇ πόλει πᾶσα γυνή ἐστι. Πίστιες δὲ τοῦ λόγου αὐτοῖσι κάρτα ἐμφανέες· ἰχθύας χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι καὶ οὔκοτε ἰχθύων ψαύουσι, καὶ ὄρνιθας τοὺς μὲν ἄλλους σιτέονται, περιστερὴν δὲ μούνην οὐ σιτέονται, ἀλλὰ σφίσι ἥδε ἱρή. Τὰ δὲ γιγνόμενα δοκέει αὐτοῖσι ποιέεσθαι Δερκετοῦς καὶ Σεμιράμιος εἵνεκα, τὸ μὲν, ὅτι Δερκετὼ μορφὴν ἰχθύος ἔχει, τὸ δὲ, ὅτι τὸ Σεμιράμιος τέλος ἐς περιστερὴν ἀπίκετο. Ἀλλ' ἐγὼ τὸν μὲν νηὸν ὅτι Σεμιράμιος ἔργον ἐστὶ, τάχα κου δέξομαι· Δερκετοῦς δὲ τὸ ἱρὸν ἔμμεναι οὐδαμὰ πείθομαι, ἐπεὶ καὶ παρ' Αἰγυπτίων ἐνίοισι ἰχθύας οὐ σιτέονται, καὶ τάδε οὐ Δερκετοῖ χαρίζονται.

15. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος ἱερὸς, τὸν ἐγὼ σοφοῦ ἀνδρὸς ἤκουσα, ὅτι ἡ μὲν θεὴ Ῥέη ἐστὶ, τὸ δὲ ἱρὸν Ἄττεω ποίημα· Ἄττης δὲ γένος μὲν Λυδὸς ἦν, πρῶτος δὲ τὰ ὄργια τὰ ἐς Ῥέην ἐδιδάξατο. Καὶ τὰ Φρύγες καὶ Λυδοὶ καὶ Σαμόθρακες ἐπιτελέουσι, Ἄττεω πάντα ἔμαθον· ὡς γάρ μιν ἡ Ῥέη ἔτεμε, βίου μὲν ἀνδρηΐου ἀπεπαύσατο, μορφὴν δὲ θηλέην ἠμείψατο καὶ ἐσθῆτα γυναικηΐην ἐνεδύσατο καὶ ἐς πᾶσαν γῆν φοιτέων ὄργιά τε ἐπετέλεε καὶ τὰ ἔπαθε ἀπηγέετο καὶ Ῥέην ἤειδε. Ἐν τοῖσι καὶ ἐς Συρίην ἀπίκετο. Ὡς δὲ οἱ πέρην Εὐφρήτεω ἄνθρωποι οὔτε αὐτὸν οὔτε ὄργια ἐδέκοντο, ἐν τῷδε τῷ χώρῳ τὸ ἱρὸν ἐποιήσατο. Σημήια δέ· ἡ θεὸς τὰ πολλὰ ἐς Ῥέην ἐπικνέεται. Λέοντες γάρ μιν φέρουσι καὶ τύμπανον ἔχει καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πυργοφορέει, ὁκοίην Ῥέην Λυδοὶ ποιέουσι. Ἔλεγε δὲ καὶ Γάλλων πέρι, οἵ εἰσιν ἐν τῷ ἱρῷ, ὅτι Γάλλοι Ἥρῃ μὲν οὐδαμὰ, Ῥέῃ δὲ τέμνονται καὶ Ἄττεα μιμέονται. Τὰ δέ μοι εὐπρεπέα μὲν δοκέει ἔμμεναι, ἀληθέα δὲ οὔ· ἐπεὶ καὶ τῆς τομῆς ἄλλην αἰτίην ἤκουσα πολλὸν πιστοτέρην.

16. Ἀνδάνει δέ μοι τὰ λέγουσι τοῦ ἱροῦ πέρι τοῖσι Ἕλλησι τὰ πολλὰ ὁμολογέοντες, τὴν μὲν θεὸν Ἥρην δοκέοντες, τὸ δ' ἔργον Διονύσου τοῦ Σεμέλης ποίημα· καὶ γὰρ δὴ Διόνυσος ἐς Συρίην ἀπίκετο κείνην ὁδὸν τὴν ἦλθεν ἐπ' Αἰθιοπίην. Καὶ ἔστι πολλὰ ἐν τῷ ἱρῷ Διονύσου ποιητέω σήματα, ἐν τοῖσι καὶ ἐσθῆτες βάρβαροι καὶ λίθοι Ἰνδοὶ καὶ ἐλεφάντων κέρεα, τὰ Διόνυσος ἐξ Αἰθιόπων ἤνεικε, καὶ φαλλοὶ δὲ ἑστᾶσι ἐν τοῖσι προπυλαίοισι δύο κάρτα μεγάλοι, ἐπὶ τῶν ἐπίγραμμα τοιόνδε ἐπιγέγραπται, « τούσδε φαλλοὺς Διόνυσος Ἥρῃ μητρυιῇ ἀνέθηκα. » Ἐμοὶ μέν νυν καὶ τάδε ἀρκέει. Ἐρέω δὲ καὶ ἄλλ' ὅ τι ἐστὶ ἐν τῷ νηῷ Διονύσου ὄργιον. Φαλλοὺς Ἕλληνες Διονύσῳ ἐγείρουσι, ἐπὶ τῶν καὶ τοιόνδε τι φέρουσι, ἄνδρας μικροὺς ἐκ ξύλου πεποιημένους, μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας· καλέονται δὲ τάδε νευ-

esset calamitatis pariter ac beneficii monimentum. Antiqua ergo de templo illis narratio est hujusmodi.

14. Alii vero Babyloniam Semiramidem, cujus quidem multa per Asiam opera exstant, hanc ergo constituisse arbitrantur illam quoque sedem; nec vero Junoni constituisse, sed suæ matri, cujus nomen Derceto. Dercetus porro speciem vidi in Phœnice, mirum spectaculum : dimidia est mulier; quod est autem a feminibus inde ad extremos pedes, piscis cauda extenditur. Ea vero quæ Hierapoli est, tota est mulier. Argumenta illis hujus relationis sunt valde aperta : pisces rem sacram arbitrantur, et nunquam pisces attingunt; atque aves reliquas quidem in cibo habent, columba vero sola non vescuntur, sed est ea illis sacra. Hæc quæ ita fiunt, videntur iis fieri Dercetus et Semiramidis causa : alterum, quod piscis formam habet Derceto; alterum, quod Semiramidis finis in columbam exiit. At ego ædem quidem illam Semiramidis opus esse, forte receperim; Dercetus autem esse delubrum, nequaquam mihi persuadetur, quandoquidem etiam apud Ægyptios sunt qui piscibus in cibo non utantur, neque illud Dercetus gratia faciunt.

15. Est vero alia etiam sacra narratio, quam a sapienti viro accepi, deam illam esse Rheam, delubrum vero opus Attis. Attes porro genere Lydus fuit, primusque Rheæ orgia docuit. Ac quæ Phryges et Lydi et Samothraces peragunt, ea ab Atte didicerunt omnia : ubi enim illum Rhea castravit, virilem victum desiit, speciemque pro eo assumsit femineam, et vestem induit muliebrem, et terras omnes peragrans, orgiaque peragebat, et enarrabat quæ passus esset, et Rheam canebat. Inter hæc pervenit etiam in Syriam. Quum autem Transeuphratani homines neque ipsum reciperent, neque orgia, illo ipso in loco hoc sibi delubrum fecit. Signa vero hujus rei sunt : in multis hæc dea ad Rheam accedit. Leones enim illam vehunt, et tympanum habet, et turrim gerit in capite, qualem Rheam Lydi faciunt. Dicebat idem de Gallis, qui in templo sunt, Gallos Junoni nusquam, at Rheæ castrari, et imitari Atten. Hæc speciosa quidem mihi videntur esse, vera non item : quandoquidem etiam castrationis illius aliam causam audivi, multum fide digniorem.

16. Placent vero mihi quæ de templo dicunt ii qui Græcis majorem partem consentiunt, deam Junonem esse putantes, opus vero a Baccho Semeles filio factum : nempe Bacchus in Syriam venit ea via, qua profectus est in Æthiopiam. Ac sunt multa in templo Bacchi auctoris indicia; in his et vestes barbaræ, et gemmæ Indicæ, et elephantorum cornua, quæ ex Æthiopibus Bacchus attulit; et stant phalli in vestibulo duo maximi, in quibus talis est inscriptio, HOSCE PHALLOS BACCHUS JUNONI NOVERCÆ POSUI. Mihi quidem etiam hæc sufficiunt. Dicam vero quoque aliud quod est in templo, Bacchi sacrum. Phallos Græci Baccho erigunt, in quibus etiam tale quid ferunt, virunculos parvos e ligno factos, pudenda magna habentes; vocantur autem hæc neu-

ρόσπαστα. Ἔστι δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ ἱρῷ, ἐν δεξιῇ τοῦ νηοῦ κάθηται σμικρὸς ἀνὴρ χάλκεος ἔχων αἰδοῖον μέγα.

17. Τοσάδε μὲν ἀμφὶ τῶν οἰκιστέων τοῦ ἱροῦ μυθολογέουσι. Ἤδη δὲ ἐρέω καὶ τοῦ νηοῦ πέρι θέσιός τε ὅκως ἐγένετο καὶ ὅστις μιν ἐποιήσατο. Λέγουσι τὸν νηὸν τὸν νῦν ἐόντα μὴ ἔμμεναι τὸν τὴν ἀρχὴν γεγενημένον, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν κατενεχθῆναι χρόνῳ ὕστερον, τὸν δὲ νῦν ἐόντα Στρατονίκης ἔμμεναι ποίημα, γυναικὸς τοῦ Ἀσσυρίων βασιλῆος. Δοκέει δέ μοι ἡ Στρατονίκη ἐκείνη ἔμμεναι, τῆς ὁ πρόγονος ἠρήσατο, τὸν ἤλεγξε τοῦ ἰητροῦ ἐπινοίη· ὡς γάρ μιν ἡ συμφορὴ κατέλαβεν, ἀμηχανέων τῷ κακῷ αἰσχρῷ δοκέοντι κατ' ἡσυχίην ἐνόσεε. Ἔκειτο δὲ ἀλγέων οὐδὲν, καί οἱ ἥ τε χροιὴ πάμπαν ἐτρέπετο καὶ τὸ σῶμα δι' ἡμέρης ἐμαραίνετο. Ὁ δὲ ἰητρὸς ὡς εἶδέ μιν ἐς οὐδὲν ἐμφανὲς ἀρρωστέοντα, ἔγνω τὴν νοῦσον ἔρωτα ἔμμεναι. Ἔρωτος δὲ ἀφανέος πολλὰ σημήια, ὀφθαλμοί τε ἀσθενέες καὶ φωνὴ καὶ χροιὴ καὶ δάκρυα. Μαθὼν δὲ ταῦτα ἐποίεε· χειρὶ μὲν τῇ δεξιῇ ἔχε τοῦ νεηνίσκου τὴν καρδίην, ἐκάλεε δὲ τοὺς ἀνὰ τὴν οἰκίην πάντας· ὁ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἐσιόντων πάντων ἐν ἠρεμίῃ μεγάλῃ ἦν, ὡς δὲ ἡ μητρυιὴ ἀπίκετο, τήν τε χροιὴν ἠλλάξατο καὶ ἱδρώειν ἄρξατο καὶ τρόμῳ ἔχετο καὶ ἡ καρδίη ἀνεπάλλετο· τὰ δὲ γιγνόμενα ἐμφανέα τῷ ἰητρῷ τὸν ἔρωτα ἐποίεε.

18. Καί μιν ὧδε ἰήσατο· καλέσας τοῦ νεηνίσκου τὸν πατέρα κάρτα ὀρρωδέοντα, Ἥδε ἡ νοῦσος, ἔφη, τὴν ὁ παῖς ὅδε ἀρρωστέει, οὐ νοῦσός ἐστι, ἀλλὰ ἀδικίη· ὅδε γάρ τοι ἀλγέει μὲν οὐδὲν, ἔρως δέ μιν καὶ φρενοβλαβείη ἔχει. Ἐπιθυμέει δὲ τῶν οὐδαμὰ τεύξεται, φιλέων γυναῖκα ἐμὴν, τὴν ἐγὼ οὔτι μετήσομαι. Ὁ μὲν ὧν τοιάδε σοφίῃ ἐψεύδετο. Ὁ δὲ αὐτίκα ἐλίσσετο, Πρός τε σοφίης καὶ ἰητρικῆς μή μοι παῖδα ὀλέσῃς· οὐ γὰρ ἐθέλων ταύτῃ συμφορῇ ἔσχετο, ἀλλά οἱ ἡ νοῦσος ἀεκουσίη. Τῷ σὺ μηδαμὰ ζηλοτυπέων πένθος ἐγεῖραι πάσῃ βασιληίῃ μηδὲ ἰητρὸς ἐὼν φθόνον προξενέειν ἰητρικῇ. Ὁ μὲν ὧδε ἀγνὼς ἐὼν ἐδέετο. Ὁ δέ μιν αὖτις ἀμείβετο, Ἀνόσια σπεύδεις γάμον ἐμὸν ἀπαιρεόμενος ἠδὲ ἰητρὸν ἄνδρα βιώμενος. Σὺ δὲ κῶς ἂν αὐτὸς ἔπρηξας, εἴ τοι σὴν γυναῖκα ἐπόθεε, ἐμεῦ τάδε δεόμενος; Ὁ δὲ πρὸς τάδε ἔλεγε ὡς οὐδ' αὐτὸς ἄν κοτε γυναικὸς ἐφείσατο οὐδὲ παιδὶ σωτηρίης ἐφθόνεε, εἰ καί οἱ μητρυιῆς ἐπεθύμεε· οὐ γὰρ ὁμοίην συμφορὴν ἔμμεναι γαμετὴν ἢ παῖδα ὀλέσαι. Ὡς δὲ τάδε ὁ ἰητρὸς ἤκουσε, Τί τοι, ἔφη, ἐμὲ λίσσεαι; καὶ γάρ τοι σὴν γυναῖκα ποθέει· τὰ δὲ ἔλεγον ἐγὼ, πάντα ἔην ψεύδεα. Πείθεται μὲν τουτέοισι, καὶ τῷ μὲν παιδὶ λείπει καὶ γυναῖκα καὶ βασιληίην, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην ἀπίκετο καὶ πόλιν ἐπὶ τῷ Εὐφρήτῃ ἐπώνυμον ἑωυτοῦ ἐποιήσατο, ἔνθα οἱ καὶ ἡ τελευτὴ ἐγένετο. Ὧδε μὲν ὁ ἰητρὸς ἔρωτα ἔγνω τε καὶ ἰήσατο.

19. Ἥδε δὴ ὦν ἡ Στρατονίκη ἔτι τῷ προτέρῳ ἀνδρὶ συνοικέουσα ὄναρ τοιόνδε ἐθεήσατο, ὥς μιν ἡ Ἥρη ἐκέλευε ἐγεῖραί οἱ τὸν ἐν τῇ Ἱρῇ πόλι νηὸν, εἰ δὲ ἀπειθέοι, πολλά οἱ καὶ κακὰ ἀπείλεε. Ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα

rospasta [*nervis tracta*]. Est autem hoc etiam in delubro: in dextra templi sedet vir parvus æneus cum magno pudendo.

17. Tantum de conditoribus sacri narrant. Jam vero de ipsa æde dicam, et illius positione, quomodo sit facta, et quis eam condiderit. Aiunt ædem quæ nunc est, non esse illam ab initio statim structam, sed istam ipso tempore collapsam denique; quæ vero nunc est, eam Stratonices esse opus, quæ uxor Assyriorum regis fuerit. Videtur autem mihi illa fuisse Stratonice, quam privignus suus amavit, quem medici deprehendit sollertia: quum enim ille ipsum morbus invasisset, consilii expers in malo quod turpe videretur, ægrotabat silentio. Jacebat autem parte dolente nulla: atque ipsi et color plane mutabatur, et corpus in dies marcescebat. At medicus, quum videret illum manifesto nullo morbo laborare, amorem esse ipsius morbum cognovit. Amoris autem occultati signa multa, oculi languidi, et vox, et color, et lacrimæ. Quo cognito, hæc faciebat: dextra manu cordi adolescentis admota, domesticos vocabat omnes. Ille ceteris omnibus intrantibus tranquillus admodum erat: at noverca ubi advenit, et colorem mutavit, et incepit sudare, et tremore corripiebatur, et cor ei palpitabat. Ista quum fierent, manifestum medico amorem prodidere.

18. Atque ita illum sanavit: vocato patre adolescentis vehementer anxio, Iste morbus, inquit, quo juvenis hic ægrotat, non morbus est, sed injuria: nihil enim ipsi dolet; sed amor illum tenet atque amentia. Concupiscit enim quæ nunquam consequetur: meam quippe uxorem amat, quam ego neutiquam dimittam. Hæc ille astute commentus est. At pater statim supplicare, Per, inquit, tuam sapientiam et medicinæ peritiam, ne patiaris perire mihi filium: neque enim volens hoc correptus est malo, sed involuntarius ei morbus. Noli ergo tua zelotypia luctum excitare regno universo; neu, medicus quum sis, invidiam conciliare medicinæ. Sic ille imprudens orabat. At respondit ei medicus: Nefarium est quod studiose adeo petis, matrimonium mihi meum auferens et vim adhibere parans viro medico. Tu vero quid ipse faceres, si tuæ uxoris desiderio teneretur, qui me ista depreceris? Ad hæc ille, neque se uxori unquam parsurum, neque invisurum filio salutem, etiamsi suam is novercam amaret; non enim æqualem esse calamitatem, conjugem amittere, et filium. Hæc ubi audierat medicus, Quid ergo, inquit, mihi supplicas? tuam nempe uxorem amat: quæ vero modo dicebam, conficta erant omnia. His ille obsecutus, et uxorem et regnum concedit filio, ipse autem in Babyloniæ regionem abiit, et urbem sibi cognominem ad Euphraten condidit: ubi etiam mortuus est. Sic ille medicus et deprehendit amorem et sanavit.

19. Hæc ergo Stratonice, quum in prioris adhuc viri matrimonio esset, somnium vidit ejusmodi, quasi imperaret sibi Juno, uti templum Hierapoli sibi excitaret; quod si non pareret, multa illi et mala interminabatur. Illa initio

οὐδεμίην ὤρην ἐποιέετο, μετὰ δὲ ὥς μιν μεγάλη νοῦσος ἔλαβε, τῷ τε ἀνδρὶ τὴν ὄψιν ἀπηγήσατο καὶ τὴν Ἥρην ἱλάσκετο καὶ στήσειν τὸν νηὸν ὑπεδέξατο. Καὶ αὐτίκα ὑγιέα γενομένην ὁ ἀνὴρ ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἔπεμπε, σὺν δέ οἱ καὶ χρήματα καὶ στρατιὴν πολλὴν, τοὺς μὲν οἰκοδομέειν, τοὺς δὲ καὶ τοῦ ἀσφαλέος εἵνεκα· καλέσας δέ τινα τῶν ἑωυτοῦ φίλων, νεηνίην κάρτα καλὸν, τῷ οὔνομα ἦν Κομβάβος, Ἐγώ τοι, ἔφη, ὦ Κομβάβε, ἐσθλὸν ἐόντα φιλέω τε μάλιστα φίλων ἐμῶν καὶ πάμπαν ἐπαινέω σοφίης τε καὶ εὐνοίης τῆς ἐς ἡμέας, τὴν δὴ ἐπεδέξαο· νῦν δέ μοι χρειὼ μεγάλης πίστιος, τῷ σε θέλω γυναικὶ ἐμῇ ἑσπόμενον ἔργον τέ μοι ἐπιτελέσαι καὶ ἱρὰ τελέσαι καὶ στρατιῆς ἐπικρατέειν· σοὶ δὲ ἀπικομένῳ ἐξ ἡμέων τιμὴ μεγάλη ἔσσεται. Πρὸς δὲ τάδε ὁ Κομβάβος αὐτίκα λίσσετο πολλὰ λιπαρέων μή μιν ἐκπέμπειν μηδὲ πιστεύειν οἱ τὰ πολλὸν ἑωυτοῦ μέζονα χρήματα καὶ γυναῖκα καὶ ἔργον ἱρόν· τὰ δὲ ὀρρώδεε μή κοτέ οἱ ζηλοτυπίη χρόνῳ ὑστέρῳ ἐς τὴν Στρατονίκην γένοιτο, τὴν μοῦνος ἀπάξειν ἔμελλε.

20. Ὡς δὲ οὐδαμὰ ἐπείθετο, ὁ δὲ ἱκεσίης δευτέρης ἅπτεται δοῦναί οἱ χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων, μετὰ δὲ ἀποστεῖλαί μιν τελέσαντά τι τῶν μάλιστα ἐδέετο. Τυχὼν δὲ ῥηιδίως ἐς τὸν ἑωυτοῦ οἶκον ἀπικνέεται καὶ πεσὼν χαμᾶζε τοιάδε ὠδύρετο· ὦ δείλαιος, τί μοι ταύτης τῆς πίστιος; τί δέ μοι ὁδοῦ, τῆς τέλος ἤδη δέρκομαι; Νέος μὲν ἐγὼ καὶ γυναικὶ καλῇ ἕψομαι. Τὸ δέ μοι μεγάλη συμφορὴ ἔσσεται, εἰ μὴ ἔγωγε πᾶσαν αἰτίην κακοῦ ἀποθήσομαι. Τῷ με χρῆν μέγα ἔργον ἀποτελέσαι, τό μοι πάντα φόβον ἰήσεται. Τάδε εἰπὼν ἀτελέα ἑωυτὸν ἐποίεε, καὶ ταμὼν τὰ αἰδοῖα ἐς ἀγγήιον μικρὸν κατέθετο σμύρνῃ τε ἅμα καὶ μέλιτι καὶ ἄλλοισι θυώμασι καὶ ἔπειτα σφρηγῖδι τὴν ἐφόρεε σημηνάμενος τὸ τρῶμα ἰῆτο. Μετὰ δὲ ὥς μιν ὁδοιπορέειν ἐδόκεε, ἀπικόμενος ἐς τὸν βασιλῆα πολλῶν παρεόντων διδοῖ τε ἅμα τὸ ἀγγήιον καὶ λέγει ὧδε· Ὦ δέσποτα, τόδε μοι μέγα κειμήλιον ἐν τοῖσι οἰκηίοισι ἀπεκέετο, τὸ ἐγὼ κάρτα ἐπόθεον· νῦν δὲ ἐπεὶ μεγάλην ὁδὸν ἔρχομαι, παρὰ σοὶ τόδε θήσομαι. Σὺ δέ μοι ἀσφαλέως ἔχειν· τόδε γάρ μοι χρυσοῦ βέλτερον, τόδε μοι ψυχῆς ἐμῆς ἀντάξιον. Εὖτ' ἂν δὲ ἀπίκωμαι, σῶον αὖτις ἀποίσομαι. Ὁ δὲ δεξάμενος ἑτέρῃ σφρηγῖδι ἐσημαίνετο καὶ τοῖσι ταμίῃσι φρουρέειν ἐνετείλατο.

21. Κομβάβος μέν νυν τὸ ἀπὸ τοῦδε ἀσφαλέα ὁδὸν ἤνυε· ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν σπουδῇ τὸν νηὸν οἰκοδόμεον καὶ σφίσι τρία ἔτεα ἐν τῷ ἔργῳ ἐξεγένετο, ἐν τοῖσι ἀπέβαινε τάπερ ὁ Κομβάβος ὀρρώδεε· ἡ Στρατονίκη γὰρ χρόνον ἐπὶ πολλὸν συνόντα μιν ποθέειν ἄρχετο, μετὰ δέ οἱ καὶ κάρτα ἐπεμήνατο. Καὶ λέγουσι οἱ ἐν τῇ ἱρῇ πόλι τὴν Ἥρην τουτέων αἰτίην ἐθέλουσαν γενέσθαι, Κομβάβον ἐσθλὸν μὲν ἐόντα λαθέειν μηδαμὰ, Στρατονίκην δὲ τίσασθαι, ὅτι οὐ ῥηιδίως τὸν νηὸν ὑπέσχετο.

22. Ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐσωφρόνεε καὶ τὴν νοῦσον ἔκρυπτε· ὡς δέ οἱ τὸ κακὸν μέζον ἡσυχίης ἐγένετο, ἐς

quidem nullam ejus rationem habebat: at postea, quum magnus illam morbus invaderet, et viro enarravit visum, et Junonem placavit, et statuere ædem recepit. Et statim inde quum convaluisset, misit eam vir suus Hierapolin, et cum illa pecuniam multam, et magnum exercitum, partim qui ædificarent, partim etiam securitatis causa. Atque vocato quodam amicorum suorum, juvene pulcherrimo, cui Combabo nomen erat, Ego, inquit, Combabe, te utpote bonum virum, et amicorum meorum amo maxime, et vehementer te laudo sapientiæ pariter et benevolentiæ in nos causa, quam ostendisti: jam vero magna mihi fide opus est: ideoque volo te, uxorem comitatum meam, et opus mihi perficere, et sacra facere, et exercitui cum imperio præesse. Ceterum tibi reduci magnus a nobis honor habebitur. Ad hæc Combabus statim supplicare et multum rogare ne se mitteret, neu commendaret sibi res multum se majores, pecunias, uxorem, opus sacrum: præterea vero metuebat ne quando illi postea zelotypia de Stratonice oreretur, quam solus abducturus erat.

20. Quum vero persuaderi sibi rex non pateretur, ad alteram ille supplicationem conversus, septem sibi dierum tempus dari petit: post ea se mitteret, ubi perfecisset quo maxime facto esset opus. Hoc facile quum impetrasset, domum suam abiit, et humi procumbens, ita suam sortem deplorabat: Miserum me, quorsum ista mihi fides? quo mihi iter, cujus jam finem prospicio? Juvenis ego, et pulchram comitabor mulierem. Hoc vero magnæ mihi erit calamitati, nisi omnem ego mali causam atque obtentum removero. Itaque magnum mihi perficiendum opus est, quod omnem mihi metum sanabit. Hæc ubi dixit, ipse se mutilabat, et resecta pudenda in vasculo parvo recondidit una cum myrrha et melle et aromatis aliis, ac deinde suo quem gestabat anulo obsignavit: postremo curavit vulnus. Deinde quum iter facere posse sibi videretur, accedens ad regem, multis præsentibus quum vasculum porrigit, tum ita loquitur: Hic mihi, domine, pretiosissimus thesaurus domi fuerat repositus, quem ego valde carum habebam: jam vero quum magnam viam ingredior, apud te illum deponam. Tu vero tutum mihi præsta: est enim illud auro mihi carius, et non minus quam vita pretiosum. Quum rediero, salvum rursus recipiam. Ille acceptum alio obsignavit anulo, et quæstoribus suis asservandum tradidit.

21. Combabus igitur ab eo inde tempore securum iter peragebat. Delati Hierapolin diligenter ædem ædificant, tresque ipsis anni in hoc negotio effluxere. Interea acciderunt quæ Combabus metuerat. Stratonice enim illum, qui longo tempore secum versaretur, amare cœpit; qui amor ipsi postea in furorem, et magnum quidem exiit. Dicunt autem Hierapolitani, Junonem harum rerum causam volentem fuisse; non fugisse illam, virum bonum esse Combabum; Stratonicen autem ulcisci voluisse, quod non facile templum ædificandum suscepisset.

22. Ac primo quidem illa modesta erat et occultabat morbum. Quum autem quietem non amplius illi malum

ἐμφανὲς ἐτρύχετο κλαίεσκέ τε δι' ἡμέρης καὶ Κομβάβον ἀνεκαλέετο καί οἱ πάντα Κομβάβος ἦν. Τέλος δὲ ἀμηχανέουσα τῇ συμφορῇ εὐπρεπέα ἱκεσίην ἐδίζητο. Ἄλλῳ μὲν ὦν τὸν ἔρωτα ὁμολογέειν ἐφυλάσσετο, αὐτὴ δὲ ἐπιχειρέειν αἰδέετο. Ἐπινοέει ὦν τοιάδε, οἴνῳ ἑωυτὴν μεθύσασα ἐς λόγους οἱ ἐλθεῖν· ἅμα δὲ οἴνῳ ἐσιόντι παρρησίη τε ἐσέρχεται καὶ ἡ ἀποτυχίη οὐ κάρτα αἰσχρὴ, ἀλλὰ τῶν πρησσομένων ἕκαστα ἐς ἀγνοίην ἀναχωρέει. Ὡς δέ οἱ ἐδόκεε, καὶ ἐποίεε ταῦτα. Καὶ ἐπεὶ ἐκ δείπνου ἐγένοντο, ἀπικομένη ἐς τὰ οἰκήια, ἐν τοῖσι Κομβάβος αὐλίζετο, λίσσετό τε καὶ γούνων ἅπτετο καὶ τὸν ἔρωτα ὡμολόγεε· ὁ δὲ τόν τε λόγον ἀπηνέως ἀπεδέκετο καὶ τὸ ἔργον ἀναίνετο καί οἱ τὴν μέθην ἐνεκάλεε. Ἀπειλούσης δὲ μέγα τι κακὸν ἑωυτὴν ἐργάσασθαι, δείσας πάντα οἱ λόγον ἔφηνε καὶ πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ πάθην ἀπηγήσατο καὶ τὸ ἔργον ἐς ἐμφανὲς ἤνεικε. Ἰδοῦσα δὲ ἡ Στρατονίκη τὰ οὔκοτε ἔλπετο, μανίης μὲν ἐκείνης ἔσχετο, ἔρωτος δὲ οὐδαμὰ ἐλήθετο, ἀλλὰ πάντα οἱ συνεοῦσα ταύτην παραμυθίην ἐποιέετο ἔρωτος ἀπρήκτοιο. Ἔστιν ὁ ἔρως οὗτος ἐν τῇ ἱρῇ πόλι καὶ ἔτι νῦν γίγνεται· γυναῖκες Γάλλων ἐπιθυμέουσι καὶ γυναιξὶ Γάλλοι ἐπιμαίνονται, ζηλοτυπέει δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ σφίσι τὸ χρῆμα κάρτα ἱρὸν νομίζεται.

23. Τὰ δ' ὦν ἐν τῇ ἱρῇ πόλι ἀμφὶ τὴν Στρατονίκην οὐδαμὰ τὸν βασιλέα λῆθε, ἀλλὰ πολλοὶ ἀπικνεόμενοι κατηγόρεον καὶ τὰ γιγνόμενα ἀπηγέοντο. Ἐπὶ τοῖσι περιαλγέων ἐξ ἀτελέος τοῦ ἔργου Κομβάβον μετεκάλεε. Ἄλλοι δὲ λέγουσι λόγον οὔτι ἀληθέα, τὴν Στρατονίκην, ἐπειδὴ ἀπέτυχε τῶν ἐδέετο, αὐτὴν γράψασαν ἐς τὸν ἄνδρα τοῦ Κομβάβου κατηγορέειν πείρην οἱ ἐπικαλέουσαν, καὶ τὸ Ἕλληνες Σθενεβοίης πέρι λέγουσι καὶ Φαίδρης τῆς Κνωσσίης, ταυτὶ καὶ Ἀσσύριοι ἐς Στρατονίκην μυθολογέουσι. Ἐγὼ μέν νυν οὔτε Σθενεβοίην πείθομαι οὔτε Φαίδρην τοιάδε ἐπιτελέσαι, εἰ τὸν Ἱππόλυτον ἀτρεκέως ἐπόθεε Φαίδρη. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐχέτω ὅκως καὶ ἐγένετο.

24. Ὡς δὲ ἡ ἀγγελίη ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἀπίκετο ἔγνω τε ὁ Κομβάβος τὴν αἰτίην, θαρσέων τε ἤιεν, ὅτι οἱ ἡ ἀπολογίη οἴκοι ἐλείπετο, καί μιν ἐλθόντα ὁ βασιλεὺς αὐτίκα μὲν ἔδησέ τε καὶ ἐν φρουρῇ ἔχε. Μετὰ δὲ παρεόντων οἱ τῶν φίλων, οἳ καὶ τότε πεμπομένῳ τῷ Κομβάβῳ παρεγένοντο, παραγαγὼν ἐς μέσον κατηγορέειν ἄρχετο καί οἱ μοιχηίην τε καὶ ἀκολασίην προὔφερε· κάρτα δὲ δεινοπαθέων πίστιν τε καὶ φιλίην ἀνεκαλέετο λέγων τρισσὰ Κομβάβον ἀδικέειν μοιχόν τε ἐόντα καὶ ἐς πίστιν ὑβρίσαντα καὶ ἐς θεὸν ἀσεβέοντα, τῆς ἐν τῷ ἔργῳ τοιάδε ἔπρηξε· πολλοὶ δὲ παρεστεῶτες ἤλεγχον, ὅτι ἀναφανδὸν σφέας ἀλλήλοισι συνεόντας εἶδον. Πᾶσι δὲ τέλος ἐδόκεε αὐτίκα θνήσκειν Κομβάβον θανάτου ἄξια ἐργασμένον.

25. Ὁ δὲ τέως μὲν ἕστηκε λέγων οὐδέν· ἐπεὶ δὲ ἤδη ἐς τὸν φόνον ἤγετο, φθέγξατό τε καὶ τὸ κειμήλιον αἴτεε λέγων, ὡς ἀναιρέει μιν οὐχ ὕβριος οὐδὲ γάμων εἵνεκα,

hoc concederet, manifeste affictabat se et toto die plorabat, et Combabum identidem vocabat, denique omnia illi Combabus esse. Tandem impotens illius mali, decentem supplicandi occasionem quærit. Atque alii quidem fateri amorem cavebat, ipsa autem rem aggredi pudore prohibebatur. Excogitat ergo illud, ut vino se quum inebriasset, cum illo ageret : quippe una cum vino audacia etiam ingreditur, neque admodum turpis repulsa; sed quicquid egeris, in ignorantiam confertur. Ut vero visum ipsi erat, sic illa etiam agebat. Ac post cœnam veniens in cubiculum, in quo commorabatur Combabus, supplicabat illi, genua contingebat, et fatebatur amorem. Ille averso animo hunc sermonem accepit et rem recusavit, ebrietatem illi objiciens. Quum vero minaretur illa magnum se sibi malum illaturam, pertimuit, et totam illi rationem suam indicavit, et quod in se consciverat enarravit, denique rem ipsam aperte demonstravit. Ubi conspexit quæ nunquam speraverat Stratonice, furor ille quidem constitit; amoris autem neutiquam obliviscebatur, sed semper cum illo versans hoc habebat irriti amoris solatium. Viget ejusmodi amor Hierapoli, et nunc adhuc ita fit : amant feminæ Gallos, et furunt Galli in feminas; at zelotypus nemo est, sed res ea valde sancta apud illos putatur.

23. Quæ igitur Hierapoli agebantur de Stratonice, ea neutiquam fugiebant regem, sed multi qui inde venere, deferebant, et quid fieret narrabant. His vehementer commotus rex, imperfecto adhuc opere, Combabum arcessivit. Alii hic narrant rem minime veram; Stratonicen, quum repulsæ essent illius preces, ipsam scripsisse marito et Combabum tentatæ ab illo pudicitiæ suæ reum fecisse : et quod de Sthenobœa sua Græci dicunt, et de Phædra Cnossia, idem de Stratonice fabulantur Assyrii. Equidem neque Sthenobœam credo, neque Phædram fecisse talia, si vere amavit Phædra Hippolytum. Verum ea ita se, uti facta sunt, habeant.

24. Ubi vero Hierapolin nuncius venit, causam cognovit Combabus, et cum fiducia abiit, quod domi relicta sibi esset defensio. Ac venientem rex statim in vincula conjectum tradit custodibus. Deinde præsentibus amicis, qui etiam tum, quum dimitteretur Combabus, adfuerant, productum in medium accusare cœpit, et adulterium illi atque malam libidinem objiciebat : gravissimeque commotus fidem et amicitiam memorabat, triplici se scelere obstringere Combabum dicens, qui et adulter esset, et in fidem sibi habitam contumeliosus, et in deam impius, cujus in opere commisisset talia. Multi autem astantes eum convincebant, quod aperte amplexantes se mutuo vidissent. Tandem placebat omnibus mori statim Combabum, qui morte digna perpetrasset.

25. At ille hucusque steterat nihil dicens : quum vero ad supplicium jam duceretur, locutus est et pignus suum repoposcit, interfici se dicens non contumeliæ regi illatæ aut

ἀλλ' ἐκείνων ἐπιθυμέων, τά οἱ ἀπιὼν παρεθήκατο. Πρὸς τάδε ὁ βασιλεὺς καλέσας τὸν ταμίην ἐκέλευε ἐνεῖκαι τά οἱ φρουρέειν ἔδωκε· ὡς δὲ ἤνεικε, λύσας τὴν σφρηγῖδα ὁ Κομβάβος τά τε ἐνεόντα ἐπέδειξε καὶ ἑωυτὸν ὁποῖα ἐπεπόνθεε, ἔλεξέ τε, Ὦ βασιλεῦ, τάδε τοι ἐγὼ ὀρρωδέων, εὖτέ με ταύτην ὁδὸν ἔπεμπες, ἀέκων ἤιον, καὶ ἐπεί με ἀναγκαίη μεγάλη ἐκ σέο κατέλαβε, τοιάδε ἐπετέλεσα, ἐσθλὰ μὲν ἐς δεσπότεα, ἐμοὶ δὲ οὐκ εὐτυχέα· τοιόσδε μέντοι ἐὼν ἀνδρὸς ἐπ' ἀδικίην ἐγκαλέομαι. Ὁ δὲ πρὸς τάδε ἀμβώσας περιέβαλέ τέ μιν καὶ δακρύων, ἅμα ἔλεγε, Ὦ Κομβάβε, τί μέγα κακὸν εἰργάσαο; τί δὲ σεωυτὸν οὕτω ἀεικέλιον ἔργον μοῦνος ἀνδρῶν ἔπρηξας; τὰ οὐ πάμπαν ἐπαινέω, ὦ σχέτλιε, ὃς τοιάδε ἔτλης, οἷα μήτε σὲ παθέειν μήτε ἐμὲ ἰδέσθαι ὤφελε· οὐ γάρ μοι ταύτης ἀπολογίης ἔδεε. Ἀλλ' ἐπεὶ δαίμων τοιάδε ἤθελε, πρῶτα μέν σοι τίσις ἐξ ἡμέων ἔσσεται, αὐτέων συκοφαντέων ὁ θάνατος, μετὰ δὲ μεγάλη δωρεὴ ἀπίξεται χρυσός τε πολλὸς καὶ ἄργυρος ἄπλετος καὶ ἐσθῆτες Ἀσσύριαι καὶ ἵπποι βασιλήιοι. Ἀπίξεαι δὲ παρ' ἡμέας ἄνευ ἐσαγγελέος οὐδέ τις ἀπέρξει σε ἡμετέρης ὄψιος, οὐδ' ἢν γυναικὶ ἅμα εὐνάζωμαι. Τάδε εἶπέ τε ἅμα καὶ ἐποίεε· καί οἱ μὲν αὐτίκα ἐς φόνον ἤγοντο, τῷ δὲ τὰ δῶρα ἐδίδοτο καὶ ἡ φιλίη μέζων ἐγεγόνεε. Ἐδόκεε δὲ οὐδεὶς ἔτι Ἀσσυρίων Κομβάβῳ σοφίην καὶ εὐδαιμονίην ἴκελος.

26. Μετὰ δὲ αἰτησάμενος ἐκτελέσαι τὰ λείποντα τῷ νηῷ — ἀτελέα γάρ μιν ἀπολελοίπεε — αὖτις ἐπέμπετο, καὶ τόν τε νηὸν ἐξετέλεσε καὶ τὸ λοιπὸν αὐτοῦ ἔμενε. Ἔδωκε δέ οἱ βασιλεὺς ἀρετῆς τε καὶ εὐεργεσίης εἵνεκα ἐν τῷ ἱρῷ ἑστάναι χάλκεον· καὶ ἔτι ἐς τιμὴν ἐν τῷ ἱρῷ Κομβάβος χάλκεος Ἑρμοκλέους τοῦ Ῥοδίου ποίημα μορφὴν μὲν ὁκοίη γυνή, ἐσθῆτα δὲ ἀνδρηίην ἔχει. Λέγεται δὲ τῶν φίλων τοὺς μάλιστά οἱ εὐνοέοντας ἐς παραμυθίην τοῦ πάθεος κοινωνίην ἑλέσθαι τῆς συμφορῆς· ἔτεμον γὰρ ἑωυτοὺς καὶ δίαιταν τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ διαιτέοντο. Ἄλλοι δὲ ἱρολογέουσι ἐπὶ τῷ πρήγματι λέγοντες ὡς ἡ Ἥρη φιλέουσα Κομβάβον πολλοῖσι τὴν τομὴν ἐπὶ νόον ἔβαλε, ὅκως μὴ μοῦνος ἐπὶ τῇ ἀνανδρηίῃ λυπέοιτο.

27. Τὸ δὲ ἔθος τοῦτο ἐπειδὴ ἅπαξ ἐγένετο, ἔτι νῦν μένει καὶ πολλοὶ ἑκάστου ἔτεος ἐν τῷ ἱρῷ τάμνονται καὶ θηλύνονται εἴτε Κομβάβον παραμυθεόμενοι εἴτε καὶ Ἥρῃ χαριζόμενοι· τάμνονται δ' ὦν, ἐσθῆτα δὲ οἵδε οὐκέτι ἀνδρηίην ἔχουσι, ἀλλὰ εἵματά τε γυναικήια φορέουσι καὶ ἔργα γυναικῶν ἐπιτελέουσι. Ὡς δὲ ἐγὼ ἤκουον, ἀνακέεται καὶ τουτέων ἐς Κομβάβον ἡ αἰτίη· συνενείχθη γάρ οἱ καὶ τάδε. Ξείνη γυνὴ ἐς πανήγυριν ἀπικομένη ἰδοῦσα καλόν τε ὄντα καὶ ἐσθῆτα ἔτι ἀνδρηίην ἔχοντα ἔρωτι μεγάλῳ ἔσχετο, μετὰ δὲ μαθοῦσα ἀτελέα ἐόντα ἑωυτὴν διειργάσατο. Ἐπὶ τοῖσι Κομβάβος ἀθυμέων, ὅτι οἱ ἀτυχέως τὰ ἐς Ἀφροδίτην ἔχει, ἐσθῆτα γυναικηίην ἐνεδύσατο, ὅκως μηκέτι ἑτέρη γυνὴ ἴσα ἐξαπατέοιτο. Ἥδε αἰτίη Γάλλοισι στολῆς θηλέης. Κομβάβου μέν μοι πέρι τοσάδε εἰρήσθω· Γάλλων δὲ αὖτις ἐγὼ λόγῳ ὑστέρῳ μεμνήσομαι τομῆς

matrimonii illius violati causa, sed quod illorum cupiditate rex teneretur, quæ discedens ipsi commendasset. Ad hæc vocato rex quæstore afferri jubet quæ custodienda illi tradiderat. Quum attulisset, detracto Combabus signo quæ inerant demonstravit, seque ipsum adeo quomodo affectus esset, dixitque, Hæc ipsa, rex, ego metuens, quum hoc mihi iter mandares, et ivi invitus, et quum magna abs te mihi necessitas imposita esset, hoc feci, probum illud quidem erga dominum, mihi vero minime secundum. Talis tamen quum sim, facinoris, quod non nisi vir committere potest, reus sum. At ille exclamans ad hæc, complexusque illum est et cum lacrimis dixit, Quid magnum adeo, Combabe, malum perpetrasti? quid in te tam immane facinus solus virorum designasti? Minime laudo ista, o male audax, qui ea sustinueris, quæ utinam neque tu passus esses, neque ego vidissem! hac enim defensione mihi opus non erat. Sed quandoquidem talia voluit fortuna, primo quidem hoc tibi a me ultionis causa dabitur, mors delatorum: postea donum veniet magnum, aurumque multum et argentum immensum, et vestimenta Assyria, et equi regii. Intrabis autem ad nos nemine intro nunciante; neque quisquam a nostro te conspectu arcebit, neque si cum uxore jaceam. Hæc dixit simul et fecit: atque illi statim ducebantur ad supplicium; huic munera tribuebantur, et in majus aucta est amicitia. Nemo autem Assyriorum quisquam videbatur sapientia par Combabo et felicitate.

26. Postea quum petiisset ut liceret sibi quæ deerant templo perficere (imperfectum enim reliquerat), denuo dimittebatur, et perfecit templum, et reliquo tempore ibi mansit. Tribuit vero ipsi hoc etiam rex virtutis et bene factorum causa, uti æneus in templo staret. Et etiamnum honoris causa in templo est Combabus æneus, Hermoclis Rhodii opus, forma qualis mulier, vestitum autem habet virilem. Dicitur porro amicorum benevolentissimos, consolandi illius casus gratia, in communionem jacturæ illius venisse: exsecuerunt enim se ipsi, et eandem quam ille vivendi rationem elegerunt. Alii deos admiscent negotio, ac dicunt adamatum a Junone Combabum; atque hanc multis illam castrandi se mentem injecisse, ut ne solus ille ademtam sibi virilitatem graviter ferret.

27. Interim ille mos, postquam semel susceptus est, etiam nunc manet, multique singulis annis in templo exsecant se et effeminant, sive Combabi consolandi causa, sive gratum Junoni ut faciant: exsecant certe; vestitumque hi non amplius virilem habent, sed et vestimenta gestant muliebria, et opera mulierum faciunt. Quantum vero audivi, etiam horum origo ad Combabum refertur: nam usu illi venerunt et ista. Peregrina mulier in conventum sacrum quæ venisset, conspecto homine ita pulchro et vestito viriliter, magno illius amore exarsit: post quum comperisset mutilum esse, ipsa se interemit. Ob hæc graviter ferens Combabus, sibi infeliciter adeo succedere Venerem, muliebrem vestem sumsit, ne alia amplius mulier ea ratione deciperetur. Hæc causa Gallis vestitus feminei. Ac de Combabo ista mihi dicta sunto: Gallorum autem deinde procedente sermone mentionem faciam, et

τε αὐτέων, ὅκως τάμνονται, καὶ ταφῆς ὁκοίην θάπτονται, καὶ ὅτευ εἵνεκα ἐς τὸ ἱρὸν οὐκ ἐσέρχονται· πρότερον δέ μοι θυμὸς εἰπεῖν θέσιός τε πέρι τοῦ νηοῦ καὶ μεγάθεος, καὶ δῆτα ἐρέω.

28. Ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ἐν τῷ τὸ ἱρὸν ἵδρυται, λόφος ἐστὶ, κέαται δὲ κατὰ μέσον τῆς πόλιος μάλιστα, καί οἱ τείχεα δοιὰ περικέαται. Τῶν δὲ τειχέων τὸ μὲν ἀρχαῖον, τὸ δὲ οὐ πολλὸν ἡμέων πρεσβύτερον. Τὰ δὲ προπύλαια τοῦ ἱροῦ ἐς ἄνεμον βορέην ἀποκέκλιται μέγαθος ὅσον τε ἑκατὸν ὀργυιέων· ἐν τούτοισι τοῖσι προπυλαίοισι καὶ οἱ φαλλοὶ ἑστᾶσι, τοὺς Διόνυσος ἐστήσατο, ἡλικίην καὶ οἵδε τριήκοντα ὀργυιέων. Ἐς τουτέων τὸν ἕνα φαλλὸν ἀνὴρ ἑκάστου ἔτεος δὶς ἀνέρχεται οἰκέει τε ἐν ἄκρῳ τῷ φαλλῷ χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων. Αἰτίη δέ οἱ τῆς ἀνόδου ἥδε λέγεται· οἱ μὲν πολλοὶ νομίζουσι ὅτι ὑψοῦ τοῖσι θεοῖσι ὁμιλέει καὶ ἀγαθὰ πάσῃ Συρίῃ αἰτέει, οἱ δὲ τῶν εὐχωλέων ἀγχόθεν ἐπαΐουσι. Ἄλλοισι δὲ δοκέει καὶ τάδε Δευκαλίωνος εἵνεκα ποιέεσθαι ἐκείνης ξυμφορῆς μνήματα, ὁκότε οἱ ἄνθρωποι ἐς τὰ οὔρεα καὶ ἐς τὰ περιμήκεα τῶν δενδρέων ἤεισαν τὸ πολλὸν ὕδωρ ὀρρωδέοντες. Ἐμοὶ μέν νυν καὶ τάδε ἀπίθανα. Δοκέω γε μὲν Διονύσῳ σφέας καὶ τάδε ποιέειν, συμβάλλομαι δὲ τουτέοισι· φαλλοὺς ὅσοι Διονύσῳ ἐγείρουσι, ἐν τοῖσι φαλλοῖσι καὶ ἄνδρας ξυλίνους κατίζουσιν, ὅτευ μὲν εἵνεκα ἐγὼ οὐκ ἐρέω· δοκέει δ' ὦν μοι, καὶ ὅδε ἐς ἐκείνου μίμησιν τοῦ ξυλίνου ἀνδρὸς ἀνέρχεται.

29. Ἡ δέ οἱ ἄνοδος τοιήδε· σειρῇ μικρῇ ἑωυτόν τε ἅμα καὶ τὸν φαλλὸν περιβάλλει, μετὰ δὲ ἐπιβαίνει ξύλων προσφυῶν τῷ φαλλῷ ὁκόσον ἐς χώρην ἄκρου ποδός· ἀνιὼν δὲ ἅμα ἀναβάλλει τὴν σειρὴν ἀμφοτέρωθεν ὅκωσπερ ἡνιοχέων. Εἰ δέ τις τόδε μὲν οὐκ ὄπωπεν, ὄπωπε δὲ φοινικοβατέοντας ἢ ἐν Ἀραβίῃ ἢ ἐν Αἰγύπτῳ ἢ ἄλλοθί κου, οἶδε τὸ λέγω. Ἐπεὰν δὲ ἐς τέλος ἵκηται τῆς ὁδοῦ, σειρὴν ἑτέρην ἀφεὶς τὴν αὐτὸς ἔχει μακρὴν ταύτην, ἀνέλκει τῶν οἱ θυμὸς, ξύλα καὶ εἵματα καὶ σκεύεα, ἀπὸ τῶν ἕδρην συνδέων ὁκοίην καλιὴν ἱζάνει, μίμνει τε χρόνον τῶν εἶπον ἡμερέων. Πολλοὶ δὲ ἀπικνεόμενοι χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, οἱ δὲ χαλκὸν κομίζουσι, εἶτ' ἀφέντες ἐκείνου πρόσθε κείμενα ἀπίασι λέγοντες τὰ οὐνόματα ἕκαστος. Παρεστεὼς δὲ ἄλλος ἄνω ἀγγέλλει, ὁ δὲ δεξάμενος τοὔνομα εὐχωλὴν ἐς ἕκαστον ποιέεται, ἅμα δὲ εὐχόμενος κροτέει ποίημα χάλκεον, τὸ ἀείδει μέγα καὶ τρηχὺ κινεόμενον· εὕδει δὲ οὐδαμά· ἢν γάρ μιν ὕπνος ἕλῃ ποτὲ, σκορπίος ἀνιὼν ἀνεγείρει τε καὶ ἀεικέα ἐργάζεται, καί οἱ ἥδε ἡ ζημίη τοῦ ὕπνου ἐπικέαται. Τὰ μὲν ὦν ἐς τὸν σκορπίον μυθέονται, ἱρά τε καὶ θεοπρεπέα, εἰ δὲ ἀτρεκέα ἐστὶν, οὐκ ἔχω ἐρέειν. Δοκέει δέ μοι, μέγα ἐς ἀγρυπνίην συμβάλλεται καὶ τῆς πτώσιος ἡ ὀρρωδίη. Φαλλοβατέων μὲν δὴ πέρι τοσάδε ἀρκέει. Ὁ δὲ νηὸς ὁρέει μὲν ἐς ἠέλιον ἀνιόντα.

30. Εἶδος δὲ καὶ ἐργασίην ἐστὶν ὁκοίους νηοὺς ἐν Ἰωνίῃ ποιέουσι. Ἕδρη μεγάλη ἀνέχει ἐκ γῆς μέγαθος

castrationis illorum, quomodo castrentur, et sepulturæ qua sepeliantur, et cujus rei causa non ingrediantur in templum: prius vero mihi animus est de positione templi et magnitudine dicere; et jam dico.

28. Locus ipse, in quo sacrum constitutum, collis est: situs est autem in media fere urbe, et duplici muro est circumdatus. Murorum alter antiquus est, alter non multum ætate nostra superior. Vestibulum templi in Boream ventum porrectum est, magnitudine ad quadringentos cubitos. In hoc vestibulo etiam phalli stant, quos Bacchus statuit, iique altitudine centum et viginti cubitorum. In horum unum phallum vir singulis annis bis ascendit, moraturque in summo phallo tempus septem dierum. Causa autem illi esse ejus ascensionis hæc memoratur: vulgus putat in alto illum versari cum diis, et bona petere toti Syriæ, eosque sic e propinquo audire preces. Alii hæc etiam Deucalionis causa fieri autumant, in memoriam illius calamitatis, quum homines in montes et arborum altissimas aquarum multarum metu ascenderunt. Mihi quidem ista quoque parum probabilia; ac puto illos hæc etiam Baccho facere: conjicio autem inde: phallos quotquot Baccho erigunt, iidem ligneos in phallis viros collocant; cujus rei causa, non dixerim equidem: videtur ergo mihi illius lignei viri imitatione etiam hic ascendere.

29. Porro ascensus est ejusmodi: parva catena se pariter ac phallum circumdat; postea inscendit per ligna phallo affixa, ea mensura quæ extremum pedem recipiat. Quantum vero ascendit, tantum simul, aurigantis gestu, catenam utrimque in altum rejicit. Si quis vero hoc non vidit, vidit autem illos qui palmas conscendunt in Arabia, aut in Ægypto, aut alio quocumque loco, idem quod dico intelligit. Quum autem ad finem viæ pervenit, catena demissa alia quam secum habet, longa illa quidem, sursum trahit quæ vult, ligna et vestes et vasa; e quibus sede colligata, quasi nido quodam, ibi desidet, manetque tempore dierum quos dixi. Advenientes autem multi aurum et argentum, quidam vero æs afferunt; deinde in conspectu illius posita relinquunt, indicato suo quisque nomine. Astans vero alius sursum nunciat; atque ille accepto nomine preces pro unoquoque nuncupat: inter precandum sonum edit instrumento æneo, quod, ubi movetur, magnum quiddam canit et asperum. Dormit neutiquam: si enim somnus illi aliquando obrepat, scorpius ascendens et excitat illum, et magno malo afficit: hæc ei pœna somni proposita est. Quæ igitur de scorpio narrant, ea sacra sunt et religiosa; an sint vera, dicere non habeo. Ut mihi autem videtur, multum etiam ad vigilandum confert illi metus cadendi. De illis phallorum conscensoribus hæc sufficiant. Templum quidem spectat in solem orientem.

30. Specie est atque opere illo, qualia in Ionia templa ædificant. Eminet e solo crepido magna, octo cubitorum

ὀργυιέων δυοῖν, ἐπὶ τῆς ὁ νηὸς ἐπικέεται. Ἄνοδος ἐς αὐτὸν λίθου πεποίηται, οὐ κάρτα μακρή. Ἀνελθόντι δὲ θῶυμα μὲν καὶ ὁ πρόνηος μέγα παρέχεται θύρῃσί τε ἤσκηται χρυσέῃσι· ἔνδοθεν δὲ ὁ νηὸς χρυσοῦ τε πολλοῦ ἀπολάμπεται καὶ ἡ ὀροφὴ πᾶσα χρυσέη. Ἀπόζει δὲ αὐτοῦ ὀδμὴ ἀμβροσίη ὁκοίη λέγεται τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης, καί σοι τηλόθεν ἀνιόντι προσβάλλει πνοιὴν κάρτα ἀγαθὴν, καὶ ἢν αὖτις ἀπίῃς, οὐδαμὰ λείπεται, ἀλλά σευ τά τε εἵματα ἐς πολλὸν ἔχει τὴν πνοιὴν καὶ σὺ ἐς πάμπαν αὐτῆς μεμνήσεαι.

ραπεύω, τοὺς δὲ χρυσοῦς στεφάνους καὶ τὴν πορφύραν τῦφον νομίζω καὶ τῶν ἀνθρώπων καταγελῶ.

20. Ἵνα δὲ μάθῃς περὶ τοῦ σχήματος, ὡς οὐχ ἀνδράσι μόνον ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ θεοῖς πρέποντος ἔπειτα καταγελᾷς αὐτοῦ, σκέψαι τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν, πότερά σοι δοκοῦσιν ἔχειν ὁμοίως ὑμῖν ἢ ἐμοί; καὶ μὴ μόνον γε τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν βαρβάρων τοὺς ναοὺς ἐπισκόπει περιιὼν, πότερον αὐτοὶ οἱ θεοὶ κομῶσι καὶ γενειῶσιν ὡς ἐγὼ ἢ καθάπερ ὑμεῖς ἐξυρημένοι πλάττονται καὶ γράφονται· Καὶ μέντοι καὶ ἀχίτωνας ὄψει τοὺς πολλοὺς ὥσπερ ἐμέ. Τί ἂν οὖν ἔτι τολμῴης περὶ τούτου τοῦ σχήματος λέγειν ὡς φαύλου, ὁπότε καὶ θεοῖς φαίνεται πρέπον;

cantur, non colo equidem : aureas autem coronas, et purpuram fumum arbitror, hominesque illis utentes derideo.

20. Ut autem de habitu discas, quam illum non viros modo bonos, sed ipsos etiam deos decentem tu deinde derideas, simulacra deorum aspice, utris similiora videantur, vobisne, an mihi? neque Græcorum modo, sed barbarorum etiam templa circumiens inspice, utrum capillati sint dii et barbati velut ego, an sicut vos tonsi fingantur pinganturque. Verum etiam sine tunicis plerosque, uti me, videbis. Quid igitur adhuc de hoc habitu, tanquam contemtibili, dicere audeas, quum ipsos illum deos decere appareat?

LXXVI.

ΨΕΥΔΟΣΟΦΙΣΤΗΣ Η ΣΟΛΟΙΚΙΣΤΗΣ.

1. ΛΥΚΙΝΟΣ. Ἆρά γε ὁ γνῶναι τὸν σολοικίζοντα δεινὸς οὗτος καὶ φυλάξασθαι μὴ σολοικίσαι δυνατός;

ΣΟΛΟΙΚΙΣΤΗΣ. Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ.

ΛΥΚ. Ὁ δέ γε μὴ φυλάξασθαι, οὐδὲ γνῶναι τὸν οὕτως ἔχοντα;

ΣΟΛ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΛΥΚ. Σὺ δὲ αὐτὸς φῂς οὐ σολοικίζειν, ἢ πῶς λέγομεν περὶ σοῦ;

ΣΟΛ. Ἀπαίδευτος γὰρ ἂν εἴην, εἰ σολοικίζοιμι τηλικοῦτος ὤν.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν καὶ ἕτερον φωρᾶσαι δυνήσῃ τοῦτο δρῶντα καὶ ἐλέγξαι τὸν ἀρνούμενον;

ΣΟΛ. Παντάπασί γε.

ΛΥΚ. Ἴθι νῦν ἐμοῦ λαβοῦ σολοικίζοντος, ἄρτι δὲ σολοικιῶ.

ΣΟΛ. Οὐκοῦν εἰπέ.

ΛΥΚ. Ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τὸ δεινὸν εἴργασμαι, σὺ δὲ οὐκ ἐπέγνως.

ΣΟΛ. Παίζεις ἔχων;

ΛΥΚ. Μὰ τοὺς θεούς· ἐπεὶ σολοικίσας ἔλαθόν σε ὡς οὐκ ἐπιστάμενον. Αὖθις δὲ σκόπει· οὐ γάρ σέ φημι δύνασθαι κατανοῆσαι, ἐπεὶ ἃ μὲν οἶσθ', ἃ δ' οὐκ οἶσθα.

ΣΟΛ. Εἰπὲ μόνον.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ καὶ νῦν σεσολοίκισταί μοι, σὺ δ' οὐκ ἔγνως.

ΣΟΛ. Πῶς γὰρ, σοῦ μηδὲν λέγοντος;

ΛΥΚ. Ἐγὼ μὲν λέγω καὶ σολοικίζω, σὺ δ' οὐχ ἕπῃ τοῦτο δρῶντι· ἐπεὶ ὄφελον καὶ νῦν ἀκολουθῆσαι δυνήσῃ.

2. ΣΟΛ. Θαυμαστὰ λέγεις, εἰ μὴ δυνήσομαι καταμαθεῖν σολοικισμόν.

ΛΥΚ. Καὶ πῶς ἂν δύναιο τὸν ἕνα μαθεῖν τοὺς τρεῖς ἀγνοήσας;

ΣΟΛ. Τίνας τρεῖς;

ΛΥΚ. Ὅλους ἀρτιγενείους.

LXXVI.

PSEUDOSOPHISTA seu SOLŒCISTA.

1. LYCINUS. Numquid, si quis deprehendere perverse jungentem voces possit, idem etiam sibi cavere, ne male jungat, potest?

SOLŒCISTA. Mihi quidem videtur.

LYC. Et qui cavere nequeat, ille neque deprehendere sic habentem?

SOL. Vera dicis.

LYC. Tu vero ipse stribligine te labi negas, aut quid de te dicimus?

SOL. Nempe indoctus valde fuerim, si striblíginem hoc ætatis admittam.

LYC. Igitur alium quoque deprehendere hoc agentem possis, et negantem convincere?

SOL. Omnino equidem.

LYC. Age ergo me deprehendito striblígine utentem : commodum autem utar.

SOL. Dic ergo.

LYC. Quin jam terribile illud opus, te non observante, peregi.

SOL. Ludin' tu homo?

LYC. Non, ita me dii ament : quandoquidem striblígine jam usus te effugi, qui illam non intelligeres. Rursus vero considera : nego enim te posse intelligere; quandoquidem quæpiam scis, quæpiam nescis.

SOL. Dic modo.

LYC. Sed nunc quoque solœce locutus sum, tu vero non agnovisti.

SOL. Qui vero hoc, te nihil dicente?

LYC. At ego dico et solœcismos facio : tu autem facientem non persequeris. Quare faxint dii ut nunc certe ad illos comprehendendos sis valiturus.

2. SOL. Mira narras, si solœcismum ego observare non valebo.

LYC. Et qui valeas unum observare, qui tres ipsos ignoraveris?

SOPH. Quosnam tres?

LYC. Universos prima lanugine florentes.

ΣΟΛ. Ἐγὼ μέν σε παίζειν δοκῶ.

ΛΥΚ. Ἐγὼ δέ σε ἀγνοεῖν τὸν ἁμαρτάνοντα ἐν τοῖς λόγοις.

ΣΟΛ. Καὶ πῶς ἄν τις μάθοι μηδενὸς εἰρημένου;

ΛΥΚ. Λέλεκται καὶ σεσολοίκισται τετραπλῇ, σὺ δ' οὐκ ἔγνως. Μέγα οὖν ἆθλον κατέπραξας ἄν, εἴπερ ἔγνως.

ΣΟΛ. Οὐ μέγα μέν, ἀναγκαῖον δὲ τῷ ὁμολογήσαντι.

ΛΥΚ. Ἀλλ' οὐδὲ νῦν ἔγνως.

ΣΟΓ. Πότε νῦν;

ΛΥΚ. Ὅτε τὸ ἆθλον ἔφην σε καταπρᾶξαι.

ΣΟΛ. Οὐκ οἶδα ὅ τι λέγεις.

ΛΥΚ. Ὀρθῶς ἔφης· οὐ γὰρ οἶσθα. Καὶ πρόϊθί γε ἐς τὸ ἔμπροσθεν· οὐ γὰρ ἐθέλεις ἕπεσθαι, συνήσων ἄν, εἴπερ ἐθελήσειας.

3. ΣΟΛ. Ἀλλ' ἐγὼ βούλομαι· σὺ δ' οὐδὲν εἶπας ὧν ἄνθρωποι σολοικίζοντες λέγουσι.

ΛΥΚ. Τὸ γὰρ νῦν ῥηθὲν μικρόν τί σοι φαίνεται κακὸν εἶναι; ὅμως δὲ ἀκολούθησον αὖθις, ἐπεὶ οὐκ ἔμαθες ἐκδραμόντα.

ΣΟΛ. Μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ἔγωγε.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ μὴν μεθῆκα θεῖν λαγὼ ταχέως. Ἆρα παρῆξεν; ἀλλὰ καὶ νῦν ἔξεστιν ἰδεῖν τὸν λαγώ· εἰ δὲ μή, πολλοὶ γενόμενοι λαγῴ λήσουσί σε ἐν σολοικισμῷ πεσόντες.

ΣΟΛ. Οὐ λήσουσι.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν ἔλαθόν γε.

ΣΟΛ. Θαυμαστὰ λέγεις.

ΛΥΚ. Σὺ δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν παιδείας διέφθορας, ὥστε μηδ' αὐτὸ τοῦτο σολοικίζοντας κατανοῆσαι· οὐ γὰρ πρόσεστιν αὐτῷ τὸ τίνα.

4. ΣΟΛ. Ταῦτα μὲν οὐκ οἶδα πῶς λέγεις· ἐγὼ δὲ πολλοὺς ἤδη σολοικίζοντας κατενόησα.

ΛΥΚ. Κἀμὲ τοίνυν εἴσῃ τότε, ὅταν τι τῶν παιδίων γένῃ τῶν τὰς τιτθὰς θηλαζόντων. Ἢ εἰ οὐ νῦν ἔγνως σολοικίζοντά με, οὐδὲ αὐξάνοντα παιδία σολοικισμὸν ποιήσει τῷ μηδὲν εἰδότι.

ΣΟΛ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν εἰ ταῦτα ἀγνοήσομεν, οὐδὲν γνωσόμεθα τῶν ἑαυτῶν, ἐπεὶ καὶ τόδε σολοικισθὲν ἀπέφυγέ σε. Μὴ τοίνυν ἔτι λέγειν, ὡς ἱκανὸς εἶ κατιδεῖν τὸν σολοικίζοντα, καὶ αὐτὸς μὴ σολοικίζειν.

5. Κἀγὼ μὲν οὕτω. Σωκράτης δὲ ὁ ἀπὸ Μόψου, ᾧ συνεγενόμην ἐν Αἰγύπτῳ, τὰ τοιαῦτα ἔλεγεν ἀνεπαχθῶς καὶ οὐκ ἤλεγχε τὸν ἁμαρτάνοντα. Πρὸς μέντοι γε τὸν ἐρωτήσαντα πηνίκα ἔξεισι, Τίς γὰρ ἄν, ἔφη, ἀποκριθείη σοι περὶ τῆς τήμερον ὡς ἐξιών; Ἑτέρου δὲ φήσαντος, Ἱκανὰ ἔχω τὰ πατρῷα, Πῶς φής; εἶπε· τέθνηκε γὰρ ὁ πατήρ σοι; Ἄλλου δὲ αὖθις λέγοντος, Πατριώτης ἐστί μοι· Ἐλάνθανες ἄρα ἡμᾶς, ἔφη, βάρβαρος ὤν. Ἄλλου δὲ εἰπόντος, ὁ δεῖνά ἐστι μεθύσης, Μητρὸς, εἶπεν, ἢ πῶς λέγεις; Ἑτέρου δὲ ἐκλελογχότας, Διπλασιάζεις, ἔφη, τοὺς ἐξειληχότας. Εἰπόντος δέ τινος, Λῆμμα πάρεστιν

SOL. Ludere te puto equidem.

LYC. At ego te ignorare si quis peccet in dicendo.

SOL. Et quomodo quis percipiat, si nihil ejusmodi dictum sit?

LYC. Dictum est et stribligine peccatum quadruplici; tu vero non intellexisti. Magnam ergo victoriam ceperas, si intellexisses.

SOL. Non magnam quidem illam, sed mihi jam professo necessariam.

LYC. Sed ne nunc quidem intellexisti.

SOL. Quando nunc?

LYC. Quum victoriam te dicebam cepisse.

SOL. Quid dicas nescio.

LYC. Recte istuc dicis: nescis enim. Et præcede saltem ad anteriora: neque enim sequi vis, intellecturus, si quidem voluisses.

3. SOL. Sed volo ego: at tu nihil eorum dixisti quæ dicere homines solœce loquentes solent.

LYC. Nempe quod modo dictum est, minutum tibi malum videtur? Verumtamen sequere rursus, quia excurrentem non observasti.

SOL. Per omnes deos nihil equidem.

LYC. Verum dimisi volare avim celeriter. Numquid prætervolavit? sed nunc etiam videre licet avim. Si vero minus, multiplicatæ aves clam te in stribligine jacebunt.

SOL. Non clam me.

LYC. Quin latuerunt te.

SOL. Mira narras.

LYC. Tu vero præ nimia eruditione in malam rem movisti, adeo ut neque in hoc ipso verbo solœce loquentes deprehendas: non enim adjectum est ei quemnam.

4. SOL. Hæc quomodo dicas, non intelligo equidem: verum multos ego jam solœce loquentes deprehendi.

LYC. Igitur me quoque tunc deprehendes, quum puerulorum aliquis fies eorum, qui nutricibus subduntur lactantes. Aut si ne nunc quidem me stribligine uti intelligis, neque augentes pueri solœcismum facient apud non intelligentem.

SOL. Verum dicis.

LYC. Atqui hæc si ignorabimus, nihil intelligemus nostrorum, quando etiam hoc solœce dictum te effugit. Ne dixis ergo amplius, te aptum esse deprehendendis solœcismis, a quibus ipse sis liber.

5. Atque ego ita tibi consulo. Socrates autem ille a Mopso, quicum fui in Ægypto, talia dicebat sine asperitate et molestia, nec redarguebat peccantem: verum interroganti qua hora [*pro* quando] exiret? Quis enim, inquit, respondeat tibi de hodierno die, quasi exiturus? Alio autem dicente, Luculentum habeo patrimonium [*volebat* opes paternas]: Quid ais? inquit; pater ergo tuus mortuus est? Alio rursus dicente, πατριώτης [*barbaris i. q. Atticis* πολίτης, civis] meus est: Nesciebamus ergo, inquit, te barbarum esse. Alio dicente, Iste est ebriose, Ebriosæne matris, inquit, aut quomodo intelligis? Alio ἐκλελογχότας dicente, Duplicas, inquit, ἐξειληχότας. Dicente quodam, Λῆμμα [acceptio] in

αὐτῷ, διὰ τῶν δύο μ, Οὐκοῦν, ἔφη, λήψεται, εἰ λῆμμα αὐτῷ πάρεστιν. Ἑτέρου δὲ εἰπόντος, Πρόσεισιν ὁ μεῖραξ οὑμὸς φίλος, Ἔπειτα, ἔφη, λοιδορεῖς φίλον ὄντα; Πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα, Δεδίττομαι τὸν ἄνδρα καὶ φεύγω, Σὺ, ἔφη, καὶ ὅταν τινὰ εὐλαβηθῇς, διώξῃ. Ἄλλου δὲ εἰπόντος, Τῶν φίλων ὁ κορυφαιότατος, Χαρίέν γε, ἔφη, τὸ τῆς κορυφῆς ποιεῖν τι ἐπάνω. Καὶ ἐξορμῶ δέ τινος εἰπόντος, Καὶ τίς ἐστιν, εἶπεν, ὃν ἐξορμᾷς; Ἐξ ἐπιπολῆς δέ τινος εἰπόντος, Ἐκ τῆς ἐπιπολῆς εἶπεν, ὡς ἐκ τῆς πιθάκνης. Λέγοντος δέ τινος Συνετάξατό μοι, Καὶ λόχον δὲ, ἔφη, Ξενοφῶν εἶπε συνετάξατο. Ἄλλου δὲ εἰπόντος, Περιέστην αὐτὸν ὥστε λαθεῖν, Θαυμαστὸν, ἔφη, εἰ εἷς ὢν περιέστης τὸν ἕνα. Ἑτέρου δὲ λέγοντος, Συνεκρίνετο αὐτῷ, Καὶ διεκρίνετο πάντως, εἶπεν.

6. Εἰώθει δὲ καὶ πρὸς τοὺς σολοικίζοντας Ἀττικῶς παίζειν ἀνεπαχθῶς· πρὸς γοῦν τὸν εἰπόντα, Νῶϊ τοῦτο δοκεῖ, Σὺ, ἔφη, καὶ νῶϊν ἐρεῖς ὡς ἁμαρτάνομεν. Ἑτέρου δὲ σπουδῇ διηγουμένου τι τῶν ἐπιχωρίων καὶ εἰπόντος, Ἡ δὲ τῷ Ἡρακλεῖ μιχθεῖσα, Οὐκ ἄρα, ἔφη, ὁ Ἡρακλῆς ἐμίχθη αὐτῇ; Καρῆναι δέ τινος εἰπόντος ὡς δέοιτο, Τί γὰρ, ἔφη, σοὶ δεινὸν εἴργασται καὶ ἄξιον ἀτιμίας; Καὶ ζυγομαχεῖν δέ τινος εἰπόντος, Πρὸς τὸν ἐχθρὸν, εἶπε, ζυγομαχεῖς; Ἑτέρου δὲ εἰπόντος βασανίζεσθαι τὸν παῖδα αὐτῷ νοσοῦντα, Ἐπὶ τῷ, ἔφη, ἢ τί βουλομένου τοῦ βασανίζοντος; Προκόπτει δέ τινος εἰπόντος ἐν τοῖς μαθήμασιν, Ὁ δὲ Πλάτων, ἔφη, τοῦτο ἐπιδιδόναι καλεῖ. Ἐρομένου δέ τινος εἰ μελετήσει ὁ δεῖνα, Πῶς οὖν, ἔφη, ἐμὲ ἐρωτῶν εἰ μελετήσομαι, λέγεις ὅτι ὁ δεῖνα;

7. Ἀττικίζοντος δέ τινος καὶ τεθνήξει εἰπόντος ἐπὶ τοῦ τρίτου, Βέλτιον, ἔφη, καὶ ἐνταῦθα μὴ ἀττικίζειν καταρώμενον. Καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα δὲ στοχάζομαι αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ φείδομαι αὐτοῦ, Μή τι, ἔφη, διήμαρτες βαλών; Ἀφιστᾶν δέ τινος εἰπόντος καὶ ἑτέρου ἀφιστάνειν, Ἄμφω μὲν, ἔφη, οὐκ οἶδα. Πρὸς δὲ τὸν λέγοντα πλὴν εἰ μὴ, Ταῦτα, ἔφη, διπλᾶ χαρίζῃ. Καὶ χρᾶσθαι δέ τινος εἰπόντος, Ψευδαττικὸν, ἔφη, τὸ ῥῆμα. Τῷ δὲ λέγοντι ἔκτοτε, Καλὸν, ἔφη, τὸ εἰπεῖν ἐκπέρυσι, ὁ γὰρ Πλάτων ἐς τότε λέγει. Τῷ δὲ ἰδού ἐπὶ τοῦ ἰδέ χρωμένου τινὸς, Ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων, ἔφη, σημαίνεις. Ἀντιλαμβάνομαι δὲ ἐπὶ τοῦ συνίημι λέγοντός τινος, θαυμάζειν ἔφη πῶς ἀντιποιούμενος τοῦ λέγοντος φησὶ μὴ ἀντιποιεῖσθαι. Βράδιον δέ τινος εἰπόντος, Οὐκ ἔστιν, ἔφη, ὅμοιον τῷ τάχιον. Βαρεῖν δέ τινος εἰπόντος, Οὐκ ἔστιν, ἔφη, τὸ βαρύνειν, ὡς νενόμικας. Λέλογχα δὲ τὸ εἴληχα λέγοντος, Ὀλίγον, ἔφη, καὶ παρ' οἷς ἁμαρτάνεται. Ἵπτασθαι δὲ ἐπὶ τοῦ πέτεσθαι πολλῶν λεγόντων, Ὅτι μὲν ἀπὸ τῆς πτήσεως τὸ ὄνομα, σαφῶς ἴσμεν. Περιστερὸν δέ τινος εἰπόντος ὡς δὴ Ἀττικὸν, Καὶ τὸν φάττον ἐροῦμεν, ἔφη. Φακὸν δέ τινος εἰπόντος ἐδηδοκέναι, Καὶ πῶς ἂν, ἔφη, φακόν τις φάγοι; Ταῦτα μὲν τὰ Σωκράτεια.

8. Ἐπανίωμεν δὲ, εἰ δοκεῖ, ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν τῶν

illo est (per geminum μ [*quum vellet* λῆμα, generosus impetus]) : Ergo, inquit, accipiet, si λῆμμα in illo est. Alio dicente, Accedit ille pusio amicus meus; Tum tu, inquit, maledicis amico? Ad eum qui dixerat, Terreo [*volebat* Horreo] virum et fugio; Tu, inquit, etiam quum horrebis aliquem, illum persequeris. Alio dicente, Amicorum meorum summissimus; Lepidum, inquit, summo facere aliquid altius. Dicente quodam, Expello [*volebat* Exire volo], Quem, inquit, expellis? Dicente quodam, Exsuperne; Ex superne, inquit, tanquam ex dolio. Dicente quodam, Dimisit me instructum [*volebat* cum mandatis]; Etiam manipulos, inquit, Xenophon dixit instructos. Alio dicente, Circumstiti [*pro* subterfugi] illum ut delitescerem; Mirum, inquit, si unus ipse unum circumstitisti. Alio dicente, Commiscebatur illi [*volebat* Comparabatur cum illo]; Omnino etiam separabatur, inquit.

6. Solebat vero etiam illis, qui Attico modo loquerentur solœce, lepide illudere. Ad dicentem enim, Nos hoc videtur; Tum tu dices, inquit, nobis peccare. Alio serio narrante rerum patriarum quiddam, ac dicente, Illa vero Herculi mista; Non igitur, inquit, mistus illi Hercules? Quodam dicente se « tondendum » esse; Quid enim, inquit, malum fecisti et dignum ignominia? Et « decertare » quodam dicente (*de amica disputatione*), Cum hoste, inquit, decertas? Alio dicente « torqueri » filium suum ægrotantem; Quam ob rem, inquit, aut quid quærit qui torquet? Quum diceret aliquis, Proficit in disciplinis; ille, Plato, inquit, hoc vocat progressionem facere. Interrogante aliquo, Num declamabis [μελετήσει, *quum deberet* μελετήσεται, declamabit] iste? Quomodo igitur, inquit, me interrogans declamaturusne sim, dicis iste?

7. Atticorum imitatione dicente quodam τεθνήξει [morieris, *quum deberet* τεθνήξεται, morietur], Melius, inquit, erat etiam hic non affectare sermonem Atticum et male ominari. Ad eum qui dixerat, Στοχάζομαι αὐτοῦ (collineo in illum), pro, Parco illi; Numquid, ait, jaculando aberrasti? Quum ἀφιστᾶν aliquis diceret, et alter ἀφιστάνειν [*pro* ἀφιστάναι, sollicitare ad defectionem]. Ambo quidem, inquit, non novi. Ad eum qui dixerat, Præterquam nisi, Hæc geminata, inquit, nobis largiris. Et χρᾶσθαι [*pro* χρῆσθαι, uti] dicente quodam, Verbum, inquit, Pseudatticum. Dicenti, Ex tunc, Pulchrum, inquit, dicere Ex anno; Plato enim In tunc (ἐς τότε) ait. Ei qui voce Ecce pro Vide utebatur, Alia, inquit, pro aliis significas. Dicente quodam Recipio pro Intelligo, mirari se dicebat, quomodo qui vindicet sibi dicendi partes, dicat se non vindicare. Βράδιον [*pro* βραδύτερον, *a* βραδύς] dicente aliquo; Non est, inquit, hoc simile alteri, τάχιον [*a* ταχύς]. Βαρεῖν (Gravare) quum dixisset aliquis; Non est, inquit, ut tu quidem statuisti, verbum βαρύνειν. Quum λέλογχα aliquis quod est εἴληχα (sortitus sum) dixisset, Parum, inquit, etiam apud quos peccatur. Quum multi ἵπτασθαι pro πέτεσθαι (volare) dicerent, Verbum hoc, inquit, esse a πτῆσις (volatus) plane scimus. Columbum [*pro* columba] dicente quodam, tanquam Atticum, Etiam hunc anatem vocabimus, inquit. Quum diceret aliquis lentiginem [*pro* lente] se edisse : Quomodo tandem, inquit, lentiginem quis edat? Hæc igitur Socratea sunto.

8. Redeamus jam, si videtur, ad certamen priorum ser-

προτέρων λόγων. Κἀγὼ μὲν καλῶ τοὺς βελτίστους εἶναι ὅλους, σὺ δὲ γνώρισον· οἶμαι γάρ σε κἂν νῦν δυνήσεσθαι τοσούτων γε ἐπακούσαντα τῶν ἑξῆς λεγομένων.

ΣΟΛ. Ἴσως μὲν οὐδὲ νῦν δυνήσομαί σου λέγοντος· ὅμως εἰπέ.

ΛΥΚ. Καὶ πῶς φῂς οὐ δυνήσεσθαι; ἡ γὰρ θύρα σχεδὸν ἀνέῳγέ σοι τῆς γνωρίσεως αὐτῶν.

ΣΟΛ. Εἰπὲ τοίνυν.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ εἶπον.

ΣΟΛ. Οὐδέν γε, ὥστε ἐμὲ μαθεῖν.

ΛΥΚ. Οὐ γὰρ ἔμαθες τὸ ἀνέῳγεν;

ΣΟΛ. Οὐχ ἔμαθον.

ΛΥΚ. Τί οὖν πεισόμεθα, εἰ μηδὲ νῦν ἀκολουθήσεις τοῖς λεγομένοις; Καίτοι πρός γε τὰ κατ' ἀρχὰς ῥηθέντα ὑπὸ σοῦ ἐγὼ μὲν ᾤμην ἱππεῖς ἐς πεδίον καλεῖν. Σὺ δὲ τοὺς ἱππεῖς κατενόησας; Ἀλλὰ ἔοικας οὐ φροντίζειν τῶν λόγων, μάλιστα οὓς νῦν κατὰ σφᾶς αὐτοὺς διήλθομεν.

ΣΟΛ. Ἐγὼ μὲν φροντίζω, σὺ δὲ ἀδήλως αὐτοὺς διεξέρχῃ.

9. ΛΥΚ. Πάνυ γοῦν ἄδηλόν ἐστι τὸ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ἐφ' ἡμῶν λεγόμενον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν δῆλον· σὲ δὲ οὐδεὶς ἂν θεῶν ἀγνοοῦντα παύσειε πλήν γε ὁ Ἀπόλλων. Μαντεύεται γοῦν ἐκεῖνος πᾶσι τοῖς ἐρωτῶσι, σὺ δὲ οὐδὲ τὸν μαντευόμενον κατενόησας.

ΣΟΛ. Μὰ τοὺς θεούς, οὐ γὰρ ἔμαθον.

ΛΥΚ. Εἶ ἄρα καθ' εἷς λανθάνει σε περιιών;

ΣΟΛ. Ἐοίκασί γε.

ΛΥΚ. Ὁ δὲ καθ' εἷς πῶς παρῆλθεν;

ΣΟΛ. Οὐδὲ τοῦτο ἔμαθον.

ΛΥΚ. Οἶσθα δέ τινα μνηστευόμενον αὑτῷ γάμον;

ΣΟΛ. Τί οὖν τοῦτο;

ΛΥΚ. Ὅτι σολοικίζειν ἀνάγκη τὸν μνηστευόμενον αὑτῷ.

ΣΟΛ. Τί οὖν πρὸς τοὐμὸν πρᾶγμα, εἰ σολοικίζει τις μνηστευόμενος;

ΛΥΚ. Ὅτι ἀγνοεῖ ὁ φάσκων εἰδέναι. Καὶ τὸ μὲν οὕτως ἔχει. Εἰ δέ τις λέγοι σοι παρελθὼν ὡς ἀπολίποι τὴν γυναῖκα, ἆρ' ἂν ἐπιτρέποις αὐτῷ;

ΣΟΛ. Τί γὰρ οὐκ ἂν ἐπιτρέποιμι, εἰ φαίνοιτο ἀδικούμενος;

ΛΥΚ. Εἰ δὲ σολοικίζων φαίνοιτο, ἐπιτρέποις ἂν αὐτῷ τοῦτο;

ΣΟΛ. Οὐκ ἔγωγε.

ΛΥΚ. Ὀρθῶς γὰρ λέγεις· οὐ γὰρ ἐπιτρεπτέον σολοικίζοντι τῷ φίλῳ, ἀλλὰ διδακτέον ὅπως τοῦτο μὴ πείσεται. Καὶ εἴ τίς γε νῦν ψοφοίη τὴν θύραν ἐσιὼν ἢ ἐξιὼν κόπτοι, τί φήσομέν σε πεπονθέναι;

ΣΟΛ. Ἐμὲ μὲν οὐδέν, ἐκεῖνον δὲ ἐπεσελθεῖν βούλεσθαι ἢ ἐξιέναι.

ΛΥΚ. Σὲ δὲ ἀγνοοῦντα τὸν κόπτοντα ἢ ψοφοῦντα οὐδὲν ὅλως πεπονθέναι δόξομεν ἀπαίδευτον ὄντα;

ΣΟΛ. Ὑβριστὴς εἶ.

ΛΥΚ. Τί λέγεις; ὑβριστὴς ἐγώ; Νῦν δὴ γενήσομαί

monum. Et ego quidem citabo optimos quosque universos: tu autem qui sint agnoscito. Puto enim futurum ut nunc certe illud possis, qui tot deinceps proferri audieris.

SOL. Forte ne nunc quidem, te dicente, potero. Sed dic tamen.

LYC. Et quomodo te posse negas? janua enim prope tibi se cognoscendorum illorum aperuit.

SOL. Ergo dic.

LYC. Dixi equidem.

SOL. Nihil certe, quod ego assequerer.

LYC. Non ergo illud « aperuit se » assecutus es?

SOL. Non.

LYC. Quid igitur nobis fiet, si ne nunc quidem quæ dicuntur assequeris? Atqui respiciens ad ea quæ initio abs te dicta sunt, putabam ἱππεῖς [*pro* ἱππέας, equites] me in campum vocare. Tu vero illos ἱππεῖς agnovistin'? Sed videris non curare sermones, maxime quos modo inter ipsos agitabamus.

SOL. Equidem hoc ago; tu vero eos obscure nimis tractas.

9. LYC. Nempe valde obscurum est illud « inter ipsos », de nobis dictum. Sed hoc quidem apertum: at te deorum nemo ab ignorantia illa liberaverit, præterquam Apollo. Sciscitat enim ille consulentibus universis: tu vero neque illum « sciscitantem » intellexisti.

SOL. Non, per omnes deos: neque enim percepi.

LYC. An ergo singulus fugit te oberrans solœcismus?

SOL. Videntur certe.

LYC. Sed illud « singulus » quomodo te præteriit?

SOL. Neque hoc percepi.

LYC. Sed nostine aliquem sibi conciliantem nuptias?

SOL. Quid ergo istuc?

LYC. Solœcismum committat necesse est, qui sibi conciliet nuptias.

SOL. Quid ergo ad meam rem, si quis nuptias quærens solœcismum faciat?

LYC. Illud, quod ignorat is qui se scire dixerat. Et hoc quidem ita se habet. Sed si quis in transitu tibi dicat, se discedere ab uxore; num illi permittas?

SOL. Quidni vero permittam, si appareat injuria eum affici?

LYC. Si vero appareat solœcismum ab illo committi, num hoc ei permittas?

SOL. Non equidem.

LYC. Recte sane dicis: non enim indulgendum amico stribligine peccanti; sed docendus est qua ratione hoc illi ne accidat. Et si quis nunc crepare faciat ostium intrans, aut exiens pultet, quid tibi animi esse dicemus?

SOL. Mihi quidem nihil: sed illum intrare velle aut exire.

LYC. Te vero, qui vel pultantem vel crepitum excitantem ignores, plane nihil sensisse putabimus, indoctum adeo hominem?

SOL. Contumeliosus es.

LYC. Quid ais? egon' contumeliosus? Modo ego fiam,

σοι διαλεγόμενος. Ἔοικε δὲ σολοικίσαι τὸ νῦν δὴ γενήσομαι, σὺ δ' οὐκ ἔγνως.

10. ΣΟΛ. Παῦσαι πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς. Ἀλλ' εἰπέ τι τοιοῦτον, ὥστε κἀμὲ μαθεῖν.

ΛΥΚ. Καὶ πῶς ἂν μάθοις;

ΣΟΛ. Εἴ μοι πάντα ἐπέλθοις, ὅσα φὴς σολοικίσας ἐμὲ λαθεῖν καὶ παρ' ὅ τι ἕκαστον σεσολοίκισται.

ΛΥΚ. Μηδαμῶς, ὦ ἄριστε· μακρὸν γὰρ ἂν ποιήσαιμεν τὸν διάλογον. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἔξεστί σοι καθ' ἕκαστον αὐτῶν πυνθάνεσθαι· νῦν δ' ἕτερ' ἄττα ἐπέλθωμεν, εἰ δοκεῖ, καὶ πρῶτόν γε αὐτὸ τοῦτο ἄττα μὴ δασέως, ἀλλὰ ψιλῶς ἐξενεγκεῖν· [ὀρθῶς φαίνεται ῥηθὲν μετὰ τοῦ ἕτερα συντιθέμενον·] μὴ γὰρ οὕτως ἄλογον ἦν ἄν. Ἔπειτα τὸ τῆς ὕβρεως, ἥν με φὴς ὑβρίσαι σε, εἰ μὴ οὕτω λέγοιμι, ἀλλ' εἰς σέ, φαίην ἴδιον.

ΣΟΛ. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

ΛΥΚ. Ὅτι τὸ μὲν σὲ ὑβρίζειν τὸ σῶμά ἐστι τὸ σὸν ἤτοι πληγαῖς ἢ δεσμοῖς ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ, τὸ δὲ ἐς σέ, ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις· καὶ γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σήν, εἰς σὲ ὑβρίζει, καὶ ὅστις παῖδα καὶ φίλον καὶ ὅστις γε οἰκέτην. Πλὴν γὰρ περὶ πραγμάτων οὕτως ἔχει σοι· ἐπεὶ τὸ ἐς πρᾶγμα ὑβρίζειν λέλεκται, οἷον ἐς τὴν παροιμίαν, ὡς ὁ Πλάτων φησὶν ἐν τῷ Συμποσίῳ.

ΣΟΛ. Κατανοῶ τὸ διάφορον.

ΛΥΚ. Ἆρ' οὖν καὶ τοῦτο κατανοεῖς, ὅτι τὸ ταῦτα ὑπαλλάττειν σολοικίζειν καλοῦσιν;

ΣΟΛ. Ἀλλὰ νῦν εἴσομαι.

ΛΥΚ. Αὐτὸ δὲ τὸ ὑπαλλάττειν εἴ τις ἐναλλάττειν λέγει, τί σοι δόξει λέγειν;

ΣΟΛ. Ἐμοὶ μὲν ταὐτὸν λέγειν δόξει.

ΛΥΚ. Καὶ πῶς ἂν εἴη ταὐτὸν τῷ ὑπαλλάττειν τὸ ἐναλλάττειν, εἴπερ τὸ μὲν ἑτέρου πρὸς ἕτερον γίγνεται, τοῦ μὴ ὀρθοῦ πρὸς τὸ ὀρθόν, τὸ δὲ τοῦ μὴ ὄντος πρὸς τὸ ὄν;

ΣΟΛ. Κατέμαθον ὅτι τὸ μὲν ὑπαλλάττειν τὸ μὴ κύριον ἀντὶ τοῦ κυρίου λέγειν ἐστί, τὸ δ' ἐναλλάττειν ποτὲ μὲν τῷ κυρίῳ, ποτὲ δὲ τῷ μὴ κυρίῳ χρῆσθαι.

ΛΥΚ. Ἔχει τινὰ καὶ ταῦτα κατανόησιν οὐκ ἄχαριν, τὸ δὲ σπουδάζειν πρός τινα τὴν οἰκείαν ὠφέλειαν τοῦ σπουδάζοντος ἐμφαίνει, τὸ δὲ περί τινα τὴν ἐκείνου περὶ ὃν σπουδάζει. Καὶ ταῦτα ἴσως μὲν ὑποσυγκέχυται, ἴσως δὲ καὶ ἀκριβοῦται παρά τισι· βέλτιον δὲ τὸ ἀκριβοῦν ἑκάστῳ.

ΣΟΛ. Ὀρθῶς γὰρ λέγεις.

11. ΛΥΚ. Τό γε μὴν καθίζεσθαι τοῦ καθίζειν καὶ τὸ κάθισον τοῦ κάθησο ἆρ' οἶσθ' ὅτι διενήνοχεν;

ΣΟΛ. Οὐκ οἶδα. Τὸ καθέσθητι ἤκουόν σου λέγοντος ὡς ἔστιν ἔκφυλον.

ΛΥΚ. Καὶ ὀρθῶς γε ἤκουσας. Ἀλλὰ τὸ κάθισον τοῦ κάθησο διαφέρειν φημί.

ΣΟΛ. Καὶ τῷ ποτ' ἂν εἴη διαφέρον;

ΛΥΚ. Τῷ τὸ μὲν πρὸς τὸν ἑστῶτα λέγεσθαι τὸ κάθισον, τὸ δὲ πρὸς τὸν καθεζόμενον·

dum tecum disputo. Videtur autem male junctum illud « modo fiam, » quod tu non agnovisti.

10. SOL. Desine, per Minervam : sed dic ejusmodi quiddam, quod ego quoque possim assequi.

LYC. Et quomodo assequaris?

SOL. Si percurras omnia in quibus stribligine sermonis me non observante te ais ultro peccasse, et quam quidque ob causam peccatum sit.

LYC. Nequaquam, bone vir; sic enim longum nimis faceremus hoc colloquium. Sed de his singulis me interrogare si velis, integrum tibi facio. Jam vero alia quædam (ἄττα), si videtur, percurramus; ac primo ipsum illud ἄττα non denso spiritu, sed tenui efferre oportet: [recte dictum apparet cum nomine ἕτερα compositum :] sic enim minus absurdum fuerit. Deinde illud de contumelia videamus, qua te affectum a me dicis : quod si non ita dicerem, sed in te contumeliosus fuisse, proprie loquerer.

SOL. Ego non habeo dicere.

LYC. Nam te contumeliose tractare significat corpus tuum aut plagis, aut vinculis, aut alio modo male mulcare : sed in te contumeliosum esse dicitur, quum in tuorum aliquid exercetur contumelia : etenim qui uxorem tuam contumeliose tractat, ille in te contumeliosus est; et qui filium tuum, et amicum, et qui servum; quin etiam de rebus ita tibi res habet. Nam etiam in rem contumeliosus aliquis esse dictus est, verbi gratia in proverbium, ut Plato ait in Convivio.

SOL. Comprehendo differentiam.

LYC. Numquid ergo hoc etiam comprehendis, qui permutet ista, illi stribliginem orationis objici?

SOL. Certe nunc sciam.

LYC. Sed ipsum illud « permutare » si quis dicat « immutare », quid tibi videbitur dicere?

SOL. Idem mihi dicere videbitur.

LYC. Sed quomodo idem sit permutare et immutare, quum hoc sit positio unius pro altero, vitiosi pro recto; illud vero ejus quod plane non est pro eo quod est (*falsi pro vero*).

SOL. Jam sum assecutus : permutare est improprium dicere pro proprio; immutare, interdum proprio uti, interdum improprio.

LYC. Habent ista quoque contemplationem non injucundam : Consulere aliquem, propriam appetentis utilitatem significat : Consulere alicui, utilitatem ejus cui consulimus. Et hæc fortasse aliquantum miscentur, fortasse autem accurate quibusdam observantur : melior autem unicuique accurata observatio.

SOL. Nempe.

11. LYC. Verum Stare et Sistere, itemque Asside et Sede, numquid nosti quid differant?

SOL. Non novi; sed hoc dicere te audivi, Consedito esse peregrinum.

LYC. Recte tu quidem audisti : sed ego Asside et Sede differre aio.

SOL. Et qui tandem differant?

LYC. Quod ad stantem dicitur Asside! alterum autem ad sedentem, ut

Ἧσ', ὦ ξεῖν', ἡμεῖς δὲ καὶ ἄλλοθι δήομεν ἕδρην,

ἀντὶ τοῦ μένε καθεζόμενος. Πάλιν οὖν εἰρήσθω ὅτι τὸ ταῦτα παραλλάττειν ἁμαρτάνειν ἐστί. Τὸ δὲ καθίζω τοῦ καθίζομαι ἆρά σοι δοκεῖ μικρῷ τινι διαφέρειν; εἴπερ τὸ μὲν καὶ ἕτερον δρῶμεν, τὸ καθίζειν λέγω, τὸ δὲ μόνους ἡμᾶς αὐτοὺς τὸ καθίζεσθαι.

12. ΣΟΛ. Καὶ ταῦτα ἱκανῶς διελήλυθας, καὶ δὴ λέγε· οὕτω γάρ σε δεῖ προδιδάσκειν.

ΛΥΚ. Ἑτέρως γὰρ λέγοντος οὐ κατανοεῖς; Οὐκ οἶσθα οἷόν ἐστι ξυγγραφεὺς ἀνήρ;

ΣΟΛ. Πάνυ οἶδα νῦν γέ σου ἀκούσας ταῦτα λέγοντος.

ΛΥΚ. Ἐπεὶ καὶ τὸ καταδουλοῦν σὺ μὲν ἴσως ταυτὸν τῷ καταδουλοῦσθαι νενόμικας, ἐγὼ δὲ οἶδα διαφορὰν οὐκ ὀλίγην ἔχον.

ΣΟΛ. Τίνα ταύτην;

ΛΥΚ. Ὅτι τὸ μὲν ἑτέρῳ τὸ καταδουλοῦν, τὸ δ' ἑαυτῷ γίγνεται.

ΣΟΛ. Καλῶς λέγεις.

ΛΥΚ. Καὶ ἄλλα δέ σοι πολλὰ ὑπάρχει μανθάνειν, εἴπερ μὴ αὐτὸς εἰδέναι οὐκ εἰδὼς δόξεις.

ΣΟΛ. Ἀλλ' οὐκ ἂν δόξαιμι.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν τὰ λοιπὰ ἐσαῦθις ἀναβαλώμεθα, νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον.

LXXVII.

* ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ Η ΔΙΔΑΣΚΟΜΕΝΟΣ.

ΤΡΙΕΦΩΝ, ΚΡΙΤΙΑΣ ΚΑΙ ΚΛΕΟΛΑΟΣ.

1. ΤΡΙΕΦ. Τί τοῦτο, ὦ Κριτία; ὅλον σεαυτὸν ἠλλοίωσας καὶ τὰς ὀφρῦς κάτω συννένευκας, μύχιον δὲ βυσσοδομεύεις ἄνω καὶ κάτω περιπολῶν κερδαλεόφρονι ἐοικὼς κατὰ τὸν ποιητὴν « ὠχρός τέ σευ εἷλε παρειάς. » Μή που τρικάρηνον τεθέασαι ἢ Ἑκάτην ἐξ Ἅδου ἐληλυθυῖαν, ἢ καί τινι θεῶν ἐκ προνοίας συνήντηκας; οὐδέπω γάρ σε τοιαῦτα εἰκὸς παθεῖν, εἰ καὶ αὐτὸν ἠκηκόεις, οἶμαι, τὸν κόσμον κλυσθῆναι ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Δευκαλίωνος. Σοὶ λέγω, ὦ καλὲ Κριτία, οὐκ ἀΐεις ἐμοῦ ἐπιβοωμένου τὰ πολλὰ καὶ ἐς βραχὺ γειτνιάσαντος; δυσχεραίνεις καθ' ἡμῶν ἢ ἐκκεκώφωσαι ἢ καὶ τῆς χειρὸς παλαιστήσοντα ἐπιμένεις;

ΚΡΙΤ. Ὦ Τριεφῶν, μέγαν τινὰ καὶ ἠπορημένον λόγον ἀκήκοα καὶ πολλαῖς ὁδοῖς διενειλημένον καὶ ἔτι ἀναπεμπάζω τοὺς ὕθλους καὶ τὰς ἀκοὰς ἀποφράττω, μή που ἔτι ἀκούσαιμι ταῦτα καὶ ἀποψύξω ἐκμανεὶς καὶ μῦθος τοῖς ποιηταῖς γενήσομαι ὡς καὶ Νιόβη τὸ πρίν. Ἀλλὰ κατὰ κρημνὸν ὠθούμην ἂν ἐπὶ κεφαλῆς σκοτοδινήσας, εἰ μὴ ἐπέκραξάς μοι, ὦ τᾶν, καὶ τὸ τοῦ Κλεομβρότου πήδημα τοῦ Ἀμβρακιώτου ἐμυθεύθη ἐπ' ἐμοί.

2. ΤΡΙΕΦ. Ἡράκλεις, τῶν θαυμασίων ἐκείνων

Quin, peregrine, sedes? sedem inveniemus et ipsi :

sedes, pro manes sedens. Quare iterum dictum sit, mutare talia, peccare est. Sisto autem a Sto numquid parvo tibi discrimine abesse videtur ? quum alterum faciamus in aliis sistere dico, alterum vero in nobis solis, stare.

12. SOL. Hæc etiam satis enarrasti : et dic sane ultra : ita enim oportet te docendo præire.

LYC. Num aliter dicente me, non intelligis? Non nosti quid sit vir Scriptor? [*Desunt quædam.*]

SOL. Omnino novi nunc quidem, postquam te ista dicentem audivi.

LYC. Quandoquidem etiam καταδουλοῦν tu forte idem quod καταδουλοῦσθαι putasti : ego vero differentiam ea non parvam habere novi.

SOL. Quamnam?

LYC. Quod alterum significat alterius potestati subjicere; καταδουλοῦσθαι vero sibi.

SOL. Recte dicis.

LYC. Supersunt alia quoque multa tibi discenda; nisi tamen ipse scire tibi videris, quum nescias.

SOL. Non possum videri.

LYC. Ergo in aliam occasionem differamus reliqua ; nunc autem solvamus colloquium.

LXXVII.

PHILOPATRIS SEU QUI DOCETUR.

TRIEPHON, CRITIAS ET CLEOLAUS.

1. TRIEPH. Quid hoc rei est, Critia? totum te mutasti, et superciliis deorsum contractis profundas « volvis sub pectore curas, » sursumque et deorsum vagans « animos sub vulpe latentes, » ut est in poeta, videris circumferre, « oraque pallor occupat. » Numquid canem tricipitem vidisti, aut Hecaten ex inferis ascendentem, an consulto cum deorum aliquo una fuisti? Neque enim tali te modo affici par erat, puto, si vel mundum, ut quondam sub Deucalione, eluvie totum perire audivisses. Tecum loquor, o pulcher Critia; non me audis multum tibi inclamantem et prope jam te consistentem? irasne aliquas adversum nos geris? an obmutuisti? an exspectas denique dum injecta te manu impellam?

CRIT. O mi Triephon, magnam quandam audivi orationem ac difficilem, multis involutam ambagibus; et etiamnum retracto mecum logos illos, et aures obturo, ne si forte iterum illi audiendi sint, dirigeam præ furore et fabula poetis fiam, ut illa olim Niobe. Sed profecto, nisi tu mihi jam inclamasses, amice, de præcipiti loco in caput vertigo me impulisset, et Cleombroti saltus Ambraciotæ illius jam de me narraretur.

2. TRIEPH. Mirabilia, Hercules, visa vel audita, quæ

φασμάτων ἢ ἀκουσμάτων, ἅπερ Κριτίαν ἐξέπληξαν. Πόσοι γὰρ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καὶ τερατολογίαι φιλοσόφων οὐκ ἐξέπληξάν σου τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ λῆρος πάντα γέγονεν ἐπὶ σοί.

ΚΡΙΤ. Πέπαυσο ἐς μικρὸν καὶ μηκέτι παρενοχλήσῃς, ὦ Τριεφῶν· οὐ γὰρ παροπτέος ἢ ἀμελητέος γενήσῃ παρ' ἐμοῦ.

ΤΡΙΕΦ. Οἶδ' ὅτι οὐ μικρὸν οὐδὲ εὐκαταφρόνητον πρᾶγμα ἀνακυκλεῖς, ἀλλὰ καὶ λίαν τῶν ἀπορρήτων· ὁ γὰρ χρὼς καὶ τὸ ταυρηδὸν ἐπιβλέπειν καὶ τὸ ἄστατον τῆς βάσεως τὸ ἄνω τε καὶ κάτω περιπολεῖν ἀρίγνωτόν σε καθίστησιν. Ἀλλ' ἄμπνευσον τοῦ δεινοῦ, ἐξέμεσον τοὺς ὕθλους, « μή τι κακὸν παθέῃς. »

ΚΡΙΤ. Σὺ μέν, ὦ Τριεφῶν, ὅσον πλέθρον ἀνάδραμε ἀπ' ἐμοῦ, ἵνα μὴ τὸ πνεῦμα ἐξάρῃ σε καὶ πεδάρσιος τοῖς πολλοῖς ἀναφανῇς καί που καταπεσὼν Τριεφώντειον πέλαγος κατονομάσῃς, ὡς καὶ Ἴκαρος τὸ πρίν· ἃ γὰρ ἀκήκοα τήμερον παρὰ τῶν τρισκαταράτων ἐκείνων σοφιστῶν, μεγάλως ἐξώγκωσέ μου τὴν νηδύν.

ΤΡΙΕΦ. Ἐγὼ μὲν ἀναδραμοῦμαι ὁπόσον καὶ βούλει, σὺ δὲ ἄμπνευσον τοῦ δεινοῦ.

ΚΡΙΤ. Φῦ φῦ φῦ φῦ τῶν ὕθλων ἐκείνων, ἰοὺ ἰοὺ ἰοὺ ἰοὺ τῶν δεινῶν βουλευμάτων, αἶ αἶ αἶ αἶ τῶν κενῶν ἐλπίδων.

3. ΤΡΙΕΦ. Βαβαὶ τοῦ ἀναφυσήματος, ὡς τὰς νεφέλας διέστρεψε· ζεφύρου γὰρ ἐπιπνέοντος λάβρου καὶ τοῖς κύμασιν ἐπωθίζοντος βορέην ἄρτι ἀνὰ τὴν Προποντίδα κεκίνηκας, ὡς διὰ κάλων αἱ ὁλκάδες τὸν Εὔξεινον πόντον οἰχήσονται, τῶν κυμάτων ἐπικυλινδούντων ἐκ τοῦ φυσήματος, ὅσον οἴδημα τοῖς ἐγκάτοις ἐνέκειτο· πόσος κορκορυγμὸς καὶ κλόνος τὴν γαστέρα σου συνετάρασσε. Πολύωτον σεαυτὸν ἀναπέφηνας τοσαῦτα ἀκηκοώς· ὡς καί, κατὰ τὸ τερατῶδες, καὶ διὰ τῶν ὀνύχων ἠκηκόεις.

ΚΡΙΤ. Οὐ παράδοξόν τι, ὦ Τριεφῶν, ἀκηκοέναι καὶ ἐξ ὀνύχων· καὶ γὰρ κνήμην γαστέρα τεθέασαι καὶ κεφαλὴν κύουσαν καὶ ἀνδρείαν φύσιν ἐς γυναικείαν ἐνεργοβατοῦσαν καὶ ἐκ γυναικῶν ὄρνεα μεταβαλλόμενα· καὶ ὅλως τερατώδης ὁ βίος, εἰ βούλει πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς. Ἀλλ' « ἐπεί σε πρῶτον κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ, » ἀπίωμεν ἔνθα αἱ πλάτανοι τὸν ἥλιον εἴργουσιν, ἀηδόνες δὲ καὶ χελιδόνες εὔηχα κελαδοῦσιν, ἵν' ἡ μελῳδία τῶν ὀρνέων τὰς ἀκοὰς ἐνηδύνουσα τό τε ὕδωρ ἠρέμα κελαρύζον τὰς ψυχὰς καταθέλξειε.

4. ΤΡΙΕΦ. Ἴωμεν, ὦ Κριτία· ἀλλὰ δέδια μή που ἐπῳδὴ τὸ ἠκουσμένον ἐστὶ καί με ὕπερον ἢ θύρετρον ἢ ἄλλο τι τῶν ἀψύχων ἀπεργάσεται ἡ θαυμασία σου αὕτη κατάπληξις.

ΚΡΙΤ. Νὴ τὸν Δία τὸν αἰθέριον οὐ τοῦτο γενήσεται ἐπὶ σοί.

ΤΡΙΕΦ. Ἔτι με ἐξεφόβησας τὸν Δία ἐπομοσάμενος. Τί γὰρ ἂν δυνήσεται ἀμυνέμεναί σε, εἰ παραβαίης τὸν ὅρκον; οἶδα γὰρ καὶ σὲ μὴ ἀγνοεῖν περὶ τοῦ Διός σου.

quidem Critiam adeo potuere percellere. Quot enim attoniti poetæ, quot philosophorum portentosi sermones, tantum abest ut tuam dimovere mentem potuerint, ut meræ omnes nugæ fuerint tibi.

CRIT. Quiesce paullum, Triephon, et noli molestus esse amplius : neque enim a me insuper habendus eris, aut negligendus.

TRIEPH. Novi te haud parvam rem, neque spernendam facile, quin valde etiam abstrusam, volutare animo : color enim ille tuus, illa in vultu torvitas, in ingressu illa inconstantia, illa sursum deorsumque conversio, valde te conspiciendum atque notabilem faciunt. Sed respira ab illo malo, et logos evome, « ne quo corripiare malo. »

CRIT. Sed heus tu, Triephon, quantum est unum jugerum, curriculo te hinc aufer, ne spiritu in sublime sublatus, spectaculum multitudini fias, et delapsus alicubi, ut quondam Icarus, Triephonteum pelagus nomine tuo signes. Insigniter enim, quæ hodie ex sacerrimis sophistis audivi, ventrem mihi inflarunt.

TRIEPH. Ego vero, quantum voles, retro curram : at tu respira a malo.

CRIT. Phy, phy, phy, phy, logos illos! hem, hem, hem, hem, nefanda consilia! heu, heu, heu, heu, spes vanissimas!

3. TRIEPH. Vah, quantus erat ille flatus, quam nubes ipsas convertit! Dum enim vehementi Zephyrus flatu in undas impingit, Boream jam super Propontide excitasti, adeo ut funibus naves tractæ Euxinum ingredi Pontum cogantur, fluctibus ex tuo spiritu magna se vi volventibus : tantus tumor tuis inerat intestinis. Hem quantus strepitus, quæ conquassatio ventrem tibi conturbabat! Auritissimum te esse demonstrasti, qui tot ac tanta audieris, adeo ut (tam portentosa res est) unguibus etiam audisse videaris.

CRIT. Sed non debebat tibi incredibile videri, Triephon, si quis etiam unguibus audiat; siquidem femur uterum vidisti, et caput prægnans, maris vero naturam in femineam transeuntem et muliebria operantem, mutatasque in aves feminas. Denique portentorum plena est omnis vita, si credas poetis. Sed « quum te primum his possum complectier oris », age abeamus eo, ubi solem platani arcent, lusciniæque et hirundines dulcisonis æthera cantibus implent, ut avium aures permulcens cantus, et aqua leni decurrens susurro, animas nostras tranquillet.

4. TRIEPH. Eamus sane, Critia; sed timeo ne forte incantatio sit quod tu audivisti, et pistillum aut januam ex me aut inanimatarum rerum aliam faciat mirabilis illa tua perculsio.

CRIT. Per ego ætherium tibi Jovem juro, non ita de te futurum.

TRIEPH. Amplius etiam terres, quum Jovem dejerasti. Quam enim ille jurisjurandi religionem violanti pœnam infligere possit? novi enim te non ignorare, ut tui Jovis res se habeant.

ΚΡΙΤ. Τί λέγεις; οὐ δυνήσεται ὁ Ζεὺς ἐς Τάρταρον ἀποπέμψαι; ἢ ἀγνοεῖς ὡς τοὺς θεοὺς πάντας ἀπέρριψεν ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου βηλοῦ καὶ τὸν Σαλμωνέα ἀντιβροντῶντα πρῴην κατεκεραύνωσε καὶ τοὺς ἀσελγεστάτους ἔτι καὶ νῦν, παρὰ δὲ τῶν ποιητῶν Τιτανοκράτωρ καὶ Γιγαντολέτης ἀνυμνεῖται ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ;

ΤΡΙΕΦ. Σὺ μὲν, ὦ Κριτία, πάντα παρέδραμες τὰ τοῦ Διὸς, ἀλλ', εἴ σοι φίλον, ἄκουε. Οὐχὶ κύκνος οὗτος ἐγένετο καὶ σάτυρος δι' ἀσέλγειαν, ἀλλὰ καὶ ταῦρος; καὶ εἰ μὴ τὸ πορνίδιον ἐκεῖνο ταχέως ἐπωμίσατο καὶ διέφυγε διὰ τοῦ πελάγους, τάχ' ἂν ἠροτρία ἐντυχὼν γεηπόνῳ ὁ βροντοποιὸς καὶ κεραυνοβόλος σου Ζεὺς καὶ ἀντὶ τοῦ κεραυνοβολεῖν τῇ βουπλῆγι κατεκεντάννυτο. Τὸ δὲ καὶ Αἰθίοψι συνευωχεῖσθαι ἀνδράσι μελαντέροις καὶ τὴν ὄψιν ἐζοφωμένοις καὶ ἐς δώδεχ' ἡλίους μὴ ἀφίστασθαι, ἀλλ' ὑποβεβρεγμένος καθεδεῖσθαι παρ' αὐτοῖς πώγωνα τηλικοῦτον ἔχων, οὐκ αἰσχύνης ἄξια; τὰ δὲ τοῦ ἀετοῦ καὶ τῆς Ἴδης καὶ τὸ κυοφορεῖν καθ' ὅλου τοῦ σώματος αἰσχύνομαι καὶ λέγειν.

5. ΚΡΙΤ. Μῶν τὸν Ἀπόλλωνά γ' ἐπομοσόμεθα, ὃς προφήτης ἄριστος καὶ ἰητρὸς, ὠγαθέ;

ΤΡΙΕΦ. Τὸν ψευδόμαντιν λέγεις, τὸν Κροῖσον πρῴην διολωλεκότα καὶ μετ' αὐτὸν Σαλαμινίους καὶ ἑτέρους μυρίους, ἀμφίλοξα πᾶσι μαντευόμενον;

6. ΚΡΙΤ. Τὸν Ποσειδῶνα δὲ τί; ὃς τρίαιναν ἐν ταῖν χεροῖν κρατῶν καὶ διάτορόν τι καὶ καταπληκτικὸν βοᾷ ἐν τῷ πολέμῳ ὅσον ἐννεάχιλοι ἄνδρες ἢ δεκάχιλοι, ἀλλὰ καὶ σεισίχθων, ὦ Τριεφῶν, ἐπονομάζεται;

ΤΡΙΕΦ. Τὸν μοιχὸν λέγεις ὃς τὴν τοῦ Σαλμωνέως παῖδα τὴν Τυρὼ πρῴην διέφθειρε καὶ ἔτι ἐπιμοιχεύει καὶ ῥύστης καὶ δημαγωγὸς τῶν τοιούτων ἐστί; τὸν γὰρ Ἄρην ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ πιεζόμενον καὶ δεσμοῖς ἀλύτοις μετὰ τῆς Ἀφροδίτης στενούμενον, πάντων τῶν θεῶν διὰ τὴν μοιχείαν ὑπ' αἰσχύνης σιωπώντων, ὁ ἵππειος Ποσειδῶν ἔκλαυσε δακρυρροῶν ὥσπερ τὰ βρεφύλλια τοὺς διδασκάλους δεδιότα ἢ ὥσπερ αἱ γρᾶες κόρας ἐξαπατῶσαι· ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφαίστῳ λῦσαι τὸν Ἄρεα, τὸ δὲ ἀμφίχωλον τοῦτο δαιμόνιον, οἰκτεῖραν τὸν πρεσβύτην θεὸν, τὸν Ἄρη ἀπηλευθέρωσεν. Ὥστε καὶ μοιχός ἐστιν ὡς μοιχοὺς διασώζων.

7. ΚΡΙΤ. Ἑρμείαν δὲ τί;

ΤΡΙΕΦ. Μή μοι τὸν κακόδουλον τοῦ ἀσελγεστάτου Διὸς καὶ τὸν ἀσελγομανοῦντα ἐπὶ τοῖς μοιχικοῖς.

8. ΚΡΙΤ. Ἄρεα δὲ καὶ Ἀφροδίτην οἶδα μὴ παραδέχεσθαί σε διὰ τὸ προδιαβληθῆναι πρῴην παρὰ σοῦ. Ὥστε ἐάσωμεν τούτους. Τῆς Ἀθηνᾶς ἔτι ἐπιμνησθήσομαι, τῆς παρθένου, τῆς ἐνόπλου καὶ καταπληκτικῆς θεᾶς, ἣ καὶ τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν ἐν τῷ στήθει περιάπτεται, τὴν γιγαντολέτιν θεόν. Οὐ γὰρ ἔχεις τι λέγειν περὶ αὐτῆς.

ΤΡΙΕΦ. Ἐρῶ σοι καὶ περὶ ταύτης, ἥν μοι ἀποκρίνῃ.

ΚΡΙΤ. Λέγε ὅ τι γε βούλει.

CRIT. Ain' tu? non posse Jovem in Tartarum aliquem mittere? aut nescis tu homo ut deos omnes de cœlesti illo limine dejecerit, ut Salmonea contrà tonantem fulmine olim prostraverit, et hodienum prout quisque est petulantissimus prosternat; atque inde esse quod apud poetas « Titanum victor, debellatorque Gigantum, » velut apud Homerum, decantetur?

TRIEPH. Omnia tu quidem, Critia, Jovis percurristi; sed, si placet, invicem audi. Nonne idem cygnus factus est satyrusque libidinis causa, quin taurus etiam? et nisi celeriter suscepto in humeros isto scortillo per pelagus aufugisset, forte jam, ab agricola aliquo interceptus, araret tuus ille tonitruum effector fulminumque jaculator Jupiter, et pro eo, quod fulmina dicitur jacere, stimulos sentiret et scuticam. Illud vero non rubore dignum censes, egregie barbatum senem cum Æthiopibus epulas celebrare, prænigra viris facie et vultibus obtenebratis, et duodecim totis solibus apud eos vino madentem desidere? illa enim de aquila et de Ida, et quod per totum corpus fœtum ferat, dicere etiam pudor est.

5. CRIT. Numquid igitur, o bone, per Apollinem jurabimus, medicum pariter atque vatem optimum?

TRIEPH. Mendacem illum prophetam dicis, qui Crœsum olim, et post illum Salaminios, aliosque sexcentos, vaticiniorum ambiguitate pessumdedit?

6. CRIT. Quid si per Neptunum, qui trifidum in manibus sceptrum tenens, penetrabili voce terribilique tantum in bello clamat quantum vix « novemve decemve virorum millia? » qui præterea terræ quassator, o Triephon, appellatur?

TRIEPH. Scilicet per mœchum illum, qui Tyro, Salmonei filiam, olim corrupit, et insuper adulteria committit, taliumque et sibi similium liberator ac concitator est? Martem enim reti captum et vinculis cum Venere sua indissolubilibus constrictum, omnibus diis ob adulterium tacentibus præ pudore, equestris ille Neptunus lacrimis, quales puerorum sunt magistros timentium, aut vetularum puellas decipientium, effusis deflevit: instabat autem Vulcano, ut Martem solveret; claudumque illud dæmonium misericordia senis dei Martem dimisit. Mœchus itaque ipse est, ut qui salus sit mœchorum.

7. CRIT. Quid si per Mercurium?

TRIEPH. Apage vero pessimum illum libidinosissimi Jovis administrum, ipsumque stuprorum cupiditate ac adulteriorum pruritu insanientem.

8. CRIT. At Martem Veneremque te non accepturum jam prævideo, quum modo eos contumelia affeceris. Igitur mittamus hos. Sed Minervæ adhuc mentionem faciam, virginis, armatæ terribilisque deæ, quæ Gorgonis caput pectori præfixum gerit, Gigantum perditricem deam. Contra hanc enim dicere nihil habes.

TRIEPH. Quin contra hanc etiam dixero, si respondere voles.

CRIT. Cedo quicquid placuerit.

ΤΡΙΕΦ. Εἰπέ μοι, ὦ Κριτία, τί τὸ χρήσιμον τῆς Γοργόνος καὶ τί τῷ στήθει τοῦτο ἡ θεὰ ἐπιφέρεται;

ΚΡΙΤ. Ὡς φοβερόν τι θέαμα καὶ ἀποτρεπτικὸν τῶν δεινῶν. Ἀλλὰ καὶ καταπλήσσει τοὺς πολεμίους καὶ ἑτεραλκέα τὴν νίκην ποιεῖ, ὅπου γε βούλεται.

ΤΡΙΕΦ. Μῶν καὶ διὰ τοῦτο ἡ Γλαυκῶπις ἀκαταμάχητος;

ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα.

ΤΡΙΕΦ. Καὶ διὰ τί οὐ τοῖς σώζειν δυναμένοις, ἀλλὰ τοῖς σωζομένοις μηρία καίομεν ταύρων ἠδ' αἰγῶν, ὡς ἡμᾶς ἀκαταμαχήτους ἐργάσωνται ὥσπερ τὴν Ἀθηνᾶν;

ΚΡΙΤ. Ἀλλ' οὐ οἱ δύναμίς γε πόρρωθεν ἐπιβοηθεῖν ὥσπερ τοῖς θεοῖς, ἀλλ' εἴ τις αὐτὴν ἐπιφέρεται.

9. ΤΡΙΕΦ. Καὶ τί τόδ' ἔστιν, ἐθέλω γὰρ παρὰ σοῦ εἰδέναι ὡς ἐξευρημένου τὰ τοιαῦτα καὶ ἐς μάλιστα κατωρθωκότος. Ἀγνοῶ γὰρ πάντα τὰ κατ' αὐτὴν πλήν γε τοῦ ὀνόματος.

ΚΡΙΤ. Αὕτη κόρη ἐγένετο εὐπρεπὴς καὶ ἐπέραστος· Περσέως δὲ ταύτην δόλῳ ἀποδειροτομήσαντος, ἀνδρὸς γενναίου καὶ ἐς μαγικὴν εὐφημουμένου, ἐπαοιδίαις ταύτην περιῳδήσαντος, ἄλκαρ οἱ θεοὶ ταύτην ἐσχήκασι.

ΤΡΙΕΦ. Τουτί μ' ἐλάνθανέ ποτε τὸ καλὸν, ὡς ἀνθρώπων θεοὶ ἐνδεεῖς εἰσι. Ζώσης δὲ τί τὸ χρήσιμον; προσηταιρίζετο ἐς πανδοχεῖον ἢ κρυφίως συνεφθείρετο καὶ κόρην αὑτὴν ἐπωνόμαζε;

ΚΡΙΤ. Νὴ τὸν Ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις παρθένος διέμεινε μέχρι τῆς ἀποτομῆς.

ΤΡΙΕΦ. Καὶ εἴ τις παρθένον χαρατομήσειε, ταὐτὸ γένοιτο φόβητρον τοῖς πολλοῖς; οἶδα γὰρ μυρίας διαμελεϊστὶ τμηθείσας « νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, Κρήτην δέ τέ μιν καλέουσι. » Καὶ εἰ τοῦτο ἐγίνωσκον, ὦ καλὲ Κριτία, πόσας Γοργόνας σοι ἀνήγαγον ἐκ Κρήτης; καί σε στρατηγέτην ἀκαταμάχητον ἀποκατέστησα, ποιηταὶ δὲ καὶ ῥήτορες κατὰ πολύ με Περσέως διέκριναν ὡς πλείονας Γοργόνας ἐφευρηκότα.

10. Ἀλλ' ἔτι ἀνεμνήσθην τὰ τῶν Κρητῶν, οἳ τάφον ἐπεδείκνυντό μοι τοῦ Διός σου καὶ τὰ τὴν μητέρα θρέψαντα λόχμια, ὡς ἀειθαλεῖς αἱ λόχμαι αὗται διαμένουσι.

ΚΡΙΤ. Ἀλλ' οὐκ ἐγίγνωσκες τὴν ἐπῳδὴν καὶ τὰ ὄργια.

ΤΡΙΕΦ. Εἰ ταῦτα, ὦ Κριτία, ἐξ ἐπῳδῆς ἐγίνετο, τάχ' ἂν καὶ ἐκ νεκάδων ἐξήνεγκεν ἂν καὶ ἐς τὸ γλυκύτατον φάος ἀνήγαγεν. Ἀλλὰ λῆρος παίγνιά τε καὶ μῦθοι παρὰ τῶν ποιητῶν τερατολογούμενα. Ὥστε ἔασον καὶ ταύτην.

11. ΚΡΙΤ. Ἥραν δὲ τὴν Διὸς γαμετὴν καὶ κασίγνητον οὐ παραδέχῃ;

ΤΡΙΕΦ. Σίγα τῆς ἀσελγεστάτης ἕνεκα μίξεως καὶ τὴν ἐκ ποδοῖν καὶ χεροῖν ἐκτεταμένην παράδραμε.

12. ΚΡΙΤ. Καὶ τίνα ἐπομόσωμαί γε;

TRIEPH. Dic mihi igitur, Critia, quæ est Gorgonis utilitas, et cui bono pectus ea munit Pallas?

CRIT. Ut terribili quodam spectaculo malisque averruncandis apto. Quin terret etiam hostes, victoriamque ut lubitum fuerit ab una parte inclinat ad alteram.

TRIEPH. Num hac etiam causa invicta est Cæsia illa dea?

CRIT. Utique.

TRIEPH. Cur autem non iis quæ servare possunt potius, quam qui ipsi servantur, taurorum cremamus aut caprarum femora, ut nos etiam invictos, quemadmodum Minervam, præstent?

CRIT. Sed non habet Gorgo vim illam eminus adjuvandi, quam habent dii, sed si quis eam præferat, prodest.

9. TRIEPH. Sed quid tandem rei est Gorgo? velim enim ex te audire, qui invenisti talia et exquisitissime pertractasti: nam ignoro equidem, præter nudum nomen, ejus omnia.

CRIT. Virgo igitur erat decenti forma et amabilis; sed postquam Perseus, vir fortis et ob magicæ artis peritiam celebris, incantationibus victæ caput dolo abstulerat, præsidii causa dii eam habuere.

TRIEPH. Fugit me res tam egregia, quod hominibus dii opus habent. Sed quum viveret, quam utilitatem præstitit? numquid in stabulis meretriciam faciebat, an vero clam imminui se patiebatur ac virginem tamen sese nominabat?

CRIT. Per ignotum qui colitur Athenis deum, virgo usque ad capitis percussionem permansit.

TRIEPH. Et si quis caput virgini abscindat, fietne tum terriculamentum ejusmodi etiam vulgo cuilibet? novi enim vel decies mille virgines membratim omnes dissectas in insula, « quam Cretam dixere, ambit circumfluus humor. » Hoc ego si novissem, quot tibi Gorgonas attulissem ex Creta? atque invictum te imperatorem constituissem; poetæ autem et rhetores me, tanquam plurimarum inventorem Gorgonum, longe Perseo superiorem judicassent.

10. Sed quoniam in Cretenses incidimus, memini adhuc illos mihi ostendere sepulcrum tui illius Jovis, et quæ ipsius matrem sustentarunt virgulta, et quam hæc sint perennia vireta.

CRIT. Sed ignorabas tu quidem incantationem et cærimonias.

TRIEPH. Si hæc possent, mi Critia, incantationibus peragi, possent illæ forte etiam ex inferis ereptos in dulcissimam hanc lucem reducere. Sed nugæ sunt scilicet næniæque et fabulæ a poetis portentose confictæ. Itaque et hanc omitte.

11. CRIT. Junonem autem, Jovis uxorem pariter ac sororem, non accipies.

TRIEPH. Tace ob lascivissimum illum concubitum, et manibus ac pedibus extensam ocyus prætercurre.

12. CRIT. Per quem igitur deum tibi vis ut jurem?

ΤΡΙΕΦ. Ὑψιμέδοντα θεόν, μέγαν, ἄμβροτον, οὐρανίωνα,
υἱὸν πατρός, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον,
ἓν ἐκ τριῶν καὶ ἐξ ἑνὸς τρία,
ταῦτα νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

ΚΡΙΤ. Ἀριθμέειν με διδάσκεις, καὶ ὅρκος ἡ ἀριθμητική· καὶ γὰρ ἀριθμέεις ὡς Νικόμαχος ὁ Γερασηνός. Οὐκ οἶδα γὰρ τί λέγεις, ἓν τρία, τρία ἕν. Μὴ τὴν τετρακτὺν φῂς τὴν Πυθαγόρου ἢ τὴν ὀγδοάδα καὶ τριακάδα;

ΤΡΙΕΦ. Σίγα τὰ νέρθε καὶ τὰ σιγῆς ἄξια.

Οὐκ ἔσθ' ὧδε μετρεῖν τὰ ψυλλῶν ἴχνη. Ἐγὼ γάρ σε διδάξω τί τὸ πᾶν καὶ τίς ὁ πρώην πάντων καὶ τί τὸ σύστημα τοῦ παντός· καὶ γὰρ πρώην κἀγὼ ταῦτα ἔπασχον ἅπερ σύ, ἡνίκα δέ μοι Γαλιλαῖος ἐνέτυχεν, ἀναφαλαντίας, ἐπίρρινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας καὶ τὰ κάλλιστα ἐκμεμαθηκώς, δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν, ἐς τὰ τῶν μακάρων ἴχνια παρεισώδευσε καὶ τῶν ἀσεβῶν χώρων ἡμᾶς ἐλυτρώσατο. Καὶ σὲ ποιήσω, ἤν μου ἀκούῃς, ἐπ' ἀληθείας ἄνθρωπον.

13. ΚΡΙΤ. Λέγε, ὦ πολυμαθέστατε Τριεφῶν· διὰ φόβου γὰρ ἔρχομαι.

ΤΡΙΕΦ. Ἀνέγνωκάς ποτε τὰ τοῦ Ἀριστοφάνους τοῦ δραματοποιοῦ Ὄρνιθας ποιημάτια;

ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα.

ΤΡΙΕΦ. Ἐγκεχάρακται παρ' αὐτοῦ τοιόνδε·

Χάος ἦν καὶ Νὺξ Ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον καὶ Τάρταρος εὐρύς·
γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ οὐδ' οὐρανὸς ἦν.

ΚΡΙΤ. Εὖ λέγεις. Εἶτα τί ἦν;

ΤΡΙΕΦ. Ἦν φῶς ἄφθιτον ἀόρατον ἀκατανόητον, ὃ λύει τὸ σκότος καὶ τὴν ἀκοσμίαν ταύτην ἀπήλασε, λόγῳ μόνῳ ῥηθέντι ὑπ' αὐτοῦ, ὡς ὁ βραδύγλωσσος ἀπεγράψατο, γῆν ἔπηξεν ἐφ' ὕδασιν, οὐρανὸν ἐτάνυσεν, ἀστέρας ἐμόρφωσεν ἀπλανεῖς, δρόμον διετάξατο, οὓς σὺ σέβῃ θεούς, γῆν δὲ τοῖς ἄνθεσιν ἐκαλλώπισεν, ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντων ἐς τὸ εἶναι παρήγαγε, καὶ ἔστιν ἐν οὐρανῷ βλέπων δικαίους τε κἀδίκους καὶ ἐν βίβλοις τὰς πράξεις ἀπογραφόμενος· ἀνταποδώσει δὲ πᾶσιν ἣν ἡμέραν αὐτὸς ἐνετείλατο.

14. ΚΡΙΤ. Τὰ δὲ τῶν Μοιρῶν ἐπινενησμένα ἐς ἅπαντας ἐγχαράττουσί γε καὶ ταῦτα;

ΤΡΙΕΦ. Τὰ ποῖα;

ΚΡΙΤ. Τὰ τῆς εἱμαρμένης.

ΤΡΙΕΦ. Λέγε, ὦ καλὲ Κριτία, περὶ τῶν Μοιρῶν, ἐγὼ δὲ μαθητιῶν ἀκούσαιμι παρὰ σοῦ.

ΚΡΙΤ. Οὐχ Ὅμηρος ὁ ἀοίδιμος ποιητὴς εἴρηκε,

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν·

ἐπὶ δὲ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους,

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε κῆρα,
ὅσπερ φίλτατος ἔσκε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι,
ἀλλά ἑ Μοῖρ' ἐδάμασσε καὶ ἀργαλέος χόλος Ἥρης.

Ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸν βίον καθειμάρθαι καὶ τὰς ἐν τούτῳ μεταβολάς·

Ἔνθα δ' ἔπειτα

TRIEPH. Per magnum, æternum, per cœlicolam altipotentem,
filium patris, spiritum ex patre procedentem,
unum ex tribus et ex uno tria,
Hæc tu Jovem putato, hunc censeto deum.

CRIT. Computare tu quidem me doces, et jusjurandum tibi est arithmetica: computas enim ut Nicomachus Gerasenus. Nescio enim quid tibi velis, unum tria, tria unum. Numquid de quaternario dicis Pythagoræ, aut octonario aut tricenario?

TRIEPH. Quin tu terrena, digna silentio, taces?

Non hic agitur de dimetiendis pulicum vestigiis. Ego enim te docebo quid sit hoc universum, et quis sit ante omnia, et quæ universi sit combinatio atque constructio. Antea enim etiam mihi quæ jam tibi usu venerunt: sed postquam in Galilæum incidi, recalvastrum, nasonem, qui per aera incedens in tertium usque cœlum se penetraverat, resque omnium pulcherrimas ibi didicerat; is per aquam nos renovavit, impiorumque ereptos regionibus in beatarum animarum vestigiis collocavit. Etiam ex te faciam, si auscultare mihi velis, vere hominem.

13. CRIT. Dic, peritissime Triephon: horror enim me incessit.

TRIEPH. Legistine unquam Aristophanis comici poematia quæ ille Aves inscripsit?

CRIT. Legi utique.

TRIEPH. In illis ita ab eo scriptum est:

Chaos olim et Nox Erebusque fuit nigrum, tum Tartarus ingens:
non terra, aer, nec Olympus erat.

CRIT. Præclare ista. Sed quid tum?

TRIEPH. Lux erat incorrupta, invisa, incomprehensa, quæ solvit tenebras et indigestam tum molem dispulit; verbo tantum a se prolato, ut tardilinguis ille scriptum reliquit, terram super aquis condensavit, cœlum expandit, stellas formavit fixas, cursumque illis constituit, quas tu pro diis venerare: terram autem floribus exornavit, hominem ex illis quæ plane non erant, ut esset produxit. Jamque observat de cœlo justos pariter atque injustos, in librisque singulorum actiones describit; omnibus autem, qua præfinivit die, justa retribuet.

14. CRIT. Quæ vero Parcæ glomerarunt omnibus, num ea quoque illi describunt?

TRIEPH. Quænam.

CRIT. Fati decreta.

TRIEPH. Tu dicito, o pulcher Critia, de Parcis; ego vero discendi abs te cupidus auscultabo.

CRIT. Nonne Homerus, celeberrimus poeta, dixit,

Fatum equidem nullum dico effugisse virorum:

de magno autem Hercule ita:

Nec potuit fugisse Atropon vis Herculis atram,
qui regi divûm Jovi erat carissimus unus,
sed Sors dira virum Junonisque ira subegit.

Quin vitam omnem, omnesque in illa mutationes fato esse constitutas atque ordinatas, idem docet,

Hinc ordine cuncta

πείσεται ἅσσα οἱ Αἶσα Κατακλῶθές τε βαρεῖαι
γιγνομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Καὶ τὰς ἐν ξένῃ ἐποχὰς ἀπ' ἐκείνης γίγνεσθαι·

Ἠδ' ὡς Αἴολον ἱκόμεθ', ὅς με πρόφρων ὑπέδεκτο,
καὶ πέμπ'· οὐδέπω αἶσα φίλην ἐς πατρίδ' ἱκέσθαι.

Ὥστε πάντα ὑπὸ τῶν Μοιρῶν γίγνεσθαι ὁ ποιητὴς μεμαρτύρηκε. Τὸν δὲ Δία μὴ θελῆσαι τὸν υἱὸν

θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι,

ἀλλὰ μᾶλλον

αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε
παῖδα φίλον τιμῶν, τόν οἱ Πάτροκλος ἔμελλε
φθίσειν ἐν Τροίῃ.

Ὥστε, ὦ Τριεφῶν, διὰ τοῦτο μηδὲν προσθεῖναι περὶ τῶν Μοιρῶν ἐθελήσῃς, εἰ καὶ τάχα πεδάρσιος ἐγεγόνεις μετὰ τοῦ διδασκάλου καὶ τὰ ἀπόρρητα ἐμυήθης.

15. ΤΡΙΕΦ. Καὶ πῶς ὁ αὐτὸς ποιητής, ὦ καλὲ Κριτία, διττὴν ἐπιλέγει τὴν εἱμαρμένην καὶ ἀμφίβολον, ὡς τόδε μέν τι πράξαντι, τοιῷδε τέλει συγκῦρσαι, τοῖον δὲ ποιήσαντι, ἑτέρῳ τέλει ἐντυχεῖν; ὡς ἐπ' Ἀχιλλέως,

Διχθαδίας Κῆρας φερέμεν θανάτοιο τέλοσδε·
εἰ μέν κ' αὖθι μένων Τρώων πόλιν ἀμφιμάχωμαι,
ὤλετο μέν μοι νόστος, ἀτὰρ κλέος ἄφθιτον ἔσται.
Εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι,
ὤλετό μοι κλέος ἐσθλόν, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αἰὼν
ἔσσεται.

Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Εὐχήνορος,

Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν ἐπὶ νηὸς ἔβαινε·
πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος,
νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθῖσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν
ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι.

16. Οὐχὶ παρ' Ὁμήρῳ ταῦτα γέγραπται; ἢ ἀμφίβολος αὕτη καὶ ἀμφίχρημνος ἀπάτη; εἰ δὲ βούλει, καὶ τοῦ Διὸς ἐπιθήσω σοι τὸν λόγον. Οὐχὶ τῷ Αἰγίσθῳ εἴρηκεν ὡς ἀποσχομένῳ μὲν τῆς μοιχείας καὶ τῆς Ἀγαμέμνονος ἐπιβουλῆς ζῆν καθείμαρται πολὺν χρόνον, ἐπιβαλλομένῳ δὲ ταῦτα πράττειν οὐ καθυστερεῖν θανάτου; τοῦτο κἀγὼ πολλάκις προὐμαντευσάμην, ἐὰν κτάνῃς τὸν πλησίον, θανατωθήσῃ παρὰ τῆς δίκης, εἰ δέ γε μὴ τοῦτο πράξῃς, βιώσῃ καλῶς,

Οὐδέ κέ σ' ὦκα τέλος θανάτοιο κιχείη.

Οὐχ ὁρᾷς ὡς ἀδιόρθωτα τὰ τῶν ποιητῶν καὶ ἀμφίλοξα καὶ μηδέπω ἡδραιωμένα; ὥστε ἔασον ἅπαντα, ὡς καὶ σὲ ἐν ταῖς ἐπουρανίοις βίβλοις τῶν ἀγαθῶν ἀπογράψωνται.

17. ΚΡΙΤ. Εὖ πάντα ἀνακυκλεῖς, ὦ Τριεφῶν· ἀλλά μοι τόδε εἰπὲ, εἰ καὶ τὰ τῶν Σκυθῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἐγχαράττουσι;

ΤΡΙΕΦ. Πάντα, εἰ τύχῃ γε χρηστὸς καὶ ἐν ἔθνεσι.

ΚΡΙΤ. Πολλούς γε γραφέας φὴς ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς ἅπαντα ἀπογράφεσθαι.

ΤΡΙΕΦ. Εὐστόμει καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον θεοῦ δεξιοῦ, ἀλλὰ κατηχούμενος πείθου παρ' ἐμοῦ, εἴπερ

suscipiet, quæ vis Fati Parcæque verendæ
nascenti nevere, utero quum prodiit infans

Moras etiam quæ in peregrino solo sunt sufferendæ, a Fato constitui;

Æolus et placide venientem excepit, euntemque
in patriam juvit: sed nondum Fata sinebant.

Ut adeo omnia a Parcis fieri poetæ testimonio constet. Jovem ipsum non velle a gnato

diram defendere mortem,

quin potius

sanguinis in terram guttas demisit Olympo
deplorans gnatum, qui mox mucrone Patrocli
ad Trojam periturus erat.

Quæ quum ita sint, Triephon, verbum de Parcis addere unum non voles, quamvis forte cum illo magistro tuo sublimis in cœlum raptus arcanisque initiatus esses.

15. TRIEPH. Sed quid illud sibi vult, quod idem poeta duplex nobis comminiscitur ancepsque fatum? ita ut istud quidem facientem certus rerum exitus maneat; sed si aliud agat, alium etiam finem res nanciscatur; ut de Achille, qui de se dicit:

Bina Thetis mihi fata tulit, mortemque biformem:
